MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA.

SCRIPTORVM

TOMVS XXV.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SCRIPTORVM
TOMVS XXV.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCLXXX.

SCRIPTORUM TOMO VICESIMO QUINTO CONTINENTUR:

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Quotquot auctores inde a medio saec. XIII. usque ad eius finem res in diversis regni Germanici territoriis et in vicina Flandria gestas Latina lingua descripserunt hoc Scriptorum tomo collegimus; quin etiam saeculi illius fines transgressi, libros post demum compositos recepimus qui vel in eius historia narranda maxime versantur, vel aliis ita sunt coniuncti, ut vix ab eis divelli posse viderentur. Et omnes patriae provinciae, sola Suevia excepta, materiam modo largiorem, modo quidem magis ieiunam et aridam praebuerunt. Prae omnibus vero etiam hac aetate Lotharingia et Flandria copia librorum historicorum excellunt; neque potuimus quin etiam historiam Gallica lingua illic scriptam reciperemus, quamvis opera eiusdem temporis patria lingua composita ab hac scriptorum serie seclusa sint, in alia Monumentorum parte edenda. Unus alterque auctorum altius, ut ita dicam, consilium cepit, cum historiam universalem scribendam sibi proposuisset; sed etiam hi — Balduinus Ninovensis, Iohannes de Thilrode, Sifridus de Balnhusin — nihil fere notatu dignum memoriae tradiderunt praeter ea quae ad vicinas

terras earumque principes spectant, ita ut eorum opera hoc loco apte essent exhibenda. Certe Iohannes Longus, qui librum monasterii S. Bertini chronicam inscripsit, etiam uberiorem historiae universalis conspectum plagulis suis inseruit quam apud illos reperies. Et idem fere de Bernardo Cremifanensi dicendum est. Haec vero plerumque ex libris eius saeculi notissimis, sed parvae auctoritatis, Martini, Vincentii, Iacobi, sumserunt. Quae repetere nostrum esse non poterat. Quare non uno loco potius fragmenta quam continuam narrationem exhibere debuimus, nonnumquam tamen retinere, quae quin nauseam multis lectoribus faciant vix dubitamus, quibus vero qui auctorum ingenia et studia diiudicare velint vix carere poterunt. Sed etiam graviora et quae ad veram historiam cognoscendam non parum conducunt hoc volumine edidimus, inter quae monumenta historiae Leodiensis, Richeri historia Senonensis, Historia Rastedensis praecipuum sibi locum vindicant. Alia vel principum saecularium genealogias et res illustrant vel varia ecclesiarum tunc temporis fata ante oculos ponunt. Nonnulla hucusque erant inedita vel in libris impressa qui paucorum in manus venerunt, alia mendose nec sine lacunis luci data. Nunc quotquot codices exstare compertos habuimus, ea qua bibliothecarum et archivorum publicorum praefecti excellunt benevolentia adiuti, nacti sumus eorumque ope ubique genuinam librorum formam restitutam esse confidimus. Sociis nostris et aliis viris doctis qui huic rei operam navaverunt etiam hoc loco gratias referre mihi volupe est.

Dabam Berolini d. 2. Septembris 1880.

G. WAITZ.

AEGIDII AUREAEVALLENSIS GESTA EPISCOPORUM LEODIENSIUM.

EDIDIT IOH. HELLER.

Post Anselmum, egregium illum rerum Leodiensium scriptorem, qui Herigeri de Gestis episcoporum libro alteram partem ad sua usque tempora deductam subiunxit, anni fere ducenti praeterlapsi erant, antequam unus ex posteris ad excipiendam episcoporum Leodiensium historiam denuo se accingeret. At ne ipsa quidem Leodiensis ecclesia, artium et litterarum in Lotharingia quondam nutrix, per totam Germaniam et Galliam scholarum disciplina et magistrorum ubertate celeberrima, virum huic negotio conficiendo aptum procreavit. Etenim monachus quidam monasterii Aureaevallensis[1]*, quod inter fundationes ordinis Cisterciensis in dioecesi Treverensi florebat, Aegidius, de quo nil nisi nomen ab ipso in praefatione traditum*[2] *compertum habemus, opus istud magnum diuque intermissum perficiendum suscepit. Neque invitis Leodiensibus, sed consentientibus et laudantibus, immo vero 'cogentibus'*[3]*, se manum historiae eorum conscribendae admovisse ipse profitetur. Cumque e Leodiensibus inprimis canonici Novi Monasterii*[4] *Hoiensis postulationibus eum flagitassent, etiam eis idque praecipue Mauricio, quem fratrem sibi dilectissimum praedicat, opus absolutum velut commendandum et castigandum se transmissurum esse promisit*[5]*.*

Consilium quod sibi proposuerat exsequendum auctor in prologo ad librum tertium uberius exposuit. Studium enim Herigeri et Anselmi se imitatum eorumque duobus libris tertium adiecturum esse ait. In hoc tertio quomodo de gestis episcoporum disputaturus sit, his verbis indicat: Compendiose scribere dignum duximus, cuius nationis, cuius conversationis quantique meriti fuerint apud Deum, dum adhuc essent in terris, nostre nationis pontifices Leodyenses. Insuper et quot annis vixerint aut quibus imperantibus ecclesie Leodiensi prefuerint, vel quoto anno dominice incarnationis obierint et in quibus ecclesiis sepulti fuerint . . . . . . *Et paullo infra in praefatione de temporibus, quae narratione comprehenderit, testimonium fecit, quod hic repetere liceat:* Igitur ab anno verbi incarnati 1048, in quo post venerabilem patrem Wazonem Theoduinus episcopus de regio sanguine natus ecclesie Leodiensi preficitur et in

1) Orval, a Chiny ad meridiem. — Sed Aegidium Leodiensis originis fuisse, fortasse ex verbis praefationis: *nostre nationis pontifices Leodienses* concludas. 2) . . . *Egidius, divina miseratione Aureevallis, ordinis Cysterciensis, monachorum infimus.* Prolog. ad libr. III. 3) III, 107: *Insipientes facti sumus ista scribendo, sed vos coegistis nos* (ex 2. Cor. 12, 11). 4) Neufmoustier prope Huy. 5) In prologo ad libr. III.

episcopum consecratur, nostram dignum duximus initium habere portiunculam, finem vero in Henricum tercium huius nominis episcopum, quem prefecit ecclesie Leodiensi Petrus dictus Caputius, cardinalis S. Georgii ad velum aureum et legatus sancte Romane ecclesie, anno Domini 1247, 6. Kal. Octobris. *Cum his convenit, quod in ultimo capitulo*[1] *non ultra electionem Henrici III. filum narrationis deducit, quoniam, ut ipsius verbis utar, 'quid scribere debeat, certum nondum habuerit'. Unum tamen, 'quod satis dignum memoria duxerit', se addere voluisse prodit: Henricum inconsecratum usque ad finem anni* 1251, *'quando calamo silentium imposuerit', episcopatum rexisse. Quibus ex verbis librum a.* 1247. *vel paullo post inchoatum et a.* 1251. *finitum esse, luce clarius apparet.*

At non modo vetustiorum Herigeri et Anselmi Gestorum continuationem dare voluit auctor; longe latiorem campum percurrendum, longe difficilius consilium sibi exsequendum proposuerat. Ad laudatos veterum scriptorum libros supplementa dare conatus est, et quae Herigerus ante annos ducentos septuaginta de primordiis ecclesiae Leodiensis, Anselmus postea de posterioribus temporibus et quadam ex parte testis oculatus conscripserant, haec omnia emendanda et supplenda sibi sumere Aegidius non difficilius esse opinabatur[2]*. Totam enim Leodiensium historiam adornare omniaque, quae ab aliis scripta invenerat, colligere et in unum Gestorum episcoporum Leodiensium volumen redigere et compingere in animum induxerat. Quod consilium antequam videamus quomodo absolverit, codicem, in quo servatum est opus, archetypum paucis describere iuvabit.*


Est codex bibl. Seminarii L u x e m b u r g e n s i s *Nr.* 264, *saec. XIII, membr. in* 4. *maiori, duabus columnis exaratus; olim, ut in pagina tertia manu scribae legitur:* Liber sancte Marie Aureevallis, Cysterciensis ordinis, Treverensis diocesis. Qui eum abstulerit, anathema sit. *Ex bibliotheca Aureaevallensi a monachis, 'ut Gallorum incendiis aut depraedationi eriperetur', in monasterium Sancti Huberti Andaginense delatus, hic a.* 1612. *a Chapeavillio repertus est et publici iuris factus*[3]*. Dein Aureaevalli restitutus*[4]*, hoc loco usque ad diem* 23. *Iunii a.* 1793. *mansit*[5]*, quo die Gallorum milites coenobium flammis tradiderunt. Attamen rursus religiosis curantibus, codicem integrum et illaesum Luxemburgium delatum esse gaudemus, ubi in bibliotheca Seminarii usque hodie asservatus, flagitantibus nobis summa cum liberalitate transmissus est. Hic est codex in quo quasi in fundamento nostra nititur editio. Est enim ipsius*

1) III, 107. 2) . . . *multa relatu digna, nescio qua de causa, obmiserunt. Igitur auxilio Dei adiuti . . , ne mores et gesta tantorum principum ob negligentiam scriptorum cum sonitu traderentur in oblivionem, ea que a supradictis patribus obmissa erant, de eisdem pontificibus per diversa volumina colligentes, priori et secundo libello loco competenti annotare curavimus.* Prol. ad libr. III. 3) Chapeaville, Qui Gesta pontificum Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium scripserunt auctores (Leodii 1612) I, praefatio ad lectorem: . . . *in exemplar quod ipsius auctoris autographum esse existimamus, . . nuper (incidimus). Cum enim in monasterio Sancti Huberti in Arduenna pro dirigenda moderni abbatis electione essemus et ad priorem et conventum monasterii Aureaevallis, quod a divi Huberti monasterio octo tantum miliaribus distat, de vita et gestis Aegidii dum viveret eorum confratris sciscitantes, scripsissemus; nec quicquam horum apud eos reperiri ex pio et erudito patre Pontio Bonnay moderno loci illius priore accepissemus, ex senioribus vero monasterii Sancti Huberti inaudiremus, religiosos Aureaevallis pretiosiora mobilia sua, ut Gallorum incendiis aut depraedationi eriperent, solitos pridem ad suum monasterium deferre, statim incessit animus Sancti Huberti bibliothecam diligenter perlustrandi ac de codicibus manuscriptis, qui eo in loco frequentes sunt, inquirendi; quod dum facimus, incidimus in codicem perantiquum pergameneum, coopertura e perelegantis, literis initialibus auro exornatis, Gesta pontificum Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium continentem, in cuius initio et fine verba haec ascripta erant:* Liber s. M A., C. o., Tr. d. Q. e. a. a. s. 4) Cf. Ernst, Histoire de Limbourg II, 9, qui codicem nostrum a. 1788. Aureaevalli inspexit. 5) Cf. Goffinet, Le manuscrit dit de Gilles d'Orval (Annales de l'Institut archéologique du Luxembourg, tom. VIII.) p. 229, qui de codice pauca non contemnenda affert.


Aegidii Aureaevallensis Gesta episcoporum Leodiensium.

Cod. Luxemb. No. 264


pag. 22




pag. 26




pag. 141.



pag. 165.




pag. 303



Vita Alberti episcopi Leodiensis.

Cod. Bruxell. No. 723-727.

fol. 122



Aegidii autographum, quod ex toto eius habitu patet[1]. *Nam continet primam operis speciem, diversis scriptorum manibus exaratam, quam deinde sua manu Aegidius et correxit et innumeris additionibus auxit. Decem ni fallor amanuensium, fratrum nimirum Aureaevallensium auxilio usus*[2], *quaecunque de historia Leodiensium scripta invenerat, auctor in hoc unum quasi corpus conscribi fecit. Huic scribae priores, illi sequentes dedit quaterniones; secundum tertius deinceps et quartus etc. excepit; et iterum manus primi, secundi, tertii etc. occurrit. Alteri hunc, alteri illum auctorem describendum tradit. Duo amanuenses vitam Alberti sibi sumserunt. Alius ex alio fonte omissa in margine supplet*[3]. *Omnes diligenter scripserunt et litteris maioribus rubricisque exarata distinxerunt, sed ita tamen, ut opus pro absoluto minime haberi possit. Hic melius atque alter compendia exsolvit; ille dictantem male intellexit*[4]; *saepissime textus vitiis habundat. Postea Aegidius vitiata nonnunquam correxit*[5]; *sed omissa supplere, nova addere maioris faciebat momenti. Haud pauca rasuris delevit, nonnulla in textum intrusit, plura in margine adnotavit; modo cum margines foliorum ad additiones inscribendas non sufficerent, folia et scedulas inseruit. — Codicem hoc modo adornatum secundum consilium in praefatione indicatum auctor re vera cum Hoiensibus, quippe quorum postulationibus librum confecisset, communicasse videtur. Reperiuntur enim in margine post adnotationes manu Aegidii exaratas aliae alia*[6] *manu, nitidissima quidem et constanti, adiectae. Quarum adnotationum scriptorem Hoiensem fuisse, si quae in eis tradita sint respicis, facile intelliges. Nil enim nisi, ut ita dicam, Hoiensia narrat*[7], *et ita quidem, ut se ipsum Hoii degisse aperte prae se ferat. E. gr. III,* 10. *sepulcrum Theoduini, ut suo adhuc tempore in ecclesia s. Mariae Hoiensis exstaret, accuratissime describit; III,* 24. *ex archivo ecclesiae chartam affert; III,* 17. *de translatione Petri heremitae ait:* Deliberavimus communi assensu abbatis et capituli, *et addit, translationem tempore Roberti episcopi Leodiensis (a.* 1240—1246*) factam fuisse,* Mauritio eiusdem ecclesie canonico omnia supradicta procurante. *Dein epitaphium Petri descripsit. Fortasse ipsum Mauritium, cuius iudicio opus suum Aegidius subiecit, haec addidisse coniiciamus. Sed cuius sint, num Mauritii an alterius cuiusdam: certe Hoiensis scriptoris esse, nemo sane negabit*[8]. — *Postea codicem Aureamvallem remissum Aegidius denuo evolvit. Verba Hoiensis cum textu coniungit*[9], *delet*[10], *emendat eisque nova adiicit*[11]. *Fortasse*

1) Codicem primo descripsit Namur, Belge Bibliophile XVI (2. série VII), p. 139 sqq.; Goffinet l. l. p. 230 sqq. — In prima pagina codicis exaravit manus saec. XVIII: *Gesta episcoporum Leodiensium authore Aegidio monacho Aureaevallis,* quod V. Cl. Namur nescio quo errore pellectus 'Aegidio Nonaetio' legit. Paginae codicis moderno modo numeratae sunt. 2) Scriptorum manus hoc modo occurrunt. Primus scriptor exaravit pag. 1—34, 205—213; secundus p. 39 66, 87 131 (desinit in media pagina); tertius p. 67—86, 214—258; quartus p. 131 (in media pagina) — 154, 163 -170, 173—182; quintus p. 155 162, 182 (altera columna), 306 (altera columna); sextus p. 183—204; septimus p. 214—220, 406; octavus p. 259—306, 313 (altera columna) — 368, 427—494; nonus p. 307—313 (prima columna), 407—426; decimus p. 369—405. Huc accedunt hic illic in margine additiones eorundem scriptorum et fortasse unius vel alterius, cuius manus alibi non invenitur. 3) Hoc praecipue munus scriptoris quinti erat, qui e. gr. ex Chronico Ruperti haud pauca adiecit. 4) Amanuenses non solum ex legendo, verum etiam ex audiendo errasse, ex mendis eorum intelligas; e. gr. cf. III, 2. *dissentionis* pro *discissionis, vehementis* pro *advenientis* (cf. II, 10; II, 82) Vide etiam III, 33. 37, quae capitula hoc modo mutilata esse elucet. 5) Praesertim in prioribus operis partibus. 6) Restant tredecim huiusce manus adnotationes: I, 14. 17. 19. 30. 32; II, 34. 40. 54 (ex Sigeberto); III, 10. 17 (bis). 24. 106. Una postea erasa est et alia manu sed coaeva in scedulam assutam transscripta; cf. I, 39. 7) Tantum in ultima additione (III, 106 nil de Hoio traditur, sed quaedam in textu de antiphonia aliqua s. Bernhardi enarrata emendantur. 8) Codicem Aegidii Hoium venisse, etiam ex Albrico scimus, ad cuius chronicon ab interpolatore Hoiensi quaedam ex Aegidio desumta addita sunt. De his omnibus V. Cl. Scheffer-Boichorst egregie disputavit in praefatione ad Albricum SS. XXIII, 646. 647 n. 48. 9) I, 17. 10) I, 39. 11, I, 32.

Hoienses, utpote gratias reddituri, cum codice libros remiserunt, e quibus rursus Gestorum volumen ditare possent Aureaevallenses. Ita factum est, ut noster multa adhuc marginibus inscriberet. Primo quaeque adnotata signis vel lineis rubro colore ductis accuratissime cum textu coniungit; posteriore tempore adiecta textui minus accurate respondent. Postremo totum opus ipsi auctori iam fere nihil aliud erat ac volumen, in quo ad novam editionem faciendam quaecunque inveniret colligeret. Quin etiam solum alicuius narrationis initium nonnunquam in marginem scripsit et verbis: Quere in alio libro *lectorem ad fontem delegat*[1]. *— At fieri potuit, ut aliquis Aegidii coaevus haec omnia adderet! — Sed tum vix poterat accidere, ut is qui hoc sibi sumeret officium ex auctoris quasi ingenio tot locos mutaret. Non vero alius atque auctor ex eodem fonte omissa quaedam supplere, alia huc erasa illuc pie transcribere voluisset*[2]. *Cumque Aegidius in praefatione id se egisse profitetur*[3], *ut* quot annis vixerint *(episcopi)* aut quibus imperantibus ecclesie Leodiensi prefuerint vel quoto anno dominice incarnationis obierint et in quibus ecclesiis sepulti fuerint, *enarret, manus correctoris hunc praecipue ordinem chronologicum emendat, supplet, ampliat. Profecto vix ulla apparet causa, quae quemquam praeter auctorem inducere potuerit, ut eum sibi laborem sumeret. — Nos novam editionem instituturi, eis quae in codice ab initio scripta fuerant, pro fundamento usi sumus; quae auctor manu scribae in margine addidit,* 1. 2. 3. *etc. distinximus*[4]; *quae ipsius auctoris manus superinduxit, etsi non eodem omnia tempore, A. signavimus, sed ita tamen, ut quae ipse textui inseruit vel signis appositis in textum reponenda esse indicavit, etiam nos uncis inclusa in textum reciperemus; quae posteriore tempore adiecta narrationi minime respondent, textui subiiceremus. Eorum quae in marginibus foliorum inscripta bibliopegi stultitia postea abscisa perierunt, nonnulla ex Chapeavillio*[5], *alia nostra coniectura supplere conati sumus. Capitum numeros initio codicis margini appositos, dein mox neglectos, secundum indicem et litteras rubricatas instituimus. Menda scriptorum emendare, ceterum autographi speciem quam religiosissime servare voluimus*[6]. *—*

Ex hoc igitur quod lectoribus proposuimus codice autographo, quomodo Aegidius historiam episcoporum Leodiensium concinnaverit, satis elucet. Amanuensibus libros, quorum partem Leodiensium, partem Hoiensium, partem ipsa Aureaevallensium bibliotheca praebebat[7], *describendos dedit. Modo centones, qui historiam Leodiensium illustrare viderentur, elegit; modo totos auctores eosque potissimum qui in ipsa Leodiensi civitate floruerant, verbotenus in suum Gestorum volumen transcribi iussit. Exempli gratia Herigerum et Anselmum, Reineri*

1) Cf. II, 34. 62; III, 20. 28. His verbis chronicon illud Leodiense deperditum intelligi, de quo infra p. 8 sq. disputabo, verisimile esse mihi videtur. 2) Cf. e. gr. I, 24. 25; I, 37. 3) Prolog. ad lib. III. 4) Cf I, 11. 12. 5) Post Chapeavillii tempus codicem nova coopertura ornatum esse, constat. 6) Praeter hoc Aegidii autographum Chapeavillius (in praef. ad lect. I) se adhuc duos alios codices habuisse testatur; sunt:

1) Codex pergameneus a Theodorico a Groesbeeck, episcopi Leodiensis fratre, Chapeavillio concessus, 'in quo non solum Harigeri, Anselmi et Aegidii, sed etiam eos proxime sequentis Ioannis Hoxemii canonici et scholastici Leodiensis textus fideliter exaratus, ad futurorum etiam tomorum editionem oportunus continetur'.

2) Codex a domino Guilhelmo Herkenroede canonicorum regularium Tungrensium priore datus, qui praebebat textum 'Harigeri, Anselmi, Aegidii ac iam dicti Hoxemii, necnon Radulphi de Rivo ecclesiae Tungrensis decani eum subsequentis, ad futuros quoque tomos perutilem'. Hi codices iam deperditi esse videntur; sed exstant excerpta ex eis confecta, quae vide infra p. 12. 7) E codicibus Aureaevallensibus duos adhibuit quos hodie exstant: cod. Bruxellensem 495—505 (Concilium Agrippinense) et cod. Parisiensem 9422 (Triumph. s. Lamb. de castro Bullonico).

opera historica, diversas sanctorum vitas aliaque huiusce modi scripta ad verbum fere in partes suas traxit. Deinde ordinem chronologicum secundum chronicon quoddam iam deperditum, de quo infra dicemus, instituit. Necrologia et epitaphia in auxilium vocavit. Ad hanc molem, rudem re vera et indigestam, postea nova addidit; scedulas, folia, immo quaterniones adiunxit et quae conflaverat iterum iterumque revolvit. Neque vero criticae artis indicia apud nostrum quaeras velim. Ullo sine dilectu, non respecto cuius essent auctoris cuiusve fidei, quaequae invenerat, in unum corpus consarcinavit. Econtra incredibilem iure mireris credulitatem. Miracula et visiones insulsae ne tantillum quidem scrupulum ei iniecerunt. E sanctorum vitis et translationibus pessima quaeque[1] *miro modo elegit. Quo accedit, ut oratio rusticitate excellat*[2]*: id quod cum perpauca tantum proprio periculo conscriberet, non habemus cur ita valde doleamus. Hac eadem ratione de indole auctoris nihil prorsus afferri potest. Fontes ad verbum descripsit; pauca mutavit vel decurtavit; hic illic alterum ex altero emendavit et supplevit; rarissime autem de suis quidquam adiecit. Plerumque ne vetusti quidem scriptoris personam, de rebus suo nimirum tempore gestis loquentis, e narratione delevit*[3]*. Hoc unum vir doctus Wattenbach statuere voluit*[4]*, quod episcoporum laudi studens ea saepe omitteret, quae ab adversariis contra eos prolata inveniret. Sed occurrunt etiam loci, ubi auctorem exscripsit, qui episcopos ac Leodiensium clerum quam vehementissime perstringit*[5]*! Quare quod de Albrico editor novissimus*[6] *perbene iudicavit, id non minore iure de Aegidio repetere liceat: eum litterarum monasticarum decrescentium lugubre lectori praebere argumentum.*

Operis fundamentum posuit noster, ut iam supra diximus, Herigeri et Anselmi Gesta episcoporum Leodiensium, quibus duos priores libros superstruxit. Eorum Gesta verbotenus descripsit, hic illic paucis omissis, quorum loco fusiorem aliunde haustam insereret narratiunculam. Recensionem Herigeri et Anselmi adhibuit partim recisam, partim amplificatam, quam vir b. m. Köpke sub classe D *in editione sua (SS. VII,* 159*) enumerat. De hac recensione in Annalibus nostris*[7] *egi. Ad additiones Aegidii ab illo Herigeri et Anselmi textu discernendas codicem huiusce recensionis unum qui exstat evolvi. Est Leodiensis* 187*, chartaceus, saec. XVI, olim* Liber fratrum S. Crucis in Leodio[8]; *quem Chapeavillius*[9] *eadem de causa inspexit. Idem testatur, se adhuc alterum huius recensionis codicem, olim Capucinorum Leodiensium, habuisse*[10]*. — Heri-*

1) Recentiores enim vitarum recensiones, saeculo XII. vel XIII. plerumque confectas, textibus antiquioribus ac genuinis praeferebat.

2) Cf. prologum ad lib. III. — Ex orthographia verborum Aegidium Francogallorum lingua usum esse concludas. Scripsit *Agusti* pro *Augusti* (e. gr. I, 41); *suseperis* pro *susceperis* (II, 5); *glisendo* pro *gliscendo* (II, 8); *silicet* pro *scilicet* (semper); *icirco* pro *idcirco* (I, 24); *remitentur* pro *remittentur* (I, 24); *doctmata* pro *dogmata*, et similia plura (*errogare, apperuit, ascensum, nobiliscimus* etc.)

3) E. gr. cf. quod III, 2. ex Triumpho s. Remacli affert. In vita Alberti ut amicus et coaevus Alberti se gerit; in relatione (III, 6) de reliquiis b. Iacobi ex Galetia Leodium translatis tanquam monachus S. Iacobi Leodiensis, qui res a maioribus compertas haberet; et eadem multis aliis locis.

4) In praefatione ad Ruperti chronicon S. Laurentii Leod., SS. VIII, 262 n. 10; in praefatione ad Chron. S. Huberti Andag. ibid. p. 566; in praefatione ad vitam Friderici ep. Leod., SS. XII, 502; GQ. (ed. 3) II, 298. De textu vitae Friderici, quem Wattenbach argumentum affert gravissimum, vide infra.

5) E. gr. III, 43; III, 46, ubi vitam Odiliae exscripsit. Sed nota, quod Chapeavillius in editione sua, quam Wattenbach sequitur, haec omnia aut omisit aut valde mutavit.

6) Scheffer-Boichorst in praefatione SS. XXIII, 650, cuius verbis utor.

7) Neues Archiv IV.

8) Cf. Archiv VII, 439; VIII, 478.

9) Tom. I. in praefatione ad lectorem sub numero 5. Deest codici capitulum 19. Anselmi, quod postea, fortasse Chapeavillio curante, ex Aegidio cum istius additionibus usque ad verba: *Deprehendit esse fautores*, suppletum est. — Textum illum Herigeri et Anselmi posteriorem Chapeavillius integrum praelo submisit. Neque enim tantum additiones Aegidii distinxit, sed omnia ab Aegidio ex textu eorum eiecta restituit.

10) *Exemplar verbotenus — omissa tantum praefatione Anselmi ad Annonem archiepiscopum — codici Aureaevallis correspondens.* Chapeavillius l. c. sub numero 6.

gerum semel ex Beda de temporum ratione correxit[1]. — *Saepius Sigeberti chronicon cum continuatione Anselmi usibus suis adaptavit*[2]. *Etiam Sigeberti liber de scriptoribus ecclesiasticis*[3] *ei ad manus fuit.* — *Ex annalibus Leodii conscriptis nobisque iam exstantibus compilationem Lamberti Parvi diligenter adhibuit*[4] *magnosque centones ex Reineri annalibus*[5] *inter subsidia admisit.* 5 *Prima recensione absoluta, Annales Leodienses, quos vir b. m. Pertz SS. IV,* p. 8 *sqq. edidit, nactus esse videtur, e quibus aliqua in margine adnotavit*[6]. — *Haud pauca e Chronico rythmico Leodiensi operi inseruit*[7]. *Alia e Gestis Treverorum*[8], *Ruperti chronico S. Laurentii Leodiensis*[9], *Chronico S. Huberti Andaginensis*[10], *Rodulfi Gestis abbatum Trudonensium*[11] *eiusque primo continua-* 10 *tore, Gisleberti chronico Hanoniensi*[12] *sumsit.*

Neque minorem messem fecit ex sanctorum vitis, passionibus, translationibus aliisque huiusce modi scriptis.

De initiis historiae Leodiensis omnia fere quae affert ex vita Servatii, quae verbo Troiugenarum *incipit, hausit. Haec est vita seriore tempore ex aliis* 15 *Servatii vitis compilata ac prorsus fabulosa, quam nondum publici iuris factam in codicibus Bruxellensibus* 7490 *et* 8401 *inspexi*[13]. *Alia sumsit e Miraculis Servatii non minus fabulosa, de quibus codicem Bruxellensem* 2496 *evolvi*[14]. *De catalogo episcoporum Leodiensium, quem I,* 17. *invenies, an ex vita Servatii sumtus sit, dubitari potest, cum Aegidius paullo ampliorem recensionem* 20 *ante oculos habuisse videatur idemque catalogus etiam episcopos post Servatium comprehendat (I,* 31*). Quare vitam Servatii et nostrum in eodem fonte inniti statuerim*[15]. *Spurium illud concilium Agrippinense*[16] *contra Eufratam episcopum a.* 346. *Coloniae habitum ex vita aliqua Servatii depromptum esse, viri docti perperam coniecerunt*[17]. *Exstat enim in codice saeculi X ex., nunc Bruxellensi* 25 495—505[18], *olim* Liber Marie Aureevallis, *qui procul dubio Aegidio ad manus fuit.* — *Vitam Domitiani exscripsit*[19], *quam Bollandistae AA. SS. Mai. II,* 146 *sqq. ediderunt. Haec vita iam ante Aegidium ex Herigero aliaque antiquiore vita concinnata est. Ex eadem vita interpolator Hoiensis quaedam supplevit; quod nostrum commovisse videtur, ut ipse quoque eam denuo evolveret nonnullaque* 30 *omissa in margine adnotaret.* — *Vitam Monulphi excerpsit*[20], *quae AA. SS. Iul. IV,* 156 *sqq. legitur; sed recensionem habuisse videtur, quae verbis Aegidii propius accedit. Similiter vitam Gondulphi*[21] *inter praesidia vocavit, quae ex duabus illis, quae AA. SS. Iul. IV,* 162 *sqq. inveniuntur, composita est.*

1) I, 20. 2) Nonnulla Sigebertana ex Ruperti chronico S. Laur. Leod. desumsit (II, 53); quaedam etiam interpolator Hoiensis addidit (II, 54), qui uno loco Sigebertana (I, 32) ex vita Domitiani affert. 3) II, 39; II, 45. 4) III, 13. 16. 20. 21. 23. 36. 5) III, 71 sqq. 6) I, 32. 37. 60; II, 45. 7) III, 18 sqq. 8) I, 6. 14. 16. Codicem Gestorum additionibus auctum (B. C.) exscripsit. 9) II, 49. 53; III, 45. Ruperti chronicon demum, cum tertium librum conscriberet, nactus est; quare secundo libro in foliis assutis et in margine postea quaedam adiecit. 10) III, 11. 12. 11) III, 12. 20. 23. 12) III, 3. 13) Cf. Archiv VIII, 504. et 512. 14) Archiv l. c. p. 491. 15) Ex alia quoque Servatii vita mihi ignota Aegidius nonnulla desumsisse videtur; cf. additionem ad I, 24, et similem centonem quem Crabbius, Conc. I, 189 (Coloniae 1538), descripsit; Mansi, Conc. coll. II, 1373. 16) Hoc concilium noster in foliis assutis operi suo postea inseruit. 35 17) Cf. Rettberg, Kirchengeschichte Deutschlands I, 127. 18) De codice agit Pertz, Archiv VII, 810 (sub antiquo numero 211). Accuratiora quaedam V. Cl. Ruelens, praefectus bibliothecae Burgundiae, benigne mihi transmisit. Concilium manu saec. X ex. exaratum 40 legitur in fol. 217. 218, quae codici postea assuta sunt. Incipit verbis: *Post consulatum Amanti;* anteriora: *Anno dom. inc.* etc. addidit in margine manus paullo recentior, quae etiam in textu quaedam correxit. Nomen Servatii legitur inter nomina *Ambia-* 45 *nentium* et *Dioscolus,* ut editum est apud Crabbium, Conc. I, 189 sq. (cf. Mansi II, 1371), qui procul dubio ex eodem codice hausit. De falsitate concilii vid. Rettberg I, 124 sqq., contra quem Friedrich, Kirchengeschichte Deutschlands I, 277—300, haud infeliciter 50 disputavit. 19) I, 32; III, 40. 44. 20) I, 33. 21) I, 34.

— *De Amando vitam adhibuit*[1], *cuius partem in mss. Elnonensi et Marchianensi repertam Bollandistae AA. SS. Febr. I,* 838 *sq. sub titulo:* Argumentum quo tempore beatus Christi confessor Amandus vel natus vel defunctus sit, *luci dederunt*[2]. — *De Theodardo*[3] *plurima ex vita quae AA. SS. Sept. III,* 588 *sqq. exstat, decerpsit; alia ex recentiore eiusdem vita auctore Sigeberto (Sept. III,* 593*) mutuavit. — Multa ex vita Lamberti auctore Nicolao transcripsit*[4], *quae postea excerptis ex vita Lamberti a. Sigeberto (Sept. V,* 598*) sumtis ampliavit. Miracula Lamberti adhibuit, quae hucusque in lucem non prodierunt*[5]; *sunt tamen nuda fabulatoris figmenta. — De Huberto*[6] *sua hinc inde collegit. Conversionem Huberti exscripsit, quam in libro Ioh. Roberti* Historia Huberti principis Aquitani, ultimi Tungrensis et primi Leodiensis episcopi, Luxemburgi 1621, *invenies. Plura ex vita Huberti a. Iona*[7] *et ex translatione eiusdem a. Iona*[8] *in partes vocavit. — Pauca ex vita Odae*[9] *(Oct. X,* 140*) et ex vita Herlindis et Reinulae*[10] *(Mart. III,* 385*) affert, quas vitas num ipse legerit, non ita certe contendam. — II,* 40. *translatio Eugenii episcopi Tolosani narratur, quae cum translatione in vita Gerardi Broniensis (Oct. II,* 239*) tradita non plane concordat. — Vitam Balderici ep. Leod.*[11] *verbotenus exscripsit*[12]. — *Vitam Friderici ep. Leod. secutus est*[13], *quae modo breviorem modo ampliorem textum praebet quam altera illa, quam SS. XII,* 501 *sqq. V. Cl. Wattenbach proposuit, qui in praefatione recte indicavit, exemplar Aegidii honori Alexandri, adversarii Friderici, consulens, historiam de veneno Friderico ab inimicis ministrato omisisse. Neque tamen ut viro docto assentiam a me impetrare potui, si hanc vitae mutationem Aegidio attribuit excerptumque, quod G. Henschenius in AA. SS. Mai. VI,* 726. *edidit, ex Aegidio sumtum esse statuit. Re iterum excussa, Aegidium et illud quod apud Henschenium exstat fragmentum ex uno eodemque fonte, non vero unum ex altero hausisse, persuasissimum mihi habeo*[14]. *Miracula vitae Friderici subiuncta, utpote in editione Martenii, qui meliorem codicis Alnensis textum publici iuris fecit, omissa, ex nostro supplevit Wattenbach l. l. p.* 506 *sqq. — Ex duabus translationibus Evermari*[15] *(Mai. I,* 133 *sqq.) et ex miraculis Bernhardi Clarevallensis a. Gaufrido*[16] *(Aug. IV,* 342 *sqq.) haud pauca exscripsit. — Relationem de tribus magis a Constantinopoli Mediolanum Coloniamque translatis*[17] *operi inseruit, quam tamen aliunde postea ampliavit. Vitam Malachiae*[18] *et vitam Thomae Cantuariensis*[19] *laudavit neque tamen legisse videtur. — Triumphum s. Remacli in Malmundario*[20] *et Triumphum s. Lamberti de castro Bullonico*[21] *verbotenus exscripsit. — Opera historica*[22] *Reineri omnia fere inter subsidia admisit, scilicet vitam Evracli*[23], *Walbodonis*[24], *Reginardi*[25]; *Libellum de adventu reliquiarum Laurentii martyris*[26]; *Triumphale Bulonicum*[27]. *Breviloquium de incendio ecclesiae ex vita Odiliae cognovit*[28]. — *Huc accedit vita Alberti episcopi Leodiensis, quae tota apud Aegidium legitur*[29]. *Hanc vitam hucusque non nisi ex Aegidio notam ex uno qui exstat codice Bruxellensi infra primo lectoribus proponemus.*

1) I, 32. 44. Hanc vitam nactus est, cum prima operis recensio iam absoluta erat. 2) Ex eadem vita hausit Helinandus ad a. 661. 3) II, 2 sqq. 4) I, 49; II, 5. 8—12. 21. 32. 5) II, 18. 19. 6) II, 21 sqq. 7) Surius, AA. SS. ed. nov. VI, 13 sqq. 8) Mabillon, AA. SS. IV, 1, 295 sq. 9) II, 30; III, 14. Laudatur in additione marginali II, 29. 10) II, 37. 11) SS. IV, 724. 12) II, 59 sqq. 13) III, 20 sqq. 14) Recte monuit Wattenbach, Aegidium false Reinerum auctorem vitae praedicasse. 15) II, 48; III, 5. 16) III, 31. 17) III, 34 sq. Edidit ex codice Hagensi 269. Floss, Dreikönigebuch p. 116 sqq. 18) III, 22. 19) III, 39. 20) III, 2. Exscripsit codicem Malmundariensem (B. 2); vid. SS. XI, 457. 21) III, 14. Exscripsit codicem (2) Parisiensem 9422, olim *liber beate Marie Aureevallis*; cf. SS. XX, 497. 22) SS. XX, 559 sqq. 23) II, 47 sqq. 24) II, 65 sqq. 25) II, 72 sqq. 26) III, 9. 27) III, 26 sqq. 28) III, 42. 29) III, 47—69.

Inter opera quae iniuria temporum perierunt primo loco chronicon quoddam laudandum est, ex quo ordinem chronologicum, i. e. cuius papae cuiusve imperatoris tempore Leodiensium quisque episcoporum vixerit, instituit. Hoc chronicon iam deperditum Chronicae Regiae Coloniensi[1] *superstructum fuisse constat. Pleraque enim quae paparum vel imperatorum seriem attinent quaeque de morte eorum vel sepultura vel successione narrantur, cum Chronica Regia arctissime cohaerent*[2]. *Praeter haec etiam alia ex Chronica Regia desumta occurrunt*[3]. *Attamen Aegidium ipsam Chronicam ante oculos habuisse, minime putarim. Non omnia enim, quae de papis et imperatoribus affert, in Chronica Regia leguntur, quae nihilominus Aegidio ex uno eodemque fonte innotuisse iure suspicamur. Quo accedit, quod re vera reliquiae, ut ita dicam, illius quod Aegidius excerpsit operis alio loco exstare videntur. Non ita diu enim postquam Aegidius Gesta sua conscripsit, sive ab ipso Aegidio sive ab alio quovis Aureaevallensium*[4] *excerptum ex eis confectum est, quod rursus ex illo de quo dicimus chronico amplificatum est. Ex fragmentis in hoc excerpto asservatis, quae infra editioni Aegidii subiicere placet, confirmatur, chronicon illud magna ex parte ex Chronica Regia compilatum, aliis autem quibusdam hinc inde collectis*[5] *ditatum fuisse. Cuius rei indicia, si quid video, etiam apud Aegidium idque non solum in paparum et imperatorum historia invenies. Concordat unus Aegidii locus cum libro pontificali (II,* 32*), unus (II,* 8*) cum Adone*[6]*, unus (II,* 38*) cum Roberto de Monte*[7]*, unus (II,* 37*) cum Helinando*[8]*; alius (II,* 36*) cum Ottone Frisingensi*[9]*, alius (II,* 36*) cum Vincentio Bellovacensi*[10]. *Hos scriptores Aegidio omnes presto fuisse ut affirmarem, a me impetrare non potui. Quos si ipse cognovisset, certe de pluribus adhuc rebus in partes suas vocasset. Quare haec omnia aut plurima saltem ex chronico illo desumta esse mihi persuaserim. Et cave, hoc chronicon viros doctos usque hodie penitus latuisse dicas. Secundum Bucherium, qui circa a.* 1612. *de rebus Leodiensibus sagaciter disputavit, confitetur Iohannes presbyter de Warnans, qui medio saeculo XIV. Aegidio continuationem subiunxit, 'se in veteres quosdam annales incidisse, qui a condito orbe ad Fredericum usque II. imperatorem rerum seriem deducerent, atque inter alia Leodiensium pontificum annos ac tempora notarent; quae ipse feliciter in sua scripta transfuderit'*[11].

1) Exemplum Waitzii secutus, hoc nomine Annales Colonienses maximos (SS. XVII, 723 sqq.) appellare volui. 2) E. gr. I, 36. 60; II, 36. 41. 57. (71); III, 14. 16. 94. 96. Uno loco (II, 71) textus Aegidii propius ad Ekkehardum quam ad Chronicam Regiam Col. accedit; altero (II, 57) ea quae sine dubio ex Chron. Reg. sumta sunt, ex Ekkehardo ampliata videntur; attamen cum integrum textum prioris partis Chronicae Regiae non nisi ex editione Eccardi (Corp. hist. med. aev. I, 683 sqq.) cognoscamus, non audacius quidquam de hac re affirmare voluerim. 3) III, 94. 4) Vide infra p. 13. 5) Ex Annalibus Bertinianis, Reginone, Sigeberto, Gestis abb. Trudon., Fundatione S. Albani Namurcensis inedita, epistola Guidonis. 6) Max. bibl. patr. XVI, 802. 7) Integrum textum vid. apud Dachery post Guiberti Novigentensis opera (Paris 1651) p. 717. 8) Quae I, 44. cum Helinando conveniunt, uterque ex vita Amandi sumsit. II, 37. Helinandus ex Odonis libello de Reversione Martini a Burgundia (ap. Quercetanum in Bibl. Clun p. 120) hausit, sed textum multo breviorem reddidit. Eadem verba reperiuntur apud Aegidium 9) SS. XX, 229. 10) Vincentius XXIV, 37. rursus se 'ex chronographo' hausisse testatur. Ex Ademaro III, c. 19 (SS. IV, 122) sua descripsit, sed verba paullo mutavit. 11) Bucherius in disputatione historica de primis Tungrorum seu Leodiensium episcopis, quam Chapeavillius I (sub finem) publici iuris fecit, p. 19. haec ait: *Incidi in codicem quendam veterem et anno Christi circiter* 1378. *scriptum cuiusdam Ioannis presbyteri Warnantii, qui se Harigerum, Anselmum et Aegidium interpolasse fatetur iisque tum domestica tum externa multa infulsisse. Is in Valentino nono Tungrorum pontifice ita scribit: Scire se Harigerum octo priorum episcoporum s. Materni successorum non signasse annos, quod eorum gesta omnium Hunnorum persequutionibus interierint. Se tamen Ioannem aliter sentire credereque Tungris tranquillam semper pacem regnasse, dum aliae Galliarum ecclesiae persequu-*

Hos annales vel, quod maluerim, hoc chronicon idem fuisse, ex quo Aegidius temporum indicationes sumserit, coniicere fas[1] *est. Quae coniectura certo quodam testimonio confirmatur. Monachus enim Novesiensis, qui circa a.* 1498. *magnum chronicon Belgicum composuit, locum quendam ex 'Iohanne monacho' sumtum servavit*[2], *quem Iohannem monachum eundem ac Iohannem presbyterum de Warnans fuisse veri videtur simillimum*[3]. *Is locus — est celeber ille de Henrici VI. conatu electiciam regum Germanorum successionem in hereditariam mutandi, quod simili modo nusquam alibi traditur — verbotenus fere cum eo convenit, quod in compendio Aegidii legitur (vid. infra ad III,* 73), *nec dubium, quin auctor compendii et Iohannes ex eodem fonte hauserint. Huc accedit, quod et in magno chronico Belgico et in chronico Gemblacensi inedito (cod. Brux.* 3803), *quod in Iohanne presbytero innititur*[4], *alia occurrunt, quae cum nostris fragmentis concordant, sed ita tamen, ut illic textus uberior sit quam in abbreviatione Aegidii*[5]. *Iure ergo in his compilationibus fragmenta illius de quo dicimus chronici Leodiensis latere concludamus. Quae cum ita sint, ex eo fonte etiam in Aegidii librum quaedam fluxisse persuasissimum tibi habeas velim. Eorum nonnulla maximi sunt pretii; nam procul dubio ex veteribus annalibus nobis ignotis*[6] *necnon ex notis historicis, quales de fundationibus ecclesiarum*[7], *de traditionibus etc. hic illic inveniuntur, originem traxerunt; id quod ex fragmentis in amplificato illo Aegidii compendio exstantibus confirmatur. Neque dubium, quin chronici auctor de rebus suo quidem tempore gestis proprio quoque marte operi quaedam inseruerit; cuius rei vestigia apud Aegidium in ultimis capitulis occurrunt*[8]. *Econtra de antiquioribus, immo etiam de posterioribus temporibus in chronico illo permulta fabulosa tradita sunt*[9], *quorum partem iam Aegidius usibus suis adaptavit, partem in Aegidii compendio legimus: omnia autem ab eodem auctore eadem ratione concinnata esse elucet. Auctorem chronici Leodiensem fuisse*[10], *egregia sunt indicia; nam fundationes ecclesiarum in dioecesi*

tionum procellis quaterentur; quin potius religionem adeo floruisse, ut inibi insurrexerint 72 *congregationes, prout credimus (inquit) religionum et ordinum seu ecclesiarum. Unde nec verum esse, quod omnia priorum episcoporum gesta perierint. Imo se in veteres quosdam annales incidisse* (vid. supra) — — — *in sua scripta transfuderit. Haec ibi eo fere sensu; neque enim verba ipsa aeque parum cum elegantia quam cum veritate comparata retuli. Puto hanc esse veram ac primam eorum, quae certiora esse vellemus, originem.*

1) Cf. II, 2: *Passus est . . . Theodardus secundum chronica a. D.* 659, quod cum chronico quovis alio non concordat.

2) Pistorius, Rer. Germ. SS. III, 224.

3) De hoc Iohanne, quis fuerit, fusius disputavit Ficker, De Henrici VI. imp. conatu electiciam regum in imperio Romano-Germanico successionem in hereditariam mutandi (Diss. Bonn. a. 1849) p. 35—42. Vir doctus cum Iohannem presbyterum non cognoverit, Iohanni de Stabulaus, qui paullo ante medium saeculum XV. opus Iohannis presbyteri continuavit, hunc locum attribuit. Sed Iohannem presbyterum intelligendum esse, hodie sane nemo negabit. Cf. Wohlwill, Anfänge d. landst. Verf. im Bisthum Lüttich p. 197.

4) De textu Iohannis presbyteri, qui in chronico Gemblacensi aliisque codicibus ineditis latet, vide quae disputavit Wohlwill l. l. p. 198 sqq His addendum est, etiam historiam monasterii S. Laurentii Leodiensis auctore Adriano de Veteribusco ex Iohanne hausisse; cf. relationem de concilio Lateranensi a. 1215. ap. Martene, Coll. ampl. IV, 1097.

5) Cf. locum quem ex Chron. Gembl. edidit Chapeavill. II, 45 (infra III, 15 n.); de pace ab Henrico I. ep. Leodii instituto partim magnum chron. Belg. (Pist. III, 136), partim Aegidii compendium (III, 13) uberiorem praebet textum.

6) E. gr. III, 1 n. 17 n. 18. 28. 32 n. 42 n.

7) Exemplum est historia fundationis mon. S. Albani Namurcensis, quae verbotenus in compendio Aegidii ad III, 1. excerpta est. Hanc fundationem ineditam V. Cl. Arndt ex chartulario Namurcensi descripsit.

8) Cf. III, 70. 73. 74. 75. 94. Etiam quae c. 30. 33. 36. de Henrico episcopo cum imperatore in Italia commorante, c. 46. de Radulpho episcopo narrantur, ex hoc fonte fluxisse putarim.

9) Hoc concordat cum eis, quae secundum Iohannem presbyterum Bucherius de hoc chronico tradidit. De fabulosis ex posterioribus adhuc temporibus cf. III, 18 n. 28 n.; in Aegidii compendio ad II, 33; III, 73. 91.

10) Auctorem Hugonem de Petraponte (a. 1200—1229) fuisse, qui chronicon quoddam ab antiquissimis temporibus usque ad suam aetatem composuit (cf. Iean des Preis dit d'Outremeuse, Ly myreur des histors ed. Borgnet I, 2), fortasse quis coniiceret. Sed ultra illius mortem chronicon, quod Aegidio praesto erat, deductum fuisse videtur. De hac re alio loco fusius disputabo.

Leodiensi sitarum diligentissime enumerat[1]; in discordia inter comitem Gelrensem et ducem Brabantiae a. 1202. orta partes sequitur comitis Gelrensis[2], qui episcopo Leodiensi foedere coniunctus erat; immo ne id quidem timuit, ne historiam imperatorum, ut ita dicam, in utilitatem ecclesiae Leodiensis falsaret, Leodiensi nimirum episcopo ius reges coronandi vindicans, si archiepiscopus Coloniensis impeditus esset[3].

Non minoris momenti sunt, quae noster ex Vita Odiliae in auxilium vocavit; cuius vitae tertium librum integrum fere[4] et ex primo et secundo magnos centones Gestis inseruit[5]. Neque parvi faciendum, quod Chapeavillius, cui vita ex codice manuscripto innotuit, plurima eorum quae ex ea deprompta sint, in additionibus suis insignivit. Alia quae non indicavit, nos ex visionibus quas auctor proferre solebat distinguere potuimus[6]. Ita factum est, ut quaequae ex hac vita sumta sint, in editione nostra certis quibusdam lineis circumscribi possint. Quae primi et secundi libri sunt, cum non nisi apud Aegidium idque per diversa capitula dispersa reperiantur, etiam in opere Aegidii suo loco dare voluimus. Tertium librum de Triumpho s. Lamberti in Steppes obtento, quem Aegidius uno tenore Gestis inseruit quemque aliunde quoque traditum habemus, infra separatim publici iuris faciemus. Ibi in praefatione de tota vita fusius disputabimus. —

II, c. 50 sqq. de Notgero ex vita aliqua ignota haud contemnenda affert. III, 3. ex genealogia comitum Flandrensium hausit, quae ampliorem textum quam Genealogia Generosa[7] praebet. III, 5—6. Translatio reliquiarum s. Iacobi de Galetia in Leodium allatarum legitur, quae Chapeavillio in codice S. Iacobi Leodiensis presto fuit. Alia ex necrologiis ecclesiarum Leodiensium et ex epitaphiis episcoporum sumta sunt. Hic illic notatu digna ex chartis affert. E. gr. quae de libertate villae Hoiensis (III, 1), de pace ab Henrico episcopo in territorio Leodiensi instituta (III, 13) narrantur, summi momenti sunt[8]. Quae praeter haec ad certum fontem deducere nequimus, ex legendis aliisque huiusce generis scriptis desumta esse videntur.

Postremo de Notis Aureaevallensibus, quas vir b. m. Pertz ex Martenii Thesauro Anecdotorum III, 1403 sqq. depromptas, SS. XVI, 681 sqq. denuo edidit, hic pauca disserere haud abs re fore spero. Sunt enim notae illae, quas Martenius 'ex codice Aureaevallensi' se hausisse profitetur, nihil aliud atque excerpta ex adnotationibus, quae in codice autographo Aegidii margini inscriptae reperiuntur. Non semel quoque ex textu Aegidii nonnulla addita sunt[9], nimirum ut lector in margine adnotata neque semper inter se cohaerentia facilius intelligeret: id quod luce clarius ostendit, notas ex Aegidio esse descriptas, non vero Aegidium ex notis hausisse. Etiam codicem autographum Aegidii inspecturus facile intelliget, notas undicumque corrasas hic primo collectas esse; e. gr. quae amanuensis adnotavit, ampliavit deinde Hoiensis interpolator[10]; et non omnia uno eodemque tempore conscripta, sed iterum iterumque correcta, nova postmodum adiecta. Occurrunt eadem menda eaedemque lacunae; econtra quae difficilius legenda erant vel res alienas tractare videbantur, omissa sunt. Mittamus ergo notas illas, utpote posteriore aliquo tempore ex Aegidio compilatas

1) E. gr. III, 31. 101. 104; cf. etiam III, 16 n. 22 n.; ex compendio vid. ad II, 42; III, 91. 101 sqq. 2) In compendio ad III, 76. 3) In compendio ad II, 33. Cf. fabulosa de Hugone episcopo in concilio Lateranensi ibid. III, 91; de munitionibus Leodii ab Heinrico IV. factis III. 16 n.; de pace ab Heinrico V. Leodiensibus concesso III, 18 n. 4) III, 77—94. 5) Ex primo libro III, 29. 37. 41. 42. 43 (?); ex secundo III, 95. 96. 97. 98. 99. 101. 6) III, 101. 7) SS. IX, 320. 8) Cf. etiam III, 4. 15. 24. 30. 9) II, 30. 32; III, 68 (ex vita Alberti c. 43). 10) II, 40 n.

Opus Aegidii vix confectum ad matrem ecclesiam Aureaevallensis monasterii, Trium Fontium scilicet, delatum et hic in manus Albrici venisse, V. Cl. Scheffer-Boichorst docuit[1]. *Albricus chronicon suum ex nostro ampliavit; alia ex Aegidio deprompta monachus Hoiensis, qui Albricum interpolavit, operi eius inseruit. E recentioris aevi scriptoribus quicunque Leodiensium historiam tractarunt, Aegidium in auxilium vocarunt, immo vetustiorum auctorum, Herigeri scilicet et Anselmi libris non nisi in interpolata Aegidii recensione usi sunt. Iohannes Hocsemius Gestis Aegidii continuationem usque ad a.* 1348. *deductam subiunxit*[2]. *Alteram continuationem addidit Iohannes presbyter, investitus de Warnans, qui antiquiora tempora non praeteriens nostrum denuo interpolavit*[3]. *Idem fecerunt Iohannes Ultramosanus*[4], *Iohannes Brusthemius*[5], *Iohannes Placentius*[6], *Adrianus de Veteri Busco*[7], *qui omnes Aegidium in enarrandis rebus Tungrensium antiquissimis ducem sibi sumserunt. Non semel quoque posteriores Aegidii librum utpote maiorem et vix legibilem in epitomen coegerunt, quam alii aliunde rursus ampliaverunt. Harum epitomarum, quales haud paucae inveniuntur, eas hic enumerare libet, quas nobis bibliothecas perscrutantibus hic illic innotuerunt. Nil nisi excerptum ex Aegidio praebent*

A. *codices qui verbis:* Anno a passione Domini 36. beatus Maternus primus Tungrorum *etc. incipiunt; sunt*

1) *codex musei Britannici Nr.* 22635, *olim S. Trudonis, membr. fol. saec. XIV. Excerpto ex Aegidio sumto (fol.* 56 *sqq.) additae sunt notae historicae*

1) In praefatione sua SS. XXIII, 646 sq. E notis marginalibus codicis Aureaevallensis nulla apud Albricum invenitur; ea enim quae apud nostrum ad a. 1187 (III, 42) de Alberto Virdunensium episcopo narrantur quaeque Albricus in usum suum vertit (p. 861), minime in margine addita sunt, ut false Chapeavillius tradidit, viros doctos in errorem trahens (ibid. p. 662). Quae de Iohanne Agno apud Albricum p. 696. leguntur, non ex Aegidio sumta esse, iam editor sagacissimus monstravit. Albricum chronicon illud deperditum cognovisse, quamquam nonnumquam Leodiensia tradit quae apud Aegidium non leguntur, haud putarim. 2) edidit Chapeavill. II, 271 sqq. Eius autographum sub Nr. 18658 'ex scriptis m. Ioannis de Hocsem' in bibliotheca Bruxellensi asservatur. Hocsemium exceperunt Radulphus de Rivo — 1389, Sifridus Petri, alii, quorum opera praelo submisit Chapeav. III, 1 sqq. 3) Vid. supra p. 8 sq. Iohannem presbyterum excepit Iohannes de Stabulaus, qui a. 1449. obiit. Iohannem presbyterum vel chronicon deperditum, de quo supra dixi, exscripsit continuator tertius Gestorum abb. Trudon.; cf. SS. X, 371 (Aegid. II, 30. 31), 372 (32. 33. 38), 374 (36), 375 (39), 376 (II, 42), 378 (43), 380 (53), 382 (67), 390 (III, 46). 4) Ly myreur des histors, chronique de Iean des Preis dit d'Outremeuse, ediderunt Borgnet et Stan. Bormans (Corps des chroniques Liégeoises). Bruxelles 1864 sqq. Cf. Wohlwill, Anfänge der landständischen Verfassung im Bisthum Lüttich p. 205. — Iohanni Ultramosano Gesta Aegidii presto fuisse, ipse diserte exposuit tom. I, p. 2: *Lyqueis presens croniques at esteit pris et extrais . . . .* (p. 4) *des croniques Giles, moynes de Orvals, del evesque Wazoius ques à Henri de Geldre, evesque de Liege, qui fuit deposeis.* Ei integrum Aegidii textum ad manus fuisse, ex quavis fere pagina facile intelligitur. Uno fortasse loco dubitari potest. Legitur ap. Bormans IV, p. 536 sq.: *Les croniques en l'abbie d'Orvauz, que fist Giele, leur moine, de Wazo iusques à Obert, à cuy temps il regnat chis Giel, et fait en ses croniques mencion del vendage de castial de Builhon en teil manere: 'Hic Obertus castrum de Bullone, MIII*[tis] *argenti et tribus auri purissimi marchis mediantibus, emit a Godefrido duce Lotharingie, qui ex devotione transfretavit Iherusalem; quam summam ipse Obertus de feretro thesaurum, reliquiis etc.'* Haec verba minime cum Aegidio III, c. 14. conveniunt, sed proxime ad compilationem Mathiae de Lewis (ed. Bormans, Liège 1865) p. 49. accedunt. Neque dubium, quin re vera ex ea desumta sint. Simili enim errore, quo Iohannes Aegidium coaevum Oberti facit, etiam verba Mathiae Aegidio attribuere potuit. Accedit, quod errores huius modi apud Iohannem, cuius narrationes ubique fere fabulas sapiunt, saepissime occurrunt. Verba: *Hic Obertus* etc. neque in compendio Aegidii, de quo infra sub D agam, neque in codice Averbodiensi Nr. VII., ut Bormans p. 537. coniecit, neque in chronico Gemblacensi (cod. Brux. 3803) inveniuntur; quare Iohannem Ultramosanum hic Mathiam de Lewis exscripsisse, cur dubitem non habeo. Mathias rursus in compendio Aegidii (v. infra p. 13) nisus est, suo more tamen verbis paullo mutatis. 5) Cf. Piot, Chart. de l'Abbaye de St. Trond I, 124—128. 6) Cf. Köpke in prefatione ad Herigerum et Anselmum, SS. VII, 157 n. 4. 7) Hic conscripsit exeunte saec. XV. Historiam monasterii S. Laurentii Leodiensis, quam ediderunt Martene et Durand, Coll. ampl. IV, 1034 sqq. Cf. Wattenbach in praefatione ad Rupertum SS. VIII, 261.

post mortem Engelberti de Marcka (a. 1383) *conscriptae. Sunt fere omnes ex Hocsemio depromptae et nullius pretii*[1].

2) *codex bibl. regiae Berolinensis, inter Latinos in* 4°. *Nr.* 4, *chart. saec. XVI. Explicit a.* 1251[2].

3) *Romanus Chigianus F. VII.* 171, *chart. fol. saec. XVI. (fol.* 67′—69′). *Desinit a.* 1251[3].

4) *Bruxellensis Nr.* 8050, *chart.* 4. *saec. XVI. Addita est brevis continuatio a.* 1251—1430[4].

B. *Codices verbis:* Nato igitur domino Iesu Christo tempore Octaviani imperatoris *inchoantes breve exhibent excerptum ex Aegidio confectum; hic illic quaedam aliunde sumta inserta, quae tamen nullius momenti sunt. Maioris pretii sunt continuationes, quas abbreviationes librorum Iohannis presbyteri et Iohannis de Stabulaus praebere constat*[5]. *Sunt*

1) *Bruxellensis Nr.* 9841, *chart. fol. saec. XV. Usque ad a.* 1487[6].

2) *Hamburgensis, Hist. Germ. fol. Nr.* 31^b, *saec. XVI, fol.* 135—164. *Usque ad a.* 1456[7].

3) *Hamburgensis, Hist. eccl.* 4. *Nr. XXXI, chart. saec. XV. Usque ad a.* 1435[8].

4) *Averbodiensis Nr. VII, chart. fol. saec. XVI. Proxime accedit ad codicem Hamburgensem Nr.* 31^b. *Cf. Borgnet, Compte rendu de la commission royale d'hist.* 2. *série, tom. VIII,* 393 (1855); *Neues Archiv II,* 323.

5) *Averbodiensis Nr. IX. (ad finem), chart. fol. saec. XVI. Cf. quae adnotavi Neues Archiv II,* 323.

C. *Simile excerptum verbis:* Annus erat Cesaris Claudii secundus, qui a passione Domini *incipiens praebent codices*

1) *Averbodiensis Nr. IX. (initio), cui excerpta addita sunt ex Hocsemio, Radulpho de Rivo, Ioh. de Stabulaus.*

2) *Cheltenhamensis (bibliothecae Th. Phillipps) Nr.* 1130, *chart. saec. XVI. cum continuatione usque ad a.* 1445. *Pauca enotavit V. Cl. R. Pauli.*

D. *Quartae classi adnumerandus est*

1) *codex* ***Bruxellensis*** *Nr.* 19627, *in* 4°. *min. chart. saec. XVI, qui exhibet:* Gesta pontificum Tungrensium, Traiectensium et Leodiensium abbreviata. 'Eo tempore quo princeps apostolorum Petrus Romane presidebat ecclesie' *etc.*[9] *Eiusdem operis exstat*

2) *fragmentum in bibliotheca V. Cl. Stan. Bormans, praefecti archivi Namurcensis*[10]. *Est unum folium membr. saec. XIII. ex. (Fragment d'une chronique Liégeoise inédite du XIII. siècle publié par Stan. Bormans, Bulletin de l'institut archéologique Liégeois V,* 1862, *p* 186—190). *Hoc excerptum, antequam Aegidius codicem e manibus dimitteret, confectum esse videtur. Non semel enim lectionem secutus est excerptor, quam Aegidius postea propria manu rursus*

1) Hunc codicem Waitz, Cheltenhamensem Pauli, Hamburgenses Wohlwill evolverunt; Berolinensem, Romanum, Bruxellenses, Averbodienses ipse inspexi.
2) Archiv VIII, 835.
3) Ibidem XII, p. 391.
4) Ibid. VIII, 509.
5) Cf. Wohlwill, l. l. p 197 sqq. Haec excerpta ex codicibus Aegidium eiusque continuatores continentibus confecta esse apparet, quales Chapeavillio adhuc duos praesto fuisse, supra p. 4 n. 6 dixi.
6) Archiv VIII, 532.
7) Ibid. XI, 389.
8) Ibid. XI, 393.
9) Fol. 1—37′. Excerptum desinit verbis: *beatam Mariam contradicentem . . .;* deinde unum folium excisum, et pauca (fol. 38) de Roberto episcopo alia manu addita sunt *(eo quod in processione — et Prumiensis a.* 1244), quae cum fragmento concordant. Tunc brevissimum excerptum ex Hocsemio adiectum est.
10) Fragmentum Berolinum gratiose transmisit vir doctus, qui ex egregia qua est rerum Belgicarum scientia auxilium suum nobis non in hac tantum editione praeparanda concessit. Ei hasce lineas grati nostri animi perenne optamus fore testimonium.

delevit, ita ut quae antea scripta erant, iam legi non possent[1]*; id quod praecipue in constituendis episcoporum Leodiensium annis, quippe qui auctori maxime cordi erant quosque denuo atque denuo emendavit, factum est. Difficilius vero explicatu est, unde fieri potuerit, ut haud pauca quae in excerpto leguntur apud Aegidium frustra quaerantur, alia quae Aegidius in margine adnotare inceperit, excerptor nihilominus usque ad finem ante oculos habuerit*[2]*. Patet, excerptorem aut Gestorum codicem nostro uberiorem adhibuisse, aut quae Aegidius omiserit, ea postea ex ipsius fonte supplevisse: et hoc quidem veri est similius, cum excerptum, ut modo dixi, antequam auctor calamum deponeret, confectum esse videatur. Fortasse ipse Aegidius, aut si non ipse, certe aliquis fratrum Aureaevallensium, qui ei in libro conscribendo auxilium praebebant, compendium compilavit. Quae ad Aegidium adiecta sunt, maxima ex parte ex chronico illo deperdito, quo Aegidius in opere suo texendo usus est, fluxisse, iam supra dixi. Eis quae ex Aegidio sumta sunt aliaque quae de origine Leodiensium nimis fabulosa enarrantur omissis, additiones inde a tempore Pippini infra editioni Aegidii subiecimus. Huic excerpto posteriore tempore (c. a.* 1379*) Mathias de Lewis*[3] *librum suum superstruxit.*

Opus Aegidii ex codice Aureaevallensi petitum Iohannes Chapeavillius in libro: Qui gesta pontificum Leodiensium scripserunt auctores. *Leodii* 1612, *tom. I. et II. praelo submisit, cuius editionem non nisi mediocri laude efferas velim. Textum enim Aegidii effrenata licentia turbavit, immo ut elegantiorem faceret, non semel penitus immutavit; et ne sensum quidem semper servavit, e. gr. quae clerum nimis offendere videbantur, utpote censor civitatis Leodiensis, paene omnia pio animo omisit*[4]*. — Secundum Chapeavillii textum excerpta quaedam suo more dederunt Bouqueti continuatores XIII,* 604—616*; XVIII*[5], 638—665. *— Novam equidem lectoribus editionem propositurus, id praecipue egi, ut quam fidelissime potui textum ex codice autographo ederem, omnes vero correctiones et additiones necnon interpolationes accurate indicarem; quod quomodo instituerim supra exposui. Quae Aegidius ad verbum ex aliis libris descripsit, ea plerumque usque ad initium et finem resecui*[6]*; quae mutavit vel constrinxit vel unum auctorem ex altero supplens composuit, retinui. Quae ex fontibus nobis ignotis vel iam deperditis servata sunt, maioribus typis exprimenda curavi.*

Berolini, mense Iulio 1877. *Ioh. Heller.*

1) Vid. infra in compendio ad II, 33: *Gerbaldus . . . prefuit annis viginti quinque;* Aegidius *annis* 26 (VI e rasura). — II, 35: *Pirardus . . obiit octingentesimo quadragesimo secundo*, quod convenit cum Ann. Lobiens. SS. II, 195; Aegidius *anno* 840. e rasura. — II, 36: *Hircarius postquam annis viginti quinque ecclesiam . . rexisset;* Aegidius e rasura: *annis* 15. — II, 45: *(Ratherius) vicesimo nono anno ab expulsione sua . . vitam finivit;* Aegidius false: *anno* 19. 2) II, 30; II, 63 (ex Sigeberto); III, 73 (ex fonte ignoto; sed Aegidius textum integrum, excerptor breviorem praebet); III, 94 (ex Chron. regia). 3) Chronique de Mathias de Lewis, publiée d'après un manuscrit du XIV[e] siècle par Stanislas Bormans. Liège 1865. 4) Cf. e. gr. III, 41. 43. et multis aliis locis. 5) De Aegidio paucis egerunt De Wisch, Biblioth. cist p. 7; Hist. littér. de la France XVIII, 431—435; Wind, Bibliotheek der Nederlandsche Geschiedschryvers I, 36; Hirsch, De vita et scriptis Sigiberti (Berolin. 1851) p. 424 sqq.; Wattenbach, GQ. (ed. 4) II, 325. 6) Quae noster ex Herigero et Anselmo sumsit, retinui, si textus eorum a textu quem Köpke SS. VII, 134 dedit prorsus abhorruit.

*p. 1.

INCIPIT* PROLOGUS AD SANCTUM ANNONEM COLONIENSEM ARCHIEPISCOPUM IN GESTIS PONTIFICUM TUNGRENTIUM TRAIECTENTIUM ET LEODIENTIUM.

Anselm

Domino Annoni, venerabili Coloniensium archipresuli, presbiterorum infimus A., predicare annum Domini acceptum, et suam Christi familie fideliter dispensare annonam. Gloria omnipotenti Deo — salvam esse expediat*.

FINIT PREFATIO. 5

747. *) *A. addit in margine inferiore:* Anno sexto decimo post obitum beati Huberti, anno videlicet tercio Karlomanni filii Caroli Martelli, qui erat annus Domini 747, primo translatus est beatus Hubertus[1].

813. Anno Domini 813. Lodovicus, filius Karoli, post patrem septem regalia suscepit.

824. Anno ordinationis domni Walcaldi sexto decimo, qui est incarnationis dominice octingentesimus vicesimus quartus, Kal. Octobris translatum est capud beati Huberti. Interfluxit autem spatium temporis a prima translatione usque ad secundam annorum circiter 75. 10

INCIPIUNT CAPITULA PRIME PARTIS.

*p. 4. Herig

*) De miraculis eiusdem *add. A. in marg. infer.*

a) Eucharum *corr.* Eucharium *c.* b) *numerus deest, quare deinceps numeri uno minores habentur.* c) Gochos *c.* d) *rursus numerus deest, quare deinceps numeri duobus minores habentur.* e) *littera initialis deest, spatio vacuo relicto.* 60 f) *correxi;* Romam *c.*

1) Vid. infra lib. II, c. 29. 30.

Herig.

42. Quod episcopus ordinatus multa bona opera fecerit.
43. Quod Gandensem populum converterit, Bavonem recluserit, mortuum suscitaverit.
44. Dagoberti regis filium cathecizat; Traiectensem episcopatum post triennium derelinquit.
45. Quod contempnentes verbum Dei ex ore eius ultio divina percussit; cecus ex aqua manibus eius infusa visum recepit.
46. Insidiatores suos cecitate percussos itemque cecam mulierem illuminat; monachum inobedientem* paralisi percussum liberat. Renumeratio[a] virtutum eius et dormitio. *p. 6.
47. Proemium in vita beati Remacli.
48. De regno Francorum et Aquitania, unde sanctus Remaclus originem duxit.
49. Quod idem a beato Sulpicio[b], dehinc sub Eligio educatus, palatii primoribus innotuerit.
50. Quod beato Amando in cathedra Traiectensi successerit, et qualiter vixerit.
51. Qui sancti viri sub eo coaluerint.
52. Sancto Trudoni adhuc puero quid eum facere oporteat predicit.
53. Quam fuerit a cupiditate alienus.
54. Quod ex eius consilio Sigebertus duo cenobia construxerit.
55. De Malmundarii constructione.
56. De Stabulaus constructione.
57. Quod designato sibi successore heremiticam vitam expetierit.
58. Prohibitio super hoc filiorum; item excusatio eiusdem viri sancti.
59. Quod multi eius exemplo seculum reliquerunt, et crescente religione creverunt res ecclesie.
60. Quod post exhortationem fratribus factam feliciter obierit in pace.

INCIPIUNT GESTA PONTIFICUM TUNGRENTIUM TRAIECTENTIUM ET LEODIENTIUM AD SANCTUM ANNONEM PRIMO DESCRIPTA, SED POSTEA HIC ALIQUA ADDITA SUNT.

1[c]. *Omnis antiquitas*, ut ait oratorum maximus, — cum tibi pudor amici dignius possit convenire, si displicet. Her 1.

2. Deus summe bonus, cuius divina ex eterno natura regnat, — delegissent eatenus creature potius quam creatori deservisse. ibid. 2.

3. Non inquam frustra occiduis[d] partibus pendens in cruce, — neci simul addictos fuisse. Sed ut ad quod animum induximus, articulum inflectamus, paululum pretermissa ad memoriam revocemus. ibid. 3.

4. Annus erat Claudii cesaris secundus[e], — ad Aquileiam et alias quam plures Italie urbes* novissime vero ad Alexandriam et Egyptum direxit. Aliis Galliarum partibus predicatores idoneos et testes Christi veridicos misit**, quos hic, quia alias festinare contendit, nostra singillatim nominare intentio non admittit. Ad Galliam itaque, que Comata dicitur***, Mediomatricum urbi† beatum Clementem direxerat episcopum, non eum autem qui quartus ab ipso Romane sedis administravit pontificatum, quique postea cum* aliis multis veritatis assertoribus ad Galliam Braccatam Parisiorum Lutecie urbi sanctum misit Dyonisium. ibid. 4. *p. 14.

*) Appolinarem Ravennam *add A. in marg.*
**) *A. in inferiore margine:* Sixtum Remis, Savinianum Senonis, Sinitium Suessionis, Memmium Catalaunis [episcopus 80 annos[f]], Martialem Lemovicas, Frontonem Petragoricas, et multos alios diversis civitatibus. cf. Gest. Trev. 14.
***) 1 *addit in margine linea rubra includens:* Gallia Belgica dicitur enim[g] Comata secundum historiam Treverorum. cf. ibid. 7.
†) *superscripsit* 1: id est Mettis.

5. Sub ipso enim tempore beatus Petrus ad metropolim, Treverorum scilicet civitatem, — et tanti sodalicii perpessi sunt dispendium. Her 5.

6. Nam cum in Elegiam castellum devenissent, [silicet[h] vicum grandem[i] Gallie Argentinensis diocesis, qui locus in Elisatio pago[1]], ibique predicandi gratia morarentur, sanctus Maternus a febre valida interceptus, humanis subito rebus est exemptus*. Reliqui[k] — et lupanaribus deditos ad Christum convertit. ibid. 6. *p. 15.

7. Tres igitur viri iam dicti Treverorum civitatem ingressi, ut ubique Trinitas, que ab eis predicabatur, sub unius veri Dei cultu innotesceret, sub unius ipsorum trium pontificatu per civitates et castella in circuitu ceperunt Christum euangelizare[2]. In quibus civitatibus iam dicti tres viri semina verbi serentes, multos ad Dei vivi cultum convertebant. Flectebatur leni iugo Christi ferocitas Gallorum, curvabatur imperio fidei cervicositas Germanorum. Et Gallicanus, teste Ieronimo, coturnus, qui monstra non habuit, sed viris fortibus semper et eloquentissimis habundavit*, piscatorum discipulis magisterioque favorabiliter corda submittit. Letabatur a patre hereditas Christi, quia lugebat inminuta cotidie portio diaboli. ibid. 7. *p. 17.

8. Venerabili igitur Euchario populis indesinenter verbum salutis intonante, pontifices ydolorum contra viros Dei ira vehementer accensi, populi partem adversus eos incitaverunt, et expellentes — quidve vitandum esset insinuarent. ibid. 8.

9. Ad hec sancto predicante Euchario, compuncti sunt corde. Affuitque huic salutifere* admonitioni — et de populo turba non modica. Cuius domus postea a sancto Euchario in[l] ecclesiam est consecrata. ibid. 9. *p. 18.

a) *ante* Renumeratio *numerus* 46, *quare deinceps numeri tantum uno minores leguntur.* b) Supplicio *c.* c) *numeros capitulorum in margine iam abscisos supplevi.* d) occiduus *corr.* occiduis *c.* e) *superscr.* III, *sed rursus delev. c.* f) *uncis inclusa eadem manu, sed alio atramento postea addita.* g) n̄ *c.* h) *add. A. in marg.* i) gradē *c.* k) Reliqu *c.* l) cum *corr.* in *c.*

1) Haec ex Gestis Trever. desumta sunt; sed auctor codicem Gestorum additionibus auctum (B. C) ante oculos habuisse videtur (cf. SS. VIII, 144), quod etiam infra (c. 14. 16) ex lectionum varietate apparet.
2) Hic Aegidius Herigerum multo brevius reddidit.

10. Post hec vir quidam nobilis eiusdem urbis senator vidit — demones fugabant, languores omnes curabant.*

*) *A. addit in margine:* Anno dominice incarnationis 70. prima persecutio sub Nerone, et epistola[a] Dionisii Areopagite Atheniensium[b] apostoli.

11. Beatus igitur Eucharius cum per 20 et tres annos in urbe* Treverensi pontificali functus officio res ecclesiasticas strenue administrasset, provecte iam factus etatis — reliquit hoc triste seculum, et cum ipsa luce quinto Idus Decembris letus migravit ad Christum [anno[c] Domini 75]. Tunc discipuli pro eius exitu sacras exequias celebrarunt et corpus eius in ecclesia extra urbem sita cum ymnis et piis lacrimis sepelierunt. [Floruit[d] sub apostolicis Lino . . . . . .[e] Anacleto].

12[f]. Post cuius obitum beatus Valerius in ministerium sacerdotale successit, — viaticum Domini corporis accepit[g], et post hec inter discipulorum manus 4. Kal. Februarii spiritum celo reddidit [anno[h] gratie 90]. Cuius corpus colligentes discipuli, sacratissimo* corpori beati Eucharii coaptaverunt et in eodem sarcofago[i] cum divinis laudibus condiderunt.

13. Deinde beatus Maternus tercius in Treverensi urbe[1] pontificalem suscipiens apicem, per civitates et regiones divini verbi cepit spargere semen, ad viam salutis cunctos assidua admonitione provocare, magnis virtutibus crescere, signis ac miraculis clarescere. Hic beatus vir [divina[k] sibi revelante gratia] civitates alias duas sibi contiguas adiit, Aggripinam cognomento Coloniam et Tungrensem civitatem. [Cumque[l, 2] per descensum Moselle et Reni[m] secus ripam castellis et villis predicasset[m] et dominos[n] oppidorum ac villarum ubique convertisset, et maxime dominum Bonnensem[n], pervenit Coloniam[o], in qua, predicatione sua destructo iuxta capitolium in porta cultu Martis ac per civitatem templis[p] diversorum deorum, duas principales ecclesias cum aliis sanctorum diversis oratoriis, unam in honorem[q] Domini nostri que nunc dicitur Sancte Cecilie, aliam beati Petri que nunc dicitur Sancti Victoris, ad antiquum summum edificavit. In dicta vero[r] ecclesia beate Cecilie novissimis temporibus repertum est corpus gloriosum beati Paulini martiris, discipuli sancti Materni, qui propter predicationem et fidem Christi in dicta civitate Coloniensi martirio meruit coronari. Fundavit per diocesin Coloniensem multas sanctorum diversorum ecclesias, primo destructis idolatriei templis, et multos nobiles signis et miraculis ad fidem Christi convertit[s]. Cumque predicando et egrotos sanando per villas et oppida transiret, pervenit Traiectum, ubi in strata publica quae appellatur Via regia dedicavit ecclesiam in honore domini Salvatoris et apostolorum principis. Populo ad fidem exortato, pervenit ad florentissimam sive nobilissimam civitatem Tungris[t], quam Tungrus cum Persis primo incoluit, et postea exaltata est a Troianis[u]]. Hec Troiuginarum[3] [vel Turingiarum[v]] metropolis Francorum Tungris, que iuxta presagium beati Servatii coram Hunis iussu Dei corruit, florentissima famosissimaque erat. Urbium quippe Europe fulgebat et Affrice quatuor inter maximas, Romam, Carthaginem Numantiamque [sive[w] Neomagum] nobilitate nominis equiperans*. Cuius Plinius secundus, qui temporibus Traiani Augusti quadringentis circiter annis ante subversionem eius claruit, in libro de naturis aquarum mentionem[x] facit in hec verba: *Tungris civitas Gallie fontem habet insignem, pluribus bullis*[y] *stillantem ferruginei saporis, quod ipsum non nisi*[z] *in fine potus intelligitur. Purgat hic corpora, tercianas febres discutit, calculorum vicio adest. Aqua igni admota turbida fit ac postremo rubescit.* Appellata porro traditur Tungris quasi Tunderis sine Tu ungeris, eo quod a latere tunderetur occeani undis, vel quod tamquam pigmentosis ungeretur terre marisque copiis [per[a] mare sibi illatis**]. Hec et Octavia ob honorem Octaviani Augusti vel matris eius sororis Iulii Cesaris, qui primus [post[b] Iulium Cesarem] Gallias Romano subegit imperio et Germania fertur fuisse nominata. Sicut autem civitas Tungris*, ita omnis regio Tungria, incole vero dicebantur Tungri. Contra istos pugnaturus beatus Maternus, vexillo crucis armatus et cupidus pro Christo mortis, omnium se odiis et gladiis exposuit. Luctabatur patientia contra proterviam, lenitas adversus superbiam, sanctitas contra prophanos, ratio adversus insensatos. Ex illa parte furor, ex ista pudor; illic pontificum capitolii plebisque iniurgiosa[c] tumultuatio, istinc

*) 2 *addit in superiore margine:* Nam post subversionem Troge plures duces ad ipsam pertinentes cum suis agminibus diversas partes orbis adierunt, et firmas civitates condiderunt[d], et in hoc quantum robore suo valuerint sequacibus ostenderunt. A quorum progenie edificata est illa famosissima civitas Tungris, que magnitudine sua et altitudine edificiorum Rome vel Carthagini, ut supra diximus, similis videbatur[4].

**) 2 *addit in margine inferiore, linea rubra includens:* Monstratur verum esse quod de mari dicimus, quia tumuli arenarum et curvamina ibi adhuc spectantur littora. Queritur autem a multis, quomodo vel quare mare quod ibi fluebat[e] disparuerit[f], et multi inde multa loquuntur; sed nos absolute dicimus, quod ira Dei in ultionem malorum commodum maris et habundantias rerum ab eodem loco abstulerit. [Dicitur[g] etiam, quod recedente beato Servatio a Tungris, populi peccatis exigentibus, recessit mare, recessit virtus fontis, recessit gratia sive gratiositas a civitate; unde legitur[5], quod ira Dei manet super eam usque in hodiernum diem].

a) epistolam (*litterae ist abscisae*) c. b) *vox evanuit.* c) *add.* 1 *in margine.* d) *addit A. inter lineas et in margine.* e) *aliqua erasa.* f) *numerus adhuc in margine conspicitur.* g) *in marg. aliqua addita, sed erasa, ut legi non possent.* h) *addit* 1 *in margine, linea rubra quae scripsit includens.* i) sacrofago *c.* k) *superscr. A.* l) *addit A. in marg.* m) R, pr *abscisa.* n) et dom. — Bonnensem *eadem manu rursus superscripta.* o) *partim* ·e *ras. c.* p) templa *c.* q) honerem *c.* r) *superscr. c.* s) conversis *c.* t) Tungris — primo *abscisa sunt; supplevi ex Chapeavillio.* u) *partim infra abscisum.* v) *superscr. A.* w) *superscr.* 2. x) mensionem *c.* y) bulbis *c.* z) nisi non *corr.* non nisi *c.* a) *add.* 2 *in loc. ras. et in marg.* b) *add. in marg.* 1. c) iurgiosa *Vit. Serv.* d) adierunt *corr.* condiderunt *c.* e) d. fl. *corr.* fl. d. *c.* f) *corr. ex* disparuerat *c.* g) *add. A. eodem atramento, quo quae supra uncis inclusimus conscripsit.*

1) *tercius* — *urbe* secundum Gest. Trev. c. 15, SS. VIII, 147. 2) Haec ex vita aliqua beati Materni sumta esse videntur. 3) Sequentia descripta sunt ex vita Servatii inedita, quae *Troiugenarum* incipit, quaeque cum aliis locis tum in codicibus Bruxellensibus 7490 et 8401 invenitur. De qua vita cf. quae disserui in praefatione p. 6. 4) Etiam hanc adnotationem et sequentem ex vita aliqua Servatii sumtas esse putarim, quamquam eadem verba in codicibus Bruxellensibus non legi. 5) In primo capite vitae Servatii *Troiugenarum*.

salutis predicatio; illinc ad extremum tormentorum omnisque generis mortium terror, istincque prodigiorum signorumque celestium splendor, donec pondere veritatis attrita est civitas falsitatis; ut non solum receperit signa militie christiane, sed confregerit quoque signa fallacis ydolatrie[a]. Instruebantur Tungrenses iugum Domini ferre, qui consueverant[b] inferre. Facta est civitas decimis et oblationibus Christo tributaria, que tributis[c] provinciarum exegerat temeraria[d]. Namque a paucis fides, tamquam modico de fomite sintilla incipiens paulatimque ab angusto velut ignis in arundineto latius latiusque discurrens, convolvit[e] ad ultimum omnes. Dampnatur cultura Iovis Iunonisque ac Veneris; extruitur templum beate Marie perpetue virginis. Emundantur delubra demoniorum; dedicantur ecclesie[f] sanctorum usque ad numerum septuaginta duarum congregationum[g]. [Sed[h] et per suos episcopatus plurimas fundavit ecclesias, inter quas eminet ecclesia* beate Marie Hoiensis[1], ut testatur Theoduinus Leodiensis episcopus[2], qui in ea requiescit. Sed et in vita beati Servatii legimus[3], quod ipse fundaverit ecclesiam Traiectensem, que modo dicitur ad Sanctum Servatium, in honore sancti Petri apostoli].

*) *Verba* Sed — ecclesia *postea correxit A., in marg. addens:* Dedicavit infra palatium Octaviani magnam ecclesiam ad honorem perpetue virginis, in qua sedem suam collocavit. Hec dicitur prima in honore beate Marie consecrata ex ista parte Alpium. Post quam consecravit et aliam in honore (beate Marie Hoiensis *etc.*)

14. Tunc beatus Maternus Tungrensium primus episcopus ab universo populo eligitur[i] et in pontificali cathedra intronizatur. Qui beatus vir quanto cotidianis incrementis fidelium multitudinem plus augeri conspiceret, tanto diligentius* iniunctum ministerium regulariter ordinare studebat. Nunquam hunc libere potestatis auctoritas extulit, sed humiliter cuncta disposuit, equalem se subditis studio sancte dilectionis exhibuit. In omnibus que probabiliter[k] Deo favente agere potuit non suam sed Christi gloriam quesivit. Mitissimus semper extitit, consolabatur afflictos, pavit egenos, vestivit nudos, redemit captivos, suscepit peregrinos, errantibus viam salutis ostendit, desperatos ad spem venie animavit, bene currentes ad appetenda potiora incitavit, aversos oratione et admonitione ad viam veritatis reduxit, et modo docendo, modo sustinendo, modo in periculis se obiciendo omnibus indesinenter pio solamine occurrit. Hiis ergo atque aliis huiusmodi bonorum operum studiis fultus, ad sanctam senectutem pervenit; et sicut 40 diebus prius iacuerat in sepulchro, ita et totidem annis postea mansit in sacerdotali ministerio. Cum[4] igitur beatus Maternus Tungrenses et Aggripinenses ad fidem Christi convertisset, et in hiis tribus civitatibus, Treverensi, Tungrensi ac Coloniensi, pontificali iure prefuisset, fertur quod in singulis, angelo ducente, miraculose uno eodemque paschali die divinum officium celebravit.*

*) *Hoiensis interpolator addit in margine:* . . . . . .[1] Hoyum devenit[m]. Hoc itaque oppidum hoc modo ab antiquis accepimus fundatum. Post illam famosissimam victoriam et toti orbi manifestam de Galliis a Iulio Cesare factam, anno ante incarnationem Domini 60, ut Beda testatur in ecclesiastica historia Anglorum[5], coloni convenerunt in vallem profundissimam[n] et amplam, que fere undique cingitur montibus, sitam super fluvium Mose; edificantes ibi oppidum, quod a flumine Hoiolo, quod per mediam vallem secando fluit in Mosam, Hoium nuncupaverunt. Ad hoc enim oppidum beatus Maternus primus Tungrorum episcopus, Petri apostoli discipulus, devenit et granum novi germinis fidemque Iesu Christi circumquaque dispersit. Ipsoque humiliter et devote dominum nostrum Iesum Christum predicante, sed et plurima miracula faciente, omnes ad fidem Christi convertuntur, baptizantur et confirmantur[o]; cultus Iovis, qui ibi colebatur, Iunonisque ac Veneris dampnatur. Ilico piissimus videns devotionem magnam et contritionem populi, motus pietate episcopus, ecclesiolam in honore beate Marie virginis ad radicem montis versus Mosam fluvium construit. Cernitur adhuc usque in presentem diem illud idem altare, quod ipse presul erexit de lapide Tartaro ante fontes, quod hactenus permansit[p] inviolabile. Et propter meritum et sanctitatem loci et presulis domnus Theoduinus Leodiensis episcopus ante predictum altare idoneam elegit sibi sepulturam que permanet usque in hodiernum diem[6]. Nostris vero temporibus in utroque latere altaris a dextris et a sinistris lapides locati sunt super columpnas, ut in transverso longius habeatur. Fuit autem longitudo et latitudo capelle[q] tunc temporis, sicuti modo apparet, parvus chorus a muro retro fontes et usque ad tumbam abbatis Bozonis[7] in medio templi; latitudo[r] vero, qualis est inter 4 pilarios ibidem locatos. Actum est hoc circa annum dominice incarnationis 102, Clemente primo Romane ecclesie presidente, Traiano fastigium Romanorum tenente. Que eclesiola permansit usque ad tempora Hunorum[s].

15. Accidit autem nocte quadam, dum iuxta consuetum sibi usum sanctorum loca psallens inviseret, ut ingressus ecclesiam Domino supplicaturus orationem cum psalmodia protelaret, ab instancia precum oppido lassaretur; et levi correptus somno, videt sibi apparere per visum sanctos suos sodales, Eucharium videlicet et Valerium, sacerdotalibus infulis choruscantes, coronas singulas rosis ac liliis* et diversarum specierum gemmis mirabili arte intextas[t] capitibus gestantes, terciamque consimilem manibus protendentes atque dicentes: 'Materne frater, sicut iam ante promissum nostrum habueras, ante diem tue dormitionis visitandi gratia ad te venimus, prenuntiantes te die tercia corpus hoc relicturum et ad inenarrabilia Domini tui gaudia introiturum. En cerne premii tui incorruptibilem coronam, a paradiso perpetue amenitatis a Christo tibi

a) ydolarie *c.* b) consuerant *c.* c) tributa *corr.* tributis *c.*; tributa *Vit. Serv.* d) trib *corr.* temeraria *c.* e) cum c *corr.* convolvit *c.* f) memorie *Vit. Serv.* g) congregatinum *c.* h) *add.* 1 *in margine, sed linea rubra cum textu coniungit.* i) elitur *c.* k) probaliter *c.* l) *quaedam abscisa.* m) *partim abscisa.* n) profundissima *c.* o) *partim e ras. c.* p) permasit *c.* q) cacepelle *c.* r) latititudo *c.* s) *postea hic aliqua addita, sed nunc erasa, ut legi non possent.* t) *corr. ex* contextas *c.*

1) Huy ad Mosam. 2) In privilegio eidem ecclesiae a. 1066. concesso, quod ipse Aegidius affert in tertio libro c. 1. 3) Vide infra p. 20, quae Aeg. procul dubio ex vita aliqua Servatii sumta in folio assuto ad c. 24. adiecit. Cf. Vitam Servatii auct. Iocundo, SS. XII, 92. 4) Codex Gestorum Treverorum, qui cum familia B. C. concordat, nostro ad manus fuit (*Agrippinenses* pro *Colonienses, uno eodemque*). 5) I, c. 2 (ed. Giles II, 36). 6) Vide infra lib. III, c. 10. 7) Obiit circa a. 1044. Vide infra lib. III, c. 1; Gall. christ III, 936.

Her 14. per nos transmissam Cuius flos nunquam marcessit, cuius odor nunquam a suavitate deficit, cuius perseverantia finem non novit, quam post vite huius corruptionem incorruptibiliter possidebis, et in consortio Regis eterni cum eo laureatus eternaliter perseverabis'. His dictis disparuerunt. Excitus ille a somno, exhilaratus quidem a visione, molestiam tamen corporalem iam sensit adesse, accersitoque ministro, cum eius munimine ad cellulam rediit, et seorsum familiaribus suis rei ordinem pandit. Die vero crastina convocata fratrum caterva, cepit eos studiose de fidei integritate monere, animos eorum ad celeste desiderium delectabilibus verbis accendere, ac per totam diem salutaria dans eis monita, usque ad noctis medium sermonem protraxit, et quod noctis superfuit, in psalmis et ymnis cum fratribus transegit. Post gallorum vero cantum instante iam die venit desuper vox, audientibus cunctis qui aderant, dicens ei: 'Veni, dilecte Dei Materne'. Qui mox accepto dominici corporis viatico, cum valedixisset fratribus, elevatis in celum manibus, et se Deo commendans, animam exalavit.

Gest Trev 16. 'p 26. 16[a]. Obiit autem beatus Maternus* apud Coloniam senex [18.[b] Kal. Octobris][1] anno Domini centesimo tricesimo[c]. Cuius obitu Treveri comperto, mox Coloniam profecti sunt, pastorem suum repetentes. Aderant et Tungrenses, qui simul[d] cum Coloniis eum sibi retentare satagebant. Certatum diu ab utrisque. Interim quidam venerandus senex in urbe apparuit, monens cives, ut a lite desistentes suis parerent consiliis, et ut corpus pontificis in navi ponentes, deinde a litore fluctibus impellentes, quo[e] Deus velit abire sinant[f]. Mira res. Mox ut angelus consuluerat factum est. Navis sacro corpore honusta, nullo se regente nauclero, angelico remigio contra fluctus dirigitur, et parvo hore spacio miliario confecto, in loco qui ex tristicia Coloniensium Roze tunc vocatus est littore applicatur. Tunc Treveri corpus sui pontificis a Deo sibi destinatum cum debita gratiarum actione suscipientes, Treverim revexerunt, et in ecclesia non longe a corporibus sanctorum Eucharii et Valerii honorabiliter sepulture tradiderunt. [Floruit[f*] sub apostolicis Euarista, Alexandro, Sixto, Thelosforo, Ygino et Pio, cuius tercio anno obiit].*

*) *A. addit paullo inferius:* Aliqui scribunt obitum beati Materni minus 7 annis.

Her 15. Vit. Serv 3. 17. Post decessum [beati[g] Materni] in pontificio sibi per ordinem successerunt.* Vir preciosus[2] et omni laude dignissimus beatus Navitus surrexit secundus episcopus. Hic multos convertit ad fidem, videntibus signa et miracula, que per eum Dominus faciebat. Qui postquam sacerdotium multis gubernasset annis, [silicet[h] 60[i] amplius, in senectu]te bona migravit ad Dominum, sepultusque est in urbe Tungrensi. [Huius[k] festum potest agi 12. Kal. Octobris[3]. Floruit sub apostolicis Pio et Aniceto, qui constituit, ne clerici comam nutriant (cf Lib pont) iuxta preceptum apostoli].

Vit. Serv 3. Post cuius [decessum tertius[l]] successit sanctus Marcellus, vir omni sanctitate conspicuus. [A[m] quibusdam agitur 7. Kal. Octobris[4]].

cf. Her. 15. *) *Hoiensis interpolator addit in marg. super. et infer. (p. 26):* . . . .[n] tam in sede Tungrensi quam Treverensi Navitus, Marcellus, Metropolus, Severinus, Florentius, Maximinus, Valentinus. Quot autem annis suis ecclesiis prefuerint vel sub quibus imperatoribus floruerint, minime legimus. Unum itaque pro vero dicere possumus, quod temporibus ipsorum tanta fuit persecutio in ecclesia Dei, quod aliquis christianorum vix auderet respirare. Unde propter predictam causam et scriptorum negligentiam eorum gesta tradita sunt oblivioni. Sub unius quoque istorum tempore Antoninus, qui ob egregiam nobilitatem Pius meruit appellari — fuit enim gener Adriani imperatoris hic Antoninus; anno ab Urbe condita octingentesimo primo, incarnationis dominice 140, predictus Antoninus imperavit[o] Romanis annis 23. Qui circa annum ab Urbe condita[p] 900. veniens ad partes Gallie Belgice super Mosam, tandem Hoium pervenit. Qui cum vidisset situm oppidi descriptionemque rupis ad aquilonem mirabilis, concipiens in animo ut oppidum ampliaret castrumque super rupem construeret, que adeo descripta fuerat, ut in multis provinciis similis ei non reppeiretur De quo oppido et castro papa Gregorius nonus dixisse fertur, quod in toto mundo tam bonum castrum cum tam bono oppido, vel tam bonum oppidum cum tam bono castro non posset inveniri. Predictus itaque imperator oppidum ampliavit fundamentaque castri firmissimis muris construxit, ipsumque oppidum civitatem Benefactam iussit appellari. Habet enim ab oriente montem Caninum, ab meridie Aerium montem, ad occidentem montem Galimorum, ad aquilonem predictum montem super quem constructum est castrum a predicto imperatore. Ibi postmodum nostris temporibus circa fundamenta murorum dum quidam casu foderent, inventi sunt numi argentei, ex quibus unum habemus, habentem ymaginem ipsius cesaris et superscriptionem in hunc modum. Erat caput optime factum in medio nummi et in circuitu capitis scriptum: *Antoninus*[q] *Pussimus Imperator*. Eo recesso et defuncto, habitatores pristinum nomen Hoyum dictum a fluvio Hoiolo, qui ibidem per mediam vallem fluens in Mosam, revocantes in usum, tradentes oblivioni civitatem Benefactam. [Nunc[r] ad historiam Tungrensium pontificum recurramus].

a) xv *adhuc in marg. conspicitur; cetera abscisa.* b) *superscr.* 1. c) cxxix *radendo corr.* cxxx *c.;* 128 *in Gest. Trev.* d) sibi *c.; correxi ex Gest. Trev.* e) quos *c.* f) sinat *c.* f*) *addit A. in marg. nullo signo apposito; sed haec de Materno intelligenda esse, ex sequentibus apparet.* g) *add.* 1., *voce* eius *ut videtur erasa.* h) *in loc. ras. postea add. A.* i) *post* LX *lacuna.* k) *add. in marg. A.* l) *hic quaedam erasa; lacunam vocibus* dec. tert. *recte explevit Chapeav.* m) *in margine A.* n) *desunt quaedam superiore parte folii abscisa.* o) impavit *c.* p) condit *c.* q) Antonus *c.* r) *verba uncis inclusa addit A.*

1) Haec tantum in codice Gest. Trev. B. 6 leguntur. 2) Quae sequuntur de episcopis Tungrensibus usque ad Valentinum, ex vita Servatii *Troiugenarum* desumta esse videntur, quacum verbotenus fere conveniunt; sed fortasse episcoporum catalogus, quem vita Servatii exscripsit, etiam Aegidio ad manus fuit. Cf. praefat. p. 6. Ceteroquin quaecunque de octo illis episcopis enarrantur, omnino fabulosa esse, satis notum. Vide Rettberg, Kirchengeschichte Deutschlands I, 204; Friedrich I, 309. 3) Saepius celebratur d. 7. Iulii; sed Aegidius Leodiensis ecclesiae calendaria secutus est, quae cum ms. Florario concordasse videntur, cuius Bollandistae, AA. SS. Iul. II, 464, mentionem fecerunt. Cf. Sept. VI, 103. 4) Saepius d. 4. Septembris. Cf. Sept. II, 202.

Post discessum sancti Marcelli episcopi beatus Metropolus cum digna virtutum moderatione quartus episcopus successit. [Vit. Serv. 3]

Quintus episcopus quinque pollens talentis sanctus Severinus antistes extitit. Iste sanctus Severinus non est ille Coloniensis archiepiscopus, de quo in vita sancti Martini* [*p. 27] legitur[1], sed fuit alius ante eum. [Potest[a] festum eius agi 11. Kal. Novembris].

Perfectione sui ordinis sextus Tungrensis ecclesie episcopus floruit sanctus Florentius.

Loco septimo a beato Materno septiformi spiritu Dei redimitus contra vim demonum martem agebat beatus Martinus episcopus. [Qui et obiit 11 Kal. Iulii[b]].

Octavo numero ordinatur beatus Maximinus episcopus, magnaliter octo beatitudinum sanctitate perfectus.

Nonus Tungrentium episcopus beatus Valentinus, novem ordinum angelorum valenter amicus. Sed hii quorum imperatorum vel consulum claruerint[c] tempore, vel quos vita singulorum habuerit exitus, quotque annis administraverint singuli officium pontificatus, nullius a nobis requirat exactio, cum ecclesiarum tocius Gallie memoriam horum aboleverit facta per Hunos subversio. Qua subversione imminente, beatus Servatius, de quo dicturi sumus, eorum corpora in urbe Tungrensi sepulta apud Traiectum transtulit et in cripta, ubi postmodum ipse sepultus est, cum aliis multis sanctorum reliquiis, quas de Tungrensi urbe transtulerat, honorifice sepelivit. Non est autem pretereundum, quod hii octo iam dicti episcopi etiam Treverensi ecclesie prefuisse leguntur. [Her. 15. — cf. Vit. Serv. — cf. Gest. Trev. 16.]

18[d]. Beatus autem Valentinus horum ultimus Spiritus sancti attactu premonitus seu quolibet ecclesiastice traditionis exemplo predoctus, quocumque Dei nutu iussuve inductus, cum ad extrema vite vergeret, baculum pastoralem super altare beate Marie virginis ponens, sub indissolubilis anathematis vetuit animadversione, ne quis inde temerarius tolleret, ne quis orbato presulatui mercennarius immergeret, donec per revelationem Iesu Christi comunis* [*p. 28] electio idoneum doctorem et episcopum animarum suarum inveniret. Qua sentencia cunctis conterritis retroque cedentibus universis, absque benedictione pontificali sedes Tungrensium[e] merebat septem annis. Perpendere quis neglgat magnanimitatem precipientis obedientiamque plebis? Vere digno pastore dignus populus, quem tanta mora votis expectat et precibus Obiit idem beatus Valentinus ante annum dominice incarnationis 308, scilicet circa ea tempora, quibus urbi Romane preerat Constantinus augustus, succedentibus ei Constante et Constancio, filiis eius. [Sepultusque[f] est honorifice in ecclesia sancte Marie Tungrensis iuxta suos collegas, silicet Tungrenses episcopos. Cuius festum a quibusdam agitur 7. Idus Iunii. Quo similiter die celebratur festivitas beati Candidi episcopi et confessoris[2], cuius corpus requiescit Traiecti iuxta sanctorum corpora pontificum Tungrensium. Hic itaque post obitum beati Servatii, Domino sibi revelante, relicta patria, peregre fertur venisse ad tumulum beati Servatii et illi ecclesiole per multos annos sede vacante nocte ac die devote deservisse usque ad obitum suum in tempore domini Agricholai episcopi]. [Vit. Serv 3. — Her. 15.]

19[g]. Hiis etiam diebus Arriana pullulare cepit rabies, que brevi[h] temporis successu erroris sui veneno totum respersit orbem Romanum. Cuius pesti resistebant potissimum a turre veri David edificata cum propugnaculis, a collo scilicet ecclesie dependentes clipei, omnis armatura fortium, Silvester Romanus pontifex, Athanasius Alexandrinus, Ambrosius Mediolanensis, Maximinus Treverensis, Hylarius Pictavensis, Martinus Turonensis, Anianus Aurelianensis, Severinus Coloniensis, Eusebius Vercellensis et eque alii catholici preclari temporis eius episcopi. Ex quibus Athanasius toto orbe fugatur, sed a Maximino Treverorum episcopo intrepide suscipitur. Paulinus post eum episcopus cum Rodiano et Hylario eque Galliarum episcopis in Frigia exilio dampnantur, ubi et Paulinus Treverensis exulans vita decessit.* [Her. 16.]

*) *Hoiensis interpolator add. in marg. infer.:* Imperante Theodosio Magno Romanis, cristiani qui tunc morabantur Hoy cum quibusdam viris nobilibus in castro Hoiensi ecclesiam fundaverunt in honore sanctorum Cosme et Damiani martirum.

20. Hac itaque fece sub multis postmodum imperatoribus per christianum imperium prevalescente, Valentis tandem imperatoris tempore, qui persecutionem novissimus catholicis intulit, qui et ab Eudoxio heresiarcha* [*p. 29] Arriano dogmate rebaptizatus est, excita est de latibulis suis effera gens Hunorum et per totum orbem diffusa Romanum. Cuius quia non multis notam esse constat originem, ut pandit antiqua narratio, paucis eam insinuemus. Fertur a plerisque, quod tempore famis, que facta est [teste[i] Beda 4.[3]] Claudii cesaris anno, cuius et Lucas meminit, cum pro famis incommodo Claudius non solum Iudeos expelli iussisset ab Urbe, sed et omnes invalidiores plebis cum ipsis Iudeis, ut saltem validiores sustentari potuissent, et eos includi fecisset in quodam abdito terre, coaluisse usque ad tempora prefati Valentis in gentem magnam. Ungros denique notum est huic fame assentari velle, qui et iactant, se a Iudeis originem ducere. De Hunis autem testis verissimus adest Iordanis episcopus, qui eorum originem in hystoria de gestis Gothorum[k] vel Getharum luculentissime refert in hec verba. [ibid 17.]

21. Gentis Hunorum originem ex antiqua relatione talem extitisse comperimus. Filimer[l] rex Gothorum — — vicinarum gentium fidem conturbans. [ibid 18.]

22. Huius ergo gentis, ut assolet, venatores — — Gallicanum impugnare aggressi sunt orbem. [ibid 19.]

23. Eo tempore sanctus Servatius Tungrensi ecclesie decimus presidebat, vir omnium virtutum honestate preclarus. Cuius preconia eo magis[m] habent extolli laudibus, quanto salvatori Christo propinquior est genere. Fama enim, antiquitatis custos, virum hunc designat ex prosapia Iesu Christi descendisse. Fuerunt enim Anna et Esmeria[n] due sorores, ex quibus Anna, ut notum est, peperit virginem Mariam, matrem domini nostri Iesu Christi. Elisabeth, mater sancti Iohannis baptiste, et frater eius Eliud orti sunt ex Esmeria[o]. Eliud autem genuit Emiu, de quo postmodum[p] beata Memelia[q] peperit[r] Servatium, qui angelico numine tali est[s] nomine appellatus, eo quod in longum [ibid 20. — Vit. Serv. 4]

a) *add. A.* b) *add.* 1 *in marg., sed certo signo post* episc. *legi significat.* c) clauruerint *c.* d) *in marg. conspicitur* x; *cetera abscisa.* e) Octaviana *vit. Serv.* f) *uncis inclusa add. A. inter lineas et in margine inferiore.* g) XVIII *corr. man. rec.* XVIIII. h) *corr. ex* brevis *c.* i) decimo *corr.* t. B. II. 1. k) Gotchorum *c.* l) *corr. e* Filime *c.* m) *deest c.* n) Exmeria *corr.* Esmeria *c.* o) Meria *corr.* Esm. *c.* p) d. q. p. *bis scripsit, sed corr. c.* q) *corr. ex* Emelia *c.* r) *in ras. c.* s) ex *corr.* est *c.*

1) Miracula s. Martini a. Greg Turon. I, c. 4 (Migne, Patr. lat. LXXI, 918). 2) Cf. AA. SS. Boll. Iun. II, 9 sqq. 3) De temporum ratione a. 56, ed. Giles VI, 302.

Vit Serv. senium ad correptionem multorum esset servandus. De loco nativitatis eius legitur, quod nomen oppidi Penestia,
p. 32. nomen terre Hebrea, nomen regionis Persia, ut intelligatur Penestia oppidum in confinio Persidis et Armenie situm ad
austrum, et utriusque gentis in se continere populos. Nec incongrue Persidis vel Armenie pars illa dicitur terra Hebrea,
ubi decem tribus filiorum Israel olim in reduci captivitate inhabitant, quas Salmanasar rex Assiriorum [tempore[a] Eze-
2. Reg. 17. chie regis Iuda] in Perside transtulit. Hic itaque beatus Servatius adolescens factus, Iherosolimam venit, 5
ubi vita laudabili conversatus, in Dei sacerdotem promotus est.

ibid. 24. Igitur cum iam provectioris etatis esset et dissolvi cum Christo mallet, angelus Domini conspicuus ei in ora-
tione astitit, curam occidui orbis tamquam novo tyroni tradidit, Tungrensemque urbem, que alio nomine
Octavia vocatur, in littore occeani maris sitam, adire imperavit. Qui beatus more impatiens ignotas atemptat[b] vias,
permensoque immensi itineris spatio, angelo precedente tandem ad urbem Tungrensem pervenit. Illo die illuc 10
convenerant septuaginta due congregationes in basilica sancte Marie, preordinante Dei nutu, ut sic Servatio convenirent
die illo. Tunc repente angelus Domini Servatium ab oratione erexit, baculum pastoralem de altari sumptum ei porrexit,
et cum maximo stupore intuentium illum ad cathedram pontificalem provexit [imperante[c] tunc in urbe Romana
magno viro Constantino]. Tali miraculo sanctus ille cum omnium consensu pontifex consecratus.
Her 21. Oves dominicas ab insidiatore lupo protexit, pro eisdem, etsi gladius persecutoris defuit, paratus perferre martyrium. In 15
diebus plane sui sacerdotii placens — — Gallias occupare et urbes et[d] oppida cum incolis vastatione crudeli multare.
*p. 35. Vit. Serv. (?) [*Omnibus[e, 1] siquidem sanctorum virtutum emicuisse cognosimus sanctum Servatium[f]. Qui magna virtute
Spiritus sancti, dum lingua materna verbum Dei loqueretur populis, sive divina celebrando seu[g] predi-
cando vel in confessionibus audiendis, cuiuscumque essent nationis, distincte intelligebant; et in hoc eum
parem apostolis facimus, qui post dationem sancti Spiritus omnium gentium linguis loquebantur. Cum 20
autem de[g] secularibus negotiis loquebatur, nec ipse populum neque populus[g] eum intelligere poterat
nisi per interpretem. Cum missarum sollempnia cotidie celebraret, post sacramentum dominici corporis
nullarum epularum postea curabat gustum, unde quasi spiritus et anima ab omnibus considerabatur.
Porro spiritalium fratrum caritate aliquando[h] exoratus vel infirmitatis causa victus, sed raro solvebat
ieiunium. Ciborum eius reliquie leprosos mundabant, dum sumerentur[i], et ab obsessis demonia fugabant, 25
et quicumque eger manus eius vel pedes tangebat, statim sanus exiliebat[k]. Gutte etiam aque, que de
lotis manibus eius effluebant, omnibus infirmis sanitatem prestabant. Talibus tantisque gratiarum mune-
ribus antiquus invidens inimicus, Octavienses incitavit adversus sanctum Servatium. Primo detrahentes
murmurabant, postea manifeste furentes clamabant: ‘Quid nobis cum homine ignoto, simplici et stulto,
qui nescit iudicialia et leges terre, qui non frequentat reges et curias, ut consuetudo est aliorum ponti- 30
ficum? Sed semper est in solitudine et silentio, unde etiam res et honores disperierunt ex eius otio’. Et
hec clamantes, irruerunt in eum tanquam ad latronem, et vix a vulneribus abstinentes se, procul eum ab[l]
cf. Act 5,41 urbe abiecerunt. Sancto Domini hilari vultu sustinente, ibat[m] exultans, quoniam dignus habitus est pro
nomine domini Iesu contumeliam pati. Secuti sunt illum canonici, nolentes eum deserere[g] predicantem
verbum Dei, donec perveniret Traiectum. In strata publica que appellatur Via regia erat basilica[2] a 35
beato Materno dedicata in honore sancti Petri apostolorum principis. Hanc ingressus intimis lacrimis
et[n] verbis considerabat et dicebat: ‘Hic sanctus domini Maternus deambulavit, istic verbum vite pronun-
tiavit, hic sedit, hic oravit’. Conveniebant ad eum plurimi verbum vite percipientes, quos ipse benignissime
recepit et paterna pietate confovit. Misit itaque Dominus angelum suum quibusdam senioribus in Christi
nomine congregatis, dicens[g], cur sanctum Domini inquietari permitterent, et ut de cetero caverent ne 40
inquietaretur, firmissime[o] precepit. Sic stupefactis omnibus, nemo sanctum Domini suscitare presumpsit,
donec ipse voluit. In hac ergo sancte contemplationis quiete Creatori celesti intentus, cuncta precognovit
que superventura erant in seculo, precipueque excidium Tungris et Galliarum. Igitur cum sanctus Ser-
vatius prediceret ecclesiarum per Gallias excidium et maxime Octavie, fit rumor et tremor per populos,
rogaturque venire in Franciam ad urbem Trecassinam. Quo cum pervenisset et obvios haberet primates 45
et maiores regni, rogatus exponit mala, que ventura erant Gallis et Tungris. Quibus auditis et territis,
unanimi petitione petierunt sanctum Domini, ut iret Romam ad querendam intercessionem apostolorum
principis, ut Deus predicta dignaretur avertere. Superatus instantia petentium acquievit, licet sciret non
immutari sententiam divinam. Indixit ergo omnibus ieiunium[p], et corrigi persuasit omnes mores indisci-
plinatorum. Colonientium etiam archiepiscopum nomine Effratam dixit[g] nociturum sancte ecclesie neque 50
tutum sibi esse talem hereticum post se relinquere. Convocatur ergo concilium, invitatur clerus ad sino-
p. 36. dum et quatuordecim episcopi, qui omnes se submittebant sententie beati Servatii. Dicebant aliqui, non
esse conveniens, ut tante civitatis degradaretur episcopus, sed deberi ei iniungi penitentiam[q] ad correc-
tionem. Ad hec beatus Servatius vivaciter respondit: ‘Iniusta est defensio Effrate, sed si penitentia est
imponenda, que nulli converti volenti neganda est, potius hanc censeo maiorum exemplo inter laicos 55

a) *addit* 1 *in marg.* b) atempta *c.* c) *addit* 1 *in marg.* d) *hic in fine pag.* 34. *desinit scriba* 1. *Sequentia* oppida — multare *manu scribae* 2 *exarata erant initio p.* 39; *quae tamen A., inter pag.* 34. *et* 39. *dua folia addens, postea erasit et transcripsit in marginem inferiorem p.* 34. e) *quae uncis inclusimus, adiecit A. in duobus foliis assutis (pag.* 35–38*), non ut scriba duabus columnis, sed per totam paginam scribens.* f) Omnibus — Servatium *e rasura c.* g) *e ras. c.* h) *partim e ras. c.* i) summerentur *c.* k) exiliat *c.* l) p. e. a. *e ras. c.* m) *superscripsit quaedam, sed rursus* 60 *erasit c.* n) is et *e ras. c.* o) firmisse *c.* p) ieiuginium *c.* q) pentenlia *c.*

1) Quae sequuntur usque ad verba *Iudeorum blasphemias amplexatur* ex vita aliqua Servatii sumta esse videntur. Vide infra finem huiusce adnotationis pag. 22. Similem centonem ex alia quadam Servatii vita descripsit Crabbius, Concilia (Coloniae 1538) I, 189 sq. Cf. Mansi, Conc. coll. II, 1373. 2) Cf. vitam Servatii auct. Iocundo, SS. XII, 92. Vide supra cap. 13. versus finem. 65

agendam. Nos certe pontifices criminis arguimur, si hereticos in ecclesia Dei regnare patimur. Effratam igitur, qui Christum salvatorem nostrum negavit esse Deum, ego nego posse esse episcopum, et quisquis sectam eius non adversatur, Iudeorum blasphemias amplexatur'.

CONCILIUM AGRIPINENSE [1].

Conc. Agrip.

Anno[a] dominice incarnationis 346, quarto anno 280. olimpiadis, imperii autem Constantii filii Constantini 6, indictione 4, facta est degradatio Effrate Coloniensis archiepiscopi, consentiente et subscribente Iulio papa et omnibus Italie, Gallie, Germanie[b] episcopis. Post consulatum Amanti et Albini quarto Idus Maias, cum consedissent episcopi in Agripinentium civitate, id est Maximinus Trevirorum[c], Servatius Tungrorum[d], Valentinus ab Arelato, Donatianus[e] Cabellonorum, Severinus Senonum, Optatianus[f] Tricassium, Iessius Nemetentium[g], Victor Vangionum[h], Valerianus Autisiodorentium, Simplicius Agustudunentium, Amandus Argentoracentium, Iustinianus[i] Raraucorum, Elogius[k] Ambianentium[l], Dioscolus[m] Remorum, consentientibus et mandantibus Martino Mogontiacentium, Victore Mediomatricorum, id est Metis[n], Desiderio Lingonensi, Pancratio[o] Visocentium[p], Santino Articlavorum[q] vel Virdunentium[r], Victurio Pariscorum, Superiore Herviorum, Mercurio Suessionum[s], Diapeto[t] Aurelianorum[u], Eusebio Rothomagentium. Cumque recitata fuisset epistola plebis Agripinentium, sed et omnium castrorum Germanie secunde de nomine Effrathe[v], qui Christum Deum negavit[w], Maximinus episcopus dixit 'Quia Dei voluntas patris nostri Iesu Christi voluit, nos iuxta postulatum fratrum ad hoc Agripinense opidum[x] convenire propter perditum et blasphemum Effratam, quem omnis mundus iam ore Domini cognovit esse dampnatum, qui in Spiritum sanctum eatenus blasphemavit, quod Christum negat; hanc mediocritas mea sententiam fert, sicut Dei et domini nostri Salvatoris ore prolata est dicens: *Omnia peccata et blaspheme remittentur*[y] *hominibus, qui autem blasphemaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo*[z] *neque in futuro, sed reus erit eterni iudicii.* Ideo episcopum eum manifestum est esse non posse'. Servatius[a] episcopus dixit: 'Quid fecerit quidve docuerit Effrata pseudoepiscopus, non opinione, sed veritate cognovi. Pro finitimi loci coniuncta civitate cuique publice et domestice sepe obstiti, cum ille Christum Deum negaret, audiente etiam Athanasio episcopo Alexandrie et[b] presbiteris diaconibusque plurimis. Et idcirco[c] censeo, christianis episcopum eum esse[d] non posse, quia Deum Christum sacrilega voce negavit, neque illum esse christianum iudicandum, qui eiusdem confinitimus fuerit inventus'. Valentinus episcopus dixit: 'Quia Effrata Christum Deum negat, censeo[e], eum episcopum esse non posse, qui nec laicam communionem debet accipere'. Donatianus episcopus dixit: 'In pace negavit Christum Deum, et ideo* Eufratam[f] non esse catholicum'. Severinus episcopus dixit: 'Cum constet Effratam[g] subscriptione fratrum plurimorum[d] in Spiritum sanctum blasphemasse, negando Deum[d] Christum, et ego censeo[h], eundem[i] iuxta euuangelica precepta iure ab episcopatu esse deiectum'. Optatius episcopus dixit: 'Et ego censeo, Effratam in episcopatu permanere non posse, qui in Spiritum sanctum blasphemavit, negando Christum Deum esse'. Iessius[k] episcopus[d] dixit: 'Non solum epistolis episcoporum[l] omnium ecclesiarum[m], qui audierunt Effratam negare Christum Deum, sed quod ipse[n] auribus meis audivi sub presentia Martini consenioris nostri et Metropoli[o] presbiteri[d] et Victorini dyaconi, ideo consensi, illum iure esse depositum'. Victor episcopus dixit: 'Quoniam palam factum est et probatum[p], Effratam immemorem sacramenti celestis blasphemasse in Spiritum sanctum, negando Christum Deum Dei filium, et multis criminibus coarguitur, quod episcopum ullo modo non decet, consentio, illum esse depositum'. Valerianus episcopus dixit: 'Etsi non[q] omnes conseniores nostri[r] hic apud Agripinam Dei voluntate qui sumus adunati[d] convenissemus, suffecerat a quinque episcopis, qui Effratam[s] blasphemum, quia Christum Deum negat, pro meritis suis sententiarent[t], eodem iure esse depositum. Nunc autem in presenti maiora cognovimus, multorum etiam carorum laicorum subscriptione manifestum est, quia primordialem Dominum et Deum nostrum negat, cum per universos prophetas manifestetur, illum ante mundi constitutionem fuisse cum Deo patre omnipotentem[u], et quia omnes cecinerunt, illum venturum et pati pro tocius mundi salute, sicut ipse complevit. Quapropter Effrata[v] falsus doctor, qui tantum nudum hominem asserit Christum, recte omnium consacerdotum voce dampnatus est. Ideo[w] ut, si quis epistolas ipsius per catholicam ecclesiam attulerit, communione privetur, eundemque censeo iuste esse deponendum'[x]. Simplicius episcopus dixit: 'Esse episcopum[y] non posse Effratam[z], consentio, quia Christum Deum[a] negavit'. Amandus episcopus dixit: 'Si[a] quidem in presenti, quando Effrata a quinque episcopis sententiam accepit, me inter ipsos fateor esse consentaneum, qui epistolis meis ad eundem deponendum consensi secundum falsam doctrinam ipsius, qui Christum dominum Deum negat, in ipsum sententiam collatam esse constat, ad cuius damnationem consentio'. Iustinianus episcopus dixit: 'Ex epistola clericorum Agripinentium necnon et fratrum per singula castra constitutorum, quorum epistole et subscriptiones tenentur, cognovimus, Effratam esse blasphemum, qui Christum salvatorem dominum nostrum Deum esse negat. Quapropter et ego consentio, illum ab ecclesia catholica esse dampnatum'. Eulogius episcopus dixit: 'Diabolus, qui ab initio fuit, qui periit

*p. 37

a) *textus in cod. Brux. verbis* Post consulatum *incipit*; Anno dominice — Germanie episcopis *manus paullo recentior in margine addidit. Eadem manus rec. hinc inde quaedam correxit.* b) Germ *e corr. c.* c) a Treveris *cod. Brux.* d) Serv. Tungr. *post* Ambianentium *et ante* Dioscolus *in cod. Brux.* e) Domitianus *corr.* Donatianus *man. al. cod. Brux.* f) tianus *e corr c.* g) Nimitum *corr.* Nemetensium *man. al. cod. Brux.* h) Vangionum *corr.* Vangionensium *man. al. cod. Brux.* i) Iustianus *cod. Brux.* k) Eologius *cod. Brux.* l) Ameianorum *corr.* Ambionensium *man. al. cod. Brux.* m) Discolius *cod. Brux.* n) i. e. M. *deest cod. Brux.* o) Panchario *cod. Brux.* p) Visoncensium *cod. Brux.* q) Arcticlavorum *corr.* Arcticlavensium *cod. Brux.* r) v. V. *deest cod. Brux.* s) onum *e corr. c.* t) Diclopeto *cod. Brux.* u) Aurilianorum *cod. Brux.* v) Eufrata *saepius cod. Brux.* w) negat *cod. Brux.* x) opidum *partim e ras. c.* y) remitentur *c.* z) neque hic *cod. Brux.* a) Servatius — fuerit inventus *legitur post orationem Eulogii in cod. Brux.* b) e et *e ras. c.* c) icirco *c.* d) *e ras. c.* e) consentio *cod. Brux.* f) ideo constat Eufratam *cod. Brux.* g) Ef *e ras. c.* h) consentio *cod. Brux.* i) eum *cod. Brux.* k) Iessis *cod. Brux.* l) *deest cod. Brux.* m) omn. eccl. episc. *corr.* ep omn. eccl. *c.* n) ego ipse *cod. Brux.* o) Metropi *cod. Brux.* p) Quoniam — prob. *in loc. ras. c.* q) *superscr. c.* r) *deest cod. Brux.* s) *corr. ex* Eufratam *c.* t) *correxi ex cod. Brux.*; sententiaretur *c.* u) omnipotente *cod. Brux.* v) *corr. ex* Eufrata *c.* w) Ideo consentio *cod. Brux.* x) iustum est depositum *cod. Brux.* y) *partim e ras. c.* z) *corr. ex* Eufr. *c.* a) *e corr. c.*

1) Hoc concilium spurium nimirum et fabulosum descripsit Aegidius ex codice *beate Marie Aureevallis*, nunc Bruxellensi 495—505, quo fol. 217v. sq. manu saec. XI. ex. exaratum invenitur (v. Archiv für ält. deutsche Geschichtskunde VII, 810. et praefationem p. 6). Variam lectionem codicis Bruxellensis adnotare placuit. Concilium primum publici iuris fecit, ut videtur ex eodem codice Bruxellensi, Crabbius Conc. I, 189 sq. Cf. Mansi, Conc. coll. II, 1371.

primus et ceteros perdidit, ipse hodie in Effrata persistit, nam et ipse[a] multos secum trahendo decepit; qui tamen meminisse debuerat, apostolum predicasse, qui ait: *Etsi angelus descenderit de celo et vobis aliter predicaverit *quam vobis est predicatum, anathema sit.* Quare Effrata falsus doctor legisque subversor merito omnium episcoporum sententia dampnatus est, qui benedictum dominum et salvatorem nostrum, auctorem lucis et vite, Iesum Christum Deum negare ausus est. Et ideo pusillanimitatis mee consensu, ut meretur, dampnatione[b] percussus est'. Dioscolus[c] episcopus dixit: 'Qui[d] Christum Deum negat, in ecclesia non potest permanere, dicente domino Deo nostro: *Qui me negaverit coram hominibus, et ego negabo eum coram patre meo qui est in celis.* Ideo[e] Effratam inter ceteros fratres meos arbitror et rectissime censeo, esse episcopum non permitti'. Item sententia ex epistola Diapeti[f] Aurelianorum episcopi. Sed tamen sermonibus istis inter omnium voces: 'Effrata dampnationi tradatur atque puniatur, qui Christum negat esse filium Dei, cuius falsa machinatio multis innocentibus attulit pravitatem; sed necesse est, ut ipse veterator, qui tantum molitus est scelus, celesti plaga feriatur'.

EXPLICIT CONCILIUM[g].

Omnibus[1] ergo in sinodo sancta[h] verbis beati Servatii assentientibus, Effrata deponitur, et sanctus Severinus, vir plenarie catholicus, in locum eius exaltatur, et Romam beato Servatio profecturo, Gallia post tergum eius libera ab hereticis[i] relinquitur. Nam Effrata non multo post tempore interno dolore moritur, cuius corpus, quia non promeruit sepulturam ecclesiasticam, contra Nutiam[2] in Reno tumulatur, vel potius absorbetur. Sanctus igitur Servatius Traiectum rediit et populum suum sancta predicatione consolari cepit. In stuporem erant conversi Traiectigene, quia rumor cotidie cresebat, Hunos in Gallias velle prorumpere].

25. 'Quorum[k] adventum beatus Servatius [sciens, ut supra dictum est, et] audiens, simulque de irruptione sue civitatis metuens, multis lacrimis et corporis afflictionibus misericordiam Domini precabatur, ut populum suum a perfidorum nequitia tueretur. Sed sentiens[l] per spiritum, peccatis populi prepedientibus id sibi nullo modo concedi, apostolorum[m] Petri et Pauli limina[n] decrevit adire, ut sue saltem Tungris ereptionem per eorum merita mereretur[o] obtinere. Paratis igitur omnibus viatico competentibus, assumptisque secum comitibus necessariis, civibus ieiuniorum et orationum super tanto discrimine indixit[p] instantiam, et sic itinere arrepto, primum beati Auctoris Metensis episcopi requirit presenciam. Honorifice denique ab eo susceptus[q] rogatusque ab ipso, missarum sollempnia in ecclesia beati Stephani celebravit, lapidemque altaris, qui erat mire pulchritudinis, sed ruente desuper trabe confractus erat, ducto per fracture margines digito in pristinam integritatem resolidavit. Beatus autem Auctor episcopus Metensis miratus est hospitis sui tantam virtutem. Sed hoc beatus Servatius non suis meritis, sed beato Auctori tribuebat, et usque nunc Traiectenses et Metenses singuli suo assignant illud pastori. At beatus antistes Auctor, habita cum beato Servatio[r] deliberatione, adiudicavit eius ratam esse intentionem, simul exposcens pro se suaque urbe fundi profusius illic orationem, ut, quoniam pro se Romam nequibat[s] adire, eius sanctissimis precibus, apostolis intervenientibus, optatam[t] ereptionem sibi commissis civibus mereretur[u] obtinere. Peracto tandem colloquio, acceptaque licentia, dataque benedictione, episcopus longius subsecutus est beatum Servatium, qui pretergressus Basileam, transcensis[v] Alpibus [et[w] in colle montis Iovis novum fontem haustu transeuntibus utilem ad Deum prece fusa perducens] subit* Ytaliam, visitat oppida, illustrat castella, sanat egrotos, emundat[w*] energuminos. Postposita denique tanti itineris difficultate et periculorum immensitate, Romam pervenit. Denique nonnullis Romanorum ea via qua sanctus Dei venturus fuerat visa est quasi stella divini fulgoris adventasse[x]. [Quo[y] signo precedente, expectabatur ab omnibus. Cumque Romam ingrederetur, omnes campane civitatis pulsabantur[z], et intrantem Romani honorifice suscipientes, mirabantur vultum eius angelicum. Quibus omnibus verecunde gratias agens, private habitationis sibi delegit casam, et prius omnium sanctorum in Roma visitavit limina, quam principis apostolorum intraret palatia. Expectavit autem diem qui est 8. Kal. Aprilis, ubi occurrit annunciatio sancte Marie, quo die et incarnationis et cruxifixionis mundo profluxerunt divine miserationis munera; sperans eo die pium Iesum clementius se exauditurum, quo se ipsum pro nobis in cruce Deo Patri hostiam obtulit immaculatam. Nocte igitur optata Servatius antistes primo mane lacrimis cepit rigare apostolorum limina, et orationibus suis peccata populi purgans, debili corpore humi procumbens, pro omnibus sibi commissis Dominum deprecatus est].

26. Accedens ergo ad beati Petri tumulum, deprecabatur interventione eius auxilium — — habebis in urbe scelerata et ideo peritura[a] sepulchrum[b], sed placuit Altissimo oppidum tibi servare Traiectum, ut illic sepeliatur sanctum corpus tuum'. Ne[c] tamen pius pontifex a conspectu Christi indonatus rediret, salutem omnium animarum Tungrensium, si adhuc converti et penitere vellent, accepit. Dictu quoque mirabile, clavim argenteam divine fabricationis in manu gestandam a clavigero celi accepit in potestatem claudendi[d] celum et aperiendi. Post extasim tante visionis Servatius servus[e] Dei, ne magnitudine revelationum extolleretur, habitavit secum, et deinceps celitus vindicis ire iudicia patuerunt. Athalaricus enim rex Gothorum insectatione barbarica in christicolas leone crudescit. Gens Hunorum inaccessis clausa montibus rabie inopina exarsit, vimque omnem in opes Romanas sparsit. Ita debacantibus et opprimentibus inde Hunis[f], inde Gothis Romani terminos orbis, servus Domini Servatius, ut fama est, vix urbis Romane municipia exierat, cum late vagantes Hunorum* incidit in phalenges[g]. Captus discutitur, trahitur, vinculis mancipatur Sed qui numine angelico[h] apostolos de clauso carcere produxit, idem in una noctium in medio hostium insigne iubar de celo indulsit in tenebris Servatio. Dum rem custodes castrorum mirantur, quedam etiam eis divine dignitatis persone apparuere in

a) idem *cod. Brux.* b) dapnatione *in loc. ras. c.* c) Dioscolius *cod. Brux.* d) Quia *cod. Brux.* e) et ideo *cod. Brux.* f) Diclapeti *cod. Brux.* g) *deest cod. Brux.* h) s. s. *e ras. c.* i) l. a. h. *e ras. c.* k) *hic incipit scribere* 2, *sed A. primum* sciens — et *in margine addit, deinde quae* 2 *scripsit* Quorum — Servatius *erasit et totum capitis initium* Quorum — et *denuo exaravit.* l) *in loc. ras. A.* m) apostorum *corr.* apostolorum *A.* n) lum. *corr.* limina *c.* o) meretur *c.* p) induxit *c.* q) *corr. ex* suscepto *c.* r) cum eo *Her.* s) requibat *corr.* nequibat *A.* t) ob tantam *c.* u) meretur *c.* v) transcenssis *c.* w) *add. A. in marg.* w*) emdat *corr.* emundat *A.* x) advetasse *c.* y) *add. A. in marg.* z) c. c. p. *evanuerunt, ut iam legi non possent; supplevi ex excerpto Aegidii in cod. Brux.* 19627. a) parit. *corr.* perit. *A.* b) *corr. ex* sepulchrorum *c.* c) Nec *corr.* Ne *c.* d) claudedi *c.* e) serv^s^s *corr.* serv^s^ *c.* f) Huni *corr.* Hunis *A.* g) *ita c.* h) anglos *corr.* angelico *A.*

1) *Omnibus — velle prorumpere* procul dubio ex eodem fonte descripta sunt atque prior pars huiusce additionis *Omnibus siquidem — amplexatur.* Cf. etiam Albricum ad a. 347, SS. XXIII, 686. 2) Neuss.

consolatione vinculati. In ortu aurore a vigilibus res cognita proditur, et captivus producitur[a], et, ut fit, pro illo et contra illum multi multa profantur. Sed ut dissolveret Dominus consilium vanitatis, sicut in contione Iudeorum prothomartyri Stephano angeli vultus emicuit, haut[b] secus in tumultu Hunorum facies Servatii solis instar resplenduit. Dissidentibus proinde sententiis partium uni servandus denuo datur Servatius, ceteri ad prandium accumbunt. Post epulas rursus spectaculo reposcitur captivus. Redit nuntius signum mirabile referre, illum scilicet campo[c] sopitum[c*] iacere, et aquilam grandem pone[d] assidentem, unius ale remigio dormientem obumbrare, altera veluti flabello auram creare. Certatim barbari accurrentes extimuerunt visu, sed aquila[e] officio peracto avia reppetit. Servatius accurrentium[e] strepitu[e] sompno excitus, in medio sistitur et cuius sit religionis exquiritur. Christicolam se esse fatetur. Inde barbari versi in admirationem, omnes petierunt ab eo benedici, conclamantes, illum esse dominum[c] Deorum, qui ut sol diei et luna nocti, sic esset decori die noctuque sibi obsequentibus. Libertati quoque illum honorifice reddunt, ut apostoli Petri verbum compleretur, dicentis: *Magnifice glorificaberis* [*in illis*][f]. Igitur Ytalia iam Alpibusque retro relictis, Elysatie tandem fines attigit, viciniamque Vangionum usque pertransiens, sic forte lassus in itinere senex sitiens consedit. Neque vero puteus *neque aliquis prope erat fluvius. Ad illum ergo mentem reduxit, cuius de latere olim aqua redemptionis humane profluxit, dextram levavit, crucis in modum terram signavit. Statim victoris ante pedes gurgite pleno fons emanavit, qui salutari gustu egris quoque remedia deinde non paucis apportavit. Quorum de grege vidua vi[g] febrium acerbissime afflicta bibit, febres reliquit, agros suos Servatio addixit. Sola primum id exemplum pretulit, sed finitumus[h] quidam ipsius illico id secutus, predia quoque sua sancto Dei donavit. Deinde alia sunt a plurimis plurima similiter oblata munera. Fons autem, ut aiunt, hodieque potationi salubris, tam pecudum quam hominum pro feno suave olens germinat ciminum. Appropinquans Wormatie, suscipitur magnifice a beato Amando, urbis eiusdem presule. Cui beatus Auctor Metensium episcopus usque Wormatiam[i] pre nimio amore ei obviam processit, petens, ut Metis denuo venire dignaretur. Spopondit, sed ire Coloniam prius disposuit[k]. Quo perveniens, sed populi devote se circumdantis devitans frequentiam, hospicium sibi extra muros elegit. Cui sanctus Severinus sedulus usque in seram noctem obsequens, postea more suo ad monasteria singula psallendo lustraturus discessit. Inter psallendum rursus ad hospicium hospitis sui, cum quo cor erat illi unum et anima una, pedes oculosque reflexit, et signum mirabile de cella orantis Servatii, columpnam ignis ad celi fastigia extolli prospexit. Pro cuius miraculi visione et pro melodia celesti[l], quam ibidem postea in beati transitu Martini audivit, deinceps ecclesiolam edificavit et consecrans Portam celi appellavit. Treveris quoque sanctus Servatius sancti Maximini[m] episcopi eloquium expetens[n], confestim cunctis penitentiam euuangelizavit. Inde ingressus est iter Metis, ubi totius Frantie nobilitas eum *expectabat. Primo ingressu[o] preferens humanis divina, mysteria missarum celebravit, sed inter agendum eius facies velut ignis radiasse visa est. Mactato tante glorie sacrificio, in editiori consistorio locatur, et cum ingenti luctu, quod cognoverat, populo retulit. Omnibus stupore gravi consternatis[p], ille sanctorum patientiam predicat, ut imminens periculum votis et elemosinis redimerent, ne calamitas superventura cunctos repente opprimeret[q].

27. Egressus tandem ad urbem Tungrensem, convocato clero simul cum populo, hortabatur universos in animarum suarum[r] salutem fore sollicitos, quibus tantum imminebat discrimen. Dicebat autem eis: 'Iam collegio — — certos vos esse cupio, quod si corporibus salvandis intervenire nequeo, animabus saltem vestris incolumitatem semper impetrare curabo'. Deinde clavim argenteam, quam a Petro apostolo acceperat, ostendens: 'Hoc', ait, 'munere per clavigerum celi mihi dato noveritis vobis correctis me celum aperire, incorrectis autem claudere. Interim dum adhuc *ira[s] vindicis Dei differtur, curemus ne sancta nostra simul nobis eripiantur cum urbis excidio. Quapropter corpora sanctorum et vasa sancta hinc Traiectum transferam, que profugis Octavie olim reputentur[t] in solatium'. His dictis, dum in cardine res vacillat[u], festinanter sanctorum Valentini, Naviti, Marcelli, Metropoli, Severini, Florentii, Martini, eiusdem urbis episcoporum, et aliorum sanctorum reliquias tolli imperat, et cruces, divini mysterii vasa, simulque sepulture sue necessaria. Que viscera etiam si essent ferrea carerent luctu, dum unice spei suum pontificem se vidit Octavia deserentem ultimaque desperatione sacra simul omnia deferentem? Sequebatur autem ac precurrebat et circumdabat pium pastorem concursus universorum civium, et huc erant inquietantium[v] strepitus[w] populorum, illuc vero obiectio infirmorum et leprosorum. Sanctus autem curam suam, scilicet languidos, intuens ultraque se in lacrimas et singultus commovens, singulis manus imposuit, universosque sanitati restituit preter paucos postea Traiecti ad exequias suas curandos. Dum itaque vario strepitu[x] digne hic gratie aguntur illicque dolor et fletus ingemiscunt, subito voces exaudiuntur de celo ymnizantium, sacri presulis et sanctarum reliquiarum iter a porta Tungrensi usque ad portam Traiecti concentibus[y] comitantium. Inter eundum[z] quoque locus apparuit[a] amenus, fessis ibi residentibus. Deinde visa est instar pulvinaris tellus intumuisse sanctoque supersessuro sese in suggestum extulisse. Testis est tumulus prisce veritati, qui usque adhuc capita reclinaturis ydoneis ibidem viridescit. Tunc sanctus oves circumfusas consolando allocutus: 'En', ait, 'quomodo verna temperies redit post yemem, sic post mortem orietur beatis requies'.

28. Post exhortationis solamen subrectis ad celum oculis cum manibus — — cum his revocari non posset, data eis pontificali benedictione, coegit redire. Et cum Traiectum pervenisset, in basilica iuxta aggerem publicum a beato Materno condam ibi constructa[b] imperat criptam in medio fieri. Illuc universum Octavie transtulit thesaurum suumque interlocat sarcophagum. Precognito siquidem die[c] sui[d] obitus, per triduum lenta febre correptus est. Nam angelus Domini cum missarum mysteria celebraret, a dextris altaris apparuit et certum ei finem et requiem ostendit. Sic confortatus angelica visione et divinis participans sacramentis, commonefecit plebem celestium preceptorum usque ad horam diei nonam. Nona igitur hora diei conversa facie in orientem, et oculis reverenter[e] apertis, commendat Domino in ultima hora oves, quibus timebat. Tunc splendor nimis de celo superilluxit, et tercio Idus Maii cum ipso splendore ad patriam luminis ascendit. Spectante quoque omni populo et ammirante, velamen quotdam[f] sericum angelicis manibus allatum est super venerabile corpus; audite sunt etiam voces in excelso Deum laudantium. Quotquot itaque convenerant egri, celeri donati sunt sanitati[g], omnesque qui[h] ad portam Tungrensem debiles remanserant, ad funus Servatii occurentes sospitatem meruerunt. [Septem[i.k] diebus celebrate sunt eius exequie, et[l] octava die sepultus est] in prefata ecclesia iuxta aggerem publicum beatus pater Servatius, tertio Ydus Maii, [circa[m] annum Domini 388, duodecimo anno pontificatus beati Martini Turonensis]

a) prodicitur *c.* b) hanc *c.* c) *e corr. c.* c*) sospitum *c.* d) pene *c.* e) sterpitu *c.* f) i. i. *add. A.* g) *e ras. A* h) finimus *corr.* finitumus *A.* i) Wormannam *c.* k) dis *in loco raso A.* l) *corr. ex* celestia *c.* m) Maximii *c.* n) expectens *c.* o) *corr. ex* ingressus *c.* p) *corr. ex* consternatur *c.* q) opprimerent *c.* r) *bis scripsit c.* s) *e corr. c.* t) reputetur *c* u) *corr. ex* vascillat *c.* v) *corr. ex* iniquietantium *c.* w) sterpitus *c.* x) sterpitu *c.* y) continentibus *c.* z) eundem *corr.* eundum *A.* a) appauit *c.* b) constructam *c.* c) diem *corr.* die *man. rec.* d) *ex* suum *corr. c.* e) reverentur *c.* f) quidam *corr.* quotdam *c.* g) *ita c.* h) que *c.* i) Sepultusque est *c., pro quibus verbis addit A. in marg. quae uncis inclusimus.* k) septemque *corr.* septem *c.* l) qui et *corr.* et *c.* m) *haec A. inter lineas et in margine.*

Mir. Serv. Reservatur[a, 1] in prefato monasterio, ubi corpore requiescit beatus Servatius, clavis illa, quam ab apostolo Petro *p. 48 accepit*, dum oraret apud Deum[b] pro[c] imminenti excidio Galliarum; que huius virtutis esse dinoscitur, ut, si quando soricum pestis aut tale aliquid agros invaserit[d], ipsa per agros deportata, omnem huiusmodi putredinem funditus extinguat. Testati sunt clerici, qui eam aliquando per agros Hasbanie, Thessandrie atque Saxonie[e] circumtulerunt, cum eadem qua ierant via repedarent, se acervos invenisse soricum extinctarum. Hec aliquando cum thesauro ecclesie a furibus noctu sublata est; clerici autem pro ea potius quam pro thesauro non modice contristati[f], statuunt pro hoc communiter invocare Dominum, triduanumque ieiunium atque sollempnes letanias sibimet indicunt. Cum igitur letanias agendo longius procederent, vident eminus cuidam spineto maximam avium multitudinem insedisse, Deo utique per hoc huius rei pro qua rogabatur indicium dante. Siquidem fures cum partem thesauri detraxissent, divinitus perterriti reliquam partem et ipsam clavim sub illo spineto fossa humo absconderant. Foderunt igitur, et ita invenerunt, sed quod ad cumulum doloris accessit, ipsam clavim in duas partes fractam repererunt[g]. Cum igitur fidelibus ac probatis artificibus redintegrando committeretur nec quenquam eorum sequeretur effectus, dolentibus et anxiis omnibus, apparens uni ex dictis fidelis patronus Servatius, non posse, ait, arte humana refici, quod ab homine[h] factum non esse constaret; querendum esse divinum auxilium, ubi[i] humanum subcumberet ingenium. Sic itaque commoniti, post solis occasum altari illam imponunt, et ad matutinorum sollempnia surgentes, integram ac solidam recipiunt, Deo ac provisori suo beato Servatio *p. 49. gratias in omnibus agentes. Si quis autem alia miracula, que per eum Dominus* in eadem ecclesia ubi requiescit, [k]scire desiderat, librum miraculorum eius relegat. Nos vero ad hystoriam manum retrahamus.

Mir. Serv. 29. Post[2] obitum beati Servatii [completis[l] annis septuaginta, quos Dominus ad penitentiam concessit omnibus confugientibus[m] ad sepulcrum eius] per Gallias Hunorum erupit sevitia. Attila namque, qui regnabat in Pannonia et Dalia, nimio ardens desiderio belli, fratrem suum Bledam nomine occidit, omnesque milites[n] eius, ut solus regnaret, sibi subdidit, et in circuitu reges cum populis suis et provintiis sue ditioni subiecit plurimasque gentes federe copulavit. Quo facto, Etio patritio Romanorum bellum indixit. Igitur Etius Romanorum patricius edoctus et expertus fraudes Hunorum, gentes plurimas et fortissimas colligens[o] sibi indissolubili pacto firmavit, ne imparem[p] congressum faceret cum Attila. Primus ingressus Attile in Gallias fuit, ubi Gundicarium regem Burgondiorum vicit[3]. Post hoc bellum cum Etio vespere iniit, in qua hora vespere centum milia et octoginta milia occisa sunt ex parte utraque, et non, ut Attila voluit, Etius patricius, sed Theodericus rex Gothorum in acie occubuit. Ea nocte tota in castrorum custodia peracta, mane bellum iterum est inceptum, quia vindicare cupiebant regem suum occisum. Sed cum Gothi essent federati Etio patritio et iam Hunos pro parte Etii patritii superarent, timuit Etius Gothos, quia, si vincerent Attillam, sibi de cetero nollent subici, sed eque vellent dominari, et contra se insurgerent, si[q] penitus prevalerent: motu[r] signi bellici bellum totum deponi fecit et cessari. Sed hoc fecit valde stulte. Sed tempus erat oportunum, ut flagellum Dei per *p. 50. Hunos perficeretur in Gallias, et maxime Tungri. Igitur Attila[s] bello solutus et metu congressus* ereptus, totus infremuit, et in omnes provintias irruens, quantas occidit, quot civitates et oppida igne combusserit, quamque[t] feraliter ecclesias[u] Dei devastaverit, nemo plene sufficiet dicere. Tantis itaque exagitatus Attila furiis, Gallias pertransivit, sicque Tungrim[v] pervenit, quam longo tempore obsedit, et miseros cives gladio, fame afflixit. Ubi Dominus meritis beati Servatii mirabilem fecit ostensionem, quod nemo Hunorum, qui longe et late vagabantur omnia diripientes, unquam Traiectum pervenerit[w] vel saltem providerit[x]. Capta denique Tungri, et occisis in ea omnibus habitantibus eius, destructa est penitus usque ad solum. Omnibus igitur desolatis et annichilatis, Huni processerunt et in sacra vigilia pasche urbem Metis circumdederunt. Itaque cum civitatem hanc impugnarent, et propter nimiam murorum fortitudinem fatigati iam discedere cogitabant, ne inulta[y] manerent peccata inhabitantium, muri sollidissimi ultro corruerunt, Hunique reversi introierunt et omnes cives gladiis occiderunt, civitatem vero eorum ignibus tradiderunt. Solum oratorium beati Stephani prothomartyris perstitit illesum, quia quidam celestis spendidissimus in armis desuper stabat, qui hostium tela procul depulit et[z] flammas. Post hec Huni venerunt Trecas[4], pugnaverunt ad portas. Desuper beatus Lupus episcopus Attilam inclamat, dicens. 'Quis es tu, qui terras nostras devastas gentemque perturbas'? Qui respondit: 'Ego sum Attila, flagellum Dei'. Et episcopus ingemiscens: 'Et ego', ait, 'sum Lupus, heu vastator gregis Dei nimiumque dignus flagello Dei'. Et iussit Hunis portas *p. 51. aperiri, et misericordia Domini magnum ibi factum est miraculum. Hostes divinitus* percussi cecitate transierunt de porta ad portam per mediam civitatem, neminem videntes, neminem ledentes. Plurimis itaque destructis civitatibus et provinciis desolatis, Attila Pannoniam rediit, maioremque exercitum colligens Ytaliam intravit[a], omnesque in ea civitates quamlibet munitas penitus destruxit. Tandem Attila Mantue resedit, cogitans qualiter Romam aliis civitatibus similem faceret; sed valde verebatur merita beati Petri apostoli, si civitatem eius Romam invaderet, ne miseram mortem[b] inferret. Attamen cum dira cupido dominii[c] et divitiarum mentem eius quateret ad perficiendum que cogitabat, papa Leo supplex occurrit, pacem ab eo petiit, quam Dei gratia victor statim obtinuit. Ammirantibus amicis Attile et inquirentibus, quare tam cito debilem et inermem senem exaudisset, respondit: 'Vidi prope eum virum stantem evaginatum gladium habentem, qui mihi mortem minabat[d], nisi ad omnia obedirem ei'. Interea Marciano imperatori[e] in sompnis arcus Attile fractus apparuit, quod rerum exitus esse probavit. Nam cum Honoriam, sororem Valentiniani[f], duceret, qui tum[g] Marciano coimperabat[h], et tempus voluptatibus suis dedisset, gratia Dei sanguinis eruptione dormiens suffocatus est, respiravitque mundus tanta peste liberatus

a) Reservati *corr.* -vatur *c.* b) eum *corr.* Deum *A.*; eum *mir. Serv.* c) *superscr. A.* d) invascerit *c.* e) *corr. ex* Saxaniae *c.* f) *corr. ex* constristati *c.* g) reperierunt *c.* h) *corr. ex* hominem *c.* i) *supplet A.* k) *supple:* fecit. — sciret *corr.* scire *c.* l) *haec addit A. in marg.* m) configientibus *c.* n) militis *e corr. c.* o) colligere *c.* p) *corr. ex* imparem *c.* q) sed *corr.* si *A.* r) *post* motu *exhibet c. vocem* sed *postea correctam* si; *error et scribae et correctoris.* s) *radendo corr., ut videtur, ex* Attilia (*vel* Attilla, *ut l.* 29?) *c.* t) q₃ *corr.* quam *A.* u) *post* eccles. *parvus loc. ras.* v) *corr. ex* Tungrem *c.* w) pervenerint *c.* x) providerint *c.* y) *corr. ex* multa *c.* z) *superscr. A.* a) intraum⁹ *corr.* intravit *A.* b) morte *corr.* mortē *c.* c) domini *c.* d) *man. saec. XVII. corr.* minabatur. e) imperatore *c.* f) *corr. ex* Valentianiani *c.* g) tunc *corr.* tum *A.* h) imper. *superscribendo corr.* coimp. *c.*

1) Quae sequuntur usque ad *omnibus agentes* ex miraculis Servatii ineditis desumta sunt, quibuscum verbotenus fere conveniunt. Contuli cum codice Bruxellensi 2496. 2) *Post obitum — peste liberatus* ex miraculis Servatii ineditis. Contuli cum codice Bruxellensi 2496, ubi eadem historia eisdem fere verbis legitur sub rubro: *De excidio Gallie quod predixerat.* 3) Cf. Pauli Gest. epp. Mettensium, SS. II, 262. 4) Haec eisdem fere verbis leguntur in vita posteriore Lupi ep. Trec. c. 45, Iul. VII, 79.

Post eam igitur vindictam, que ab **Hunis** facta legitur, Wandalica crudelitate sequente, incertum est, quanta temporis intercapedine ecclesia Tungrensis fuerit sine pontifice, paucis qui supererant christianis in abditis montium latitantibus et cavernis petrarum. At Franci, qui ab Antenore[a] ducebant originem et in Venetia[b] sicut et alii in Mauritania multitudine excreverant, qui et Sicambri vel a quodam duce suo Merovingi dicebantur, cum pre multitudine* nimia non possent ea eis sufficere loca, palantes hac illac, predis intenti erant et[c] rapinis, nec stationem[d] hactenus certam invenerant; sola eis Toringia profugium erat. Quibus Valens imperator, ad quem summa imperii pertinebat, et proprium nomen, qui Francus Attica lingua vocabatur, impertivit, et partem Galliarum ad inhabitandum sine vectigalium[e] exactione concessit. Et isti Hunos ad Meotidas iterum paludes vel in Pannoniam compulere, ubi post multos annos a **Karlomanno**[f] imperatore et filio eius Pippino penitus etiam nomine disperiere[g]. Franci vero propter avaritiam sequentium imperatorum vectigalia ab eis exigentium coacti sunt et fidem Romanis non servare et civitates alias, quas adhuc tenent per Gallias, occupare. Quibus adhuc ritibus paganis inservientibus, multe civitates episcopis carebant. **Post tandem cessante tantorum tumultu[h] malorum, per viscera misericordie visitavit nos oriens ex alto, cum** beatus Remigius celitus ad hoc predestinatus et per repromissionem iam natus, **factus[1] est Remorum[i] archiepiscopus. Hic vir Dei** gentem Francorum ad veri[k] Dei cultum convertit et regem Clodoveum baptizavit anno Domini quadringentesimo[l] nonagesimo **septimo.**

30. Eo inquam tempore a **predicto** beato **scilicet** Remigio[2] et rege Clodoveo et ceteris Galliarum episcopis et magnatibus celebrata est prima synodus[m] Aurelianis de restauratione regni et ecclesiarum. Ibi omnis clerus et religio monachorum dolebat de subversione Tungris urbis[3], nec nomen episcopale ibi quisquam subire presumebat, ex quo Servatius* inde pulsus recesserat. Convenit ergo digniori ecclesiarum gradui, set vir vite venerabilis Agricolaus agrum dominicum exculturus eligitur. Consecratur presul. Iuxta magnanimum[n] Servatium sedem Traiecto habere dirigitur, quoniam[o] quidem Tungris dignitate pontificali semet ipsam indignam fecerat, ex quo demens illum abiecit, quem singulari quondam miraculo[p] per angelum visibiliter accepit. Annuntiatum est verbum hoc Traiecto. Placuit plebi senatuique universo. Gaudenter electus Domini sanctus Agricolaus suscipitur et in basilica Sancti Servatii digno successori digna cathedra locatur. Huic inter cetera virtutum insignia, que per eum Dominus operari[q] dignatus est, concessum est, restaurare tectum sepulchri beati Servatii ventorum violentia pridem deiectum, quod nemo ante eum poterat, sicque post aliquantos annos Domino serviens nocte et die, recepturus ab eo coronam glorie quievit in pace.*

*) *Hoiensis interpolator addit in margine:* Huius Agricolai diebus[r] ecclesia beate Marie[r] Hoyensis, que a Hunis cum[r] toto oppido aliquantum[r] temporis antea fuerat[r] destructa, a suis civibus[r] reedificatur[r] et in longum versus orientem[r] extenditur usque[r] ad gradus chori sub[r] crucifixo, altari[r] tamen[r] antiquo semper remanente[r] inmobili[r] et semper existente in[r] eodem loco, ubi beatus Maternus[r] primitus instituerat[r] et dedicaverat[r] in honore beate Marie virginis.

31. Post discessum beati Agricolai episcopi cathedram episcopalem in Traiecto duodecimus[s] episcopus beatus Ursicinus[4], instar David cum urso dyabolo immani pugnaturus, suscepit. Qui beatus Ursicinus talentum[t] sibi creditum Domino suo cum lucro reportaturus, in senectute[u] bona migravit a seculo.

Loco tercio decimo a Materno beato Traiectensium episcopo successit beatus Designatus[5]. Qui placens Deo factus est dilectus, et vivens inter peccatores iustus, assumptus est in requie sempiterna.

Post hunc quartus decimus in confirmationem predestinationis extitit beatus Resignatus episcopus, qui in diebus suis placuit Deo, et iustus[v] inventus est, et in tempore tribulationis* factus est reconciliatio.

Quo defuncto, quintus decimus extitit beatus Supplitius episcopus, vir pietate et misericordia per omnia laudandus. [Huius[w] autem festivitas celebratur 16. Kal. Februarii[6]. Hoc[x] etiam die agitur festum sancti Sulpitii Bituricensis post beatum Austrigisilum episcopi[7]].

Post quem sextus decimus episcopus ordinatus beatus Quirillus[y], qui faciem Domini inquirens beato fine quievit. [Ac[z] pridie Kal. Maii[8] a Domino in celo meruit honorari, qui sine querela[a] eius fideliter populum rexit[a]].

Loco septimo decimo beatus Eucherus episcopus extitit, qui paucis annis pontificatum tenens, quievit in pace. [Huius[b] vero festum a quibusdam colitur 10. Kal. Martii[9]. Huius vero tempore, **silicet** anno Domini 545, **putatur** obiisse sanctus Remigius Remorum episcopus[10]].

Post hunc octavus decimus episcopus beatus Falco extitit, qui et ipse post[c] paucos annos appositus est ad populum suum[11].

a) anteriore *corr.* Antenore *A.* b) Vinetia *corr.* Venetia *A.* c) *superscr. A* d) o *in ras. A.* e) *corr. ex* vecti gallium *A.* f) Karolo Magno *Her.* g) *corr. e* disperirere *c.* h) tumultum *c.* i) Romanorum *corr.* Remorum *A.* k) vero *c.* l) quadrigentesimo *c.* m) sydo *corr.* synodus *c.* n) magnanimum *superscr. A.* o) quem *corr.* quoniam *A.* p) miraculum *corr.* miraculo *c.* q) re *A in loc. ras.* r) di, ie, cum, tum, rat, ci, ur, ori, que, b, ta, *primum* e, li, n, a, *secundum* i, *secundum* e *abscisa.* s) duodecimo *c.*; *sed* o *postea eraso,* us *scribere oblitus est corrector.* t) talentur *corr.* talentū *c.* u) *post* senect. *del.* sua *c.* v) *inserit A.* w) *addit A. in marg.* x) *abscisum.* y) Quirili *corr.* Quirillus *A.* z) *A. in margine, sed alio atramento quam supra not. w.* a) que, r *abscisum.* b) *haec A. in marg., sed* Huius — Martii; anno — DXLV; obiit — Remigius *eodem atramento quo not. w; postea addidit atramento quo not. z* huius — silicet; putatur (obiit *corr.* obiisse); Remorum episcopus. c) *inser. A.*

1) *factus — archiepiscopus* secundum Sigebertum a. 471. Cetera ex eodem a. 499. 2) Sequentia usque ad *habere dirigitur* leguntur in Mirac. Servatii, Cod. Brux. 2496. Cf. AA. SS. Febr. I, 660. Aegidium mutavit Albricus, SS. XXIII, 691. 3) Huic synodo 'neque Remigius interfuit, neque in canonibus qui exstant mentio fit ulla rerum earum quas Aeg. retulit'. I. BOLLAND. (Febr. I, 659). 4) De hoc episcopo et sequentibus nihil certi compertum habemus. 5) AA. SS. Ian. I, 814. 6) Festivitas Sulpitii etiam celebratur d. 18. Ian.; v. AA. SS. Ian. II, 196. 7) AA. SS. Ian. II, 165 sqq. 8) AA. SS. April. III, 777. 9) AA. SS. Febr. III, 177. 10) Exscripsit falsum annum Sigeberti; Remigius obiit a. 535. Cf. Bethmann, SS VI, 317. 11) Exstat epistola Remigii ad Falconem (Sirmond I, 205). Cf. Rettberg I, 552.

Bone porro gratie baiulator nomine emulatorque operatione beatus Eucharius nonus decimus[a] extitit epyscopus. [Et[b] 3. Kal. Martii[1] ab angelis creditur inter choros[c] suorum consacerdotum et confessorum coronatus esse, qui sancte et iuste vivendo studuit[d] omni die offerre holocaustum Domino, non ex pecore alieno, sed ex corpore proprio].

Vit. Dom. 1.[2] Her. 28. Vit. Dom. 4. 32. Post* hos vicesimus Traiectensi ecclesie presedit[e] sanctissimus pater beatus Domitianus, vir per omnia laudandus**. Qui, iam florente ubique christiana religione, Hyldeberti regis tempore Aurelianensi synodo legitur interfuisse, et episcoporum qui convenerant et principum universorum, ipsius etiam regis Hyldeberti iudicio predia, castella et que Tungrensis ecclesie et civitatis erant beneficia et post destructionem ipsius a pluribus direpta[f], Traiectum ad sedem suam concessum est transferre. In qua[g] etiam synodo per eum Dominus multa signa ostendit. Dicitur, quod[h], cum disputaret contra hereticos qui ibi convenerant, terra in modum pulvinaris assurgens ei sedile preparavit. Contradicentibus et resistentibus verbis fidei hereticis, cum[i] contra fidem catholicam aliquid falsitatis dicerent, beatus Domitianus plenus Spiritu sancto levabat manum suam contra ipsos hereticos, et statim ipsi excecabantur per divinam potentiam. *p. 55. Regressus vero ad patriam, multis bonis suam ditavit *ecclesiam. Hic[3] civitatis dirute[k] incipiens deformitatem fastidire, beati Servatii sepulchrum in Traiecto cepit frequentare. Divina siquidem operante virtute, quantalibet nivium defluxisset copia, tumulum beati Servatii, ut dicit sanctus Gregorius Turonorum episcopus, nix non contingebat[l]. Videres[m] in circuitu cuncta nivibus operiri nec tamen sancti tumulum a nivibus contingi[n]. Operabatur illic et alia Christus miracula, ut probarentur in conspectu Dei preciosa eius sancti viri esse merita. Ob hoc et devotio fidelium et frequentantis populi studium ligneum atque parvum super sancta menbra compegerunt oratorium Sed quia tanto viro non erat condignum, aut a vento rapiebatur aut ad[o] terram sponte subruebatur[p]. Postquam autem beatus Domitianus populum sibi creditum fideliter aliquantis gubernasset annis multisque signis et virtutibus claruisset, recepturus a Domino ibid. 13. coronam glorie, quievit in pace. Corpus vero eius in ecclesia*** beate Marie in Hoyo sepultum est†; ibi usque[q]

Ann. Leod.[4] Vit. Dom. 15. *) *A. addit in margine inferiore* (*p.* 54): Anno Domini 549. sanctus Domitianus Tungrensis episcopus et beatus Nicetius Trevirensis claruerunt. Et in Gallia arbor, que Sambucus dicitur, uvas protulit.

c. 3. **) *A. in scedula assuta:* Inclitus Domini confessor Domitianus Hildeberti et Theodeberti regum temporibus Tungrentium sedis claruit episcopus. Qui qualiter culmen attigerit summi sacerdotii, ex verbis tam ipsius quam suorum consacerdotum potest colligi, que in sinodo dicta sunt Aurelianensi; nam quod docebat ore, sollerter adimplebat opere, ne forte predicans aliis reprobus efficeretur. Quem quia diversarum c. 5. provintiarum pontifices prudentem noverant, ecclesiasticis eum negotiis nullo modo abesse ferebant Avernensis etiam sinodus eius aucmentatur presentia mellifluique sermonis roboratur sapientia[r]:

> In qua gemma fuit, quia doctor eam decoravit.
> Cumque suis ovibus preberet pascua sanctus,
> Doctrine verbis formam dabat et bonitatis,
> Exemplis operum retrahens a fauce luporum.
> Sed quid pontifices statuebant convenientes,
> Domitianus erat qui vite verba serebat,
> Scismata rumpebat veramque fidem retinebat.
> Urbs Avernensis sensit pia doctmata patris,
> In sinodo cuius venit seditque vocatus,
> Opponens heresy canones recte faciendi.

c. 15. c. 14. Obiit[s] autem circa annum Domini 560, sepultusque est in ecclesia Hoiensi. Cuius festum potest celebrari a christicolis Nonas Maii. Omnis ecclesia Hoyensis congaudeat pro concessa gloria, nam potenter hanc illustrat divina gratia. O Domitiane, dulce languentium solamen, per tua merita, quoniam continent tue dissolutionis deposita, que velut sol fulgebunt in resurrectionis gloria, ibi colloces nos oves iudicis in dextera[t]!

***) *Hoiensis interpolator superscripsit:* maiori.

c. 12. 13. c. 15. †) *Interpolator Hoiensis addit in loco raso et in marg.:* Nonas Maii cum maximo[u] honore cleri et populi[u]. Fuit enim iste pontifex[u] summe bonitatis, in[u] elemosina promtus, in iudiciis iustus[u], in universa morum[u] honestate excellentissimus[u], nullum[v] despiciens[u], sed omnes in[u] bona voluntate[v] complectens, omnes diligens[u], ipse quoque diligebatur[u] ab omnibus[u]. Et, ut verbis Sigeberti[u] monachi Gemblacensis[u] optimi historiographi[u] utar: 'Clarebant, inquit[u], sub Iustiniano magno imperatore Cassiodorus Senator[u] post monacus, Arator[u] poeta, Priscianus grammaticus[u], Victor Capuanus[u] episcopus, qui ciclos[u] pascales scribens Victorii[u] errores redarguit[u], Gregorius[u] Lingonensis, Nicetus[u] Treverensis et beatus Domitianus Traiectensis[u] episcopus'[u]. Huius[u] viri sanctissimi sepulchrum, licet in ecclesia fuerit, ubi[u] vel in quo loco locatum[u] exstitit, minime[u] ab incolis scitur. Unum tamen pro vero dicere possumus, quod ecclesia illa multociens passa est ruinam tribulationum[u], Winidorum videlicet et Normannorum ac Ungarorum[u] et aliarum persecutionum, que tociens locum illum et totam[u] Leodiensem parrochiam devastando oppresserunt. Et sic potuit esse, ut sepulchrum beati Domitiani ab ipsis omnino[u] deletum fuerit, vel forte erat in loco aliquo, ubi paries murorum deducendus erat, et sic ignoratur ab omnibus.

a) nonodecimus *c.* b) *add. A. in marg. atramento quo not. z p.* 25. c) chorosos *c.* d) v. st. *e ras. c.* e) precedit *c.* f) directa *post corr.* direpta *A.* g) quo *man. rec. corr.* qua. h) quia *c.* i) *post* cum *delet* tran *c.* k) dirupte *rad. corr.* dirute *c.* l) contigebat *c.* m) Videtis *corr.* Videres *A.* n) *corr. ex* contingit *c.* o) a *c.* p) *hic quaedam superscripta, sed post erasa iam legi non possunt.* q) *verba* ibi us *prius in fine lineae post* sepult. est *scripta erasit Hoi., ut eo loco* nonas Martii *etc. adderet, et transcripsit in spatio vacuo inter columnas relicto ante sequentem lineam:* que in hodiernum. r) *post* sapientia *interpungendo deletum:* Qui qualiter evectus sit ad arcem pontificatus, Aurelianensis sinodi discerne status. s) Obiit — Maii *paullo post, sed eodem atramento addit A.* t) *post* dextera *rursus addit A. calamo nimis fugitivo, sed eodem atramento quo ante:* Obiit circa annum 560. Fuit enim iste pontifex summe bonitatis. *Quibus verbis ad additionem Hoiensis, quae eisdem fere verbis incipit, transire voluit.* u) mo, uli, fex, in, u, mo, el, de,n, di, ge, us, ti, a, *primum* o, t, or, or, ram, la, os, *primum* i, e, rius, us, e, ius, ubi, a, ni, us, n, m, *secundum* o *abscisa.* v) *e corr.*

1) AA. SS. Febr. III, 681. 2) AA. SS. Mai II, 146 sqq. 3) *Hic — subruebatur* Vita Domitiani rursus ex Herigero (c. 28). Vid. praefationem p. 6. 4) SS. IV, 10.

in hodiernum diem requiescit. Qui beatus vir quanti extiterit meriti apud Deum, testantur miracula, Vit. Dom. 13
que per eum Dominus operatur usque in hodiernum diem. Celebratur autem festivitas eius Nonas
Maii. In qua festivitate in ecclesia beate Marie, ubi corpus eius requiescit, fiunt miracula. Nostris vero ibid. 16.
temporibus sex iuvenes in aquis submersi[a], infra paucos annos in diversis festivitatibus eiusdem suscitati sunt. Ex
5 quibus aliqui sub molendinis[b] molentibus[c] pertransierunt et per dimidium diem estivo tempore in aqua iacuerunt; alii
per duarum fere horarum spatium, alii per trium, alii a prima, tempore estatis, usque ad vesperas in aqua iacuerunt,
de quibus postea aliquem vidimus. Ceci, claudi, surdi, muti, paralytici, frenetici et demoniaci*, quorum pre multitudine *p. 56.
ignoramus numerum, in diversis festivitatibus eius recipiunt sospitatem usque in hodiernum diem. Multi etiam in diversis
locis in carcerali custodia detenti, meritis et precibus[d] beati Domitiani, cathenis diruptis, liberati sunt, de quibus aliqua
10 hic in medium proferre curavimus miracula[e]. Quidam vir Teumaci in vinculis positus, beatum Domitianum cum lacrimis
cepit interpellare, ut eius meritis intervenientibus absolveretur, quia propter nimiam paupertatem nulla spes erat ei redi-
mendi. Cui piissimus[f] confessor subsequenti nocte in sompnis apparuit dicens. 'Ego sum Domitianus, surge et appone
manum vinculis et extrahe pedem; ne dubites, quia cedentibus ultro vinculis liberaberis. Cave etiam, ne, cum liberatus
fueris, revertaris per silvam, que est iuxta Holoos[g], sed inferiori via redias sub nemore; et a nullo capieris'. Exper-
15 gefactus autem a sompno manum apposuit a vinculis, et mirabile dictu, statim liberatus est, et Dei misericordiam et
beati pontificis interventionem liberationi sue attribuens, pro voto cereas[h] cathenas attulit beato Domitiano. Quidam ibid. 17.
negotiator memoriam faciens beati pontificis et se eius precibus commendans, incidit in latrones, a quibus spoliatus est.
Sed Dei opitulante gratia numquam sarcinam eius dirumpere[i] potuerunt; sed nec panem, quem super loculum beati Do-
militiani teligerat, per triduum ieiunantes comedere potuerunt, sicque se deliquisse cognoscentes, res proprias ei resti-
20 tuerunt. Iuvenculus quidam iuxta rotam cuiusdam molendini dilapsus est in aquam, et statim beati Domitiani auxilium[k]
in corde depoposcit, qui[l] verbis non poterat. Qui ab hora prima usque ad horam nonam in aquis subsistens, tandem
repertus* est, et cum mortuus existimaretur ab omnibus, tandem cepit respirare; quem beati pontificis meritis et inter- *p. 57
cessionibus suscitatum non dubitamus. Sunt et alia plura miracula, que propter fastidium legentibus hic omittentes, ad
hystoriam manum retrahamus.

25 33. Igitur defuncto beato Domitiano, beatus Monulphus in pontificali sede vicesimus primus successit episcopus. Hic Vit. Mon. 1.[1]
tam geniture quam morum preclarus nobilitate, ut amplificaret Dei sanctitatem, templum aliud atque amplius construxit,
et beati menbra Servatii in eodem loco altiori digna reverentia transtulit, miroque modo decoravit ac septimo Ydus
Iulii dedicavit. Aliis alia, meritis eorum condigna, ex quibus adhoc remanet unum[m], sancta Maria,
tuum. Deonantum deinde visitaturus, castrum hereditarie suum, in proficiscendo comminus conspicans villam in valle
30 sitam inter opaca nemorum, inter ardua montium, fontibus et fluviolis per prona decurrentibus valde delectabilem et irri-
guam; nam ab occidentali et septentrionali plaga montibus et silvis maximis claudebatur, per meridianam vero partem
Mosa fluvius, reducto et curvato paulum sinu ambiens, inaccessibilem faciebat. Sed qua orientem spectat, adiri
facilius poterat, montanis a Mosa aliquantulum recedentibus, seseque iuxta eius ripam quinque fere milia-
ribus usque Traiectum in directam et speciosam longitudinem clementer extendentibus. Distat et a Tungris
35 versus meridiem vix tribus miliaribus. Hunc locum cum beatus episcopus Monulphus cum suis comitibus intrasset, ibid. 2
captus situ[n] et amenitate eius substitisset, vocabulum loci quesivit, Legiam nominatam audivit. Moxque prophetico tactus
spiritu: 'Eya, inquit astantibus, locus, quem Dominus ad salutem multorum fidelium suorum elegit, et quem per merita cuius-
dam servi sui postmodum *magnifice illustratum summis civitatibus equabit'. Statimque descendit, locum orationis designavit, *p. 58.
constructam ecclesiam in honore sanctorum Cosme et Damiani martyrum Domino consecravit, quam postmodum sanctus
40 martyr Lambertus suo sacro sanguine nobilitavit. Pontifex vero Monulphus Deonanto[o] rediens, omnium prediorum
suorum beatum Servatium scripsit heredem, cuius devotionis plenariam a Domino recepit mercedem. Quod sic etiam
sensibiliter probatum est. In diebus ipsius sacerdotii quidam de magnis principibus obiit; illum sepelire rogatur. Surrexit ibid. 3
propere, et ecce, habet obviam grandem et tenebrosam silvam, demonibus, ut aiunt, errore gentilium[p] olim dicatam;
quam ingressus cum famulis suis, omnibus quidem magne in Christo devotionis[q], quasi fremitum equorum,
45 rugitum leonum aliarumque voces diversas bestiarum sensit, in quorum medio tanquam parvulum amarissime flentem et
sine intermissione clamantem: 'Currite omnes, succurrite', audivit. Sistit gradum, signare se levat manum. Riget dextera,
silet lingua, frons[r] pallet, oculi languent, vox faucibus hesit, coma[s] vertice stetit, horror et mesticia sicut nubes obduxerat
floridam pontificis faciem. Ipsi etiam pueri eius, maiores quoque et fortiores, hoc terrore prostrati in terram, ceciderunt
quasi mortui. Horribile profecto visu ac mirabile dictu! Post hec antistes reversus in se levansque ibid. 4.
50 oculos lacrimarum adhuc ymbre repletos, vidit iuvenem vultus pulcherrimi astantem sibi et dicentem: 'Confor-
tare pater, confortare, et formidare noli; ex voluntate enim Omnipotentis hoc iudicium videre meruisti. Nam anima
principis, quam commendare venisti, a spiritibus tenetur inmundis[t], affligitur, *crutiatur[u], atterritur[v], et nisi citius occur- *p. 59.
reris, ad inferni claustra detrahent eam Redi ergo in civitatem ad tuos, et orationes, elemosinas, ieiunium, hoc triduo
fac fieri in universo populo. Postea vero cum huc regressus fueris, si horum nichil audieris, tuis orationibus Altissimo
55 oblatam et in pace noveris esse receptam'. Hoc dicto pueros antistitis[w] levavit atque confortavit, ipse vero discessit,
nec visus amplius. Hunc angelum Dei vere fuisse, dicebat et credebat. Omnibusque rite peractis, tercia
lux oritur. Pontifex eandem[x] silvam ingreditur, et ecce silentium, pax ubique et gaudium. Ergo letus pertransiit, mor-
tuum sepelivit, ponens in medio quem viderat in heremo. Qui prius flebant et dolebant, omnes mox gaudebant. Pla-

a) submersis *c.* b) molendino *corr.* molendinis *c.* c) molentes *c.* d) *post* precibus *rursus* et meritis *c.*
60 e) *corr. ex* miraculam *c.* f) *post* piissimus *parvus locus rasus.* g) Halois *vit. Dom.* h) ferreas *vit. Dom.* i) diru-
pere *c.* k) *superscr. A.* l) quia *corr.* qui *c.* m) sanct. un. *corr.* u. s. *c.* n) situs *c.* o) deo tanto
corr. Deonanto *A.* p) *post* gentilium *rursus* errore, *sed postea deletum.* q) *corr. ex* devotiones *c.* r) fros *c.*
s) comā *c.* t) inmundus *c* u) acutiatur *corr.* cruciatur *A.* v) attecritur *corr.* atterritur *c.* w) *corr. ex* antistites *c.*
x) andem *c.*

65 1) AA. SS. Iul. IV, 156. Sed Aegidius fortasse aliam quae textui eius propius accedit vitam secutus est.
Cf. praefationem p. 6.

cuit ergo cunctis, ut dies recordationis eius ageretur, non amplius in tristitia, sed in leticia, in gloriam quoque ipsius, cuius precibus ab inferis liberavit eum Dominus. Regressus vero pontifex gloriosus, super universis Christi beneficiis circa sanctum Servatium suis temporibus factis letatus est valde, et sicut dignum erat, mirabiliter glorificabat eum in auro et argento et universis etiam quibus in ministerio opus est divino. Addidit familiam, addidit et predia, quia in hiis terrenis possessionibus erat locupletissimus. Videns autem sibi iam imminere finem vite, non timuit, non expavit, sed confortatus in Domino omnem clerum cunctumque populum per triduum sine intermissione docuit et monuit, ut semper parati essent occurrere Christo quasi venienti ad iudicium. Omnibus vero digne peractis, in medio ecclesie, in qua per triginta novem circiter annos fuerat episcopus, designavit locum sepulture[a]; ubi, vite huius termino feliciter peracto[b], sepultus *est cum magno honore septimo[c] Kal. Augusti, sicut hodie videtur in eodem templo, ad laudem et gloriam Iesu Christi domini nostri.

34. Hunc sequitur electio preciosissimi confessoris Christi et antistitis beati Gundulphi[d], qui moribus, continentia et eruditione nullo priorum inferior, nullo ignobilior, digne sanctam regebat Traiectensem ecclesiam multorum temporibus annorum. Hic namque, ut relatione quorundam fidelium agnovimus, magnis ex natalibus, primis videlicet Lotharingie fuit oriundus, Traiecti nutritus. Illo itaque in tempore hec civitas, hec ecclesia maior erat in Domino universa provintia. In hac siquidem ecclesia, Spiritus sancti preeunte clementia, ipse fortis et nobilis tyro non sine magna gloria militavit Christo. Hinc nomen eius longe lateque claruit magnumque enituit. Beato igitur Monulpho de medio facto, ille ab universis civibus electus, ipse ab universo regno in solium pontificale erectus, consecratur episcopus, omnique deposita temporalium diligentia rerum, totus fertur in Deum. In augmentum ergo virtutum numquam defuit illi Dominus virtutum, quo precedente potens in opere et sermone disponebat iura regalia ecclesiarum et legalia. Potenter itaque in universo agebat regno, et in omni castello et oppido, et in quibus nondum erant, edificari iussit ecclesias, attendens illud Salomonis: *Quodcumque potest manus[e] tua facere, instanter operare.* Illas videre, illas cicius exivit Domino consecrare. Exivit sane, et quod minus erat in divinis, adimplevit, semper laborans in hoc, ut secure videre mereretur Deum deorum in Syon. In hoc igitur studio dum[f] desudaret[g], haut[h] minimum iuxta civitatem Tungrensem die quadam contigit eum iter habere. Et accedens propius, altitudinem eius et latitudinem cotidianosque[i] maris accessus aliaque multa, que numquam alibi erant in terra, miratur. [Preponit[k] eam Babilonie, preponit et Rome]; nichil huic estimat simile et in urbibus Asye. Inter hec* habet obviam senem quendam; a quo dum sibi peteret ostendi, que fuissent ecclesiarum edificia, que regum[l] fuissent palatia, ait ille inter cetera: 'Hoc, pater, negotium nequaquam est hominum, sed illorum quorum conversatio est cum angelis celorum. Tamen quod audivi, tibi indicabo; quod agnovi, tibi revelabo'. Et apprehendens manum eius, duxit eum per omnia loca edificiorum, ostendens et palatium, quod in honore Octaviani Cesaris constructum erat, a quo et ipsa civitas dicta est Octavia. Hinc progressus pusillum, in quo vir angelicus presul magnificus, beatus videlicet Servatius, dudum manserat, ostendit edificium eius, revera mire sanctitatis ad iudicium Christique fidelibus ob solatium inter cetera edificia minus dirutum. Huc se protinus contulit epyscopus, et diligenter notans in quibus vel sederat vel steterat locis[m], genua ponit, oscula figit et osculando universa piis irrigat lacrimis. Hoc autem cum pre nimio cordis dolore diutius non valeret inspicere, exiens ad alia tetendit. In loco altaris et sanctuarii, quod erat supereminens et honorabilius universa civitate, quod et ipsius matris Domini fuerat dicatum maiestati, cum diversi generis virgulta vidisset conscendisse, vestem suam scidit, et pulvere caput conspersus, in terram procidit. Ubi cum diu iacuisset, surrexit et conversus ad Dominum dixit: 'Ecce Syon tua, Domine, ecce Ierusalem nostra! Sed quomodo desolata est, quomodo devastata! O malitia hominum! O invidia demonum! Per vos celum deseritur[n], per vos terra desolatur. Quid ergo erit? Tonsa et cesa permanebit hec regia celi? Absit hoc[o], Domine; nec enim potero videre'. Et conversus ad suos, ex universa iussit convenire provintia, qui eam citius innovarent ibique deinceps habitarent. Hec dixit, et quod ceperat iter peregit. Cum vero rediret et quod factum est placeret, aliquot dies illic morari disposuit. Cumque gaudens *illic perordinaret[p], recordatus Dominus malorum, que fecerat urbs illa superba, dilecti sui Servatii zelans iniuriam, subito redit ad vindictam, luporumque gravissimorum immissa multitudine, in presentia sancti pontificis civitatis perfide iussit devorari colonos. Quod constructum fuerat, ultrix flamma consumpsit. Cetera fulgur comminuit. Terre motus insuper celitus immissus pergama multa subruit, adeo frequens et insolens, ut ipse pontifex mortem evadere desperaret. Intelligens tandem difficillimum sibi fore divinis decretis obviare[q], reversus ad suam sedem, quod inscius fecerat contra Dei voluntatem, penitendo studuit abolere, quoadusque divina meruit letificari consolatione, talia sibi dicente: 'Pax tibi! noli timere, Dominus tecum'. Ad superne igitur repromissionis gaudia, ad eterne beatitudinis premia tandem illum Domino vocante, septimo[r] Kalendas Augusti ex hoc seculo migravit. Et quia non impar est meritis, iuxta suum predecessorem Monulphum sepeliunt in medio ecclesie viri gloriosissimi Servatii. Quid ergo nos tantilli tantorum dicemus in gloria sacerdotum? Hii sunt revera, quos[r*] miraculis choruscare, verbis pluere, ut nubes volare, sancta Dei miratur ecclesia. Hii sunt profecto, quos beatus Iohannes olivas esse ac lucernas non indigne testatur; quia diligentibus Deum, ne lampades[s] eorum extinguantur, superne gratie administrant oleum, per quod itur secure ad vitam. Ostendunt viam doctrinis sanis et exemplis splendidissimis defendunt patriam et custodiunt excellentia meritorum et instantia orationum, ut sol et luna illuminant[t] terram universam. Ministratur per eos salus; per eos anime deletur interitus[u]. Vite[v] presentis[w] per hos donatur subsidium et eternum remedium. Hii sunt, *quos in caritate non ficta elegit gratia Christi. Iure etiam vocantur columpne, quia sue sanctitatis humeris substentant infirmam Christi familiam. Igitur ad excolendam Christi vineam in urbe Traiectentium alios cultores Christus elegit, sicut sequens[x] capitulum demonstrat.

a) soputure *c.* b) *post* peracto *exhibet* transacto *c.* c) XVII. *vit. Mon.* d) Guldulphi *corr.* Gundulphi *c.* e) *deest c.* f) *in loco raso A.* g) desudare *corr.* desudaret *A.* h) aut *corr.* haut *A.* i) *ante* cotidianos *del.* coti *c.* k) *haec add.* 1 *in marg.* l) *A. e corr.* m) locibus *c.* n) *e corr. c.* o) h' *corr.* hoc *A.* p) *locum vacuum relictum explevit voce* perordinaret *A.* q) obviaret *corr.* obviare *c.* r) XVII. *vit. Gond.* r*) quod *c.* s) pades *A. in loco raso.* t) illuminat *corr.* illuminãt *A.* u) interritus *c.* v) *in loc. ras. A.* w) *e corr. A.* x) sequents *c.*

1) Aegidius vitam Gondulphi excerpsisse videtur, quae composita est ex duabus illis, quas AA. SS. Iul. IV, 162 sqq. legimus. Cf. praefationem p. 6.

35. Igitur post discessum beati Gondulphi episcopi vicesimus tercius Traiectensi ecclesie [mitissimus[a] Christi confessor] beatus Perpetuus ordinatur episcopus.* Qui beatus vir clarus existens signis et virtutibus, talentum sibi creditum Domino suo cum lucro reportavit; nam in omnibus, que probabiliter Deo favente agere potuit, non suam sed Christi gloriam quesivit. His ergo atque aliis bonorum operum studiis fultus, ad sanctam senectutem pervenit, et sic in confessione Domini pridie Nonas Novembris migravit ad Christum. Qui beatus confessor Christi primo quidem sepultus est in ecclesia beati Vincentii levite et martyris in oppido quod Dionantum nuncupatur. [Nam[b] ex eius tumba oleum[c] emanasse[d] dicitur per longa tempora]. Sed postea corpus eius in ecclesia beate Marie virginis in eodem oppido sita[e] translatum est et in feretro decenter collocatum. Ubi et a civibus reverenter frequentatus et fideliter invocatus, multiplici beneficio alter post Christum[f] est eis patronus. De quo inter cetera aliqua hic, que nostris temporibus acciderunt miracula, enarrare curavimus.

Fuit apud Dionantum burgensis quidam nomine Theodericus, qui habens puerum nomine Fucherum, morbo rupture vel calculi miserabiliter laborantem, medicum cum feramentis, ut opem ferret puero, advocavit. Cumque[g] in crastinum predictus *puer secari debuisset, predictus pater eiusdem[h] pueri[i] votum faciens beato Perpetuo et promittens, quod fabricam ipsius pro posse suo promoveret, [si[k] per ipsius merita sospitas puero redderetur, eadem nocte predictus puer optatam et insperatam recuperavit sanitatem]. *p. 64.

Fuit etiam ibidem quidam clericus nomine Clemens, qui quadam die, dum Mosam super ripas inundantes ex nova domo iuxta turrem beate virginis cerneret, ex alto in predictum fluvium subito lapsus est; in ipso autem casu beatum Perpetuum ad memoriam reducens, eum prout potuit, ut sibi adesset[l], fideliter invocavit. Cum igitur in predictum fluvium mergeretur et impetus aque ipsum traheret in profundum, vidit subito beatum Perpetuum pontificali habitu indutum per caput eum tenentem et ad ripam illesum perducentem. *A Domino factum istud et est mirabile in oculis nostris.* Ps. 117, 23.

Quedam etiam puella, dum ex puteo, quod in medio Dionanti situm est, aquam extraheret, repente in puteum corruit, et capite graviter leso ceterisque menbris pene confractis, mortua ut dicebatur extracta est. Illi autem qui eam extraxerant beatum Perpetuum invocantes et corpus exanime ad altare ipsius cum festinatione deferentes, spatio brevi transacto, puellam, quam attulerant ut putabant mortuam, meritis beati Perpetui receperunt vivam.

*) *A. addit in marg. inferiore:* Circa annum Domini 598. sanctus Perpetuus Tungris[m] antistat. Ann. Leod.

36. Post sanctum Perpetuum Traiectensi ecclesie substituitur vicesimus quartus episcopus sanctus Ebregisus* [circa[n] annum Domini 611; qui sedit plus quam 14 annis sub apostolicis Honorio, Severino, Iohanne III. et Theodoro[1], imperante Heracleo, qui dominicam crucem de Persida Ierosolimis, a Cosdroe rege asportatam[o], revexit[p]]. Hic beatus Ebregisus quondam in urbe Tungrensi ex nobilissima progenie oriundus fuit, litterarumque studiis traditus a parentibus in eadem civitate, divina donante *gratia, doctores summos in scripturis sanctis in brevi equiperavit. In quo[2] etiam tempore, circa scilicet annum ab incarnatione Domini sexcentesimum[q] duodecimum, Lotharius rex commisit filium suum[r] Dagobertum educandum Pippino principi, patri[s] sancte Gertrudis, et Arnulpho illustri[t] cognato suo et postea Metensi epyscopo. Cognatum ideo appellamus, quia Lotharius rex Francorum, pater Dagoberti, filiam habuit Blithildem. Hec ex Ansberto nobili viro genuit [Arnoaldum[u] seu Bodegisilum sive Boggis; trinomius enim fuit. Boggis enim de Oda uxore sua genuit Arnulfum, postmodum pontificem Metensium. Hii tenuerunt[3] sex ducatus, quatuor in Aquitania et duos in Gallia Belgica a Belo, avo Trebete, dicta. Arnulphus vero ex Doda uxore sua, que postea Treveri quievit reclusa, genuit Ansigisum et Clodulfum, post patrem tertium Metensem episcopum. Ansigisus autem de Begga, Pipini ducis filia, genuit Pipinum Grossum, sub quo et pro cuius adulterio beatus Lambertus interfectus ab impiis extitit]. Sed his omnibus omissis, ad nostrum redeamus Ebregisum episcopum. Reg. chron. Col. 629. *p. 65.

Igitur sub prefatis principibus, ut supra diximus, Traiectensem beatus Ebregisus regebat ecclesiam, vir magne sanctitatis magneque auctoritatis. Cuius gesta qui plenius nosse desiderat, vitam eius virtutibus plenam[4] et miracula, que per eum Dominus operari dignatus est, ex integro relegat, quam in pluribus *locis haberi non dubitamus. De loco autem ubi sepultus est testatur Anselmus in gestis ponti- *p. 66.

*) *A. addit in marg. inferiore:* Anno Domini 618. sanctus Ebregisus Tungris antistat. Ann. Leod.

a) *add. A. in marg.* b) *haec add. A. in marg. calamo nimis fugitivo.* c) *e ras. c.* d) *e ras. c.* e) sitam *bis scripsit c.; primo loco* sitam *corr.* sita; *sec. loco delevit.* f) xpi cristum *c.* g) que *superscr. A.* h) *superscr. A.* i) puer *corr.* pueri *A.* k) si — redderetur *supplet* 1 *in marg., rubrica includens.* l) adessent *c.* m) a. T. *corr.* T. a. *c.* n) *haec add. A. inter lineas et in loco vacuo inter columnas.* o) asportata *c.* p) *post* revexit *aliqua erasa.* q) *A. in loco raso.* r) *bis scripsit, sed secundo loco del. c.* s) patris *c.* t) illusti *c.* u) Arnoaldum — ducis filia *scripsit A. in loco vacuo relicto et in margine;* genuit — extitit *in rasura.*

1) Nota, quod noster pontifices Romanos hic et infra c. 37. viginta fere annis antiquiores facit. 2) Haec unde sumta sint, nescio. Ad rem cf. Bonnel, Anfänge des Karolingischen Hauses p. 94. 3) Cf. Vit. II. Arnulfi, AA. SS. Iul. IV, 441. 4) Anselmus precibus Idae, abbatissae s. Ceciliae in Colonia, commotus vitam huius sancti conscripsit, ut ipse testatur in epistola ad Annonem, SS. VII, 191. Cf. etiam AA. SS. Boll. Oct. X, 650 sqq.

ficum Tungrensium ad sanctum Annonem Coloniensem[a] archiepyscopum descriptis[1], quod idem sanctus Ebregisus Traiectensium epyscopus sepultus sit in Trumonia diocesis Coloniensis villa, ubi fere per trecentos annos aut amplius tumulatus iacuit usque ad tempora Brunonis Coloniensis archiepiscopi, qui fuit frater magni et primi Ottonis Romanorum imperatoris. Qui venerabilis archiepiscopus et dux Bruno ammonitus revelatione divina, et beato Ebregiso[b] primo sibi apparente, sed archiepiscopo super hoc esitante, secundo ac tercio ei iterum in sompnis apparuit[c], dicens, ut corpus eius a loco supradicto deportaret. Certus itaque factus idem Bruno archiepiscopus de visione, corpus eiusdem beati Ebregisi a Trumonia transtulit Coloniam, sicut eiusdem[d] Trumonie testantur indigene, et in ecclesia sancte Cecilie virginis et martyris in feretro auro et argento decenter ornato cum honore et reverentia collocavit, ubi multis et magnis miraculis feliciter choruscat ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi[e].*

*) *A. addit in margine inferiore calamo fugitivo:* Huius beati Ebregisi festivitas 5. Kal. Aprilis[f] recolitur[g], a quibusdam vero nono Kal. Novembris. Quo similiter die agitur depositio sancti Evergisli diaconi et successoris sancti Severini Coloniensis[2]. Hic[h] beatus Evergillus oriundus extitit de Tungrensi urbe. Et cum illis diebus humani generis inimicus in messe dominica nequiter seminaret zizania, ammonitus est, ut eandem civitatem ac suos affines visitaret, et quia mortuo beato Servatio[i] carebat pastore, in ea semen divini verbi spargeret. Quod cum fideliter adimplesset[i*], nocte quadam dum ex more ecclesiam beate virginis ad solvendum Deo laudes matutinas[k] a domo suorum parentum progressus visitaret, a quibusdam hereticis interficitur, corpus autem eius in ecclesia beate Marie tumulatur, sed post quingentos annos tempore primi Ottonis, cum[l] frater eius Bruno Coloniensis archiepiscopus a Parisius[m] rediens[n] Tungri[o] hospitaretur, apparuit ei predictus martir Evergislus pontificalibus[p] indutus, ostendens ei casulam suam fractam in pectore, petens sibi renovari[q]. Expergefactus a sommo[r] . . . .

(Her. 29. *p. 67.) 37. [*Hunc*[s] * igitur *beatum Ebregisum* ad superna *translatum beatus* Iohannes 25. *Traiectensis ecclesie succedit episcopus*, vir tocius] sanctitatis, [circa[t] annum Domini 626; *qui prefuit Tungrensi ecclesie annis sex et plus*[3] sub apostolicis Theodoro et Martino]. Cuius vitam et gesta breviter narrare temptabimus. Nec debet estimari difficile Deo, quod mirabiliter vult operari; qui mirabilis in operibus suis, sanctos quoque suos inenarrabiliter mirificat. Ipse etenim qui miris et ineffabilibus[u] signis omnibus populis innotescit, ipse beatum Iohannem propter incredulorum temporis eius conversionem prestantissime mirificavit, ut, qui soli omnia scienti propter sanctitatis meritum erat notissimus, (ibid. 30) mirabiliter innotesceret etiam sui temporis hominibus. Hic igitur beatus Iohannes, cui tunc temporis nomen erat Agnus, tanto vocabulo simplicitatis merito et castis respondebat operibus. Insistebat enim agriculture, que sola fere artium exerceri valet absque criminis labe. Quod opus non egestatis necessitate coactus sectabatur; erat quippe vir nobilis et magnarum possessionum habundans redditibus; sed ne torpens ocio indignus haberetur victu et vestitu cotidiano. Ipsum quippe locupletissimum fuisse, testantur predia nostre ecclesie ab ipso collata, hactenus a nostris antecessoribus et a nobis possessa, quorum decimationem sancti Cosme retinet ecclesia [in[v] *castro Hoiensi*] pro eiusdem sancti viri sepultura.

(Ann. Leod.) *) *A. add. in marg. infer.:* Anno Domini 626. *sanctus* Iohannes Tungris *fit* episcopus.

(Her. 30.) 38. Dum igitur talibus insisteret laboribus, quidam de transmarinis partibus — — innatum sibi statum mirabiliter mutavit natura?

(ibid. 31.) 39. Ad hec beatus Iohannes respondit: 'Horum quidem michi nichil est dubium, sed comparatione eorum per quos hec gesta sunt — — sepultus in ecclesia sancti Cosme Hoio in monte sita.* [Cuius[w] festivitas agitur a quibusdam octavo Kal. Agusti. Eius epytaphium:

Per stimuli florem tulit agricultor honorem].

*) *Addit*[x] *Hoiensis interpolator:* Huius vero Iohannis reliquias nostris temporibus levavit de terra dominus Iohannes nominis huius secundus Leodiensis episcopus[4], et eas honorifice recondidit in altari sanctorum Cosme et Damiani martirum in castro Hoyensi. Hoc itaque altare iterum consecratum fuit a predicto Iohanne episcopo in honore predictorum martirum anno gratie 1230. Vetus quoque altare, quod ab antiquis illic fuerat constructum, distabat a muro aule rotunde fere duobus cubitis, et ibi fuit inter murum[y] aule rotunde et altare sepultus beatus Iohannes Agnus, tenens caput sub altari predicto, pedes vero usque in murum aule sepedicte. Huius vero tumbam vidimus nostris temporibus, quando episcopus Iohannes predictus eum levavit de terra, collocansque altare iuxta murum aule rotunde predicte. Claruit autem dictus beatus Iohannes Agnus sub Dagoberto primo et famosissimo rege Francorum et eius patre Lothario Magno.

a) Colotuensem *c.* b) revelatione — Ebregiso *e ras. c.* c) app. i. s. *corr.* i. s. app. *c.* d) *post* eiusd. *del.* colo *c.* e) *desinit scribere* 2. f) ♀. Kl' Apr. *e ras. c.* g) *e ras. c.* h) *sequentia rursus postea add. A.* i) m. b. S. *rursus A. in marg.* i*) adimpleset *c.* k) matutina *c.* l) *deest c.* m) Parsius *c.* n) *infra abscisum.* o) *abscisum; supplevi ex Chapeav.* p) pontificalibus — pectore *abscisa.* q) p. s. r. *supplet A. in margine paullo superiore.* r) *infra abscisum. A. non plura scripsisse videtur, cum iam Chapeav. adnotarit:* Quam adnotationem non reperio in meo codice ulterius se extendere. s) *hic incipit scriba 3, sed A, tribus primis capitis lineis erasis, verba* Hunc — tocius *in rasura scribit. Nec dubium, quin verba Herigeri sint erasa:* His igitur per successionem ad s. translatis, Ioh 25. succedit, vir tocius. t) *haec add. A. in marg. super., certo signo post vocem* sanctitatis *ponens; sed cum tres primas capitis lineas eraderet, etiam hoc signum paene delevit: quare luce clarius est, verba in marg. scripta* circa — Martino *prius affuisse quam rasuram illam et transcriptionem in initio capitis.* u) *corr. ut videtur ex* ineffabilis *c* v) *superscr.* 1. w) *haec add. A. inter lineas et in marg. super.* x) *in margine (p. 70), sed postea erasa et manu coaeva in scedulam assutam transcripta sunt.* y) et altare *del. c.*

1) Cf. Anselmi litteras ad Annonem, SS. VII, 162 et 191. 2) Hunc Evergislum Coloniensem et Ebregisum Tungrensem unum eundemque ac re vera Coloniae non Tungris episcopum fuisse, vix est qui dubitet. Cf. Rettberg I, 553; Friedrich II, 294 et 320. 3) *Circa* — *plus* secundum Ann. Leod. a. 626. 4) Sedit a. 1230—1238.

40. Post* hec sanctus Amandus vicesimus sextus subrogatur episcopus, cuius vita quia plena virtutibus habetur descripta, placuit hinc inde decerpere pauca, et ipsa ante episcopatum eius gestorum repetere initia. Igitur Aquitania oriundus [ex[a] pago Berbatilico[1], anno septimo quo Iustiniani successor Iustinus iunior cum Sophia uxore in re publica arcem imperii tenebat[b, 2]], patrem habuit Serenum, mater Amantia est nominata, non solum secundum seculi dignitatem incliti, verum etiam fide christianissimi. Dum puer adhuc esset, patriam parentesque reliquit; Ogiam insulam ad occidentem maris occeani expetivit. Illic a fratribus gaudenter suscipitur, et cum litteratus esset, Dei servitium frequentabat ardenter. Primum autem signorum eius hoc fuit inicium.

*) *A. add. in margine inferiore:* Anno Domini[c] 632. sanctus Amandus Tungris fit episcopus[d].

41. Eunti per viam die quadam magnitudinis nimie serpens occurrit; et primum quidem pro puerili etate extimuit, demum post fusam orationem surgens, crucis signum opposuit, et ut ad latebras redeat indicit. Statim iussis obtemperans serpens, otius rediit et in eandem insulam deinceps non comparuit. Post modicum tempus pater eum insecutus a monasterio temptavit abstrahere, sed negotio imperfecto, puerum sanctum nolens reliquit. Deinceps Turonicam expetens civitatem, orationis causa beati Martini antistitis invisit sepulchrum, ubi etiam comam capitis abscidens clericatus adeptus est honorem. Inde Bituricas deveniens, a sancto Austrigisilo eiusdem civitatis episcopo et[e] eius archidiacono sancto Sulpitio, postea episcopo, devote suscipitur. Quorum suasu cellam sibi illic construxit, quam per quindecim fere annos inhabitavit, cilicio tectus et cinere, vigiliis assuetus et ieiuniis; ordeaceo pane contentus, a vino abstinuit, aqua corpus sustentavit. Post hec sancto tractus desiderio Romam profectus est, ut beatorum apostolorum suffragia expeteret. Et cum quadam nocte egressis custodibus ipse in ecclesia delitescens et orans pernoctasset, sequenti die repertus, iniuriis afficitur et ab ecclesia propellitur. Hac de causa in foribus sedenti et pre cordis mesticia extasi detento sanctus apparuit Petrus apostolus blandeque delinitum, ut Gallias predicandi gratia repetat, hortatur. Ipse vero redditus hyllarior, ad Gallias est reversus.* [Et[f] in parochia Tungrensi verbum vite populis predicans, cenobium in honore beati apostoli Petri[g] edificavit ac dedicavit, quod Monasterium super Sambram[3] nominavit, in quo requiescit corpus gloriosi confessoris Fredegaudi abbatis[4], cuius festum agitur 16. Kal. Agusti. Requiescit in eodem[h] venerabilis abbatissa beata Itta, forma et genere nobilis. Que cum sentiret suam dissolutionem, cupiens cum Christo vivere, iussit se deduci in dictam ecclesiam[i], et cum viaticum atque extremam unctionem[k] de manu sacerdotum accepisset, ante altare beati Nicholai, quem intimo cordis ardore diligebat, diu in oratione procumbens, sanctam animam orando inter manus angelorum Deo reddidit].

*) *A. in pagina 71. addit in margine:* Anno ab incarnatione Domini 571. natus est sanctus Amandus[l], quo videlicet tempore Iohannes papa 63. presulatus sui octavum annum agebat. Computantur autem a nativitate beati Amandi usque ad obitum eius pontifices Romane sedis 16. Primus Iohannes predictus, secundus Benedictus, tercius Pelagius, quartus mirabilis doctor ecclesie Gregorius[m], quintus Sabinianus[n], sextus Bonefacius, septimus alter Bonefacius, octavus Deusdedit, nonus Bonefatius III, decimus Honorius, undecimus Severinus, duodecimus Iohannes, tercius decimus Theodorus, quartus decimus Martinus beato Amando familiarissimus[o], quintus decimus Eugenius, sextus decimus Vitallianus, cuius tercio anno pontificatus obiit beatus Amandus. Fuerunt etiam hii imperatores: Iustinus, Tiberius, Mauricius, Focas, Eracleus, Constantynus[p], cuius anno 23. regni ultimum evi annum explevit beatus Amandus. De regibus vero regni Francorum primus Hilpericus, secundus Lotharius, tercius Dagobertus, quartus Sigebertus eiusque frater Clodoveus, cuius filii fuerunt Lotharius, Hildricus ac Theodericus, sed Lotario mortuo ac deinde Hildrico interfecto, regalem, quam nuper tonsoratus amiserat[q], Theodericus recepit dignitatem, sub quo beatus Amandus obiit[5].

42. Nec mora, coactus a rege et sacerdotibus iuxta morem ad predicandum est ordinatus episcopus. At ipse commissum sibi strenue implens officium, circumquaque positis verbum Dei annuntiabat, monasteria construens, religionem ampliare curabat, ipsaque cenobia prediis et opibus a rege sibi et principibus collatis ditabat. Captivos pretio redimebat, nudis vestimenta prebebat, esurientes cybis reficiebat. Item subiit animum Romam proficisci, contigitque inde revertentem Centumcellis hospitari. Cumque illic esset, diabolus unum de famulis arripiens, ad mare necandum trahebat. Qui cum Christum ad suam liberationem invocaret, diabolus autem irridendo quis esset Christus inquireret, ait beatus *Amandus: 'Filius Dei vivi pro salute hominum crucifixus'. Ad hanc vocem disparente diabolo, ereptus est homo. Per idem pelagus navigantibus eis, captus est piscis, cuius captura gaudium cumulaverat nautis. Sed hanc eorum leticiam orta subito turbavit tempestas, que eos de vita desperantes ad virum Dei confugere compulit. Orante sancto, beatus Petrus per puppim navem transiens, apparuit, confidere iussit, salvandos omnes promisit. Sedata est mox procella, tempestas fugata. Facto mane omnes ad terram incolumes exiere.

43. Ingressus interea Gandense oppidum Scaldi fluentis insitum, diabolicis laqueis sic invenit irretitum, ut eius loci homines pro Deo colerent ligna et arbores. Ceteris circumquaque positis Christi fidei subiectis, isti vel propter efferos mores vel propter infecundos cespites adhuc ydolis serviebant. Igitur favente Archario Noviomensi episcopo, regia insuper auctoritate incumbente, tanto se discrimini opposuit, nimio succensus animi fervore. Quotiens iniuriatus, quotiens flagris est cesus, quotiens ab inhonestis mulieribus deturpatus, quam sepe in flumen precipitatus? Ad ultimum fugatis sodalibus,

a) *add. A. in marg.* b) *post* tenebat *adiecit A.* patrem, *qua voce ex textu desumta, lectorem ad narrationem Herigeri relictam revocare voluit.* c) domini — Tungris *infra abscisa.* d) f. e. *abscisa.* e) ut *corr.* et *c.* f) *haec A. in marg.* g) ri *abscisum.* h) eadem *c.* i) ecclesia *c.* k) uctionem *c.* l) n. e. s. A. *superscr. c.* m) Grogorius *c.* n) Sabianus *c.* o) *in ras. c.* p) Costantynus *c.* q) ammiserat *c.*

1) Fortasse *Herbatilico* legendum; vide quae disseruit G. Henschen, AA. SS. Boll. Febr. I, 838. 2) *ex pago — tenebat* ex fragmento quodam vitae Amandi, quod sub titulo: *Argumentum quo tempore b. Christi confessor Amandus vel natus vel defunctus sit*, in mss. Elnonensi et Marchianensi repertum luci dederunt Bollandistae, AA. SS. Febr. I, 838 sq. Ex eodem fonte hausit Helinandus ad a. 661. 3) Moustier ad Sambre, a Namurco ad occidentem. 4) Abbas erat Turnini prope Antwerpium; huc translatus, cum Nortmanni omnia circa Antwerpium vastarent. Cf. AA. SS. Boll. Iul. IV, 288 sqq. 5) Fragm. vit. Amandi, AA. SS. Febr. I, 838. 6) De erroribus huiusce computationis vide Henschenii supra laudatam commentationem, Febr. I, 839.

Her. 35. solus remansit predicationi assiduus. Sancti Petri cenobium illic edificavit, sanctum Bavonem ex Hasbanio predonem convertit, et trans fluvium facta cellula, penitentem inclusit. In eodem pago reus quidam comiti iudicandus est presentatus. Superveniens sanctus vir pro reo, ne moreretur, comiti preces humiliter satis effudit. Obduratus ille beati viri precibus non intendit; quin potius dampnatum hominem primo cedi iussit, deinde ligno precepit affigi[a]. Postea discedentibus cunctis, defuncti iam corpus in patibulo relinquitur, sed sanctus vir visitaturus miserum post modicum regreditur. At ubi iam defunctum repperit, depositum de ligno ad cubiculum, ubi orare *consueverat, secum fecit deferri. Et cum iuxta corpus orans pernoctasset, mane fratres convocans, aqua lotum vivum restituit, ita ut ne vulnerum quidem eius saltem cicatrix appareret. Cuius miraculi novitas loci illius incolis in tantum profuit, ut ad eum undique concurrentes, ydola sua propriis manibus diruerent et ea in ecclesiis construendis expenderent. Post horum conversionem transito Danubio, gentibus predicare disposuit, sed pluribus ex eis in infidelitate persistentibus, paucos tamen Christo regeneravit, ac deinde ad propria regressus est.

*p. 73

ibid. 36. 44. Contigit interea Dagobertum regem ex coniuge suscipere filium. Et quia idem rex subita preventus ira beatum virum cum iniuria regno dudum expulerat, quod pro quodam crimine corriperetur ab eo, ductus penitudine, ex occasione baptizandi puerum sibi eum voluit reconciliare, et idcirco directis honestioribus viris, Eligio scilicet et Audoeno, ex commisso in eum primum quidem veniam precabatur, deinde, ut ad baptizandum filium suum veniret, obnixe rogabat. Tandem repertus vir Domini[b] Amandus, regie petitioni veniendo paruit, noxam remisit, sed tante magestatis filium baptizare, quasi indignus humiliter recusavit. Sed rege in prece perseverante, puerum quadraginta a nativitate dies habentem cathecizavit. Circumstantibus in alia occupatis et non respondentibus, puer clara voce respondit: 'Amen'. Sicque baptizatus, Sigebertus est nominatus; cunctis qui aderant mirantibus pariter et gaudentibus. Post hec beato Iohanne Traiectense episcopo ad superna translato, rex Dagobertus, convocatis sacerdotibus plurimis sanctum Amandum Traiectensibus prefecit. At ipse, suscepto pastorali officio, commissorum sibi sollicitudinem gerens, vicos et castra per triennium circuivit, verbum vite annuntiavit. Sed nichil se proficere cernens, quin *potius sacerdotes et diaconos[c] insultare sibi perpendens, dimissis eis, ad alia se loca transmisit. [Extat[d, 1] ad hunc[e] sanctum Amandum epistola decretalis Martini pape, in qua significat, eundem Amandum voluisse pastorale obsequium deponere pro eorum inobedientia, qui presbiteri vel diaconi post suas ordinationes in lapsum carnis inquinabantur. A qua voluntate illum dehortatur idem beatissimus papa, persuadens eum ad pacientiam, et commonens, ut nullam eis in delicto compassionem exibeat[f], sed lapsos omnes ab offitio deponat et eos in iugem penitentiam mittat. Si enim tales querimus ad sacros ordines promovendos, quos nulla ruga, nullum vite contagium ab ordinibus[g] sacris prepediat: quanto magis, si post ordinationem suam in lapsum ceciderit[h] et prevaricationis peccato deprehendatur obnoxius, omnimode prohibendus est cum manibus lutulentis[h*] atque pollutis misterium nostre salutis tractare. Sitque huiusmodi semper iuxta sacrorum canonum statuta in hac vita depositus, ut ille[i] qui mentis interna scrutatur nullumque de ovibus errare congaudet, dum aspexerit sinceram eius penitentiam, in terribili iuditio habeat reconciliatam].

*p. 74. — Vit. Am. (?)

Her. 37. 45. Chanalaus[i*] postea insulam Scaldi fluminis devenit — — dum occulos intingueret, lumen recepit.

ibid. 39. 46. Postea Franciam rediens, cum illic habitare decerneret, Hildericum regem poposcit, ut sibi locum monasterio construendo aptum largiri dignaretur. Quem protinus impetravit. Sed Mumolus Ozindinsis episcopus hoc egre tulit, qui mox contra virum Dei ardentissima stimulatus invidia in mortem eius aspiravit. Ilico misit apparitores, qui locum alium congruentiorem sibi simulate ei ostenderent, ut, dum ab hominibus eum abstraxissent, clanculo perimerent et corpus in abdito loco proicerent. Quo beatus ille, spiritu sibi revelante, cognito, sitiens[k] tamen martyrium, ad montem quendam secutus est illos, illicque cecitate feriuntur inimici, sed penitentes orante sancto curantur. Revertens autem Belvacum, in pago civitatis apud cecam quandam mulierem hospitatus est. Sciscitatus[l] causam cecitatis, didicit, eam adorasse arborem demoniis dicatam. Mox illam incidi precepit, et mulier lumen recepit. Preposito monasterii *cuiusdam, ut ad evehendum fratribus vinum plaustra pararet, indixit. Ille plaustra se non habere mendaciter respondit et iussioni eius parere ad horam distulit. Mox paralysi dissolutus crimen inobedientie sue recognovit, et navi impositus, Elnonense monasterium viro Dei deducitur[m], a quo vinum et panem accipiens, mox ut gustavit, in integrum sanitati restituitur et de suis pravis moribus in reliquum emendatur. Alia multa miranda peregit, innumera cenobia construxit et opibus ditavit. Ad ultimum Elnonense monasterium inhabitavit[n], ubi et vite finem accepit*, [octavo[o] Idus Februarii, anno[p] Constantis, qui et Constantinus, 18, anno Domini 665,[q] anno etatis sue 90].

*p. 75 — Vit. Am.[2]

Sigeb. 812. *) *A. add. in marg. infer.:* Tempore quo Karolus Magnus imperator Romanorum Lodovico, filio suo, coronam imperialem imposuit in ecclesia beate Marie Aquisgrani, et Bernardum, filium Pipini filii sui, regem Italie fecit, in Francia apud cenobium Elnonense sanctus Amandus Traiectensis episcopus a Lotario dicte ecclesie archicustode[r] elevatur, a depositione eius anno circiter centesimo quinquagesimo[s]. Cuius corpore adhuc invento integro, cum eius capilli et ungues, qui excrevisse videbantur succiderentur, et de eius ore dentes adhibita forcipe extraherentur, sanguis inde profluxit, qui ad memoriam posterorum adhuc servatur.

Her. 40. 47. Omnipotens Deus, qui[t] dives est in misericordia — — eius vitam et gesta pro posse narrare ordimur.

a) afligi *corr.* affigi *c.* b) *corr. ut videtur ex* dñs *c.* c) diacones *c.* d) *add. A. in marg. infer.* e) E. a. h. s. *e ras. c.* f) *partim e ras. c.* g) *e ras. c.* h) *e corr. c.* h*) luculentis *c.* i) illum *c.* i*) Than. *corr.* Chan. *A.* k) scitiens *c.* l) Suscitatus *post corr.* Sciscitatus *A.* m) inducitur *corr.* deducitur *A.* n) ad — inhabitavit *interpungendo deleta, sed post rursus puncta erasa.* o) *add. A. inter lineas.* p) *sequentia alio atramento A.* q) LXV — XC *in ras. c.* r) d. e. a. *post adiecit A. in marg.* s) *post* puinquag. *erasum* secundo, *quod in Sigeberto legitur.* t) qui *erasit A. in linea post* Deus, *ut adiceret* octavo Idus *etc. (v. not. o), et transcripsit in lineam sequentem ante* dives.

1) Quae sequuntur usque ad *reconciliatam* etiam verbotenus apud Helinandum ad a. 661. inveniuntur. Ex eodem illo fragmento vitae Amandi desumta esse videntur, ex quo Aegidius et Helinandus iam supra suo quisque marte (v. p. 31 n. 2) quaedam exscripserunt. Bollandistae in mss. suis haec non legisse videntur. Integra epistola Martini ad Amandum invenitur in vita Amandi auct. Philippo, AA. SS. Febr. I, 866. 2) *octavo — etatis sue* 90. ex fragmento vitae Amandi, AA. SS. Febr. I, 838.

48. Francorum* regnum a sui principio semper infatigabile — — sumpsit nativitatis exordia, patre Albutio, matre vero Matrinia[a] divitiis mundialibus, utpote generosis, pollentibus. [Her. 41]

*) *A. addit in margine:* Anno Domini 644. virgo Christi Reginulpha sanctitate claret in Gallia, et est sepulta in ecclesia beati Petri, que a nomine suorum parentum Ayi et Aye denominatur Ayoncuria in diocesi Tungrensi. [Sigeb. 643.]

49. Educatus est autem puer hic sanctissimus sub beato Sulpitio sublimiter — — uti postea docuit rerum eventus. [Her. 42.] Beato igitur Iohanne, ut iam prelibavimus, a corpore decedente, beatus ei Amandus in pontificio Traiectensi successerat; sed a suis se non solum contemni, quin et verbum divine predicationis attendens subsannari, cum incorrigibiles esse cerneret, eos reliquit, et ad alia loca secesserat, sicque multo iam tempore pontificalis sedes vacaverat. [E o[b], i n q u a m, [Sig. vit. Lamb.[1] 2.] t e m p o r e a Martino papa Romanorum sancto Amando Traiectentium episcopo ad auxilium exercende predicationis deputatus s a n c t u s Landoaldus, sancte Romane ecclesie presbyter, ad Gallias t r a n s m i s s u s f u i t. Qui ordinatus Traiectensis ecclesie archipresbyter ibidem[c] Deo militabat sub sancto Amando. Et quia idem episcopus studio predicandi se expedierat episcopali sarcina, b e a t u s L a n d o a l d u s vices episcopi diligenter et oportune supplebat, et per novem annos rexit ecclesiam episcopo vacantem, donec Remaclus cathedram Traiectensis ecclesie suscepit].

50. Sigeberto autem Austrasiis a patre prefecto et in Mediomatricensi urbe regni sedem habente, plebs Traiectensium cum electione communi totius cleri ac sacerdotum, cum frequentia pariter et audientia magnatum, acclamatione etiam omnium ordinum regem conveniens, prece multa beatum sibi poposcit preesse Remaclum, Deo et hominibus acceptum et nulli eius etatis sanctitate secundum. [Her. 43.] Quorum votis rex incunctanter assentiens, decrevit eorum annuere peticioni simulque super hoc inire colloquia beati viri. Sed quis effari queat, quanta eum benignissimus rex ad consentiendum demulsit verborum suavitate? Quis referat, quantum vir beatus reniti visus[d] est pro posse? At rex, sacerdotum pariter et optimatum fretus consilio, a proposita non destitit intentione. Et quid multis morer? Solus tandem multorum victus instantia, vicesimus septimus Traiectensium substituitur episcopus. In cuius regiminis officio quam integre quamque sancte deinceps vixerit, non est nostre facultatis evolvere. Nullus erat, qui non eum ex affectu diligeret, quod esset omnibus in commune bonus, omnibus in commune benivolus* Nichil arrogantia de eius moribus usurpabat, totum hunc humilitas *sancta vendicabat. [*p. 79] Superbi hunc reverebantur ut iudicem, humiles amplectebantur ut fratrem. In terra positus, celestem se habitu ostendebat et moribus. Integerrimus corpore, sollertissimus mente, circonspectus in opere, optimus ingenio, magnus in consilio, catholicus fide, patientissimus spe, diffusus extitit caritate Inter divites et pauperes medius, ut pauperes illum quasi pauperem, divites computarent ut divitem. Cenobiorum extitit plurimorum fundator, discipulorum multorum fuit pater et institutor.

*) *A. addit in margine:* Anno[e] Domini 653.

51. Ex quorum numero beatus extitit Theodardus — — credentibus ibidem beneficia prestare non desistit. [ibid. 43 44.]

52. Interea sanctus Trudo puerili adhuc etate floridus primos emittere iam ceperat Deo grate iuventutis [ibid. 44.] fructus suavissimos. Hic sublimis admodum sanguinis generositate prepollens et divini obsequii amore flagrans, voto se constrinxit, ut, si Deo cooperante sacrarum litterarum scientiam posset attingere, in sue proprietatis fundo monasterium construeret, in quo toto sue vite tempore Christo deserviens, quoscumque posset secum perseveraturos sibi aggregaret. Tali estuans desiderio, visione nocturna corripitur et angelica *consolatione, quatinus beatum Remaclum de his [*p. 80] omnibus instruendus adeat, admonetur. Surgens igitur propere de visione non dubitat, sed quo iussus fuerat tendere gressum accelerat. Cuius adventu vir Domini Remaclus Spiritus sancti revelatione precognito, cum adhuc esset in via beatus puer, domesticos suos obviam misit et sibi eum adduci cum honore precepit; introductoque ad episcopum sancto puero, intuitus eum pius pater surrexit et cum gaudio eum amplexatus in oscula ruit. Cumque pedibus eius venerandus adolescens prosterneretur, levatus concite ab eo responsum tale suscepit: 'Ab hac hora michi, fili mi, vinculo caritatis iungeris, et ego perhenniter iura tibi supplebo paternitatis. Michi namque servo suo dignatus est Dominus revelare, quicquid super dispositione animi tui te oporteat agere, et a me doceberis, qualiter voti tui compos existere possis. Et quia litterarum discendarum[f] estuas desiderio et te ecclesiam constructurum in tuo vovisti fundo, hoc ordine noveris te omnia completurum. Ecclesie beati prothomartyris Stephani site in urbe Metensi possessionum tuarum trades dominium illicque litterarum discendarum aggredieris studium. Sed nunc, fili karissime, mente hylari aggredere indictam[g] tibi a Deo peregrinationem, cuius favente providentia tui desiderii cito consequeris consummationem. Postea voti compos ad me reverteris, et ecclesiam Deo promissam quo volueris loco fundabis'. Et his dictis, cum per dies aliquot eum secum detinuisset, benedictione sua munitum ad Metensem misit episcopum. Et, ut verborum utar compendio, beatus Clodulphus Metensis episcopus reverenter eum suscepit, devotissime secum detinuit, patrimonia sibi oblata prothomartyris Stephani vice[h] suscepit, litteris instruendum tradidit, instructum sacerdotali honore sublimavit tandemque post aliquot annos ad eius petitionem *beato patri Remaclo remisit. [*p. 81.] Quo referente quid erga eum superna egisset bonitas, beatus pater ei[i] congaudens et Deo grates referens, in dyocesi sua verbum Dei annuntiare et missas tenere pro velle permisit, et aliquamdiu illic commorantem, tandem episcopali fultum benedictione, ut natale solum reviseret, abire concessit. Et voti sui non immemor cenobium in predio suo sine dilatione fundavit, patrimoniis et redditibus dotavit, Deo servientes illic instituit, cum quibus et ipse residuum vite sue sancte et pie conversando peregit, tandemque finem vite sortiens, bonum ibidem sepulturam accepit [ante[k] altare sanctorum Quintini martyris et Remigii confessoris, Romanam ecclesiam regente beato Sergio, Traiecti presidente sancto Lamberto, Francis dominante Theoderico, illustris regine Bathildis filio].

53. Libet ad hec paucis intendere — — magnificis laudibus efferendum. [ibid. 45.]

a) Martinia *corr.* Matrinia *A.* b) *addit* 2 *in marg. rubris ornamentis inclusa.* c) ubidem *corr.* ibidem *c.* d) nisus *c.* e) *haec sine ullo signo apposita quo pertineant nescio.* f) *post* discend. *del.* agredieris studium c. g) vind. *corr.* ind *c.* h) v. St. *corr.* St. v. *c.* i) *post* ei *parv. loc. ras.* k) *add. A. inter lineas et in margine infer.*

1) AA. SS. Boll. Sept. V, 598. Eandem vitam erranter edidit sub nomine Reineri Chapeavill. I, 411 sqq., sed hic illic quaedam omisit, quae ad historiam illustrandam parvum tantum pretium ei afferre viderentur.

Her 46 54. Eo tempore Sigebertus rex in loco qui vocatur Casecongiduuus — — cuius operis a prefato rege provisor et rector est institutus. *

Sigeb. 651. *) *A. addit in marg. infer.:* Anno dominice incarnationis sexcentesimo quadragesimo octavo, imperatoris Constantis seu Constantini 8, rex Sigebertus[a], filius Dagoberti[b. 1], de posteritate prolis[c] desperans, duodecim[d] monasteria hinc inde construxit Domino, cooperante sibi in hiis maiore domus Grimoaldo, fratre sanctarum Begge fundatricis Andane cenobii, Gertrudis fundatricis cum Itta matre Nivellensis cenobii[2], Viventie, que Colonie in cenobio[e] sanctarum virginum quiescit, et Traiectentium episcopo Remaclo. His diebus multi utriusque sexus in Galliis claruerunt, qui ad testimonium sanctitatis sue in edificandis Deo monasteriis operam suam inpenderunt. Ex hiis in nostra vicinia tunc florebat sanctus Landelinus Christi confessor, ab Auberto Cameracensi[3] episcopo ex predone ad Christum retractus, fundator cenobiorum super Sambram[f] Alne et Lobiensis. De Anglia, Scotia, Hibernia[g. 4] Bertuinus Malonie, Eloquius Waltisiodorensis, Foronanus cum 12. sosciis Hasteriensis; de Aquitania Gisslenus Cellensis, in quo beatus Hadelinus discipulus sancti Remacli prefuit et ibidem corpore quiescit; ibid. 648. Foillanus[5], qui ex[h] dono beate Gertrudis Fossensem fundavit ecclesiam, et eius frater beatus Ultanus in eodem loco aliam beate Agate virgini; aliosque quam plures animarum lucra querentes de transmarinis regionibus transfretasse et diversas ecclesias in parochia Tungrensi edificasse[i].

Her 47. 55. Accepta igitur sanctus sacerdos regia auctoritate — — omnia ad cultum Dei pertinentia augmentavit.

ibid 48 *p. 83. 56. *Quia vero cenobium illud in Coloniensi parrochia fuerat fundatum — — curam utriusque ac regimen a regia suscepit sublimitate.

ibid 49 57. Igitur beatus sacerdos, quod semper habuit in voto, remotioris vite solitudinem desideranter aggressus, ex permissu regis et principum et cleri sibi commissi totiusque plebis assensu sanctum Theodardum, probabilis vite virum, sibi succedere instituit, et Stabulaus monasterio, ubi remotus a curis secularibus Deo liberius vacaret, secessit. O quantus de eius abscessu exortus est luctus! O quam mestos reliquit, quibus semina contulerat vite, cum viderent se tali patre orbari! Omnis etas, uterque sexus dolorem cordis lacrimis testabatur effusis atque prosequendo eum clamoribus insonabat infinitis[k].

ibid 49. 58. Quorum eiulatibus sanctus vir permotus, mestos eorum animos quibus poterat mulcebat consolationibus. Sed ibid 50. illi, nullo recepto solamine, quin potius obiectis ei canonum institutis, successionem eius, acsi minus iustam, impedire conabantur, quia gregem, quem semel regendum suscepisset, non nisi infirmitate cogente aut capitali culpa interveniente ultroneo relinquere liceret. Ad hec vir beatus non se canonicis obviare respondit institutis, cum in hac parte sanctorum et meliorum se edoceatur exemplis. Nec extra regulam catholicam probatur evagari qui eorum vestigia nititur imitari, quorum vita et doctrinis totius ecclesie status in fide roboratus, virtutis incrementa suscepit. 'Ad hanc', inquit, 'spem beatus me baptista Iohannes animavit, qui in ipsa annorum teneritudine magis elegit heremiticis squallere incommodis, quam inter cives levi saltem sermone vitam contaminare. Et Moyses vitam hanc approbavit, qui dum divitiis Egip- *p 85. tiorum contempsit enervari, in vaste solitudinis deserto Dei colloquio meruit insigniri. *Abraham, omnium credentium pater, ad hos me incitavit effectus, cuius et exemplum imitatus, natali solo egressus, omnium pomparum renuntiavi cupiditatibus. Sic Helyas, sic Elyseus, sic ceteri prophete huius sancte conversationis initia dedicaverunt, qui theorie huius contemplatione insignes, ipsos reges subiugaverunt. Ipsius domini Salvatoris ad hoc me impulit exemplum, qui diabolum debellaturus heremitice solitudinis silentia delegit. Cuius misericordia concedat, pietas annuat, ut et ego versutias illic sevientis inimici proculcare et animarum vestrarum profectibus pro voto valeam invigilare!' Post hec responsionis et consolationis verba pater venerabilis, cum illos pacatiores tandem reddidisset, data benedictione dimisit, ipse vero iter quod ceperat peragens, ad monasterium Stabulaus devenit.

ibid 52 59. Ubi cum eius sanctam ac devotam conversationem multi circumquaque cognovissent, ceperunt ad eum undique confluere et eorum plurimi omnipotentis Dei se servicio vovere, aliqui vero liberos suos monasticis instruendos disciplinis et illic perpetuo servituros contradere, multi etiam de facultatibus ac redditibus suis[l] sanctorum illic degentium usibus communicare. Inter quos domnus et pater Papolenus visendi eum gratia venit, sed eius magisterio adherere quam retro regredi preelegit. Susceptus est officiosissime, et conversatus absque offensione, plures ad imitationem sui edificabat. Tandem cum ad multam perfectionem profecisset, a beato Remaclo Malmundariensi monasterio prefectus est. Ipse vero sanctus Stabulaus reversus, ad maiora deinde se virtutum opera accinxit[m] suique exemplo plures ad bonorum operum ibid. 54. exercitium animavit. His quoque adiciendum, quod crescente in Stabulaus religione crescebat et census ecclesie. Audito *p. 86. namque Sigebertus *rex tanto eorum erga Dei cultum fervore, accersiens beatum Remaclum, supra id quod prius dederat scripto composuit et[n] sigillo confirmavit, ut ex bonis que sui iuris essent quicquid in circuitu monasterii intra duodecim leugarum hambitum contineretur, ad usus fratrum ibidem Deo vacantium idem deinceps monasterium libero iure possideret. Procedente etiam tempore, non contentus[o] his beato viro collatis, alia quam plurima supplevit et prefatum cenobium decimarum, theloneorum, winagiorum et aliorum quorundam reddituum munificentia ditavit.

ibid 55 56 60. Post hec beatus confessor Domini Remaclus gloriosis insignis virtutibus, cum ad senilem devenisset etatem, diem sibi vocationis intelligens imminere, fratrum convocans contionem, post dulces paterne pietatis admonitiones et extrema caritatis colloquia modica febre corripitur, et sacrosancti corporis preciosique sanguinis[p] Christi viatico confirmatus, inter carissimorum filiorum manus animam suo reddidit Creatori [3. Nonas Septembris[q]], cuius plurimum insudaverat ser-

a) bertus *in ras. c.* b) f. D. *rursus in marg. A.* c) d. po. pr. *in ras. c.* d) dudecim *c.* e) cenibio *c.* f) c. su. Sambr. *rursus in marg. et in loc. ras. A.* g) et L. D. A. Sc. Hib. *in ras. c.* h) F. q. e. *in ras. c.* i) *supple:* constat. *Alia in marg. addita, sed postea erasa, iam legi non possunt.* k) *alia manus, sed coaeva, adnotavit in margine nunc partim abscisa:* Hic Remaclus episcopus monacus efficitur et Theodardus loco eius instituitur. l) facultatibus *corr.* redditibus suis *A.* m) ac *del. c.* n) ex *c.* o) contemptus *c.* p) *ante* sang. *del.* co *c.* q) *suppl. in marg. A.*

1) *fil. Dag.* ex Sigeb. a. 633. 2) *fratre — cenobii* composuit secundum Sigebertum a. 649, 650, 658, 686. 3) *Cameracensi* ex Sigeb. a. 650. 4) *Hibernia* ex Sigeb. a. 648. 5) *Foillanus — Ultanus* ex Sigeb. a. 648.

vituti, [anno[a.1] dominice incarnationis 694[b]. Prefuit in episcopatu sub apostolicis Eugenio et Vitalliano]. Corpus eius honorifice curatum cum multa psalmorum hymnorumque melodia in beati Martini, quod ipse condiderat, oratorio est sepultum, ubi et aliquamdiu iacuit, et se cum Domino vivere miraculis attestantibus comprobavit. Successit illi in monastico[c] regimine Papolenus, vir apostolicus, cuius superius mentionem fecimus. Deinde Sigolinus, beati patris eque iudicio approbatus. Subinde Goduinus, annis et morum maturitate grandevus, qui etiam sancti viri corpus transtulit et in ecclesia beati Petri locavit, lectulumque eius auro argentoque decoravit. Ubi per eius merita multa Dominus operatur virtutum insignia ad laudem et gloriam nominis sui, quod est benedictum in secula. Amen *

cf. Chron. Reg. Cr. Her. 56.

*, *A. add. in marg. inferiore:* Anno Domini 695. Willebrordus, qui et Clemens, a Sergio papa ordinatur episcopus ad predicandum gentibus.

Chron. Reg. Col. 695.

FINIT LIBER PRIMUS GESTORUM PONTIFICUM TUNGRENSIUM TRAIECTENSIUM[d] ET LEODICENSIUM.

*INCIPIUNT[e] CAPITULA SECUNDE PARTIS.

*p. 87. Anselm.

1. Proemium opusculi sequentis.
2. De sancto Theodardo.
3. De ostensione signorum ad corpus eius et muliere cecata ad eius corpus illuminata.
4. De tumulatione eius corporis[f] et signis ibi ostensis.
5. De sancto Lamberto, qualiter in pueritia floruerit et ad epyscopatum pervenerit.
6. Quod pulsus ab epyscopatu monasterium Stabulaus adierit.
7. Qualiter ibi probatus fuerit.
8. De morte Ebroini, et qualiter ad epyscopatum redierit.
9.[g] Qualiter Texandriam convertit[h].
10. De his qui ei celesti desiderio adherebant, et de obitu Landrade virginis.
11. Qualiter a perfidis[i] sit interemptus
12. Quod in Bawaria et pago Werzeburgensi ad eius memoriam fuerint[k] frequenter miracula.
13. Quod apud Loviniol ad memoriam contigerit.
14. De equo in rabiem verso et mortuo.
15. De eo qui pedem foribus ecclesie eius illisit.
16. De eo qui vomitu furtum prodiderit[l].
17. De contracto erecto.
18. De homine qui magnam dilectionem habens circa[m] martyrem, qualiter in ecclesia introductus est.
19. De milite qui spernebat miracula beati Lamberti.
20. Oratio[n] ad sanctum Lambertum.
21. Qualiter per baculum pastoralem beati Lamberti Rome cognita sit mors eius, et de ordinatione sancti Huberti.
22. Qualiter corpus sancti Lamberti apud Leodyum transtulerit.
23. Qualiter ibi sedem epyscopii posuerit.
24. De muliere sanata a dolore manuum et de inundatione aque eius precibus, cum operi cuidam instaret.
25. *De muliere a demonio sanata. (*p. 88.)
26.[o] Qualiter se igni obposuit.
27. Qualiter dum labori insisteret manus eius gravi ictu lesa est, et de liberatione discipuli a naufragio.
28. Visio que ei demonstrata est.
29. De morte ipsius.
30. De sancto Floreberto, qui ei successit.
31. De Fulchrico epyscopo.
32. De Agilfrido epyscopo.
33. De Gerbaldo epyscopo.
34. De Walcaudo[p] epyscopo.
35. De Gualcaudo[q] epyscopo, qualiter Andagiense[r] monasterium reparavit.
36. De Pirardo epyscopo.
37. De Hirchario epyscopo.
38. De Franchone epyscopo, qualiter cum Normannis debellavit.
39. De origine Normannorum.
40. De Stephano venerabili episcopo.
41. Qualiter temporibus eius in epyscopatu[s] Leodyensi translatus sit sanctus Eugenius martyr et epyscopus.
42. Exemplar testamenti Richarii.

a) *add. A. in marg.* b) XCIIII *in ras. c.* c) manastico *c.* d) Traienctensium *c.* e) *rursus incipit scriba* 2. f) corpore *c.* g) X *corr.* IX *c.* h) evertit *c.* i) persidis *c.* k) fuerit *c.* l) perdiderit *c.* m) *supplevi.* n) *atramento caeruleo pinxit rubricator litteram initialem* S; *sed superpinxit postea atram. rubro* O. o) *corr. e* XVI *c.* p) Wacaudo *c.* q) Gelbaldo *c.* r) Andagiensem *corr.* Andagiense *c.* s) epyscopatum *c.*

1) Haec secundum Chron. Regiam Col. a. 694.

Anselm.

43. Item de Richario epyscopo.
44. De Hugone epyscopo.
45. De Faraberto epyscopo.
46. De Ratherio epyscopo.
47. De Baldrico[a] epyscopo huius nominis primo.
48. De Euraclio[b] epyscopo.
49. Qualiter eum beatus Martynus a morbo qui vulgo[c] lupus dicitur sanavit et de ecclesiis ab eodem constructis.
50. De receptione Leonis epyscopi et morte eiusdem.
51. De Noggero epyscopo, quam sapienter cuiusdam potentis cupiditatem eluserit.
52. Qualiter civitatem ampliavit et ecclesiam sancti Lamberti edificavit.
53. Quomodo ecclesiam sancte Crucis construxit.
54. De ecclesiis sanctorum Iohannis euuangeliste et Dyonisii.
55. Quomodo castrum Hoyi acquisivit.
56. Quanta illi cura in educandis pueris fuerit.
57. Qui et quales sub eo coaluerunt.
58. De bonis eius moribus.
59. De felici eius obitu.
60. De Baldrico epyscopo, qui ei successit.
61. Quomodo castrum apud Hugoardis edificari voluit, et de pugna eius *cum duce Lovaniensi[d]. (*p. 89.)
62. Quomodo Iohannem[e] epyscopum de Ytalia recepit metrica, et de obitu eiusdem Iohannis.
63. De obitu comitis Arnulphi.
64. De obitu episcopi Baldrici.
65. Oratio.
66. De Wolbodone[f] epyscopo.
67. Qualiter epyscopus factus vixerit.
68. Commissio que facta est ei ab imperatore de perficienda ecclesia sancti Iacobi.
69. Quid placaturus imperatorem fecerit.
70. Ubi ad matrem ecclesiam processiones in precipuis sollempnitatibus venire constituit.
71. De vocatione eius.
72. De Duranno epyscopo.
73. De Reginardo epyscopo.
74. De electione eius.
75. De consilio quem dedit ei Hermannus vir clarissimus.
76. Quomodo per sanctum Wolbodonem in foro Viseti necessaria, que fratribus deerant, receperunt[g].
77. Quomodo Romam adiit per symonia.
78. De reditu eius.
79. De inchoatione ecclesie.
80. De dedicatione ecclesie sancti Laurentii.
81. De misericordia eius circa pauperes.
82. De pugna eius.
83. De obitu ipsius.
84. De Nithardo epyscopo.
85. De domno Wasone epyscopo, et qualiter in scolarum magisterio seu in decanatu se habuerit
86 Invectio ipsius in Iohannem prepositum.
87. Quid a rusticis sit perpessus.
88. Quod capellanus imperatoris est effectus.
89. Quod Iudeum disputando devicit.
90. Quod prepositus efficitur.
91. Prepositus factus ut se habuerit et qualiter exteriora administraverit[h].
92. Qualis interius fuerit.
93. Quod volente Conrado epyscopus efficitur et qualiter electus sit.
94. Epyscopus factus religiose vixit.
95. Quam fuerit largus tempore sterilitatis.
96. De bello et karitate Virdunensibus impensa.
97. Quod belli tempestatem maxima ex parte sedaverit.
*98. Quod castella predonum everterit. (*p. 90.)
99. De gratia huic homini collata.
100.[i] Quod imperatori iniuste suspectus fuerit.
101. Quid in causa Ravennatis episcopi senserit.
102 Qualiter a comitissa Montis Castrorum temptatus fuerit.
103. Quod sollicitatus sit per litteras, ut imperatori resisteret
104. Quod regem Francorum, ne Aquisgrani invaderet, per litteras absterruerit.
105. Epyscopus Cathalanensis eum per litteras consulit, quid de hereticis censeat agendum.
106. Responsio eius super hoc, et de hereticis non interficiendis.
107 De eligendo papa quid sibi videatur, per nuntium imperatori respondet.

a) Baldrido *c.* b) Euradio *c.* c) vulgus *c.* d) Lonaniensi *c.* e) Ibannem *c.* f) Walb. *corr.* Wolb. *c.* g) *superscr. A.* h) *corr. ex* exterioradadministraverit *c.* i) *deest numerus, quare deinceps numeri uno minores habentur.*

1. Huc* usque gesta Tungrensium Traiectensiumque pontificum sunt digesta - — novum aggredimur exordium. Ans. 1

*) *A. addit in marg. (pag. 90):* Hii cum beato Remaclo cenobium Stabulaus inhabitare ceperunt: sanctus Theodardus, primus eiusdem loci abbas antequam fieret episcopus, sanctus Hadelinus, sanctus Lambertus, sanctus Hubertus, christianus quoque sapientissimus Florebertus, Papolenus, Anglinus et ceteri multi.

Et paullo inferius: Anno Domini 661, Constantis imperatoris qui et Constantinus dictus 21, sancta Gertrudis virgo, abbatissa secunda Nivellensis, obiit. Huius mater sancta Itta post obitum viri sui Pipini ducis, filii[c] Karlomanni[d] vel Lotarii, ecclesiam Nivellensem in honore beati Petri apostoli fundavit et in ea sacrum velamen una cum dicta filia et multis virginibus de manu sancti Amandi episcopi Tungrensis vel Traiectensis suscepit, quibus prefuit 10[e] annis; deinde beata Gertrudis; cui Vulfedrudis successit.

2. Beatus[1] igitur Theodardus sub beato Remaclo ecclesiasticis disciplinis informatus, magistro pontificatus honorem (Ans. 2.) artioris vite desiderio sponte declinanti, ei in sede[f] Traiectensi [successit[g], et a sancto Cuniberto archiepiscopo in episcopum (Sig. vit. Theod 5) consecratus, presedit ecclesie Tungrensi vicesimus octavus]. Qui totus Deo deditus talem se irreprehensibilem vita (Vit. Theod. 8.) et moribus ostendebat, qualem sacra lectio ydoneum commendat episcopum. Sollicitudo precipue cotidiana ei erat omnium sue parochie ecclesiarum, ut aut in quibus erant locis episcopaliter regeret, aut in quibus cogente paganorum sevitia sive temporum vetustate derute fuerant, restauraret. Cum ergo multa per Dei gratiam et suam industriam (Sig. vit Theod 7) iam restituisset, hec cura eum remordebat[h] acrius, quod possessiones ecclesie sue a domesticis hostibus et iniquis raptoribus direptas noverat per triginta circiter annos a iure ecclesiastico alienatas in ius iniquorum cessisse. Sed, ne (ibid. 10.) quid inexpertum relinqueret, paratus etiam pro ovibus animam ponere, deliberat regem Hildricum adire et ante eum super iniusticiis ecclesie allatis[i] legaliter expostulare, si forte per censuram regalem ecclesia possessiones suas reciperet[k]. Et divinitus edoctus a mentis sue oraculo, imminere sibi tempus passionis, disposuit domui sue, et omnibus ultimum vale dicens ovesque suas illi commendans qui sibi illas commendavit, duce mentis constantia, cum paucis iter arripuit. Iamque diocesis sue vicum accesserat, et in pago aliene sedis, in saltu Biwalt nominato, haud longe *ab urbe (Vit Theod 9. Ans 2 *p. 92) Nemetensi, que Spira nunc dicitur, ab ipsis ecclesie sue predonibus interceptus, diffugientibus comitibus, innocens cum solo puero ibi remansit. Hoc viso, vir sanctissimus in Domino confisus paululum subsistit inperterritus, ac talibus (Vit Theod. 10) perhibetur usus esse affatibus: 'Nolite, queso, filii, nolite manibus vestris hoc tantum flagitium arrogare. Habete, obsecro, fidem Dei et pacem habete inter vos. Si pacifice venistis, accipite hec animis, et mea in cordibus vestris figite dicta; sin autem, ut sors et fortuna feret, feremus omnia equo animo. Si iam tempus mee imminet vocationis, nichil[l] me vestra spicula terrent. Non recuso habere pro salvatore meo Iesu Christo calicem mortis, qui non dedignatus est in corpore suo ferre pro me stigmata passionis. Si sic Deus disposuit, fiat voluntas eius. Sufficiat michi, quod ad hoc usque certavi. Gregem michi ab illo commissum reddo, et sic pro eius dilectione letus occumbo'. Contra hec viri sanguinarii sic perhibentur fuisse aggressi: 'Quid nobis, homo, supervacuum verborum agis cursum? Tua sunt tibi que (ibid. 11) loqueris, nichil nostra refert'. Miserabile tunc fuit cernere virum sanctum, quem quasi agnum mansuetissimum lupi rapaces invadunt, contumeliis affectum humi prosternunt, eius capitis diadema egregium in frusta secant, cuncta que secum tulerat sacrilege dispendunt, et quam celerrime latebrarum suarum foveas repetunt. Sic a beato pontifice exoratum, sic certatum, et ad desideria[m] sua lumina[n] torquens, sacram animam claris angelorum choris immiscuit [quinto[o] decimo die Kalendarum Octobris, quo etiam die, interposito quolibet temporis spatio, beatus Lambertus, eius discipulus et successor, felici est morte laureatus. Passus est autem beatus Theodardus secundum cronica anno Domini sexcentesimo quinquagesimo nono[2]. Prefuit enim sub papa Vitalliano, imperante Constantino, filio Constantini filii Eraclei; Francis dominante Clodoveo, Dagoberti regis filio, Austrasiis quoque regnante Hildrico].

3. Post hec de circumstantibus suorum comitum extitit unus, qui cum felicis corporis sanctas reliquias disiectas (ibid. 12.) non pateretur, commodum duxit[p], ut recolligens partem parti humilem coaptaret. Res quidem mira que contigit, auditu[q] dictuque notanda. *Dum puero ad vinciendum martyris caput instite non sufficerent atque eius animus anxius super (*p. 93) hac re huc illucque divideretur, ratum duxit villam que proxima erat petere, ut inde quippiam filaminis asportando huic necessitati supplementum posset accommodare. Nichil hesitans callem ingreditur, et eundo mulierculam quandam in pascendarum ovium cura occupatam reperit[r], quam suo sic affamine complet[s]: 'Mulier, non tibi videatur ab re[t] quod postulo; petitioni mee impetrationem celeriter prebeto. Unum tui operis filum ad colligandum caput domini mei Theodardi, tepentis adhuc sanguine, a viris sanguinum et dolosis crudeliter interempti, concede'. Sub hiis fragilis mulier perterrita est dictis, steteruntque come et vox faucibus adhesit. Postremo resumpto spiritu, lacrimabiliter facinus

a) quodve *c.* b) *in loco raso add. Chapeavillius:* Ceremonie et processiones ecclesiarum secundariarum apud matrem ecclesiam sancti Lamberti in maioribus festis et solemnitatibus. c) fillii *c.* d) *in ras. c.* e) x *et loc. vac. rel.* f) e. i. s. *scripsit A. in rasura, vocem* ei *ex suo ad Anselmi verba adiciens.* g) *haec add. A in ras. inter lineas et in marg.; verba Anselmi* vicesimus octavus successit *erasa videntur.* h) demord. *corr.* remordebat *A.* i) illatis *corr.* allatis *A.* k) recipere *corr.* reciperet *A.* l) *superscr. A.* m) *sic c.;* sydera *vit. Theod.* n) limina *c.* o) *add. A. inter lineas et in marg. inferiore.* p) dixit *c.* q) audiu *c.* r) repeterit *corr.* reperit *c.* s) compellat *vit Theod.* t) ob re *corr.* ob re *A.*; *correxi.*

1) Quae Aegidius de Theodardo narrat, plurima ex vita huiusce sancti decerpsit, quae exstat AA. SS. Boll Sept. III, 588 sqq.; aliqua etiam ex recentiore Sigeberti vita Theodardi mutuavit (Sept. III, 593), reliqua transcripsit ex Anselmo. 2) Apud Sigebertum a. 658. De hoc loco v. praefationem p. 9 n. 1; cf. AA. SS. Sept. III, 586.

scelestissimum[a] increpitat, sibique inportune insistenti talia reddit: 'Dira te necessitas, bone adolescens, ut fateris, huc appulit; sed mei iuris non constat que petis tibi impendere. Nam diurnum pensum quod operor matri familias cui ancillor ad mensam vespere reddo. Quod si minus fuerit inventum assueto, profecto novi, non impune[b] habebo'[c]. Tandem precibus supplicantis evicta, licet sciret sibi a domina imminere[d] periculum, spontanea cessit que petebantur[e]. Homo ergo letatus se quesita absque difficultate impetrasse, iter accitum quo venerat repetivit. Cumque iam pro suo domino sollicitus[f] magno ferreretur[g] excursu, contigit luminaria duo flammantia intueri, que ad caput et ad pedes sancti martyris altrinsecus posita mirabiliter coruscabant. Dehinc iam clauso die vesper commodabat olimpo, et predicta puella oves e pastu de more reduxit ad caulas. Cum vero accita filationis sue equam metretam iuxta morem pristinum non rependeret, ictum ferientis domine graviter *sensit in capite. Affuit illico beati viri ad vindictam puelle subsidium, materque familias oculorum perpessa est detrimentum. Quo facto, pro subitanea cecitate dolore cordis intrinsecus tacta, penituit, veniam quesivit, ad sancti viri corpus perduci se petiit; que potiora habuit ad placandum munera obtulit, oculos mirabiliter restauratos recepit.

4. His ita gestis, fama ad circumquaque posita loca diffunditur et ad beatum locum ab omni sexu et etate, quasi apes ad alvearia, tota regione concurritur. Fit strepitus[h] plangentium et clamor celo. Clamatur ab omnibus, quod vir modestus et iustus inter manus sceleratorum infanda cede diem conclusisset extremum. Sed rursus consolabantur invicem, quod ob salutem sui communem inibi palmam martirii esset adeptus[i]. Iam preciosum corporis religant[k] margaritum, vulnera mollibus pannis exsiccant, menbra defleta in gestatorio reponunt superque illa velamina quam plurima[l] coniciunt. Inde pars eorum sacrando subit feretro; pars cetera precedendo vias planas ostentat[m], et iuxta condictum matris familias cum omni reverentia in loco qui dicitur Nec tumbam[n] disponunt, ac dein exequiis rite attributis, humi decentissime mandant. Quodque ibidem extitit illustrium patrator[o] operum atque signorum, indicium prebent paraliticorum multa subsellia, cecorum frequentes illuminationes, febricitantium curationes, que ab incolis loci illius per beati viri merita in pristinum statum feruntur esse redintegrata. Fama igitur apud urbem Vangionum aures presulis pulsat, qui tunc temporis erat, omnemque rem ex ordine pandit. Multa super beati patris excessu cogitat, *et quod in procinctu sue dioceseos rei eventus contigisset, valde letabatur. Predicta vero fama Reni fluminis perlabitur undas atque urbis Nemeti populum commovet[p] et[q] perflat. Longius inde progreditur et civitatis Argentine omnium hora pervolitabat. Re autem vera credidit sese supra memoratus urbis Vangionum pontifex beati corporis thesaurum adepturum, et optimatum suorum consilio fretus, cum ceterarum civitatum episcopis ad locum, quo[r] sanctus Dei quiescebat, inde rapturus peraccessit. Et iam sancti glebam effodere necnon auferre satagebat, cum subito terribile visu fera surgit hyemps, magno misceri murmure celum incipit, sequiturque intollerabilis commixta grandine nimbus. Sic pontifice ab incepto desistere coacto, indigenarum sollicitudo certificata de virtutibus sacerdotis[s] tam evidenti indicio, eius ossa terre ibidem mandare student cum summa reverentia. Procedente vero tempore successor eius, venerabilis patronus noster Lambertus, eadem magistri ossa inde ad nos transferre sepissime temptavit. Cumque multum reclamante rusticorum manu et sui ut aiebant martyris ossa cum armis vendicante, hoc diu frustra esset: misericordia tandem divina favente, inde transferendi tanti thesauri copia datur[t] sacerdoti, sacrique funeris pignus in ecclesia Leodyensi revexit ibique cum summa reverentia tumulavit. Cuius adhuc passionis diem [4. Idus[u] Septembris] provintie eiusdem compatriote singulis annis summa cum celebritate solent frequentare; et licet ossibus absentem, meritis et signis, que frequenter ibidem fiunt, se gaudent habere presentem[v].

5. Huic successit semper memorandus venerabilis noster patronus Lambertus, in ordine vicesimus nonus. Is, ut perpaucis *multa de ipsius vita perstringamus, ex nobilissima tunc temporis Traiectensium stirpe[w] natus, [cuius[x] pater vir nobilis et illustris et regum lateralis Aper fuit[1]. Qui ad multiplicandum illorum numerum et magnificandas[y] virtutes illorum puerum ex ingenua uxore Hysplinde habuit. Illumque ad baptizandum viro Dei Remaclo tradidit, eiusque in baptismate spiritalis existens pater, nomen Lambertus ei imposuit. Deus autem omnipotens[z], qui linguas infantium facit disertas, cui nichil est inpossibile, ipse Lamberti infantiam pio et miro insignivit miraculo; qualis quoque vel quantus erga matres debeat esse filiorum affectus, per eum patenter in uno exprimitur. Cum diebus ieiuniorum mater pueri Lamberti ex more vellet loca sanctorum circuire, quam humilius potuit, nutricem infantis sibi in suis familiarem in secreto monuit, et ut panem succinericium diei[a] congruentem in reditu suo pararet, indixit, superaddens, ut erga infantem adhuc in cunis vagientem lege nutricis pervigilasset. Ad manifestandum igitur in posterum beati Lamberti sanctitatem et nutrix preceptum domine obliviscendo negglexit, et domina orationibus expletis reditum maturavit. In ipso ergo reditus articulo infans, cui etas usum loquendi penitus negabat, ad nutricem in hec verba dixit: 'Mater mea, o pia nutrix, iam fere pulsat ad hostium, vide, si ex eius iussu paratum habes panem succinericium'. Nutrix igitur, quia preter se et infantem cuncti abierant, quis esset qui ita loqueretur, mirari et circumspicere cepit; cum ecce infans eadem ingeminando verba ad nutricem aperte loqui cepit. Mox ergo domina adveniente, nutrix stupefacta ex miraculo, se ream ex suo negglectu apud dominam reddidit[b], et quomodo infans apertis verbis eam de preparando pane admonuisset, veraciter aperuit. Divina potentia, que ob notam incredulitatis erga celestem nuncium os Zacharie ad tempus clausit, ipsa simili ordine os infantis Lamberti mirifice aperuit ante tempus, qui exemplo filii eius Iohannis

a) celestissimum *corr.* scelest. *A.* b) impugne *corr.* impune *c.* c) abibo *vit. Theod.* d) immineres *corr.* imminere *c.* e) pateb. *c.* f) sollitus *c.* g) feretur *corr.* ferretur *A.* h) sterpitus *c.* i) indeptus *corr.* indēptus *A.* k) religunt *c.* l) prima *c.* m) ostendat *c.* n) heccumbam *c.* o) patratorum *c.* p) commonet *c.* q) *superscr. A.* r) quod *c.* s) sacerdoti *corr.* sacerdotis *A.* t) dati *corr.* datur *c.* u) *add. A. in marg.* v) *A. addit aliqua, quae nunc erasa legi non possunt.* w) stripe *c.* x) *haec add.* 3. *in marg., rubra linea includens.* y) magnificantes *c.* z) ep̄o *c.* a) dei *corr.* diei *c.* b) se r. *c.*

1) De fabulis insulsis, quas noster nescio quem secutus de Lamberto tradit, v. C. Suyskenium in commentario praevio, AA. SS. Sept. V. 522. Cf. etiam G. Kurth, Etude critique sur saint Lambert et son premier biographe, Anvers 1876 (Extrait des Annales de l'Académie d'Archéologie de Belgique) p. 15.

principis adulterium suo loco erat reprehensurus et inde palmam martirii adepturus[a]] [Dicitur etiam, quod eadem nutrix vocabatur Lina nomine et quod nata fuisset ceca, filia cuiusdam vidue nobilis Francorum genere, que monita fuit visione angelica, ut ad domum comitis Apri in Traiecto accederet, quia de sua uxore Herisplende[b] filium eodem tempore erat habiturus: 'Quem cum suseperis[c], et[d] tuas mamillas virgineas suxerit, ex ipso lacte virgineo[e] defluenti tuos oculos perunges et lumen tuorum oculorum, sicut Montanus monachus in ortu beati Remigii de lacte Cilinie anus decrepite, recipere mereberis'. Quo cum virgo Lina pervenisset et ut edocta erat implesset, statim lumen suorum oculorum recepit, et deinceps infantem Lambertum suo lacte virgineo nutrire meruit. Nunc vero ad historiam redeamus. Hic vero[f]] a primeva etate nobilius[g] est in sancta religione conversatus, sub Landoaldo venerabili archipresbitero litterarum studiis imbuendus traditus est[h] in loco qui Wentreshove dicitur. Qui Landoaldus dum insisteretur in edificanda ecclesia, artifices super penuria potabilis aque conquerebantur, quia aqua ibi ex paludibus collecta magis bibentes torquebat amaritudine, quam aliqua refocillaret suavitate. Ubi cum beatus Lambertus cum sancto Landoaldo orationem complessent terramque signo sancte crucis baculo signassent, fons ibi usibus hominum habilis protinus emanavit. Sed et quodam hyemis tempore iussus a beato Landoaldo puer Lambertus, ut prunas ardentes afferret, qui cum vas in promptu non haberet, requisitus ab illis a quibus ignem petebat cum irrisione, si eas in palliolo suo recipere vellet, annuit ille innocentia plenus, palliolum suum ambabus manibus extendit, prunas ardentes in eo recepit, stringensque fortiter ne defluerent, in via letus cum festinatione rediit. Cumque coram magistro eas humiliter disposuisset vestemque excussisset, nullum penitus in ea apparuit corruptionis signum, nullum vel modice adustionis vestigium. Mirari cepit intra se venerabilis sacerdos et omnipotenti Deo gratias agere, quia, sicut videbat vestem illesam ab incendio, sic mentem pueri sinceram et mundam noverat ab omni elationis vitio. His et aliis signis felix adolescens Lambertus in divinarum et mundanarum scientia litterarum non mediocriter exercitatus, in via Domini iuxta modum[i] etatis sufficienter edoctus, mundus et integer mente et corpore, ob excellentis *vite meritum ad supplendas iam dicti antecessoris sui Theodardi vices raptus est potius quam electus [anno[k] etatis sue 21[1]]. In quo videlicet episcopatus culmine [sacrari[l] meruit a sancto Cuniberto Coloniensi archipresule. Anno Domini 660. Clodoveus rex, frater Sigeberti et filius Dagoberti, corpus sancti Dionisii Parisiensis discooperiens, minus religiose, licet cupide, os brachii eius fregit et rapuit; moxque in amentiam perpetuam incidit. Anno quoque sequenti obiit sanctus Amandus, noster episcopus. Anno Domini 662. Clodoveus rex predictus obiit, et Lotarius sive Clotarius, filius eius, succedit et 4 annis regnavit. Huius maior domus post[m] Erchanoaldum fuit Ebroinus. Abhinc Francorum regibus a[n] solita fortitudine et scientia degenerantibus, regni potentia disponebatur per maiores domus, regibus solo nomine regnantibus. Quibus moris erat principari quidem secundum genus et nil agere vel disponere quam irrationabiliter edere et bibere domique morari et Kalendis Maii presidere coram tota gente et salutare et salutari, obsequia et dona accipere et rependere et sic secum usque ad alium Maium habitare. Bathildis regina, relicta[o] Clodovei regis materque Lotarii[p] regis et Theodrici atque Hildrici[q], Corbeie et Cale monasteria Deo construxit. Post mortem vero[r] Lotarii Thedericus, frater eius, ab Ebroino maiore domus in regnum Francorum sublimatur. Hildricus autem Austrasiis a[s] patre principabatur].

6. Hac ille contumelia gratanter accepta — in omni virtutum peregit observantia

7. Ubi cum brumali tempore nocte quadam — — afflictum corpus pristina incolumitate *redintegrat. Ob huius triumphi memoriam specialiter in principali ecclesia Leodii, ubi idem preciosus martyr corpore quiescit, mos iste primum inolevit, ut inter claustralia scepta sub divo vexillum dominice crucis perpetuo stabiliretur, licet nonnulle ecclesie usurpare sibi videantur, alio quidem religionis genere. [Eo[t] igitur tempore Vulfoaldus[u] erat maior domus sub Theodrico rege in Austria et Ebroinus in Neustria. Mortuo autem Vulfoaldo, Pipinus, filius Begge et Ansigisi, principatum in Austria sub rege Theodrico accepit anno Domini 682[v]].

8. His diebus Ebroinus crudelitate nimia sevus, qui sanctos Dei Leodegarium episcopum et fratrem eius Gerinum occiderat sanctumque Lambertum ab episcopio expulerat, iusto Dei iudicio, qui iudicat iniuriam patientibus, ab Hermenfrido Franco [in[w] Neustria] interfectus est. Erat tunc temporis vir oculis cecatus, unus de illis quibus Ebroinus effoderat lumina, in insula Lugdunensi[x] que Barbara dicitur. Qui cum nocturno tempore super ripam Rodani fluminis orandi gratia resideret, audivit navigantium impetum et magna vi brachiorum[y] contra impetum fluminis insurgentium; cumque interrogaret, quo navigium illud tenderet, vox in auribus suis percrebuit: 'Ebroinus est, quem ad Vulcaniam[z] ollam deferimus, ibi enim facti sui penas luet'. Hoc isdem vir sanctus audivit ad consolationem sui, ut sciret, quam penam persecutores iustorum sentirent. Interea evoluto septennio, post horridam tempestatem facta in ecclesia Dei tranquillitate, impiissimo Ebroino, qui Franciam diu vexaverat, iusto Dei iudicio, ut diximus, interfecto, devotio filiorum Traiectensis ecclesie amissi pastoris dampnum sero reminiscitur, tandemque detrectans impiissimi iugum supplantatoris Faramundi, qui iam per septem annos oves dominicas indignissime tractaverat*, venerabilem virum

*, *A. add. in marg.:* Supradictus igitur Pipinus proclamatione[a] cleri et populi Traiectentium sepiissime interpellatus, consiliis[a] frequentibus regem super expulsione[a] presulis iniusta ad penitenciam[a] adduxit, eiectoque Pharamundo ab matre nostra, eundem[a] et iniustam intronizationem[b] . . .

a) *post* adepturus *pergit* 3: Nunc vero ad historiam revertamur. Hic vero a primeva, *sed haec verba postea delevit A. et adiecit sequentia, quae uncis inclusimus.* b) len *e corr. c.* c) *ita c.* d) *bis scriptum.* e) virgeneo *c.* f) a primeva etate *add. A., quibus verbis sua cum textu coniungat.* g) nobilis *c.* h) *superscr. c.* i) medium *c.* k) *addit A. in marg.* l) *addit A. in loco raso inter lineas et in margine inferiore.* m) *sequentia in marg.* n) ibus a *in ras. c.* o) *in ras. c.* p) Lo *in ras. c.* q) Th. et H. *postea eadem manu addita.* r) *eadem manu post insertum.* s) a p. *superscr. eadem manu.* t) *haec A. in marg.* u) Vulfraldus *c.* v) *corrigendum ex Sigeb.:* 687. w) *add. A. in marg. litteris minutissimis.* x) Lugdonensis *corr.* Lugdunensis *A.* y) *e corr. c.* z) wlcaniam *c.* a) ione, iis, ul, eni, eun *abscisa.* b) *cetera abscisa.*

1) Hunc aetatis annum protulit Aegidius, quia Lambertum circa a. 638. natum esse ex Nicolao deduxit; a quo anno usque ad a. 659 (quo Theodardum obiisse ipse narravit; v. supra c. 2) anni 21 numerantur. Hanc opinionem iam refutarunt G. Henschen, AA. SS. Febr. I, 834; C. Suysken, Sept. V, 525. 2) Maxima bibl. patrum XVI, 802.

Lambertum vehementissime *reluctantem, maximo conamine de monasterio extractum, ad episcopii sedem reducunt exceptumque egregio hinc Deo servientium hinc pauperum Christi triumpho rursus in cathedra pontificali sublimant. Quantum[a] illic utriusque vite, contemplative[b] scilicet[c] et active, consecutus sit, a maioribus nostris conscripta evidenter ipsius declaratur vita. Sed hec compendiose scribimus, ne gloriosum patronum nostrum silentio preterisse videamur.

9. Taxandriam eatenus ydolatrie deditam eo verbo quod est penetrabilius omni gladio fortis bellator aggreditur confodere. Insurgentibus autem in eum barbaris, ut iniuriam deorum suorum in eum vindicarent et diversis suppliciis Domini sacerdotem afficerent, quia abiectionem ydolorum suorum equanimiter ferre non poterant, cum in presentiam sancti pontificis irrupissent, tanta in vultu eius lux celestis gratie refulsit, ut divino nutu perterriti, depositis armis et animis, starent parati obedire, qui venerant occidere. Sic annuente Dei gratia, silvestris illa humanorum cordium feritas mansuescit et vasta sollitudo diu sterilis et infecunda per baptismi gratiam et bonis operibus uberes Domino fideliter reddidit fructus, totaque regio illa, que diversa ab incolis suis sortitur vocabula, et que cursu Mose dextro latere clausa usque in septemtrionalem Occeanum porrigitur, apostolatui[d] martyris Christi Lamberti debetur, quod errorem suum cognoscere, quod christiane fidei gratiam obtinere promeruit, et ideo Leodyensi parrochie, sicut hodie cernitur, subdita est.

10. Fuerunt etiam per idem tempus nonnulli in seculari habitu, qui monitis et exemplis tanti patris animati, ob amorem celestis patrie spretis divitiarum suarum illecebris, *ad artiorem[e] vitam se contulerunt[f]. Ex quorum numero extiterunt Hugbertus adolescens nobilis, Aquitanus genere, sub Theoderico rege comes palatii, litterarum studiis eruditus et armorum exercitatione strenuus. Adherebat ei amita sua Oda, que erat Bohggis Aquitanorum ducis recens defuncti vidua[1]; que monitis et exhortatione Christi sacerdotis Lamberti ad contemptum mundi viriliter accincta, possessionum suarum redditus, qui erant amplissimi, in usus pauperum cepit habundanter errogare. Post hec constructo monasterio non longe a Leodyo in predio suo quod Amanium dicunt, ubi in sancto viduitatis proposito Deo serviens feliciter requievit. Sed et Christi virgo beata Landrada, claris orta natalibus, se[g] et sua Deo contradidit. Constructo cenobio in Bilisia proprietatis sue villa, de manu beati Lamberti sacro illibate virginitatis[h] insignita velamine, cum aliis plerisque puellis arduum angelice castitatis inibi aggressa est propositum. Hec igitur beata virgo Landrada cum iam in extremis posita esset, beatum Lambertum, qui longe aberat a se, mandari iubet. Properante cum festinatione ad prefatum cenobium pontifice, interim sancta virgo Landrada migravit ad Christum; quod et beato viro per visum revelatum est. Apparuit autem ei[i] in sompnis ipsa virgo, iocunda facie, celesti veste et lumine splendida[k], ut per ipsius habitus claritatem indubitanter sciret, eam iam transisse[l] ad immortalitatis beatitudinem. Cumque eam episcopus de collata sibi a Christo virginitatis corona familiariter et gratulando alloqueretur, adiecit: 'Si absens corpore, non animo, circa finem, dilecta filia, etiam vere regis mei sponsa, tibi adesse non valui, saltem nunc edoce, quo in loco corpus *tuum debeam sepelire'. Cui illa: 'Suspice', inquit, 'sursum, pater, et eum locum, quem lux in modum[m] sancte crucis in terris tibi facit[n] esse conspicuum. Et ecce lux in modum crucis rutilans videbatur; hunc, inquam, locum, scito michi in sepulturam a Deo concessum'. Locus autem super quem hec videbatur Wentreshovum vocabatur. In quo loco sanctus Lambertus sub Landoaldo in pueritia sacras litteras didicerat. Evigilans itaque episcopus, concito gradu Bilisiam venit, certus de visione et de sepelienda virgine. Convocatis fidelibus qui ad funus virginis venerant, visionem apperuit, sed sanctimonialibus flentibus et assensum[n*] ad hanc rem non prebentibus, coartatus[o] episcopus precibus earum, de visione tamen certus, in eodem loco non ex voluntate sua eam sepelierunt. Post triduum exurgens ab oratione episcopus, ut fidem faceret non credentibus, cum fide et reverentia tumulum virginis aperire fecit, sed nec sarcofagum lapideum nec corpus virginis repererunt. Mirantibus omnibus qui aderant, vir Dei Lambertus cum multitudine virorum et mulierum Wentreshove[p] properat[q]; ubi celitus sibi ostensum fuerat, locum fodi iussit, ibique sarcophagum et in eo virginis corpus, sicut in Bilisia[r] fuerat, repperit decenter reconditum, admirantibus et benedicentibus Deum qui ibi aderant dignisque preconiis sancti pontificis efferunt merita, qui in terris positus mente in celestibus habitabatur.

11. Talibus virtutum exercitiis ad gloriosum eius venitur martyrium, cuius causa extitit[s]. Nam Pippinus maior domus regie face libidinis adulterine succensus, Dodonis sororem Alpaidem* legittime coniugi Plictrudi superinduxerat. De qua re sanctus Dei Lambertus, tantum in principe perorrescens facinus, adulterini criminis *eum arguere non reformidabat, et nunc terrores divini iudicii minitando, nunc honestatem legalis thalami commendando et adulterii obscenitatem detestando, hec apud ferocem eius animum vir apostolicus effecerat, ut iam in fornicaria minus insaniret. Quod ubi illa primum sentire potuit, furiis agitata libidinis, fratrem gemebunda per internuntios convenit, contumeliam sibi a sacerdote illatam memorat, eius instinctu aversum[t] a se conqueritur principis animum: commodius sibi fore Lambertum vita privari, quam a tanto viro divortio separari; insidiatoris interitu hoc sibi posse prestari, quod nullius ab invicem discidii deinceps infortunium posset interveniri Bibit ille transfusum a viperea sororis lingua venenum, armat statim ex domesticis regie domus in necem episcopi milites auxiliarios, et miser, dum in sacerdotis necem crudeliter grassatur, nescit, quia sibi eternam mortem, illi finem laborum et perpetuam pariat vitam. Collectis igitur ad hoc facinus non paucis militum copiis, in pontificem cum rara domesticorum manu tunc forte Leodii commorantem ut lupus in oves insilit, et primo diluculo domum presulis, quam viderunt nonnulli tota illa nocte celesti lumine instar dominice crucis insigniri, audacissimus presumptor armatorum cingit obsidione. At vir Dei intrinsecus sompno, cui post vigilias defessa menbra declinaverat, improviso tumultuantium fragore expergiscitur, statimque reniti nichil vel contra moliri querens, cum et posset — sciebat enim, quia bellatores Christi exemplo magistri moriendo potius quam repugnando norunt vincere — totum corpus in oratione

*) *A. add. in margine:* Quere in alio libro[2].

a) Quantam *c.* b) conteplat. *c.* c) scilice *c.* d) *in rasura A.* e) arciorem *c.* f) contulerum *c.* g) *e corr. c.* h) virginis *corr.* virginitatis *c.* i) iei *corr.* ei *c.* k) spendida *superscr.* l *c.* l) transsise *c.* m) *corr. e* mundum *c.* n) *scripsit in ras. A.* n*) ascensum *c.* o) coactus *corr.* coactatus *A.* p) Wentreshone *corr.* Wentreshove *c.* q) properant *corr.* properat *c.* r) Bisilia *c.* s) *A. scripsit in margine calamo fugitivo:* insurrexerunt duplices; *supplendum putarim* cause. *Nam apud Anselmum legitur hoc loco:* cuius causa duplex extitit. t) adversum *c.*

1) Nicolaus hic Conversionem Huberti exscripsit, quam edidit Ioh. Roberti in Historia Huberti principis Aquitani, ultimi Tungrensis et primi Leodiensis episcopi, Luxemburgi 1621. 2) Vid. infra in compendio Aegidii.

prosternens, preciosam constantissime mortem operitur. *Nec mora adversariis ex omni parte irrumpentibus, [duo[a. 1] nepotes ipsius, Petrus videlicet et Audolecus[b], cum] multis[c] ante pastorem trucidantium ferro ad celum premittuntur, procul dubio martyres effecti. Tandem ipse pater venerandus, ut erat solo fixus, letali est vulnere confossus, sicque cum oratione spiritum efflavit vite. Nec est dubium, quin[d] sanctam martyris animam exceperint laudes angelice, cuius funeri non defuerint celestes exequie, que etiam ab ydoneis testibus sunt comperte[e]. [Passus[f. 2] est beatus Lambertus in vico Leodico cum suis sosciis 15. Kal. Octobris anno[g] episcopatus sui quadragesimo primo, sub rege Francorum Hildeberto, Theodorici regis filio, regni eius secundo anno, etatis sue sexagesimo[h], circa annum Domini septingentesimum[i. 3], quo e tempore fastigium Romani imperii invaserat Tiberius Absimarus, Leone ab imperio expulso et in custodiam retruso*; anno autem undecimo[k] Sergii pape 84, qui constituit, ut Agnus Dei ter cantaretur in sacrificium]. Dodo autem, immanissimi patrator sceleris, [languore[l] cruciatus a vermibus consumitur[4]], egestisque[m] turpiter [per[n] os suum] intestinis, ipso anno vita privatus**, eterna morte est dampnatus, [et[o] ob intollerantiam[p.] *** nimii fetoris in Mosam fluvium demergitur; percussor vero sancti martiris fratri suo congressus, eodem die pro spoliis dividendis in Monte publico alter ab altero perimitur]. Ceteri nichilominus eius conspiratores, alii inter se dimicantes se ipsos interemere, quidam a demonibus vexati mirabile spectaculum divine ultionis in se hominibus [infra[q] annum] prebuere. [Pauci[r] ex satellitio sancti martiris qui evaserunt mortis periculum, tegentes vili tegmine corpus roseo cruore perfusum, quantocius navigio Traiectum transvexerunt. Exposito ad portum sancto corpore[s], cucurrit populus sine nomine et[t] numero, et quanti apud omnes estimatus fuerit, ex confusis omnium planctibus estimari poterat. Impositus feretro, defertur sanctus ad ecclesiam[u] cathedralem perpetue virginis Marie[5] cum debito honore. Clerus cum psalmis et canticis prosequitur, populus complodit manus cum lamentis. Dum[6] divina celebrantur, vox desuper intonuit, que dolorem lugentium hoc modo temperavit: 'Deus omnipotens, qui ante mundi constitutionem[v] omnia preordinavit et novit, novo[w] martiri[x] Lamberto dignum successorem eius moribus et doctrina imbutum, domnum Hubertum hodie in episcopum per suum vicarium Rome ordinatum et consecratum vobis transmittit[y]. Volat fama per populos, pavore et horrore concutiens universos. Populus pernoctat sollempniter, clerus rite frequentat excubias. Nec tamen[z] satis audent debitam tanto patri reverentiam exibere, ne videantur voluntati regie contraire. Tantus autem timor Traiectenses pro[a] huius rei acerbitate incesserat, ut nec mausoleum dignum tanti nominis viro auderent preparare. Ideo defertur sanctus ad humilem ecclesiolam beati Petri extra urbem, apertaque tumba Apri, patris ipsius Lamberti, mane facto, cum ossibus patris sui corpus sanctissimi filii[a*] tumularunt. Traditur enim a maioribus, quia, cum sanctum corpus omnibus exosculandi liber aditus pateret, si qua pelex[b] se ingerebat ad corpus sancti martiris osculandum, quasi quodam rotata turbine retrocedebat. Per pelicum[c] ergo repulsam clarebat nimis, Deo et sancto martiri pelicem[c] illam odiosam fuisse, que duplici crimine Franciam infamaverat et sanctam conturbarat ecclesiam[d]]. Deinde succedentibus annis ex revelatione divina beato successore eius Hugberto agente, corpus sacratissimum martyris in locum passionis, Leodyum videlicet, cum incorruptum fuisset inventum, est translatum. Ubi inter eundum[e] per illuminationem ceci et claudi curationem dignatus est declarare Dominus, confluentibus undique turbis, martyris sui virtutem. Ex quo ad eius tumulum tum nobis cernentibus, tum a quam pluribus ea referentibus, sunt ostensa miracula, que pro sui numerositate non sunt conscripta. Cuius vite sanctitatem [et[f] gloriose passionis dignitatem] cum et rerum experimento et auctoritate tot testimoniorum approbemus, confidenter, hunc vere esse angelorum concivem et martyrum coheredem[g], persuasum habere debemus.

[Margin: Ans. 7. *p. 104 — Nic. vit. Lamb. 81 — cf. Chron. Reg. Col. 690 — Ans. 7 — Sig. vit. Lamb. 52. — ibid. 53 — Ans. 7.]

*) *A. addit post in marg. infer.:* Prefuit sub apostolicis Adeodato[h], Domno[i], Agathone, Leone III, Benedicto, Iohanne IV, Conone.

**) *A. addit calamo fugitivo in loco vacuo inter columnas relicto, verbis* eterna — dampnatus *punctis suppositis deletis:* Et qui hic pompa seculi est abusus, deputatus est in inferno igni inextinguibili et vermi non morienti, et in sepultura eum terra penitus reiciente; *pergit tunc:* ob intollerantiam, *ut verba sua cum priore quam in textu posuimus additione coniungat.* [Sig. vit. Lamb. 55.]

***) *A. postea rursus adiecit in marg. infer., certo signo post* intollerantiam *ponens:* Nimii fetoris corpus eius in fluvium Mosam proiectum est, vermibus et tabe corruptum; nec aliam sepulturam meruit, qui miserabilem tanti criminis aquisivit memoriam, *et coniungit haec verbis* percussor vero sancti martiris *denuo cum prima additione.* [ibid. 56.]

Postremo scripsit A. in marg. sine ullo signo apposito, sed eodem fugitivo calamo quo ante: Et omnia intralia putrefacta et fetida per os suum proiciens, ostendit omnibus infelicitatem suam per miserabilem vite exitum, et qui hic pompa seculi abusus est, deputatus est in inferno igni inextinguibili[k] et vermi non morienti. [ibid. 55.]

a) *addit* 4 *in marg.* b) *man. rec. corr.* Andoletus. c) multi *corr.* multis 4; *sed* s *rursus erasum.* d) quim *c.* e) te *in linea ante vocem* Dodo *scriptum erasit A. et transcripsit in marg. ad lineam antecedentem; in loco raso pinxit signum, quo sequentia* Passus — sacrificium *cum textu coniungit.* f) *ita A. in marg. superiore.* g) anno — secundo anno *supplevi ex Chapeavillio, cum in codice iam abscisa sint.* h) e. s. sex. *in ras. c.* i) circa — septing., etatis — sexag. *corr.* et. — sexag., circa — sept. *c.* k) *in ras. c.* l) *add. A. in marg.* m) is *e corr.;* que *superscr. c.* n) *superscr. A. minutissimis litterarum ductibus.* o) *haec add. A. in marg.* p) intell. *c.* q) *superscr. A.* r) *sequentia add. A. in scedula assuta.* s) s. c. *in ras. c.* t) n. et *superscr. c.* u) *superscr. c.* v) a m. c. *e ras. c.* w) *superscr. c.* x) *in ras. c.* y) *e corr. c.* z) N. t. *e ras. c.* a) T. a. t. Tr. p. *in ras. c.* a*) fillii *c.* b) *man. rec. corr.* pellex. c) *man. rec. corr.* pellic. d) *voce* Deinde *sua cum textu coniungit A.* e) eundem *corr.* eundum *A.* f) *haec supplet* 4 *in marg. ex Anselmo.* g) *corr. ex* coherendem *c.* h) *in ras. c.* i) Dōno *c.* k) inextingubili *c.*

1) *duo — Audolecus* ex Nicolai vita Lamberti c. 70. 2) *Passus — retruso* ex Nicolai vita Lamberti c. 81. 3) De anno obitus cum nostro concordant Annales Leodienses, SS. IV, 12. Sed cf. quae viri docti mortem in annum 708. ponentes de hac re bene disseruerunt, Suyskenius, AA. SS. Sept. V, 536 sq.; Rettberg, Kirchengeschichte Deutschlands I, 560. 4) Sequentia, quae utpote postea addita uncis inclusimus, desumta sunt ex Sigeberti vita Lamberti c. 55, 56. 5) *ad basilicam sancti Petri* legitur apud Sigebertum; de qua translatione Aegidius paullo inferius agit. 6) Haec ex aliqua ignota vitae Huberti recensione desumta videntur. Eadem verba, sed brevius reddita, occurrunt in Gest. abb. Trud. Cont. tert. p. I, c. 28, SS. X, 369. Quae vir b. m. Koepke de Aegidio adnotavit, infra ad calcem c. 21. refutabo.

Ans. 9. *p. 105. Sig. vit. Lamb. 62. Mir. Lamb. *p. 106.

12. Nunc superest de pluribus eius aliqua referre miracula, ut liquido constet fidelibus[a], etiam illic eius preces vigere, ubi non quiescit corpore. Est insula quedam in Baugaria continens *monasterium in sancti martyris honore constructum, ubi quod sepissime ad memoriam martyris miracula fiant, fama referente cognovimus. In Werzeburgensi pago vicus est habens ecclesiam beati martyris ac pontificis nomini dicatam, ad quam annuo passionis eius die confluens cum diversorum munerum xenio[b] provincialium contio, dum devote student offerre carnalia cum spiritualium animarum subsidiis leprosorum quoque corporum sepissime gaudent inde se reportare medicamenta. **Processu temporis, Francone presulatus Leodyensis functo dignitate**, Normani, gens **scilicet** beluina feritate spirans, Leodyum violenter iruperunt, et municipiis effractis atque combustis, civibus etiam immoderata cede fusis, et substantiis eorum sublatis, ad ultimum ecclesiam sancti Lamberti igne consumpserunt, eam solo coequantes, sola ruine et conbustionis vestigia reliquerunt[c]. Deinde ad locum in quo sanctum corpus[d] venerabatur barbarica presumptione volentes accedere et optima queque invenirent diripere, divinitus incussa formidine, resilientes aufugerunt. Qui fugientes hoc modo fugam suam consolabantur, dicentes, sibi dispendium venisse, quod solam et nunc adeo preciosam circa martyris corpus micantem **fabricaturam** non abstulissent[e]. — Detecto itaque sanctuario, et sancti sepulchro flatibus ventorum, nivibus et pluviis exposito, mirabilis virtus Omnipotentis apparebat in laude sui martyris, quod, tociens[d] compluta undique ymbribus terra et circumquaque nivibus operta, super sepulchrum eius nec pluvie gutta defluebat, nec crispata nivium conspersio insidebat*. Mirum erat et insolitum, quod locus corporis sacri nudo aeri patens siccum aerem suscipiebat[f], humidum vero respuebat. — Aliquando in annuo festivitatis eius recursu epulante[d] populi frequentia, que gaudiis intererat sollempnibus, auxit[d] gaudium virtus martyris, dum pluribus cecis reddita lux oculorum multorum cecitatem cordium illuminavit, et pluribus mutis[g] reddita loquendi facultas in preconiis Dei multorum ora laxavit. Multis etiam claudis reddita pedum officia pleris panderunt viam eundi ad Christum inoffenso pede cordis. — Tempore vero presulatus domni Stephani, qui vitam illius eleganti narratione expolivit et dictionis[h] lepore decoravit, sed et nocturnam melodiam in eius sollempnitate composuit[1], ceca a nativitate mulier divinitus per visionem admonita est, ut beati martyris monasterium adiret et aliquid potabilis haustus [sibi[i] peteret; quo gustato, ipse haustus] ad oculos eius saluberrimus ascenderet[k] eosque illuminaret. Credidit illa visioni, surgit, ad limina sancti martyris accedit, potum efflagitat, allatum bibit, et illico fugatis[l] tenebris, lucem hactenus inexpertam[m] accepit, omnipotenti Deo ac sancto martyri Lamberto gratias referens et eorum suffragia poscens, ad propria leta remeavit.

Ans. 10. 13. Villula quedam est Lovaniensi oppido proxima — — strictim[n] statui memorare.

ibid. 11. 14. Pullus equi indomitus — — post modicum subito cadens expiravit.

ibid. 12. 15. Adolescens quidam temerarius puellam opprimere gestiens — — quanti sit periculi.

ibid. 13. 16. Alius quoque vir scelestus[o] vicino[p] porcellum sublatum — — nichilque indecens quod inultum[q] pretererat circa eiusdem basilice ambitum aiunt posse contingere[r].

ibid. 14. 17. Adolescentulus quidam ab annis pueritie claudus — — etiam corpore defunctum virtutibus vigere.

Mir. Lamb. *p. 110. 18. Quidam[2] vir bonus et religiosus, laicus tamen, de Leodyo habebat in consuetudinem venire ad matutinas apud ecclesiam beati Lamberti. Cui nocte quadam videbatur, quod campane sonarent ad matutinas, quod tamen falsum erat; sed credo, quod demones eius bono preposito invidentes et eum fatigare volentes, strepitum campanarum auribus eius immiserant, ut ita resurgeret et ante matutinas vigilaret, ut tempore matutinarum minus vigilare[s] posset. Qui veniens ad ostium ecclesie, obseratum invenit. Similiter secundum et tercium, quia nondum hora erat surgendi. Fatigatus tandem pervenit ad porticum ante hostium ecclesie sancte Marie, quod est similiter ante introitum capelle et altaris sancte Agathe, et omnia obserata invenit. Cum itaque ibi aliquantulum in orando moram faceret, visum est ei, quod personam quandam *honestam et reverendam[t] cano capite et rasam coronam habentem, amictam[u] pallio, egredi videret de capella illa, que illum manu apprehendit et ut sequeretur innuit. Et cum ad ostium ecclesie pervenissent, aperta est illico in eorum adventu ianua miraculose, et sic vir ille in ecclesiam introducitur usque ad medium. Qui cum vellet chorum intrare, persona illa clausit ostium chori et extra[v] chorum dimisit eundem. Tunc audivit interius fragorem et circa feretrum beati Lamberti sonitum et quedam signa, per que intellexit, quod ipse esset beatus Lambertus, qui eum in ecclesiam introduxerat, et ita Deum et sanctum eius glorificans horam matutinalem expectavit.

Mir. Lamb. 19. Erat quidam miles de pago Hasbanio, qui solitus erat deridere facta beati Lamberti et deridendo plasphemare. Transivit aliquantulum temporis sine vindicta; sed cum parvi penderet correctionem suam, quadam die iudice iusto indicante, os blasphemum distortum est, ita quod videbatur os habere ad aures. Dedit ista vexatio intellectum auditui. Qui ilico venit Leodyum ad misericordiam gloriosi martyris, culpam suam coram omnibus recognoscens. Sub feretro circiter tribus diebus in precibus iacuit, et sic demum veniam obtinuit et per beatum martyrem pristinam recepit sospitatem. Et ab illo tempore devotus et humilis circa venerationem beati Lamberti permansit.

Ans. 15. 20. Iam ad te noster vertatur sermo — — in adventu iudicis. Amen.

ibid. 15. ibid. 16. Cant. Hub.[3] 3. *p. 112. 21. Iam[w] longius a suscepti operis intentione evagati sumus; ad propositum **deinceps** redeamus. **Interea** successit sancto Lamberto venerabilis pater Hugbertus, in ordine epyscopali tricesimus. **Qui** per omnia **beati Lamberti pontificis et Deo digni futuri martyris** usus consilio, ***Romam profectus fuerat**, triumphalia apostolorum visitare limina, ut fervorem religionis et contemptum mundi, **quem hortatu[x] dilecti magistri conceperat**, per eorum merita ad effectum perduceret[y] **seque sedis apostolice presulis[z] orationibus commendaret. Quem qua-**

a) ibus *e corr. c.* b) exenio *c.* c) *corr. ex* religuerunt *c.* d) *e corr. c.* e) obst. *corr.* abst. *A.* f) suspiciebat *c.* g) multis *c.* h) dictione *c.* i) *uncis inclusa des. c.; supplevi ex Chapeav., qui codicem Miraculorum Lamberti inspexisse videtur.* k) ascendet *c.* l) fugato *c.* m) inexpertem *corr.* inexpertam *A.* n) strictum *c.* o) celestus *c.* p) *bis scripsit c.* q) multum *corr.* inultum *c.* r) contigere *c.* s) vigilaret *corr.* vigilare *c.* t) reverandam *c.* u) amictum *c.* v) tra *superscr. A.* w) *A. add. in marg.:* De sancto Huberto ultimo (mo *absc.*) Traiectensi et primo Leodiensi episcopo. x) q. h. *supplet A. in marg.* y) perduceretur *c.* z) *corr. ex* presillis *c.*

1) Secundum Anselmum c. 20. 2) Miracula in hoc et sequenti capitulo enarrata etsi alibi non inveniuntur, utpote nuda fabulatoris figmenta litteris minutissimis exprimi feci. 3) Edidit Roberti (p. 8) in opere supra ad calcem cap. 10. laudato.

liter beate memorie Sergius papa, qui vite merito Romane ecclesie sacerdotium adornabat[a], exceperit eique per angelicam visionem mortem ipsius martyris Lamberti Rome revelaverit, Deo annuente breviter explicemus. [Nic. vit. Lamb. 74] Siquidem ipse summus pontifex post matutinorum sollempnia vigiliis et orationibus fatigatus, modicum sompno fragilibus menbris indulgens, circa ipsius diei obdormierat auroram[b], qua sacerdos Christi Lambertus propter veritatis[c] et castitatis defensionem et testimonium per manum scelerati Dodonis consecutus est martyrium. Et ecce, angelus Domini celesti[d] lumine conspicuus ei in visione assistens: 'Diligenter', inquit, 'frater, his que tibi a Domino per me manifestantur intende et fidem verbis adibe[e] et quod precipitur studiosius exequere. Lambertus Tungrorum episcopus hac ipsa hora intra sanctuarium Domini ab impiis est pro pietate immolatus. Et quia in terris martyrum[f] Christi imitari studuit fidem et constantiam, eorum in celesti curia consortium obtinere meruit et gloriam. En eius pastoralem baculum, in quo gregem sibi creditum vigilanter rexit et pavit, a loco passionis eius tibi subito translatum suscipe'. Et visus est ei baculum porrexisse, dicens: 'In hoc substitues ad regimen Tungrensis ecclesie tali viro dignum heredem et successorem, ipsius Lamberti doctrina et moribus institutum, a Deo in sacerdotem iam electum, Hugbertum nomine, quem ad apostolorum limina hodie venientem his et his signis inter alios poteris *cognoscere'. [*p. 113] Statimque evigilans papa, cum de visione adhuc hesitaret, invenit iuxta se repositum, sicut in visione ab angelo acceperat, beati Lamberti baculum pastoralem; [ibid. 75] quem cum timore et admiratione maxima suscipiens et oculis perlustrans, non iam inanem et fantasticam, sed plenam fide et certe divinam esse visionem intellexit. Quid viderit, quid audierit, quod signum acceperit, ex ordine apperuit[d]. Facta itaque oratione, et immolata laudis hostia, ad exequendum visionis preceptum circa limina apostolorum studiosus advenientium perscrutator consedit. Et forte memorabilis vir Hugbertus, finito longo[d] peregrinationis sue labore, eadem nocte in proximo urbi vico mansionem acceperat. Qualiter autem[g] a papa Sergio eodem die agnitus et de nece dilecti magistri sui Lamberti per signum baculi eius certior factus sit, si quis plenius scire desiderat, libellum illum relegat, quem a viris fidelibus editum de vita et conversatione ipsius preclari comitis Hugberti ante episcopatum[1], a plerisque apud nos et haberi et legi, non est dubium. Sed et de vita et miraculis[h] que in episcopatu gessit, que quidem ex libro domini Ione episcopi, qui inter ceteros familiari ei contubernio adhesit[2], decerpens, meo opusculo hic[d] aliquid retexere curavi[i]. Igitur venerandus presul [Conv. Hub. 3.] Hugbertus a Romana urbe cum baculo et pontificalibus[k] beati Lamberti rediens*, a clero et populo Traiectensi honorifice suscipitur et in cathedra pontificali inthronizatur. Sciens namque aliam legem esse subditorum aliamque prelatorum, [Ion. vit. Hub. 3.] scilicet ut subditus quisque curet, ne pereat neve sui exemplo alios perdat, prelatus autem, ut non solum superintendat sue, sed et iudex provisorque cogatur vite fieri aliene: non ei sufficiebant ea que sibi olim sectanda proposuerat, sed in artiora tendens, magnopere studebat antiquorum patrum sectari vestigia. Erat namque largus *erga indigentiam inopum, [ibid. 4] [*p. 114] refocillator[l] pauperum, et secundum scripturam *pater orphanorum et pro viro matribus eorum*. Oppressis amminiculabatur, inopum miserebatur[m] suaque pro Domino relinquentibus pio affectu patrocinabatur. Tribulationem patientibus strenuus consolator aderat**, et carcere preclusis necnon et divalium[n] penarum[o] subactis eius visitatio atque subministratio non deerat. Sed et quocumque ferre pedem libuisset, in manu illius elemosina desudabat, quousque pauper occurreret, cui eam tamquam Christo commendaret. Nec satis erat viro beato[p] talibus ac tantis virtutum insignibus clarere, sed reminiscens perfectionis decessoris sui, ardebat cupiditate martyrii, minus se deputans habere perfectionis, qui nundum[q] pro Domino morti tradidisset etiam officia corporis.

*) *A. addit, sed rursus delevit:* secum ferens clavem a beato Petro sibi traditam. [Conv. Hub. 3.]

**) *A. addit in marg.:* Anno Domini septingentesimo nono, 16. Kal. Ianuarii, sancta Begga purior auro exessit e mundo.

Et paullo inferius: Sancta Ituberga virgo tumulata fuit apud Kutis iuxta Andanam, que successit beate Begge vidue in regimine.

Postea adiecit alio atramento et litterarum ductu: Post quam alia virgo Itta, que se tumulari fecit[r] pre nimia humilitate, que semper in ea latitabat, iuxta stillicidium ecclesiole sancti apostoli Petri sub divo, ut a transeuntibus calcaretur[s]. Quibusdam noctibus postmodum vox puelle cuiusdam audita[s] est, multotiens ad tumbam eius dicentis: 'Soror surge[s]; soror surge'! Cum autem quidam ibidem manens[t] eadem verba sepe[s] audiendo didicisset, uno die venit ad congregationem sanctimonialium[s], querens scire sententiam[u] predictorum verborum. Cum autem dicta verba ei exposita fuissent[v], in oratione et ieiunio prope locum[w] pernoctavit, media autem nocte rediens, virgo solito modo[x] dicere cepit: 'Soror[y] surge; soror surge'!

22. Anno autem ordinationis eius* duodecimo crebras sibi prodidit perlatas sub noctis quiete visiones, quibus se commonitum[y] fatebatur, uti a Traiectensi oppido ossa sancti Lamberti levaret et in locum, quo[z] celebratam passionem eius nosset, iterum humanda reduceret. [Ion. vit. Hub. 5.] Quarum ammonitio eius animum inestimabili recreavit gaudio. Attamen in quo-

*) *A. superscripsit:* beati Huberti.

a) adorabat *corr.* adornabat *A* b) aurorem *c.* c) virtutis *Vit. Lamb.* d) *e corr. c.* e) adhibe *corr.* adibe *c.* f) *corr. ex* martyrium *c.* g) *bis scripsit c.* h) cu *in loc. ras. A.* i) *ad vocem* curavi *scripsit A. in marg.:* fertur. k) pontificali *corr. superscribendo* et pontificalibus *A.* l) refotillator *corr.* refocillator *c.* m) miserabatur *c.* n) diversalium *c.*; *correxi ex Vit. Hub.* o) *in ras. c.* p) bono *corr.* beato *A.* q) mundum *corr.* nundum *c.* r) t. f. *rursus in margine, sed eodem atramento.* s) *primum* c, *primum* a, s, s, s, in *abscisa.* t) manes *c.* u) setentiam *c.* v) fuissēnt *c.* w) locum — soror *partim infra abscisa.* x) m *c.* y) commotum *corr.* commonitum *A.* z) qua *corr.* quo *c.*

1) Intelligit Nicolaus libellum de conversione Huberti, cuius supra mentionem fecimus. Paene omnia quae narrat, ex eo desumta sunt. Erravit Koepke, qui haec verba Aegidio tribuit (SS. X, 369 n. 3). 2) Errat Aegidius; nam Ionas erat contemporaneus Walcaudi ep. Leod., cuius precibus commotus translationem Huberti in Andainum (Mabillon IV, 1, 295), quae tempore Walcaudi (a. 825) facta fuit, descripsit. Vita Huberti, quam Aegidius intelligit, a familiari quodam Huberti conscripta (edid. Arndt, Kleinere Merovingerdenkmäler 48 sqq.), sed postea a Iona, *quia sermo incultus displicuerit, secundum regulas loquendi* expolita et correcta est (ap. Surium, ed. nov. VI, 13 sqq.) Hanc vitam correctam excerpsit Aegidius. Cf. Roberti l. l. p. 11 sqq.

dam meditullio positus, cum neque visioni[a] certam fidem tribueret neque omnimodis ei diffideret quod sibi erat occultum, indicto ieiunio clericis et laicis, iudicavit a Domino querendum. Tandemque edoctus a Domino, summota sententia, tercio decimo anno sui presulatus*, cetu clericorum sibi adiuncto necnon populari agmine sibi coacto, accitis etiam venerabilibus episcopis et sacerdotibus, tumulum venerandi viri adiit, ibidemque spirituales observantes excubias divinitatemque pulsantes precibus, honorantes laudibus, cum maxima veneratione sepulchrum, *in quo sanctissimum corpus conditum servabatur, adeuntes, absque aliqua difficultate illud aperientes, corpus beati Lamberti[b] [13. anno] incorruptum ex loculo protulere**, et cum magno gaudio qua venerant pedem referentes, in loco quo passus est terre mandavere. Quantis autem qualibusve miraculis suum velle Dominus in tali facto per omne iter reversionis eorum commendaret, scedula gestorum eiusdem sancti pontificis annotata continet. Fabrica autem eiusdem basilice, qua beati viri Lamberti condite sunt reliquie, qualiter a beato viro sancto Huberto ordinata sit, quia oculis videntium se offert, de ea aliquid dicere supersedi.***

*) *A. in marg. litteris tenuibus:* Duodennio autem peracto post obitum[1] — quere in alio libro.

**) *A. inter columnas litteris minutissimis:* Mutansque vestimenta, priora pro dandis pignoribus servanda sigillavit novisque sanctum involvens.

Et in margine, sed elegantiore litterarum ductu et alio atramento[c]: Sedem[2] quoque episcopalem in eodem transfert[d] loco[e] et de vico ignobili urbem egregiam effecit. Civibus leges iustas[f] et pias statuit. Duas ecclesias Deo servituris[g] edificavit[3]. Civitati nomen Leodium, que Legia prius vocabatur, imposuit; que potius a suo fundatore Hubertina deberetur connominari. Mensuras, silicet sextarium vini, sextarium bladi et pondera diversorum mercimoniorum composuit[h]; [monetam imaginis sui impressione formatam et sigillum civitatis, quod continet imaginem[f] gloriosi martiris Lamberti cum superscriptione tali: *Sancta Legia Dei gratia Romane ecclesie filia fecit*[c]. Cum autem pervenissent Leodio lectoque gemmis et auro digne composito — quere in alio libro].

***) *A. add. in marg. infer.*[i]: Preterea processu temporis edificata est ecclesia in monte qui supereminet civitati Leodio versus septentrionem, ab oppidanis et a Huberto pontifice dotata et consecrata ad titulum sancte Walburgis virginis ad memoriam futurorum, pro eo quod in eodem loco beata virgo Oda, filia regis Scotorum, a nativitate[f] ceca, veniens ad memoriam beati Lamberti, lumen oculorum suorum recipere promeruit.

23. Interea famulus domini Hugbertus curam gregis gerens — — omnium benedixit atque Dei[k] famulo pro se oranti gratias reddidit. Huic mirando operi successit aliud veterrimis[l] Helye atque Helysei conferendum — — absque *ullius rei difficultate letus perficeret.

24. Alio itidem tempore cum rogationes celebrarentur — — sanies profluxit[m], atque post hec demone caruit. Abinde autem famulo Domini discedente — — *illum ultimum maximumque conventum.

25. His dictis, alii[f] adsunt nuntii — — officium completorii cecinerunt cubitumque secesserunt.

26. Post hec cum opus apostolis familiare — — rugitibus humiliter canendo: 'Miserere', *inquiens, 'mei Deus secundum magnam misericordiam tuam'.

27. Sed ne cum silentio[n] preterisse penitus videamur[o], ipse est qui ab oppido Traiectensi transvexit Leodii sedem episcopii. Illic primum religionis iecit fundamentum, unam in honore sancti Petri apostoli[4] ordinans ecclesiam et eam pro temporis oportunitate edificiis ceterisque necessariis rebus ordinans. Iura legalia civibus tradidit, mores eorum et vitam discipline freno cohercuit, mensuras et pondera victualium instituit. Multis tandem refertus virtutibus, senectute sancta confectus, migrationem suam ad Dominum intellexit hoc modo.

28. Una autem noctium dum tribulationis magnitudine pressus, in soporem menbra solvisset — — per spatium totius anni sibi prenuntiati.

29. Igitur cum sciret imminere tempus, quo anima eius ergastulo carnis resolvenda foret — — super aram thurificatione acceptabilem Domino prorsus reddidit. Explicitoque officio, ad prandendum se cum sociis suis et discipulis vertit. Ingressus convivii domum, oratione super mensam fusa, epulas benedixit eulogiasque omnibus dedit. Ipse autem ad prandendum quasi — — scilicet citius erumpnis presentis vite[p] exemptus interesse mereretur angelicis civibus. Quadam autem nocte cum eum flagellorum ardor adureret, subito inimica generi humano fraus dyaboli affuit — — ipse consuetudine[q] orationum operi constanter insistebat, sacrumque officium septeno numero dicatum, antequam lux diurna fieret, Domino persolvebat. Iamque se aurora diei sexta feria, paululum decrescentibus furve noctis tenebris[r], roseo representabat[s] splendore[t], cum eius pueri thorum ipsius circumambientes, unaque cum ipsis egregius filius eius Flore-

a) visione *corr.* visioni *A.* b) ti *in linea ante vocem* incorruptum *scriptum erasit A. et transcripsit inter columnas ad lineam antecedentem; in loco raso et in marg. addit* XIII⁰ anno. c) *hanc glossam* Sedem — composuit *prius scriptam esse quam antecedentem apparet.* d) *post* trans *rasura quatuor fere litterarum.* e) *superscr. c.* f) *e corr. c.* g) servientur *c.* h) *sequentia postea alio atramento et calamo fugitivo adiecit A. in inferiore margine.* i) *eodem atramento et eleganti illo litterarum ductu quo additio* Sedem — composuit *exarata est.* k) De *superscr.* i *A.* l) vet'inus *corr.* vet'inis *c.* m) perfl. *c.* n) o *in ras. A.* o) videantur *c.* p) vita *corr.* vite *A.* q) udine *in rasura A.; consueto Vit. Hub.* r) tenebras *corr.* tenebris *man. rec.* s) depres. *corr.* repres. *A.* t) splendoris *corr. man. rec.* splendore.

1) i. e. post obitum s. Lamberti. De tempore translationis (a. 721) cf. Rettberg I, 561; sed vide quae Sigebertum secutus Bucherius disputavit in Disputatione historica de primis Tungrorum episcopis c. VI, ap. Chapeavill. I, 52. 2) Quae litteris minutissimis expressa sunt, ex Anselmo c. 16. et ex Chronico s. Huberti Andaginensis c. 2, SS. VIII, 569, verbis hinc inde mutatis, concinnata sunt. Cf. quae de eisdem rebus infra c. 27. leguntur. In indice capitulorum c. 27. post c. 22. ponitur. 3) s. Lamberti et s. Petri; ecclesia s. Lamberti iam anno 714. memoratur. 4) *in honore s. P. apostoli* ex Vit. Hub. c. 12.

bertus prestolabantur gloriosam ipsius migrationem. Conversus autem — — in locum destinatum[a] sancti ossa advexere (Ioa. vit Hub. 16) presulis. Cum autem prope Leodyum adventarent, plebis *multitudo gradusque omnis ecclesiasticus cum reverendo (ibid. 17) habitu obviam sanctis processere exsequiis, ferentes cruces[b] sanctorumque patrocinia necnon candelabra lumine radiantia, (*p. 127.) sed et aromatha timiamateriis[c] redolentia, psallentesque, ut[d] moris est talibus officiis decantare carmina. Ut autem feretro viri Dei se iunxerunt, dolor intollerabilis canticum cunctis interdixit[e], ita ut a fletu nemo posset temperare, sed conquerebantur de sui pastoris, dolore magistro dictante, intempestiva subtractione. 'O bone', inquiunt, 'pastor, necdum in viri perfectionem animique robur evasimus et iam tui fraudamur presentia?' His et similibus dolori satisfacientes, sanctissima menbra in beati Petri posuere basilicam, quam ipse beatus vir sua construxit munificentia, ibique cereis[f] accensis, pervigilem noctem ducentes, Daviticis canticis operam dantes, usque dum[g] sol iubare suo poli terreque faciem perfunderet, perseveravere[h] psallentes. Post hec autem induunt eum, prout erat solitus indui divino altari assistens, subucula scilicet linea atque planeta. Tanta autem vultui eius inerat pulcritudinis gratia, ut potior atque venustior videretur mortuus, quam olim fuerat vivus. Que cum fierent discipulique eius vultum sibi dudum aptabilem atque amantissimum oculis perlustrarent, internum amorem animi non ferentes, lacrimis testabantur, amicumque dolori[i] luctum assumentes, hec permixta singultibus verba reddebant: 'O columpna et tutamen decusque ecclesie, sed et nostrarum animarum custos egregie, tuam exoptatam atque subtractam sitimus presentiam'. [Cumque[k] missam et que[l] pro defunctis[m] dici solent devote persolvissent[n], sanctum corpus deposuerunt in sarcophago[m] de lapide albo in eadem ecclesia ante altare beati Albini confessoris et episcopi[m] Andegavensis, quem specialiter[m] dilexerat]. Ut autem Divinitas cunctis palam ostenderet, semper apud se vivere quem ab oculis hominum occuluerat terra sub arido cespite, locum sepulcri eius tali dignata est miraculo venustare. Virga namque *super sepulchrum eius (*p. 128) incisa est, quia res ita exigebat, contractior tamen quam utilitas poposcerat, sed postea inventa est duorum palmorum longitudine supercrevisse. Quam nos ob ampliandam Christi gloriam et sancti viri perpetuam memoriam ab eodem loco levatam parieti inseruimus reservandam. Post hec autem ceperunt sancti viri reliquie virtutibus florere, locusque eius (ibid. 18) crebris miraculis enitere. Nam creberrime quidam inter diurnum nocturnumque officium inibi peragentes, sepe confessi sunt, se angelicas voces exaudisse de tumulo; quas, uti humane moris est imbecillitati, audientes, timore nimio perterriti, fuge sese[o] dedere timorisque magnitudinem immutatione[p] loci declinavere. Quod nos audientes, innumeras Deo persolvimus grates, qui tali modo voluit commendare mortem sui presulis, fidentes quod eum alta beatitudine donaverit, quem tanta prerogativa signorum commendabat. [Epytaphium[q]:

Hic iacet Hubertus presul Domini tumulatus.

Obiit[r] autem circa[s] annum Domini 730[1], tercio Kal. Iulii[t, 2], quamvis eius festivitas[u] recolitur 3. Nonas Novembris, quando Karlomannus corpus eius de terra levavit et in altum collocavit. Qui[v] prefuit[w] sedi Tungrensi annis 30[x], quamvis in vita beate Ode virginis legatur prefuisse annis viginti. Floruit sub apostolicis Sergio, Iohanne V, Iohanne VI, Sisinnio, Constantino, Gregorio II; imperantibus Tyberio, Absimaro, Leone expulso, Iustiniano II. cum Tyberio, suo filio, Philippico, Anastasio, Theodosio et Leone]. Anno (ibid 19) autem sexto decimo felicissimi eius excessus[y], sub Karlomanno rege tercio iam anno regni Francorum sceptra regente, editui basilice, qua sancta viri[z] menbra tegebantur, detexere sibimet mandatum fuisse celitus, ut corpus beati viri levaretur. Igitur ad amica Dei sibi subsidia se vertentes, orationi atque ieiunio sese triduo mancipavere, utque voluntatem super hoc negotio Domini nosse possent, ab eo totis nisibus poposcere. Tercio tandem die ieiunii instante, sacerdotes, iunctis sibi aliorum ecclesiasticorum cetibus, basilicam beati Petri adeunt, quo sanctissima viri menbra silicea continebat urna, ferentes in manibus eius vexilla crucis et candelabra, sed et diversa ornamentorum genera. Quo pervenientes, operculum a sarcofago sustulere. Attamen gravitate pavorem cum reverentia indicente, non audebant locum sepulture eius plenius visitare. Putabant *namque more mortalium illud sacratissimum corpus a soliditatis[a] compage seiunctum (*p 129.) et pulveri redditum. Ne tamen, quia tantum opus ceperant, si relinquerent, imperfectionis argui possent, gravitate magistra, leniter quique accesserunt, et introspicientes gloriosum corpus eius nulla detrimenta passum, illesum a dissolutione atque putredine, que mos est mortalium corpora defuncta contrahere, aromatum more senserunt odorifico odore fervere. Caput autem illius oculis[b] perlustrantes, vident vultum eius, quod dictu quoque mirabile est, sudore perfusum et velut noctis opace rosidulis perfusum guttulis, coronam vero capillorum alienam prorsus ab omni lesione cesariemque auctam et prolixitate[c] et pulchritudine. Neque enim senili candore albebat, sed colore et visione sui iuvenis capud[d] repromittebat, ita ut, quanquam de resurrectionis redintegratione veracissime a Salvatore dictum et fideliter a fidelibus constet susceptum: *Capillus de capite vestro non peribit*, tamen et in hoc tempore huius sancti viri corpore videretur impletum. Quod videntes omnes qui unde unde convenerant, gaudio inestimabili corde concepto, ceperunt glorificare Deum, qui mirabilis est in sanctis suis. Quanta *autem ibi signa et prodigia in elevatione corporis (*p 130) eiusdem Dominus ostenderit, liber miraculorum eius declarat, quem hic omittentes, ad hystoriam manum retrahamus.

30. Igitur post sanctum Hugbertum tricesimus primus Leodiensem episcopatum [divina[e] gratia preordinante atque angelo revelante] suscepit sanctus Florebertus [Andegavis[f], que est in Aquitania, natus de stirpe[g] regia]; dictus, ut vulgatum est, iam prescripti antecessoris Hugberti filius[h]. Cui si carnalis ante sumptum religionis habitum pater extitit, nichil de dignitate derogari potest; si ergo spiritualis pater fuit, nil obest, spiritualem filium patri[i] spiritali posse substitui. [Hic[k] primo cum predicto patre monachali habitu (Ans 17.)

a) destinantum *c.* b) crucis *corr.* cruces *A.* c) timiateriis *c.* d) *superscr. A.*; psallentes, que m. e. t. o. decantari *Vit. Hub.* e) interduxit *c.* f) *in rasura A.*; facibus *Vit. Hub.* g) *superscr. A.*; quo *Vit. Hub.* h) perseverare *superscr.* ve *A.* i) *in fine verbi una littera erasa.* k) *haec A. in marg.* l) *superscr. c.* m) fun, ago, i, a *abscisa.* n) persolvisset *c.* o) *post* sese *rasura trium fere litterarum*; credidere *Vit. Hub.* p) immitatione *c.* q) *ita A. in marg. inferiore.* r) *sequentia in marg. infer. postea adiecit A. alio atramento et calamo nimis fugitivo.* s) *ante* circa *loc. ras.* t) *denuo scripsit* obiit beatus Hubertus, *sed rurs. delevit c.* u) festw̃ *c.* v) *in ras. c.* w) *superscr.* enim *c.* x) *post* xxx *rasura duorum fere numerorum.* y) excessu *c.* z) basilice *denuo scriptum del. c.* a) *e corr. c.* b) *in rasura A.* c) prolexitate *c.* d) apud repro *in rasura A.* e) *ita A. in marg.* f) *A. inter columnas.* g) stipe *c.* h) f. H. *corr.* H. f. *c.* i) patris *c.* k) *A. in marg.*

1) Immo a. 727, ut Bucherius rectius demonstravit in Disputatione historica p. 51. 2) 3. Kal. Iunii potius; vide Bucherium l. l.

suscepto, prefuit postea duabus congregationibus[a], silicet beati Petri sanctique Lamberti, ut dicitur, vivens humiliter in virginitate[b] sancta, patre episcopatum Leodiensem amministrante].* Hic pontifex factus, patris vestigia sequens, erat semper Christo subiectus, devotione armatus, pontificio dignus et doctrina munitus, honorem seculi[c] recusans, humilitate precipuus, subditus in suscipiendum, in corrigendum vehemens**. Qui postquam Leodiensem ecclesiam decem[d] et octo circiter annis fideliter gubernasset eamque ampliasset multis bonis, in magna sanctitate requievit in Christo [septimo[e] Kal. Maii, quo tempore agitur obitus beati Ermini abbatis secundi[f] Lobiensis]. Sepultusque est in ecclesia sancti Lamberti, ubi multis signis et miraculis choruscans, post aliquot tempus levatum est corpus eius et in feretro decenter locatur. Floruit autem idem sanctus Florebertus[1] sub apostolicis Gregorio tercio et Zacharia, sub imperatoribus Leone *et Constantino, temporibus Karoli [Martelli[g] filiorumque eius Karlomanni, Pipini et Griphonis. Processu autem temporis, elapsis plus quam 250 annis a transitu eius, ut creditur, a venerabili[h] Nogero episcopo translatum est sacrum corpus eius a loco sue[i] prime translationis et cum sarcophago de marmore Pario, qui est lapis albus, in altari cripte[k] inferioris nove ecclesie beati Lamberti decenter, ut decuit, est relocatum. Sed post multos annos, cum[l] dicta ecclesia post concremationem a fundamentis reedificaretur, et beato Lamberto Leodiensi patrono fieret[m] novum ciborium, exterius argento et auro coopertum, intra quem eius collocaretur feretrum, levatus est beatus Florebertus, et multe diversorum sanctorum reliquie de altaribus confractis sunt collecte. Levata sunt autem[n] temporibus domni Radulfi[2] episcopi]. Post multos vero annos levata sunt [etiam[o]] corpora sanctorum Petri et Audoleci, qui cum beato Lamberto martirizati sunt, et cum corpore beati Floreberti in uno collocata sunt feretro. Quod feretrum in ciborio[p] iuxta corpus beati Lamberti usque in hodiernum diem collocatum est [cum[q] aliis sanctorum pignoribus]. In altera parte corporis beati Lamberti corpus Theodardi episcopi et martiris requiescit cum Maldaberta sancta virgine, que[o] in uno feretro collocantur. Fuit enim hec virgo Maldaberta filia [sancti[r] Vincentii Soniacensis[3] et] sancte Waldetrudis, cuius fuit soror[s] sancta Aldegundis, fundatrix monasterii Malbodiensis[4]. In quo cenobio predicta virgo Maldaberta [post[t] sororem suam beatam Aldedrudem, tercia a beata Aldegunde[u], matertera earundem, abbatissa, opere et exemplo plurimum prefuit, que] defuncta[v] inibi sepulta est. Postmodum vero miraculis clarens, corpus eius a beato Hugberto episcopo, ut dicitur, apud Leodium cum magna gloria translatum est et [postea[o]], ut supra diximus, in

April 25. — *p. 131. — Ans 17. — cf. Sigeb. 651

*) *A. addit postea calamo fugitivo:* Hic cum predicto patre nutritus, creditur fuisse in disciplina Dei sub beato Remaclo Aquitanico in cenobio Stabulensi. Huius beati Remacli exemplis et monitis multi de Aquitania[w] nobiles ac divites postponentes[x] honores temporales, seculum[y] et solum[z] natale relinquentes, in saltu Ardennie avolaverunt et eius magisterio subdiderunt[a]. Legitur enim in quodam libro: Hii[b] Stabulaus inhabitaverunt: Theodardus primus eiusdem loci abbas, antequam fieret episcopus, Remaclus[c] relicto episcopatu, Hadelinus, Lambertus pulsus ab episcopatu eiusque discipulus Hubertus, Florebertus, eius filius, christianus sapientissimus, Papolenus, Anglinus et ceteri multi. Hii monachico habitu induti, scribuntur viventes fuisse[d] senatores celi, et infra curiam terreni conversantes paradisi, sub regulari vivebant disciplina, [de[e]] quorum conversatione esse inter celestia plurimum virtutum[f] [prodebant[e] testimonia].

Vit. Odae 7.

**) 3 *add. in marg.:* Hic[5] enim beatus pontifex corpus sancte Ode vidue de terra elevavit et in altari apud Amanium collocavit.

Postea adiecit A.: Huius igitur sextodecimo anno sui[o] presulatus Carlomannus, filius Karoli Martelli, corpus beati Huberti, eius patris et predecessoris, in ecclesia principis apostolorum Leodiensi[g] de terra iuxta altare sollempniter transtulit. Cuius translatio agitur 3. Kal. Iulii[h], quamvis aliqui dicant[6], factam fuisse tercio Nonas Novembris, quando eius festivitas celebratur.

a) cōgrationibus c. b) virgnitate c. c) *post* seculi *ras. sex fere litterarum.* d) *in ras. c.* e) *A. in marg.* f) *corr. ex* beatus Erminus abbas secundus *c.* g) Martelli — Griphonis *scripsit A. inter lineas, in rasura trium fere vocabulorum et in margine; sequentia postea adiecit in marg. infer. (p. 130) calamo fugitivo et alio atramento.* h) venabili c. i) pr. tr. s. *corr.* s. pr. tr. *c.* k) *e corr. c.* l) os ē *e ras. c.* m) *rasura quinque fere litterarum.* n) a. t. d. R. e. *prorsus fere abscisa supplevi ex Not. Aureaev.* o) *superscr. A.* p) o *in ras. A.* q) *inser. A.* r) *add. A.* s) *inter lineas aliqua addita, sed erasa iam legi non possunt.* t) *add. A. in marg.* u) Aldegude *c.* v) de *in linea post* Maldaberta *scriptum erasit A., ut eo loco* post sororem *etc. adderet, et transcripsit in marg. ante* functa. w) *A. rursus in marg.* x) postponetes *c.* y) *post* seculum *del.* reliquerunt et ad eius mag. *c.* z) ac terram *del. c.* a) subdiderut *c.* b) cum beato Remaclo *del. c.* c) sanctus *corr.* R. *c.* d) f. v. *corr.* v. f. *c.* e) *absc.; supplevi ex Not. Aureaev.* f) c. pl. v. *partim infra abscisa.* g) Leod' *c.* h) *post* Iulii *aliqua erasa.*

1) Vide quae de Floreberto collegerunt Bollandistae AA. SS. April III, 377. 2) Sedit a. 1168-1191. 3) Soignies, a Mons ad septentrionem. 4) Maubeuge ad fl. Sambre. 5) Ex vita Odae c. 7, AA. SS. Oct. X, 140, desumta sunt, sed brevius reddita. 6) Cf. Vit. Hub. c. 19, et adnotationem Aegidii ad c. 29.

prefato ciborio collocatur. In quo et alia[a] multa sanctorum corpora requiescunt[a*], quorum meritis et patrociniis civitas protegitur[b] [eiusque[c] diocesis. Corpus vero sancte[d] Aldedrudis predicte processu[e] temporis cum corpore sancti Ovonis confessoris translatum est in ecclesia beati Bartholomei in Mersce[1] Leod. diocesis a fide dignis].*

5 *) *A. add. in marg. infer. calamo fugitivo:* Tempore beati Floreberti[f] Leodiensis episcopi secundi Karolus princeps[g], Pipini regis pater, qui primus inter omnes Francorum reges ac principes res ecclesiarum ab ea[h] separaverat atque divisit[i], pro hoc solo est eternaliter dampnatus. Anno 742, qui erat annus primus Constantini, hic ex adulterio Pipini et Alpaidis maior domus in regno Francorum et rex obiit, sepultusque est in cenobio Sancti Dionisii in parochia Pari- 10 siensi[2]. Qui reliquit tres filios[3]. — Chron. Reg. Col. 742.

Et pergit: Nam sanctus[k] Rigobertus episcopus Remensis ab ipso[l] Karolo, suo in baptismate filiolo[m], ab episcopatu deponitur, pro eo quod illi contra Raginfredum eunti[n] urbem Remensem pre timore Raginfredi aperire noluit. Beatus quoque Eucherius episcopus Aurelianensis pro simili causa episcopatu privatus[o] et in parochia Tungrensi apud Sarchinium Hasbanie vicum exiliatus, in cenobio Sancti Trudonis consu- 15 matus est. Hic die quadam in oratione positus ad alterum seculum raptus. — Sigeb. 723.

31. Igitur[p] post sanctum Florebertum 32[us] episcopatum suscepit vir venerabilis dumnus[q] Fulcarius, qui floruit tempore Pippini secundi, patris Karoli Magni. Huius temporibus Leodiensis ecclesia adhuc nova fundatione multa acquisivit[4]. Qui et obiit in senectute bona[5]. Prefuit enim Leodiensi ecclesie annis 15[6], temporibus Stephani *pape secundi [et[r] Pauli 20 primi[s], fratris eiusdem], sub imperio Constantini et Leonis imperatorum[t]. — Ans. 18. — *p. 132.

32. Post hunc tricesimus tertius pontifex ordinatur dumnus[u] Agilfridus, vir preclarus et nobilis et in palatio Karoli Magni nominatissimus.* Hic primus vitam sancti Lamberti per quendam clericum suum, Godescaldum nomine, scribi fecit. Eius diebus Romana ecclesia in magna angustia et tribulatione posita pro ablatis[v] civitatibus et aliis malis innumerabilibus a Desiderio Langobardorum rege illatis, Adrianus[w] papa litteras ad 25 Karolum misit, mandans ei, ut sancte Romane ecclesie subveniret. Qui congregans exercitum, Desiderium regem in Papiam obsedit, debellansque per sex menses civitatem fortiter, eam cepit et Desiderium regem nutu Dei comprehendit et sue potestati[x] cunctum regnum Langobardorum subiugavit. Prefatum vero regem et eius coniugem secum in Franciam deportavit et in exilium eos ad supradictum domnum Agilfridum episcopum apud Leodium misit. [Ibique[y] vitam finivit. Sepultus est Aquisgrani ante introitum chori sub magno lapide de 30 marmore Pario in ecclesia regali, quia rex fuerat]. Sub isto Agilfrido ecclesia Leodiensis multa acquisivit, sicut testantur privilegia a rege Karolo sibi collata[7]. Obiit autem circa annum Domini 784[z, 8]. [Floruit[a] sub apostolicis Constantino II, Stephano III[b]]. — Ans. 18. — Sig. vit. Lamb. 28. Lib. pont. — *Ans. 18.

*) *A. in marg.:* A quo in principio assumpti[c] regni constituitur Leodiensis episcopus, silicet anno Domini 769, et per duos annos congregato[c*] conventu principum, idem Karolus celebravit 35 pascha in Leodio vico publico. Anno quoque sequenti idem Karolus celebravit pascha in Francia, villa que dicitur Harstallium; et in sequenti pasca similiter et natale Domini; sequens pasca tertio in eadem villa[9].

33. Tricesimus quartus Leodiensium episcopus ordinatur dumnus[u] Gerbaldus, vir nobilis et honestus, qui prefuit annis circiter 26[d, 10]. Huius diebus Karolus Magnus Colonie super Renum pontes duos 40 construxit et munivit, et in Sclaviam[e] ingressus, eam sibi subiugavit. Obiit autem idem Gerbaldus 15. Kal. Novembris[f]. — Ans. 18. — Sigeb. 780. — Oct. 18.

Catholico more Gerbaldus functus honore,
Ecclesie multa bona contulit intus et extra.

Floruit sub apostolicis Adriano [primo[a]] et Leone [IV.[a]]

45 a) *e corr. c.* a*) reqescunt *c.* b) *desinit scriba* 2. c) *haec add. A. inter lineas et in marg.* d) *bis scripsit c.* e) processus *c.* f) secundi *del. c.* g) pater *del. c.* h) r. ec. a. ea *rursus in marg. A.* i) obiit *del. c.* k) *vocibus* his temporibus *erasis superscr.* N. s. *c.* l) a. i. *superscr. c.* m) *ante* filiolo *parv. loc. ras.* n) ti *abscisum.* o) tus *absc.* p) *incipit in media pagina scriba* 4. q) *sic A. in rasura.* r) *uncis inclusa superscr. A.* s) I. *c.* t) *A. addit:* Temporibus huius beati Fulcarii, silicet anno ab incarnatione, *et iterum delevit.* u) dūs *c.; in marg. A.:* dūn°. 50 v) allatis *c.* w) Anastasius *corr.* Adrianus *A.* x) pati *c,;* potestati *A. in marg.* y) *add. A. in marg.* z) IIII. *in ras. c* a) *add. A.* b) *A. pergit:* Tantas temporibus predictorum pontificum Fulcarii, Agilfridi sancta Dei ecclesia, *et desinit.* c) asumpti *c.* c*) congegato *c.* d) VI. *in ras. c.* e) *corr. ex* Sclavium *c.* f) *A. add. rursus:* Prefuit circiter 26 (xxv. *corr.* xxvi.) annis.

1) Meersen. 2) Cf. Breysig, Jahrbücher des fränk. 55 Reichs p. 103 n. 2. 3) Cf. infra in compendio Aegidii, ubi ex eodem fonte pergitur. 4) Chapeavillius affert diploma a Hlodovico imp., petente Fulchario, ecclesiae Tungrensi concessum, quod tamen spurium esse constat; cf. Sickel, Acta regum et impe- 60 ratorum Karolinorum II, 417. 5) Obiit a. 769. secundum Annales Lobienses, SS. II, 195. 6) Immo 22 annos prefuisse videtur; cf. quae disputavit Rettberg, Kirchengeschichte Deutschlands I, 562. 7) Haec privilegia, si re vera extiterunt, iam deperdita sunt; cf. Sickel II, 373. 8) a. 787. secundum Ann. Lobienses, SS. II, 195. 9) Cf. Ann. Laur. mai. 769—772. 10) Obiit ergo a. 810, quod convenit cum Ann. Lobiens. SS. II, 195; Ann. S. Iac. Leod. SS. XVI, 636; Ann. Leodiens. SS. IV, 13.

34. Post hunc * 35us in episcopum electus est vir venerandus dumnus[a] Walcaudus, filius Adelredi, qui cum imperatore Karolo, patre Ludovici, in expeditione 'profectus in Ytaliam, in quodam certamine ante castrum quod Tycinum dicitur interfectus est.** Anno igitur 4. consecrationis domini Walcaudi, qui ab incarnatione dominica octingentesimus et quartus decimus extitit, vita discessit Karlomagnus et in ecclesia sancte Marie Aquisgrani sepelitur.*** Post quem Lodovicus Pius, filius eius, imperialia sceptra sibi debita post eum feliciter suscepit. Hic princeps cum in regno suo congregationes sanctorum construeret vel constructas ampliaret, multos principes et pontifices civitatum exemplo suo informabat. Eo tempore clerici Andaginensis monasterii, cum iam pene deficerent, utpote in tam[b] vasta et sterili heremo constituti, accepta occasione sibi consulendi, ad Walcaudum Leodiensem episcopum se contulerunt, et quomodo predictum locum eorum divina providentia elegisset, quasque in eo paterentur necessitates, illi retulerunt. Letatus episcopus se invenisse oportunitatem providendi sue saluti[c], si in eodem loco collaboraret voluntati divine, omnimoda intentione id exequendi curam concepit et[d], iuvante Deo, in presentem statum suscitavit. Commutato ordine clericali, anno Domini 817, 4. Idus Augusti, in die sancti Laurentii martyris, cum consilio pape Leonis et Ludovici imperatoris monachorum ibi religionem constituit, dispositis eis possessionibus que sufficerent[e] ibi Deo servientium. Ceperunt igitur undequaque in eundem locum religiositatis cultores confluere, et maxime quidam nobiliores 'clerici de ecclesia beati Lamberti eo convenerunt, mutatoque habitu, ad contemptum mundi se ipsos viriliter accinxerunt. Hii secum deliberato consilio eundem locum adhuc honestius sublimandi, 'adierunt prefatum venerabilem et devotum antistitem Walcaudum, uti beatissimi presulis Huberti[f] ossa eis a loco sepulture eius' permitteret transferre. 'Que res licet pro sui magnitudine nimium difficilius videretur pontifici, consulendum se asserens, 'per triennium fere peticionem eorum distulit. 'Nam eo tempore† collecta episcoporum synodo provintiali†† apud Aquisgranum, Lodovicus Pius imperator interesse voluit ecclesiasticis utilitatibus ibidem disponendis. [Per[g] cuius dispositionem episcoporumque et abbatum aliqua capitula ad usus regularium monacorum addita sunt, et multa sanctarum scripturarum compilatione facta, clericorum et clericalium sanctimonialium regule constitute sunt]. Ubi cum Galcaudus referret consilium de transferendo corpore beati Huberti ad locum Andaginum, divina dispositione predicti principis et tocius synodi inde voluntarium prebuit assensum, indicta ei conditione, ut tanto pontifici convenientem ampliaret honorem et, collectis ibidem fratribus tam presentibus quam futuris, curaret omnem excludere necessitatem. Annuit episcopus sententie eorum. Constituta vero die ad rem exequendam, ipse princeps Leodium venit cum palatina tantum et populari frequentia. Corpus sanctum a pontifice et sacerdotibus elevatur ita incorruptum, quasi eo[h] die sepultum fuisset,††† et cum sarcophago suo marmoreo in navi per Mosam fluvium cum ymnis et laudibus prosecuti sunt usque in Ardenniam in monasterio Andagio. Ubi rex Ludovicus idem textum auro et gemmis preciosum cum multis aliis rebus contulit. Quanta postea et quali sagacitate idem Galcaudus episcopus locum ampliare studuerit, quibus possessionum redditibus de suo vel fratris sui Erohengoldi patrimonio eidem ecclesie contulerit, testantur privilegia a papa Leone et a metropolitano Hildebodo Coloniensi et Ludovico, filio Karoli imperatoris, confirmata, que usque in hodiernum diem eadem ecclesia reservat. Prefuit 'idem episcopus [sanctus[i]] Walcaudus[k] Leodiensi ecclesie annis [18[l]][2]. Obiit [6. Idus Aprilis[m]] sepultusque est prope Andagiensi monasterio in villa que Seranium campum[3] dicitur [in[n] ecclesia sancti Salvatoris, quam dicitur construxisse et conservasse]. Extant[o] autem epistole ipsius [sancti[p] Walcaudi] ad papam Leonem, que propter longitudinem earundem hic inscribere nolumus. [Floruit[q] sub eodem Leone, Stephano, Paschali; sub contentione duorum Quirini subdiaconi et Eugenii archipresbiteri tituli Sancte Sabine].

*) *Hoiensis interpolator addit in marg.:* Temporibus Gerbaldi et Walcaudi Leodiensium pontificum Karolus famosissimus imperator Romanus plurimas a fundamentis construxit ecclesias, quasdam etiam collapsas relevans et dotans[r]. Inter quas in ecclesia Hoiensi 15 canonicos sub abbate instituens, qui permanserunt usque ad tempora Theoduini Leodiensis episcopi[4]. Insuper et comitatum ibidem instituit, qui permansit usque ad tempora Nothgeri Leodiensis episcopi. Quorum ultimus fuit Ansfredus comes; qui moriens sine liberis, eundem comitatum in elemosinam dedit beato Lamberto[5].

**) *A. in marg. calamo fugitivo:* Anno Domini 813. imperator habito[r*] — quere in alio libro.

***) *A. add. in marg.:* Cuius rei nuntium — de alio libro.

†) *A. in marg.:* Anno[s] 816. Lio papa [obiit[t]].

††) *vocem* provintiali *postea delevit A. et superscripsit:* Consentiente[u] papa Paschale.

†††) *A. add. in marg. infer.:* Anno dom. inc. octingentesimo vigesimo quinto, qui erat annus ordinationis domni Walcaldi episcopi 15, regni[v] vero[v] imperatoris Lodovici post mortem sui patris Karoli Magni 12[v], celebrato magno concilio in ecclesia beate Marie Aquisgrani, translate sunt reliquie corporis beati Huberti pridie Kal. Octobris ab ecclesia sancti Petri Leodiensis, videlicet[w] caput ipsius et sarcophagum eius marmoreum de lapide albo in navi per Mosam fluvium cum ymnis et laudibus prosecuti quasi usque in Ardennia apud Andagium in ecclesia beati Petri apostoli. *Et verbis* Ubi idem rex Lodovicus textum *haec cum textu coniungit.*

a) dñs *c.*; *A. in marg.* dumnus. b) ita *corr.* itā *c.* c) salutis *c.* d) id'o *del. c.* e) usibus *ex Chronico supplendum.* f) *superscr. c.* g) *A. in marg.* h) primo *corr.* eo *c.* i) *inser. A., sed man. rec. delevit.* k) Galc. *corr.* Walc. *A.* l) *A. in ras.* m) vi. I. A. *A. in loco vacuo relicto.* n) *add. A. in marg.* o) Extunt *corr.* Extant *A.* p) s. W. *superscr A., sed man. rec.* sancti *delevit.* q) *add. A. inter lineas et inter columnas.* r) dtañs *c.* r*) habto *c.* s) *bis scripsit c.* t) *deest c.; supplevi ex Chron. Reg. Col.* u) *man. rec. delevit.* v) *in ras. c.* w) videlicet — Ardennia *rursus in marg. A.*

1) Mabillon, AA. SS. IV, 1, 295 sqq. 2) Diploma Ludovici imperatoris ipsi Walcaudo concessum eum 19. April. a. 831. adhuc inter vivos fuisse testatur. Vid. Sickel II, 171. 341. Obiit a. 831. secundum Ann. Lobienses, SS. II, 195. 3) Serain. 4) Vide infra lib. III, c. 1. 5) a. 985. Cf. Hirsch, Heinrich II, I, 350.

35. Tricesimus sextus ordinatur episcopus dumnus[a] Pirardus, qui per aliquantos annos functus pontificali dignitate, viam universe carnis ingressus est, anno Domini 840[b.1]. Prefuit Leodiensi ecclesie temporibus Romanorum pontificum Eugenii primi et Valentini et Gregorii quarti.

36. Post dominum Pirardum Leodiensem ecclesiam gubernavit dumnus[a] Hyrcarius episcopus annis 15[c], [sub apostolicis Sergio II, Leone IV, Benedicto III.[d]] Huius anno 9.[2] Ludovicus imperator, filius Karoli, obiit et in ecclesia sancti Arnulphi in urbe Metensi sepultus est. Sed quia gesta eiusdem Hircarii episcopi nostri nondum legi, ad obitum eius transeamus. Obiit enim 3. Kal. Augusti, sub Lothario[3] imperatore, qui, partito regno suo tribus filiis suis, Ludovico Ytaliam cum nomine imperatoris, Lothario Lotharingiam, Karolo Provintiam tradens, ipse vero ordinatis omnibus [seculum[e] reliquit et] in Prumiensi monasterio 16. imperii sui post mortem patris anno, [tonsura[f] et monachico habitu suscepto[g]], monachus efficitur; qui non multo post [eodem[f] anno] obdormivit in Domino [3. Kal.[h] Octobris anno Domini 855. De[4] huius[i] tamen anima inter[k] angelos et demones altercatio facta fuit; angeli[k] siquidem animam monachi, demones imperatoris querebant[k], sed orationibus monachorum[l] fugati[k] sunt demones, qui corpus distrahebant per ecclesiam].

37. Anno igitur Domini octingentesimo quinquagesimo sexto[m.5] post Hyrcarium tricesimus octavus [dumnus[n]] Franco [a[o] cenobio Lobiensi ascitus] substituitur Leodiensis episcopus, qui per annos 48 subditos sibi sapientissime gubernavit.*) Huius [Franconis[p]] tempore legimus, *diram Normannorum gentem cum suis ducibus Godefrido et Rollone[6] et Sigefrido[q] a transmarinis partibus nostros fines irrupisse, et ex Occeano quidem partim in Reni, partim in Mose alveos tantum subito evolasse exercitum, ut, relicto in fluviis navigio, apud Halos iuxta Mosam conscendentes, Traiectum [superius[r], Traiectum inferius], Coloniam, Bonnam, [Tulpiacum[n]], Stabulaus, Malmondarium, Indam, Prumiam, Treveris, Aquisgrani, [Sintrunium[n]], Tungris et Leodium vastaverunt. Insuper et Wallonem Metensem episcopum occiderunt. Et quod abbatia sancti Petri in Leodio a beato Huberto fundata, tunc vastata sit, innuitur ex eo quod monachorum capita, qui ab eis martyrizati sunt, clavis ferreis et capitalibus confixa inventa sunt in pilariis et in cripta eiusdem ecclesie tumulata. Nostris vero diebus per quendam decanum eiusdem ecclesie corpora eorum levata sunt et cum decenti honore iuxta altaria, sicut[s] videntur usque in hodiernum diem, in eadem cripta sunt reposita. Cum etiam itidem[t] Normanni[u] cunctam civitatem vastarent, feretrum beati Lamberti auro et argento et gemmis ornatum infringere volentes, divinitus timore perculsi eum contingere non potuerunt, et sic tristes recedentes, quod tam pulchram fabricaturam auri et argenti ibi reliquissent. Et cum incredibili pedum velocitate utrobique terras percurrerent, cede et incendio cuncta vastantes, cum maxima pecuniarum et spoliorum copia[v] sine sui lesione ad sua navigia redierunt. Eo tempore Turonici[7] auxilio beati Martini de Hastingo[w] triumphaverunt, sed timore Rollonis corpus eiusdem sancti apud Autisiodorum detulerunt. Huius ultionis divine potissimum in Lotharingiensi *imperio causa extitit, quod Lotharius [secundus[n]] rex, legitime coniugis Theoberge spreto consortio, cum Waldrada turpi volutabatur adulterio. Qua de re permotus ulciscendi zelo, Nicholaus Romane sedis antistes, dum rei certitudinem sagaciter investigat, archiepiscopos Gontharium Coloniensem et Thiecaudum Treverensem tanti flagitii deprehendit esse fautores. Quos ipse rex occulte conveniens, in pernitiosissimum sui erroris precipitaverat consensum, ita ut Metis adulterinam convocantes synodum, falsis darent locum accusatoribus, et innocentem reginam purgatione legitima satisfacere cupientem nichilominus improbe dampnarent, et quasi adulteram reputantes, regali thalamo iudicarent indignam. Nec multo post, ut petulantis regis satisfacerent desiderio, quos in una carnis compage divina iunxerat auctoritas, temerario non timent segregare divortio. Sed quid multis immorer? Citantur ad apostolicam presentiam rex mechus cum suis archiepiscopis. Convenitur rex de iniusto legitimi matrimonii divortio; convictus tandem laicam se dicit

*) *A. addit in rasura unius vocabuli et in margine:* Anno Domini octingentesimo quinquagesimo octavo, mense Maio, in vico Leodico, in quo corpus sancti Lamberti episcopi et martiris requiescit, tanta subito pluviarum inundatio effusa est, ut domos et muros lapideos seu quecunque[x] edificia cum hominibus et omnibus quecunque illic invenit usque ad ipsam ecclesiam memorie sancti Lamberti violenta eruptione in Mosam fluvium precipitaverit. Eodem anno Benedictus papa moritur. Nicholaus presentia magis ac favore Lodovici regis et procerum eius quam cleri electione substituitur[8].

a) domnus *corr.* dumnus *A.* b) XL. *A. in rasura.* c) XXV *rad. corr.* XV *c.* d) sub a. — Benedicto III. *post add. scriba inter columnas et includit linea atramento ducta.* e) *add. A.* f) *A. in marg.* g) *ita c.* h) III. K. O. *A. in marg. eodem calami ductu quo antea;* anno — ecclesiam *rursus postea addita.* i) *absc.; supplevi ex Chapeavillio.* k) er, i, *secundum* e, ati *abscisa.* l) *rursus in marg A.* m) LVI. *in rasura A.* n) *superscr. A.* o) *add. A. inter columnas.* p) *superscr. A., sed rec. man. iterum delevit.* q) gefri *in rasura c.* r) *add. A.* s) mona *del. c.* t) idem *corr.* itidem *A.* u) quan *del. c.* v) c. sp. *corr.* sp. c. *c.* w) statingo *c.* x) *ita c.;* quoque *Not. Aureaev.*

1) a. 842. secundum Ann. Lobienses, SS. II, 195. 2) Quo errore pellectus in hunc annum inciderit, nescio. 3) Conveniunt cum Ottone Frisingensi IV, c. 1, SS. XX, 299, qui Reginonis narrationem nonnihil mutavit. Uncis inclusa ex Chron. Regia Col. a. 855. sumta sunt. 4) Eadem verba occurrunt apud Vincentium Bellovacensem XXIV, c. 37. ex 'chronographo' (i. e. Ademar. III, c. 19, SS. IV, 122) desumta. Aegidius ex chronico iam deperdito, de quo in praefatione p. 8 sqq. egi, hausisse videtur. 5) a. 852. secundum Ann. Lobienses, SS. II, 195; a. 854. secundum Ann. Leodienses, SS. IV, 14. 6) *Roll. et Sigefr.* ex Sigeberto a. 882. 7) *Turonici — detulerunt* cum Helinando a. 880. conveniunt, sed brevius reddita. Helinandus sua ex Odonis libello de Reversione Martini a Burgundia (ap. Quercetanum in Bibl. Clun. p. 120) hausit. Cf. praefationem p. 8. 8) Cf. Gest. pontif., Muratori, SS. rer. Ital. III, 252; Sigeb. a. 857.

esse illitteratamque personam et ideo, quod canonum nesciret auctoritatem, tocius cause summam archiepiscopis illis tractandam commisisse, eorum ordinationi et iudicio paruisse et ideo innocentius multo pro suo arbitrio errasse. Igitur ad hanc regis professionem Theoberga coniunx esse legitima iudicatur, Waldrada adulterii rea censetur; archiepiscopi, qui huiusmodi flagitio assensum dederant, *sacerdotali dignitate privantur. Cogente Romano pontifice, legitimis nuptiis deinceps inniti, a rege iureiurando firmatur. Sed mox ab apostolica digressi presentia, uterque statutum prevaricatur, dum rex obstinatus ad scelus adulteram repetit, Gontharius Coloniensis contra vetitum divina celebrare presumit. Quam ob rem anathematis vinculo constrictos ultio divina instanter consequitur, ita ut in sui reditus itinere constituti, priusquam Ytalicam egrederentur provintiam, morte presenti interirent. Sed ut ad nostrum redeamus Franconem: Anno igitur episcopatus sui 41. Normanni iterum Lotharingiam repetentes, circa Leodium cum christianis pugnant et vincunt.* His diebus Sunderoldus Mogontie archiepiscopus a Normannis Wormatie martyrizatur. Sed Franco Leodiensis episcopus, non ferens diutius suos indigenas ab exteris vastari predonibus, tandem pro defensandis ecclesiarum rebus, pro viduarum et orphanorum causis in libertatem vindicandis audacter arma arripuit[a], et hostium catervas militari manu fortiter aggressus, post multorum bellorum assultus novissime cum Dei auxilio viriliter propulit et a barbarica feritate Leodiensium fines eripuit[b]; et quoniam hac cogente necessitate humani sanguinis effusioni interfuit, ab altaris officio sese spontaneus humiliter subtraxit. [Hic[c] etiam Franco episcopus rogatu venerabilis Ave abbatisse bone memorie Hekensis in feretro argenteo et auro decenter ornato corpora sanctarum virginum Reinille et Harlindis translulit e tellure decimo Kal. Aprilis, postquam[d] ecclesiam funditus prostraverat[1] atque eleganti opere ac formosa constructione eam lapidibus restauraverat novam]. Hic amenum ecclesie Leodiensi contulit Iustinum; abbatiam Lobiensem et preposituram Fossensem cum suis appenditiis *acquisivit. Et, ut ab omnipotente pioque patre Deo diligi probaretur, eius flagello postea corripitur. Quippe ante sui obitus diem diutino fatigatus corporis languore, anime, ut credimus, donatur sospitate. Quam multis tribulationibus attritam, celestibus[e] apothecis credimus reconditam, corpore eius in terris detento et in nostra maiori ecclesia quinto Idus Ianuarii[2] tumulato. Floruit sub apostolicis Nicholao[f], Adriano II, Iohanne VIII, [Paulo[g] II, Stephano V, Marino I, Agapito II[h], Adriano IV[i], Basilio[i], Stephano VI, Formoso I, Bonefatio VI, Stephano VII.[k] et Romano I. atque[l] Theodoro]. Circa idem tempus Coloniensis ecclesia per annos septem pastore viduata, post Normannicam ibi factam vastationem et ecclesiarum concremationem[m], Deo tandem facto propitio, Willebertum suscepit rectorem; cuius tempore beati Petri basilica** tam ab ipso, quam ab aliis compluribus episcopis est dedicata. Ibi pridie quam dedicaretur auditi sunt eiulatus demonum a noto se habitaculo propelli conquerentium. Et quia de Normannis hic mentionem fecimus, de eorum origine aliqua in nostra serie scribere curavimus.

*) *A. in marg.:* Alii quoque eorum insulam Reni — quere in alio libro.

**) *A. addit in marg.:* Anno silicet imperii[n] Ludovici secundi 16. Colonie celebrata synodo a tribus Lotaringie metropolitanis, Liutperto[o] Maguntino, Bertulfo Trevirensi, Willeberto predicto Coloniensi.

38. Igitur Normanni origine Dani 886. ab incarnatione Domini anno, duce quodam Rollone nomine, a Sythia inferiori egressi atque per Occeanum vecti, cum sepenumero tam Germaniam quam Galliam, more pyratico per eadem Occeani littora currentes[p], infestassent, tandem egressi, Galliam, que in parte Galliam[q] respicit, invaserunt, civitatemque *in ea Rothomagum occupantes, usque in hanc diem Normanniam de suo[r] nomine vocaverunt. Francis tunc Karolus, qui Simplex dictus est, imperabat. Normanni vero lingua barbara quasi homines septemtrionales dicti sunt, eo quod primum ab illa mundi parte venerunt. Karolus autem rex Francorum, inito[s] cum eis federe, filiam suam Rolloni uxorem dedit eamque terram que nunc Normannia vocatur concessit. Qui scilicet Rollo anno ab incarnatione Domini 912. a Francone Rothomagensi archiepiscopo[t] baptizatus, Robertus nomen accepit, atque exinde gens Normannorum Christo credens fidei subiecta est. Rollo qui Robertus; Willermus Longa spata, filius eius; Richardus, filius eius; Robertus, frater eius; Willermus Nothus, filius eius. Hic Angliam conquisivit. Willermus, filius eius; Henricus, frater eius. Sed his omissis, ad hystorie textum redeamus.*

*) *A. delet punctis suppositis* Sed — redeamus *et addit in marg. inferiore:* Anno dominice incarnationis octingentesimo nonagesimo sexto[3] Arnulfus rex, antequam[n] a Formoso papa Rome in ecclesia sancti Petri unctus imperator et[n] coronatus esset[n], Wormatiam venerat, ibique optimatibus omnibus[n] regni sui sibi occurrentibus, conventum publicum celebravit, in quo omnibus collaudantibus Kindiboldum seu Xenderboldum, filium suum, regno Lotarientium prefecit. Hic Zenderboldus ortatu predicti patris Odonis comitis filiam nomine Odam uxorem duxit. Sed cum quinque[u] annis regnasset, a Lotariensibus in bello[u] perimitur. In qua conspiratione et bello quicunque vulneratus est, aut mortem non evasit aut nunquam sanari potuit. Corpus autem beati regis Ceinderboldi sepelitur in ecclesia Sustrensi[5], quam ipse fundaverat ad honorem Dei, in qua dicitur esse quedam parva vestis pueri Iesu Christi. In dicta ecclesia Suistrensi Leodiensis diocesis iacet corpus beate Amalberge, prime abbatisse[v] dicti cenobii, cuius festum agitur 11. Kal. Decembris. Sub cuius doctrina nutrite fuerunt filie predicti Ceindeboldi regis Benedicta et Cecilia[w], que sucessive post magistram suam prefuerunt, et diversis annis 16. Kal.

a) corripuit *corr.* arripuit *c.* b) L. f. e. fer. *corr.* fer. L. f. e. *c.* c) Hic — transtulit *add. in marg. infer.* 4; e tellure — novam *adiecit A.* d) postquam antequam *c.* e) celestis *c.* f) primo *addit et iterum del. A.* g) *add. A. in marg.* h) A. II. *superscripsit alio atramento A.* i) III. *corr. alio atram.* IIII. *et superscr.* Basilius *A.; correxi.* k) Steph. VII. *superscr. A. eod. atram.* l) I. atque *in ras. c.* m) concrematonem *c.* n) *superscr. c.* o) o *abscisum.* p) cucurrentes *corr.* currentes *c.* q) *sic c.;* Brittaniam *ex R. d. M. corrigendum.* r) dee sue *c.* s) innito *c.* t) a Fr. R. a. *supplet scriba in marg., rubrica includens.* u) *in ras. c.* v) b. A. pr. a. *in ras. c.* w) *e corr. c.*

1) Aeg. haec satis negligenter concinnavit; nam verba *postquam — novam* verbotenus ex vita Herl. et Reinulae (AA. SS. Mart. III, 385) desumta de Ava abbatissa, non de Francone intelligenda sunt. 2) Haec cum libro commemorationum Leodiensi convenit, ex quo Chapeavillius affert: *Quinto Idus Ianuarii commemoratio fratrum nostrorum presbyterorum domini Franconis episcopi, qui dedit nobis duos mansos in Merhein.* 3) a. 895. potius; cf. Dümmler, Ostfränkisches Reich II, 407. Sequentia secundum Reginonem a. 896, 895, 897, SS. I, 606 sq., concinnata sunt. 4) SS. II, 209 sq. 5) Susteren, a Maastricht ad septentrionem.

Septembris in dicta ecclesia sepulte, earundem festivitates celebrantur. Sepulti sunt etiam in eadem duo sancti confessores presules sucessive Traiecti inferioris, qui propter devotionem et sanctitatem sanctimonialium[a] sepe visitantes eundem locum; beati Albrici festivitas 18.[b] Kal. Decembris, sancti quoque Gregorii 10. Kal. Octobris[c] recolitur[c]. Sancta[d] autem Vastradis, mater predicti sancti episcopi Gregorii, corpore quiescit ibidem, cuius festum agitur 12. Kal. Augusti. Predicti sancti et sancte processu temporis translati sunt de terra sub episcopis diversis Leodiensibus[e] et in sarcophagis et feretris[f] deauratis eorum corpora decenter relocata. Beati siquidem Xeindeboldi regis memoria celebratur Idus Augusti. Fertur etiam sancta virgo Relendis filia fuisse dicti regis, que solitariam vitam cupiens, a claustro ad reclusorium in ecclesia sancte Marie de Flemalia[g] se transtulit, in qua miraculis coruscans in dicta ecclesia in Domino feliciter requiescit[h].

39. Igitur tricesimum nonum post Franconem [primo[i] anno patris Iohannis huius nominis IX[1], anno[k] Domini 904[2]], habuimus Stephanum, virum religione et scientia clarum[3], qui prius in Metensi ecclesia beati prothomartyris Stephani canonicus, de ipsius inventione que nunc cantantur responsoria edidit. Vitam quoque sancti Lamberti simpliciter antiquitus editam urbani sermonis facetiis expolivit *simulque responsoria cum antiphonis, que in eius sollempnitate cantamus, composuit. Scripsit etiam ad Robertum Metensem episcopum capitularium librum, in quo capitula, responsoria, versus, collectas per singulas noctis et diei horas per integrum annum distincte congessit. (Ans 20; *p. 141.; Sig. de scr. eccl. 125.)

40. Temporibus pontificatus ipsius [floruit[l] sanctus Gerardus[m, 4], fundator et primus abbas cenobii[n] sancti[o] Petri Broniensis[p, 5], filius Namurcensis comitis[q] de Plictrude, sorore ipsius Stephani[q]. Nam reliquie[r] sancti Leodigarii[q] episcopi et martiris et lapis[s] super quem[q] beatus Dionisius sacrum misterium[q] celebravit in carcere, quando dominus Iesus Christus[t] apparuit eidem dans illi sacramenta[u], in dicto cenobio dicuntur esse translate[q, 6]. Per predictum[p] etiam Gerardum[v]] corpus sancti Eugenii, Tolosane urbis episcopi et martyris, in episcopatu Leodiensi est[w] translatum[7]. Qui beatus Eugenius discipulus apostolorum fuit, et a beato Dionisio ordinatus Tolosane urbis episcopus, passus est martyrium sub Fecennino[x] preside 17. Kal. [Decembris[y]], sub quo et beatus Dyonisius passus est. Igitur cum, ut supra dictum est, idem Gerardus*, vir nobilis[z], pervenisset cum corpore beati Eugenii episcopi et martyris apud Bronium cenobium in parrochia Leodiensi situm, in inicio ignorabatur sanctus martyr Eugenius a circummanentibus fidelibus, quis esset, et ab ipsius parrochie presule, domno scilicet Stephano, episcoporum nobilissimo. Sed is, lecta passione beati Eugenii, gavisus est gaudio magno Stephanus episcopus precepitque continuo ipsius celebrari festivitatem 17. Kal. Novembris in omni sua dyocesi, Loviniacensi[8] pago. Cumque longe lateque fama miraculorum eius[a], que per eum Dominus operabatur, divulgaretur, ceperunt catervatim circummanentes ad memoriam beati Eugenii apud Maloniam[9] *cum oblationibus et luminariis confluere et sancti suffragium queritare. Quod cernens auctor invidie diabolus, virus sue nequitie per multorum corda clericorum in circuitu nequiter diffudit, adeo ut venientes ad dominum Stephanum episcopum dicerent, non esse ratum, ut incognitum in sua dyocesi permitteret venerari sanctum, qui si esset sanctus, nemini illorum erat notum. Qui, ut benivolus erat in Dei servitio, iuxta viri sapientis proverbium: *Corrumpunt mores bonos colloquia mala*, priorem commutavit sententiam, et gaudio quod ante habuerat de adventu magnifici antistitis Eugenii ire permixto, adsensit invidorum consilio, hostis invidi dolo parato. Cum hac itaque voluntate egrediens a Fossensi cenobio, pervenit Maloniam itinere prospero. Illuc cum iam pervenisset sero, invasit illum[b] dolor colli permaximus, adeo ut in unius hore spatio speraret rebus (*p. 142.; I Cor 15, 33)

*) 4 *addit in marg.:* His temporibus [silicet[c] anno Domini 860, anno primo Ludovici[d] secundi[e]] 6. Idus Februarii[10] passus est in Hoyo[d] gloriosissimus comes Maingolidus, qui fuit ex sorore[d] nepos Arnulphi imperatoris. (a. 860.)

Et pergit interpolator Hoiensis: Comitatus[d] itaque Hoyensis provenit ei ex parte Geile uxoris sue, que fuit uxor Guillelmi comitis[d] Hoiensis. Horum filius fuit Liethardus, et alii heredes, qui tenuerunt comitatum istum Hoyensem[f] successive unus[d] post alium usque ad tempora[g] Ansfredi[d] comitis, qui fuit temporibus[d] Nothgeri Leodiensis episcopi[d].

a) sanctimonalium *c.* b) XVIII. — quoque *abscisa.* c) *infra absc.; supplevi ex Not. Aureaev.* d) *pergit in marg. pag.* 141. e) Leod' *c.* f) feretis *c.* g) *hic quaedam inseruit A., sed abscisa.* h) i. D. f. r. *infra abscisa.* i) *add. A. in marg.* k) a. D. DCCCCIIII. *alio atram. A.* l) *in textu vocibus* per quendam virum nobilem nomine Gerardum *interpungendo deletis, add. A. in margine quae uncis inclusimus.* m) us *abscisum.* n) *in ras. c.* o) i s. *absc.* p) *in ras. c.* q) itis, pha, arii, uem, um, ate *abscisa.* r) N. r. *in ras. c.* s) *post* lapis *parv. loc. ras.* t) *absc.; supplevi ex Chap.* u) *post* sacr. *rasura.* v) *pergit* corpus, *ut verba sua cum textu coniungat.* w) est *inser. A. et erasit post* translatum. x) Sisinnio *superscr.* 4; *sed postea deletum.* y) *inser. A. in loco vacuo relicto.* z) nobilis cum *c.* a) *superscr. c.* b) eum *corr.* illum *c.* c) *uncis inclusa postea inser. A.* d) u, Ho, so, i, mi, us, An, em, piscopi *abscisa.* e) *abscisum; supplevi ex Chapeav.* f) com. i. H. *eadem manu postea add.* g) tepora *c.*

1) *octavi* potius. 2) Immo a. 901; Ann. Lob. l. l.; Ann. S. Iac. Leod. SS. XVI, 637; Ann. Laub. et Leod. SS. IV, 16. Anno 903. secundum Sigebertum. 3) *virum — clarum* ex Sigeberto a. 903. 4) De Gerardo cf. Wattenbach, GQ. (ed. 4) I, 310 sq. 5) Brogne, a Namur ad meridiem. 6) De hac translatione disputavit C. Byeus in commentario praevio ad vitam Gerardi, AA. SS. Oct. II, 239. 7) Eugenii translatio legitur in vita Gerardi (Mabillon, AA. SS. ord. Bened. V, 248) c. 15 sqq., sed fusius enarrata et verbis cum Aegidio rarissime tantum convenientibus; quare noster sua ex alia Eugenii vita transcripsisse mihi videtur. Cf. Wattenbach l. l. 8) i. e. Lomacensi (Lommatschgau). 9) Maloigne ad fl. Sambre supra Namurcum. 10) Haec omnia prorsus fabulosa esse, docuit Dümmler, Ostfränkisches Reich II, 358.

humanis excedere. Qua de re festine accito ad se quodam presbytero nomine Eurechingo: 'Videtur', inquit, 'michi, quod hunc ideo patior immanissimum cruciatum, quia cogitavi sanctum Dei noviter in nostra dyocesi delatum, tuis tuorumque sodalium consiliis depravatus, debito honore frustrari. Ob id ergo absque mora duas candelas prepara iuxta longitudinem corporis mei ac latitudinem et defer ante sanctissimi viri glebam, cuius ope et clementia ab hac qua miserabiliter crutior pena spero me recep- 5
*p. 143. turum sanitatis *remedia'. Qui ilico iubentis paruit[a] imperio. De nocte itaque consurgens, stravit equum suum, duas secum ferens candelas, quas igne per quatuor partes accendit, et in solo pavimenti ante almiflui artus Eugenii perfusus lacrimarum ymbre in modum crucis stravit. Cumque fomento ignis videlicet cera ex integro esset consumpta, sospitas episcopo e vestigio[b] est restituta. Comperto itaque[c] Stephanus episcopus, sancti Eugenii martyris meritis sanitatis remedium sibi esse collatum, in crastino 10 unum e suis capellanis ad memoratum destinavit locum, mandans edituo qui vocabatur Anselmus, ut Leodium ad synodum proximo venturam pergeret sanctique secum sepefati passionem ferret atque obtutibus ipsius presentaret. At ille gratanter monitis obtemperavit[d] pontificis, residentique episcopo cum multitudine clericorum[e], recitata est in synodo in auribus eorum eadem passio. Lecta itaque per ordinem eiusdem passionis serie, hac episcopus circumsedentes affatus est oratione: 'Sciat hec sancta synodus, 15 hunc sanctissimum testem Christi atque pontificem in nostro episcopio Christo opitulante noviter delatum magni esse meriti ac honoris. Ideo noveritis cuncti, quia cupimus eum tota mentis intentione venerari, ut apud Regem supernorum civium intercessor existat pro nostrarum excessibus culparum'. Accersito
*p. 144. deinde Flodino *decano, precepit ei: per omnem decaniam cure sue commissam eius ex nomine sancti Eugenii martyris atque pontificis Christi iuberet sollempnitatem celebrari et neque ipse nec ullus aliquis 20 decanorum, qui post eum venturus esset, Soniacam episcopis Leodiensibus debitam ab eodem loco ubi
Ans. 20. ipsius sancti corpus quiescit accipere presumeret. Eo tempore idem ipse Stephanus episcopus responsoriorum de Trinitate auctor fuit, sicut sequens declarat epistola ab eius successore Richario episcopo dictata, cuius iste textus est:

ibid. 21. 41. *Omnibus sanctam Trinitatem confitentibus, Patrem et Filium et Spiritum sanctum — — sub die* 16. *Kalendarum*[f] *Decembrium.* Nunc ad propositum redeamus. Prefuit idem Stephanus episcopus ecclesie Leodiensi annis 18, eo tempore quo Romanam ecclesiam rexerunt, sibi invicem succedendo Iohanne IX, Benedicto IV, Leone V, Christoforo[g], [Sergio[h] III, Anastasio III, Landone I. et Iohanne X]. Obiit 14. Kal. Iunii[1] sepultusque est sub altare sancte Trinitatis, in cripta scilicet sancti Lamberti, regnante Conrardo Romanorum imperatore huius nominis primo. 30
Chr. Reg. Col. 920. Sigeb. 921. [Quo defuncto[i], anno dominice incarnationis 920. Henricus primus, genere Saxo, filius Ottonis ducis, 80. loco ab Agusto, imperavit annis fere[k] 18. Hoc tempore clarebat inter nobiles Lotaringie sanctus Wibertus, qui Gemblacense
ibid. 948. cenobium fundavit, cuius[l] primus abbas Herluinus extitit, in sui patrimonii hereditate ad honorem
ibid. 921. beati Petri apostolorum principis in parochia Tungrensi[2]. Qui divitiis, nobilitate et potentia clarus
ibid. 962. cingulum mundane militie deponens, cingulo sancte[m] religionis in monagico[m*] habitu se accinxit in[n] ecclesia Gorgiensi 35 Metensis diocesis]

Ans. 22. Sigeb. 921. 42. Igitur post hunc venerabilem virum, Stephanum videlicet, prefatus ille Richarius, vir catholicus et abbas Pruiensis [et[o] Stabulensis], a rege Francorum Karolo Simplice electus, per auctoritatem pape Iohannis huius nominis decimi Rome ordinatur Leodiensis episcopus quadragesimus, repudiato Hilduino, qui, pecunia data duci Gilleberto Bullonienai, ambiebat ad episcopatum Leodiensem, sed repudiatus[p] recessit a partibus nostris. 40
Ans. 21. Hic igitur Richarius erexit altare ante corpus sancti Lamberti in honore sancte Trinitatis, sicut testatur
ibid. 22. epistola, quam superius scripsit de cantu sancte Trinitatis. Idem ipse episcopus monasterium sancti Petri apostoli in Leodio[q] ad pedem Publici montis[3] situm, a Normannis destructum tempore Franconis episcopi, ut supra diximus[4], reparavit in ecclesiam, quam edificiis et officinis amplia-
Mai. 29. tam, in [Maio[r] die beati Maximini episcopi consecravit, sed[s] Obertus Leodiensis episcopus 45
*p. 146. postea eam in] Kal. Octobris dedicavit, et [*ipse[t] dominus Richarius] 30. canonicos illic constituit; ad quorum usum prediorum et reddituum sufficienti eam dote ditavit. Rexit autem idem Richardus Leodiensem ecclesiam annis 24 et ultra, sub apostolicis Leone VI, Stephano VII, Iohanne XI, Leone VII, Stephano VIII; sub Francorum regibus Karolo Simplice et Ludovico, filio eius. Obiit decimo Kal. Augusti[5] sepultusque est in ecclesia sancti Petri[6], quam reedificaverat, [in[u] 50 cripta ecclesie ante sepulcra monachorum, sed processu temporis per revelationem cuiusdam venerabilis sacerdotis se transferri[v] iussit ante altare beati Petri apostoli] in sinistra parte cancelli. Anno Domini 945.[7] [a[w] seculo migravit].

a) imp. p. *corr.* p. i. *c.* d) vestigia *c.* c) sanctus *del. c.* d) obtemperabat monitis *corr.* obtemperavit *c.* e) epil *corr.* cler. *c.* f) novem *corr.* Dec. *c.* g) I. *superscr. man. rec., qui sequentia uncis inclusa delevit.* h) *add. A.* 55 *in marg.* i) *add. A. inter lineas et in marg. infer (pag.* 144). k) XVIII. fere *corr. ut editum.* l) cuius — extitit *rursus in marg. ead. man.* m) *bis scripsit, sed delev. c.* m*) *ita c.* n) in — diocesis *eadem manu postea addita.* o) *superscr. A.* p) repro *corr.* repudiatus *c.* q) in L. *supplet scriba in marg.* r) *add. A. in marg.* s) d *abscisum.* t) *haec A. in marg.* u) *haec add. A. in marg.* v) transferi *c.* w) *add. A.*

1) Idem dies notatur in necrologiis Lambertiani collegii; vid. Foullon, Hist. Leod. I, 162. 2) Cf. Vit. Wicberti c. 4, SS. VIII, 509. 3) Publemont. 4) Vide supra II, c. 37. 5) Hunc diem confirmant tabulae mortuales Lambertiani collegii, vid. Foullon, l. l. I, 167. 6) Idem tradit Folcuinus in Gest. abb. 60 Lobiensium c. 19, SS. IV, 63. 7) Convenit cum Ann Lob. SS. II, 210; Ann. S. Iac. Leod. SS. XVI, 637; Ann. Leod. SS. IV, 16.

43. Huic successit amor plebis, tremor Hugo potentum;
Clarus avis, clarus studiis, recreator egentum.

Hic in ordine cathalogi 41. episcopus extitit et prefuit Leodiensi ecclesie annis duobus et circa menses sex[1], eo tempore Romanam ecclesiam Marino papa regente [et[a] Agapito]. Obiit [3.[b] Idus Aprilis[2]] anno dominice incarnationis 947, Ottone, filio Henrici, imperante in Allemannia.

44. Quadragesimus secundus post Hugonem Leodiensium episcopus subrogatus est Farabertus, vir religiosus, cum esset abbas de monasterio Prumiensi. Temporibus ipsius bellum fuit super Mosam inter Conrardum ducem et Raginerum comitem Haynonensium. Eo anno mortuo Wicfrido Coloniensium archiepiscopo, episcopatum suscepit vir gloriosus Bruno, frater Ottonis imperatoris. Qui quantus qualisve fuerit apud Deum et homines, lector discat in vita ipsius, quam Rogerus luculenter descripsit. His diebus obiit predictus Farabertus Leodiensis episcopus 5. Kal. Septembris[3.*], anno Domini 953, cum *prefuisset annis sex. Floruit sub papa Agapito, qui et Benedictus dictus est; sub regibus Ottone Allemannorum et Ludovico Francorum, Karoli Simplicis filio.

*) 4 *addit in marg.:* 3. Nonas Aprilis.

45. Post hunc extitit Ratherius ex nostris partibus oriundus. Primo Lobiensis cenobii monachus, vir nimie simplicitatis, sed experientia liberalium artium nominatus, cum Hilduino, qui Leodiensem episcopatum olim ambierat, in Ytaliam ad regem Hugonem profectus, Verone episcopus ab Hugone constituitur. Quinto vero anno ordinationis ipsius Arnoldus dux Baioariorum in Ytaliam contra Hugonem veniens, a Veronensibus, hortatu Ratherii episcopi et Milonis comitis, suscipitur. Qui Arnoldus cum Hugone confligens[c] vincitur, sicque Ratherius episcopus a rege Hugone episcopatu pulsus, quia Baioariis faverat, Papie exiliatur. Ubi etiam scripsit librum, in quo faceta satis urbanitate deplorat erumpnas suas, multa sue cause interserens que possunt legentibus placere et prodesse. Eo tempore Ytaliam vexabat heresis Andropomorphitarum, id est corpoream formam Deum habere dicentium, contra quam idem Ratherius episcopus Veronensium verbis et scriptis reclamabat. Reversus vero in partibus nostris, idem Ratherius in verbis et scriptis clarus habebatur. Interea Faraberto Leodientium episcopo mortuo, Ratherius bis ab episcopatu Veronentium depulsus, per Brunonem Coloniensem archiepiscopum anno Domini nongentesimo quinquagesimo tertio[d.4] ordinatur Leodientium episcopus quadragesimus tertius Hic dum in mores hominum tam scriptis quam verbis mordaciter nimis inveheretur[e] et nec potenti nec humili penitus deferret, indultis[f] ei quamtuliscumque episcopii redditibus, a sede propellitur, [anno[g] Domini nongentesimo quinquagesimo quinto] Qui apud Lobiense[h] cenobium, ubi monachus fuerat, recessit; ubi serviens Domino, 19.[5] ab expulsione sua[i] anno vitam finivit, [silicet[k] anno Domini 974, qui erat annus tertius episcopatus domini Nogeri Leodiensis episcopi]. Eius nonnulla apud nos habentur opuscula multo sale condita, quibus auditorum conscientias mordacissimo solet aculeo stimulare. Hic posteaquam[l] pulsus est a sede Leodiensi, scripsit librum quem attitulavit Frenesim. Scripsit et librum quem pretitulavit Inefficax, ut sibi visum est, garritus. Hic etiam scripsit vitam sancti Wrsmari Lobiensis[m] episcopi. Scripsit librum de corpore et sanguine Domini et de predestinatione Dei. Scripsit et librum egregium sermonum[n]. Rexit autem Leodiensem ecclesiam fere tribus annis sub papa Benedicto, qui et Agapitus dictus est; sub Ottone imperatore; sub Francorum regibus Ludovico et Lothario, filio eius.

46. Quadragesimo quarto loco Baldricus huius nominis primus, annitente avunculo suo Raginero comite Montense, Leodiensium substituitur episcopus. Hic circiter tribus annis prefuit[6]; qui et obiit 15. Kal. Novembris[7], Romanam ecclesiam Iohanne XII. papa regente illis diebus. Obiit et Gerardus[o], fundator Broniensis cenobii, eo[p] tempore.

47. Baldrico post paucos annos defuncto, Eraclius, *Cisalpine Verone, que alio nomine Bonna vocatur, prepositus, quadragesimus quintus episcopus substituitur. Hic claro Saxonum sanguine oriundus apud Coloniam Agripinam ad litterarum dispositus rudimenta, tantam postmodum in divinis eque et humanis assecutus est scientiam, ut summis par esse phylosophis censeretur. Hic cum eleganti morum probitate nobilitaretur, litterarum etiam floreret scientia, scolas per claustra stabilivit. [Totamque[q] Leodiensem ecclesiam, immo totam provintiam nullis hactenus studiis illustratam ad studium coaptavit, peritos clericos collegit eosque magistros instituens, sua ope liberaliter pavit]. Scholas[r] ipse vicissim non indignum duxit frequentare — — donec multos ex rudibus tam spiritualibus quam secularibus disciplinis exercita-

a) *add. A.; man. rec. iterum delevit.* b) *add. A.* c) conflingens *c.* d) LIIII *corr.* LIII *A.* e) inbueretur *corr.* inveretur *c.; correxi.* f) indutis *corr.* indultis *c.* g) *add. A. in marg.* h) Leob. *corr.* Lob. *c.* i) *e corr. c.* k) *haec add. A. in marg.* l) quam *e ras. c.* m) e. L. *corr.* L. e. *c.* n) Scripsit — sermonum *scriba supplet in marg.* o) erar *e ras. c.* p) e. t. *post add. scriba.* q) *add.* 5 *in marg.* r) *in rasura A.*

1) Cum Aegidio convenit Albricus, SS. XXIII, 764, qui ex eodem fonte hausisse videtur: *Apud Leodium iuxta cartam Gemblacensem Hugo fuit episcopus per annos 2 et dimidium.* Sed Hugonem iam initio anni 947. obiisse — ut etiam Aegidius infra testatur — nec plus quam 1½ annum sedi Leodiensi praefuisse, satis constat. Cf. Ann. Lob. et Ann. Leod. (ut supra p. 52 n. 7); Folcuini Gest. abb Lob. c. 64, SS. IV, 64; Köpke und Dümmler, Kaiser Otto der Grosse p. 65 et 145. 2) Liber ecclesiae Leodiensis, ex quo leguntur commemorationes fratrum et omnium fidelium defunctorum, ponit commemorationem Hugonis 9. Kal. Febr. CHAPEAV. Hoc confirmat Foullon, Hist. Leod. I, 169. 3) Hoc confirmant necrologia Lambertiani collegii, Foullon, l. l. I, 169. Annus convenit cum Ann. Lob. et Ann. Leod. 4) *quarto* apud Sigeb., sed *tertio* postea correxit secundum Ann. Leod. Ex eodem fonte infra annum obitus in marg. adnotavit. Cf praef. p. 6. 5) Immo 29. 6) Quatuor potius annis, nam praefuit a. 955—959; cf. Ann. Lob. et Ann. Leod. 7) Immo 12. Kal. Mai. secundum lib. mort. Leod., cui maior fides est; cf. Foullon I, 180.

Rup. chr. 1. Ans. 24. tissimos[a] redderet. [Si[b] quando autem pro re communi longius iret, non deerant cum quibus in itinere de scripturis tractaret. Unde Ottoni imperatori ac Brunoni Coloniensi archiepiscopo ita carus fuisse perhibetur, ut nulla rerum maiorum exercerent negocia, nisi in illius presentia, nisi eius essent[c] consilio astipulata]. Et quia paulo ante mentio incidit Calabrie, quiddam quod illic eo presente contigit non pigeat memorare. Imperator Otto cum exercitu per agros late diffuso — — reddere vindictam. Et ut de multis sibi illatis iniuriis aliquam referamus: cum cives Leodienses aliquando malitiose domum eius irrupissent et rubeos vini Wormacensis rivos a monte beati Martini usque in Mosam decurrere fecissent, ipse patientie virtute repressus malefactores illos inultos abire permisit.

Mirac. Mart. 48. His diebus[1] occulto Dei iudicio idem Eraclius episcopus morbo qui Lupus vulgo dicitur miserabiliter laborabat. Patiebatur autem in natibus. Erat igitur videre miseriam. Tam graviter enim vis valitudinis grassabatur, ut mirum in modum carnes viri lupino more consumeret, corroderet, devoraret, solumque solatium non quidem spes evadende egritudinis, sed saltem dilatio mortis erat, quod cotidie duo pulli gallinarum eplumes et eviscerati mane duoque vespere vice carnium viri consumendi[d] morbo acsi lupine rabiei opponebantur. Nec sic cessabat consumptio carnium eius. Invisceratus enim morbus, etsi aliquando extrinsecus pascebatur, intrinsecam tamen materiam familiarius consumebat. Quid plura? Desperantibus medicis, cura omni inutiliter frustraque *consumpta, episcopus acsi moriturus ab humana salute penitus destituitur. Sed ut ait Dominus: *Que impossibilia[e] sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.* Audiens autem idem episcopus, quod post beati Martini ab Autisiodoro reversionem sive post corporis eius depositionem ob ipsius merita longe lateque propalanda creberrimas Dominus ad eiusdem venerabile sepulchrum virtutes operari dignatur: quod spiritu sibi[f] intimante sentiens episcopus et de Martini suffragio spem velut contra spem concipiens[g], ad ipsum ex toto corde convertitur, presumens per eum posse fieri, quod ars humana non poterat. Voto itaque se obligat, Martini sepulchrum se visitaturum, ab eo fideliter se petiturum, quam post Deum ab ipso sibi dari sanitatem solummodo presumebat. Nec mora, pium votum pia voluntas exequitur. Adiunctis igitur sibi honestissimis comitibus, et preparatis habunde que necessaria erant, iter aggreditur, summopere procurans, ut ad festum sancti pontificis quod imminebat occurreret. Quod et factum est, nec latere potuit vel egrotantis sublimitas vel tante sublimitatis infirmitas. Quanto enim quis eminentior, tanto eius infortunia latius divulgantur. Quippe fama fortune comes, quam illa subruit, hec diffamat. Intererat igitur moribundus episcopus episcopi Martini vivis laudibus et festivis. Sed, ut dicitur, ei posito in luctu musica erat importuna narratio. Vincebat devotione mesticiam nec umquam nocturnis vigiliis abesse patiebatur. Multa canonicorum circa eum compassio mira benivolentia erat. *Ipse ante sanctum tumulum insomnis pronusque pernoctabat, quia nonnisi pronus, vigente incommodo, valebat subsistere. Continuatis itaque septem diebus sollempnitatis, clerus et populus more debito letabantur, iste vero non diebus, non noctibus a lacrimis et oratione cessabat. Septima demum nocte oratione continua et doloris fatigatus acerbitate, ut erat ante sanctum tumulum prostratus, paululum obdormivit, cum ecce signipotens Martinus pontificali decoratus infula ei visus est astitisse. Quem ut patrem filius, ut discipulus preceptorem sanctus Brictius sequebatur, et ipse tamen episcopaliter redimitus. Ad quem ita Martinus: 'Quid, frater Brictii? Iustumne tibi videtur, ut eger hic optatam recipiat sanitatem, qui tam devotus ex tam longinquis partibus ad nostrum venit tumulum, tam suppliciter, tam perseveranter nostram opem expetiit'? Et Brictius: 'Domine', inquit, 'si placet vestre pietati, bonum est, ut iste pristinam recipiat sanitatem, presertim homo nostri ordinis, et cuius vita ordinem non deturpat'. Tunc igitur Martinus conversus ad egrum et familiare sibi nomen crucis ore sacro depromens ipsamque crucem manu super eum depingens: 'Frater', inquit, 'sanat te dominus Iesus Christus. Surge ergo sanus, et vocatis clericis meis. innotesce illis, quod precibus meis adeptus sis sospitatem. Dices etiam eis ex precepto meo, quatinus te huius ecclesie mee canonicum faciant. In testimonium autem glorie Christi et tue sanitatis precipio, ut missam maiorem hodie cantes, quo populus universus, qui tuam insanabilem noverat egritudinem, viso te sospite in misse celebratione, et Deum glorificent *et de nostra intercessione fiducialius presumant'. His dictis, morbi locum baculi pastoralis cuspide visus est tetigisse. Ad cuius tactum et visio disparuit et somnus recessit. Excitus episcopus experientie causa loco vulneris manum apponit. At ministri eius, qui propter[h] excubabant, timentes tactu pruriginem irritare, prohibebant eum. Quibus ille: 'Nolite', inquit, 'timere! Domnus enim Martinus me sanitati reddidit'. Quibus sciscitantibus, ne forte per somnum loqueretur: 'Accendite', inquit, 'lucernas, venite et videte locum ubi fuerat morbus'. Illi dicto citius, nam more impaciens desiderium est, accensis luminaribus, preeuntem sequuntur inque capitulum ecclesie substiterunt. Tunc vero resolvunt fascias, quibus ut mos est alligabatur, pullosque, quos sero morbo velut insaciabili belue obiecerant, intactos reperiunt, carnem subcrevisse reliqua in nullo humiliorem[i] inveniunt, nec ab ea differre, preter quod lineola quedam rubicunda vice cicatricis alterutram dividebat. Quid moror? Clamor mirantium simul et gaudentium ad astra sustolitur, canonici, qui matutinos ymnos pro sollempni more decantabant,

(Marginal notes: *p. 152. — Luc. 1, 37. — cf. Eccl. 22, 6. — *p. 153. — *p. 154.)

a) exertissimos *c.* b) *add.* 5 *in marg.* c) esse *c* d) consumendo *corr.* consumendi *c.* e) impossibia *c.* f) *bis scripsit c.* g) con *A. in rasura.* h) *ita c.* i) meliorem *corr.* humiliorem *c.*

1) In libro ecclesiae s. Martini, qui Novus liber inscribitur, fol. 67. miraculum hoc legitur iisdem prope verbis, quibus ab Aegidio hic depingitur. CHAPEAV. Hoc miraculum et iter Turonicum Evracli Anselmus et Reinerus, qui minuta quaedam Evracli in vita eius persequuntur, ne verbo quidem attingunt. Nota etiam, quod narratio non plane cum libello concordat, quem utpote ab ipso Evraclo de hoc miraculo conscriptum Aegidius paullo infra operi suo inseruit. Sed etiam hunc libellum supposititium esse, docuit Foullon I, 188.

exciti vocibus accurrunt, remque dignam satis miraculo oculis comprobantes, neminem sanctorum signorum efficatia comparabilem Martino protestabantur. Pulsantur igitur signa; *Te Deum laudamus* alacriter decantatur. Mane dato, conventus clericorum in capitulum convocatur. Iussione Martini accepta, episcopum sanatum canonicum faciunt, qui et eodem die, ut sibi sanctus iusserat, dominicam missam 5 clero populisque astantibus celebravit. Quibus[a] *rite perfectis, letus et incolumis remeavit ad propria. *p. 155 Sed non ingratus vel sancti beneficio vel canonicorum eius obsequio, ipsi sancto vestes sericas pretiosas vasaque aurea et argentea, quibus hodieque Deo et sancto inibi ministratur, transmisit; singulis canonicis singula donaria destinavit. Neque hoc ei satis visum est. Processu siquidem temporis apud Leodium in descensu Publici montis ecclesiam in honore beati Martini construxit, quam tantis redditibus cumulavit, 10 ut 30 canonici in ea Deo et sanctissimo Martino deservientes habundantissimis sumptibus sustentarentur. Monstratur adhuc retro altare sancti Martini[1] in eadem ecclesia apud Leodium istud miraculum in muro depictum, qualiter prefatum episcopum beatus Martinus sanavit.

Et ut hoc miraculum firmius crederetur, cartam manu propria idem episcopus scripsit, breviter tangens beneficia curatoris sui, quam hic inserere curavimus, et de secunda visione quam vidit.

15 'In nomine sancte et individue Trinitatis. Anno secundo post reditum beati Martini ab exilio[2], videlicet a civitate Autisiodoro, providentia Dei et auxilio Ingelgerii Castinensis comitis, Hugonis incliti Burgondie ducis consanguinei, cura pervigili, mira sollicitudine, et armatorum copiosa multitudine, in quo prius venerabatur loco honorifice et decenter relocati, ego Eraclius, Dei patientia Leodiensis ecclesie humilis episcopus, auditis miraculorum virtutibus, que per Dei gratiam et beati Martini meritum incessanter ibi fiebant, 20 morbo qui Lupus dicitur graviter attritus et fere ad mortem deductus, sub spe recuperande sanitatis astrictus voto, cum clericis et militibus Turonum quantocius veni devotus. Cumque in ecclesia gloriosissimi confessoris predicti die noctuque cum effusione lacrimarum et gemitibus, vigiliis, ieiuniis, orationibus instarem Deique misericordiam et ipsius suffragium exorarem, nocte *septima beatus Martinus cum sancto *p. 156. Brictio michi pre lassitudine quasi in extasi posito apparuit seque sequenti sic ait: "Frater Bricti, quid 25 tibi videtur de fratre nostro Leodiensi episcopo, qui de remotis huc venit partibus Deique auxilium et nostrum tam devote requirit"? Sanctus Brictius sibi loquenti sic respondit: "Piissime domine, si placet Deo et tue benignitati, bonum est ut curetur, cum sit multe sanctitatis et nostri ordinis, cuius vita ordinem non deturpat". Ilico propius accedens et locum morbi cuspide baculi sui tangens, sic ait: "Frater Eracli, dominus noster Iesus Christus sanat te et incolumitati restituit sua pietate. Igitur hylaris, sanus et incolumis 30 fratribus nostris canonicis manifestam Dei virtutem revela et ex parte ipsius et nostra precipe, ut cum devoto populo laudes immensas suo Salvatori referant et te in canonicum iure perpetuo recipiant. Tu vero hodie ad laudem Dei magnam missam celebrabis, ut, qui te prius viderant quasi addictum morti, fiducialius sperent de subventione sui patroni". Hoc facto et hiis dictis, a conspectu meo disparuit. Erant ambo episcopalibus indumentis redimiti. Surrexi letus. Clerici mei et milites cum famulis accersiti 35 advenerunt totusque canonicorum venerabilis conventus. Morbi locus, quem patiebar in natibus, non est inventus; tamen in signum cicatricis quedam lineola rubea apparens remansit. De tam glorioso et evidenti miraculo *Te Deum laudamus* decantatur a clero, et voces devoti populi cum laudibus extolluntur in excelso. Mane facto, canonici convenientes in capitulo, me in fratrem et canonicum receperunt unanimi voluntate et desiderio. Magne misse hora adveniente, secundum preceptum beati Martini divina cele- 40 bravi. Collatis ecclesie donariis quam plurimis et etiam fratribus, ad propria gaudens et sanus remeavi. Postmodum procedente parvo tempore, non immemor tanti beneficii a Deo et beato Martino michi collati, ad laudem Dei et honorem curatoris mei in civitate Leodiensi in monte Publico ecclesiam *fundavi, con- *p. 157. struxi de proprio, dicavi et opulentissime dotavi. In qua 30 canonicis ordinatis cum servientibus et personis et secundum consuetudinem Turonensis ecclesie in legendo et cantando et aliis ecclesiasticis 45 moribus instructis, sicut quotquot annis consueveram, cum multa devotione Turonim accessi, et sicut gratia Dei preeunte feceram, fratribus meis manifestum fieri duxi. Et dum in quadam nocte dominica pernoctarem et Dei clementiam invocarem, iterum beatus Martinus cum beatis Brictio et Eustachio michi in visione apparuit, dicens: "Dic fratribus tuis, ut canonicos, quos ad serviendum Deo et michi ordinasti Leodii, sub pie conditionis forma iure perhempni in suam recipiant fraternitatem et omnes successores tuos 50 in episcopatu Leodiensi. Mutue fraternitatis hec sit eis forma: Cum potuerint et tempus congruum affuerit, se mutuo visitabunt, in choro stallum habebunt et cotidianum recipient stipendium". Quod devotissime, sanctissime et celebriter factum est, et decimo anno reversionis beati Martini auctoritate Dei omnipotentis celebratum et confirmatum est et sub anathemate interdictum, ne quis negligere aut violare presumat, quod auctoritas divina et beati Martini voluntas instituit et corroborat. Preterea additum est, 55 quatinus nomina defunctorum alterutrum referrentur cum sollempnitate ob redemptionem peccatorum, et cum pulsabulis fratrum divina celebrentur'.

a) *hic incipit scriba 5, qui uno folio exciso quattuor folia inseruit. In his ad ea, quae iam in folio exciso legebantur, alia addidit, quae postea, opere paene absoluto, in manus auctoris venerunt, i. e. libellus Evracli, excerpta ex Translatione Evermari et ex Ruperti Chronico S. Laurentii Leodiensis.*

60 1) Nulla quod sciam miraculi illius apparent in parietibus vestigia. CHAPEAV. Hodie eadem pictura cernitur in altaris pallio. FOULLON. 2) Error falsificatoris luce clarior. Nam revectio s. Martini ab Autisiodoro ad Turonenses a. 887. facta est, i. e. septuaginta annos ante tempus Evracli, qui sedit a. 959—971; cf. Odonis de reversione Martini a Burgundia tractatum c. 10. (edid. Quercetanus, Bibl. Cluniac. p. 120).

Idem episcopus alteram ecclesiam in honore sancti Pauli in insula miraculose Leodii construxit usque ad fenestras, in qua 30 canonicos deputavit. Fertur enim orasse ad Dominum, ut eiusdem basilice construende sibi longitudinem et latitudinem ostendere dignaretur. Mane autem facto, cum universa circumquaque loca nix operuisset, future ecclesie locum omnino non tetigit. Ipse etiam inter cetera disciplinarum instituta constituit, ut in adventu Domini et a septuagesima usque in pascha[a] clerus pulla veste, nigris *scilicet cappis, amiciatur, eo quod niger color penitentie et afflictioni magis quam albus conveniat. Ipse primus incepit ecclesiam sancti Laurentii et primum altare in honore sancti Syxti dedicavit[1], sed morte preventus eandem ecclesiam non perfecit.

Per idem tempus cum venerabilis Eraclius in cultu et propagatione sanctorum devotus esset, erat in villa, que iam extirpata silva nomen retinuerat Ruthis, ecclesia[b] sancti Martini honori et nomini dedicata. In hac quidam Ruscelinus sacerdotali officio deserviens, probata vita totum in se ostendebat sacerdotem, vigiliis et orationibus Deo serviens. Quem angelus Domini dormientem verbis alloquens, hac legatione et obedientia constrinxit, ut ad episcopum Eraclium vadens ex parte Dei, ut sanctum martyrem Evermarum de sinu terre efferret, cuius spiritum ab hora martyrii celum possidebat, de sepulchro quoque eum exponeret et ecclesie filium matri ecclesie de tenebris ad lucem in oculis hominum reduceret. Decere hoc dignitatis privilegium suum pontificale officium, ut cum pluribus sanctorum miraculis, que in diversis partibus habet seculum, per ipsum episcopum a Deo provisum addatur adhuc istius sancti oraculum, preterisse Deum multos antecessores eius episcopos, quos non dignatus est talia revelasse, sciretque hoc ipsi a Domino in laude et honore reservasse, ut per eum in periculis suis haberet mundus huius sancti Evermari presidium. Hac visione sacerdos experrectus, vanis sompniis se illusum credidit. Propter hoc incredulus visionis, quod viderat et audierat omnimodo non approbavit et ideo Eraclio episcopo mandatum a parte Dei per angelum directum non annuntiavit. Primam visionem suppressit, donec eidem subsequentis anni nocte angelus dormienti secundo apparuit, mandatumque suum non esse impletum conqueritur, et ut episcopo visionem aperiat, auribus eius instantius inculcat. Preterea minatur verbera, si detrectet[c] implere quod precipit. In prima visione angelum blande alloquentem *et mandata divina ad episcopum dantem sprevit. In secunda vero comminando precipientem contempsit. In tercii anni recursione eadem nocte, qua due visiones precesserant, tercia visio convenit sacerdotem, in qua apparuit eidem angelus asperior vultu, verbis comminatior, iudicio severior, in contemptum sui manu flagellavit contemptorem, eo quod dixit, visionem hanc non veritatem esse, sed mendatium. Flagellatus igitur sacerdos, et corpus plagis desectum proponit in testimonium tribunalibus magne potestatis se astitisse, quamvis in cubili suo visus fuerit corpore decubasse. Victus ergo doloribus, venit ad episcopum Eraclium et narravit ei quod tercio viderat et audierat. Cumque hiis perpaucis verbis episcopo enarrasset, episcopus, gratulabundus de promissa sibi et suo tempore reservata sancti martyris revelatione, surgit cum officialibus suis, ad locum accedit, procumbit, adorat, lacrimando supplicat et populo quid amplius sancto martyri debeat demonstrat suo exemplo. Hanc episcopi devotionem emulatur populus et animatur ad sancti martyris venerationem ob fragrantiam[d], que ex odore sancti corporis procedebat. Aperto sepulchro ab episcopo, pars clipei, qua tempore humationis sancti martyris venator miseratus eum obtexerat, removetur et e tumulo extrahitur, cum altera subiecta corpori clipei in ecclesiam sancti Martini in Ruthis ab episcopo devehitur. Tunc episcopus ipsi martyri se fideliter et suppliciter committit et supplicationem suam ad Dominum iniungit, quam ipse per se ferre solum non posse plangebat. Commendat ei regendum clerum; orat donari eis doctrinam meritis et precibus ipsius martyris, quam non suscipiebant sua locutione et predicatione. Hiis et omnibus aliis a populo et clero suam exhortationem negligentibus et omnibus qui peccatis et criminibus erant oppressi, episcopus oratione sua sanctum Evermarum *intercessorem et patronum conducit.

49. Ad hunc Eraclium Leo quidam episcopus ex nobilissimis Grecorum profugus venit, qui pulsus a sede sua idcirco fuerat, quod incusaretur Ottoni secundo, dum idem imperator adversum Grecos haberet castra, prodidisse Calabriam. Quem humane exceptum predictus antistes in cenobio sancti Laurentii manere statuit, necnon de bonis que venerabilis Eraclius delegaverat cum suis habere stipendia. Qui tempore incolatus sui sobrie et pie et iuste vivens, expectabat beatam spem et adventum glorie magni Dei. A quo postmodum gloriose ab exilio mundi eductus est, et in ecclesia sancti Laurentii ante altare sancti Gereonis sepulturam accepit, non iam hospes et advena, sed civis sanctorum et tuus, o sancte Laurenti, domesticus.

Postquam igitur memoratus episcopus Eraclius, ut supra diximus, sancti Pauli sanctique Martini in Leodiensi civitate construxit ecclesias et copiose ditavit, iam emeritus senior, iam termino vite sue proximo, iterum refloruit, ut et beato Laurentio devotionem suam offerret, immo per ipsum Deo, cui Laurentius sacrificium mundum in odorem suavitatis oblatus est. Itaque in honore ipsius cultor Trinitatis tercii fundamenta iecit monasterii. Fuerat autem locus ipse infamis, scilicet latronum suspendio et malignorum hominum cede pollutus. Sed forte sapienti viro tanto ad hoc opus fuit idem locus aptior, quanto Calvarie illi, in qua dominus noster Ihesus Christus, sanctus sanctorum, crucifixus est, videbatur similior. Refert etiam non vana vetustas, hunc locum illum fuisse, ubi interfectores sancti Lamberti, cum peracto scelere redirent, dignissima sibi diviserunt spolia, mortem scilicet mutuis sibimet vulneribus inferentes suasque tam animas quam corpora diabolo, cui militaverant, debita cum rabie sacrificantes. *Sed quis nisi non recte sapiens, situ loci et oportunitate oblata, talia reformidaret, cum dominus Ihesus, ut iam dictum est, in opprobrio Calvarie verum ipse templum et templi Deus penderit[e]; nosque omnes, quondam vasa ire forti armato per fortiorem Christum direpta, facti sumus templa Dei? Itaque quia secundum ius belli licet a iusto[f] tolli quicquid victori placuerit, hic quoque in habundantia peccati ut superhabundaret gratia, ecclesia Dei fundata et signa victoris sunt fixa. Cepto itaque opere, mox ut aliquantulum a fundamento surrexere parietes, memorabilis episcopus quasi sponsus voti festinus, qui puellam necdum nubilem longe ante subarrat[f], quibusdam prediis, que adhuc possidet, nascentem ecclesiolam quasi prima dote dotavit; nondum maius altare, quod erat beati Laurentii, sed interim iuxta hoc minus dedicans in honore beati Syxti pape et martyris. Nec multo post gaudium huius desponsionis tristicia, pro dolor! operuit, per mortem venerandi episcopi, domino vinee vocante operarium suum ad recipiendum eterne vite denarium. Relicta est ergo imperfecta ecclesia, dotata quidem tenuiter, sed, ut dictum, imperfecta, inornata, nullorum solatio filiorum. Dum ergo vir Domini Eraclius suum adesse exitum, molestia corporis ingravescente, cognosceret, monumentum sibi fieri precepit in ecclesia beati Pauli apostoli. Sed eo[h] quo defungi debuerat beatus Paulus ei per visum astitit, nec sue esse voluntatis, ut quisquam in sua ecclesia, quamlibet iustus et sanctus, iaceret, indicavit. Iuberet ergo sepulchrum claudi, et ipse illi aperiret celestis ianuam

a) *denuo exhibet* ut *c.* b) e. in honore *c.* c) detractet *c.* d) fraglantiam *c.* e) pependerit *c.* f) victo *ex Ruperto corrigendum.* g) subararat *c.* h) die *ex Ruperto supplendum.*

1) *altare — dedicavit* ex Rein. Vit. Evracli c. 10. 2) AA. SS. Boll. Mai. I, 126 sqq.

regni. Hiis visis, amicos suos vocari iussit et quod ei ostensum erat revelavit. Consentientibus illis, in ecclesia beati Martini, quam ipse construxerat, sepeliri se iussit. Quod et factum est.

Eraclius denique, pius pater familias et scriba doctus in regno celorum, anno dominice incarnationis nongentesimo septuagesimo primo[a], 6. Kalendas Novembris, anno pontificatus sui 12, presidente sedi apostolice [decimo tertio[b]] Iohanne, a beato Petro centesimo tricesimo quarto[c], Ottonis primi anno tam regni quam imperii tricesimo quarto[d], digito Dei scriptus est in vita in Iherusalem. Cuius venerabile corpus digno exequiarum cultu sepultum est in ecclesia beati Martini [in[e] medio chori canonichorum, sed tempore domini Hugonis secundi[f] episcopi[1] a decano eiusdem ecclesie Raberto nomine translatum et in sarcophago marmoreo] iuxta maius altare [est[g] repositum], in choro utique illorum aggregatus, de quibus ad Danielem dictum est: *Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, et qui ad iusticiam erudiunt multos, erunt quasi stelle in perpetuas eternitates.*

50. Substitutus est Eraclio quadragesimus sextus beatus Notgerus [a[e] sancto Gerone Coloniensi archipresule sacratus[2]], genere quidem Alemannus, sed omni morum elegantia insignitus. Ipse igitur in Suevia natus[3], nobilitatem[h] generis scientia et moribus illustravit, ut a primis puericie annis mutatione dextere Excelsi a bonis in melius, a meliori in optima ascenderit. A litterali ergo scientia morum quoque ornamenta accepit, et in utraque disciplina laudabiliter promotus, de scolis ad palatium transferri meruit. Ibi inter prudentes et bonos viros, qui eo tempore soli regalibus obsequiis aderant, consilii *et[i] operationis virtute claruit, adeo ut honestatis *p. 163 sue prerogativa[k] de palatio ad regimen[l] Leodiensis ecclesie votis et peticione cleri et populi et favore[m] principis transierit. Tunc demum tamquam competentem materiam in qua virtus clarissimi viri operaretur adeptus, spem de se habitam ad rem perduxit. [Nam[g]] adhuc eo tempore civitas Leodiensis parva erat, irruptioni violentorum patens et castri adiacentis Capremontis[4] frequentibus iniuriis [ut[g] supra diximus[5]] subiacens. Cognoscens ergo se vocatum non ad dignitatem tantum, sed in opus ministerii sibi crediti, ad destruendum et eradicandum, ad plantandum et edificandum[l], mala civitati incombentia intus et extra destruxit et ne resurgerent evulsit. Globum enim obdurationis eorum, qui adversus dominum suum Leodiensem episcopum, dominum Evraclium, se conflaverant, iudiciaria virtute contrivit et eos penali discipline usque ad dignam[n] correptionem subiecit. Ipse etiam Leodienses[6] incolas a mortifero castri Montis Caprini iugo tam potenter quam et sapienter eripuit. Quod quantum prefatis tocius provintie incolis iugiter potuerit extitisse infestum, naturalis ipsius loci situs et menium ac turrium domorumque sublimium ruine patenter ostendunt. Cuius castri traditionem[o] et subversionis ordinem quicumque nosse[o*] desiderat, sicut a maioribus eum accepimus, referre non omittemus. Erat quippe accessu tam difficile tantaque murorum munitione firmatum, ut ad nullos prorsus pavere posset assultus, nullius obsidionis timeret[p] incursus. Contigit autem ordinatione divina, dominum ac possessorem eius ex nobilissima coniuge sexus *masculini prolem suscipere. Infantulo igitur recenter nato, *p. 164. considerans pater nullam circum se potioris dignitatis inveniri personam, a quo suscipere posset puer baptismi gratiam, Leodiensem conveniens episcopum precatur obnixe, quatinus coniugem suam in hac infirmitate dignetur invisere et filium sibi natum sacro fonti inmergere. Cui peticioni hylari vultu annuens episcopus, diem constituit, quo cum multa religiosi cleri contione egram visitaret et sollempni admodum fastu puerulum baptizaret. Qua sponsione gratanter accepta, miles[q] ad propria regreditur et prefixam ab episcopo diem letus prestolatur. Erat autem in seculo dives et prepotens et nobilissima Francorum cretus propagine. Cernens igitur sapiens antistes dampnorum et calamitatum innumerabilium querelis sub hac occasione posse finem dari, congregato[r] silenter militari cetu non modico, quid mente concepisset, secreto eis pandit consilio. Hortatur eos secum subire negotium, Dei affuturum promittit auxilium, maximum se eis collaturum, si perseverent, pollicetur donativum. Postea de omnibus agendis ab eo sufficienter instruuntur et paucis diebus cum eo detinentur. Et nota, quam prudenter diem prefixerit, quo veniens puerum baptizaret, quem tamen, ne prepediretur opus salutis, expectare noluit. Timebat enim, ne die statuto miles prefatus Leodii occurreret, et dolus laudabilis inmature ei quoquo modo innotesceret. Die igitur postero illucescente, loricis et gladiis milites iubet armari[s] et habitu clericali desuper indui, galeas occulte *sub cappis clericalibus portari, laicalem comam pilleis laneis celari. His ita gestis, clero *p. 165. illo precedente, subsequens episcopus egreditur ab urbe, et canonico more incedentes cum iam castro propinquarent, nuntiatur episcopus illuc venire, tocius fere cleri sui stipatus agmine. Occurrit statim miles cum omni populo suo, episcopus devote suscipitur et cum suo comitatu castrum illud introducitur. Sed ut compendiose loquar, priusquam residerent, mutato repente fortune casu, ad edictum presulis abicitur habitus clericalis, mutatur in militem clerus ille mirabilis[t], parent in loricis qui tetris prius latebant sub cappis. Muniuntur capita galeis, et celeri volatu circumquaque dispersi, domos subruunt, ecclesias destruunt, menia excelsa absque ullo contradictore precipitant et subvertunt. [Erant[u,7] in eodem castello Capreemontis[v] tres ecclesie, in quarum una in honorem beate[v] Marie 12 presbyteri erant deputati. Quorum decimas et redditus prebendales[v] post oppidi excidium ad ecclesiam beate Marie[v] Aquisgrani transtulit, et quot

a) *denuo superscr.* DCCCCLXXI. *c.* b) *add. A. in marg.* c) *denuo superscr.* CXXXIV. *c.* d) *superscr.* XXXIV. *c.* e) *haec add. A. in marg.* f) H. s. *e corr. rursus in marg. c.* g) *superscr. A.* h) nobilitate *c.* i) *desinit* 5; *pergit rursus* 4. k) prerogatam *c.* l) *e corr. c.* m) favori *c.* n) condignam *corr.* dignam *c.* o) traditonem *c.* o*) nosce *c.* p) timebat *corr.* timeret *c.* q) recepta *denuo scriptum del. c.* r) congregata *c.* s) ararmari *c.* t) militaris *corr.* mirabilis *c.* u) Erant — superaddidit *adiecit* 2 *in marg., rubra linea circumducta; sequentia add. A.* v) tis, *primum* e, es, a *absc.*

1) Sedit a. 1200–1230. 2) 23. April. a. 971. apud Bonnam secundum Ann. Lob. SS. II, 211. 3) Praepositus erat S. Galli, cf. Ann. Hildesh. a. 1008. 4) Chèvremont. 5) Nusquam antea de hac re agitur. 6) Sequens fabulosa de Capremontis occupatione narratio nonnisi in secunda Anselmi recensione (cod. Leod. 187) legitur; cf. quae disputavi N. Archiv IV. 7) *Erant — superaddidit* ex Anselmo c. 25. sumta sunt, quamquam in secunda Anselmi recensione, quam Aeg. adhibuit, non inveniuntur. Sed Aeg. haec non ex Anselmo, sed ex alio auctore sumsisse videtur, qui primam eius recensionem excerpsit.

Rup. chr. 5. — Rein. vit. Evr. 12 — Ans. 25 — ib.d. 25. — cf. Ans. 25.

cf. Ans. 25. clerici[a] prius ibi habebantur[b], tot in eadem ecclesia[a] superaddidit. Secunda in honore beati Iohannis apostoli et ewangeliste, que nec igne nec alio modo[a] potuit deleri, donec beatus[c] episcopus[c] voto optinuit[a], quod aliam ei[c] in sua civitate[a] edificaret, in qua clericos Deo canonice[a] servientes constitueret. Eratque ibi oratorium[a] beati martiris Dionisii[d]. Et alia ecclesia erat in pede montis ad honorem sanctorum Cossme et Damiani[a], iuxta quam fertur beatus Monulfus[e], dum descenderet[c] de castro Capreemontis[a], vidisse[f] signum crucis ad instar[h] ignis[a] rutilantis de terra usque ad celum elevari. Et dum ipse a circumstantibus[a] quereret locum visionis, et nomen defuit[a] ei, quod erat nemus suum Leodicum[a, c] nuncupatum[c] a fluviolo Legia[a], qui per medium fluit, et statim spiritu prophetico subiunxit: 'Legia locus[a], quem Dominus elegit ad salutem multorum fidelium et postmodum per merita cuiusdam servi sui summis[a] civitatibus equabit'. Tunc beatus Monulfus[a] desendit[h] ad predictum locum et ibidem oratorium[i] ad honorem sanctorum Cosme et Damiani martirum, pro eo quod dictam visionem iuxta eorum ecclesiam viderat, construxit et dedicavit cum domo episcopali. Et[k] ex tunc populi ceperunt locum inhabitare et Villam Publicam nominare a vicino monte, qui Mons Publicus est appellatus a nomine cuiusdam Asiulfi viri; nam[a] in[l] latere eiusdem montis secus ripam Mose fluminis quondam sibi delectabilem habitationem preparavit tempore[m] Agusti. Iuxta quam est wallis que dicitur Puteus inferni. Dicuntur etiam[n] ab incolis
Ans 25 fulgura et tempestates de eodem[a] loco ascendere]. Et, ut cuncta brevi sermone concludam, tanto destruendi fervore bachati sunt, ut ne parvissime quidem domuncule tugurium relinquerent nec a loco[o] discederent, donec ad purum cuncta demolirentur. Patrato tandem pro voto negotio, ut erant in habitu militari, ad urbem sunt regressi, multis sanctorum pignoribus secum ablatis et in ecclesia Leodicensi venerabiliter ac decentissime locatis.

[Unde versus[p]:

Legia ditatur per me, Capremons spoliatur.
Hic ruit, hec surgit; manet hec, nec ille resurgit].

51. His diebus malis destructis et evulsis, ad plantationem et edificationem bonorum Nothgerus noster se accinxit. Monasterium beati Lamberti patroni nostri, cuius vita venerabilis, mors preciosa, qui causa et pena martyr in sanguine suo locum civitatis nostre cultui
p. 166 divino consecravit, longe in melius quam fuerat immutavit. Ecclesia enim, quam beatus Hubertus edificaverat, infirmitate minoris operis et vetustate incombentis temporis ad lapsum declinaverat. Hac diruta, templum[q] 60 canonicorum iuxta magnificentiam dilatati cordis sui, secundum amplitudinem et sublimitatem operis que cernitur, in caput et protectionem[r] civitatis et patrie protegende exaltavit, ornamentis ditioribus decoravit, claustra ac domorum vel officinarum edificia renovavit et ecclesiam parrochialem beate Marie templo adiacentem et palatium domus episcopalis simul cum templo a fundamentis, multiplicatis operariis et magnificatis impensis, ut in miraculum fides narrantium[s] excrescat, eodem tempore usque ad perfectionem consurgere fecit. Columpne veteris templi cum basibus et capitellis suis ante faciem templi modernioris in porticu, que ducit in forum rerum venalium, disposite indicium[t] preteriti ex statu presentis edificii, comparationem prioris et posterioris templi querentibus offerre possunt. Et quia distributiones gratiarum ad ampliandam et exornandam civitatem tamquam bono dispensatori a Deo ei collate fuerant, non cessavit manus eius vel ecclesias in quibus non erant locis edificare vel inchoatas consummare vel consummatas bonis augere et in bonis conservare. Siquidem ecclesia beati Martini in bonis retinendis, que ei dominus Evraclius contulerat, laborabat; in tempore
*p. 167 enim illo[k] tercius Otto ea tamquam domino Evraclio prestita *in fiscum regium, eo defuncto, revocare ceperat. Pontifex et opifex Nogerus preclaris meritis suis serenavit principem et prestita in dati et rati convertit habitationem et claustrum exterius eiusdem ecclesie sancti Martini, inciso colle Publici Montis triplici vallo et muro, cum propugnaculis et turribus sublimibus communivit et eandem muri et turrium munitionem circa ambitum civitatis sua longitudine et latitudine, sicut adhuc hodie videtur, perduxit. Ecclesiam sancti Pauli a fenestris in supra consummavit, et bonis adiectis, ubi 20 tantum erant canonici, 30 perfecit.

Ans 26 52. Et quia vero dici solet proverbio, quod preteritorum malorum experientia futurorum debeat esse cautela, multis contrariis eventibus eruditus vir idem preclarus, studebat in providendo subditorum saluti semper cautus existere in his que possent scandali materiam generare. Unde cum quidam vir nobilis, armis prepotens et divitiis prepollens, locum

a) eri, esia, odo, p, e, ni, atori, *primum* i, tis, nis, tibus, e, o, a, s, is, ul, am, em *absc.* b) hebantur *c.* c) *in ras. c.* d) constitueret — Dionisii *postea adiecit A.* e) *superscr.* xxII. *c.* f) vidit *c.* g) instrar *c.* h) *ita c.* i) oratorīum *c.* k) *superscr. c.* l) a nom. — in *e ras. c.* m) tempore — ascendere *postea addidit A.* n) *rursus in marg. A.* o) domo *corr.* loco *c.* p) *add. A. in marg. infer.* q) templi *c.* r) *corr. ex* propectionem *c.* s) narratuū *c.* t) iud. *c.*

satis firmum, civitati non solum contiguum, sed et supereminentem, ab eo petisset, ut illic mansionem sibi facere debuisset, intelligens vir sagacis ingenii versutias cordis eius dolosi, quod videlicet hoc non ad urbis, ut promittebat, defentionem, sed ad tocius provintie peteret pernitiem, non ei prorsus assensit, sed per Robertum maioris ecclesie prepositum, procuratorem suum, etiam absens ad honorem victoriosissime crucis Christi ecclesiam in ipso loco construxit, quam etiam claustro et congruis pro loco officinis ordinavit et agris eam decimisque cum redditibus aliis multis, unde 15 fratribus illic* Deo servientibus victualium necessaria provenirent, ditavit. In qua idem Robertus prepositus [6. Idus[a] Martii[b] in navi ecclesie ante altare beate Helene[c] sub crucifixo] sepulturam postea accepit[d].

53. Sed et aliam, Nithardo maioris ecclesie custode[e] administrante, in honore beati martyris Dyonisii condidit ecclesiam; in qua primum quidem delegati sunt canonici, procedente vero tempore decem additis, in tricenarium profecerunt numerum. [Hanc[f] ergo ecclesiam dictus Nitardus decimis et agriculturis tam per se, quam per suos fratres, Iohannem videlicet et Godescalcum, beneficiavit. Qui postquam de hoc seculo migraverunt, Nitardus in chori medio[g], Iohannes in ecclesia ante crucifixum[h] et Godescalcus ibidem retro[h] altare sancte Gertrudis sepeliri[h] meruerunt; in qua expectant suorum corporum[h] resurrectionem[i]]. Deinde terciam ecclesiam in honore beati Iohannis euangeliste in insula Leodii ex suis sumptibus cum officinis a fundamentis[1] usque ad consummationem condidit, possessionibus ampliavit, palliis et tapetibus et cortinis, vasis, candelabris et aliis utensilibus ad cultum templi pertinentibus exornavit et in cotidiano mynisterio 30 in ea canonicos ad clericalis officii executionem, proviso eis temporali solatio, diligenter et benigne instituit et preciosis reliquiis insignium martyrum, mento[k] scilicet cum faucibus beati Vincentii levite et martyris et sanctorum Fabiani et Sebastiani, in defensionem loci et locatorum per gratiam Dei communivit. Nam hanc ecclesiam propter dilectionem apostoli a Christo amplius dilecti et a christianis amplius diligendi in editiori loco insule ex directo ante faciem constituit ecclesie sancti Lamberti, que principaliter consecrata est ad titulum semper virginis Marie, ut filius deputatus virgini a Christo summo testamento in cruce matris sue semper profectum habeat divina constitutione, et custos virginis custodiatur a virgine. Mosam fluvium, qui extra civitatem fluebat, civitati introduxit et eum circa claustrum sancti Pauli sanctique Iohannis ad radices montis, in quo ecclesia sancti Martini et sancte Crucis et sancti Petri sita est, inter claustrum* sancti Iohannis sanctique Lamberti, ut fluminis impetus letificet civitatem Dei, per medium civitatis in communes usus fluere fecit. Vix aliquid magni aut preclari operis est in civitate nostra, quod ipse non fecerit aut perfecerit, ut magis fecisse civitatem quam coluisse videatur. Unde in preconium laudis sibi debite paucis multa de ipso comprehensa sunt hoc metro:

Legia, lege ligans cum prelatis sibi leges,
Nogerum Christo, Nogero cetera debes.

Nec solum in civitate vel ex civitate magnificum se exhibuit, sed extra civitatem Fossensem ecclesiam condidit, et muro eidem ecclesie circumducto, et turribus in defensionem muri constitutis, intus religione et foris eam communivit valida castri complexione. Tuinum castrum[2] fecit et communivit in defentionem marchie episcopalis et protectionem Lobiensis ecclesie. In qua etiam abbatem constituit[3], quia visum est ei, quod episcopalis sollicitudo, que debebatur pluribus, non satis expedita esset ad vacandum monachis in cotidianis oportunitatibus. In armario eiusdem ecclesie, quod numero et merito librorum valde autenticum est, inter multa preclara beneficia, que omnibus in commune providisse scriptis autenticis proditur, in clericos liberalissimus legitur. Et sane non solum in civitate, sed etiam in oppidis[l] et castellis, in vicis quoque, ubi dignitas vel oportunitas loci ampliorem divinitatis cultum exposcebat, singulari quodam favore clericos constituit. Monachis quoque religioni sue pacem debitam et laboribus consolationem ita diligenter providit, ut Gembla-

Ans. 26 · *p. 168. · ibid. 27. · ibid. 27. · *p. 169. · cf. Ps. 45, 5

a) vI. I. M. *superscr. A.*; in navi — crucifixo *ead. manu postea in marg.* b) *e corr. c.* c) b H. *e ras. c.* d) a. p. *corr.* p. a. *c.* e) preposito *corr.* custode *A.*; preposito *Ans.* f) *A. in marg.* g) *post* medio *loc. vac. rel. duorum fere vocabulorum.* h) *primum* c, *primum* r, r, co *absc.* i) resurrextionem *c.* k) mentum *c.* l) oppidos *corr.* oppidis *c.*

1) Cf. Ruperti Chr. S. Laur. Leod. c. 7, SS VIII, 264. 2) Thuin ad fl. Sambre. 3) Cf. Gesta abb. Lobiensium c. 1, SS. XXI, 308: *Ex quo enim Franco de abbate Lobiensi in episcopum Tungrensem vel Leodiensem promotus, a rege Arnulpho abbatiam episcopatui suo obtinuit, sub episcopis usque ad Evracrum succedentibus res nostrae per prepositos et decanos, quoscunque episcopi ordinassent, agebantur. Per Nothgerum . . . et a prefato Iohanne papa confirmatum est, ut, sicut ab initio usque ad Franconem, ita deinceps abbatem habere deberemus, sic tamen ut potestatem, quam in ipsa ecclesia usque ad Arnulphum regem reges habuerant, Leodienses episcopi regali concessione sibi retinerent, videlicet abbatem, quem congregatio libere sibi elegisset, ipsum preficerent, advocatum quoque secundum eligentium votum ecclesiae constituerent.* Cf. Ann. Laub. a. 972, SS. IV, 15; Stumpf, Reichskanzler 601.

censis ecclesia eum in patrem et dominum[a] preelegerit, melius sibi iudicans Leodiensi eccle- *p. 170. sie subiacere propter accommodatum presidium, quam ad regiam celsitudinem interpellandam, que maioribus debetur negotiis, se supra se extendere. Itaque merito beati Nogeri et auctoritate imperiali Gemblacensis ecclesia vel abbatia Leodiensi cessit ecclesie[1]. Et cum tot et tanta egerit in patria, ut non inmerito pater diceretur patrie, non semper tamen totus cessit Leodiensi ecclesie: prerogativa bone fidei et meritorum, constitutione principum curia fecit eum patronum puerilis etatis Ottonis imperatoris[2]. Cuius studio et diligentia quam supra etatem suam puer ille profecerit; quomodo Alpes cum exercitu superaverit; quantum Cremonenses multitudine civium et magnitudine opum adversus imperium erectos humiliaverit[2]; quomodo civitatem eorum contriverit, ut in signum dilectionis milium in ea sparserit; quomodo totam Ytaliam cursu 16 annorum sibi subiecerit; quam gloriose in Urbe dyademate[b] imperii coronatus fuerit; quomodo quos armis ad se timendum subegerat clementia ad se amandum sublevabat, et disposito pacificis legibus trans Alpes Romano orbe, quam gloriosus victor ad Renum redierit et digna imperatore gesserit, Aquensem ecclesiam exornaverit: si huius narrationis hystoriam melioribus debitam scriptoribus secundum suum ordinem ingredi auderemus, plus esset opere proposito, quod hac digressione insereremus.

Rup chr. 9. [Temporibus[c.3] eius siccitas magna vernalis, unde et satio primitiva impedita et fames ingens secuta est. Fertur enim etiam precibus eius annonam pluisse de celo in Hasbanio; alii etiam pisciculos parvos[d] de celo pluisse ferebant. Postea nix de celo nimia decidit, ymber etiam continuus, qui autumpnalem sationem[e] denegaret omnino. Episcopus vero Nothgerus, indicto communi ieiunio, periculum imminens reppulit. Terre motus quoque factus est permaximus, cometesque apparuit splendidissimus. Nono decimo Kalendas[d] Ianuarii circa horam nonam, fisso celo, quasi facula ardens cum longo tractu instar fulguris illapsa est terris tanto splendore, ut non modo qui in agris erant set etiam in tectis[e*], irrupto lumine, ferirentur. Qua celi fissura sensim evanascente, interim visa est figura quasi serpentis, capite quidem crescente, cum ceruleis pedibus. Que pericula oratione viri Dei sunt adnichilata. Illo tempore quidam religiosus ab Iherosolimis rediens in Siciliam, reclusi cuiusdam humanitate aliquandiu recreatus, didicit ab eo inter cetera, quod in illa vicinia[f] essent loca eructantia flammarum incendia, que loca vocantur ab incolis olle Vulcani. In quibus anime reproborum luant diversa pro meritorum qualitate supplicia, ad ea exequenda deputatis ibi demonibus; quorum se crebro voces, iras et terrores, sepe etiam ululatus audisse dicebat plangentium, quod anime dampnatorum eriperentur de manibus eorum per elemosinas et preces fidelium et hoc tempore magis per orationes Cluniacensium orantium indefesse pro defunctorum requie. Hoc per illum abbas Odilo comperto, constituit per omnia monasteria sibi subiecta, ut sicut primo die Novembris sollempnitas omnium sanctorum agitur, ita sequenti die memoria omnium in Christo quiescentium celebretur. Qui ritus ad multas ecclesias transiens, fidelium defunctorum memoriam sollempnizari facit. Quam consuetudinem etiam episcopus Christi Nothgerus ad suam dyocesim transtulit eamque sollempniter fieri ordinavit.* Castrum preterea Valentianas situm in marchia Francie ac Lothoringie, quod Balduinus comes Flandrensium invaserat, imperator Henricus obsedit, concurrentibus ad auxilium eius Roberto rege Francorum et Richario comite Normandorum[f*]. Sed quia idem rex de obsidione redierat inefficax, vocato in auxilium suum predicto episcopo Nothgero, contra Balduinum proficiscitur eiusque auxilio et consilio munitus castrum Gandavum invadit, et depopulata terra, aliquot Flandrensium primores capit. Unde Balduinus perterritus, imperatori satisfecit[g], Valentianas reddidit, datisque obsidibus, cum sacramento fidelitatis manus ei dedit.**]

*) *A. addit postea calamo fugitivo:* Predictus abbas Cluniacensis, tam[h] ipse quam eius successores, plures ecclesias in parochia Leodiensi aquisivit, in quibus religiosi monachi ab ipsis[i] sub nomine prioratus sunt statuti, qui nocte et die pro statu[k] ecclesie aures divine misericordie non cessant perpulsare. Prima est[l] prioratus sancti Sinphoriani in Busco; secunda prioratus sancte Marie de Vertroia; tertia sancti Stephani in Nameka, in qua pridem fuerunt canonici[m]; quarta prioratus sanctimonialium in Hoio, qui dicitur sancti Victoris; quinta prioratus sancti Petri in Aqualia.

**) *A. addit postea calamo fugitivo in eadem scedula:* Eo etiam in tempore a[n] domino Aufredo[4] comite Lovaniensi de consilio et licentia venerabilis[o] Nogeri episcopi fundatum est cenobium sanctimonialium beate[p] Marie in villa de Turne[5], quam tenet comes Brabantinus[q] a Leodiensi episcopo. Hic itaque Aufredus comes in episcopum inferioris Traiecti divina inspirante gratia cum esset electus, suam[r] coniugem, sanctam videlicet Hilsuindem[6], in dicto cenobio constituit. In quo filia eorum sancta Benedicta primo regimen animarum sub regula beati Benedicti suscipit; ubi et meruerunt sepeliri. Beatus vero Aufredus, constructo cenobio[s] apostoli Pauli in civitate Traiecti inferiori, in eadem[t] sepulturam accepit[u. 7].

a) e. d. *bis scriptum del. c.* b) in dyademate *c.* c) *uncis inclusa scripsit 2 in scedula assuta duabus columnis.* d) *e corr. c.* e) sationalem *corr.* sationem *c.* e*) interiectis *c.* f) vicina *c.* f*) Normandnorum *c.* g) satisfacet *corr.* satisfecit *c.* h) tam — successores *superscr. c.* i) a. i. *in ras. quattuor fere vocabulorum.* k) *post* statu *vox erasa.* l) *superscr. c.* m) cañ *c.* n) a' — episcopi *superscr. c.* o) venabilis *c.* p) b. M. *superscr. c.* q) *in ras. c.* r) suam — dicto *in ras. c.* s) c a. P. *in ras. c.* t) *ita c.* u) *rasura sex fere vocabulorum in marg.*

1) Cf. Gesta abb. Gemblac. auct. Sigeberto c. 23, SS. VIII, 534; et confirmationes Ottonis secundi et tertii, Stumpf 775 (ad a. 980), 884 (ad a. 985) et 1281. Vide Chapeavill. I, 209. 211. 2) Haec fabulam sapiunt. 3) Sequentia ex Ruperti Chronico S. Laurentii Leodiensis desumta sunt. Rupertus rursus Sigebertum ad a. 989, 1000, 998, 1006, 1007. exscripsit. Cf. praefationem p. 6 n. 2. 4) i. e. Ansfredo. Cf. Hirsch, Iahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich II, I, p. 350 sqq. 5) Thorn ad Mosam, supra Ruremonde. 6) *Hereswit* apud Thietmar. IV, 23, SS. III, 777. 7) Cf. Alpert. de diversit. temporum II, 16, SS. IV, 708.

54. His diebus inter alia innumerabilia bona que gessit castrum Hoyi Leodiensi ecclesie acquisivit, sicut testatur privilegium ab Ottone imperatore confirmatum, cuius iste est textus[1]: *Otto divina favente clementia rex. Cunctis fidelibus nostris presentibus scilicet et futuris per scripti huius pretitulationem manifestari*[a] *volumus, quia adiit celcitudinem nostram venerabilis et fidelitatis nostre in omnibus executor Notgerus Tungrentium vel Leodientium episcopus, ut ei vel successoribus suis sancte Marie sanctoque Lamberto deservituris comitatum Hoiensem, quod in nostra ditione hactenus erat, quodque Ansfridus comes, illustris vir, qui illum ad presens tenebat, pro Dei honore et predictorum sanctorum veneratione ipsiusque episcopi amore reddiderat, perpetuo habendum concederemus, et quia quod reliquum erat regie ditionis, in moneta scilicet et theloneo reliquisque redditibus, munificentia regum vel imperatorum predecessorum nostrorum ecclesie sancte Marie Leodio vel Hoio posite iam cesserat, et dilectissima mater nostra Theophania imperatrix fiendum petebat, ratum duximus eius subvenire petitioni. Itaque pro anime nostre vel antecessorum nostrorum remedio vel Dei servicio melius et fidelius explendo, quicquid camere nostre provenire poterat ex comitatu tam dicto, ecclesie supradicte vel iuri episcopi concedimus. Et ut hoc ratum et firmum credatur, anuli nostri impressione subtersignari iussimus. Acta sunt hec circa annum Domini 990*[b].* — Dipl. Ott. *p. 173

*) *Hoiensis interpolator add. in marg.:* De hoc itaque Ansfredo comite dicit Sigebertus monachus: Clarebat[c] etiam hoc tempore inter nobiles Gallorum Ansfredus, comes Hoyensium. Qui cum etiam fuisset comes Bratuspantium, non minus iusticia quam potentia seculari famosus, deposito militie cingulo, tonsuratus in clericum, eo provectus est, ut ordinaretur Ultraiectensis[d] ecclesie episcopus. — Sigeb. 997

55. Et quanta fuerit illi in educandis pueris scolaribusque disciplinis instruendis sollicitudo — — redeuntes superarent.* — Ans. 28.

*) *A. add. in marg.:* Anno Domini 994. sanctus Albertus, episcopus de Praga civitate[e] Boemie, a[f] Prucis martirizatur[g]. [In[f] cuius honore dominus Nogerus ecclesiam[e] parochialem iuxta beatum[e] Iohannem ewangelistam edificavit, cui[e] ius batisterii[h] et extreme[e] unctionis tocius insule contulit]. — Chron. Reg. Col. 994

56. Cuius eruditionis occasione plurimi eorum etiam in religionis ac sanctitatis disciplina circa eum in tantum profecerunt, ut ydonei fierent rectores ecclesiarum. Ex illis quippe multe civitates gavise sunt se habere pastores, quarum Salzburgensis ecclesia archiepiscopum habuit Gontherum, Cameracensis duos, alterum alteri succedentem, Rothardum et Erluinum, Virdunensis Haymonem; qui Haymo magistrum sequens in urbe Virdunensi monasterium sancte Marie Magdalene et sancti Mauri postea construxit[2]; et Tullensis ecclesia Hezelonem, Traiectensis Adelbodum. Licet a multis etiam aliis episcopalem gradum non assecutis, qui sub eo nichilominus coaluissent, quam plurime correcte sunt ecclesie; ex quibus Durandus postea Leodiensis episcopus Bavenbergensem ecclesiam religionis et artium liberalium disciplina illustravit, Otbertus cum quibusdam aliis secum hinc abductis Aquensium clericorum vitam perniciose licenti contagio depravatam ad sancte religionis statum pro posse reduxit. Quid de Huboldo dicam, qui, dum adolescentulus a scolari disciplina hinc aufugisset, Parisius veniens, sancte Genovefe canonicis adhesit; in brevi multorum scolarium instructor fuit. Ubi cum aliquamdiu, domno Notkero ignorante, moraretur, tandem canonica episcopalis sententie executione compulsus est redire, pluribus relictis studiorum ac moralitatis[i] insignibus? Cuius vitam bene satis morigeratam acceptans episcopus, gratia ac donis muneratum ad virtutis studium amplius accendit. Idem postea sub pontifice Baldrico Pragam Boemie civitatem transmissus, cum nonnulla ibidem christiane religionis documenta dedisset, ad nos iterum cum honore remeavit. Multi quoque alii sub tanto patre educati, religione et studiis liberalibus diversa illustravere loca. Quorum vita *religiosis moribus et doctrinis insignita paterne probitatis evidens est documentum. Nec hoc silendum, quod inter cetera pietatis opera, prudenti admodum usus consilio, in tres equas portiones predia ecclesiastica divisit; quarum unam sibi suisque successoribus retinuit, alteram ecclesiis et monasteriis impertiit, terciam militibus, qui ecclesiam armis protegerent, habere concessit. — Ans. 29. *p. 175

57. Et ut de sanctis eius moribus aliqua adhuc breviter enarremus, erat pauperibus mitis[k] — — magistrum representare studuit nostris quoque temporibus, sicut in sequentibus[l] ostendemus.* — ibid. 30.

*) *A. add. in marg. inferiore (p. 176):* Anno Domini 1001. Otto tercius imperator, filius Octonis secundi et domine[m] Theophanu imperatricis, expeditionem iam tercio movens in Italiam contra rebellantes Romanos, prius subactis hostibus, veneno[n] a muliere dato, vita decessit, 5. Kal. Februarii, anno regni eius et imperii 17. Corpus eius Aquisgrani ante altare sancte Marie[o] in choro conditum est. Ubi ipse et dominus Nogerus, tutor eius, 28 canonicos partim de suis prediis[p], partim de reditibus ecclesie Capremontis constituit[q] et addidit, quia in dicta Aquensi ecclesia, postquam vastata extitit a Normannis, non erant nisi 12, et[r] sic modo sunt in ea 40 canonici, cum sanctus Karolus, qui eam fundavit, dicatur 20 clericos, qui Deo et sue genitrici nocte ac die sub regula beati Agustini episcopi in ea servirent, statuisse. — Chron. Reg. Col. 1001.

58. Igitur deductis Notgerus universis laboribus, quibus ad honorem imperii et decorem domus ecclesie Dei bona fide et bono fine diversis in locis et temporibus feliciter laboravit, unde scriptum est:

Quatuor explevit partes extenta plagarum
Fama suis meritis,

a) *e corr. c.* b) 985. *corrigendum.* c) Clarbat *c.* d) wltraiectensis *c.* e) c, ec, beatu, cu, m *absc.* f) *abscisum.* g) *sequentia ead. manu postea addita.* h) batisteri *corr.* batisterii *c.* i) mortalitatis *corr.* moralitatis *c.* k) mittis *c.* l) presente *corr.* sequentibus *c.* m) *superscr. c.* n) veno *c.* o) Mari *c.* p) prediss *c.* q) costituit *c.* r) e. s. m. s. i. e. XL *rursus in marg. A.*

1) Textus quem noster praebet mutilatus est; integrum ex libro chartarum eccl. Leodiensis sumtum vid. apud Chapeavill. I, 215; cf. Stumpf 884. 2) Cf. Gest. epp. Virdunensium Contin. c. 7, SS. IV, 47.

constituto super Renum monasterio sanctimonialium in villa Iulica[1], sicut privilegia[a] eiusdem ecclesie in bible conscripta testantur, rediit Leodium iam in processa etate, et ibi episcopali officio, verbo et exemplo, clerum et populum ad meliora provehere sollicitus fuit. Unde scriptum est:

Vulgari plebem, clerum sermone Latino 5
Erudit et satiat magna dulcedine verbi,
Lac teneris prebens solidamque valentibus escam.
Sponte cadunt hereses sub forti milite Christi,
Fraus et ficta fides, tumor et commenta fugantur,
Et deprensa tremunt tamquam sub iudice morum. 10

Hospitalis adeo fuit, ut de ipso scriptum est:

Nusquam sic colitur totis affectibus hospes;
In laribus putat esse suis, qui venerat exul.
Pauperibus victus, nudis non desit amictus.

cf Hebr 4,12. Ita sermo Dei vivus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti in eo fuit, ut, quis- 15 quis decretorum ecclesie violator extitisset, si post commonitionem contumax et quasi lapidatus cordis duritia fuisset, penam obdurationis sue portaret, in quem epyscopali auctori tate maledicta congessisset. Unde scriptum est:

Nam sumus experti, quicumque fuit violator
Ecclesie, postquam hunc feriens anathemate vinxit 20
Corpore et exclusit sacro vel sanguine Christi,
Ivit in exilium, resipiscere ni properasset;
Si rabie caruit, sed non porrigine turpi
Et reliqua scabie, quam postea nemo piaret,
Aut fregit collum vel amatos perdidit artus. 25
Talis erat reprobis, tam formidabilis omni
*p 177 *Periuro, predoni, furi*[b], *non *perfidus ausus*
In faciem venisse suam.

Et in crucibus aureis, que sunt in ecclesia sancti Lamberti, quas ipse fecit, scriptum est de eo: 30

Certa salus vite Notgerum salvat ubique.

Quando ergo a maioribus negotiis ad quietem evadere poterat, ad Sanctum Iohannem se conferebat. Ibi in domo adherente[c] interiori claustro, quam sibi edificaverat, domi erat; ibi tamquam in familiari sinu operis sui orationi et lectioni et infirmorum visitationi et pauperum alimonie vacabat; ibi tabellariis et scriptoribus scribenda dictabat. Epistolam 35 operis eius sententie valitudine et ornatu verborum lucidam de puericia beati Lamberti et merito Landoaldi confessoris et Landrade virginis oppido Flandrie Gandis in ecclesia sancti Bavonis legi[2], et visum est nobis, copia dicendi stilum ipsum magestati persone convenire. Et ideo loca ipsa, in quibus scripta ipsius vel de ipso repperiuntur, et versus aliquos antiquitatis de multitudine exceptos eisdem verbis et metro quo in antiquis libris inventi sunt 40 annotare curavimus, ne[d] ex favore magis quam ex cognitione loqui videamur. Et si in assertione veritatis, in commendatione bonorum que ipse fecit, stare vellemus et valeremus, peccare nos non crederemus. Ipse enim dominus et pastor noster Notgerus ecclesiam[e] beati Iohannis euangeliste in exemplum eruditionis et operis secundum claustralem disciplinam bonis personis iniciavit. Nam prepositum et decanum de ipsa congregatione fra- 45 trum elegit; custodem et magistrum scolarum et cantorem, attributo unicuique dignitatis sue officio et laboris solatio, constituit, et dispositis omnibus que in usus canonicorum vel secundum canonicam diligentiam pertinent, principale altare in honore beati Iohannis euangeliste manu sua consecravit et totam ecclesiam intus et extra cultui divino dedicavit. Oratorium beati Remigii et beati Hylarii in eadem ecclesia singulari favore constituit et his 50 *p 178. consummandis quasi universi operis sui supremam manum imposuit. Ab ordinatione *enim

a) in pr. *corr. pr. c.* b) fur *c.* c) adherentem *c.* d) nec *corr.* ne *c.* e) *A. in ras.*

1) Iülich. 2) Haec est epistola, quae prologi loco vitae s. Landoaldi a Herigero conscriptae praefixa est. Edidit eam ex codice Gandensi Henschenius, AA. SS. Mart. III, 35. Cf. quae perlucide de hac vita et Notgeri litteris disputavit Köpke, SS. VII, 138. 55

sua per annos sexies sex[a] in episcopali opere laboravit, et tunc cursu consummato, fide servata, septimo annorum senario ad sabbatum quietis depositione[b] carnis migravit. Unde scriptum est in versibus predicte antiquitatis:

Prefuit[c] ecclesie per septem lustra vel annum.

Vel ibi pro Et posito. Et quia sine dolore non perditur quod cum amore possidetur, tota civitas, tota patria obsequio funeris affuit; senes cum iunioribus, pusilli cum magnis affluunt de castellis et oppidis. Clerus tamquam familia spiritualis ad plangendum suum patrem familias convenit, et, ut breviter dicam, de tota regione catervatim ruunt ad flendum super eum, qui vixerat leticie multorum. Itaque non suffecit vespere et mane dies unus ad sollempnitatem exequiarum, quia quelibet principalium ecclesiarum, quas ipse in civitate fecerat vel perfecerat, ad vitandam ingratitudinem humando corpori se debere singulares exequias professa est. Prima igitur dies luctuose celebritatis in ecclesia sancti Lamberti deducta est; secunda in ecclesia sancte Crucis; tercia in ecclesia sancti Martini; quarta in ecclesia sancti Pauli; quinta in ecclesia sancti Iohannis, ubi ipse supreme voluntatis sue testamento, quod nulli in signum servate usque in finem humilitatis [ostendit[c*]], in angulo cripte humilioris in oratorio sancti Hylarii se sepeliri constituit. Quod et ita factum est anno dominice incarnationis[d] 1007[1], 4. Idus Aprilis[2], fastigium regni et imperii [post[e] mortem Ottonis tertii tenente Henrico secundo].

59. Quadragesimus septimus post Notgerum episcopatum suscepit Baldricus [secundus[f]], vir generis et morum nobilitate conspicuus, [a[g] sancto Heriberto archiepiscopo[3] sacratus].*) Qui cum bono antecessori suo sollicite studeret assimilari[h], in honorandis ecclesiis earumque rebus augendis magnificus fuit, adeo ut nullam in episcopatu suo ecclesiam, nullum preteriret cenobium, quod non aliquo vel agrorum vel decimarum fructu donaverit, et ex prediis sui patrimonii Christi pauperes in ecclesiis Deo servientes heredes fecerit. Inde *est, quod valens allodium Pannardum nominatum maiori ecclesie ad sustentandos ex eo viginti[i] quatuor pauperes perpetuo contradidit[k], sed et comitem[4] Arnulphum cum sua coniuge liberis orbatos monitis ad hoc perduxit, ut ecclesiam sibi heredem pro animarum suarum remedio facerent. Eius etiam temporibus Gerardus Cameracensis episcopus cum fratre suo Godefrido Florinense oppidum cum monasterio in honore sancti baptiste Iohannis in eo constructo Leodiensis ecclesie subiecit dominio. Cui monasterio, ne quit ibidem Deo servientibus minus suppeteret, duas ex sua parte prefatus episcopus Baldricus gratis addidit ecclesias, [Liers[l] iuxta Leodium et sanctam Mariam in Rovera]. Ipse, presente Coloniensi archiepiscopo, sancto[m] videlicet Heriberto, sancte Marie sanctique Lamberti ecclesiam a venerabili Notgero venusto opere constructam quinto Kal. Novembris dedicavit, quando duarum olivarum, silicet Symonis et Iude, mundus agens memoriam. Post cuius dedicationem tercia die non minori devotione utriusque sexus et etatis multitudine pene in extremo civitatis nostre sitam uterque dedicavit ecclesiam in honore sancti Bartholomei apostoli. Quam vir nobilis Godescalcus, maioris ecclesie prepositus, edificavit et in eadem, sicut usque[n] in presentem diem cernitur, tumulari meruit. In usus etiam duodecim fratrum, quos ibi aggregavit, quorum numerus apostolico congruebat ordini, sua allodia deputavit. [Nam[o] antea quedam ecclesiola ibidem[p] fuerat in honorem beati Servatii[p] edificata, et cum in Traiecto[p] ecclesia, que beati Servatii[p] continet membra, usque ad illa[p] fere tempora in honore apostoli Bartolomei[p] fuerit dedicata[p], fertur quod placuerit imperatori[p] ac episcopis, quod earum patroni mutarentur[p], et sic Traiectensis retinuit[p] nomen beati Servatii, ista[p]

Ans 31. — *p 179 — Vit Bald. 6. — Ans 31. Vit Bald 6.

*) *A. add. in marg. inferiore:* Ecclesia sancti Gengulfi in Florines[q-5] hiis diebus cepit per Arnulfum[6] nobilem de Rumiaco, qui fuit[r] Alpaidis et Godefridi[s] filius. Idem Arnulfus filios habuit Godefridum nobilem et Gerardum episcopum Cameracensem[7]. Dicitur, quod, cum multi in Leodiensi episcopatu ex devotione laborarent in edificandis diversorum sanctorum monasteriis[t], quidam Deo devotus in spiritu raptus vidit beatum baptistam ac precursorem Domini conquerentem, quod nullus operam dabat in construendo aliquo cenobio nomine ipsius. Quod cum predictus episcopus Gerardus comperisset, statim domino et beato baptiste Iohanni voto se astrinxit, quod eius nomini in suo patrimonio monasterium edificaret[u]. Quod et fecit. Nam cenobium sancti Iohannis baptiste in Florines Deo edificavit[8] et bonis temporalibus suficienter[v] dotavit; cui prefuit dominus Benedictus abbas primus, vir religiosus.

a) id est xxxvi *add. A. in marg.; paullo inferius in margine iterum conspiciuntur verba partim abscisa:* Nogerus xxxvi . . . . episcopus. b) despos. *corr.* depos. *c.* c) fuit *in ras. c.* c*) *deest c.; ita supplevit Chapeav.* d) Q. e. i. f. e. a. d. inc. *in ras. c.* e) *add. A. in ras. et in marg.* f) *add. A.* g) *add. A. in marg.* h) assimulari *c.* i) ving. *c.* k) contradicit *corr.* contradidit *c.* l) *add. A. in loco vacuo inter columnas.* m) archiepiscopo cum sancto *c.; correxi.* n) *e corr. c.* o) *uncis inclusa addit A. in margine.* p) ibidem, erva, raiec, atii, illa, ar, ata, peratori, uta, eti, a *abscisa.* q) Floris *c.* r) *bis scripsit, sed corr. c.* s) Gedefridi *c.* t) monanasteriis *c.* u) e. m. *corr.* m. e. *c.* v) suficiente *c.*

1) Anno 1008. secundum Ann. Leodienses, SS. IV, 18, quibus maior fides est; cf. Ann. Hild. a. 1008, SS. III, 93. 2) Cum hoc die consonat lib. mort. ecclesiae Leodiensis secundum Chapeavill. I, 222. 3) Coloniensi. 4) Lossensem. 5) Florennes. 6) Vid. Gest. epp. Camerac. III, 18, SS. VII, 470. 7) Sedit a. 1012 – 1049. Gest. epp. Camerac. II, 1, SS. VII, 465; ibid. Cont. c. 3, p. 491. 8) Circa a. 1015. Cf. Gest. epp. Camerac. III, 18; Sigeb. auct. Gembl. a. 1010, 1015, SS. VI, 391. Vid. Hirsch, Heinrich II, II, 193 sq.

dedicatur[a,b], sicut dictum est, in honore[a] apostoli. Dicitur, quod sanctus Ulbertus[c] gloriosus martir in eadem quiescat[a], cuius[a] festum agitur 14. Kal. Novembris[a], et miles[d] Francorum nobilis rus . . . .[e] Werricus. Haimoni episcopo Virdunentium[a] et fundatori Sancti Mauri[a] sanctimonialium[a] et Sancte Marie Magdalene clericorum hoc tempore[a] imperator Iopiliam dedit[1] iuxta[a] Leodium. Hic Henricus imperator[a] abbati Richardo[f] Virdunensi professionem[a] fecit[2] et eius consilio totus[a] se summisit, volens apud Sanctum[a] Vitonem monachus fieri[a]. Sed sanctus abbas Richardus[f] in virtute[a] obedientie ei iniunxit, ne imperium[a] dimitteret quamdiu viveret, et eum ad imperandum remisit].

60. His diebus idem Baldricus episcopus pro salute ac munimento ecclesiarum, que sue subiacebant potestati, super allodium suum quod Huguardis erat situm disponebat edificare castrum. Cuius opus mature instituens, primo ad tutelam eiusdem castri optimum precepit fossatum fieri. Quod adhuc, ut illius ville testantur incole, perseverat Huic incepto comes Lovaniensis Lambertus, cognomento Barbatus, vir prophane mentis et moribus[g], vehementer episcopum offendit, et ne fieri debeat, directa legatione contradicit; fateturque, illud castrum, quod intendebant construere, multum oppido suo officere. Benigne respondet episcopus, pro salute et tutela ecclesiarum se id opus instituisse, oppido *eius nichil officere, nec sibi nec suis rebus bene consulere, si huic negotio contumaci obviaret animo et fidelitatem, quam sibi et sancto Lamberto fecerat, irritam faceret; se ab incepto nullo modo velle[h] desistere; ut id fieret sine suorum impedimento militum, suppliciter orare. Ad hec dux fremere incipiens, cepit minari sue potestatis tyrannidem, pauperum oppressionem, ecclesiarum rapinam. Quid plura? Quod minatus fuerat, ad effectum perducit; in bona ecclesie manus extendit, nullo obstante invadit, inde suos milites, magis rapine aptos quam militie, ditatos[i] ad maius episcopii detrimentum hortatur et accendit. Cuius tempestati ne primo inconsulte iret episcopus obviam, legatos misit ei, ut a publicis ecclesie detrimentis manum cohiberet, ne cogeretur suum exerere gladium et anathematis intorquere iaculum Ille obstinato animo preces episcopi cum legatis respuere, pacem[k] refutare, nec Deum nec hominem revereri, parum de futura excommunicationis censura timere. Ubi advertit episcopus, cruentum hominem ex industria insanire et nec ratione nec tempore posse sedari, ad sua prosiliens arma, virga utitur pastoralis cure, hunc anathematis vinculo ligat, ut improbitatem illius tali saltem cathena coherceat. At ille quasi maiorem furendi nactus occasionem, cepit magis infestus esse villasque et agros vastare. Proclamationes interim ad episcopum super hoc negotio perferuntur[l] plurime[d], tam pauperum quam ecclesiarum in dies fiunt querimonie. Tot infinite voces flectunt episcopum ad clementiam, nec sine gravi gemitu suorum filiorum luctuosam valet audire hystoriam. Inter maxima pie mentis suspiria animadvertit, huic malo non esse alium defensorem preter Deum et se ipsum. Ecclesie dampnis, orphanorum lamentis consulendum, potentie insani hominis, ne magis insolesceret per licentiam, fortiter occurrendum. Rursus tamen ad superbum principem legati diriguntur, qui obsecrant, ne patientia episcopi abuteretur; sed iterum, sicut prius, *cum minis et indignatione respuuntur. At episcopus veritus, ne ultionis dilatio maior fieret filiorum Dei desolatio, decernit pro ecclesiarum defentione huic pesti mature occurrere et quasi ferrum de manibus extorquere. Talem enim illum cruentum expertus fuerat, ut nec pudor nec patientia nec[m] ratio revocaret a furore. Ne tamen aliquid invidie super hoc redundaret, et sue mentis sequendo impetum[n], vocatis nobilibus qui ei fidelitatem fecerant, causam eis exponit et adiutorium sicut debent ab eis requirit. Hii, auditis querimoniarum causis, pari voto favent episcopo; insuper suadent obviam ire, nec in tali negotio utendum esse clementia, sed austeritate arcu et gladio esse utendum. Preterea profitentur nullam de triumpho futuram difficultatem, cum pars sua iustiori causa uteretur, cum hoc certamine vite et saluti plurimorum consuleretur. Sponsione tali et spe episcopatus animatus, quamvis sciret, pro huiusmodi calamitate magis utendum esse orationis clypeo quam visibili gladio, gravissima circumventus necessitate, paratis militum copiis, ad conserendam[o] procedit cum hostibus manum. Ad communem enim omnium talis congressio spectabat[p] salutem. Nec ab hoc caritatis officio vacabat ecclesia, in qua pro salute bellatorum fiebant assidue placationes hostiarum. Sed declaravit evidenter rei exitus, ob commune populi nefas Deum nolle ecclesiarum exaudire preces et gemitus. Nam victoria ad alteram transiens partem, luctuosum nostris divino favore[q] nudatis repente contulit exitium, hostibus vero preter triumphi gloriam insultationem et gaudium. Nec profuit ex hac parte fidem, pietatem, honestatem certasse, parumque obfuit illic fraudem, scelus, inhonestatem, manus conseruisse. Sed, ut vera relatione didicimus, congressione prima nostre cessit parti victoria[r]. Deinde comes Namucensis, turpi motus fuga sui nepotis, paratis militum suffragiis, se[s] ad aciem quam *velocissime contulit, et facto gravi impetu, redeunte cum suis Lovaniense comite, episcopi fugam militibus nichil tale suspicantibus incussit. Perhibetur etiam, in illa congressione preter vulneratos et captos trecentos homines vita caruisse. Nos tamen, quid horum verius censeatur, ambigimus totumque Dei iudicio quicquid ibi gestum est reservamus. Huius tam luctuosus belli exitus evenit Hugardis, 6. Kal. Octobris, quando tercium sui episcopatus agebat annum; sed quem finem habuerit talis iactura, docebant[t] sequentia. Perlata igitur ad urbem nostram tante calamitatis[u] cognitio, triumphus hostium, episcopi fuga, sui ruina exercitus, occultum sed numquam iniustum Dei iudicium: quis luctus, que mesticia, que vulgi opinio, quis civium[v] inde[w] erat motus! Amor nimirum singularis pii pastoris quasdam pietatis lacrimas extorquebat modumque in dolore haberi non sinebat. Episcopus his erumpnis pulsatus, tenensque in dolore modum, tam seve potestati patientie opponit clipeum, Deo gratias agit fideique sue probationem auro, quod per ignem probatur, reddit puriorem. Pro his tamen qui in illo prelio mortui fuerant cunversus ad Dominum, cum lacrimis aiebat: 'O bone Iesu, ob mea scelera talem evenisse iacturam, nec brachii robur extenti nec angelice me virtutis meruisse presentiam. Sed cur indiscreta cede unius delicto tot perierunt anime? Quare inter hostes tuti non fuerunt, qui devotione militie

a) de, ono, at, cuius, ovembris, Virdu, ri, sancti, oc tempore, ux, tor, essi, tus, anctum, i, te, perium *abscisa*. b) (de)dicañt *c.* c) *absc., supplevi ex Chapeav.* d) *e corr. c.* e) *absc. c.* f) h *superscr. c.* g) *hic auctor quaedam omisit, quae ex vita supplenda sunt.* h) vellet *c.* i) dictatos *c.* k) co *del. c.* l) proferuntur *c.* m) ne *c.* n) advocata fratrem *del. c.* o) conservandam *c.* p) spectabant *corr.* spectabat *c.* q) favente *corr.* favore *c.* r) victorie *corr.* victoria *c.* s) sȝ *c.* t) docebunt *Vit. Bald.* u) sue *del. c.* v) c̄m *c.* w) *hic incipit scriba 5 in media pagina.*

1) Cf. Bertarii Gest. epp. Virdunensium Contin. c. 7, SS. IV, 47. Fisen, Historia eccl. Leod. I, 159.
2) Cf. Mirac. Richardi, SS. XI, 280; Bresslau ap. Hirsch III, 364.

sacramentum, fidem servaverunt? Ergo ego huius ruine causa, ego homicida[a]. Me vox sanguinis accusat, me[b] partium [Vit. Bald 12.] arguunt studia. Gregis enim desolatio ad pastoris refertur ignaviam, cuius vita et meritum suorum robur et defectus debet esse hostium'.

61. Hac nimirum tempestate erat venerabilis Iohannes nomine — — In loco etiam nostro, quem plurimum dilexit, [ibid. 13] ubi tumulari meruit, sue monumenta picture dereliquit. Cancellum enim nostrum honeste depinxit, sed antiqua eius illa pictura, nova superveniente, est deleta. Que autem causa adventus huius viri ab Italia — — Ne ergo vir tantus ob [ibid. 14.] varias occupationes intra curiam suam aliquam sustineret penuriam, episcopum Iohannem Baldrico nostro Leodiensi episcopo commendavit et, ut humane tractaret, foveret, monuit et oravit. Amplexus est episcopus Baldricus [ibid. 15] virum egregium, quasi a Deo oblatum — — et invenire medicinam. Vir reverentissimus Iohannes — — ut Domini [ibid. 16] furor verteretur in clementiam, possetque populus mereri indulgentiam. Benigne huiusmodi ammonicio in pectus episcopi [ibid. 17.] descendit — — cum suis habet consilium, quo loco basilice fiat fundamentum. Quorundam fuit sententia, hanc posse [ibid. 18.] construi mansionem in curte Amerina[c] — — Ut ergo binario succederet ternarius, prefatus Baldricus episcopus in honore beati Iacobi apostoli, qui dictus est frater Domini, monasterium edificare incipiens, fundamenta quidem basilice iecit. Erat autem locus huic operi destinatus situ horridus et incultus, tantum fera- [ibid. 19.] rum gregi cognitus, ut nichil differre videretur a deserto multosque deterreret ab hoc negocio. Sed Deus ad excidendam tante *densitatis silvam eorum suscitavit[d] spiritum, quibus iniunctum[e] huius providentie erat officium; vires indulsit et [*p. 187] animum operisque laborem ad faciliorem quam sperabant[f] direxit eventum. Emundato ergo summa cum indulgentia[g] loco, nigredo transit in candorem, tenebre in splendorem, horror in reverentiam, frutecta[h] transformantur[i] in cedrum et mirrum et lignum olive, ac 7. Kal. Maii inchoatur cenobium. Sed subripiente mortis die, cum usque ad [ibid. 29.] vitreas opus perduxisset, imperfectum reliquit. Criptam tamen in eadem ecclesia, in qua[k] nunc corpore quiescit, cum perfecisset idem Baldricus episcopus, presente Iohanne episcopo, cuius optimo in re huiusmodi perfunctus erat consilio, cum magna alacritate in honorem beati Andree apostoli octavo Idus Septembris dedicavit ibique preciosas eiusdem[b] apostoli reliquias, quas ei imperator Henricus thesauris prelatas regiis in beneficio dederat, modeste et reverenter collocavit. Post hec adductus est ibi conventus monachorum[l] de cenobio Gemblacensi ad serviendum Deo et apostolo eius Iacobo, ubi[m] possessiones et allodia eis pro posse suo idem episcopus sufficienter dotavit[1]; ubi[b] et primus abbas Olbertus vir magne sanctitatis et[n] religionis fuit. Eo tempore in prefato cenobio sancti Iacobi conversans[b] Iohannes episcopus, vitam ducebat angelicam, lectioni et orationi vacans[2]. Qui vocatus a Domino in senectute bona viam universe carnis ingressus est sepultusque est in prefata ecclesia sancti Iacobi[o] in sinistra parte [eiusdem ecclesie[p]] iuxta altare sancti [Lamberti martiris[q]], ubi super sepulchrum eius hoc exaratum est epytaphium:

Sta, lege quod spectas, in me pia viscera flectas.
Quod sum[b], fert tumulus; quod fuerim, titulus.
Ytalie natu pollens et pontificatu,
Iohannes fugio pulsus episcopio.
Destinor his horis exul nullius honoris;
Urbs pia Leodium commodat hospicium.
Qua probat arte manum, dat Aquis, dat cernere[r] planum
Picta domus Karoli rara sub axe poli[s].
Iacobe, iuste tui memor esto[t] fidelis alumpni;
Hec sit ut aula tibi condita consului[u].
Dicta ferunt[b] patrum, signis hoc glorificatum[v]
Corpus, translatum ter[w] et hic meruisse sepultum.

62. His diebus comes Arnulphus [de Los[x]], de quo superius mentionem[y] fecimus, mortis egritudinem[z] [Vit. Bald 21.] incurrit. Recordatus ergo in extremis causam amicicie domni[b] Baldrici episcopi, missa *ad eum legatione, obsecrat, [*p. 188] ut venire suumque orando tueri exitum dignaretur. Paratus enim erat res suas eius potestati committere, suum quoque castrum sine refutatione coniugis vel propinquorum sancto Lamberto attitulare. Audita — — valeam sentire suffragia'. Inter extrema cari amici gemitum affectus a pectore[a] extorquebat — — totamque patricie domus concussit familiam, quia [ibid. 22.] clementi animo erga suos usus fuerat. Nam et comitissa Leuthgargis, uxor eiusdem comitis — — duxit esse optimum, in tali periculo implorare episcopi suffragium. At comes Lovaniensis perpendens esse[b] impium et arduum — — vobis [ibid. 23.] congruit, vestrum velle, vestrum nolle significare'. Hic modus precandi, sic servata precantis maiestate[c], comitisse men- [ibid. 24.] tem impellit ad pietatem, et quod videbatur spectare ad iniuriam et inhonestatem, totum transfertur ad gloriam et honorem, et quod poterat si vellet negare, animi cum summa prebuit assensum alacritate[d]. Ne tamen aliquid sine sui comitatus ageret consilio minusque pro collato dampnum pateretur beneficio, fidelis usa clientele consilio[e], tradidit ei Hourentium allodium valde bonum — — Idem comes ad huius pacis commendationem de[f] allodio, quod a comitissa[g]

a) *corr. ex* homicidam *c.* b) *e corr. c.* c) Amarina *corr.* Amerina *c.* d) suscitavis *c.* e) inunctum *corr.* iniunctum *c.* f) superabant *corr.* sperabant *c.* g) diligentia *ex Vita corrigendum.* h) *corr. ex* fructecta *c.* i) transformatur *c.* k) *corr. ex* quam *c.* l) cum *del. c.* m) i *corr.* ubi *c.* n) *superscr. c.* o) *hic vox superscripta erat, sed postea rursus erasa.* p) ei. eccl. *superscr. A.* q) L. m. *scripsit A. in loco vacuo relicto; postea alio atramento addidit in marg.:* translatus est. r) cernēs *radendo corr.* cernē *c.* s) Picta — poli *supplet in marg. scriba.* t) quero *c.*; esto *Chapeav.* u) i *in ras. c.* v) glific. *c.* w) *superscr. A.* x) *add. A. in marg.* y) mensionem *c.* z) egritinem *c.* a) pectus *corr.* pectore *c.* b) omnem *corr.* esse *c.* c) maiestatem *c.* d) alacritatem *c.* e) *post* consilio *rursus* minusque pro collato dampnum *legitur; correxi.* f) *deest c.; supplevi ex Vita Bald.* g) comissa *c.*

1) Cf. Gest. abb. Gemblac. c. 35, SS. VIII, 538. 2) De hoc Iohanne ab Ottone III. ex Italia accersito cf. Vit. Bald. c. 13. 14, SS. IV, 729.

Leugarde acceperat, honestam facit episcopo donationem. Quod allodium episcopus postea ecclesie beati Iacobi tradidit.* Iam quis finis vite domni episcopi fuerit, monet tempus expedire et ad felices eius cineres articulum flectere. Quod sine dolore aggredi nec volumus nec valemus, presertim cum affectus de pietatis[a] fonte descendens, gemitum extorqueat, lingua metu hereat, manus cum calamo tremat.

*) *A. add. in marg.:* Illo tempore Godefridus[b] comitatum Montensem de(populatur[c]) — quere in alio libro[1].

63. Ea nimirum tempestate Theodericus comes Fresonie — — a facie gladii imminentis, a facie arcus extenti, a facie gravis prelii. O quam crudele et amarum dies illa prebuit spectaculum — — ubi sunt flores rosarum et lilia convallium. Opus autem ecclesie, sancti scilicet Iacobi, quia consummare non potuit, imperfectum et non altius quam usque ad fenestras reliquit. Pauca predia in usus fratrum deputavit, que tamen cumulavit divina clementia abbatum, qui eidem prefuerunt ecclesie pio labore et industria. Hic Leodiensi ecclesie 11 annis prefuit et 4. Kal. Augusti, ut dictum est, hominem exuit, anno dominice incarnationis 1017[2], pontificatus sui anno 11, sub apostolico Benedicto VIII, fastigium regni et imperii tenente Henrico [secundo[d]].

64. Christe, tui testis Baldrici, quem pia vestis — —
— — Queso, beatorum prece subveniant meritorum.

Ad sui etiam augmentum meriti preter aliarum dona gratiarum noster Baldricus episcopus pietatem coluit[e] — — heredes rerum et fecit et reliquit.

65. Post decessum dumni Baldrici episcopi 48. Leodiensis episcopus [monacus[f] religiosus, magne virtutis vir et imperatoris Henrici[g] capellanus[3], beatus silicet Wolbodo, successit]. Hic clare nobilitatis genus ex Flandria duxit. Qui et apud Ultraiectum[h] [in[i] ecclesia sancti Martini decanus[4]], sub religiosis admodum patribus in ecclesiasticis claustralis vite adoleverat disciplinis, quorum pridem imitator in virtutibus effectus, postea magister extitit ydoneus. Et licet populis a Deo prelatus exteriorum curam suscepisset — — sub eo locus erat.

66. Hunc[k] ob eximie vite meritum imperator Henricus miro dilectionis amplectebatur affectu, ita ut pia caritatis violentia eum a claustrali quiete abstractum[l] primo sibi capellanum faceret ac deinde Leodiensis eum pontificatus fastigio sublimaret. In cuius nimirum gradus culmine nil de prioris vite statu imminuens, intentiori potius rigore corpus instituit edomare, vigiliarum sanctarum impiger executor, elemosinarum ardentissimus distributor. Quid de sanctarum orationum eius assiduitate referam? quibus exequendis adeo studiosus erat, ut multas etiam hyemales noctes continuaret insompnes, sanctorum limina circueundo et pauperum manus, qui ei per nota viarum diverticula occurrissent, largiter replendo. Parsimonie vero virtus adeo ei amicabilis erat, ut post ieiunium cibis grossioribus ad refectionem corporis utens, lauciores et exquisitos, qui sibi pro sacerdotali dignitate apponebantur, prius manibus contrectaret, sicque sapore pariter et odore pregustato, [pane[m] et aqua] vilioribus[que[m]] pulmentis ipse contentus, mendicis[a] distribui iuberet. [Erat[n] enim valde compatiens et super afflictos pia gestabat viscera, ut plerumque, cum nichil aliud haberet, tapetia vel aliam ecclesie suppellectilem pauperibus largiretur, donec a camerario suo redimerentur. Vigiliarum quoque et algoris ita patiens extitit, ut sepe, dormientibus ceteris, discalciatis in ecclesia pedibus pernoctaret. Et sicut de sancto Iacobo minore legimus, quod multis genuum flectionibus nervi eius in modum camelorum obduruerant, sic pedes eius crebra nuditate et laboris usu callosi erant effecti. Solet enim attestari quidam familiaris eius, quod inter lavandum pedes illius frigore et glaciali viarum asperitate adustos viderit, quamvis hoc omnes summo conamine, exemplo Domini humani favoris instabilem devitans auram, diu celaverit].

67. Cum his[o] diebus pontificii fungeretur officio noster venerabilis Wolbodo, vir quo nemo melior, nemo prestantior probitate, elemosinis, preter aliarum dona gratiarum, que a Deo consecutus fuerat, quibus se et civitatem nostram quasi quibusdam gemmis illustrabat. Qui etiam pro sue sanctitatis merito valde carus erat augusto et inter regie domus precipuos eminentior habebatur et clarior. Erat tunc temporis locus, in quo cenobium sancti Iacobi Baldricus episcopus construxerat, oblivioni et negligentie deditus, nec erat qui artem ecclesie sancti Iacobi imperfectam consummaret, animum ad beneficium conferendum applicaret, qui consilium et auxilium preberet. Fratres quoque ipsius Baldrici, utrique consulari dignitate pollentes, preter continuum amantissimi fratris luctum pro contemptu loci satis dolebant et allodia, que frater eorum huic ecclesie dedicaverat, subtrahere et in suos usus[p] redigere cogitabant, animumque nunc huc nunc illuc dividentes, quo remedii genere sibi consulerent, ignorabant. Sed Deus Israel, qui bonum* optimo fine concludit exordium, locum sine consolatione non reliquit, immo hoc ordine sue respectu clementie iacentem et pene nullius momenti parum et parum exactando[q] erexit. Contigit autem, ut Henricus imperator pascha Leodii celebraret magnifice. Predicti ergo fratres domni[a] Baldrici episcopi, nacti oportunum tempus, quo eorum curis et deserto loco consuleretur — — et post nos heredes nostri'. Ad hec imperator: 'Si preter salutem animarum — — dato consilio, conferemus presidium'. Ut dixerat imperator — — Post hec imperator rediit. Ille, quantum potuit et valuit, de obedientia sollicitus fuit. Tali modo prefata ecclesia Deo auxiliante cum officinis monachis apta parvo post tempore perfecta est. [Arnulphus[r] comes Gandevadensis contra Fresones dimicans, victus fuga salutem meditatus est; sed preventus ab illis occisus est. Cuius mortem Theodoricus, filius eius, ulcisci aggressus, totam pene Frisiam igni, ferro omnique nocendi arte populatur Ad quem debellandum Godefridus dux Lotharingie ab imperatore missus est; et conserto prelio, vox repente, nescitur unde, ab omnibus audita est: 'Fugite, fugite, capite, capite'. Cunctis ad tutum[s] instar locustarum fugientibus, multisque adversariorum hinc inde peremptis, dux ipse Godefridus ab hostibus captivatur. Pro cuius liberatione venerabilis episcopus Wolbodo, eo quod ibi notus esset et carus, transmissus

a) *e corr. c.* b) Gedefridus *c.*; us *absc.* c) populatur *supplevi ex Sigeb.* d) *add. A.* e) doluit *c.* f) magne virtutis vir beatus Wolbodo successit *in textu; sed postea correxit A. in margine, quae uncis inclusi.* g) Herici *c.* h) Wltraiectum *c.* i) *haec superscr.* 5. k) Tunc *c.* l) obstr. *c.* m) *superscr.* 5. n) *haec add.* 5 *in marg.* o) h *superscr. c.* p) e. i. s. u. *bis scripsit sed corr. c.* q) exaltando *Vit. Bald.* r) *haec addit* 5 *in margine, linea rubra circumducta.* s) actutum *Rup. Chron.*

1) Ex Sigeberto a. 1015. quaedam addere voluit, quae his verbis inchoat. 2) a. 1018. secundum Ann. S. Iac. Leod. SS. XVI, 638; Ann. Leodienses, SS. IV, 18. Cf. Hirsch, Heinrich II, III, 99. 3) *imperatoris Henrici capellanus* ex Anselmo c. 33. 4) Haec addidit ex Ruperti Chron. S. Laur. Leod. c. 14, SS. VIII, 267.

Rup. chr 18

est. Qui tamquam fluminis impetus, qui letificat civitatem Dei, verba pacis et concordie, ubiubi de conscientia bona et fide non ficta eructuabat, et quasi quedam celestis virtus, ab omnibus omnino est reveritus. Quid multa? Predonibus veniam ab imperatore obtinuit, ducem sanum recepit, pacatis omnibus, bellorum impetus conquievit].

Ans 34. — *p. 198

68. Venerabilis episcopus noster Wolbodo aliquando commotum contra se imperatoris Henrici animum sibi reconciliari gestiens, consilio suorum aliquantum pecunie contraxerat, quam eidem Colonie occursurus, ut placatior efficeretur, offerret. Sed audi rem relatu pariter et laude dignissimam. Mutato enim repente proposito, cepit secum disquirere, quod si princeps terrenus placandus esset muneribus, cur non potius Rex celestis elemosinis esset[a] acquirendus, in cuius manu sunt omnium corda principum? Offenso celorum Dominatore, frustra terrenum regem placari; Creatore placato, hominis, quantumlibet in terra sublimati, minas non debere reputari; sicque nocte ipsa, qua in crastinum profecturus erat, que collegerat cepit pauperibus religiose distribuere, ita ut de illa pecunie summa, *qua placari princeps debuerat, nil penitus retineret. Imperator interea Colonie iam constitutus, pecuniam, quam fama precurrente sibi noverat ab episcopo coacervatam, gaudenter prestolabatur; sed cum diu, quando sibi presentaretur, expectasset et a referentibus tandem rei geste ordinem et causam cognovisset, sapienter apud se deliberans vir nobilis, non ad sui contemptum quod factum fuerat reputavit, quin potius prudentiam pariter[b] et constantiam pontificis, quod terrenum principem immortali Regi non pretulisset, plurimum collaudavit et ex splendido illo suo contemptu, unde eum amplius amaret, invenit suamque vanam potentiam in hac parte a bono sacerdote derisam gavisus est. Audiant hoc episcopi, qui creditas sibi spoliantes ecclesias, mimos ceterosque palatinos canes ditare contendunt ipsique scurrilibus vaniloquiis et turpibus circa reges adulationibus inservire non erubescunt. Ecce, magis celebre in regali aula nostri pontificis nomen nil tribuendo est[c] effectum, quam multorum cum suis adulationibus ceteri collatores munerum. Huius itaque veteris semperque recentis morbi noster hic antistes prorsus immunis, male blandientis seculi lenocinia fortiter calcabat, ad celestia toto desiderio suspirabat et per duos et semi annos, quibus in episcopatu vixit, preter spontaneam qua corpus atterebat afflictionem continua stomachi infirmitate laboravit, eoque magis animi vires roborans, erga subditos tam exemplis quam monitis auxit rigorem ecclesiasticis disciplinis, multique a levitate, quam prius fuerant sectati, ad gravitatem morum conversi, sanctitatis eius imitatores sunt effecti.

Ans. 35 — Vit. Wolb 15 — ibid 19 — *p. 199 — Rup. chr. 20

69. Hoc igitur ordine reconciliatus imperatori, non est pretereundum, quod diligens ipse decorem domus Domini, stationes instituit seu processiones, que ab universo communiter clero civitatis ad maiorem ecclesiam certis per annum sollempnitatibus fuerint[d], quatinus per huiusmodi conventus in choro Leodiensi iugiter caritatis maneat, ut ita dixerim, concentus, hoc est, in maiori ecclesia a minoribus tanquam matri a filiabus privilegium servetur competensque subiectio ab eo modificata, qui habitare facit unius moris in domo, monente et apostolo, sollicite servari unitatem spiritus in pacis vinculo. Labii denique illius enei, quod fecit Moyses, ut lavarent in eo Aaron et filii eius manus suas ac pedes, quando ingressuri erant testimonii[e] tabernaculum, et quando accessuri ad altare ut offerrent in eo thymiama Domino, recordari nos facit liber ille psalmorum conspicuus[f], quem propria manu scripsit, et in[g] quo unicuique psalmo compositam ex eodem et a se *dictatam subiecit orationem, de bono thesauro cordis sui proferens bona. Hic a nobis hactenus diligenter observatur, in quo videlicet manus ac pedes nostros, id est actuum sive intentionum motus, compunctione lacrimosa velut enea ad Deum sonoritate psallendo, lavare possimus introituri ad sancta sanctorum. Inter cetera enim etiam istud piissimi amplectimur Wolbodonis memoriale, cui diebus singulis mos[e] erat, antequam divina celebraret[g] mysteria, de integro perorare psalterium, thymiama utique Christo acceptabile in odorem suavitatis. [Supradictus[h] autem Henricus rex sanctum Coloniensem archiepiscopum Heribertum multis affecerat iniuriis, eo quod lanceam[i] et coronam[k] ceteraque regalia non nisi nobilium iudicio tradidisset illi. Denique inter eos diu magne fuerunt simultates, et omnis ecclesia in hoc scandalizata est multum, attrita et commota. Qua de re vir Domini Wolbodo valde angustiatus est, tum quia regi familiarissimus erat eiusque salutem et honorem diligebat, tum quia archiepiscopus, quem ille offenderat, suus dominus erat sanctusque homo esse virtutibus etiam manifestis claruerat. Monet ergo secretius imperatorem, ne contra sanctum Domini ulterius iram suam protelaret; iustum esse Deoque placitum, ut, qui illum sine causa iniuriatus fuisset, gratiam eius cum satisfactione prior ipse repeteret. Memorem eum esse verbi dominici: *Qui tangit vos, tangit pupillam oculi mei*. Melius esset, si faciem Domini preveniret, qui iniurias servorum suorum graviter vindicaret. Hac ille oratione flexus, Coloniam venit, in die natalis Domini coram omnibus archiepiscopo sancto Heriberto satisfecit. Ita pravorum factio, que occasione huiusmodi creverat ecclesiamque affligebat, cassata est].

Ans. 35 — Vit Wolb 16. — *p 200 — Ans 35.

70. Hic [venerabilis[l] episcopus], postea peracta paschali sollempnitate suo more devotissime, sensit se vocante Deo — — fruiturum me confido cum dextris'. Beatus namque Laurentius cum inestimabili[m] suavitate et gloria illi e vestigio apparuit et consolans: 'Quinta' inquit, 'feria mecum eris in paradiso'. Qua consolatione super mel et favum dulciore refectus eger, maioribus ecclesie clericorumque nonnullis plus iusto letabundus exposuit. Illis congratulantibus sibi, unctione sancta et viatico Christi sacramentorum sese communivit. Denique Poponi, ecclesie Stabulensis opinatissimo tunc abbati, providentiam ecclesie sancti Laurentii commisit, quia nulli adhuc fuerant ad serviendum Deo illic instituti vel abbas vel monachus. Ceperat quidem hec ecclesia *construi ab episcopo gloriose commendationis Eraclio, qui iam in urbe ista sanctorum Pauli et Martini basillicas egregia liberalitate construxerat, sed paucis post diebus eo decedente, relicta est imperfecta, utcumque dotata quidem, sed miserabili facie, quia nec saltem cooperta, nisi quod Nothgerus, qui successerat episcopus, insigne tuum diadema, o Leodium, perfectis tandem et equalis parietibus, superponi tectum fecit. Itaque, ut venit dies qui promissus erat venerabili Wolbodoni, ipse vir desideriorum suo frustratus[n] est desiderio. Fuit siquidem culpe, visionem tante dignitatis indignis[o] eque ut dignis innotuisse. Quapropter admodum mestificatus[p], cor suum ipse discussit, et culpam in se deprehendens, Wielandum bone conversationis clericum familiarem sibi obtestatus est per tremendam divinitatis maiestatem, quatinus astrictum se loris verberibus subiceret districtis. Vinctum igitur suum Dominus non despexit, quem velut sanctum Iob dixisse advertas[q] *Ipse me reprehendo et ago penitentiam in verbere, in favilla et cinere.* Unde penitentis oratio Wolbodonis directa est sicut incensum in conspectu Domini, elevatio, inquam, manuum illius in mortem vesperascentis quasi sacrificium vespertinum apud Patrem misericordiarum et Dominum totius consolationis. Siquidem sensit per spiritum, carnis se vinculis iam iam absolvendum. Deinde et humilissime circumstantes ammonebat[r] instantius, sine intermissione[1] orare pro sui exitus expectatione, orans et ipse

a) *denuo scriptum* placandus *del. c.* b) pril *c.* c) *superscr. c.* d) fiunt *Vit. Wolb.* e) *e corr. c.* f) conspicitur *c.* g) t *superscriptum.* h) *add.* 3 *in marg.* i) lancea *c.* k) corona *c.* l) *superscr. A.* m) inextimabili *c.* n) frustatus *c.* o) indige *c.* p) mestistificatus *c.* q) avertas *c.* r) amovebat *c.*

1) *sine intermissione — posse* ex Anselmo c. 35.

[Vit. Wolb. 16.] pariter et psallens pro posse; in psalmis et antiphonis incipiendis ipse incipiebat, finitis collectas ipse subiungens. Atque ut hoc efficatius implere posset, linguam vicina iam morte siccam madidari aqua interdum faciebat. Qui igitur subsequentis ebdomade feria 5. mox migraturus, crucem dominicam accepit in manibus, et mira dulcedine, affectu inexplebili [Ans. 35.] diu complectens, caput suum petiit admoveri eius vestigiis[1], pedesque crucifixi, manus et latus exosculans[a], crucifixo [Vit. Wolb. 16.] Domino, cuius ymaginem foris amplectebatur, reddidit spiritum. Qui, ut suorum reddatur merces laborum, deductus est in via mirabili, quia Laurentio duce transiit in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. Corpus autem eius venerabile ad ecclesiam beati Laurentii, quem sibi specialem fecerat patronum, cum magna cleri ac populi frequentia et honore delatum, operoso atque spectabili, quemadmodum spectari potest, in cripta eiusdem ecclesie sepulcro est reconditum; circa quod auratis literis hoc habetur exaratum epythaphium:

[*p. 201.]
Ingens carnis honor, sed morum gratia maior*
Presulis officio te locat et solio.
Sensit dives, egens, ut eras ad singula presens,
Istis unde salus, his fluit unde cibus.
Hinc[b] eadem cunctis adsunt viscera[c] nobis,
Hincque salutiferum[d] excolimus tumulum.

Migravit autem ad Dominum anno dominice incarnationis 1021, 11. Kalendas Maias, presidente sedi apostolice Benedicto huius nominis octavo, a beato Petro apostolo 144. secundum quosdam hystoriographos, gloriosi [Ans. 35.] vero Henrici tam regni quam imperii anno vicesimo, sui autem presulatus mense tricesimo. Ad cuius sacrum corpus multi diversi generis langoribus vexati dum remedia petituri venerunt, ipsorum langorum levamen efficax sepe invenerunt. De quibus nostris diebus homo Leodiensis a demonio vexatus liberatus est. Similiter et mulier quedam in anniversario eius ad sepulchrum eius a quartana febre, sicut ab his qui [Vit. Wolb. 17.] affuerunt audivimus, liberata est. Qui procul dubio terre viventium heres de sua re mancipi sanctum Laurentium hereditavit munifice, trecentas insuper argenti marchas in opus perficiende dimittens ecclesie, mirabili affectione, o martyr sancte, tibi thesaurizatas. Nam si advixisset diu, quantum erga te extendisset devotionem cum Deo, qui metitur hominum corda, plenius nosti. Septem denique matrices ecclesias contulit et in Flandria sibi a progenitoribus dimissa multorum predia redituum, quibus nos violenti homines alienorumque cupidi pervasores adversante Sathan exheredavere, [ibid. 21.] contra diei maliciam, contra seculi huius iniusticiam nobis frustra reclamantibus. Denique ad corpus dilecti Deo Wolbodonis quicumque petierunt ex fide, diversorum remediis langorum sospitantur, meritoque illius efficatiam cum ex nobis ipsis, qui eius beneficiis fruimur, cum ex aliis nonnumquam sumus experti. Et ut de innumeris duos saltem perstringam breviter, Adelardus in ecclesia sancti Trudonis huius[e] nominis abbas secundus, acerbissima frenesi a se alienatus, dum ad sepulchrum beati Wolbodonis pertractus fuisset ibique iacuisset aliquandiu, suffragio sancti plenam recepit sensus sobrietatem. Item alius quidam monachus de cenobio sancti Laurentii gravissime infirmatus atque ad sancti Wolbodonis misericordiam deportatus est, quo sibi dignanter apparente ac tercio super illum sancte crucis signaculum [ibid. 22.] faciente, tanquam ab ipsis retractus mortis faucibus sine mora convaluit. Sed corporum sanitates pariunt nonnumquam [*p. 202.] *animarum infirmitates, dum miracula, que debeant excitare ad devotionem, sibi materiam indisciplinati[f] vendicent ad dissolutionem, presertim cum monachico non expediant instituto vel quieti frequentie seculares. Quocirca improbandum non fuerit, quod, uti ferebant seniores nostri, primus ecclesie sancti Laurentii pie recordationis abbas Stephanus hunc aliquando sanctum episcopum per divinum nomen contestatus sit, quod temperaret a miraculis: tante fratribus fiebant per occasionem infirmorum noctu et interdiu molestie. Verum quamlibet rarescere extunc miracula ceperunt, tamen per presentiam meritorum Wolbodo semper nobiscum est, dum et aliquotiens a religiosis quibusdam visus fuerit ad tuum altare, o sancte Laurenti, pro statu sancte ecclesie Leodiensis, presente mirabiliter sancta Trinitate, archanis divinorum fungi mysteriorum, sacerdos exaudibilis secundum ordinem Melchisedech, cuius hostias tuarum et odorifera[g] precum libamenta acceptavit ac sempiterne acceptet idem trinus et unus Deus, cui gloria et nunc et in[h] diem eternitatis.

[Ans. 36. Vit. Wolb. 20.] 71. Quadragesimus nonus subrogatus est ei in epyscopatum Leodiensem[i] Durandus. Hic bona plurima, que antecessor eius ecclesie sancti Laurentii dederat, abstulit et partim ad mensam epyscopalem retinuit, partim militibus beneficiavit. Ipse ignobilis quidem genere, utpote ex familia Godescalci maioris ecclesie prepositi fuit, sed ingenii atque literarum clara viguit nobilitate. Hic ergo Godescalcus[2] filius fuit castellani de Morelmez et electus fuerat a capitulo in epyscopatum. Qui cum ad imperatorem pro regalibus suis festinaret, obvium habuit dictum Durandum iam ab imperatore epyscopatu donatum. Cumque [*p. 203.] vidisset Durandus dominum suum predictum *Godescalcum, voluit ei donum, quod ab imperatore acceperat, resignare; sed per eundem Godescalcum firmus in epyscopatum promotus est. Erat enim uterque religiosus, sed Durandus in utraque litterarum scientia [ibid. 20.] longe satis expeditus. Qui videlicet Godescalcus sancti Bartholomei[k] construxit ecclesiam, ex suis sufficienter allodiis duodecim canonicos instituit, liberalissimo illum Wolbodone consiliis et beneficiis animante. Sed Durandus, quamquam natus serviliter, tamen in hoc etiam se commendavit[l] nobiliter, quod eundem Godescalcum nec fidelitatem sibi, ut epyscopo mos est iurare[m], nec hominium facere passus fuerit, ingenue morigeratus, qui non attenderet, quid tunc, sed antea quid fuisset, nec iam servus, tamen quasi servum sese obsequiis Godescalco exhiberet. Fuit ergo in theatro mundi quasi fabula, quod suis dominaretur dominis homo ex tam paupere et humili familia, cum Dominus pauperem faciat et[n] ditet, humiliet et sublimet. Hunc propter vite modestiam et scientie prerogativam Wolbodo benignus habebat gratissimum atque ideo imperatori Henrico clericum querenti scientem litteraturam assignaverat eum et summopere commendaverat. Quam augustus commendationem adeo non habuit irritam, ut, ipso epyscopo decedente, illum cathedra sublimaret Leo-

a) exosclans *c.* b) Hic *c.* c) et viscera *ex Vita corrigendum.* d) *corr. ex* salutifferum *c.* e) *corr. ex* huiuss *c.* f) indisciplinari *c.* g) *e corr. c.* h) *deest c.* i) Leodiensis eccles *c.; sed* eccles *rursus deletum.* k) Barthomei *c.* l) comisit *corr.* commendavit *c.* m) epyscopo iurare *c.* n) et ut *corr.* ut *c.; ex Vita* et *correxi.*

1) *caput — vestigiis*, et paullo post *crucifixo — spiritum* ex Anselmo c. 35. 2) De hoc Godescalco, qui edificavit ecclesiam s. Bartholomei, vide Vit. Balder. c. 6, SS. IV, 726; Hirsch, Heinrich II, III, 181.

diensi. Idem etenim Bavenbergensem ecclesiam, ab eodem destinatus augusto, doctrinarum iam pridem et religionis claro[a] sydere illustrarat. Sed plerique acceptorum obliviscuntur[b] beneficiorum, et bonas etiam mentes depravant aliquando cure seculares. Unde et Durandus misericordis erga se Wolbodonis oblitus, misericordiam elemosine defraudavit, ut premissum est, quam beato Laurentio ille delegaverat, leve estimans, si eam nemine sibi contradicente tolleret. Quapropter *visione durissima semel ac secundo redargutus est, eodem apparente sibi sancto Wolbodone et suam elemosinam acriter repetente. Quod ille cum suis non modice concussus denarraret, aiebant maxime hii quibus rapta fuisset largitus, non debere illum sompniis attendere, multas curas sequi sompnia, eum dormientem videre quod vigilans versaret mente, sapientis esse, ut quasi fumum reputet sompniorum phantasias. Canum huiusmodi adulantium lingue conceptum timoris stillicidium illius facile ex animo elambuere. Venerat quidem Wolbodo semel ac secundo in spiritu lenitatis, sed iam tercio in virga furoris aderat, comminansque terribiliter, quod eum auditus non fuisset, quod culpam ille non correxisset, ad radices arboris iam securim esse positam dixit. Gravissime ergo illum baculo pastorali cecidit[c]. Quem et continuo mortis previa corripuit egritudo. Cuius angore nimio et clangore turbata est familia, evocati celerius sunt archidiaconi necnon et maiores civitatis. Que viderat, que audierat innotuit, et ingemiscens: 'Ecce', inquit, 'iam morior. Ad misericordiam domini mei sancti Wolbodonis me perferetis atque illius ex oposito, extra ecclesiam scilicet sancti Laurentii secus parietem, me sepelietis'. Tradidit denique sancto Laurentio predium in Wasegga, quod nuper a Roberto emerat[d] archidiacono, 4 auri marcas sibi tantum residuas[e] spondens miserabiliter, quod, si spacium sibi vite daretur, cuncta que abstulerat ex integro restitueret. Iuxta Zachei votum forsitan reddidisset[f] ablata in quadruplum, sed non[g] expectatus obiit 10. Kalendas Februarii anno Domini 1024.[1] et, sicut petierat, extra ecclesiam sancti Laurentii sepultus est. Ibi sub divo[h] tamdiu iacuit, quousque nova edificaretur ecclesia, et tunc inclusus muro atque admissus sub tecto est. Lapidemque sepulcralem, qui nunc usque cernitur, abbas Stephanus pro episcopii veneratione super illum componi atque hoc fecit epytaphium inscribi

Durandus iacet hic, qui paulo plus tribus annis
Tungrensem rexit nobiliter cathedram.
Pauperis in nido patrimonii natus, et altus
Ingenio, summos[i] evolat ad proceres.
Quos tulerat dominos[k], hisdem famulantibus usus,
In theatro mundi fabula quanta fuit!
Septima lux ut nam[l] fundentis in orbe fluebat,
Cum faceret rebus triste vale[m] senior.

Rexit autem Leodiensem ecclesiam annis tribus et parum sub[n] apostolicis Benedicto VIII. et Theophilo, qui et Iohannes XX. huius nominis dictus est; ultimo anno Henrici [imperatoris[o]].* Sed *his omissis, ad quinquagesimum veniamus episcopum Reginardum, de cuius vita et ordinatione aliqua narrare curavimus.

*) *A. add. in marg. inferiore:* Anno[p, 2] dominice incarnationis 1024. Henricus secundus huius nominis imperator, postquam sub nomine regis 12[q] annis, sub dignitate et nomine imperatoris 11 regnavit, sine liberis divina vocatione viam universe carnis ingressus, Deo reddidit animam feliciter 3. Idus Iulii. Sepultus[r] est in ecclesia sancti Petri[s] civitatis Bavenbergensis, ubi[t] multis floret miraculis; quam[u] ipse construxit et episcopatum[u] ibi instituit. Hic Cunigundam suam legitimam sponsam et imperatricem nunquam cognovit, sed ut sororem infra 12 annos dilexit. Huius imperatoris sororem, bone memorie feminam Gislam[v] nomine, rex Ungarorum qui Stephanus dicebatur in coniugium expetivit, sed eam ducere non promeruit, donec sacri baptismatis sacramenta a[w] beato Adalberto, in cuius honore postea Trigonii maiorem ecclesiam instituit, cum omni gente sua suscepturum se promisit. Quam pollicitationem ubi rebus perfecit, religiosus Deoque devotus in executione bonorum operum permansit; quod divina pietas post mortem eius evidentibus inditiis, ad sepulcrum eius factis signorum miraculis, demonstravit. Beatus autem Henricus imperator Aquisgrani in Leodiensi diocesi basilicam novam ad honorem beati Adalberti episcopi Pragensis et novi martiris et beati Hermetis construxit atque dotavit et in ea 20 canonicos[x], qui Deo servirent, ordinavit.

72. In[y] territorio Colonie Agripinensis claro Regginardus — — veluti divinos instillabat favos. Iuvenis[z] ergo industriam et maturitatis decus — — Salomonis: *Abhominatio est apud Deum pondus et pondus, et statera dolosa non est bona.*

73. Defuncto interea Virdunensi episcopo — — in ovile ovium. [Hic[a] ecclesiolam in Monte Publico iuxta sanctam crucem ad honorem beati Nicholai Mirreorum archiepiscopi anno Domini 1030, 11. Kal. Agusti, dedicavit[b], que fertur prima fuisse fundata in regno Lotoringie nomini beati Nicholai, maxime quia quedam pestilentia[c] muscarum[d], que homines infestabant in Leodiensi terra, cessaverit ad invocationem beati Nicholai, pro quo populus ecclesiam iuxta

a) clero *c.* b) oblivicuntur *c.* c) cicidit *c.; ita etiam Vit. Wolb.* d) *corr. ex* amerat *c.* e) *corr. ex* resiiduas *c.* f) reddisset *c.* g) nec *corr.* non *c.* h) *post* divo *erasit* tam divo *c.* i) sūmōs *c.* k) domino *c.* l) urnam *c.* m) valde *c.* n) sub — Iohannes *in rasura;* xx. — Henrici *iam in marg. infer., sed manu scribae;* sed — curavimus *eadem manu in folio sequenti in rasura duarum linearum. Unum folium excisum et sex folia addita, quae priorem partem Vitae Reginardi continent.* o) *add. A.* p) Ano *c.* q) XIII *corr.* XII *c.* r) Sepultus — instituit *rursus A. in marg.* s) P *absc.* t) *abscisum.* u) q, t *absc.*, v) Adelidem *corr.* Gislam *c.* w) a — instituit *rursus A. in marg.* x) canicos *c.* y) *incipit scribere* 1. z) *littera initialis* I *rubro colore in rasura scripta.* a) *haec add. A. in marg.* b) *e corr. c.* c) *superscr. c., sed* p *absc.* d) *post* musc. *rasura trium fere litterarum.*

1) Concordant Ann. Laub. SS. IV, 18; rectius a. 1025. exhibent Ann. S. Iac. Leod. SS. XVI, 638; Ann. Leod. SS. IV, 18. De die cf. Köpke ad Anselmum, SS. VII, 209 n. 49. 2) Sequentia propius ad Ekkehardum quam ad Chron. Regiam Col. (Eccard I, 899) accedunt; cf. praefationem p. 8 n. 2.

votum consumavit]. Providensiam [cenobii[a] sancti Laurentii] tunc temporis agebat Poppo abbas Stabulensis — — sponsa dicit: *Surge aquilo et veni auster, perfla ortum meum, et fluant aromata illius.*

74. Nam, veluti premissum est, postquam Stabulensis abbas in manum Reginardi episcopi huius loci remiserat providentiam, comes Herimannus, prudentia et consilio ut nobilitate vir clarissimus, qui frater erat Goscelonis Lotharienſium et Mosellanorum ducis, episcopum interpellabat obnixius, quo eatenus pupille ac desolate[b] misereretur patremque[c] illi et tutorem institueret. Virduni [in[d] ecclesia sancti Vitoni] esse monachum [probate[e] vite Stephanum nomine, quondam in ecclesia sancti Dionysii Leodiensis[f] civitatis canonicum], sibi optime spectatum, qui religione et scientia tam preesse quam prodesse domui Dei posset. Episcopus se facturum — — huic loco prefecit. Igitur a nostro tunc orto — — karismatum Spiritus sancti.

75. Licet itaque Stephanus et qui sub ipso erant fratres — — Itaque expergefactus senior fratrem [Renuardum[g. 1]] iam egressum, iam ad forum abeuntem revocari citius iubet — — meliora sunt argento electo.

76. Igitur ut a genimine mercationis male, symonia videlicet, Reginardus noster — — dissimulans peccata propter penitentiam.

77. Rediit ergo prospere Leodium Reginardus — — prenuntiarat oraculum.

78. Erat Novembrii mensis dies secundus — — illud Salomonis: *Voluntas Dei in his, qui simpliciter ambulant.*

79. Deo igitur prosperante perfectum est opus — — quoniam alias inde disserui uberiore opusculo. Sollemne igitur est clero ac populo huius civitatis — — vir genere ac religione conspicuus apud Leodium reliquias eiusdem martiris ex urbe Romana detulit, sicut postea suo loco dicemus[2].

80. Igitur pactum Domini erat cum Reginardo vite et pacis — — Erat denique tam ingenue discretionis, ut eos qui mendicare erubescebant conduceret in opera[h]. Misericordiarum ergo faciens odoros atque imputribiles fructus, sicut cedrus Lybani multiplicabatur, et iuxta quod in Apocalypsi legitur, folia eius, id est benefacta eius, ad sanitatem gentium, quando[i] quidem miserendo totum se miseris impenderet subiectosque ad idem instantissime ammoneret, detestans omnimodis avaritiam, que secundum apostolum est simulacrorum servitus.

81. Tunc temporis Odo Campanie comes — — vel thimiama obtulerit.

82. Ipse quod ait apostolus — — floreat luce, resurgens novus homo. Amen. Sepulchrum eius preclaro insignivit — — sol tibi iusticie. Amen. Abbas Stephanus, secundum quod ait Dominus per prophetam: *Ecce, excoxi[k] te, non quasi argentum elegi te in camino paupertatis,* defuncto presule, quasi pupilus absque patre pauperem degebat vitam. Siquidem multi viri nobiles illum non minime afflixerunt, iura quedam infringere volentes[l] circomiacentis terre, quam venerabilis Raginardus liberam ab homni exactione ecclesie sancti Laurentii delegavit Tamen Stephanus a Deo sustentatus[m], edificia claustri et officinas consumavit, et circomquaque succisis nemoribus, que propter insidias latronum omni erant transeunti[n] noxia[o], elaboravit adque[p] excoluit Obiit autem idem venerabilis abbas Stephanus, contorum[p*] ecclesie sancti Laurentii monacorum pater primus, in senectute bona, postquam prefuerat eidem ecclesie 33 annis, secundum nomen suum, quod normalis interpretatur vel coronatus felicis norme, *id[q] est iusticie laborumque suorum percepit a Christo coronam, anno episcopatus domni Teoduini tercio decimo. Sepultus est autem in cripta[r] eiusdem ecclesie ante altare sancte Dei genitricis[s] Marie ad pedes silicet domni Wolbodonis[m] episcopi. At vero nobilissimus[t] comes Herimannus, qui et Heselo, seculi que sunt renoncians omnibus, Virduni apud ecclesiam sancti Vitoni monachicum suscepit habitum, et vivens monastice usque in finem, bonorum meruit agregari collegio sanctorum monacorum.

83. Huius* loco successit Nithardus[u], custos ecclesie maioris, iuvenis etate, sed maturus moribus, quatuor circiter annis pontificii fretus honore. Huius avunculus fuit predecessor suus Reginardus episcopus. Hic in tam brevi vite sue tempore magnum ornatum, quem hactenus possidet, nostre acquisivit ecclesie, in qua defunctus sepulturam voluit habere.

Insignis presul claris natalibus ortus,
Nithardus custos devoto fine quievit.

Obiit autem anno dominice incarnationis 1041[3], Kal. Augusti, sub Benedicto papa huius nominis IX, tam regni quam imperii Henrici, filii Conradi imperatoris, anno secundo.

*) *A. addidit aliqua in marg. infer., sed postea erasa sunt, ut nil nisi haec legi possent:* Hoc tempore ecclesia sancti Petri, sancti Remacli, sancti Lamberti reedificata a domno Wenzone . . . . 20 altaria . . . . ab ipso Nithardo.

a) huius ecclesie *c.; quae A. postea delevit, superscribens quae uncis inclusimus.* b) ecclesie *ex Vita supplendum.* c) partemque *c.* d) *superscr. A.* e) *in marg. add. A.* f) *e corr. c.* g) *superscr. A.* h) *scriba adnotavit in infima margine litteris minutissimus aliam lectionem:* Simulque eos, quos verecundia mendicare prohibebat, in opera precio conduxit, sicut ille propheta, qui prophetas Domini per quinquagenos et quinquagenos pavit, cum illi absconsi essent, eo quod adorare renuerent vitulos aureos, quos fecerat Ieroboam. i) quoando *corr.* quando *c.* k) excocsi *c.* l) volentas *c.* m) *e corr. c.* n) transceunti *c.* o) noctia *c.* p) *ita c.* p*) *ita pro* cunctorum *c.* q) *desinit* 7; *incipit rursus* 3. r) cricta *c.* s) genitrixis *c.* t) nobiliscimus *c.* u) Nitardus *superscr.* h *A.*

1) Supplet ex Ruperti Chron. S. Laur. Leod. c. 26, SS. VIII, 271. 2) Vide infra lib. III, c. 8. ex Reineri libello de adventu reliquiarum desumta. 3) Errat noster. *Anno incarnationis dominicae* 1042, *indictione* 10, 17. *Kal. Sept. obiit Nithardus Leodiensis episcopus* legitur in lamina plumbea ex sepulchro Nithardi eruta secundum Foullon I, 225. Minus accurate adnotavit Chapeavill. I, 279. ex eadem inscriptione 9. *Kal. Sept.* Cum die quem Aegidius tradidit concordat lib. mort. Lamb. (Foullon I, 226). Necrologium Stabulense exhibet 19 Kal. Sept. (v. Köpke ad Anselmum, SS. VII, 210). Cum anno in lamina plumbea reperto conveniunt Ann. S. Iacobi Leod. SS. XVI, 638; Ann. Leodienses et Laubienses, SS. IV, 19. Cf. quae accuratissime de obitu Nithardi disputavit Steindorff, Iahrbücher des deutschen Reichs unter Heinrich III, I, 167 n. 3.

84. Post istum quinquagesimus secundus Wazo maximus, [frater[a] Wensonis abbatis[b] Florines[1]], canonice electus, episcopali cathedre intronizatur. Hic primum sub Nothero presule capellanus existens, postea ab eodem scolarum donatur magisterio; in quarum studio tam morum — — Munificentiam in eo laudare superfluum iudicamus, qua ita erga peregrinos et hospites sedulus erat, ut potentes ac ditiores se frugalitas eius in invidiam concitaret. Postea cum sub pontifice Baldrico eciam decanatus sublimaretur honore, ita se modestum exhibere studebat, ut et in subiectos mansuetissimus appareret, et contra superbos erectus, virtutis instantia contumacias eorum supprimeret. Probat hoc subscripta eius epistola, Iohanni preposito in superbie fastu ob vanum prepositi nomen elapso directa, quod et tyrannicam potentiam in disponendis iniuste rebus ecclesiasticis sibi arrogaverit.

85. *Fratri Iohanni secundum sua merita non suus Wazo. In veteris amicitie memoriam* — — ne quid dictum sit in gratie detrimentum, quia sic ratio poscebat*[c], *optamus.*

86. Hec scribens procul omni invidia et odio — — succubuit. At vir Dei tanta adversitate nequaquam frangitur, sed potius boni propositi tenacior efficitur.

87. Sed cum quidam eius necessarii periculi pondus attenderent, veriti satis, ne solus non posset sufficere — — pre ceteris tamen Aribo Moguntiacensis et Piligrinus Coloniensis tanta eum veneratione preferebant, ut ei vicissim assurgentes in tractandis negotiis aulicis collateralem sibi eum sessorem effici cogerent.

88. Eo tempore Iudeus quidam arte medicinali peritissimus — — Qui cum a devicto sponsore negari non posset, subridens Wazo Iudei[d] manum invasit, tenensque digitum, quousque eum repetere vellet, fidei eius custodiendum commisit. Sicque bellator Christi novum christiano nomini a precipuo doctore gentis Iudaice gloriose retulit tropheum, habitumque est celebre in regis curia, Iudeum sapientia famosum a Wazone esse devictum.

89. Interea cum fama divulgante percrebuisset ubique, Iohannem obisse prepositum, Wazo venerabilis, etsi curiales tumultus evadere et claustrali quieti reddere se desideranter optaret, reditum tamen ad suos adhuc distulit, usque dum successorem accepit idem Iohannes, ne cupiditatis notam apud invidos incurreret. Susceperat autem prepósituram unus ex archidiaconis Lambertus nomine. Qui post domni Wazonis reditum[e] parvo superstes tempori, cum morti proximus existeret, testamenti sui prefatum decanum constituit *dispensatorem, sicque vita decedens, acclamatione pariter et electione tocius cleri per episcopum Regenardum ipsum accepit in prepositura simul et archidiaconatu successorem.

90. Inter hos nimirum ascentionum gradus ita vir Dei — — aliarum ecclesiarum, quibus vinum non esset, consuleretur inopie, decentissimum aiens fore, ut ex ecclesie maioris habundantia minorum suppleretur indigentia Duodecim pauperibus vel peregrinis coram fratribus in refectorio reficiendis alimenta sufficientia constituit — — Hec de exteriorum administratione.

91. Interius autem subditos regularibus institutis ut karissimos — — premonstrabat incedendam. Interea pontifice Regenardo decedente, maxima pars filiorum ecclesie in eius electionem vociferando consurgit; quorum ille, ut a se amoveret intentionem, vehementer culpabat presumptionem, dicens, sibi magis utpote maioris ecclesie preposito competere, quod ipsi iniuste nitebantur usurpare, in electione pontificis primam se vocem ab antiquis legibus habere. Cumque huiusmodi pia invectione voces illorum suppressisset, Nithardum custodem in episcopum elegit, electum nominavit, electionem eius tocius capituli consensu confirmavit imperialique potentia simul et auctoritate roboravit. Sic venerabilis prepositus timens externis honoribus proficere, quibus interius morum ruina potuisset deficere, ei cui ante prelatus fuerat gavisus est subesse et per quatuordecim circiter annos prescripto modo administravit officium preposilure.

92. Novissime tandem tante sublimitatis virum in humilitatis sue latebris esse noluit Dominus occultum, sed quem intra claustri unius septa dederat esse perfectum, quasi in certaminis campum prodire iussit militem strenuum, ut tempore oportuno laboranti populo esset solatio et famis bellique tempestate solus foret remedio periclitanti patrie. Defuncto *siquidem post annos quatuor Nitardo, a clero pariter et populo in episcopum rapitur potius quam eligitur, quippe qui simili qua pridem[d] cautela ab ipso timebant illudi. Reluctatur ille totis viribus, obtentu divine pietatis misericordiam sibi impendi precatur. Sed nec renitentis exauditur sententia, nec precanti impenditur misericordia. Trahitur ad cathedram, pia coactus violentia, et ne diutius verbis irretiar, mittitur Radisbonam electus noster cum convenientibus ecclesie simul et populi civitatis personis, et cum eo baculus pastoralis; ubi forte Henricus tunc rex, postea imperator, Boemiam cum exercitu aggressurus advenerat. Littere deprecatorie Leodiensis ecclesie presentantur; res in crastinum agenda differtur. Postero die a rege cogitur concilium cum episcopis et proceribus palatinis. Nec defuere malivoli, qui electionem sine regio nutu factam dicerent fore cassandam. Ex capellanis potius aliquem qui regiam frequentasset curiam debuisse eligi; Wazonem palatinis nunquam intendisse negotiis, idcirco rudem animo et actibus incompositum hactenus extitisse, superioribus contumacem, inferioribus infestum. Non expedire regi, ut virum promoveat, quem possit aliquando reperire contra se obstinatum. Quorum hortatu facile persuasus iuvenilis regis animus, barbarum nescio quem Leodiensibus intentabat preferre, cum subito duo tantum ex illius concilii tota contione divina inspiratione in bono mutati, Hermannus scilicet archiepiscopus Coloniensis et Bruno presul Wirzeburgensis, sententie tam inutili consilio saniori ausi sunt obviare* nec prius a cepto desistunt veritatis assertores invicti, donec multa laboris instantia vix tandem regie magestati electum nostrum conciliant et procerum animos ad consentiendum sibi reducunt. Sed manet adhuc constantissimos adiutores nostros labor longe operosior. Nam acsi de immanissimo monte columnam excidere conarentur, haut aliter insistunt elaborare, quatinus vir iste virtutis imponi sibi consentiat onus ecclesie. Perstat fixum diu pectus illud pietatis in proposito humilitatis; sed iuxta Gregorium, profecto pectus pietatis esse non posset, quod pietas non vinceret. In hoc siquidem pietatis pectus vicit pietas, quod, ne alterius tyrannica barbarie depopularetur potius quam regeretur Leodiensis provintia, ad petitionem suorum importabilis fere ponderis, quod hactenus horruerat, maluit onus portandum subire tandemque fieri consensit rector ecclesie. Igitur cum suo comitatu Leodium regressus, ut decebat, honorifice suscipitur et in sedem episcopalem sollempniter intronizatur. Regresso postea ab expeditione Coloniense archiepiscopo, ipse, comitantibus diversorum ordinum clericis, consecrationem suam expetiturus Colonie se presentat. Quam post triduum sollempni admodum ritu consecutus est et ex bono filio in sponsum sue matris assumptus.

a) *in marg. add. A.* b) *litterae* atis *evanuerunt;* abbatis de Florinis *Rup. Chron.* c) oposcebat *corr.* poscebat *c.* d) *e corr. c.* e) debitum *corr.* reditum *c.*

1) Haec utrum ex Ruperto c. 39, SS. VIII, 275, hauserit noster necne, cum textus Ruperti qui exstat depravatus et ab Adriano de Veteribusco ex ipso Aegidio interpolatus sit, non ita certe affirmaverim.

Ans. 52. 93. Iam vero explicari non potest, quam arduum sanctitatis montem euangelizaturus Syon — — divina pietas interna dulcedine saciabat.

ibid. 53. 94. Primo statim sui episcopatus anno cum fames prevalida cepisset oriri, que per sex fere continuos annos — — ideoque terra inculta relinqueretur, singulis in ebdomada toto famis tempore binos constituit dari denarios.

ibid. 53. 95. Successit huic malo pestis alia eque intolerabilis, bellum videlicet — — ideo ne largitori essent ingrati, generales de cetero orationes tam viventi quam defuncto in sua ecclesia fieri decreverunt.

ibid. 54. 96. Hac itaque bellorum tempestate inclita plericlitante Lotaringia, novum Iosue Dominus, ecclesie videlicet Leodiensis presulem, ad resistendum hostibus suo spiritu animavit et ad defensandas iusticie partes adversus factiosos destinavit. ibid. 55. Iam immanissimi predones de bonis ecclesie Leodiensis multa invaserant, iam regionem circumquaque quam pluribus cladibus oppresserant, iam predia ecclesiastica in perpetuum tenenda sibi usurpaverant: cum ecce Christi bellator inexpugnabilis — — caritatis erga filios cathena devinctus ab eorum consortio[a] divelli[b] non poterat.

ibid. 55 97. Sed cum tandem ruricolarum miserabilis emergeret querimonia, quod non solum terras eorum, sed et ecclesiarum seu militum conquirerent sibi predia, ut post tocius terre desolationem facilius aggredi possent civitatis menia, etiam ad materialia fugere compulsus est arma. Fecerant siquidem in paludibus et in altis rupibus firmissima sibi receptacula; quibus freti[c] aliena circumquaque predia subtraxerant, incolas possessionibus privatos miserabili servituti addixerant et in omnem circa regionem intolerabili vastitate seviebant[d]. Hec omnia castellula ab antiquis quidem diebus compatriotis infesta, sed nunc amplius multo dampnosa, propugnator fortis aggreditur impugnare, armatoque sibi iuncto milite, nunc illud sigillatim, nunc istud cingere pergit obsidione. At interiores latrunculi paludibus[e] et locorum angustiis confisi, metum — — evertitur. Inde aliud atque aliud castellum impetentes, simili strage demoliuntur.

ibid. 56. 98. Libet in hoc homine divisiones gratiarum a Deo sibi impensarum intueri, quas adeo discreta studiorum vicissi- *p. 243. tudine* — — Unde contigit, ut, qui pro rapiendis alienis venerant, suorum corporum incolumitate gratanter retenta, cum rerum propriarum detrimento redirent ad sua.

ibid. 57. *p. 244. 99. Post *hoc aliud dissimile tamen huic viro venerabili contigit incommodum, quod scilicet apud imperatorem Henricum a malignis delatus sit, cum prefato Gregorio[f] contra imperatoriam conspirasse magestatem et occulto iuramento belligerandi dedisse confidentiam. Sed quam fuerint hec a[g] veritate aliena — — causas nequaquam illi, utpote laico, sed summo pontifici iudicasset assignandas.

ibid. 58. 100. Canonicus quidam Coloniensis genere clarus, Wigerus nomine, Ravennates archiepiscopus ab ipso imperatore Henrico constitutus, ante consecrationem suam iam per biennium in ornatu archiepiscopali missales celebraverat exequias. Qua de re citatus[h] ad palatium, ab imperatore, quod insipienter egisset, impetitur. Ille verbis utens excusatoriis, ignoranter se deliquisse fatetur. Consuluntur super hoc episcopi presentes. Quibusdam ad voluntatem imperatoris iudicantibus, quibusdam vero hesitantibus, consulitur tandem Leodiensis episcopus, et respondere cunctanti, quid super hoc agendum censeat edicere, districta obedientia imperatur. Ita coactus respondere: 'In secularibus', inquit, 'negotiis imperiali excellentie debemus fidelitatem, in ecclesiasticis vero excessibus apostolicam tantum prestolari debemus ordinationem, ideoque quod iste contra ecclesiasticum ordinem deliquit, apostolica tantum censura discutiendum iudico[i]; sin autem in *p. 245. secularibus a vobis illi creditis reprehensibiliter gesserit, vestro debere stare iudicio'. Consentientibus[k] *huic sententie ceteris episcopis, imperialis ille[l] discussionis iudicium prorsus evasisset, si non ultro baculum pastoralem cum anulo reddidisset.

ibid. 59. 101. Duo quedam preterea hic esse censeo referenda, in quibus dissimiliter est iusticia viri Dei — — impotentior hactenus caput dampnabile bellatoris huius[m] pedibus ex divino auxilio subdiderat.

ibid. 60. *p. 246. 102. Alio* itidem tempore cum offensum ei imperatoris animum fama dispersisset in populos, occulte viro venerabili nescitur a quo directe sunt littere; quarum pronuntiabat series, presentium directorem eius pavori multum condolere, ab instanti guerrarum pondere vehementer ei metuere, utili consilio vehementer eum indigere. Iccirco pro antiqua communi amicitia non negligendum ei prebere consilium, quatinus armatorum cetum in urbis sue et opidorum reliquorum munitionibus recipiat et de multis iniuriis sibi ab ipso imperatore illatis per ipsos sufficienter ulcisci debeat. Ille ad hec faciem dirigens ad suos, hylari facie subridens: 'Quid', inquit, 'et vos datis consilii vel quid confertis auxilii? Ecce multa michi suppetit belligerandi facultas. Nunquid, et vobis insistentibus, domnum meum impugnare aggrediar'? Cumque unus ex secretioribus eius confabulatoribus ex ausu familiaritatis suggessisset, canos eius ad id etatis a primis adolescentie annis sine querela perductos nequaquam ad hoc devolvi oportere, ut iam sub ipso vite termino talibus applicaret animum consiliis: 'Nemo', inquit, 'aliud michi, quam quod suades, animo esse credat. Domino imperatori semper et ubique fidelem me fore promitto, et quomodocunque tracter ab eo, eius tamen utilitatibus et commodo deservire, quantum iusticia exegerit, non cunctabor'. Que cum ita sint, sileat cum Iudeis Christo derogantibus improba detrahentium Wazoni[n] lingua mireturque cum bonis, neminem nostri temporis episcopum in sancta religione vigilantius desudasse, neminem ducem, marchionem, comitem pro Romani imperii fidelitate, pro patrie salute studiosius decertasse.

ibid. 61. 103. Sed ecce, dum brevitati studens materiei succumbere timui, multa dicenda preterivi, ex quibus est unum, quod multis arbitror esse cognitum. Rex Alemannorum Henricus, necdum imperator effectus, ad perquirendum sibi ex more *p. 247. cum apostolica benedictione imperium Romam profectus fuerat, totius fere Germanie et Alemannie ducum vel comitum celerorumque nobilium robore comitatus. Interea videntes Franci, totius patrie robur hac occasione fuisse imminutum, sue cupiditatis explende tempus oportunum nacti se reperisse, regi suo suggerunt, Aquense oppidum quondam sui iuris exstitisse; in requirendo nullam difficultatem modo prepedire. Regem et principes cum omni fere militia abesse, superstites[o] universos nil contra moliri posse, iccirco in perficiendo instanter negotio nulla tardare debeat dilatione. Protinus ad regis iussum principum coguntur concilia, proponuntur edicta, proceres preparantur, exercitus undique contrahuntur, potentes armantur, tota postremo Francia commovetur. Pavet, audito[p] patrie periculo, sancti patris sollicitudo. Cui quia per vim resistendi copia non fuit, ingenio potius et ratione obviandum fore intellexit. Mittuntur ad regem supplices ab eo littere, antiquas utriusque regni commendantes concordias, memorantes regum ad invicem amicitias. Duo hec regna, si sibi fuerint invicem pacata, cunctis terrarum nationibus formidanda; proinde pacem communem necessariam fore;

a) e. d. c *corr.* e. c. d. *c.* b) consilio *corr.* divelli *c.* c) forti *corr.* freti *A.* d) serviebant *corr.* seviebant *c.* e) *e corr. c.* f) *ita pro* Godefrido *c.* g) *superscr.* 1. h) *e corr. c.* i) indico *c.* k) consentibus *superscr.* tien *c.* l) se *corr.* ille *c.* m) b. p. h. *corr.* b. h. p. *c.* n) *ita correxi;* Wazonis *c.* o) superstes *corr.* superstites *A.* p) antiq *corr.* audito *c.*

concordia res augeri minimas, dissensione vero dilabi maximas. Despiciuntur a superbo rege beati antistitis littere. Rex Lotaringus accusatur perfidie. Regnum et palatium ab antecessoribus hereditario iure sibi debitum velle die prefixo vindicare. Contemptus itaque supplicans humiliter episcopus, denuo mittit epistolas, scribens mordatius in hec verba: 'Complaceat tibi, omnium principum invictissime, mutare propositum iniustum consilio saniore; quoniam indignum valde est regali excellentie, se ipsum cum sua deinceps posteritate improperii sempiterni contagio maculare, si forte contingat, regem Francie, more furis alienam domum latenter suffodientis, ut spolia non sua sibi preripiat, longe absentis comparis sedem et regnum velle *furari. Quin potius, si quid fortiter, si quid potenter contra nos agere disponis, quatinus id decentius fiat, expectetur reditus regis nostri, ut honorabilius quod tibi competere dicis exquiras in eius presentia, quod inhonestius preripere gestis in eius absentia. Sin autem id quod mente concepisti persistis explere, eos qui tibi obsistant scias omnino non defore; quin potius omne Moguntinorum, Coloniensium, Leodiensium aliarumque multarum urbium robur ad repugnandum noveris occurrere. Heu, heu, quot[a] hominum milia, congredientibus hinc inde partibus, crudelissima strage continget occumbere! quot animas eterna morte certum est interire! Quis horum omnium seu animarum seu corporum reus habeatur, a tua prudentia iudicetur. Certissime siquidem ipse nosti, quod, si imminentis cladis auctor et causa fueris, universorum tam corporum quam animarum sanguis et perdicio in te redundabit. Qua de re, princeps gloriose, terreat te iudiciorum Dei iusta severitas; et, ne in articulo tue mortis a iusto iudice inmisericorditer iudiceris, procul a corde tuo pellatur tanti sceleris immanitas. Neque enim populorum rectori expedit, ut militari superintendat levitati; sed religiosorum potius pontificum vel abbatum, quorum tibi sepissime presto est venerabilis frequentia, melius acquiesceres consilio saniori'. Qua sententia presulis audita, tyrannica rabies confestim est sedata, et subito rex mente mutatus[b] episcoporum iubet adesse cetum, epistolam sancti patris mandat coram recitari. Post recitationem vero tanti viri laudibus effert prudentiam nec minore admiratione laudat caritatem: hunc recte dici sacerdotem, hunc merito vocari pontificem, qui sibi, licet incognitus extraneo, tamen pre cunctis etiam sibi adherentibus dedisset salubre consilium. Nesciens fortassis rex iste imitatus est imperatorem Theodosium, qui publice arguentem se et excommunicantem beatum reverebatur Ambrosium; cui etiam exhibende amplioris reverentie repperit occasionem ex ipsa sua contumelia *regia dignitate sublimior nobilissima cordis humilitas. Ita certe facinus, ad quod multa satellitum milia rapinis inhiantium fluctuantem impellebant regis animum, unius hominis longe positi littere, Deo inspirante, dissuadere[c] potuerunt. Que eo usque pacis amorem in ipsius reformaverunt pectore, ut nil ultra tale concipiens, imperatori mox ex Italia reverso in reliquum dexteram cum sacramento dederit et receperit.

104. Nec silendum puto, quod apostolica dignitas presulem nostrum crebra litterarum visitatione dignata est honorare. Quas ille reverenter excipiens — — consultus episcopus rescribens tale dedit responsum.

105. 'De quibus michi scripsistis, eorum quidem error manifestus a sanctis patribus dudum[d] est ventilatus et luculentissimis eorum sententiis confutatus. Sed ut omittamus — — in illa celesti patria nobis facere etiam superiores. Hec autem dicimus, non quod hereticorum pertinatiam tutari velimus, sed quia hoc in divinis legibus nusquam sancitum noverimus'. Hec vir Domini tantopere studebat inculcare, ut precipitem Francigenarum rabiem a crudelitate refrenaret. Audierat enim, eos solo pallore notare hereticos, quasi, quos pallere constaret, hereticos esse certum esset; sicque per errorem simul et furorem, dum hereticos punire voluissent, etiam catholicorum multos sepissime trucidassent.

106. Contigit post hec, ut in obitu pape Clementis ex episcopo Bavenbergensi in apostolica sede sublimati imperator de subrogando illi alio consilium eius expeteret. Ille autem, ut erat in omnibus, et in talibus maxime, scrutator studiosissimus, vigilanter cum aliis, quibus laboris huius partes expetierat[e], hinc gesta Romanorum pontificum, hinc eorum decreta, hinc autenticos canones diligenter revolvens, nichil aliud, quam summum pontificem, cuiuscumque vite fuerit, summo honore debere attolli, a nemine prorsus debere iudicari, nullius inferioris gradus[f] accusationem[g] adversus superiorem debere recipi, invenire potuit. Et quoniam in hac electione agenda natalis dominici dies fuerat constituta, audacissimus pure veritatis assertor responsalem suum cum suis litteris illo transmisit hec continentibus: 'Recogitet[h] serenitas vestra, domine mi, ne forte sedes summi pontificis, iniuste a quibus non debuit depositi, ipsi divinitus sit reservata, cum is, quem vice eius intronizastis, vita decedens*, priori adhuc superstiti restituendam deliquerit. Et quoniam vobis complacuit nostram super his efflagitare sententiam, liceat, queso, pace vestra omnium ecclesiasticorum doctorum sententiis instructo proferre, quod iustius esse perspexero. Cum enim Iude traditoris loco legamus apostolos absque ulla seculari potentia Mathiam apostolum ordinasse, credimus hoc exemplo per ecclesiasticos ministros absque potentia seculari electiones et promotiones apostolicorum fieri debere. Sed et hoc liceat audacter protestari, electionem apostolicam seu promotionem ecclesiastico ritu legitime celebratam ordinatione divina constare muniri. Quapropter, ut vestre saluti pariter et honestati congruum vobis prebeamus consilium, desinat sublimitas vestra huic qui superstes est alium superordinare pontificem, ne repugnare videamini ordinationi divine, quia, contestantibus tam divinis legibus quam ecclesiasticis decretis, a nemine nisi a solo Deo iudicari debet Petri vicarius'. Proficiscitur itaque responsalis ad curiam imperatoris cum episcopalibus litteris et invenit Poponem Brixionensem episcopum iam in summum pontificem electum, quem postea Romani Damasum appellaverunt. Incertus ad hec ille quid faceret, imperatorem simul cum novo electo exasperare metuens, accessit tamen, et episcopi Leodiensis se responsalem esse depromens, quedam, ut noverat, quam facete profert imperatori mandamina. 'Post que omnia adhuc', inquit, 'unum superest, quod dominus vobis intimari mandavit episcopus; sed quia iam, re peracta, nulla de cetero superest causa loquendi, reliquum pandere vobis reor esse superfluum'. Tum ille curiosius insistens, a legato illo multum excusante rem propensius nititur extorquere. Responsalis autem ex industria moras redimere et quasi inde diverticula querere et tacite quodammodo virum potentem prius irretire nitebatur, ut*, sicut bene noverat, rerum anticipatione, si qua subinde in corde suboriri posset, frangeret iram Quid plura? Spondet rex, quicquid ille nuntiaret, pacato[i] se animo suscepturum; et sic tandem, que iussus fuerat nuntius, exequitur: que quanto vera, tanto forsitan homini voluntatem suam iuxta potentiam metienti[k] essent odiosa, si prelibate pactionis preoccupatio non obstitisset.

107. Alio quodam tempore cum edictum fuisset, ut gens Fresonum, que duce Theoderico imperatori repugnabat, bello navali undique impeteretur, episcopus paterno affectu timens militie huiusmodi preliis necdum assuete, ne hostium illuderentur insidiis, ne tantis periculis se vel suos exponeret, residendi consilium habuit. Itur[l] in Frisiam[m] et reditur ab exercitu navalibus[n] bellis instructo, cum non multo post pontifex ad colloquium accersitur, transgressionis imperatorii

a) quod *c.* b) turbatus *corr. in marg.* mutatus *c.* c) insuadere *corr.* dissuadere *A.* d) *supplet in marg. A.* e) expet. *corr.* expert. *c.* f) a gr. *corr.* gr. a. *c.* g) casus *corr.* accusationem *c.* h) Rogitet *superscr.* ec *c.* i) pacaret *corr.* pacato *c.* k) metientis *c.* l) *e corr. c.* m) Frigiam *corr.* Frisiam *c.* n) navallibus *c.*

Ans. 66. edicti arguitur. Sed cum se purgaturus[a], quod non contemptus vel obstinationis tipo peccasset, satisfacere paratus fuisset, negata sibi excusandi copia, succlamante hinc regie partis adulatorum fremitu, hinc episcoporum adhortante cetu, soli in tanto turbine deprehenso diutius reniti imperiali potentie nequaquam constantia fuit. Tandemque quia potentis indignatio non aliter visa est posse leniri, ad pedes eius acquievit incurvari et quasi pro culpis redimendis, que non erant, trecentas argenti libras coactus est polliceri; quod tamen omni postea vite sue tempore penituit eum fecisse. Et licet imperator postea placatus omnia illi cum gratia donaverit, semper tamen in se redarguebat, cur talis culpe suspitionem constantissime, etiam usque ad sanguinis effusionem, a se non removisset. Sed licet episcoporum consiliis obtemperans, in hac parte quodammodo succubuisse videretur, sacerdotalis tamen reminiscens auctoritatis principisque bestialem stoliditatem *p. 254 publice feriens: 'Hactenus', inquit, 'tecum disceptanti nullam michi iam senio confecto sedendi *copiam indulsistis; quiescente tandem tumultuantium fragore insano, saltem nunc magestas vestra concedat, imbecillia menbra quiete modica recreari. Nam etsi Wazonis persona forsitan indigna est honorari, sacerdotalis tamen gratia, per inunctionem sacri crismatis a Deo michi collata, non deberet inter populares turbas tam inhoneste fatigari'. Ad hec imperator indignantis typo respondens: 'Similiter', ait, 'et ego oleo sacro, data michi pre ceteris imperandi potestate, sum perunctus'. At venerabilis presul iusticie tactus fervore, superbientem regem paucis corripuit: 'Hactenus', inquiens, 'vobis incognitum puto, quia, quantum vita est morte prestantior, tantum nostra est inunctio a vestra inunctione prestantior[b]. Vobis siquidem criminosos alligandi et eorum corpora perimendi revera est collata potestas; nobis peccatores absolvendi et eorum animas ab eterna morte resuscitandi concessa est dignitas'. Talibus fluctuantis mundi iactatus procellis, peritus nauta navim suam odoris virtutum pomis refertam ad innocentis vite reflexit portum, et fortis in adversis, humilis in prosperis, sicut seculi lenociniis nequivit frangi, sic nec terroribus valuit concuti.

ibid. 67. 108. Regressus igitur tandem ad sancti martyris Lamberti ecclesiam pastor bonus, ad eterna pascua dominicas oves agere contendebat et in huius interim vite via[c], multis difficultatum asperitatibus consita, tota cordis intentione, quod in eis confractum fuerat, alligabat; quod infirmum, consolidabat; quod firmum et forte, custodiebat. Ecclesie sancte Crucis in Leodio quindecim canonicos adauxit; ecclesie beati Bartolomei decem nichilominus supplevit, quibus etiam victualia sufficienter ex bonis sibi competentibus in perpetuum providit, summopere efflagitans, ut religiosis moribus ornati, Deo servitium devote reddant et per sancte conversationis studium ei omnimodis placere contendant. Talibus pietatis eius[d] *p. 255 beneficiis ad amorem studii accenduntur plurimi, multosque vidimus a reprobis *moribus ad meliora studia conversos; ibid. 68 unde et a tanto largitore canonicam eos ecclesie stipem constat esse consecutos. Iam vero, si cui ex clero aut ex vulgari populo edificia struere[e] incumberet, largitor hylaris sufficienti munere cooperatorem se laboris esse volebat: ita quoque, ut me, servulorum eius exiguum, in simili opere occupatum, octo librarum profitear ab eo meruisse benefitium. Et ut aliqua de beati huius perfectione commemorem, certis in ebdomada feriis et maxime ieiuniorum diebus, nulla seu frigoris seu pluviarum prepeditus molestia, ex consuetudine sanctorum patrocinia nudipes circuibat, pauperum quos in via contigisset occurrere, multis elemosinis[f] relevans inopiam. Refectionis autem hora, quecumque parata essent, acsi epulaturo pulmenta, cum exquisitioribus[g] cibis omnia pauperum alimentis insumebantur. Sicque manus elemosinarum cum ieiunii votiva castigatione, karitatis igne concremata, ad celos orationum levabat aromata. Cotidianam sane conversationem suam perseverantia et temperamento iugis abstinentie, potentia vigiliarum et ceterorum pro Christo laborum irreprehensibilem coram Deo et hominibus exhibere curabat; nullum sibi vel suis familiaribus vacuum ab opere Dei tempus esse patiens, quo non aut psalleret, oraret aut legeret aut de aliqua utilitate conferret aut certe de sacre scripture questionibus disputaret; in quibus solvendis quam alacer, quam efficax, promtus erat et facilis! Sed quis omnia dicta eius vel facta memoratu digna narrare sufficiat? Quod si cuncta vite eius enumerare velimus insignia, non iam breviarium, ut[h] polliciti sumus, sed maximam voluminis incurrimus quantitatem.

ibid. 69. 109. His igitur de felicibus actibus vite eius prelibatis, nunc ad gloriosum eius transitum referendum properemus. *p. 256. Sextum ab ordinatione sua in episcopali regimine agebat annum, cum superveniente apostolorum* Petri et Pauli sollempnitate — — res ecclesie disponuntur, quarum partem unam successori suo, alteram pauperibus et Deo servientibus fidelis testator delegavit, cognatis omnibus ab ipsa delegatione semotis.

ibid. 70. 110. Dispositis igitur prudenter omnibus, abbas Gemblacensis Olbertus ab ipsis pueritie annis coevus illi et collega, sed et consecretalis ei divine legis mediator, ad peragenda circa eum sancte unctionis obsequia sacerdotali veste induitur. *p. 257. *Quo propinquante, beatus Christi sacerdos, licet carne premortuus, mente tamen et spiritu vividus et virtute divina suffultus, quantulo valuit annisu e lectulo surrexit, coram altari genua fixit et audientibus qui aderant confitendo peccata sua cum summa cordis contritione replicavit. Cumque de cunctis, quorum reminisci potuit, coram Deo se reprehenderet peccatis, suggerit abbas reverenter, ut, si quid aliquando in imperatorem deliquisset, confiteri non omitteret. Respondet ille, securum se prorsus esse imperatori nunquam nocuisse; sed in hoc solo se esse culpabilem, quod, cum esset a culpa immunis, humiliatione iniusta se pedibus eius advolvisset et inde suspitionis notam videntibus prebuisset, insuper et sacerdotalem dignitatem laicali persone subicere non timuisset. His dictis, si quid contra eos qui presentes essent fratres deliquisset, veniam precabatur. Sed adsistentis cleri[i] devotio nullam reminiscens ab eo aliquando pertulisse calumpniam, in lacrimis resolvitur et a domino Deo pontifici suo peccatorum omnium veniam devote precatur. Sic tandem eo post actam confessionem a peccatis absoluto, solempniter cum psalmis et orationibus ad id officii pertinen- ibid. 71 tibus sacer presul a prefato abbate per sacram unctionem in viam pacis et beate quietis dirigitur. Ita singulis redeuntibus in sua, sic manet in lecto decubans sanctus episcopus, corpore quidem, ingravescente molestia, magis ac magis deficiens, sed pro sui exitus expectatione intentissime Domino supplicans. Sequenti post octavam die, cum iam imminens exitus putaretur, regressis ad eum cum abbate fratribus, ut morientium more solo decessurum submitterent: 'Nolite', inquit, 'hodie circa me frustra fatigari, sed die crastino occurrite discessuro'. Ad hanc vocem abbas Gemblacensis Olbertus in lacrimas resolutus, levatisque oculis cum manibus ad celum: 'Potentissima', inquit, 'Dei pietas non me sinat post te septem dierum *p. 258 spacio in hoc morari corpore'. Cuius petitionis verba, ut probavit rei exitus, divine miserationis *percepit auditus. Defuncto siquidem die sequenti pontifice, post sollempnem exequiarum celebrationem mox ad beati Iacobi secedens monasterium, quod simul cum Gemblacensi regebat cenobio, febrili repente cepit urgeri molestia, donec invalescente in dies incommodo, die septima post beati presulis obitum, sicut preoptaverat, Domino reddidit spiritum, ut constaret hoc mystico dierum numero, ob equalis vite meritum ambos a mundi huius voragine in unam sempiterne beatitudinis requiem esse

a) pugnaturus *corr.* purgaturus *c.* b) est prest. *exhibet c.* c) sua *corr.* via *c.* d) huius *corr. in marg.* eius *c.* e) implere *corr.* struere *c.* f) inopiis *corr.* elemosinis *c.* g) inquisitioribus *corr. in marg.* exquis. *c.* h) aut *corr.* ut *c.* i) clerici *corr.* cleri *c.*

receptos. Migrant igitur, migrant ad suum factorem felices iustorum anime, multiplici studio pietatis exercitate; lapides utique vivi ad celestis Ierusalem edificium colliguntur, alter inter nos corona clericorum, alter decus monachorum, ambo divina simul et humana sapientia eruditi, robustissime in templo Dei columne. Sub tantis tuta custodibus, tantis communita propugnatoribus, intra honestissima bonarum artium quiescebas otia, nec clandestinas latronum insidias nec aperte impugnantium formidabas incursus, felix hactenus Legia, sed tanta perdita felicitate, nunc inconsolabiliter deflenda. Equidem si posset ipsa lapidum duritia lacrimas fundere, nec sic tamen digne plangi posset ablati Wazonis damnum irrecuperabile; quippe cuius virtutum fulgore illustrata, ad tantam sublimis tui nominis profeceras prerogativam, ut inter maiores circumquaque urbes sapientie fons appellareris. Que enim regio tam abstrusa in terris, quam — — que unus indeficienter agebat, cuncti pariter exercere, etsi volumus, non possumus. Obiit[a] idem venerabilis et sanctus episcopus Wazo anno Domini 1048, 8. Idus Iulii[1], sepultusque est ante maius altare in ecclesia sancti Lamberti. Huius sepultura nostris temporibus ignota erat hominibus, sed post concremationem ecclesie, dum cymentarii foderent fundamenta novi operis, inventum est eius corpusculum in sarcofago marmoreo, habens titulum in hunc modum desuper scriptum:

Ante ruet mundus, quam surgat Wazo secundus.

Post hec translate sunt eius reliquie et in eadem ecclesia iuxta[b] sancti Andree altare temporibus domini Hugonis episcopi[2] decenter sunt recondite. Age ergo nunc, o dulcis Legia, si qua tibi cordi — — lucem habitat inaccessibilem, vivens et regnans in secula seculorum. Amen.

Ans. 71. — ibid. 73. — ibid. 74.

111. Opere[3] precium dignum duximus, in fine huius operis inserere obsequium, quo honorare debent quinque ecclesie, sancti Martini scilicet et sancti Pauli, sancte Crucis, sancti Iohannis et sancti Bartholomei, matrem suam ecclesiam, scilicet sancte Marie sanctique Lamberti. In nativitate Domini primis et secundis vesperis et eadem nocte — — in choro et refectorio. Hoc est obsequium, quo, ut premissum est, non modo 5 seu 7, verum etiam universe totius civitatis ac[c] episcopatus ecclesie et monasteria honorare debent matrem suam ecclesiam, scilicet sancte Marie sanctique Lamberti. Quod et fecerunt iam 160 et eo amplius annorum spacio hodieque per gratiam Dei incunctanter faciunt facientque propicio Deo, quoadusque subsistent et hec mater et hee filie, sane cum ipsa fundamenta 7 ecclesiarum, que sunt in Leodio, in allodio sancti Lamberti locata sint[d]! Ipse quoque ecclesie bonis ipsius matris ecclesie tam in ecclesiis quam prediis dotate et ditate sunt[e].

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

INCIPIT PROLOGUS LIBRI TERCII DE GESTIS PONTIFICUM LEODIENSIUM.

Universis[f] sancte Leodyensis ecclesie filiis, et precipue Mauricio ecclesie Novi-monasterii Hoyensis canonico, frater Egidius, divina miseratione Aureevallis, ordinis Cysterciensis, monachorum infimus, licet indignus, salutem mentis et corporis. Frequenti ac devota nonnullorum de vobis postulatione devincti et non minus caritatis mutue dilectione incitati, devotioni vestre compendiose scribere dignum duximus, cuius nationis, cuius conversationis quantique meriti fuerint apud Deum, dum adhuc essent in terris, nostre nationis[g] pontifices Leodyenses. Insuper et quot annis vixerint, aut quibus imperantibus ecclesie Leodiensi prefuerint, vel quoto[h] anno dominice incarnationis obierint, et in quibus ecclesiis sepulti fuerint, in prioribus opusculis descriptione digna monstravimus: imitati[i] igitur studium venerabilium[k] patrum, Harigeri Leodiensis abbatis et Anselmi viri religiosi, qui successive unus post alium usque ad sua tempora partes superiores fideliter, sed breviter descripserunt et multa relatu[l] digna, nescio qua de causa, obmiserunt. Igitur auxilio Dei adiuti, qui facit mutos loqui, iuxta illud euangelicum: *Non enim vos estis qui*[m] *loquimini, sed spiritus Patris vestri* etc., non temeritatis presumptione, sed dono[n] pietatis et gratie, immo ne mores et gesta tantorum principum ob negligentiam[o] scriptorum cum sonitu traderentur[p] in oblivionem, ea que a supradictis patribus obmissa erant de eisdem pontificibus per diversa volumina colligentes, priori et secundo libello loco competenti annotare curavimus. Igitur ab anno verbi incarnati * 1048, in quo post venerabilem patrem Wazonem Theodui-

Math. 10, 20. — * p. 261

a) De morte Wasonis *scripsit A. in marg.* b) iuxtare *corr.* iuxta *c.* c) hac *corr.* ac *c.* d) sunt *c.* e) sint *c.* f) *littera initialis deest spatio vacuo relicto.* g) nationes *c.* h) *corr. ex* quanto *c.* i) immitati *corr.* imitati *c.* k) venabilium *c.* l) *corr. ex* relatui *c.* m) *in loc. ras. c.* n) dona *c.* o) negligentie *c.* p) tradentur *c.*

1) Consonat Anselmus c. 73, liber mort. ecclesiae Leod. (v. Chapeavill. I, 310) et necrologium Stabulense (SS. VII, 234 n. 23). Ex Aegidio hausisse videtur Albricus, SS. XXIII, 788, ubi quae V. cl. Scheffer-Boichorst, qui falsam Chapeavillii lectionem ante oculos habebat, adnotavit (n. 35) corrigenda sunt. 2) Sedit a. 1200—1225. 3) Totum hoc ultimum caput desumptum fuit ab Aegidio ex primo libro chartarum ecclesiae Leodiensis, sed valde corrupte. Pluribus enim in locis quaedam desiderabantur, quaedam abundabant, quaedam non suo ordine posita erant. CHAPEAV. Excerpta Aegidii ex libro chartarum de ceremoniis et processionibus ecclesiarum Leodiensium utpote nihil ad rem facientia omisi. Integrum textum libri chartarum videsis apud Chapeavill. I, 311 sqq.

nus episcopus, de regio sanguine[a] natus, ecclesie Leodiensi preficitur et in episcopum consecratur, nostram dignum duximus initium habere portiunculam, finem vero in Henricum tercium huius nominis episcopum, quem prefecit ecclesie Leodiensi Petrus dictus Caputius[b], diaconus cardinalis Sancti Georgii ad velum aureum et legatus sancte Romane ecclesie, anno Domini 1247, 6. Kal. Octobris. Tibi igitur, dilectissime frater Maurici, hanc terciam partem voluminis Gestorum pontificum Leodiensium transmittimus, humiliter et devote deprecantes, quatinus lima correptionis tue emendes, si qua in his que scripsimus aliter quam se veritas habet reppereris. Preterea omnes, ad quos hic tercius liber Gestorum pontificum pervenerit, suppliciter deprecamur et monemus, ut pro nostris infirmitatibus mentis et corporis apud supernum Iudicem sepius intervenire meminerint.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIUNT CAPITULA.

a) o s e *corr. c.* b) Caputus *c.* c) infra *in ras. c.; correxi.* d) *deest c.; supplevi.* e) v. *in ras. c.* f) vii. *in ras. c.* g) ix. *in ras. c.* h) *radendo corr. ex* xxx. *c.* i) v. *in ras. c.* k) ix. *in ras. c.* l) xxxi. *rad. corr.* xxx. *c.* m) v. *in ras. c.*

38. De passione sancti Thome episcopi, que facta est[a] his diebus.
39[b]. De miraculis eiusdem martyris.
40[c]. De elevatione corporis sancti Domiciani episcopi et miraculis eius.
41. De Lamberto venerabili presbytero, quam impie actum est in eum.
42. De concrematione ecclesie sancti Lamberti.
43. De his que post hec circa eandem ecclesiam acta sunt.
44. De translatione corporis sancti Domiciani apud Leodium.
45[d]. De clerico Leodiensi, qui horas beate Marie devote decantabat.
46. De commutatione prebendarum a quodam apostolice sedis legato.
47. De electione Alberti Lovaniensis.
48. Qualiter electionem eius Balduinus comes impediebat.
49[e]. De reditu imperatoris ab Ytalia et legatis[f] Alberti.
50[g]. Qualiter Lotharius precibus comitis de Horstal ab imperatore in episcopatum eligitur.
51. Qualiter Lotharius sedem episcopii Leodii occupavit.
52. Ubi in dyaconem papa Celestinus ordinavit Albertum Lovaniensem.
53. Qualiter Remis veniens in vigilia sancti Mathei[h] est consecratus.
54. Ubi imperator ira commotus apud Leodium domos clericorum everti iubet, qui Alberto favebant.
55[i]. De patientia eius.
56. De adventu Allemannorum Remis ab imperatore directorum[k].
57. Qualiter Gerardus socius episcopi conturbatus est pro omicidio * Remis perpetrato. *p. 266.
58. De rixa inter duos canonicos Remensis ecclesie et pace reformata.
59. Quanta inopia exulantem episcopum perurgebat.
60. Quanto desiderio abbas Lobiensis ei adherebat.
61. De litteris fratri suo directis.
62. De flagello divino circa episcopum et suos.
63. Quanta suspicio erat multorum Remensium civium pro Allemannis.
64. Qualiter invitatus sit episcopus a suis monialibus, ut in ecclesia sancti[l] Petri in die sancte Cecilie missarum sollempnia celebraret.
65. De sompnio, quod viderat in die sancti Grisogoni.
66. Qualiter de morte sua prophetavit.
67. Qualiter, postquam missam audivit, egressus extra civitatem, ab Allemannis est interemptus.
68. De muliere ad eius sepulchrum sanata.
69. De vastatione terre comitis de Horstal.
70. De electione Symonis et de eius obitu.
71. Qualiter ordinatus sit domnus Albertus de Cuch.
72. De reliquiis sancti Laurentii sibi collatis.
73. De his que circa ea tempora Leodii contigerunt.
74. De morte ipsius.
75. Electio domni Hugonis episcopi.
76. Qualiter castrum de Muha acquisivit.
77 De his que secundo anno episcopatus eius gesta sunt.
78. Quod dux convenit regem Ottonem de patrando scelere.
79. Quomodo dux castrum de Muha obsidere voluit.
80. Qualiter a duce et suis depredata est civitas, [et quanta illic extiterunt crimina[m]].
81. Qualis erat super his lamentatio.
82. De legatione ad summum pontificem facta.
83. Qualiter vindicta de duce demonstrata est cuidam viro religioso.
84. Quante erant ducis et suorum blasphemie[n].
85. Qualiter episcopus suos apud Hoyum convocavit.
86. Quod quidam demoniacus victoriam predixit.

a) *superscr. c.* b) IX. *in ras. c.* c) *in ras. c.* d) V. *in ras. c.* e) IX. *in ras. c.* f) legatus *c.* g) XL. *corr.* L. *c.* h) Mathi *c.* i) *in ras. c.* k) directis *c.* l) s *c.* m) e q. i. e. cr. *superscr. A.* n) blasplemie *c.*

EXPLICIUNT CAPITULA.

p. 267. a. 1048. 1. Post* discessum beate memorie viri domini Wassonis[f] committitur a Henrico rege Theoduinus Leodiensi ecclesie ordinandus episcopus [53[us]][f*], de nobiliori regni familia trahens originem. Fuit siquidem de Bawaria[g] oriundus iuxta illud quod legitur de eo in quodam libello, quod ipse presul ecclesie Hoyensi [contulit][h]; scriptum est:

Presul Theoduinus, quem genuit Norica tellus.

Hic inter cetera bona, que strenue gessit in episcopatu, ecclesie[i] beate Marie [in][k] Hoyo, in qua venerabilis Bozo[1] archidiaconus[l] et abbas Sancte Marie quindecim canonicos posuerat[2], alios quindecim idem episcopus addidit[m] et eandem ecclesiam a fundamentis usque ad laquearia consummavit[3]. a. 1066. Et 8 Kal. Septembris[n], indictione quarta, presidente apostolice sedi Alexandro, imperante Henrico, idem[o] pius presul Theoduinus, qui in matrem Domini unice pius fuit, presente Luythberto Cameracensi[p] episcopo, dedicavit eam in honore beate Marie semper virginis et beati Domiciani confessoris atque pontificis[4]; ita tamen quod iste Theoduinus statum inferiorem, domnus vero Lyebertus[q] statum superiorem cum missarum[r] sollempniis dedicaverunt. Ambo pontifices cum universa multitudine cleri et populi in ea corpus beati Domiciani confessoris atque pontificis pie et devote transtulerunt Nam antea

*) *A. addit in inferiore margine (p. 267):* Anno Domini 1048. bellum apud Rivoniam[5], ubi occiditur Albertus Namucensis a Godefrido duce.

Anno Domini 1053. Hoium concrematur a Godefrido[6] duce.

Anno Domini 1061. contentio inter Theoduinum episcopum Leodiensem et Albertum comitem[7], unde ecclesia sancti Albani Namucensis partim sue libertatis amisit, partim, id est investituram, retinuit.

a) Franciis *c.* b) *ita c.* c) archi *in ras. c.* d) *hoc capitulo deleto, manus recens sequentium numeros uno minores facit* e) *corr. ex* electione *c.* f) Wasonis *corr.* Wassonis *A.* f*) *add. A. in marg.* g) Bauaria *corr.* Bauuaria *A.* h) *post add. A.* i) ecclesiam *c.* k) *add. A.* l) archidianus *c.* m) adiit *corr.* adidit *c.* n) Semptembris *c.* o) Henrico. Idem *c.* p) Cameracensis *c.* q) tus *e corr. c.* r) ɔmissarus *corr.* ɔmissarum *c.*

1) Obiit circa a. 1044; cf. Gall. christ. III, 936. De tumba Bozonis v. supra lib. I, c. 14. 2) Secundum interpolatorem Hoiensem etiam Karolus imperator 15 canonicos sub abbate in ecclesia Hoiensi instituit, qui usque ad tempora Theoduini permanserunt. Vide supra lib. II, c. 34. 3) Cf. Ruperti Chron. S. Laurentii Leodiensis c. 40, SS. VIII, 275. 4) Cf. chartam ap. Miraeum, Op. dipl. I, 352, in qua Dietwinus a. 1066, *ipso die quo ecclesiam dedicavit* (sine die mensis), ecclesiam b. Marie dotavit et ab omni subiectione archidiaconi absolvit et eorum omnium curam decano eiusdem delegavit. Cf. Wauters, Table chronologique des diplomes imprimés I, 519. 5) Cf. Herim. Chron. a. 1048, SS. V, 128; Sigebert. a. 1048, SS. VI, 359, ex quo Ann. Leod. SS. IV, 20. 6) Immo a Balduino V, comite Flandriae. Cf. Ann. S. Iac. Leod. SS. XVI, 638; Ann. Laub. SS. IV, 20. 7) Namurcensem.

illic parva ecclesiola a beato Materno primo Tungrensium episcopo constructa erat[1] in honore sancte Marie, sicut ipse narrat in privilegio suo, ita dicens:

Ego[2] Theoduinus Dei gratia Leodiensis episcopus notum esse volo tam presentibus quam futuris, qualiter post libertatem Hoyensis ecclesie, quod domnus Maternus beate memorie episcopus consecrando primitiavit, adiecerim libertatem etiam ville. Prefatam ecclesiam a fundamentis ad laquearia, a laquearibus et ultra reedificavi; quam etiam in auro et argento et gemmis et prediis pro **modulo meo ditavi et de Agar Saram esse feci. Prenominata villa*[a] *pro libertate sua ad sumptus ecclesie necessarios omnia mobilia sua primo michi terciavit, qua libertate ut amplius frueretur, postmodum dimidiavit*[b]. *Prima libertas hec est, quod, defuncto in pace episcopo, usque ad plenariam alterius institutionem burgenses ville bona fide et bono consilio castrum Hoyense de redditibus ville conservabunt.* (* p. 268.)

Post hec secuntur plurime libertates, quas distinguere per capitula fastidium generaret[3].

Acta sunt hec tercio die dedicationis Hoyensis ecclesie, presente domno Lyeberto Cameracensi[c] *episcopo, anno Domini* 1066, *indictione* 4, *pontificatus nostri anno* 18, *regni vero Henrici* 11.

Composuit eciam eo tempore Franco scolasticus Leodiensis[d], scientia[e] litterarum et morum probitate clarus, ad Hermannum archiepiscopum librum de quadratura circuli, de qua re Aristotiles ait: *Circuli quadratura si est sibile*[f], *scientia quidem nondum est, illud vero sibile*[f] *est.* Quem librum apud nos haberi, non est dubium. (Sigeb 1047.)

2. Hiis diebus, anno scilicet Domini 1071, sexto autem anno dissentionis Malmundariensis et Stabulensis cenobii, cum 7. Idus Maii gratie divine placuit eum[g], et hora qua vergit[h] ad meridiem, celi nobis misericordiam[i] distillaverunt desiderabilem. Morantibus nobis Leodii in ecclesia sancti Lamberti, factus est denuo sonus tamquam vehementis spiritus, qui humanos replens auditus, templum pariter replevit, quo multi convenerant ex diversis partibus. Facta igitur concussione non modica, ubi sancti ossa quiescebant sacratissima, visum palam moveri scrinium[k] ac sublevari quasi uno cubito in aera, nec minor quam superius factus est sonitus subtus[l] in cripta eodem momento. Illic ea hora intentus erat psalmodie cum suis clericis Lyebertus Cameracensis* episcopus, qui ex eo quod acciderat aliquantulum pavore perterritus[m], fugientibus aliis, ut vir Deo plenus et altioris ingenii divinum quiddam intelligens, restitit, nosse desiderans, quid esset rei exitus, que tam prodigialiter[n] insonuit. Nam, ut ipse testatus est, densa nebula primitus locum illum obfuscatum reddidit. Qua[o] statim disparente, subsecuta lux sole clarior resplenduit. In medio illius splendoris velut in excessu mentis effectus, antistes conspicatur duos apparuisse mira claritate fulgentes, Remaclum videlicet ac Lambertum, sanctissimos eque pontifices, quos audivit archano quodam murmure de hiis que acciderant inter se loquentes. (Tri. Rem. II, 22[4]. * p. 269.)

3. Post digressionem redeundum est ad comitissam Richeldim, que castrum Bellimontis scilicet turri et aliis munitionibus construxit et capellam ibidem in honore sancti Venantii instituit, quam bonis satis competentibus dotavit Fuit[6] autem ista Richildis comitissa Haynonie filia Raineri comitis, filii comitis[p] Raineri Longi colli. Hanc autem, quia unica erat heres comitatus Haynonie, duxit in uxorem comes Flan- (Gisleb p. 493[5].)

a) Prenominatam villam *c.* b) dimiavit *c.* c) Cameracensis *radendo corr.* Cameracensi *c.* d) *e corr. c.* e) sententia *c.* f) *ita pro* scibile *c.* g) restitui *supplendum est, quod deest etiam in cod. Malmund.* B. 2. h) sol *ex Triumpho supplendum.* i) misericorditer *c.* k) scrinum *c.* l) subitus *c.* m) ext. *corr.* pert. *c.* n) prodigaliter *c.* o) Quam *c.* p) R. c. *corr.* c. R. *c.*

1) Vid. supra quae I, c. 13. addita sunt; infra III, c. 10. 2) Fragmenta huiusce privilegii ex Chapeav. II, 3 sq. desumsit Miraeus in Codice donationum piarum p. 201; Op. dipl. I, 68; cf. Wauters, Table chronologique I, 520. Denuo publici iuris fecit Waitz, Deutsche Verfassungsgeschichte VII, 425 sqq. Ad rem v. Wohlwill, Anfänge d. landst. Verf. im Bisthum Lüttich p. 43; Waitz VII, 390; Zeumer, Deutsche Städtesteuern i. 12. u. 13. Ih. p. 87 n. 1. 3) Nonnulla ab Aeg. praetermissa inveniuntur ap. Brusthemium, quae Chapeav. II, 4. tradidit. Secundum hunc Brusthemius sic pergit: *Quia in eis fit mentio de servis, de debitoribus, de illis qui debent facere sacramentum vel qui non, et de diversis huiusmodi generibus hominum, predictis adiectum est, quod Hoyenses armatam militiam nullatenus sequantur, nisi Leodienses a prefixo die belli usque in octavam eos praecesserint. . . . . Si vero nos vel aliquis successorum nostrorum praescriptam libertatem vel aliqua iura eorum, quod absit, infringere tentaverit, concedimus et statuimus, ut dux Lotharingiae et alii tam clerici quam laici subnotati ad conservandam libertatem et iura eorum, admonitione tamen praemissa, eis efficaciter assistere non omittant. Die tertio dedicationis Hoyensis ecclesiae haec omnia supradicta a me ipso corroborata sunt et confirmata sub anathematis vinculo et compare meo et cooperatore Lyetberto Cameracensi episcopo et ab omnibus sacerdotibus inibi astantibus. Et ne in posterum prece vel pretio ista possent immutari, impressione sigilli nostri praedicta voluimus communiri sub assensu et testimonio tam clericorum quam laicorum. Clericos in capite posuimus: Archidiaconus Hermannus, praepositus Godeschalcus, Wolbertus decanus, Aistulphus cantor, Franco scholasticus, Bono canonicus, Emo et Wolbodo. Laici vero dux Lotharingiae Godefridus Barbatus, comes Namurcensis Albertus, comes Lucenburgensis Henricus, comes Cono de Monte-acuto, Walterus advocatus eiusdem villae, Godeschalcus de Cennano, Godefridus et Arnulphus de Florines, Godefridus de Floreffia et eius frater Christianus. Acta sunt anno ab incarnatione Domini* 1066, *indictione* 5, *pontificatus nostri anno* 19, *regni vero Henrici* 3. Sed vide supra de anno et die meliorem lectionem Aegidii. 4) SS. XI, 457. Exscripsit codicem Malmundariensem (B. 2). 5) SS. XXI 6) Cf. Flandr. Generos. c. 12 et 20, SS. IX, 320. Aegidius aliam comitum genealogiam secutus esse videtur. Cf. praefationem p. 10.

drie Balduinus cognomento Bonus, filius Balduini Insulani[a] cognomento Pii. Huic Balduino Pio nobilissima Adela[dis[b]], filia Roberti Francorum regis, pepererat supradictum Balduinum Bonum, Robertum Frisonem et Mathildem, uxorem Willermi Bastardi, postmodum regis Anglie; et quia timens, ne post mortem suam, ut sepe fieri solet, seditio nasceretur inter filios suos Balduinum et Robertum, totam terram suam in vita Balduino Bono dederat et homines suos et optimates hominium[c] ei et fidelitatem promittere fecerat. Sed idem Robertus, frater suus, publice iuravit, quod nec ipsi Balduino nec heredibus suis de terra Flandrie in aliquo noceret. Et hoc facto, Robertus secessit in Frisiam ibique accepit *filiam Bernardi ducis Saxonum, viduam comitis Florentii Frisonum, Gertrudem nomine. Que habebat filiam ex marito suo Florentio, quam Philippus rex Francorum accepit uxorem. Genuitque Robertus Friso de predicta uxore Gertrude duos filios Philippum et Robertum postea comitem nobilissimum Flandrie. Prefato autem Balduino cognomento Bono diu patria gubernari ea felix non meruit; defunctus siquidem et apud Haynonium[1] sepultus in pace quiescit. Venerabilis autem comitissa Richeldis tanto marito viduata, cum filiis suis Arnulpho et Balduino comitatum tenuit. Robertus vero in Frisia degens, cognita morte fratris sui Balduini Boni, cum magno exercitu usque ad Gandavum venit. Richildis autem cum filio suo Arnulfo innumerabilem collegit exercitum, et Robertum a Flandria exire compulerunt. Post non multum temporis instinctu Bernardi soceri sui iterum Flandrias repetens, maiorem trahens secum copiam armatorum, exercitu Richildis devicto, et filio eius Arnulpho occiso, ipsa carceri mancipatur. Arnulphus vero apud Sanctum Audomarum[d] sepelitur. Tandem Richildis a carcere liberatur et cum altero filio suo Balduino comitatum Haynoniensem repetivit. Hec etiam comitissa in curia sua cum Balduino filio suo officia hereditaria instituit, dapiferorum scilicet et pincernarum, panetariorum et coquorum, camerariorum et hostiariorum. Et cum in illis officiis Haynonenses institueret, cum eis quosdam Flandrenses, qui, relictis bonis suis in Flandria, cum domina sua Richilde et Balduino filio eius quasi exules[e] in Haynoniam venerant, instituit. Alii quoque quam plures homines nobiles et servilis conditionis, relicta Flandria, dolentes super domini sui exhereditatione, cum sepedicta comitissa et filio eius Balduino Haynoniam inhabitaverunt. Quos ipsa *comitissa et filii eius honestis ditaverunt beneficiis. Richildis equidem comitissa super morte filii sui Arnulphi plurimum dolens, exhereditationemque filii [Baldwini[f]] superstitis graviter ferens, allodia sua omnia in Haynonia sita episcopo Leodiensi Theoduino, principi potenti sibique satis vicino, danda optulit, ut ab eo in vindictam contra sepedictum Robertum auxilium haberet, et accepta ab eo pecunia, stipendiarios proinde contra eundem Robertum conduceret. Theoduinus autem episcopus, habito Leodiensis ecclesie suorumque fidelium nobilium et ministerialium[g] consilio, tanta allodia tanto honore insignita gratanter[h] suscepit; que quidem ipsi Richildi et eius filio Balduino in feodo ligio tenenda concessit maximamque pecuniam proinde eis tribuit. Que quidem coemptio conventuales ecclesias Leodiensis episcopatus in thesauris suis auri et argenti graviter afflixit Nam de maiori ecclesia 100 libras auri, consilioque domini Hermanni prepositi, Walteri decani ceterorumque fidelium suorum accepit de thesauro prefate ecclesie calicem magnum aureum cum patena, crucem etiam auream in qua lignum Domini, monile aureum, cristam auream, duas armillas aureas, calices argenteos cum patenis, urceos, candelabra[i], tabulam argenteam cum argento alio, circiter marchas 175. Hec quidem omnia Fossis sub testimonio ducis Godefridi Bullionis et Alberti comitis Namucensis et comitis Lovaniensis et comitis Chiniacensis et comitis Montis-acuti in Ardenna et aliorum Leodiensis ecclesie quam plurium[k] fidelium nobilium et servilis conditionis virorum ordinata fuerunt. Ad hec ipse dominus Theoduinus Leodiensis episcopus, vir prudens et potens, qui apud dominum Romanum[l] imperatorem tempore illo gratia et familiaritate poterat plurimum, apud dominum imperatorem servicio et donis mediantibus effecit, quod ipse imperator Leodiensi ecclesie contulit de consensu et laudamento predictorum, scilicet Richildis et Balduini filii eius, omnia feoda que comes Haynonensis ab eo tenebat, videlicet abbatiam et advocatiam Montensis ecclesie et iusticiam comitatus Haynoniensis, ita quod sepedicta Richildis et eius filius Balduinus sub una manu et uno hominio ligio universa allodia sua et familias et feoda ab episcopo Leodiensi receperunt. Quod etiam successores eorum eodem modo prosecuti sunt, salvis tamen in omnibus beate Waldetrudis allodiis propriis. In tot et tantorum allodiorum et feodorum predictorum assignatione Leodiensi ecclesie facta et tanti viri, scilicet comitis Haynoniensis, hominio ligio constitutum fuit, quod comes Haynonensis domino suo episcopo Leodiensi servicium et auxilium ad omnia et contra universos homines cum omnibus viribus hominum suorum tam equitum quam peditum debet, et hoc in propriis expensis episcopi, postquam ipse comes a comitatu Haynoniensi exierit. Restant et alia plura in cartis maioris ecclesie Leodiensis conscripta super hoc, que hic ob fastidium legentium pretermittimus; que a Henrico imperatore confirmata sunt in hec verba:

4. *In nomine*[2] *sancte et individue Trinitatis. Ego Henricus Dei favente clementia rex. Si ecclesiis Dei deferamus honorem easque ab oppressoribus suis liberare curemus, certam habemus fidem, ex hiis rebus stabilitatem regno nobisque salutem provenire tam in hac vita, quam etiam in futura. Unde vulgatum et publicum esse volumus in toto regno nostro, quod fecimus ad honorem Dei sancteque Dei genitricis Marie sanctique Lamberti ecclesie Leodiensi. Cum enim castella*

a) insulali *c.* b) Adela *post corr.* Adeladis *A.* c) hominum *c.* d) And. *c.* e) exule *c.* f) *post add. A.* g) misterialium *c.* h) s g. *corr.* g. s. *c.* i) candalabra *corr.* candel. *c.* k) plurimum *corr.* plurium *c.* l) *ita etiam cod.* 1 *Gisleberti.*

1) Ita pro *Hasnonium.* 2) Cf. Stumpf, Reichskanzler Nr. 2743. Hoc diploma in libro chartarum Leodiensi legi, affirmat Chapeavill. II, 13; sed teste Arndtio sequentis chartae signum erranter huic diplomati attribuit

Mont et Belmont episcopatum illum diu multumque sepe vexassent, adiit venerabiliter magestatem nostram **Theoduinus episcopus eiusdem ecclesie, interventu scilicet pie coniugis nostre Berte, Annonis Coloniensis archiepiscopi, Willermi episcopi Ultraiectensis, episcopi Virdunensis Theodorici, Babergensis episcopi Hermanni, episcopi Cameracensis Lyeberti, episcopi Vercellensis Gregorii, episcopi Sedunensis Ermenfridi, ducis quoque Lotharinguorum Godefridi, ducis Alemanie Rodulfi, ducis Baioarie Welfonis aliorumque principum et fidelium nostrorum, ut eadem castella daremus sancte Marie sanctoque Lamberto ob perpetuam tranquillitatem et pacem. Quod libenter annuimus, memores quoque servicii, quod devote tam michi quam et patri meo frequenter impendit, precipue autem fidei et fidelitatis, quam omni tempore stabilem experti sumus in eo erga nos et regnum nostrum. Dedimus ergo illi et ecclesie sue Mons et Belmont et marcham Valentianas, abbatias quoque Sanctam Waldetrudem, Sanctam Aldegondem cum preposituris suis, abbatiam Sancti Gillani, abbatiam Oltmontem, preposituram Sancti Vincencii, preposituram Sancti Salvii, preposituram Condatensem, preposituram Sancti Petri in Lodousa, preposituram Sancti Landelini, preposituram Sancti Iohannis. Igitur presente et annuente ipsa comitissa Richilde cum filio suo Balduino, dedimus omnia hec cum comitatibus, beneficiis, advocatiis, theloniis, monetis, forestibus et omnibus appendiciis eorum. Quod factum ut etiam posteris in noticiam veniret, litteris mandari iussimus easque manu propria roboratas sigilli nostri impressione*[a] *firmari. Adelbero cancellarius vice Sigefridi archicancellarii recognovit. Data* 5. *Idus Maii, anno dominice incarnationis* 1071, *indictione* 9, *anno autem ordinationis domini Henrici quarti* 17, *regni vero* 15. *Actum Leodii feliciter amen.*

(Dipl. Henr. *p. 273.)

5. Theoduinus episcopus prefatus beate Dei genitricis unicus amator erat et ecclesiam eius* Tungris sitam sepius visitabat. Et quia de Tongris mentio facta est, quoddam miraculum in eiusdem episcopi presentia factum enarrabo. Cum[1] enim ipse in nativitate beate Marie Tongris advenisset et post missarum sollempnia ad prandium consedisset, mentio facta est a Goberto archidiacono de consecranda ecclesia recenter edificata a Wederico abbate de Borceto in villa que Rutis dicitur, non longe a dirutis urbis Tongrorum menibus, in honore beati Evermari[b] martyris Christi. Idem vero martyr ab Eraclio Leodiensi episcopo, angelo revelante, de terra levatus, in eadem ecclesia quiescebat multis miraculis glorificatus. Audientes hec qui aderant, alii fidelissimum fuisse certissimis[c] indiciis dicebant approbari, alii populum fantasticis seductionibus affirmabant dementari; et sicut de Salvatore legitur: *Alii dicebant, quia bonus est; alii autem dicebant non, sed seducit turbas.* Accombebat tunc coram episcopo quidam languidus Arnulphus nomine, a parte inferiori usu menbrorum per paralysim destitutus, cui ex occasione infirmitatis paratior erat cibus, et pre oculis ipsius episcopi obtentu et interventu egritudinis qualiter alter iacebat Lazarus. Cumque suggereretur episcopo, ut voluntatem suam voluntati Dei coaptaret et domum sancti domum orationis faceret, ille hac conditione consensum suum suspendit, ut, si in hoc paralitico suo se sanctum et, ut dicebatur, se martyrem esse Evermarus ostenderet, protinus eius domum in venerabile commutaret sanctuarium: procederet testis sanctitatis eius infirmi huius curatio, sequeretur profecto testis credulitatis[d] sue domus illius benedictio. Mittitur protinus illuc infirmus, ut ipse etiam virtutis illius incredulus, sic considerans, se in infirmitate sua ex longo tempore inveterasse[e], ut *diffideret[f], nisi per solum Deum se posse convalescere. Assistens ergo sancto corpori, cepit insultando plus provocare indignationem sancti, quam supplicando implorare[g] sibi misericorditer suffragari. 'Evermare, Evermare', inquit, 'diceris virtutibus pollere, sanctitatis nomen tibi arrogare meritumque martyris assumpsisse. Sed preteriti seculi fuit, hoc homines percepisse, moderni autem temporis non est, ad hanc gratiam aliquem aspirare. Unde miramur, si possit tibi hoc meritum attribui, ut[h] martyr sanctus, patrator virtutum credaris, et cur, cum sis[i] ignotus et regionis nostre inquilinus, partem terre invaseris. Ecce, assum contractus et paraliticus: expone quicquid habes virtutis, effunde quicquid nosti medicine, fac me experiri, utrum alios infirmos veraciter curasti an fallaciter decepisti. Ecce, inquam, assum aut propere confirmare per me in usurpate tibi virtute sanctitatis et nomine martyris, aut ab hac domo discede, cuius benedictionem postposuit episcopus curationi mee, sic facta ab ipso episcopo conditione, ut sanitas a te michi reddita impetret benedictionem domus tue. Nunc ergo, si potens es miraculis, apparebit[k]; nunc, si potens es aut nullus in curandis infirmis, perspicuum erit'. Mox sanctus non impulsus, immo persuasus insultatione eius, ostendit, quid posset non super contumeliosum, sed super infirmum. Nam mox nervos eius extendit et compages genuum eius connexas dissolvit, crura sub pedibus subrigit et erectum hominem in procera statura sustollit. In extensione nervorum stridor, strepitus fragorque insonuit, sanguis etiam abunde profluxit, per que omnia patuit, infirmum esse redditum sanitati. Inter hec infirmus, incredulus et contumeliosus hac ingrata et dolenda sanatione, ut putabat plus sauciatus quam curatus, hiis querulis vocibus in sanctum Evermarum invehitur: 'Quid agis, Evermare? Quid* tantopere sevis in me? Sanas me et crucias. Obsecro te, nec sanes nec crucies. Oro, cessa sanare pariter et cruciare[l]. Queso, desiste curare pariter et torquere. Supplico, desine vivificare pariter et occidere. Concedo tibi, Evermare, sis sanctus martyr, miraculis polle. Quid in me probas virtutes tuas? Nolo beneficia tua, que michi sunt dura tormenta. Ve michi, ut quid me curandum tibi optuli! Nec revera volui curari, sed diffidens te michi potuisse mederi, veni tibi insultare, et hinc non sanatus rediens, me omnibus in testimonium monstrare, te vere fallacem et seductorem esse. Parce michi, precor, ab hac sanatione, per quam iam nec sanus nec infirmus, sed pene appareo mortuus'. Hec dicens, baculo pro scabellis subnixus, pedetentim domo egreditur et vectore asinulo suo ad episcopum revertitur et, se ab Evermaro non tantum sanatum, quantum excruciatum, conqueritur. Et licet doleret et ingemisceret, monstravit tamen in se, pariter cum dolore sanationem redisse, predicans, in sanatione sua Evermarum se sensisse medicum potentem, in dolore vero tortorem inclementem. Quo viso, episcopus penituit, se tam obstinate contra virum sanctum obfirmasse et ad ultimum in hunc offensionis reatum decidisse, ut temptaverit eum proposita conditione, quod sanato infirmo suo et sua credulitas et ecclesie eius consecratio sequeretur. Quapropter valde compunctus et in favorem sancti martyris affectuosissime adductus, obtulit se in consecratione ecclesie eius officialem ministrum et opportunum huic rei designavit diem 8 Kal. Augusti. In quo etiam ipsam ecclesiam consecravit et ipsum sanctum martyrem vicinis gentibus patronum et intercessorem delegavit et cum ecclesia sua annuatim frequentabilem et festivum instituit, ut omnes advenientes a Deo per illum* iustificari et in domo eius benedicta mereantur eternaliter benedici.

(*p. 274; Tr. Ev. 11; ibid. 14; ibid. 15; *p. 275; ibid. 16; ibid. 17; *p. 276; ibid. 18; *p. 277)

Qualiter vero brachium beati Iacobi apostoli, fratris beati Iohannis euangeliste, de Galetia cum reliquiis sanctorum Bartholomei apostoli et Sebastiani martyris sanctique Pan-

a) munimine *corr.* impressione *c.* b) Vermari *corr.* Evermari *c.* c) simis *superscr.* *c.* d) credulitas *c.* e) exveterasse *c.* f) diffidens *c.* g) implorari *c.* h) et *c.* i) et cum sanctis *c.*, *correxi ex Translatione.* k) apparebis *c.* l) curare *c.*

1) Exscripsit noster translationem Evermari, sed aliam ac supra lib. II, c. 48; vid. AA. SS. Boll. Mai. I, 133.

cratii martyris temporibus ipsius Theoduini in civitate Leodii translatum et in cenobio sancti Iacobi in insula prefate urbis honorifice sit reconditum, sicut in quodam libro[a] prefate ecclesie legimus[1], ad honorem Dei et tocius patrie huic operi dignum duximus annectendum.

Transl reliq. Iacobi

6. Ea tempestate, qua Balduinus comes Flandrie[2] ex consuetudine et insolentia maiorum suorum disciscens a sacramentis in Romane rei publice militiam olim iuratis[b], contra dominum Henricum secundum[c,3] huius nominis imperatorem iniusta arma corripuerat, iam tum partibus nostris ex eodem apostolo rumor celebris inclaruerat. Eundem vero rumorem primi illustrarunt profuge quidam religiosi, clientela[d] scilicet Iohannis de Osie[d*], hominis haut obscuro loco nati studiisque partium predicti comitis adversi. Nam et omnibus que ex illo respectu milicie optinebat fortiter repudiatis, rebusque suis honorem preferendo imperatorie fidelitatis, idem Iohannes infensi sibi subterfugiebat iram tyranni. Quare iussu demum imperatoris, annuente Theoduino episcopo, commigraverat Leodii, ut ei suisque locus illic esset presidii. Sanctiores igitur ex eius familia quosdam nostrates ad urbem gloriosam passione et ligno Domini, alios ad quelibet celeberrima sanctorum loca summa cernentes trahi devotione, Galetiam ipsi devoverunt adire. Hac fama e nostris plures impulsi, in eorum societatem brevi sunt asciti; superior in eorum collegio Hermannus egregius consul de Greis[e], vir sane omni dote virtutum adprime venerabilis. Cuius postmodum nominis magnitudine rex Garsea comperta et auctoritate — pars regni eius *appendicia regio erat Galicie — gavisus est non mediocriter, quod reliquiis beati Iacobi apostoli potuisset eum honorare. Fuere etiam quidam inter eos amicissimi nostri consilium nobis et operam suam polliciti, si quem fratrum nostrorum secum vellemus dirigere pro mysterio predicti[f] negocii. Ad hoc frater noster domnus Anselmus[g], decanus Sancti Lamberti, plurimum anniti, tantam censens oportunitatem nequaquam neglectum iri. Unum e fratribus Robertum nomine huic destinat itineri, qui pro vite sue reverentia quartus ecclesie sancti Iacobi abbas postmodum meruit institui[h,4]. 'Mittendum', ait, 'carissimi, fratrem Robertum ad domum sanctissimam, in qua beati Iacobi apostoli ossa decubant, censeo; neque enim profectum et ecclesie vestre honorem defuturum exinde, diffido. Regularis ob eam rem disciplina non turbatur[i], immo obedientie sancte egregia virtus inde maxime adornatur. Novimus, complures boni testimonii monachos remotos ac difficiles terrarum tractus benedictione abbatis sui plerumque superasse, eosque multiplicem laboris sui fructum ecclesie sue feliciter regressos comportasse. Vita eius procul dubio commendat fratrem istum, ut ex eo recte speremus omne quod est sanctorum. Cum nostris orationibus, opitulante beato apostolo, non aberit[k] illi superna miseratio'. Itaque venerabilis memorie domnus Albertus[5], abbas secundus ecclesie nostre, et maiores nostri huiuscemodi verbis domni Anselmi in spem adducti[l], obedientiam itineris huius exequendi predicto fratri imposuere, et cum aliis Deum timentibus prestantissimis viris sua illum benedictione fulcientes[m] et oratione, Galiciam direxere. Iamque illi, longo terrarum tractu diversarumque transito celo regionum, infra inculta quedam loca — Tesqua[6] vulgus illa nominat — pariter habuere diversorium. Ecce autem Richardus canonicus Sancti Petri in Leodio, inter prima regni negocia summus amicorum et capellanus familiarissimus *regis Garsee, illic suum a finibus Galicie veniens nostris acceptissimum optulit adventum. Complexi deosculatique sue gentis hominem, regis et populi eius naturam siscitati[n] sunt et morem. Ille ubi vera paucis absolvit, monachus noster quosdam consilii sui participes, insuper Hermannum consulem, ad maiorem[o] sermonis accersit auctoritatem, eum et Richardum secretius sibi abduxit. Negocium quo fungebatur eis presentibus illi aperit, et si qua spes ad impetrandum sit, quia obversatus

*p. 278. — a. 1056. — *p. 279.

a) loco *corr.* libro *c.* b) iurantis *c.* c) secundum *superscr.* *c.* d) de cl. *Chapeav.* d*) Oste *Chapeav.* e) Gres *corr.* Greis *c.* f) dicti *corr* predicti *c.* g) domnus An *e ras.* *c.* h) instituit *c.* i) nuncupatur *c.* k) abierit *c* l) abducti *c.* m) fulciente *c.* n) *ita* *c.* o) maioris *corr.* maiorem *c.*

1) Hoc caput de reliquiis b. Iacobi ex Galetia Leodium allatis hausit auctor ex vetusto codice monasterii S. Iacobi Leodiensis. CHAPEAV. Ex narratione facile concludas, Translationem post obitum Roberti abbatis (a. 1095) secundum relationes eorum qui testes oculati aderant a monacho S. Iacobi conscriptam esse. Translationem excerpsit in Annalibus suis (SS. XVI, 646) Lambertus Parvus, quem Chapeavillius false auctorem suspicatus est, cum demum circa finem saec. XII. viveret (— a. 1194). 2) Balduinus V, qui cum Godefrido duce Lotharingiae contra imperatorem a. 1047. rebellavit et a. 1049. devictus obsides dedit; cf. Herim. Chron. SS. V, 127 sqq.; Ann. S. Iac. Leod. SS. XVI, 638; Flandr. Gener. SS. IX, 320. 3) nimirum tertium. 4) Sedit a. 1075—1095. 5) Sedit a. 1048—1066. 6) i. e. *heide*.

cum eodem rege fuerat moremque eius noverat, diligenter ab eo inquirit. Omnia ille refert a. 1056.
in hoc voto secunda: 'Sperare indubie potestis, siquidem ipso in tempore oportune advenistis. Ut enim clementiam et liberalitatem domini mei taceam, tum[a] etiam circa cultum Dei et servos illius probitatem et industriam: ubi intelliget Lotharienses esse, dignabitur enixius
5 vos in suam ascire amicitiam. Namque ille inter occidentales tyrannos divitis regni clarissimus opulentia, conubio sororis Romani imperatoris potentie sue magnitudinem ambit exaltare, idque ut assequatur, apud eundem imperatorem me dirigit perorare. Quid vero nunc illi deferri possit acceptius, quam domni Hermanni adventus, ubi de imperatoriis illum rescierit esse primoribus. Nonne ad conficiendum matrimonii sui speciale ne-
10 gocium quasi hunc sibi celitus missum iactabit, qui causam suam prudens mediator cum imperatore tractabit[b]? Tanto etiam viro quid non optabit ultro deferre, ut eum sibi artius devinxerit gratia et fide? Ad hoc proximum pascha ad sedem apostolice reverentie debet celebrare, ubi vobis erit locus illum oportune accedere'. Post hec Deo et sancto eius apostolo eos commendans, predictus Richardus ad legationem suam exequendam protinus est
15 conversus. At illi ocius properantes, quasi celitus exaudito oraculo, nec mora, geminato rursus gavisi sunt solatio. *Nocte enim sancta que dicitur *In palmis* Barcinoensem con- *p. 280.
venerunt presulem, tum apostolicam sedem, tum[b*] regis curiam adeuntem. Die illucescente, Mart. 31.
ad sollempnitatem pertinens officium pariter peregere. Denique, qui essent, quo ire intenderent, mutua obtigit inquisitio, et utrimque ab his et illis accepta est responsio. Archi-
20 diaconus episcopi Reimundus nomine, ubi nostros ex Lothariensi regno et urbe accepit esse Legia[c], mox loqui adorsus: 'Optime', inquit, 'ego novi nobilissimum Lothariense regnum et inclitam urbem Legiam[d], religione et studiis litterarum pre aliis quas novi urbes luculentissime decoratam[e]'. Qui etiam, predicto fratre Roberto indicante, votiva nostrorum causa percognita: 'Hanc', subdit, 'causam dominus meus magna promulgare[f] valet industria,
25 penes cuius prudentiam plurima sunt regis consilia'. Cooperante igitur Remundo archidiacono, benigne excepti sunt a venerabili episcopo. Pios illorum collaudans affectus, suam episcopus promptam ad omnia operam illis est pollicitus. Cum hoc demum sanctissimo duce 4. feria maioris ebdomade predictum Compostelle vicum ingressi, ad illud sacratum Apr. 3.
pervenire meruerunt sacrarium, ubi quiescunt preciosa ossa beati apostoli. Preces illi[g]
30 apud eundem apostolum egere, ut aliquam de suo sanctissimo corpore donationem dignaretur eis facere. Velox ilico in aula regia percrebuit fama, peregrinos advenisse viros ex Romani imperatoris curia, magna suffultos honoris reverentia. Mox cum Hermanno[h] nobilissimo consule coram venire, et qui sint, quid veniant, Barcinoense episcopo perorante, iussi sunt perorare. 'Patria', aiunt, 'optime regum, nostra est Lothariense regnum, pruden-
35 tie vestre haut incognitum. Unde pro remedio peccatorum nostrorum ad suffragia beati apostoli venimus adoraturi. Urbs eiusdem regni est quedam Leodium, episcopum habens nomine Theoduinum. Cum suo clero et populo mandat vobis salutem, vitam et *pacem, *p. 281.
regni decorem et statum incolumem. Ad genua vestre provolvitur pietatis, ut ad illuminationem et gloriam cuiusdam sui cenobii, in honorem beati apostoli Iacobi fundati, de corpore
40 eiusdem sancti reliquias dirigatis. Beneficia non precesserunt aliqua, familiaritas nulla, ut ex vobis tanta merito audeat sperare munera; sed petitioni eius magnam prestat fiduciam clementie vestre dignatio ubivis gentium notissima. Magestatem glorie sue angustis limitibus beatus apostolus non vult includi, quam in diebus nostris magnifice dignatur omni propagare nationi. Sicubi salutaria apostolatus eius pullulant dona, gloriosior profecto
45 vestra semper inde erit Galicia, locus illi carissimus et sedes electa'. Verba eorum melius, quam essent rati, rex benignus accepit. Unde et die sancta resurrectionis post stationem Apr. 7.
misse habitam in apostolica sede tam pro hoc negotio, quam pro modulanda sequentia in choro eiusdem ecclesie se recepit. Qua videlicet sequentia, precentore ipso rege, post peractam missam secundum morem sue ecclesie exaltata et nobilissime decantata — erat
50 autem *Fulget preclara* — postquam assedit, episcopis suis et optimatibus regni insinuat, quid eum postulent peregrini illustres ex Romani imperatoris aula. Una omnibus sententia fuit, viros tanti nominis nullatenus debere repelli; sed antistes loci Cresconius nomine vehementer obniti, precatoria nostrorum verba impugnare eosque vanitatis redarguere. 'Legatorum', inquit, 'nomen est sanctum, si pure legationis sue transigunt[i] mysterium; at

55 a) dum *c.* b) tactabit *corr.* tractabit *c.* b*) cum *c.* c) Leggia *corr.* Legia *c.* d) Leggiam *corr.* Legiam *c.*
e) *ita Chapeav.*; defloratam *c.* f) promovere *Chapeav.* g) illis *corr.* illi *c.* h) *e ras. c.* i) transfigunt *c.*

a. 1056. isti absque signo et litteris episcopi sui nos adeunt, rem tantam a nobis nimis inconsulte exigunt. Iure enim denegabitur illis, quod sine lege exigunt rationis'. Rex autem longe aliter in[a] animo suo tractare atque secundum supradictam Richardi canonici sententiam propter conubii sui spem adornandam omnem viris Romani imperii benivolentiam commodare. 'Iuste', ait, 'et honeste *hec obicienda illis esset refragatio, nisi sanctitatis sue reverentia magis se tuerentur quam aliquo litterarum et signaculi patrocinio. Nam adeo evidens eminet in ipsis dignatio religionis, ut de eis nulla nos turbet nebula dubitationis. Fas est certe omnem his viris prestare benivolentiam, ut, sicut regni nostri decet coronam, sedem apostolice sublimitatis adeundi aliis qui sunt in regione eorum faciamus copiam. Si amicos beneficio quod[b] cupiunt illos nobis parabimus, presidium etiam ingens et gloriam per eos in domo cesaris adquirimus'. Statim igitur medium chori pavimentum, eo precipiente, duobus palliis est stratum. Huc super eadem pallia allate sunt capse une atque alie; ad nutum illius omnes sunt patefacte. Sed omnibus patefactis, nichil inventum est in illis de preciosis[b*] beati apostoli reliquiis. Particulam vero quandam de corpore beati Bartholomei apostoli, qui hec sancta tractabant, fratri nostro tradiderunt conservandam. Tunc rex, ut in oculis nostrorum affectuosum sue[c] liberalitatis ostentaret studium: 'Huc etiam deferatur', ait, 'quod in capella nostra habetur scrinium, precipui sanctuarii nostri repositorium. Attendant illustres peregrini, quanti faciamus pietatem illorum desiderii. Ad eis satisfaciendum nichil volo in gazis nostri sacrarii relinqui investigatum, donec inveniamus, quem nos postulant desiderabilem thesaurum'. Allato scrinio et patefacto, inter alia sanctorum pignora acceptissima refulsit quedam de corpore beati Iacobi haut ineximia portio. Ad eam igitur decentissime dirigendam rex alacris secundum datam a Deo sibi cogitans prudentiam: 'Non est equum', ait, 'dominum et patronum nostrum, sub cuius tutela vivimus, ut ad extera regna sine comite singularem transire sinamus. Quare beatus Sebastianus et Pancratius incliti martyres fiant illi in hoc itinere gloriosi laterales'. Tunc *conversus ad Hermannum consulem, inde ad omnem queque in collegio eius erat beatissimam societatem: 'Accipite', inquit, 'viri venerabiles, hec preciosiora regni nostri munera, episcopo vestro deferenda ad illuminatricem graciam ecclesie, que est, sicut dicitis, in Lotharingia in honore beati Iacobi apostoli fundata'. Censebant nonnulli assidentes illic episcopi et primores, sanciendum esse a nostris iuramento, nil se perperam acturos in tante sanctitatis dono. Ad sacramentum cunctis ultro porrigentibus dextras, primus ante alios Hermannus comes emicat, ut rei veritatem constanter astruat. 'Immo', ait, 'super sanctissimam aram, cui corpus apostolice subiacet reverentie, date nobis deferantur reliquie; illic super eius aram et corpus sanctissimum et datas nobis reliquias iurabimus omnes sincere, munus, quod vestra largiente clementia meruimus accipere, ad opus predicti cenobii nos fideliter et devote perlaturos esse'. Loqui rex adiecit, ut tantam eis inesse magnanimitatem vidit: 'Facescat, o viri, contra vos omnis controversia; clara enim nobis prestatis indicia, sine commento et dolo vestra esse suffragia. Sacramentum enim propter honorem beato apostolo deferendum quis exigat a vobis, pure se manifestante constantia vestre dilectionis, quantam scilicet erga eundem sanctum habeatis sedulitatem devotionis? Quis dubitet, quod vestra non debeat prudentia, ut ista decenter pignora sancta collocetis in augustissima ecclesia[e] divinis incessanter laudibus frequentata'? Rex in suis donis sancte Trinitatis gratiam prudenter adornaverat, sed, eodem ignorante, ille qui salvatrici apostolorum potentie orbem quadrifidum subdidit quaternarium, qui est primus par in numerorum serie, in eis sacraverat. Nam in comitatu *beati apostoli Iacobi sancti quoque Bartholomei gloriosa iuncta sunt pignora, divina nimirum id ordinante providentia[f], ut sui nominis ecclesiam due pariter olive et duo intrarent candelabra ante Dominum semper lucentia. Que scilicet gloriosa beati Bartholomei pignora predicto fratri Roberto primum tradita, cum nemo postea exigeret, cum aliis reverentissime ipse reposuit illa. Ita demum nostri alacriter, Galicia relicta, repatriantes cum optimis donariis, infra sue regionis[g] horam felicibus brevi accipiuntur compendiis. Mansio eorum[h] penultima vicus fuit Hoyensis, ubi oportune diebus illis[i] aderat Theoduinus presul venerabilis. Illius se accelerantes presentie offerre, viam suam secundum clementiam Domini commode directam omnem ei pandunt ex ordine. Gavisus presul magno provectu gratie celitus sue indulte ecclesie: 'Benedictus', ait, 'sit[k] Dominus, qui in

*p. 282. *p. 283. *p. 284.

a) al. in *e ras. c.* b) quo *c.* b*) preciosi *c.* c) nostre *corr.* sue *c.* d) *bis scripsit c.* e) pignora *corr.* ecclesia *c.* f) *e ras. c.* g) religionis *c.* h) eius *c.* i) illius *corr.* illis *c.* k) sic *c.*

diebus nostris sue in nobis dilatavit benedictionem misericordie! Beata mater Legia, inter a. 1056. insignia tue nobilitatis preconia, ecce meruisti ante Deum nove placationis suffragia. Ite ergo perstrenue'[a]! Imperat hoc suis: 'Dicite sancte urbi ex nostro nomine, reverentissimo clero et devotissimo populo, ut in occursum sanctorum procedat cum iocunditate et gaudio, inducat illos in locum parate eis mansionis cum ymnis et sollempni officio'. Inde nostri digressi cum benedictione episcopi, in territorio pernoctavere Calcaniensi in domo villici nostri. Ipsum postea villicum multociens audivimus referentem, domum suam multo tempore abhinc apostolice virtutis maximam esse expertam benedictionem. Fatemur nos idem, sicut audivimus et vidimus, ex eo qui dicitur Mons Publicus, per quem die subsequenti sanctis Dei fuit descensus. Quanto enim turbine *et tempestate sevissima asperrimus erat *p 285 continuis fere annis ante hec tempora! Nonne urbi subiacenti fere paria intentabat pericula, que dicta Vulcani olla Sicilie interdum minatur Ethna[b]? Quam misere tota concuciebatur terrifico tonitrui magni fragore igniumque celestium furente iactura et splendore! Necnon ventorum pluviarumque et grandinis pariter maligna ruente procella, attoniti cives se et sua omnia pavebant subito esse interitura. Per locum igitur tam tristi dampnatum calamitate descendentes illi beati sanctorum pedes, pacem et salutem portantes, suo benigno transitu incombentes illic superioribus annis vehementissimas compresserunt[c] tempestates; enim extincte nullo prorsus redivivo usque[d] ad hoc tempus respiraverunt murmure. Sed et sterilitas magna, que illis diebus erat in regione nostra, his triumphatoribus et amicis Dei tota omnino est propulsa. Dies autem illa beati Servatii sollempnitate sancta cum rogationum observantia erat clarissima[1]. Mai. 13 Pulchre[e] scilicet ad honorem et gloriam sanctorum suorum hanc ita Deus prestare diem disposuit, qui fecit in celo et in terra omnia quecumque voluit. cf Ps.113,3 Morem quippe antiquum obtinet civitas, ad ecclesiam sancti Iacobi nostram prima rogationum die ad agendas procedere letanias. Nos et fratres de Sancto Laurentio, vestimentis omnibus induti, cum crucibus et vexillis omnique decore domus Domini fere usque ad medium predicti montis clivum procedimus primi. Parva ibi se planities explicat, in qua fratrum chorea sanctis Dei obviat, ubi et inter sonora armonie sancte gaudia devotissime ea prostrata adorat. Et quia populus precari sueque ardebat deferre oblationis munera, ad eorum sustentanda pignora in eodem loco quedam tabula erecta; protinus omnes urbani novarum rerum cupidi *ad eundem adoraturi convolarent locum, nisi Leodiensis *p 286 clerus cum crucibus item et vexillis eosdem operiens sanctos ante Sanctum Paulum, ad suum venerabilem exinde illos evocaret concentum. Quare ex eodem loco mota sanctorum castra ad urbem sunt conversa. Ingens illic leticia simul et gloria, qualis, si dicere liceat, quando descendens montem Oliveti superna magestas cum ramis palmarum Iherosolimis venerabiliter est excepta. In laude enim beati Iacobi apostoli magna voce ceperunt exultare, exultantes populi, acclamantes illi: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Matth 21,9 Sed adiacentes ville exeuntes sanctos prosecute, ad honorem et gloriam eorum innumerabilem cuneum fecere. Pons ducens ad urbem ferre eorum confertissimam non sustinens pressuram, ter pretereuntibus ruinam intentabat, ter Werefridus canonicus Sancti Pauli letaniam precinens: *A periculo pontis libera nos, Domine,* recantabat. Incogitabilis semper, o domine Iesu, tue semper est gratia pietatis, occulta vere via consilii tui et investigabilis. Nonne propterea id accidere passus es, ut tuos exinde sanctos gloriosiores faceres? Quomodo enim minor et invalida manus confuse et tumultuarie densata non esset partim protrita, partim demersa, nisi gubernatoria sanctorum dextera suos secum incolumes preterveheret comites? Transmeantibus ergo per eorum auxilia singulis illesis, optulit se sanctis venerabilis chorus Leodiensis. Hic ad responsorium *Cives apostolorum et domestici Dei* exultationis et salutis vocibus exaltatis, concrepantibus undique ecclesiarum signis, clerus et populus alacribus animis deducunt in tabernacula sua magnificos primates orbis. Iteratis ibi precibus et donis, pium erat cernere[f] cuiusque studium circa apostolicam *sanctitatem *p 287 ferventissimum. Pars eorum gloriam dare in altissimis Deo, plures lacrimari pre gaudio, omnibus denique summa est devotio. Testati nobis sunt sepenumero maiores nostri, quod etate sua nulla prorsus iocondior dies urbi aliquando infulserit Leodiensi. Nos quoque

a) Prestrenue *c.* b) olla *corr.* Ethna *c.* c) compressit *c.* d) com *corr.* usque *c.* e) Pulchre *corr.* Pulchere, *sed e superscriptum rursus delevit c.* f) cercere *c.*

1) Facta est translatio a. 1056; cf. Ann. S. Iacobi Leod. SS. XVI, 638: *Anno* 1056. *adventus reliquiarum Iacobi et Bartholomei a Galatia.*

cum postea decursa consideramus tempora, licet diebus nostris ipsam urbem tociens viderimus esse decoratam, vel magestate regia seu qualibet summa persona glorioso occursu reverentissime[a] suscepta, necdum tamen pari triumphavit leticia[1].

7. Haud[2] absurdum est etiam commemorare, quid ad gloriam apostolice sanctitatis obtigerit de sacculo, in quo sunt sancte allate reliquie. Ille mercatoris cuiusdam Mariani fuit, quem domum rediens — nam de pallio erat — reposcit, recepit, secum detulit et domi aliquo tempore habuit. Non placuit sanctis, ut res corporum suorum perfuncta sacramentis usibus ultra deputaretur humanis. Impedita sunt ergo evidentibus indiciis[b] omnia predicti negotia mercatoris. Offensus dampnis, agnovit demum[c], quare seviret in eum ira vindicis discriminis. Ad patrocinium apostolice pietatis suffugiens, protinus rediit, sacculum retulit; fatetur, quid propter eum passus sit, et longe a se faciens, in monasterio reliquit. Unde duo vexilla facta ad honorem apostolice dignitatis usque hodie in nostra habentur ecclesia. Mercatori protinus felicitatis sue prior rediit copia, namque in archa sua quadravit acervum, redundante pecunia.

Quo denique commemorabimus ore illud iteratum misericordie donum, quo benedixit nobis post hec verus consolator et Pater misericordiarum?

8. Anno[3] enim eodem nundum evoluto *, die qui est celeberrimus sancte crucis inventione[4], sanctos suos adductos in preparatione manus sue per idem lignum victoriosissimum dignatus est visitare. Quod scilicet tempore Stephani pape, qui est dictus Fredericus, vivificum Leodiensi urbi collatum est beneficium per eundem sanctissimum papam magna sibi clementia destinatum. In ecclesia namque sancte Marie sanctique Lamberti educatus a puero, cum pie nutricule immensas[d] actitaret gratias referre, non inveniens in quo illam magnificentius potuisset honorare, sanxit hanc gloriosam portionem predicti ligni per Godefridum Sancti Petri prepositum dirigere[5]. Cumque predictus prepositus Bullionem divertisset, castrum ducis Godefridi, fratris eiusdem pape, fraternis admodum ille gavisus donariis, dignum duxit cum eodem preposito illa Leodium perferre. Que cum primum Hoii Theoduinus episcopus excepisset, honorificentissime iussu eius ad cenobium sancti Iacobi per Mosam navigio delata, tocius cleri expectatione atque reverentissima exceptione cum divinis laudibus sunt inducta[e]. Ubi antiphona *O crux splendidior* sollempniter decantata, et salutatis novis eiusdem ecclesie accolis sanctis, ad domum gloriose perferuntur ecclesie maioris, scilicet sancti Lamberti.

* p. 288.

a) reverentissimo *c.* b) ev. ind. *e ras. c.* c) *e ras. c.* d) immensam *corr.* immensas *c.* e) abducta *corr.* inducta *c.*

1) Hic addere libet, quae Chapeavillius de eadem translatione ab ipso abbate Alberto (a. 1048 – 1066) conscripta affert, quaeque 'in pervetusto codice ab abbate S. Iacobi Aegidio Lambrecht sibi communicato' se invenisse profitetur: *Quae propitia Divinitate huic loco contigerunt suffragia provisionis meae tempore, ego Albertus abbas indignus huic indidi scedulae, ut, si forte mutatum fuerit altare, qualiter haec pignora sanctorum recondita sint, neminem queat latere. Anno dominicae incarnationis millesimo quinquagesimo sexto, indictione nona, imperante Henrico tertio, praesidente huic Leodicensi ecclesiae Tietwino pontifice, quidam e nostris fratribus nomine Rotbertus cum aliquibus Deum timentibus nostra et omnium fratrum licentia et benedictione Galetiam causa orationis adiit, gloriosissimi Iacobi apostoli reliquias huic loco transmitti, a rege et pontifice petiit et Dei gratia impetravit. Directae sunt sanctorum apostolorum Iacobi, Bartholomei sanctorumque martyrum Pancratii et Sebastiani de corporibus particulae ac iussu episcopi totius urbis exultatione ac veneratione templo isti praesentatae.* 2) Excerptum est hoc totum caput ex codice S. Iacobi de quo ante. CHAPEAV. I. e. codex ex quo Translatio descripta est; quem codicem non confundas cum illo sane vetustiore, ex quo Chapeavillius verba Alberti abbatis in lucem protulit. Sequentia: *Haud — pecunia* ab auctore ipsius Translationis conscripta esse, elucet. 3) Etiam hoc caput ex pergamenis ecclesiarum Leodiensium descriptum fuisse putarim, quamquam iam Chapeavillius, quippe qui nil adnotaverit, Aegidii fontem non cognovisse videtur. 4) i. e. d. 3. Maii a. 1056. Sed nota errores, in quos Aegidius incurrit. In cap. 6. narravit, reliquias Iacobi d. 13. Maii (scilicet a. 1056) advenisse; hic reliquias ligni dominici post reliquias Iacobi, attamen d. 3. Maii eiusdem anni allatas fuisse tradit. Dein lignum illud papam Stephanum X. misisse ait, qui demum inde ab Augusto a. 1057. usque ad Aprilem a. 1058. pontifex fuit. Vid. not. seq. 5) Hic Godefridus reliquias s. Laurentii attulit d. 10. Iun. a. 1056, si fidem habeas Libello de adventu reliquiarum auctore Ludovico ap. Pez in Thesauro IV, 3, p. 4. Sed in codice monasterii S. Laur. Leod. saec. XII. exarato, quem adhuc superstitem W. Arndt in usum nostrum evolvit, de anno nihil prorsus legitur. Cf. SS. XX, 581; infra c. 10 (pag. 87. ad finem).

Qualiter vero Leodiensis ecclesia sub prefato Theoduino de reliquiis beati Laurentii honorari meruerit, hic enarrare curavimus.

9. Eo tempore quidam religiosus clericus Leodiensis urbis, nobilis familie, divitis census, nomine Godefridus, consuetudinem fecerat, quotannis[a] sanctum adire Petrum eiusque misericordiam pro suorum enormitate deprecari facinorum. In diebus ergo sancte quadragesime assumpta pera, sustentatus* baculo, sequentibus comitibus, pedes adiit caput regnorum Romam, apostolorum principis intravit ecclesiam ibique contriti cordis et humiliati spiritus immolavit hostiam. Unde exiens, non ut repatriaret, sed ut mansionem acciperet, disponente Domino, divertit in cellam abbatis Huberti, consanguinei sui, que sita erat secus basilicam preciosi levite Laurentii, cuius custodia penes eundem abbatem erat. Non est autem hec quam dico basilica ipsa, in quam sacratissimum corpus eius tumulatum est. Nec illa que in palatio Lateranensi basilica est ipsius martyris, que dicitur Sancta sanctorum, propter excellentiam scilicet reliquiarum, que illic habentur tam de sancto sanctorum, id est de domino nostro Iesu Christo, quam de aliis compluribus sanctis, cum sint etiam ibi capita et artherie sanctorum apostolorum Petri et Pauli ac plurimum de carbonibus et sagina beati Laurentii. Cuius etiam illic[b] altare tanto excellit privilegio, ut nemini preter apostolicum concedatur, super illud sacra celebrare missarum sollempnia. Illic videres reverendam quoque ymaginem Christi, quam, dum sanctus Lucas euangelista effigiare cepisset, ut dicitur, mire in crastinum repperit consummatam, ab illo nimirum oppifice, cuius sunt manus tornatiles, auree, plene iacinctinis. Loco igitur tam illustri persona prefigitur probate fidei ac religiositatis, videlicet primus subdiaconorum apostolice sedis, cuius est privilegium[b*] manto[c], mitra et anulo, atque consecrato recens summo pontifici tradere claves summe domus, hoc est Lateranensis palatii. Sed neque ea ecclesia est que vocatur Ad Craticulam, nec ipsa est basilica[d] que Dammasus nuncupatur. Hanc quoque Damasius *papa construxit necnon reliquiis eiusdem martyris insignivit locumque ex suo nomine Dammasum nominavit. Neque est ipsa basilica que Lucine appellatur, eo quod Lucina, Romanorum clarissima, celebri sumptu extructam in honore illius ecclesiam, conquisitis pignoribus, celebriorem fecit, cathena scilicet, qua idem martyr vinctus, et craticula, super quam assatus, et uno ex forcipibus ferreis, quibus desuper fuit coartatus, et parte carbonum et sagine a sacris artubus a Iustino et Ypolito expresse, lintheo denique illo, ut fertur[e], de quo in catasta cruentati membra viderit Romanus angelum extersisse. Foras muros autem sub maiori basilice altari cum prothomartyre Stephano conditus est dicitur[f]. Quod videlicet altare talis est privilegii, ut, exceptis sex cardinalibus qui ad hoc deputati sunt, nemini super illud divina concedatur celebrare mysteria. Tot vero quippe Rome in eius honore templa habentur. Hec vero basilica parvo quidem opere, sed non vili precio condita est, utpote que cameris volvitur lapideis et rutilat[g] tota diversis metallis et marmoreo pavimento. In qua quidem structura nec paries ligneus nec trabes nec aliud huiusmodi habetur. Timentes autem Romani ignis crebros fragores, nullam ibidem ei materiem concessere. Hec igitur ecclesia omni populo Romano frequentissima[h] est et venerabilis, quoniam ibidem in ambulla cristallina liquor ille habetur, qui desuper craticula ab Ypolito et Iustino de eius corpore expressus[i] est. Hoc thesauro nichil carius putat dives Roma, cui etiam custodes deputant per succedentia[k] *tempora, tales scilicet, quorum magna probetur auctoritas. Per id temporis iam dicto abbati Huberto huiusmodi excubie tradite erant. Ad quem cum divertisset supradictus Godefridus, aliquantis diebus ab eo retentus[l], cepit ingredi basilicam et egredi, scrutari singula que ibi haberentur sanctorum pignora. Ille nichil suspectus aperit de cunctis et meritum et famam declarat loci. Novus hospes gratanter ea amplectatur et propinquum, ut fideliter tantum thesaurum asservet, precatur, ne suis, quod absit, temporibus annichilaretur. Seorsum autem estuare cepit, quomodo de ipsis reliquiis furaretur et cenobio sancti Laurentii Leodii sito impertiretur, quoniam idem clericus eiusdem cenobii monachis familiarissimus[m] et quasi unus erat ex eis. Captata igitur abbatis Huberti absentia, qui ab Urbe ad quedam discesserat necessaria[n], fraudem nobilem parat. Unum de familiaribus secum assumit, ecclesiam noctu quasi ad matutinas dicturus intrat, ne[o] nemo eum prohiberet, quia nec suspicio de eo esse poterat. Accedit ad altare, ampullam cristallinam deponit, ut in suam quam paraverat liquorem sanctum transfundat. Sed liquor grassus et coagulatus naturaliter fluere non poterat, et necesse erat aliquo adminiculo eundem secerni ab altero. Cum neque in tota basilica parum quid ligni haberetur, unde id fieret, neque foras ad querendum exire auderet, facta difficultate, cepit merore consumi, insuper et merere et sancti martyris meritum implorare. Cumque genu flexo pectus tunderet, reducto paululum visu, conspicatur in pavimento mundo *quasi hora paratum eadem parvissimum lignum huic operi satis congruum. Hoc assumens quasi celitus missum, de[p] vase transposuit in vas liquorem sanctissimum. Mirabile dictu! Statim sequitur odor suavissimus ultra omnia fraglans balsama. Etenim ipsius verba sunt: *Ego me optuli sacrificium Deo in odorem suavitatis.* Que tamen res male virum habebat timentem, ne bonus odor ille sibi esset ad mortem, si id usquequaque Romani persentiscerent. Parato igitur regressu, non pedes, ut venerat, sed eques regredi disposuit, et hospitem fallens, immo occasionem nactus morarum[q] ipsius, de media nocte Roma egreditur, etiam etiamque a tergo pavens, cum ipse[r] odor nullo modo cessaret neque securos egredi sineret. Quid plura? Leodium prospero cursu perveniens, episcopo loci Theoduino rem omnem aperit. Super quo letabatur pontifex, quia tantum thesaurum sue dyocesi per suum servum Dominus destinasset. Igitur cum eius benedictione transferre ad prefatum familiare sibi cenobium pignora sanctissima pergit.

10. Erat ipso in tempore tanta pluviarum inundatio tamque valida ymbrium effusio, ut pene alterum diluvium crederetur. Iam vero cum quanta alacritate populus innumerabilis processerit, quam religiose omnis clerus et populus cum ymnis et[s] laudibus preciosas reliquias ad cenobium usque perduxerit, nisi qui presens vidit, vix credere potest. Pro serenitate aeris, pro tranquillitate pacis voces levabantur ad aures, ut creditur, pervenientes Dei omnipotentis. Pro favore tenebitur, quod dicturus sum, sed quoquo[t] modo *teneatur, ego tamen, quod oculis vidi, Deum testem invocans, et dicam et scribam. Post exceptionem sacrarum reliquiarum, ubi usque ad cornu altaris perlate sunt, et chorus letaniam[u] exorsus est: *Kyricleyson, Domine miserere,* sol, qui fuerat in nubilo pene per unum mensem, ita hora eadem radiorum suorum lucem profudit, ut ambabus manibus populus plauderet et pro magnitudine leticie lacrimas amplius funderet. Nec fortuita illa serenitas, sed continua perseverans, omni mundo spem reddidit et salutem. Actum Leodii, pridie Nonas Iunii[v], anno pontificatus ipsius vicesimo sexto[2]. Prefuit enim idem Theodui-

Libell de adv reliq[1] p 579 p 289. — Rein vit Reg 13 — Libell Vit Reg. 14 — *p 290 — Libell Vit Reg 14 — Libell 580. — *p. 291 — *p. 292. — ibid 851 — *p 293 — a 1074, Iun 4.

a) quod annis *c.* b) illuc *c.* b*) uti *ex Vit. Reg. supplendum.* c) mantro *c.* d) craticula *corr.* basilica *c.* e) feretur *c.* f) *ita c.*; dicitur *deest Vit. Reg.* g) rutila *c.* h) *post corr.* frequentatissima *man. rec.* i) expressa *c.* k) siccedentia *c.* l) retentis *corr.* retentus *c.* m) familiarissimis *corr.* familiarissimus *c.* n) presentia *corr.* necessaria *c.* o) cum *Libell.* p) in *c.* q) moratum *c.* r) ipso *c.* s) y. et *in ras. c.* t) quoque *c.* u) letania *c.* v) 4. Id. Iun. *Libell*

1) SS. XX. 2) De anno nil legitur in cod. S. Laur. Leod.; anno 1056. apud Pez; vid. supra not. 5. ad calcem cap. 8.

nus Leodiensi ecclesie annis viginti octo[1] sub apostolicis Leone, qui et Bruno, Victore, [qui[a] et Gevehardus, Stephano, qui et] Fredericus primo dictus est et ex clero Sancti Lamberti in papam assumptus Stephanus nonus[b] vocatus est[c]. [Hic superhumerale et eius usum Theoduino episcopo suisque successoribus misit, recordatus[d] sue nutricis ecclesie[d] Leodiensis, nolens sibi appropriari verbum[d] psalmiste dicentis: *Filios enutrivi[d] et exaltavi, ipsi autem spreverunt[d] me[d]*]. Floruit etiam sub Benedicto, [qui[e] et Iohannes], Nicholao [Gebehardus[f]], Alexandro [Anselmus[f]]. Obiit anno Domini 1075, nono Kal. Iulii*, tercio anno Gregorii, qui et Hillebrandus primo dictus est.

(Is. 1, 2) (a. 1075, Iun. 23.)

[Anno[g] milleno quinto cum septuageno
Migravit dominus[h] de corpore Theoduinus.
Communis pastor reliquis, pater unice nobis,
Qui novies ternos presul ne clauderet annos,
Invidit numerum triginta quinque dierum
Iunius ad Iulias nono[i] sub luce Kalendas].

Sepultusque est Hoii cum maximo honore in ecclesia beate Marie ante altare beate [Marie[k] semper virginis, quod beatus Maternus[l] primus Tungrorum episcopus in honore[l] ipsius virginis consecraverat[l] temporibus Clementis[l] primi Romanorum pontificis[l]**], iuxta fontes, regnante Henrico, filio Conradi imperatoris.

*) *Hoiensis interpolator addit:* pontificatus sui anno fere 27.

**) *Pergit Hoiensis in margine:* et[m] Traiani inperatoris[n, 2]. Factaque[m] est super eum tumba[m] decentissima in hunc modum[m]. Erat namque lapis[m] niger, qui adhuc apparet[m] super pavimentum[m] eminens. Iuxta quem[m] in circuitu erant collocate[m] per ordinem sex columpne[m] enee et deaurate[m]. Super quas locatus[m] fuerat lapis marmoreus[m], albo rubicundoque colore[m] mixtus, habens in circuitu[m] lignum, super quod erant affixe[m] lamine musivo opere[m] mirabiliter decorate[m], continentes hos versus[m]:

Cepit, complevit, ditavit[m] et ipse dotavit[o]
Gemmis[m], argento, picturis[m], vestibus, auro
Dieduinus opus.

Et cum ceteris[m] versibus. Erat circa hec, que[m] superius dicta sunt, cista[m] ferrea mirabili opere[m] constructa floribusque[m] ferreis disignata per[m] circuitum, omnia supradicta continens intra se. Hoc itaque mausoleum[m, p] erat in tanto honore, ut superius dictum est[3], circa annum[m] dominice incarnationis 1230. Habebat hec cista in latum[m, q] circiter quatuor pedes, in altum vero circiter quinque[m]. Apperiebantur itaque latera superiora[r], quando debebat thurificari[m] a sacerdote, qui ibi dicere orationem pro defunctis in omni processione tenebatur. Et quia unice pius et devotus[m] precipue in beatam Dei genitricem fuit, disposuit, se sepeliri[m] in eodem loco, ubi olim steterunt pedes beati Materni[m] primi Tungrorum episcopi[s] consecrando ecclesiolam et altare in honore perpetue[m] virginis[t].

(cf. III, 1)

(Chr. S. Hub. Andag. 28) 11. Post discessum domni Theoduini exorta est contentio inter potentes agende[u] electionis; dum plures fieri voluissent episcopi, nulli eorum ut episcopus fieret contigit[4]. Nam dux Bullonii Godefridus, qui tunc persensisset Theoduinum episcopum obisse, precibus suis optinuit apud eum[v], nemini concedendum donum episcopii, nisi quem ipse presentaret ei Moxque misit ad Henricum cognatum suum, Virdunensem archidiaconum, virum vita et genere nobilissimum, filium scilicet Frederici comitis Tullensis[5], et ei, ut* remota omni dilatione ad se veniret, mandavit. Festinavit ille duci occurrere, incertus[w] omnino quid vellet. Leodienses vero, pro contentione prefata nulla adhuc electione firmata, ne videretur iniuriosum regi, baculum pontificalem paulo morosius referri, ut eum referret, iniunxerunt Theoderico abbati. Quidam autem de clericis anticipans alter alterum curiam irrepserant, sperans quisque, vel sibi proventurum eventum rei, vel paratus gratia vicissitudinis ferre suffragium alteri. Interea suggessit dux, clericum adesse, cui episcopium donandum destinasset; dignaretur rex, ut est eius donationis agende, pro tribunali sedere, et vocatis Leodiensibus, episcopum illis constituere. Leodienses evocati, licet morderentur latenter[x], nemini eorum quod speraverant provenisse, ne tamen voluntati regie, que in negocio preponderabat, viderentur deesse, Theoderico abbati ex

(* p. 294.)

a) *ita A. in loco raso et in margine.* b) novus *c.* c) *post hanc vocem signum ponens, addit A. in marg. super., signo repetito, quae uncis inclusimus.* d) re, ie, bum, nutri, reverunt, me *absc.* e) *in marg. addit A* f) *superscr. A.* g) *versus uncis inclusos in margine infer. addit A., certo signo et hic et supra post* dict. est *apposito.* h) *e ras. c.* i) o *in ras. c.* k) *addit inter lineas in loco vacuo relicto et in marg. scribae, ut videtur, manus.* l) ernus, ono, crave, tis, ficis *absc.* m) et, acta, a de, mo, is, ppa, tum, em. llo, co, au, us, reus, lore, itu, af, vo opere, te, us, ita Gem, uris, teris, c que, sta, re, que, per, au, um, a, ue, fi, tus, *secundum* e, rni, perpe *absc.* n) inpris *c.* o) decavit *c.* p) mauseolum *c.* q) i. l. *bis scripta.* r) supia *c.* s) *rursus in marg. ead. manu.* t) *signo apposito, interpolator quae scripsit ante* iuxta fontes *legenda esse significat.* u) augende *c.* v) *i. e.* regem, *quod ex Chron. S. Hub. supplendum.* w) vinctus *c.* x) laterenter *c.*

1) Immo 27 annis. 2) Vide supra quae idem interpolator Hoiensis ad lib. I, c. 14. addidit. 3) I, c. 14. 4) Cf. Ruperti Chron. S. Laur. Leod. c. 43, SS. VIII, 276, ubi eadem verba leguntur; quae tamen non ipsi Ruperto tribuenda, sed ab Adriano de Veteribusco interpolatore operi Ruperti postea inserta esse, arbitror. 5) Cf. Albricum ad a. 1075, SS. XXIII, 798, qui ex Laurentii de Leodio Gestis epp. Virdun. c. 3. 7, SS. X 493, et ex nostro sua concinnasse videtur.

consilio referendam imposuerunt domni Henrici electionem. Qui cum ceteris assistens regi, ut erat vir urbane elegantie (Chr.Hub. 28.) promptusque Latialis eloquentie: 'Eligat', inquit, 'eum Deus, et ab eo preelectum nos quoque voluntarie eligendum decrevimus'.

12. Hic domnus Henricus epyscopio donatus [quinquagesimus[a] quartus] et, obsequente duce, in urbem favorabiliter (ibid. 29) receptus, non multo post a domno Annone Coloniensi pontifice sollempniter est consecratus; a quo etiam adiuratus est sub testimonio collate sibi benedictionis, ut eius quoque utamur verbis: 'Per benedictionem', inquit, 'patris tui Annonis obtestor te, ut destruas superbiam et insolentiam Guolbodonis'. Fuerat autem Guolbodo abbas ecclesie beati Laurentii, qui *nimium confisus glorie (* p. 295.) sue et nobilitati, quia[1] venerabilium episcoporum sancti Wolbodonis[a*] et Reginardi proximus esset et affinis, illum referens patris patruum, istum referens matris sue fuisse avunculum; ergo se nimis[b] extollens, longe se habebat aliter quam conveniret monachice professioni. Nec diu moratus episcopus privatis illum ammonitionibus corrigere, cum videret, se in hoc non solum non proficere, sed illum magis ad deteriora ex indignatione deficere, constituit diem ad discussionem eius publicam. Convenientibus abbatibus et archidiaconis, cum se Guolbodo non posset purgare a criminibus obiectis, decreta omnimoda res eius in potestate et dispositione episcopi. Episcopus, ne accelerando iusticiam videretur evacuasse misericordiam, optulit ei locum et tempus agende penitentie decrevitque ei, ut Virdunum apud Sanctum Aggericum aliquandiu privatus[c] secederet et inter religiosos viros ibi noviter aggregatos satisfactionem suam dignam misericordia comprobaret. Concessit ille primum, iudicio sapientium et episcopali decreto se consensurum; sed ad horam locutus quibusdam suis, quod prius promiserat exequi, post publica contradictione recusavit. Episcopo[d] exigente, ut daretur sententia huic resultationi et inobedientie, decretum est ab omni conventu, ut in sua se recognosceret ipsamque abbatiam libere ad placitum suum disponeret, cuius abbas convictus criminibus nollet illi ad emendationem obedire. Nec moratus Guolbodo ad regem Henricum abiit eiusque[e] violentia adversus episcopum *conatus est se tueri. (* p. 296.) Qui dum ecclesiasticam iusticiam seculari audientie prostituit, secundum sacros canones omnem sibi aditum recuperationis obstruxit. Nam nec precibus regiis nec minis[f] potuit episcopus attrahi, ut eum restitueret, obtestatus, se malle episcopium ad tempus intermittere, quam eiusmodi insolentiam pati sine congrua satisfactione. Sic Guolbodo desperatus Hungariam concessit, indeque ad regem reversus in expeditione Ytalica[g] positum, ad mortem usque domni Henrici episcopi moratus est apud eum. His actis circa Leodiensem synodum, que agitur in festo apostolorum (ibid. 30.) Symonis et Iude, ubi idem Guolbodo dampnatur, et in loco eius Berengerus prior ecclesie Sancti Huberti subrogatur, (ibid. 35 sq.) in sequenti adventu domnus Anno religiosus pontifex Colonie vita decessit in maximo dampno tocius (ibid. 30.) illius provincie. Sepultusque est in cenobio Sybergensi[2], quod ipse propriis sumptibus construxerat[3]. [Eodem[h] tempore[i] percussit Dominus sensuque alienavit abbatem Adelardum huius nominis (Gest. Trud. II, 4) secundum Sancti Trudonis in Hasbania, quia religio sub ipso cepit tepescere et monachalis disciplina annullari. Qui ductus est Leodium ad ecclesiam sancti Laurentii, factisque multis diebus, freneticorum more in cripta ad sepulcrum beati Vulbodonis episcopi tandem curatus est. Hic edificaverat magnam ecclesiam sancti[k] Tru- (ibid. I, 12.) donis et ecclesiam sancte Marie in foro et 12 alias[k] in diversis locis et villis proprietatis sue ecclesie[k]. Anno Domini 1085, septimo Idus Martii, igne resolutum est illud[l] nobile[k] et sumptuosum opus Sancti[k] Trudonis, (ibid. II, 13.) collumpne cum monasterio corruerunt. Defuncto[4] abbate Adelardo, duo[k] eliguntur, Lanzo abbas Sancti[k] Vin- (ibid. III, 1–8.) centii Metensis et Lupo monacus Sancti Trudonis. Episcopus vero Leodiensis Henricus consentit[k] in Lanzonem. Qui postquam introductus est in abbatiam, a Lupone expellitur; pro qua re anno Domini 1087. obsessum est diu oppidum Sancti Trudonis a Henrico episcopo Leodiensi. Lupo autem turrem ecclesie, que de incendio remanserat, munivit[m] et in eadem se recepit. Tandem redditum est oppidum Henrico episcopo ab oppidanis, salvis suis corporibus et bonis. Cumque ingrederetur exercitus episcopi, Brustemienses, qui ab antiquo adversabantur Trudonensibus et semper habuerant[k] exosos, cum aliis[n] ingrediuntur, et totum oppidum cum ecclesia parochiali beate Marie[o] ab ipsis callide concrematur].

13. Post hec Henricus Pius cogitans illud sapientis dictum: *Ubi non est gubernator, populus corruet*, (Prov. 11, 14.) et quam vere hoc dictum sit prospiciens, dum usque ad tempus sui episcopatus tot anime in sua dyocesi perierunt, ut ille insatiabilis infernus tot capere non (cf. Is. 5, 14.) posset, nisi dilataret os suum. Nam repleta est hec terra sanguine occisorum, terra absque gubernatore, terra indisciplinata. Unde timendum, ne forte maledicta; scriptum est enim: *Maledicta domus indisciplinata.* Quia vero discipline freno caruerunt, modo tot hominum cedes, sed incendia quoque et prede continue atque rapine palam fecerunt, quod ex magnis diviciis multos ad inopiam et usque ad mendicitatem redegerunt. Denique quicumque venissent in captionem inimicorum suorum, tam crudeli more[p] torquebantur, ut mors eis

a) *add. A. in marg.* a*) Wolbodisnis *c.* b) minus *c.* c) privatis *c.* d) episcopus *c.* e) cuiusque *c.* f) criminis *c.* g) Ytalia *corr.* Ytalica *c.* h) *uncis inclusa in margine postea scripsit A., signo quodam post* construxerat *ponens.* i) E. t. *eadem manu postea addita.* k) s, al, ec, n, S, d, S, tit, ha *abscisa.* l) r. e. i. *in ras. c.* m) munit *corr.* munivit *c.* n) alliis *c.* o) *post* ecclesia *rasura;* p. b. M. *eadem manu postea addita.* p) morte *corr.* more *c.*

1) Verba *Quia — extollens* leguntur etiam in Ruperti Chron. S. Laur. Leod. c. 43. Sed nota, quod Adrianus de Veteribusco, qui Chronicon S. Laur. Leod. postea interpolavit, Rupertum hic ex Aegidio mutavit et ditavit. Sic sequentia partim ex nostro descripsit. Hinc inde menda scribae repetit vel proprio marte correxit. Excerpta Aegidii e Gestis abb. Trudon. circa finem capituli verbotenus transsumsit vel ex ipsis Gestis complevit. 2) Siegburg; cf. Ann. Hildesheim. a. 1077, SS. III, 105. Eadem fere verba occurrunt Ann. Egmund. a. 1057, SS. XVI, 447. 3) Haec de constructione monasterii Sigibergensis etiam apud Rupertum c. 44. inveniuntur, sed ex Aegidio interpolata esse, iam Wattenbach monuit, SS. VIII, 276. 4) Etiam sequentia ex Gestis abb. Trudon. III, c. 1–8 (SS. X, 240 sqq.) excerpta sunt, sed brevius reddita ac verbis prorsus mutatis.

*p 297. melior *esset quam vita, et humanius tractarentur a paganis. Hec autem rabies natale Domini sive quadragesima appropinquante plurimum deseviebat. Unde maximo dolore commotus Henricus episcopus sepe convenit et multum institit, ut principes terre legem aliquam ponerent, cuius timore cessarent tot illa homicidia et cetera mala intolerabilia in suo episcopatu. Quapropter cum magno labore et magnis sumptibus pacem instituit teneri infra episcopatum; hoc etiam assensu domini pape . . . .[a] et imperatoris Henrici et horum principum, quorum ista sunt nomina*: Comes Namucensis[1] et frater eius Henricus[2], comes palatinus[3], marchio[4], comes Conrardus[5], comes Henricus de Lemburch[6], comes Henricus de Lache[7], comes Arnulphus de Los, comes de Loviniaco[8], comes Cono de Horri[9]. Horum omnium peticione, consilio et voluntate decretum est, ut a primo die adventus Domini usque ad exactum diem epyphanie et ab intrante septuagesima usque ad octavas pentecostes infra episcopatum Leodiensem nemo arma ferat, nisi forte inde exiens ad alia loca aut inde domum revertens. Incendia, predas, assultus nemo faciat, nemo fuste aut gladio aut aliquo armorum genere usque ad collisionem membrorum aut internitionem in quempiam deseviat. Quod si hoc fecerit homo liber, hereditatem perdat, beneficio privetur, ab episcopatu pellatur. Servus autem sive[b] ecclesiasticus amittat omne quod habet et dexteram perdat. Quod si culpati fuerint contra pactionem hanc, liber iuretur cum duodecim. Qui vero liber non est, iudicio se purget, si tamen signa fuerint manifesta; alioquin cum septem se immunem esse probet. Incipiet autem observatio huius pacis sexta feria statim illucescente aurora et durabit usque ad exordium diei qui vulgariter appellatur dies lune, et observabitur per omnes festivitates que proprie in hoc episcopatu celebres habentur, et simi-

*p 298. liter per omnes illas quas ubique universalis celebrat ecclesia, et maxime *in festivitate sancti Lamberti et in dedicatione, et duos dies ante et duos dies post in utraque festivitate propter adventum et reditum ceteraque inpedimenta. Denique etiam in ieiuniis quatuor temporum et in vigiliis predictarum festivitatum eadem lex et pactio tenebitur, excepto quod in illis arma licebit ferre, ea tamen conditione, ne alicui noceatur. Hanc pactionem si quis violaverit, noverit se excommunicationi subiacere[10]. Hec omnia venerabilis Henricus episcopus omnium consensu, et collaudante omni populo, infra Leodiensem episco-

a. 1082. patum teneri instituit [anno[c] 1081, sexto Kal. Aprilis[11]]. Sunt autem et alia multa eius pietatis opera, que ne lectoribus fastidium generent hic obmittimus, quod in episcopatu gessit[d].

a. 1091. Nam vite sue cursu in bonis operibus consummato, pridie Kal. Iunii[12] defunctus est anno dominice incarnationis 1091**, ordinationis vero sue anno 18, sepultusque est Hoii in ecclesia beate Marie iuxta chorum ante altare beati Iohannis baptiste. [Sub[e] isto H. episcopo fundata[f] est[g] ecclesia beati Mathei ewangeliste in Flones[13], et ab ipso dedicata anno Domini 1080, 11. Kal. Octobris[h], factumque est hospitale inter rupem et ripam Mose a Radulfo et Lamberto fratribus atque eorum consanguineo Fulcuino, militibus sub regula beatissimi patris Agustini, sub prioratu religiosi sacerdotis Ewerardi, cui successit vir devotus et honestus in regimine dominus Walterus abbas primus]. Huius temporibus facta est inundatio

Lamb. Parv. 1089.

*) *Verba* in suo episcopatu — nomina *interpungendo delevit A. et add. in marg.:* Hii autem sunt principes
**) *Hoiensis rursus in marg.:* Pridie Kal. Iunii.

a) *loc. vac. rel.* b) *manu scribae in marg. additum.* c) *uncis inclusa post add. A. in margine.* d) *ita c.* e) *addit A. in margine inferiore ad vocem* baptiste. f) *in loc. ras. eadem manu, sed alio atramento.* g) *superscr. c.* h) et ab ipso — Mose *superscripsit rursus A., sed* 11. Kal. Oct. *alio atramento in loc. ras.*

1) Albertus III. 2) comes Durboiensis (Durbuy); vid Chron. S. Huberti Andag. c. 77, SS. VIII, 610. 3) Hermannus II, a. 1061–1085. 4) Godefridus IV, marchio Antwerpiensis inde ab a. 1076 (Ann. S. Iac. Leod. SS. XVI, 639). 5) Lucemburgensis. 6) Comes palatinus inde ab a. 1095. 7) Laach; comes palatinus factus a. 1085. 8) Heinricus III. 9) Num Cono comes Montis-acuti (Montaigu prope Sichem)? Cf. Ernst, Hist. de Limbourg II, p. 9, qui false *Horen* legit. 10) Nostrum haec omnia ex ipsa pacis charta hausisse, patet. Cf. Fisen, Hist. Leod. I, 205; Ernst, Hist. de Limbourg II, 9; Polain, Hist. de l'ancien pays de Liège I, 201 sqq.; Henaux, Hist. du pays de Liège I, 147 sqq.; Wohlwill, Anfänge der landständischen Verfassung 35; Waitz, Verfassungsgeschichte VI, 434. 11) 'Comme cet établissement se fit avant Pâques, l'année 1081 répond d'après le calcul moderne à l'année 1082'. Ernst, Hist. de Limb. II, 9. 12) 4. *Nonas Novembris* legitur in lib. mort. eccl. Leodiensis secundum Chapeavill. II, 39, et Foullon, Hist. Leod. I, 246. 13) Ad Mosam inter Leodium et Hoium.

magna aquarum usque ad walvas ecclesie sancti Iacobi in civitate Leodii. Floruit isdem Henricus episcopus sub apostolicis [Gregorio[a] VII, qui et] Hildebrandus[b], et Clemente, qui et primo Wibertus dictus est [et[c] qui super unum papam viventem ascendit. Ipse sibimet tres alternatim succedentes supervixit]. (Lamb. Parv.)

14. Erat* tunc temporis Obertus, qui post hunc episcopum ordinatus est [Leodiensis[d] episcopus 55us], canonicus in ecclesia sancti Lamberti et prepositus ecclesie sancte Crucis. Hic, accepta licentia eundi Romam, cum invenisset regem in Ytalia, apud eum in curia cum ceteris capellanis se contulit, cuius familiaritate tam benigne usus est, ut rex, cum de obitu Leodiensis episcopi Henrici nuntium accepisset, donum episcopatus habentem Obertum remisit. (Rup. chr. 45.) Anno igitur incarnationis dominice 1096, regnante Henrico III.[e] huius nominis Romanorum imperatore, anno regni illius quadragesimo, factus est concursus innumerabilium occidentalium populorum, nobilium et innobilium, divitum et pauperum ex omni professione hominum ad civitatem *Iherosolimorum, que a filiis alienis et prophanis, videlicet paganis, possessa, in obprobrium christiane religionis eorum sacrilegis ritibus contaminabatur. (Tri. Lamb. d. c. Bull. p. 498[1]) (*p. 299.) Erat ea tempestate dux Lotharingie Godefridus, Godefridi Gibbosi ex sorore nepos, vir magne potentie et famosi nominis. Ea intentione qua ceteri, sed maiori devotione quam plures alii, zelum pie actionis iam mente conceperat, in tantum ut possessiones suas venderet et earum precium secum deferret interminabiliter in presenti peregrinaturus, quod Deo sibique militantibus erogaret. (ibid. 499.) Itaque patrimonii sui, quod ei satis magnum remanserat, precium feneratus est Domino, dum miseretur pauperibus, et pro temporalium impendiis eternorum luchratus est stipendia meritorum. Huic inter cetera possessionis sue premia erat castrum Bullio nomine, nature opere valde munitum, quod inter confinia duorum regnorum[f] positum, Francorum scilicet et Lotharingiorum, adiacentibus utriusque regni provintiis. Hec itaque marchia Leodiensi nimium vicina episcopio illud assidue vastabat cedibus, rapinis pupillorum et viduarum omni genere dissipabat[g] et maxima ex parte suis reditibus et iusticiis mutilabat. Hac inductus[g*] necessitate Obertus, tunc temporis nostre sedis[h] episcopus, vir sagax utiliumque provisor, in negotiis divinis et humanis adprime eruditus, dum venalis hec possessio proponeretur, expertus quid per eam mali passus fuisset, videbat omnino, si eam posset adipisci, quod non solum sibi, sed duorum quoque regnorum paci consuleret. Distulit tamen se huic negocio ingerere, donec divina donante clementia heredum successio ab hoc placito desisteret, et memoratus dux, cessantibus carnis heredibus, accepto beneficio, ecclesiam beati Lamberti huiuscemodi conscriberet possessionis heredem. Affuit divina *misericordia[i], permovit ducem, ut offerret beate virgini et pio martyri predictum castrum ob memoriam animarum predecessorum suorum, conditione interposita, ut, si infra tempus prefinitum a se vel a suis successoribus tribus quos ipse prescripserat[k] non redimeretur, deinceps possessio, sicut diviserat, cum castello in totum tempus ecclesie assignaretur. (*p. 300.) Episcopus itaque miseriis pauperum compatiens, pie violentus memoriam beati martyris, loculum scilicet in quo iacebant sacratissime eius reliquie auro coopertum, excrustavit[l] et in maiori ecclesia et omnibus tocius episcopii ecclesiis aurum, gemmas et cetera, que decoro ambitu altaria, pulpita et textus ecclesiarum venustabant, detraxit, et mille trecentis argenti purissimi marcis et tribus auri marcis undecumque corasis, hac summa pecunie duci tradita, predictum castrum emit et multorum direptiones, captivitates, mendicitates, pericula mortesque redemit. Dux quidem et fratres sui Iherusalem adierunt, ibi strenue rem vitamque consummaverunt; heredes subscripti diem obierunt et possessionem Bullonii sine omni reclamatione, legitimis successoribus de medio factis, libentibus animis ecclesie reliquerunt. Sic absque omni iniuria Dei dispositione, pia consideratione, Oberti providentia, possessio Bullonii in ius ditionemque Leodiensis cessit episcopii. (ibid. 500.) Quod castrum quidem Obertus episcopus suo tempore sollicite invigilavit, animos accolarum magnis frequentibusque donariis, utpote[m] vir animo vigens, sibi conciliavit, et quod acquisierat, quo labore tueretur, sedis sue successoribus experiendum reliquit. Hic Obertus episcopus corpus sancte Ode virginis, que illuminata fuit ad sepulcrum beati Lamberti, de terra elevavit et in ecclesia Rodensi[2] decenter collocavit. Fuit siquidem hec virgo filia regis Scocie, ut in vita[3] eius legitur**. (Vit. Odae.)

*) *In marg. infer. sequentis paginae (p. 299) immutavit A. initium huius capituli hoc modo:* Defuncto bone memorie Henrico Leodiensi episcopo, amatore et ordinatore pacis et religionis, erat tunc temporis Obertus canonicus in ecclesia sancti Lamberti *etc.*

**) *A. add. in marg. infer.:* Anno Domini 1088. imperator Henricus Cunrardum, filium suum[n] seniorem, Aquisgrani in regem inungi fecerat, qui postmodum infamatur patri rebellasse. (Chron. Reg. Col. 1089.) Cum autem comperisset pater filium suum a se aversum et contra eum ad aversarios suos in Italia confederatum, (ibid. 1093.) anno 1098. in epiphania Domini suum filium iuniorem Henricum V. regem facit Aquisgrani, (ibid. 1098.) predicto Cunrardo, fratre eius, reprobato. Postea ipse Henricus V. contra ius nature et fas legum in patrem . . .[o]. (Sigeb. 1106.)

15. *His etiam diebus facta est[p] contentio magna[4] inter Obertum Leodiensem episcopum et comitem Lovaniensem[5] de comitatu de Brunengeruz[6], quem tenet comes Namucensis[7] ab episcopo Leodiensi. (*p. 301.) Qui comitatus incipit a Pollomortis et inter duas villas Hercines usque ad Canitium pontem. Abhinc vadit inter[q] Iusanam villam et Scitrud. Abhinc vadit ad mallum ad Burengerus. Abhinc vadit ad rupem que vocatur Sotaelfouarge. Abhinc

a) *superscripsit A.* b) Hildebrando *corr. post* Hildebrandus *A.* c) *add. A. inter lineas et in margine.* d) *A. in marg.* e) quarto *in ras. A.; sed post del. et superscr.* III. f) *superscr. A.* g) vastabat *corr.* dissipabat *c.* g*) indutus *c.* h) nostre sedis nostre *c.* i) gratia *corr.* misericordia *c.* k) scripserat *in ras. c.* l) excrutavit *c.* m) utpoto *corr.* utpote *c.* n) C. f. s. *in ras. al. atramento, sed eadem manu.* o) *cetera desunt, apposuit auctor asteriscum, sed quo pertineat non conspicitur.* p) est etiam *c.* q) *in ras. c.*

1) SS. XX. Exscripsit codicem (2) Parisiensem 9422, qui fuit olim 'liber beate Marie Aureevallis'. 2) Klosterrad sive Rolduc a septentrione Aquisgrani. 3) ap. Ghesquier, AA. SS. Belgii VI, p. 587 sqq. Translatio, quae ibidem p. 632 sq. legitur, Aegidio recentior esse videtur. 4) Cf. Chron. S. Huberti Andaginensis c. 77, SS. VIII, 609 sq. 5) Godefridum Barbatum. 6) Iam Otto III. confirmavit circa a. 985. Notkero comitatum Brunengerunz (in pago Hasbania); vid. Stumpf, Reichskanzler Nr. 1281; Chapeavill. I, 211; Fisen, Hist. Leod. I, 168. 7) Albertus.

a. 1099.

vadit ad puteum Longe-ville, totam vallem Hachewadat. Abhinc vadit ad sancti Bavonis quercum iuxta Kalmont[1]. Abhinc vadit usque ad Kalmontem aquam, ipsam sequendo usque ad Sanctum Quintinum sicut currit Tylus[2]. De Sancto Quintino vadit usque ad Roberti vadum sequendo aquam. Abhinc vadit usque ad Corbeth[3]. Dehinc usque ad Louiul. Dehinc usque ad villam Chisechim. Abhinc usque ad villam Bechechim, et abhinc usque ad villam Glabeche[4], et abhinc usque ad Pipini vadum, et de Pipini vado usque ad transitum Grimene, et inde usque ad pontem Aldevort per gyrum redit ad priorem terminum Polomortis. De hoc comitatu, ut supra diximus, fuit contentio inter Obertum episcopum et Godefridum comitem Lovaniensem. Et quia comes Lovaniensis magnum beneficium tenet de ecclesia beati Lamberti, episcopus Obertus, collectis fidelibus ecclesie, de hoc interpellavit. Et comes Lovaniensis, sub ipso articulo datis obsidibus, sex liberos homines circummanentes ex sua parte elegit, et episcopus sex ex sua parte, qui facto iuramento litem terminarent et ius sancti Lamberti de hoc comitatu ostenderent. Factoque iuramento, convictus comes Lovaniensis Godefridus comitatum istum de Brunengerus coram liberis hominibus et beneficiatis et fidelibus ecclesie Leodiensis exfestucavit, et episcopus Obertus in presentia omnium Alberto comiti Namucensi comitatum *istum recognovit in beneficium. Actum[5] est hoc anno ab incarnatione Domini 1099, indictione septima, imperante Henrico quarto.*

*p. 302.

Gest. Trud X, 16

*) *A. add. in marg. infer. (p. 301):* Anno Domini 1117, 3. Kal. Octobris, ab Oberto Leodiensi episcopo dedicatum est in gaudio et gloria magna templum sancti Trudonis Habaniensis ab eo quo crematum fuit 32, sub abbate Rodulfo venerabili viro. Dedicavit idem Obertus ecclesiam canonicorum sancti Petri Leodiensis in pede Publici Montis in Kal. Octobris, cui pro remedio anime sue contulit duas villas Hallu et Geneste sitas in comitatu Losensi.

Lamb Parv 1105

Et in marg. pag 302: Henricus imperator a filio rebus imperii[a] privatus, ab episcopo Oberto et civibus[a] Leodiensibus rebus necessariis[a] sustentatur. Hic dicitur perambulasse fossata[b] civitatis Leodiensis et posuisse fundamenta[b] firmitatis, que post vastationem[b] a duce Brabantino[c] factam[6] fuit consumata[d]. Qui etiam[b], postquam Godefridus dux Lotoringie[b] ad Terram Sanctam transfretavit[b], quia Lotoringia circa Mosam principe[b] laico qui nomen ducis haberet[b] carebat, Henricum de Lemburch[b] novum ducem et principem effecit[b], consensu omnium principum curie[b] accedente, in quo maxima spes[b] ei erat[d*], quia tunc temporis non tam dux[b] quam rex esse videbatur, utpote[b] regis factus erat patronus. Fuit[e] tunc temporis non parva turbatio in Leodiensi[e] episcopio[7], et unumquemque non rei publice[e] sed familiaritatis sollicita . . .[f]

a. 1101.

Lamb. Parv. 1095.

16. Tempore episcopi Oberti floruit apud Sanctum Iacobum in Leodio abbas Stephanus, vir magne scientie et honestatis, in musica valde peritus, qui cantum novum de sancto Benedicto 'Florem mundi' et de sancto Iacobo, fratre sancti Iohannis euangeliste, aliaque preclara et multa que in ecclesia cantantur mirifice composuit.

Sigeb. 1106

In eo tempore imperatore Henrico morante Leodii, filius eius Henricus Aquisgrani venit, et volens venire Leodium contra patrem suum quinta feria dominice cene, premisit suos preoccupare pontem Visatum, ne quis sibi venienti obstaret. Hoc videns episcopus Obertus, multorum corda ad auxilium patris contra filium sollicitavit et cum Leodiensibus semper ei pro posse adhesit. Nam militibus patris concurrentibus ad exoccupandum[g] pontem, milites filii a ponte repelluntur, aliis eorum captis, aliis in Mosam demersis, aliis occisis; inter quos etiam Bruno comes occisus est. Sic filius contra patrem veniens, rediit inglorius, Coloniensibus et Leodiensibus fidem imperatori servantibus; de[h] quibus postea idem imperator in epistola quam misit ad Philippum regem Francie testatur, nunquam viros fideles se invenisse nisi tantum in Coloniensibus et Leodiensibus. Post hec imperator

Chron. Reg Col 1106.

Henricus Leodii moritur [anno[i] Domini 1106, anno regni sui quinquagesimo, imperii 23, et in[k] ecclesia beati Lamberti ante altare beate Marie tumulatur. Sed quia a pontificibus Romanis sepe excuminicatus sub anathemate obiit, precipiente papa[l], inde est eiectus[m] et[l] extra civitatem] Leodii, quia interdictus erat, [in[n] ecclesia] in

Sigeb. 1106

loco qui Mons Cornelii dicitur[o] tumulatus, ubi erat quedam domus religiosorum, nunc vero est abbatia Premonstratensis ordinis[8]. Ubi aliquanto tempore iacuit, sed postea inde delatum

cf. Chron Reg Col

corpus eius [apud[p] Spiream, ibique diu insepultus iacuit; tandem] per licentiam pape[q] apud Spiram reconditum est.

a) imperii, civib, sarii *absc.; supplevi ex Lamb. Parv.* b) fossat. funda, statione, etiam, Lotor, tavit, am prin, haberet, Lembur, pem ef, curi, spes, tam d, pote *absc.; supplevi ex Not. Aureaev.* c) Brabatino *c.* d) f. con *in ras. c.* d*) *in ras. c.* e) Fuit, Leodiensi, publ *absc.; supplevi.* f) *cetera des. c.* g) exoccupantibus *c.* h) de — Leodiensibus *punctis suppositis deleta, sed puncta rursus erasa.* i) *uncis inclusa add. A.;* anno — quinquagesimo *in rasura inter lineas, reliqua in marg.* k) *absc.* l) *absc.; supplevi ex Chapeav.* m) *post* eiectus *rasura unius fere vocabuli.* n) *addit A.* o) *inter lineas rasura octo fere vocabulorum.* p) *haec A. in marg.* q) et *erasum.*

1) Chaumont prope Nivelles. 2) Dyle. 3) Corbech ad Dyle. 4) Glabeek prope Louvain. 5) Haec omnia ex charta vel relatione sumta esse, elucet. Secundum Chron. Gemblacense ineditum, nunc in bibl Brux. sub Nr. 3903. asservatum, res in praesentia imperatoris diiudicata est. Chapeav. II, 45. ex Chron. Gembl. haec affert: *Obertus comitatum de Brunengeruz, quem comes Lovaniensis convictus in iudicio coram Henrico imperatore exfestucavit, comiti Namurcensi in beneficium feudi resignavit.* 6) Anno 1212; cf. infra Triumphum s. Lamberti in Steppes c. 3. 7) Cf. Lamb. Parv. a. 1108, SS. XVI, 647. 8) Hodie Carthusianorum. CHAPEAV.

17. *His etiam diebus domnus Petrus Heremita, qui cum Godefrido duce Iherosolimam profectus fuerat, acceptis reliquiis a domno Arnulpho Iherosolimitano patriarcha, de sepulchro scilicet Domini et de reliquiis beati Iohannis baptiste, cum privilegio crucesignatorum domno Oberto Leodiensium episcopo[1] transmisso* ad partes Leodii revertitur; ubi fundavit ecclesiam Hoyi Novi-monasterii[2] in honore sancti sepulchri et beati Iohannis baptiste ob recordationem et venerationem dominici sepulchri et sancti Iohannis baptiste. In ea autem vir vite venerabilis, assumptis aliquantis viris religiosis, plantavit regulam sanctissimi patris Augustini. Consummato autem vite sue curriculo, in bona senectute diem clausit extremum 8. Idus Iulii[3], cuius corpusculum digne mandatur sepulture a toto clero et populo Hoyensi in latere[a] ecclesie.** De isto Petro Heremita, qualiter vixerit quantaque per eum Dominus operare dignatus est***, si quis nosse desiderat, gesta eius preclara et relatu[b] digna in ystoria Iherosolimitana relegat. Et de his ista modo sufficiunt.†

[Margin: *p. 303. — a. 1115.]

*) *Hoiensis interpolator add. in marg. infer. (p. 302):* In quo privilegio teste Alexandro[c] primo Leodiensium episcopo[4], qui vidit et tenuit ipsum, continebantur hec inter cetera: *Si qui autem de vobis orationis gratia sepulchrum Domini adire voverunt et penuria vel tarditate sive alia qualibet corporis molestia prepediti perficere non potuerunt, ex concessione pie memorie domini Arnulphi patriarche Iherosolimitani et canonicorum sepulchri Domini, sicut eorum litteris domino Otberto episcopo predecessori nostro missis accepimus, concedimus illis pro penitentia, ut ad predictam in honore sancti sepulchri ecclesiam suum votum expleant, quatinus omnium beneficiorum que hic et ibi aguntur participes facti, cooperante Spiritus sancti gratia, bravium vite eterne percipiant.*

**) *Hoiensis interpolator add. in margine (p. 303):* . . . .[d] Sed et in sequenti tempore cum liber quidam editus[e] a magistro Iacobo Acconensi[5] episcopo devenisset in manus nostras, in[e] quo multa et in aliis libris[e] legissemus, de eo deliberavimus[e] communi[e] assensu abbatis et capituli[e] transferre sollempniter[e] a loco extra ecclesiam[e], ubi olim sepultus[e] fuerat, in criptam pretacte[e] ecclesie, abbate Hermanno[e] et conventu divina ibidem[e] celebrantibus[e]. Ibique[e] eum reponentes cum[e] maximo[f] gaudio[e] in locello lapideo[e] habente deintus scrinium[e] bene serratum, in quo honorifice[e] recondite[e] sunt[e] eius reliquie, tempore domini[e] Roberti Leodiensis episcopi[6], Mauritio[e] eiusdem ecclesie canonico[e, g] omnia[e] supradicta procurante[e]. Acta sunt hec 17.[h] Kal. Novembris anno gratie 1242[h], lapide marmoreo[e] desuper locato ante[e] altare 12 apostolorum habente ymaginem ipsius[e] cum huiusmodi titulo:

Inclita per merita clarus[i] iacet hic Heremita
Petrus, qui vita vere[i] fuit Israhelita.
Hac[i] modo, Petre, petra premeris, quamvis super[i] ethra
Vivere cum petra[i] Christo credaris in ethra[i].

Item de eodem magister Godinus sic versificatus est[i]:

Nasceris Ambianis[i, 7], Petre, mundi spretor[i] inanis,
Ac ibi degis[i] ita quod diceris hinc Heremita.
Presbyter efficeris, mare transis, flens[i] revereris
Templa Dei, flentem recreat vox celica mentem[k].
Inde crucis Christi devotus preco fuisti,
Tecum[i] posse ducis Godefridi trans mare ducis,
Te duce terra datur sacra nostris, gensque fugatur.
Victor, Petre, redis, prior huius et auctor es edis.

***) *Huc pertinere videntur quae A. in marg. super. addidit, sed nunc abscisa nil nisi duae lineae conspiciuntur:* . . . bis ei apparuit, dicens: 'Petre, quomodo[l] pateris, quod locus mei sepulcri inhabitatur ab etnicis'?

†) *A. add. in marg. infer. calamo fugitivo:* Anno Domini 1106. Henricus de Lembor dux Lotharingie, pater Pagani[8], ducatu privatur a Henrico V. rege, et Godefridus comes Lovaniensis dux Lotharingie statuitur. [Margin: cf Sig 1106.]

18. Anno Domini 1116, tempore Oberti episcopi, civitas Leodium multis plagis attrita est. Mense Mayo, nocte inventionis sancte Crucis, que tunc erat vigilia ascensionis, dum in maiori ecclesia vesperos celebrant et illum psalmi versiculum: *Quis sicut dominus Deus noster* cantant, subito tonitrus cum terre motu omnes ad terram stravit, et fulmen a leva templi ingressum non modicas crustas de muro hac illac deiecit. Deinde turrim ingrediens, multas[m] trabium partes diffidit. Subsecutus est fetor intolerabilis, adeo ut multo aromatum[n] odore vix potuerit expelli. Item

[Margin: Ans. cont Sigeb. 1117.]

a) *A. in rasura.* b) relatui *c.* c) Alexadro *c.* d) *initium abscisum; conspiciuntur tantum* te sancti Stephani. e) tus a, in, ibris, eli, i, ituli, ter, m, us, tacte, anno, ibi, us, Ibi, cum, io, o, ium, *primum* o, *secundum* e, sunt, ini, au, nico, muia, te, mo, te, sius *absc.; supplevi ex Chapeav.* f) maxi *A. in ras.* g) *superscr. c.* h) r, cc *absc.* i) arus, re, ac, uper, ra, ra, est, is, or, s, ns, um *absc.* k) mente *c.* l) quomo *c.* m) multa *c.* n) tum *in ras. c.*

1) Vide Albricum a. 1116, SS. XXIII, 821, ubi in linea 39. verba: *sepultus est* supplenda esse arbitror. 2) Neufmoustier. De causa fundationis cf. Albricum a. 1101, l. l., 815. 3) a. 1115. secundum Sigeb. contin. Valcellens. SS. VI, 459. 4) Vid. infra c. 24. 5) Hist. Iherosol. ap. Bongars, Gesta Dei per Francos p. 1050 sqq. 6) Sedit a. 1240—1246. 7) Amiens. 8) i. e. Walrami III; cf. Ekkehard. a. 1106, SS. VI, 236.

*Ann. cont. S. Gebl. 1117. *p. 304.*

Iunio mense, septimo Ydus ipsius mensis, *circa horam nonam nubes pluvie subito rupta, a monte qui dicitur Roberti subiectam sibi partem civitatis penitus oppressam pessumdedit, adeo ut multas domos dirueret et immensam annonam perderet et matrem duos infantes altrinsecus in brachiis amplexam necaret et alios octo homines in diversis locis opprimeret. Pulsantibus vesperis sabbato quodam, femina caput dum lavat puero, manus rubent sanguine fluido. Kalendas etiam Iulii circa horam 6. turbo nimis vehemens et obscurus civitatem operuit, et nubes ex abrupto scissa ita omne tectum maioris ecclesie deiecit, ut et ymbribus pateret et totum pavimentum perfunderet. Ilico fulmen a parte aquilonali ingrediens, quendam clericum retro altare sanctorum Cosme et Damiani in pulpito legentem et alterum ante crucifixum orantem, tercium de scriptorio ecclesie proxime egredientem in ipso ecclesie ingressu extinxit. Ante fores quoque ecclesie domum episcopi versus quendam laicum extinxit. Septimo Idus Iulii ab hora tercia usque ad horam nonam quatuor turbines a quatuor plagis celi urbem circulaverunt. Ventus etiam cum magna vi insonuit et urbem multo imbre alluit. Tercio Nonas Augusti primo noctis conticinio quaqua terrarum cum tonitrus audiretur[a], et fulgura sepius micarent, et iterum atque tercio id fieret usque mane, in urbem Leodium amplius ipse turbo desevit, ita ut homines a stratis exsilientes[b] templa et ecclesias tristi cetu complerent et tota nocte supplicationibus intenderent. Summo vero **p. 305.* aurore diluculo a parte orientis* ignis cum ingenti flamma civitatem circulavit tantus, ut omnes divinitus cremari extimuerunt. Post hec magnus turbo erumpens ab occidente ipsum ignem visus est aliquantulum obscurasse. Iterum autem quasi victor ignis cum flamma recaluit et iterum, turbine revertente, paululum delituit. Tercio autem ipse ignis recaluit et tercio nichilominus turbine victus cecidit. Hoc spectaculum a summo mane usque ad horam terciam civitatem vehementer terruit.

c. a. 1097. Hisdem etiam diebus[1] idem Obertus episcopus castrum de Mirewaut[2] refirmavit et Bovonem de Wahar castellanum fecit. Itemque Clarimontis[3] castellum beato Lamberto multo precio acquisivit. Tabulam altaris, quam prius excrustaverat, feretrumque ipsius martyris auro vestivit lapidibusque preciosis et alia multa utilia fecit[b*], resque publica in manu eius diu prosperata floruit. In ecclesia etiam sancti Lamberti *Leod. chron. rythm. v. 424 sqq.* dedit decem dorsalia opere pulcherrima, quibus unus in dextro paries decoratur et templi facies. Et sicut in quadam prosa de laude ipsius composita dicitur: *v. 411 sqq.* Manus eius quasi tornatiles ad sacra fuerunt habiles. Pastorali scivit de ordine plus quam dici possit de homine. Matris Dei purificatio ab illius anniversario celebratur in die crastina. Hoc meruit servus de domina; huius semper fuit devotio honorare matrem cum filio. Domus Dei decorem diligens, ecclesie ruinas erigens: Emptis enim tot appendiciis, castellorum tot necessariis, quod in bono consumpsit opere, studiosus fuit restruere.* Et non *a. 1119.* multo post, scilicet anno pontificatus sui octavo decimo, pridie Kalendas Februarii[4] **p. 306.* vitam finivit[c], anno *dominice incarnationis 1118, [sepultusque[d] est in ecclesia sancti Lamberti[e,f] in choro inferiori, silicet[f] sancte Dei genitricis Marie[f]. Floruit sub apostolicis[f] Desiderio abbate Cassinentium[f], qui et Clemens, Ottone Hostientium[f] episcopo, qui dictus est Urbanus II[f], Maginolfo archypresbitero, qui appellatus[f] est Silvester IIII, et Rainero[f] abbate[g] Sancti Laurentii et cardinali, qui[f] dictus est Pascalis II, et[f] Iohanne, eius cancellario, qui dictus est Gelasius[f] II; sub regibus Henrico[f] IIII. et eius[h] filiis Conrardo[f] et Henrico V. Qui recordatus[i] humanitatem et[i] devotionem, quam patri suo Obertus[i] et civitas Leodiensis intulerant[i], cum ab ipso filio persequeretur, pacem[f], que nunc visitatur in Leodiensi diocesi[i], quam Henricus Pacificus bone[i] memorie, ut[k] superius dictum[i] est, a patre suo aquisiverat[i], assensu[k*] domini pape Oberto[i] episcopo et eius successoribus in perpetuum[i] tradidit et confirmavit[i], sed civitates Leodienses ob memoriam patris exemit. Iudicia et sententie proferuntur[i] in[i] bona[l] pace per scabinos civitatis. Et quoniam primus fuit episcopus Obertus[i], ante cuius conspectum factum fuit duellum[i] pacis, nec parcebatur . . . . . .[m] uti nobili sicut ignobili vindicta[i], quin decollaretur et proscriberetur[i], a matribus, uxoribus filiisve[n] atque[o] amicis victorum dictum est hoc vulgare:

'Haa! episcope[i] Oberte, quam mala pax hic habetur[i]'].

*) *A. add. in marg.:* Anno Domini 1117. ante consecrationem[p] monasterii[q] . . .

a) adiretur *c.* b) desil. *corr.* exsil. *c.* b*) facto *c.* c) v. f. *punctis suppositis deleta.* d) sepultusque — sancti *manu scribae 5 in marg.; sequentia* Lamberti — habetur *addit A.* e) Lamberti — Pascalis *in ras. c.* f) be, sil, M, sto, neu, Hos, II, qui ap, ner, li qui, et, Ge, Hen, Con *absc.; supplevi ex Chapeav.* g) abbati *c.* h) e. e. *in ras. c.* i) Qui r, et, Ober, rant, pa, dio, bo, dictu, sive, to, perpe, vit, tur. in, Ober, du, vind, re, episco *absc.; conieci.* k) ut — a *in ras. c.* k*) asensu *c.* l) *conieci; conspiciuntur tantum abso.* 5ā. m) *vox abscisa videtur.* n) *in ras. c.* o) a. a. v. *rursus infra in marg. c.* p) consecrationis *c.* q) monasteri *c.; cetera desunt.*

1) i. e. circa a. 1097. Cf. Chron. S. Hub. Andag. c. 88, SS VIII, 618, ubi eadem fere verba de castro Mirwart occurrunt; nec tamen nostrum hic Chron. Hub. exscripsisse crediderim, cum quae proxime sequuntur de Bovone et castro Clermont, cum Chron. Hub. (c. 92 et 78) non plane concordent. 2) Mirwart ad flumen Lomme. 3) Clermont inter Leodium et Hoium ad Mosam. Cf. Ruperti Chron. S. Laur. Leod. c. 50; Chron. S. Hub. Andag. c. 78 (SS. VIII, 279 et 612). 4) Cum die concordat lib. mort. ecclesiae Leodiensis secundum Chapeavill. II, 56: *Secundo Cal. Feb. commemoratio domini Oberti episcopi, pro quo habemus triginta solidos de Digeda et decem ad usum pauperum.* Cf. Foullon, Hist. Leod. I, 250. Annum probant Ann. Rodenses, SS. XVI, 699, 1119. fuisse; 1118. praebent Ann. S. Iac. Leod. SS. XVI, 640; Ann. Laubienses, SS. IV, 22; Ann. Leod. cont. SS. IV, 30, quas tamen annum usu Francorum a paschate inchoasse patet. Cf. Ernst, Hist. de Limbourg III, 4.

Chr. rythm. v. 311 sqq.

19. His diebus floruit vir nobilis Hellinus[a], abbas Sancte Marie, qui fontes fecit in eadem ecclesia opere fusili, fusos arte vix comparabili. Duodecim, qui fontes sustinent, boves typum gratie continent. Materia est de mysterio quod tractatur in baptisterio. Hic baptizat Iohannes Dominum, hic gentilem Petrus Cornelium; baptizatur Craton philosophus; ad Iohannem confluit populus. Hoc quod fontes desuper operit, apostolos et prophetas exerit. Fecit etiam[b] hospitale iuxta ecclesiam sancti Lamberti, in quo missam cotidie et alia necessaria in eodem loco administravit. [Die[c] quadam dum ad fenestras sue domus sederet, vidit funus cuiusdam pauperis sacerdotis nudum et sine tecmine ad tumbam deferri[d], et cum cognovisset, compassione ductus] fraternitatem etiam sacerdotum in civitate, quod hactenus conservatur, instituit[e]. Hic, quia synodalis lex et iudicia non fiebant in urbe Legia, Romam ivit et pro iusticia annum fere fuit in curia; sed peracto nondum negocio, correptus est febris incendio sicque vitam in desiderio bono finivit. [Cuius[f] obitus agitur die [1] beati Willebrordi episcopi]. Successorem Hellini[g] strenuum plebs acclamat et vite meritum, Seifridum, quem Deus presulem, presulatus bis fecit exulem Hic est quem tribulatio ceu fornacis coxit incendio; quem gens dure cervicis respuit, cui Legia sinum aperuit. Vir vidue, pupillo genitor, trux ut leo et agno mitior. Modum habet, quo et indomitis ora frenet et parcat subditis. Isto etiam in tempore paulo ante obitum Oberti episcopi porca enixa est porcellum faciem hominis habentem. Gallina quoque pullum quadrupedem visa est habuisse. Acies etiam in celo apparuit. Hiis omissis, ad hystoriam revertamur.

ibid. v. 343 sqq. — ibid. v. 459 sqq. — Sigeb. 1109. — ibid. 1117.

Vit. Frid. Leod. 2. *p. 307.

20. *Igitur[h. 2], ut diximus, antistite Oberto universe carnis viam ingresso, convenientibus in unum fidelibus, de substituendo pastore diu invicem contulere. Sed orta est magne dissentionis procella, tumultuantium fluctibus naufragante ecclesie navicula. Discordare ab invicem clerus et populus, nobilitas et vulgus; [electionis[i] tamen dies in communi prefigitur[3]]. Interea dux Lovanii[4] aliique nobiliores Alexandrum archidiaconum [et[k] sacristam] seorsum trahunt[l], et quia cum eo consentirent, ageret ipse gnaviter, aperiunt. Ille credens, si quid deliquisset[m], eorum ope tutum fore, [baculum[n] et anulum arripit], Henricum imperatorem cum predictis nobilibus adiit [ac[o] representat] et ab illo [ipsum[p]] baculum pontificalem [cum[p] anulo] accepit. [Investitus[o] sic a manu excuminicata de episcopatu Leodiensi], reversusque, a duabus duntaxat congregationibus, quarum ipse prepositus erat, suscipitur. Nam domnus Fredericus maioris ecclesie prepositus reliquis ecclesiis, ne illum susciperent, interdixerat. Civem quoque Franconem, qui postea monachus obiit, explorare eos qui interfuissent misit. Qui fores ecclesie petens, propter altare sancte Gertrudis speculaturus super archam incubuit ad rem dissimulandam. Porro Alexander, pone subsequentibus duabus congregationibus ac duce Lovanensium cum maximo militum et totius factionis eiusdem comitatu, ubi ecclesiam ingressus est, scillam ex maiore[q] pulsaturus arripuit; quod pro sinistro multi acceperunt. Cum ecce subintrans anachorita quidam, duabus caprarum pellibus a tergo et ante amictus[r], crine longo, barba prolixa, pilosus undique et hispidus, astantem convenit Franconem: 'Salve', inquiens, 'frater'. Siluit ille stupore, quisnam[s] esset ignarus. Cui homo: 'Scio', inquit, 'quoniam me ignoras; michi tamen notus es tu. Itaque audi verbum Domini. Missus sum a Deo futura nuntiare tibi, ut per te res ceteris[t] innotescat. Iste qui pro episcopo se habens nunc ingreditur, noveris, quia non prosperabitur neque stabilietur. Elegit sibi Dominus alium, qui pauco quidem tempore episcopus erit, sed multas tribulationes passurus est in eo[u] pro fide et religione ecclesiastica. Verum post obitum eius mira per eum Dominus operabitur, ut patenter appareat omnibus, coronatum esse in celis, qui fidem veritatis inviolabilem tenuit in terris. *Succedet in pontificatu ei vir summe nobilitatis summeque potestatis. Ab initio prosperabitur formidabiturque; sed sensim deficiet, in fine vilipendetur. Tercius mundialem legem perdoctus ordinabitur episcopus, tamen non morietur'. His blande dictis, maturius sese subripiens abscessit. Nec cunctatus ille ad[v] prepositum rediit, quod viderat quodve audierat referens. Misit continuo ille, ut quereretur heremita. Sed frustra laboratum est, inveniri non potuit. Verum de verbis prophetie illius nichil cecidit in terra. Nunc ad superiora redeamus. Archiepiscopus Colonie Fredericus, cognita predicti Alexandri promotione, mandat Leodii ne susciperetur apostolica suaque auctoritate. Iubet preterea primos ecclesiarum dominica *In palmis* coram adesse, ut rem certius posset discutere. Quid multis? Iterum est res canonice ventilata. Alexander bis terque vocatus. Leodienses[w] vero in propria sede electionem habituri licentiam petunt, si prospere cederet gratias acturi; si secus, 9. Kal. Maii Coloniam ingressuri. Nam in huius tempore concessa est a Henrico rege sancte Romane ecclesie ceterisque sibi[x] subditis electio libera et datio libera anuli. Reditur[y], synodus renovatur, consulitur super his. Factione[z] ducis rex impeditur. Agripinam recursatur[a]. Eo loci de Spiritu sancto missa perorata[b], affuit inter eos spiritus consilii. Nam domnum Fredericum mira fidelium unanimitate elegerunt, felicem fore dicentes tali ecclesiam pastore*. Collecta subinde Remis sinodo[c]

ibid. 3. — *p. 308. — ibid. 4.

Gest. Trud. XI, 3.

*) *A. addit in marg.:* O quanta difficultate[5] . . . .

a) Helinus *post corr.* Hellinus *A.* b) etiam et *c.* c) *haec add. A. in marg. et ponit asterisco ante* fraternitatem. d) deferi *c.* e) *desinit scriba* 8; *reliqua* Hic — revertamur *add. scriba* 5 *in altera columna.* f) *add. A. in marg.* g) Helini *corr.* Hellini *A.* h) *incipit scriba* 9. i) *haec add. A. in marg.* k) *superscr. A.* l) trahant *c.* m) delinquisset *c.* n) *add. A. in marg.* o) *A. in marg.* p) *superscr. A.* q) ai *in ras. A;* more *Vit. Frid.* r) amicitus *c.* s) quisciā *c.* t) recētis *c.* u) ea *c.* v) a *c.* w) rem artius *corr.* Leodienses *c.* x) si *c.* y) redditur *c.* z) factionem *c.* a) recusatur *c.* b) proorata *c.* c) simodo *c.*

1) d. 7. Novembris. 2) Sequentia ex Vita Friderici hausta sunt, quae modo breviorem modo ampliorem textum praebet quam altera illa quae SS. XII, 501 sqq. legitur. De qua Vita false Reinero attributa vide quae disserui in praefatione p. 7. 3) Quae uncis inclusa noster postea addidit, omnia ad verbum ex Gestis abb. Trudon. lib. XI, c. 3, SS. X, 299, sumsit. 4) Godefridus I. Barbatus. Sensus Vitae Friderici hic prorsus mutatus est. Etenim Alexandrum impulsu ducis Lovaniensis episcopatum petivisse, nusquam alibi, quod sciam, narratur. 5) Ex Gest. abb. Trudon. adiicere voluit, quae his verbis inchoat.

Vit Frid 5. [300[a] et eo amplius episcoporum et abbatum[1]], apostolice sedis pontifex Calixtus affuit electumque domnum benedixit. Ita consecratus domnus Fredericus [episcopus Leodiensis 56[us b]] Leodium[c] nudis pedibus repatriavit. Processitque ibid 6 obviam tocius cleri populique multitudo, et facta est letitia magna in populo*. Fautores interea predicti[d] tabescentes in se malitia recrudescunt, nullam quam[e] ei inferre possunt molestiam pretermittunt. Alexander vero in castello Hoiensi erat, ducis comitisque Lamberti sibi promissum opperiens adventum. At[f] domnus Fredericus episcopus et frater eius comes Namuci Godefridus, princeps[g] militie exercitus Domini, videntes quia multiplicata sunt mala in terris, dederunt se murum *p 309 pro domo Domini, periculis sese obicientes. Nam dispositis necessariis Hoyum petunt. Incole vero ultro *fores aperientes, obviam pergunt, se suaque omnia dedentes. At illi ingressi castellum expugnare sunt aggressi, cum interea dux magno cum exercitu nuntiatur adventare. Cui ut obstrueretur transitus, concurrentes quidam ad pontem, in securi et ascia deiecerunt eum. Ita ducis frustratus est adventus. At[f] parte[h] ex alia Lambertus comes per angustam semitam, que inter[i] fluvium Mosam et asperrimam[k] rupem, amotis equis propter difficultatem loci, cum ingenti suorum multitudine adveniebat. Cui frater episcopi occurrens, ubi audiri ab eo potuit: 'Ergone', ait, 'contra me in arma venis, cui hominium[l] ab hodierna die exfestuco'. Tunc comes: 'Et ego te', ait, 'ut perfidum hac hasta per medium fallacis oris'[m]. Dixit, iactoque telo, fauces eius traiecit. Hoc ille opido sauciatus ictu[n] ruit, tenetur, vinculis mancipatur. [Eodem[o] die Godefridus[p] Lovaniensis comitatum Hoii succendit, pars[q] suorum nostros sequentes pontem transiit, sed comite viriliter resistente, plures summersi fuerunt, reliqui ibid 6. vero cum suo duce montem turpiter statim reliquerunt]. Interea dux cum gravi ira inefficax rediens, omnia municipia episcopii aut[r] comitatus Namucensis vastabat, omnesque fortes suos copulans agmini, Leodium in manu gravi peraccessit. Reversus et ipse episcopus una cum fratre suo, crebros[s] et inexorabiles eius equipollenter expugnavit assultus, gratia Dei per omnia victor existens.

*) *A. add. in marg.:* Igitur excuminicato imperatore[2] . . . .

Gest Trud. XI, 4. Chr rythm. v. 355 sqq. 21. Sed cum iam pacata omnia essent, sicut ait quidam: Ipso solo superstite, stat etatis vigor preterite. Nam Fredericus, si Theutonicum inspicitur, sonat pacificum. O in quanta pace exposuisset ecclesiam, presul si vixisset diu! O quam os dulce, quam cor pium circa pauperes gerebat, quam mitis[t] ad omnes! Quid sperandum sit in hoc homine tam sublimi predito[u] nomine! Peregrinus vel possit pergere et mercator cum auri pondere. Nam prebendas dabat gratuito symonie liber illicito. Sed heu! abstulit Dominus[3] validum et fortem a populo suo. Nam anno secundo sue ordinationis 2. Kal. Iulii[4] a. 1121. migravit ad Dominum, anno ab incarnatione Domini 1121[v, 5], sepultusque est in ecclesia sancti Lamberti[6]. Quam sancte, quam laudabiliter[w], quam pie, quam sobrie expectavit beatam spem et adventum glorie magni Dei et Salvatoris nostri in episcopatu, quam inre- cf. Tit. 2, 13. prehensibiliter, sicut docet apostolus, vixerit, omnibus patuit. Nec defuit ad sepulchrum *p. 310. eius divine virtutis efficatia. Nam ibi alii visum, *alii auditum, alii gressum recipiebant. Vit. Frid. 11. Paralitici sanabantur, muti loquebantur, iam preterea omnes convalescebant. Interea sanctorum apostolorum Petri et Pauli natalitius advenerat dies, fidelisque Leodiensium populus, ne tanti viri sepulchrum luminis honore diu careret, consilium iniit. Maiores natu fraternitatem initiandam sanxerunt, ceteris consentientibus[x] ad hoc ipsum. Maturat interea quisque pro posse donationem. Sed dispositione Domini, qui sanctum suum volebat mirificare, in subsequenti dominica placuit differri; neque enim bonorum vota dilatione minuuntur[y]. Assunt die statuto. Sed virtutem semper sequitur invidia. Nonnulli clericorum advenerunt, nichil religionis esse in hoc facto asserentes; debere potius ex presenti donatione pavimentum[z] reparari super pontificis sepulchrum, hoc plurimum placere Deo et beato martyri Lamberto. Hac itaque stropha religionis arcere nitebantur populum, ne terra, ex qua miracula fiebant, raperetur. Sed reprobavit Dominus consilium vanitatis votaque humilium sibi placere ostendit. Nam puellam adultam nimiam, nimia renum collisione natibus sese trahentem, infra nonam ad tumulum sancti erexit sanam. Preterea[7] puerum a nativitate cecum eadem qua ewangelicum illuminavit virtute sine luto et aqua Syloe. O stulti et tardi corde ad credendum! Parentes, affines et amici, preterea omnes qui aderant magno clamore in laudem[a] Dei sanctique pontificis ecclesiam repleverant super illuminatione adolescentis prefati. Tamen clerici pertinaci animo resistentes, nequaquam se credituros esse dicebant, nisi eos quos domi stipe sua pascebant infirmos sanari viderent. Dominicus tunc erat dies. Instare ergo cum magna irrisione, opperientes eventum rei, si quis eorum sanaretur, instar Iudaice perfidie, que crucifixo Domino illudebat dicens: *Si filius Dei est, descendat nunc de cruce, et credimus ei.* Sed neque tunc Redemptor

a) *A. in marg.* b) *add. A. in marg.* c) Leod' *corr.* Leod'm *A.* d) predictus *corr.* predicti *c.* e) ꝗ *c.* f) Ad *c.* g) et Renerus signifer *add. A., sed rursus erasit; nam R. partes Alexandri iuvabat (Gest. Trud. XI, 4).* h) partem *c.* i) *deest c.* k) asperimam *c.* l) hominum *c. Hic verba* iusta de causa fecisti? At ille frendens ira: 'Omne', inquit, 'hominium tibi *omissa, quae ex Vita supplenda sunt.* m) transfigo *ex Vita supplendum.* n) iectu *c.* o) *add. A. in marg. infer.* p) *post* Godefridus *vox erasa.* q) par *c.* r) aūt *c.* s) crebro *c.* t) mittis *c.* u) preditum *c.* v) XXII. *corr.* XXI. *c.* w) laudabilit⁹ *c.* x) conscent. *c* y) minuntur *c.* z) paum. *c.* a) laudei *c.*

1) Ex Lamberti Parvi Ann. a. 1119, SS. XVI, 647. 2) Ex Gest. abb. Trud. quaedam addere voluit. 3) Etiam quae hic magnis litteris exprimi fecimus, ex Vita Friderici sumta sunt (cf. excerptum ex eadem Vita, quod edidit G. Henschen, AA SS. Mai. VI, 725); sed verba ab illis quae SS. XII, 506. leguntur plane diversa. 4) Errat auctor; 6. *Kal. Iunii* rectius liber mort. Leod. secundum Chapeav. II, 61, et Foullon I, 258; Vit. Frid. c. 8; Gest. abb. Trud. XI, c. 12. — 5. *Kal. Iunii feria sexta* Ann. S. Iac. Leod. SS. XVI, 640 (ex quibus Lambertus Parvus, SS. XVI, 647). Sed nota apertum errorem, nam feria sexta erat dies 27. Maii, i. e. 6. Kal. Iunii. 5) *a.* 1122. Vit. Frid. c. 9, sed false; cum nostro conveniunt Ann. S. Iac. Leod.; Ann. Leod. SS. IV, 30; Anselm. SS. VI, 377; Ann. Rodenses, SS. XVI, 701; Gest. abb. Trud. XI, c. 12. 6) *ante altare crucis* Ann. Rodenses. 7) Sequentia utpote in editione Martenii, qui meliorem codicis Alnensis textum publici iuris fecit, omissa, supplevit ex Aegidio Wattenbach, SS. XII, 506 sqq.

noster de cruce descendit, qui tercia postmodum die resurrexit, neque modo Christi servus Fredericus hostium irrisioni paruit. Tamen 4. feria, hora diei sexta, mulierculam in ipsa egritudine decrepitam *virtus vere divina sospitati reddidit. Hec illorum sustentabatur agape. Alia quoque puella diuturna[a] cecitate multata[b] ibidem iacebat precabaturque obnixius[c], ut quam[d] audierat tam mirifice curatam videre mereretur, quatinus et subsidii et laudis esset sotia; nec est fraudata desiderio suo, siquidem infra nonam visum recepit. Quedam etiam anicula, cuius pedes natibus, tamen vero et costis heserant lacerti[e], vergente iam ad occasum sole, sospes exiluit eadem die, laudans et glorificans Deum et sanctum eius Fredericum. Neque tantummodo sanari meruit, verum etiam ut iuvencula renovari. Ita virtus Trinitatis tribus miraculis sanctum suum die illa mirificavit. Diesque illuxit altera, nichilominus miraculis est illustrata. Due siquidem mulieres contracte ibidem pristine sanitati sunt reddite. Vir quoque ex eadem id loci convaluit infirmitate. Percrebuit[f] interea undique eius[g] tantorum oppinio gestorum. Quapropter egra quedam mulier, nunquam biennio de cubiculo egressa, spe recuperande sanitatis eodem sese ferri postulavit. Ergo super cathedram — manus enim se tangentium pati nequibat — delata est, intransque basilicam sancti Lamberti, qua potuit voce ferentibus se ait: 'Iuxta sepulchrum sancti Frederici me locate. Sane cuius pietatis fuerit iste homo, non ignoro; atqui miserebitur michi, nisi, quod absit, ante Deum caritatis viscera mutaverit. Scio enim, quante bonitatis fuerit. Quis enim infirmus illum ignoravit? Quis egens eius ope non usus est'. Hec ea muliebri questu dicente, et ut solet infirmitas, tum egritudine tum ut alios moveat ad exorandum, pro se haut procul a tumulo posita est. Crevit dolor tum magis et desiderium salutis. Noctem[h] ibidem cum duxisset insomnem, alterius diei primo mane, exaudiente Domino desiderium pauperis, surrexit incolumis. Eo ipso momento, stupore rei atonitis omnibus, aliud apparuit miraculum. Mulier quedam eatenus dextrum perdiderat brachium, ut plus ei esset oneris[i] quam subsidii; obstupuerat enim complicatum ac retortum. Hec ad sepulchrum sancti venerandum cum venisset, optate saluti restituta est. Plurima similia similibus adderem, nisi[k] occurreret menti presens hoc miraculum. Morabatur in suburbio *haut longe ab oratorio sancti Bartholomei muliercula triennio egritudinem passa[l], baculi potius quam pedum officio potita. Idcirco contra phas a suo coniuge relicta, vicinorum elemosinis in obscuro vitam agebat. Que virtutum opinione sancti spe illecta misericordie, eo devenit. Cumque inter multos qui ibi iacebant infirmos magis gravaretur, ad altare secessit sancte Gertrudis; ubi ab omni semota tumultu Patrem misericordiarum orabat attentius, ne loci remotio esset sibi sanitatis dilatio. Sexte tunc ferie matutinum[m] perorabatur a canonicis. Ecce autem[n], plus minus[o] ante[p] ortum aurore cuidam assistenti sibi: 'Iam', inquid, 'accipe hunc baculum michi actenus pernecessarium; ego vero sanitatis mee grates rependere vadam'. Cui eunti occurrere[p*] laudibus finitis canonici, rogantibusque illis retulit eventus[q] sui historiam[r]. Fit repente gaudium omnibus, *Gloriam in excelsis Deo* decantant. Succedunt magnis maiora. Tercia erat feria, cum ibidem deportata est quatuordecim annorum egra, que pene desperata iuramento se addicit, nichil victus se esse sumpturam, nisi[s] mereretur medelam. Res miranda! Quid ageret, quo se verteret, ignorabat. Post clamores et dolores iacebat pene exanimis; altera iam fluxerat dies, pernox etiam in id miseriarum secundas exegit tenebras; sed orto die sanata est a Domino per merita sancti Frederici episcopi ab egritudine. Altera die quedam Hoyensis puella Leodium venerat ad emporium, emere sibi necessaria; ubi, auditis que id loci[t] fiebant miraculis, renum suorum ob infirmitatem rogatura eo declinavit; stansque et infirmos artus baculo regente sustentans in medio ecclesie — accessum enim vicinum[u] multitudo clauserat —. 'Tolle', ait, 'hunc baculum, Domine, sanctique confessoris tui Frederici episcopi meritis sanitatem mihi[v] restitue'. Vas autem ibidem positum stabat, in quo de terra sepulchri eius aqua permixta erat; ad quod illa, plus sanitatem sitiens[v*] quam aquam, accessit et bibit. Mira velocitas! Mox sanata convaluit, gratias egit. Ad huius quoque sancti memoriam mulier gravi laborans infortunio iacebat. Enimvero manui[w] eius superexcreverat morbus, qui eam ab omni opere faciebat cessare. Hec igitur, toto in oratione exacto die, inclinata iam vespera, invisibiliter *manum vehementi correctione affici persensit. Veruntamen id divinitus fieri perpendens, sustinuit patienter, cum ecce collatam sibi sanitatem mirata est. Restant et alia multa, que de virtutibus huius sancti presulis dixissem, sed a quodam clerico conscripta esse inveni. Sed et vitam ipsius luculento[x] sermone scripsit domnus Reinerus monachus Sancti Laurentii Leodiensis, vir magne scientie, qui multa alia opuscula[y] composuit. Sufficiat nostro hec operi inseruisse ad confirmandam predicti servi Dei prophetiam, qui multis eum miraculis post obitum illustrari predixit. Ad cuius sepulchrum a plerisque multa alia signa visa conspitiuntur[z], que hic scripta non sunt, et usque ad nostra tempora cum multa reverentia ab omnibus honorabatur. Circa cuius sepulchrum ante concremationem ecclesie litteris deauratis hoc exaratum erat epythaphium[1]:

Clauditur hac tumba simplex sine felle columba,
Que nobis vivam referebat pacis olivam.
Cor sublime gerens, scripture[a] totus inherens,
In se spernebat quod[b] nobilitate vigebat;
Plus fuit horroris[c] quam nominis huius honoris[d].
Plebis catholice te pontificem, Frederice,
Elegit Christus, sacravit papa Calixtus[e].

a) diutima *c.* b) multa *c.* c) obnoxius *c.* d) quasi *c.* e) lat'ti *c.* f) percbuit *c.* g) se *corr.* eius *c.* h) *bis scripsit c.* i) oneri *c.* k) ũ *c.* l) p̄ssa *c.* m) matutini *c.* n) aurem *c.* o) nimus *c.* p) aucte *c.* p*) occurere *c.* q) cucutus *c.* r) hostiariam *c.* s) n̄ *c.* t) locis *c.* u) vicinis *c.* v) m̄i *c.* v*) scitiens *c.* w) manu *c.* x) luculento *c.* y) signa *corr.* opuscula *c.* z) convitiuntur *c* a) scripturis *H. D.* b) que *c.* c) honoris *c.*; errori *D.* d) honori *D.* e) *post* Calixtus *inserit:* Sed despecta malis electio pontificalis *H. D.*; *versum* Plus fuit *etc. ponit inter* Elegit *etc. et* Sed despecta *etc. D.*

1) Hoc epitaphium nescio unde haustum luci dedit Henschen, AA. SS. Mai. VI, 725; Dümmler, Neues Archiv f. ä. d. Geschichtskunde II, 603 (ex codice Montensi, olim b. Mariae de Bona Spe); Bormans, Iean d'Outremeuse IV, 329. Quorum lectiones cum inter se differant, adnotare placuit.

Inde furens symonia ruens in ius alienum,
Bella tuis dedit, arma suis, tibi, sancte, venenum.
Hec tuleras, nec victus eras in agone bienni,
Sed frueris modo cum superis mercede perhempni.
Iulius aut Iulias Nonas sub luce Calendas[a]
Gloria[b] *virtutum doceat te glorificatum.*
Percipe te dignam, presul martyrque, coronam.

Iste[c] namque beatus Fredericus episcopus multas et intollerabiles persecutiones pro symoniace hereseos dampnatione et catholice fidei defentione ab ecclesie persecutoribus et maxime duce Lovaniensi Godefrido passus est iniurias. Cuius meritum multis et inauditis miraculis ubique terrarum declaratur. [Floruit[d] sub papa Calixto II, sub imperatore Henrico V. Defuncto domino Frederico, predictus Alexander reducitur in urbem a suis et cum suis].

22. Successit domno Frederico[e] domnus Albero, primicerius ex clero Sancti Stephani Metensis, frater ducis Lovaniensis [Godefridi[f]], vir summe auctoritatis et innocentie, qui columbina simplicitate sine felle[1] canonice electus, substitutus est presul Leodiensis ecclesie [57us][f]. *Ad cuius ingressum quanta pax ecclesie sancte redierit, quomodo predonum incursus cessaverint[g], ipsi quoque principes timore perculsi tamquam presente leone cetera animalia conquieverint, videre nobis iocundum fuit. Qui cursum vite transiens, rebus ecclesie in pace relocatis, obiit in circumcisione Domini[2] anno Domini 1128. sepultusque est in ecclesia sancti Egidii in Publico Monte iuxta Leodium ante maius altare; in qua ecclesia canonicos regulares posuerat, qui usque in hodiernum diem ibi Domino serviunt, quibus idem episcopus multa bona tribuit.* Floruit sub apostolicis Calixto et Honorio, sub imperatoribus Henrico [V.[h]] et Lothario [III.[h]]. Iste Albero sollempnitatem beate Marie Magdalene tam a populo quam a[h*] clero celebrari iussit in generali synodo Leodiensi, quia hisdem diebus quidam presbiter Loso nomine oratorium in honore ipsius dilectricis Dei construxerat[i] in monte Castris iuxta Traiectum, ubi Dominus per beatam Mariam Magdalenam multa beneficia prestabat egenis. His etiam diebus florebat sanctus Malachias archiepiscopus[k, 3], cuius vitam virtutibus plenam sanctus Bernardus abbas Clarevallensis descripsit.

*) *A. add. in marg.:* Quibus prefuit in humilitate cordis et paupertate maxima vir discretus et religiosus dominus Petrus primus prior, quondam canonicus et decanus ecclesie sancti Petri Leodiensis. Obiitque 4. Idus Februarii et sepultus est ante crucifixum in capitulo. Post quem dominus Azo primus abbas, vir litteratus et honestus, obiit 6. Idus Februarii, sepultus ante altare sancti Dyonisii. 4. Kal. Aprilis obiit Goderannus primus[l] fundator ecclesie sancti Egidii et in ea ante altare sanctorum Dionisii et Lamberti sepultus est. Iuxta cuius tumbam posita[m] fuit venerabilis mulier et Deo dilecta soror Iudit, primitiva reclusa eiusdem loci, 4. Nonas Decembris.

23. Quinquagesimus octavus Leodiensis episcopus domnus Alexander, supra memoratus archidiaconus ex clero Sancti Lamberti, canonice, iam non aliunde ut prius, sed per ostium ingressus in ovile ovium, communi omnium consensu electus, episcopatum optinuit. Et dono regali confirmatus, 15. Kal. Aprilis ordinatur Leodiensis episcopus [Gladebach[n] cenobio[4]]. Fuit[5] vir magne prudentie, sagacis facondie, in humilitate precipuus, in oratione devotus, in elemosinis pauperum nullo[o] suo tempore secundus. Eo tempore, [dum[p]], turbato rerum statu in toto fere orbe Romano, sub duobus apostolicis Innocentio et Anacleto, duobus regibus Lothario et Conrardo, duobus ducibus Godefrido *Lovaniensi et Pagano de Lemburch omnia discensionis[q] nutarent motibus et in iudiciis causarum iustitia plurimorum periclitaretur impunitate scelerum, multi adversus ecclesiam calcaneum erexerunt, cedibus, rapinis, incendiis episcopium Leodiense attriverunt, illi maxime qui, si incomberent hostiles acies, illud defendere et tueri debuerunt, completa sententia que dicit: *Inimici hominis domestici eius.* Nec defuerunt periclitanti ecclesie sancte patrocinia beati martyris Lamberti. Cum suus tunc episcopus Alexander contra Lovaniensem ducem pugnaturus, orationum munitus clipeis, triduano scilicet indicto ieiunio, in congressu impar, innumerabilem sub menibus Durachii fugavit et protrivit exercitum, prostratis ibi a nostris inaudita diebus multitudine adversariorum. [Captum[r] est et

a) *huic versui, cuius sensum non intelligo, substituunt:* Ergo simul Christi praesul martyrque fuisti, Cui te commendas quinto (sexto *D.*) Iunii ante Kalendas *H. D.* b) Gloria — coronam *des. D. 1 d'O.* c) *desinit* 9; *incipit rursus* 8 *in media columna.* d) *haec add. A. in rasura inter lineas et in margine.* e) *A. in rasura.* f) *add. A. in marg.* g) cesserint *c.* h) *superscr. A.* h*) *superscr. c.* i) *e corr. c.* k) archi *superscr. c.* l) mim° *c.* m) *in ras. c.* n) *A. in marg.* o) *ita c.* p) *deest c.; supplevi ex Triumpho.* q) discensiones *c.* r) *add. A. in marg. infer.*

1) Verba *columbina — felle* secundum Epitaphium Friderici (v. s. c. 21); quae antecedunt et sequuntur ex Anselmi cont. Sigeb. et ex Gestis abb. Trudon. concinnata sunt. 2) Cum die consonat lib. mort. eccl. Leod. secundum Chapeavill. II, 68; Foullon I, 260. De anno cf. Ann. Laub. SS. IV, 22; Ann. Fossens. ibid. p. 30; Ann. Rodens. SS. XVI, 707. 3) Hiberniensis; obiit. a. 1148. in Claravalle (cf. Sigeb. auct. Ursicamp. SS. VI, 473). Vitam edidit Surius, AA. SS. VI, 27. 4) Uncis inclusa addit ex Gest. abb. Trud. lib. XII, c. 5, SS. X, 306. 5) Exscripsit noster codicem (2) Parisiensem 9422, qui olim *Liber beate Marie Aureevallis*; cf. SS. XX, 497.

vexillum ducis, quod[a] dicitur Gallice standarre, opere plumario, quod dicitur cum acu factum, quod miserat ei regina Anglie, quod fastu superbie ex precepto illius quadriga boum ferebat; ambientes illud qui omnes custodientes decollati sunt, et omnia castra eius fugata. Dictum vexillum per multos annos[b] postea deportabatur per Leodium in rogationibus ab ecclesia beati Lamberti]. Summa autem eorum qui ibi mortui sunt fuit peditum utrimque[c] nongenti et viginti quatuor[d] numero, exceptis his qui fugientes in segetibus vel in silvis vulnerati perierunt et his qui in aquis suffocati sunt et his qui ad sua regressi incertis horis et diebus mortui sunt. Horum summa non potuit colligi. Actum 7. Idus Augusti anno

Lamb. Parv. 1129. — Ans. 1129.

Milleno centeno partus virginis alvo,
Bis deno simul et nono[e], regnante Lothero,
Cum pater Augustus septem numeratur in Idus,
Lovanie dux vix campo cessit Godefridus.
Presul Alexander letatur honore triumphi,
  Consonat in laude Legia vero Dei.
Willeris[1] est villa, res est hec gesta sub illa;
  Miles nulla luit, vulgus inherme ruit.

Cantandus est Domino ymnusque ei dicendus in his que mirifice fecit, ne, si forte reticendo minus laudes eius annuntiaverimus, silentii nostri penas luamus, utpote eius ingrati beneficiis. Etsi enim secretum regis celare bonum est, opera Dei annuntiare nichilominus honorificum est. In hoc enim benignior erga nos apparet gratia nostri provisoris, qui confringens capita inimicorum, verticem capilli perambulantium in delictis* humiliat, et quos aliquando castigando percutit, ad se postmodum conversos ut filios fovet et enutrit.* Alexander itaque dum quasi domesticis intendit hostibus, ab eorum incursione fines sue dyocesis vix conservans, dumque suis tam pluribus quam regni insistit negotiis, divisus ad multa, minus sufficiebat cogitare de singulis. Unde nactus oportunitatem comes quidam Barrensis Raynaldus nomine, homo singularis perfidie proditionumque[f] famosissimus signifer[g], castrum illud Bullonium, corruptis pecunia promissisque maximis custodibus, probrose et cum ignominia intravit, nocturno furto, funibus ut dicitur tractus intro ab illis qui sibi tradiderant, et beatum martyrem domo, quam suo ornatu et de pauperum elemosinis acquisierat, spoliavit. In quo sane non multum culpanda est pii nostri presulis prudentia. Sinit enim hec fieri suaviter omnia disponens Dei sapientia, ut mirabile quoque esset in oculis nostris, cum in thesauris poneret abyssum huius consilii sua prudentia. Deinceps nostra res publica valde attrita est, et ecclesie quoque facies a pristino vigore multum immutata est.

Tri. Lamb d. c. B. 2 — * p. 316.

*) *A. add. in marg.:* Cum[2] autem placuit ei, in cuius . . .[h]

24. Igitur anno Domini 1131. Gregorius, qui Innocentius dictus est [secundus[h*]], multo comitatu episcoporum et abbatum a Frantia in Lotharingiam transit et dominica 3. quadragesime, quod est 11. Kal. Aprilis, Leodium venit. Ibi a Lothario rege Allemannie et a domino Alexandro Leodiensi episcopo et aliis multis episcopis et abbatibus tam Lotharingis quam Transrenensibus muneribus honoratur. Tota civitas in obsequio fervet; et dominica in medio quadragesime ab ecclesia sancti Martini in Publico Monte usque ad ecclesiam sancti Lamberti[i] publicam et sollempnem exhibuit processionem. Missam celebrat; ibi regem et reginam coronat. Estimati sunt a quibusdam 32 episcopi et abbates[k] affuisse. Inter quos fuit unus sanctus abbas Bernardus Clarevallis. *Rediens papa a Leodio Claramvallem divertit. Post[3] quinquiennium autem predictus episcopus Alexander, invidis contra se machinantibus[l], ab Innocentio papa depositus*, cum videret se iniuria depressum, pre nimio dolore egritudinem incurrens, statim post depositionem suam defunctus est pridie Nonas Iulii[4], anno pontificatus sui 6, ab incarnatione Domini 1135, sepultusque est in ecclesia sancti Egidii in Publico Monte. Iste Alexander ecclesiam Novi Monasterii iuxta Hoyum sub tutela sua suscepit et eam ad perfectum opus quasi pater proprius perduxit et 11. Kal. Octobris, indictione octava, in honore sancti Sepulchri Domini et sancti Iohannis baptiste, presidente apostolice sedi Innocentio secundo, Lothario Romanorum imperatore et semper augusto, dedicavit. Ubi idem Alexander pontifex in die consecrationis super altare obtulit optimas hystorias utriusque testamenti cum calice argenteo, presentibus abbatibus Wascelino Sancti Laurentii et Azone de Publico Monte, Aichardo[m] de Florephia, Ransone decano Sancti Lamberti cum aliis pluribus.**

Gest. Trud. XII, 8. — Ans. 1131. — * p. 317. — 1135. Iul 6. — 1130. Sept 21.

*) *A. add. in marg.:* Hac de causa Leodii in ecclesia beati Martini[2] . . .[n]

**) *Hoiensis interpolator add. in marg.:* Et ut verbis ipsius[o] episcopi utar, que continentur[o] in privilegio predicte[o] ecclesie[5]: *Feci eam liberam cum toto claustro et situ tam in decimatione quam in ceteris*[o] *exactionibus. Remota itaque omni occasione controversie, concordie et mutue*

Gest. Trud XIII, 1

a) q. d. G. St. *rursus superscr. c.* b) anno *c.* c) utrumque *c.* d) 824 *Ans.* e) *primum* no *A. in ras.* f) perdit. *c.* g) signifex *c.* h) *cetera des. c.* h*) *add. A. in marg.* i) *in ras. c.* k) 53 *ex Ans. supplendum.* l) machinanantibus *c.* m) *ita c.* n) *cetera des. c.* o) us, tur, *ultimum* e, *primum* e *absc.*

1) Cuius nominis plures exstant villae Leodio vicinae, sed nulla quod sciam prope Durachium (Duras prope St. Trond), ubi proelium factum est. 2) Adiicere voluit quaedam ex Gestis abb. Trud. (XII, 8 et XIII, 1), quae his verbis incipiunt. 3) Cf. Gest. abb. Trud. XIII, c. 1, et Ann. Rodenses a. 1135, SS. XVI, 711, ubi Alexandrum simoniae causa depositum esse narratur. 4) Eundem diem habent lib. mort. Leod. (Foullon I, 263) et Ann. Rodenses l. l. 5) Vide fragmentum supra III, c. 17.

1130. *invicem dilectionis gratia, decrevi, ut ecclesia beate Marie mater, ista esset filia, ita videlicet ut idem ius et privilegium sub ipsa matre haberet in suo ordine, quod ecclesie que sunt Leodii*[a] *sub sua matre retinent. Dehinc coram omnibus qui aderant dotavi eam de quatuor mansis in Hangiensi fundo et de cursu aque Mose a prima parte superioris insule, que est contra Sanctum Georgium*[1]*, usque ad ultimam partem inferioris, que est contra Plumbarium montem, et de variscapio utriusque ripe. Ut autem hoc firmum et ratum foret, sigilli mei impressione signari feci et nomina plurimorum*[a*] *tam clericorum quam laicorum qui interfuerunt subnotari. Archidiaconi Uodo, Alexander; abbates Wascelinus de Sancto Laurentio, Azo de Publico Monte, Richardus de Floreffia; decanus Sancti Lamberti Renzo; abbas de Amanio*[2] *Henricus; Hoiensis ecclesie canonici Theodericus prepositus, Franco decanus, Goscelinus scolasticus, Lambertus cantor; Lambertus, Hubertus, Gislebertus liberi homines; Waltherus eiusdem ecclesie advocatus, quo presente cuncta hec superius memorata terminata sunt. Fuerunt etiam*[b] *cum istis quam plurimi curiales, quorum nomina longum est enumerare. Ministeriales episcopi Lambertus Hoyensis et frater eius Arnulphus, Avelinus dapifer, Theodericus tunc temporis villicus Hoyensis. Scabini Hubertus, Leutherus, Rodbertus, Reinnoldus. Facta est hec determinatio Hoii anno ab incarnatione dominica* 1130, *indictione* 8, *regnante Lothario tercio, Alexandro amministrante pontificatum feliciter.*

Tri Lamb. d c B. 3. 25. His diebus cum in derisum et subsannationem esset civitas Leodii his qui erant in circuitu suo post Alexandri excessum, communibus votis, pari assensu clerus et populus subrogavit sedi Leodiensi Alberonem huius nominis secundum, primicerium Metensis ecclesie, iuvenem quidem etate, sed in signum mature mentis canum capillo, et ei laborantis ecclesie pondus et estus portare commisit. Elegerunt eum sane columpne ecclesie hac spe maxime, quod esset de prosapia Namucensi, prosapia a mari usque ad mare palmites suos protendenti[c], et sororis sue filius esset dux Lovanii [Godefridus[d], filius predicti G. ducis[3]]. Qui duo principes genere, possessione, potentia, multitudine illi presunt regioni, et per eos bella sedari possunt et pax firmari, ablata restitui et restituta *servari. Adeptus itaque sedem pontificalem Albero [59us Leodiensis[e] episcopus a beato Materno, Pharamundo non computato, sed omisso, quia per ostium non intravit, sed expulso beato Lamberto per potentiam regalem aliunde ascendit], cepit [idem[f] Albero] tota vigilantia laceras episcopii sui partes recolligere, impignerata redimere, ab aliis ereptas arte qua poterat et modis omnibus reformare. In quibus autem per se non sufficiebat, regiam auctoritatem precabatur, magnis et gravibus expensis eius frequentans curiam omniumque potentium exorans clementiam. De iniusticia et tyrannide quorundam violentorum in conspectu principum conquerebatur, maxime tamen super Bullonii amissione et ignominiosa Rainaldi detestabilique proditione. Ille autem, quia metuebat eum, per parentes, cognatos et necessarios amicos ei adversabatur. Sed Deus misit angelum suum et custodivit eum per viam qua ibat, faciens a timore liberum et in periculis securum. Romam quoque adiit, suppremum refugium liberorum, querelam suam in auribus beati Petri eiusque vicarii deposuit, petens et flagitans, ut iusticia non negaretur et anathematis sententia in obstinatum[g] rebellemque tyrannum iacularetur. Hoc pridie sibi caverat versutus ille et callidus, Romam adierat, apostolicum salutaverat et in gratiam curie iam receptus erat, Haimerico cancellario mediante. Ubi etiam mendaciter fictam narravit apostolico fabulam, hereditaria successione Mathildis marchise hanc sibi provenire marchiam, fingens, se ecclesie velle reddere quam prestiterat mille trecentarumque[h] marcharum pecuniam. Conciliatis ergo sibi potentiorum animis, hanc ab eis, ut dicitur, accepit sibi confirmatam attestationem, quod, quamdiu viveret, nunquam pro hac re ei intentarent excommunicationem. Quapropter episcopus secundo rediit inefficax nec apud regem iusticiam nec apud vicarium beati Petri ullam consecutus est *misericordiam.

Rein. Tri. Bulon I.[4] 26. In tribus denique regalibus curiis, Conrardo videlicet secundo regnante Romanis, censuram super hoc — — cautius, concludi possent facilius.

ibid I. ibid. II. 27. Anno igitur sui episcopatus quinto, 16. Kal. Septembris, cum quibusdam — — gravi dispendio eidem[i] officine molendini exemit officium. Interea cum ob difficultatem et suspectas locorum angustias nullus adire castra vel importare quippiam auderet — — nullius nisi[k] propter tuos egens factus esses'.

ibid. II. ibid. III. ibid. IV. ibid V. 28. Igitur 6. Kalendarum Septembrium convenientibus tam monachis quam clericis atque numerosa — — probaverunt conatu temerario absistere, quam periculum in se ulto arcessere. Postea quam fuerat auditum in castris dominice crucis insigne cum tanto adesse patrono — — Rainaldus comes plurimas contrahere copias instanterque moliri bellum ferebatur. Cum se igitur plurimi subducerent, tedio alii, alii victus indigentia exhausti, decrevere — — humiliasset sicut vulneratum superbum et in virtute brachii sui dispersisset[l] inimicos suos. Triumphatis hostibus, postquam noster[m] fortis armatus sua recepisset, omniaque illius iam in pace — — repperitur a multis multimode conscriptum, visum est mee parvitati habere silentium.*

Chron. Reg. Col. 1144. *) *A. add. in marg. (p. 334) calamo nimis fugitivo:* Anno Domini 1144.[n] Celestinus II[k]. papa obiit, qui et Wido; cui Lucius secundus, qui et Gerhardus, successit. Hic natione Bononiensis sedit menses 11, diebus 12 . . . . et[o] multa rapacitate in ea parum vixit, unde versus:

Lucius est piscis vocitatus raptor aquarum,
A quo discordat Lucius iste parum.

ibid. 1145. Anno Domini 1145. Lucius papa obiit; cui et Eugenius tercius, qui et Bernardus, Clarevallensis monacus successit. Versus[p]:

a) Leodi *c.* a*) plimorum *c.* b) etiam et *c.* c) *e ras. c.* d) *add. A. in marg.* e) *A. in marg.* f) *superscr. A.* g) sententiam obst. *c.* h) trescent. *c.* i) *in ras. c.* k) *superscr. c.* l) dispersit *corr.* dispersisset *c.* m) dñs *corr.* noster *c.* n) XLV. *corr.* XLIIII. *c.* o) et — iste parum *in marg. superscr. A.; ante et quaedam abscisa videntur.* p) *partim absc.*

1) St. Georges inter Hoium et Leodium. 2) Amay. 3) Cf. Gest. abb. Trud. XII, c. 14, SS. X, 311. 4) SS. XX, 585 sqq.

Hic[1] euri zephirus rabiem[a] furatus et[a] austri,
Eolii, fregit[a] vectes et limina claustri[a];
Et mirum potuisse simul[a] borea[b] in littore ponti.
Urbem[a] concutiens trifidoque suoque furore[a],
5 Nature datur in preceps pons[a] artificumque
Turres, saxa, nemus[a], pomeria, templa forumque
Conrardus Dei gratia Romanorum rex . . .[c]

Et in marg. infer. alio atramento: Anno Domini 1142. orta est werra instigante diabolo inter Alberonem episcopum et Henricum comitem Namurcensem[2], nepotem suum, per quam 10 miserabiliter exustum fuit templum sancti Foillani Fossensis cum tota villa.

In marg. paginae 336: Iste Albero contulit in sinodo Leodiensi abbati Sancti Egidii Assoni[d] prebendam beati Dionisii, quia non habebat inter abbates cappam sericam pre nimia paupertate. Anno Domini 1147. — quere in alio libro.

29. Igitur iste Albero, [dum[e] a curia Romana reverteretur, ad quam citatus personaliter fuerat], 15. anno sui presulatus expleto, anno dominice incarnationis 1155[3], Narme febre corripitur, Ortide moritur, Ortine sepelitur 6. Kal. Aprilis[4]. Sub[5] his fere diebus Leodientium prelatorum[f] regularis fervor cepit tepescere, subditorum quoque, ut assolet, paulatim detrimentum sumpsit devotio; mutatoque fidei fervore in calorem vipereum, studebant omnes avaritie sub virtutum specie, vitio pullulante, sicut rerum eventus patenter 20 postmodum indicavit. Prebende namque erant venales exposite nec iam secundum veram *nominis ethymologiam prebende dici poterant, sed verius emende, cum non a verbo prebendi, sed pocius emendi vocabulum sortirentur. Similiter et alia ecclesiastica sacramenta nulli[g] gratuito prestabantur. Porro[6] sacerdotes, timore Dei postposito, abiectaque debita sui ordinis reverentia, nulla compulsi[h] necessitate, sed sola succensi flamma avari-25 tie, missam bis in die cantare et corpus Christi conficere non timebant. Insuper quoque predicte civitatis cives filias suas passim et indifferenter absque ulla graduum discretione tam clericis[i] quam laicis matrimoniali federe copulabant maioremque reputabant libertatem, eas ecclesiasticis quam secularibus desponsare personis, cum tamen per hoc potius sub peccati iugo servitute misera tenerentur. Clericus namque in sacris ordinibus consti-30 tutus ipso sacri ordinis caractere sacrosanctam spiritualiter sibi desponsavit ecclesiam. Unde si fortassis, quod absit, uxorem alienam superduxerit et eidem[k] carnaliter copulari presumpserit, iam quasi bigamie maculam contraxisse videbitur, cum secundum apostolum esse oporteat unius uxoris virum. Nec ea que superducta[l] fuerit legitima censebitur, sed potius adultera sive fornicaria. His et huiusmodi contaminata insolentiis, cum omni lege 35 careret ipsa Legia, ad iracondiam provocatus est Dominus et contra ipsius urbis incolas vehementer exacerbatus est, quibus ire sue certa consequenter patefecit iudicia. Nec immerito; quippe urbem sanctam, quam, sicut premisimus, martyris sui Lamberti meritis eis Dominus suscitaverat, urbem desiderabilem, urbem omni rerum generositate refertam pro nichilo habuerunt, et secundum cordis eorum desideria ambulantes derelinquentesque Deum 40 factorem suum, multis et inauditis eam enormitatibus polluerunt. Verum quia in his que legunt et* audiunt multi solent sepius vacillare, opere precium, eos a quibus ea que dicturi sumus accepimus suppresso nomine quodam modo publicare, ut in sequentibus nichil quod eum offendat lector valeat invenire. Quorum unus, qui et maior natu et rem prout gesta est tunc temporis quando accidit in presenti positus intellexit, totus igne divini amoris 45 succensus, carnis lasciviam[m] totis viribus refrenabat, et corpus suum perhenni frangens ieiunio, in holocaustum Domino iugiter se mactabat, a vino et carnibus sese propter Deum relegaverat, ita ut credas eum fuisse de filiis Rechab, nisi quod novacula caput eius non

Margin: 1145. Mart. 26. — Vit. Odil. I, 1. 2. — *p. 337 — 1. Tim. 3, 2. — *p. 338. — 1. Reg. 1, 11

a) r, et, fr, c, si, U, f, p, ne *absc.* b) *ita c.; sed hoc verbum utpote glossam eiciendum esse, putarim.* c) *cetera des. c.* d) *in ras. c.* e) *addit A.:* dum — curia *in loc. vac. rel.*, Romana — quam *in ras lineae*, citatus — fuerat *in marg.* 50 f) presulat. *corr.* prelat. *c.* g) nullius *c.* h) compositi *c.* i) cleris *c.* k) dem *superscr. c.* l) superdicta *c.* m) lascivia *c.*

1) i. e. Eugenius. 2) primum. 3) Error apertus; a. 1145. obiit secundum Sigeb. contin. Gembl. SS. VI, 389; Ann. Rodenses, SS. XVI, 718. Cum his conveniunt Ann. S. Iac. Leod. SS. XVI, 640, 55 qui mortem a. 1144. narrant, cum annum a paschate (Mart. 31) inchoent. 4) April. 11. in lib. mort. Leod. (Chapeav. II, 99) legitur. Nomina locorum mutilata sunt; fortasse Narni et Orte intelliguntur. Secundum Ann. Rodenses l. l. Albero a Roma *honeste reversus, in diversorio cuiusdam comitis sui, ut dixerunt, veneno infectus, ibidem mortuus est et sepultus.* 5) Totum caput de abusibus cleri et populi desumpsit Aegidius ex libro primo Vitae Odiliae, c. 1 et 2. CHAPEAV. 6) Sequentia de flagitiis sacerdotum fabulam sapiunt. Cf. quae infra in praefatione ad Vitae Odiliae lib. III. disserui.

ascendit. Alter vero ipse est, de quo in sequenti opere plurima patere poterunt sanctitatis et religionis insignia. Tempore illo, quo Albero secundus, de quo premisimus, episcopatum regebat, Bruno archidiaconus adhuc puerulus bonos suos processus quadam eleganti industria anteibat et morum suorum lampade, qualis quantusque futurus, signis evidentibus pretendebat, cum subito quadam die circa horam nonam gravis quedam tempestas rubei coloris super civitatem Leodium cepit exoriri, que tocius urbis interitum minari videbatur. Cumque metu periculi canonici in ecclesia sancti Lamberti convenissent et ad mitigandum furorem Domini contra se accensum divinis laudibus solito devotius insudarent, quidam sacerdos, Salomon vocatus, capitulum dicturus innuit puerulo, de quo iam dixi, ut librum, qui erat super altare sanctorum Cosme et Damiani, sibi apportaret. Prius autem quam ille iussionem potuisset explevisse, pelvis ignea desursum veniens, in columpna, que erat super caput sacerdotis, visa est impegisse, et de pelvi scintilla in caput eius *descendens, protinus eum interemit. Tandem hac tempestate sedata, cum ceteri se crederent iam periculum evasisse, ecce rursus altera glauci[a] coloris tempestas circa horam vespertinam cepit resurgere. Et quia horridior fuit quam precedens, et repetitum vulnus magis solet[b] affligere, divinum iam iam sibi iudicium adesse credentes, ceperunt multo amplius formidare. Cumque inter has duas molas contriti cordis et humiliati spiritus hostias immolassent et pane lacrimarum cum vino compunctionis se cibassent et, licet adhuc eis grandis restaret via, iterum se crederent[c] periculum evasisse: ecce subito, quiescentibus omnibus, quidam eorum, oratione usque circa mediam noctem protelata, dormitorium cum impetu introivit et, ut surgerent, alta voce omnibus inclamavit: 'Surgite', inquit, 'fratres, nos perimus'. Igitur ea tempestate tota facie celi crocei coloris existente, pestis illa crebris choruscationibus et tonitruis iterum invaluit, ut respectu eius duas primas diceres nil fuisse. Quod enim ante non contigit, modo novissime pre angustia et timore iudicii, non dico eminentis sed presentis, ad auxilium beate virginis et beati martyris concurrentes, qui erant in ecclesia constituti, altare beate Dei genitricis ceperunt dente corrodere, ita ut usque ad tempus, quo[d] peccatis nostris exigentibus eadem ecclesia concremata est, videres in eodem altari vestigia dentium remansisse. Erat ergo videre miseriam, et inter alta suspiria et dolorem[e] inexplicabilem pene deficerent universi, nisi divina bonitas citius affuisset et eis a tanto naufragio respirare contulisset. Heu nos miseri peccatorum laqueis irretiti, quid facturi, quid dicturi sumus in illo districti examinis die, quando celum et terra peribunt, et nullus* sanctorum nos poterit adiuvare, si tam tenuem procellam per nos non possumus sustinere? Itaque nocte sequenti idem Salomon, de quo superius fecimus mentionem, cuidam socio suo in dormitorio quiescenti apparuit et, utrum dormiret, inquisivit. Cui ille: 'Quare', inquit, 'dulcissime comes, tam terribili iudicio percussus interisti, nisi forte religionis habitum, quod exterius frustra pretendebas, intus in corde non habebas'? 'Revera', inquit ille, 'in via mandatorum Dei corde dilatato, dum adhuc viverem, exultavi[f] et in bonis actibus consummatus palmam eterne beatitudinis et stolam ioconditatis impetravi. Nunquam, queso, legisti scriptum in libro sapientie: *Iustus qua morte preoccupatus fuerit, in refrigerio erit?* Que enim mors umquam vilior fuit morte Salvatoris, quem morte turpissima legimus condempnatum? Unde nec reputatus est, sicut dicit Ysaias. David etiam in persona ipsius dicit de ipso: *Ego autem sum vermis et non homo, obprobrium hominum et abiectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me; locuti sunt labiis et moverunt caput.* Si vero ad menbra eius respicias, invenies multos electorum eius pessima morte consummatos nec sepulturas accepisse, nec tamen dubites, eos Christo conregnare. Igitur de salute mea ne desperes, sed ad quid huc ad te missus sum, diligenter intellige. Et quantum honoris, quantum gratie apud Leodiensem ecclesiam beata virgo promeruit, sedula discretione perpende'[g]. Cum enim procedente die semel et[h] secundo pro salute Leodiensis populi filium suum exorasset, nec tamen efficaciter exaudita esset, tercia vice, quando potissimum tempestas invaluit, coram filio suo se proiecit et tamquam fidelis advocatrix in hunc modum peroravit: 'Fili, per salutem illam, per quam gravidavit Gabriel archangelus latera mea, *populo meo qui est Leodii precor te misereri'. Cuius tenerrimum affectuosumque desiderium benignus filius eius ulterius dissimulare non valens, securim[i] sustulit iam positam ad radicem, non tamen

a) glanci *c.* b) solent *corr.* solet *c.* c) credent *c.* d) *supplet scriba in marg.* e) orem *A. in ras.* f) exaltavi *c.* g) propende *c.* h) vet *corr.* et *c.* i) securum *corr.* securim *c.*

penitus ignoscens culpam, sed penam differens in futurum. Sed et hic paululum immoremur. Quis ergo solum istud eius beneficium digne posset estimare, etiamsi plura per eam nobis non fierent? Quandoquidem incessanti studio ipsa pro nobis vigilet, et indignos gratie Conditoris iugiter nos reformat. Vere tu illa es beata virgo, qua mediante benignus filius tuus peccata nostra, ut saltem aliquando peniteamus, dissimulat, que frequentius non rogata quam rogata pro nobis intervenis et peccatorum nostrorum sarcinam super te tollis. Maria enim est nomen tuum, quod interpretatum 'stella maris' dicitur, et ex sui interpretatione significat, quod in peccatorum nocte naufragantibus, sicut aurora consurgens, solita es illucescere et lucem gratie desuper ministrare. Vere secundum nomen tuum ita et laus tua in fines terre diffusa est, quia illos tuos misericordes oculos a nobis pre[a] fetore peccatorum nunquam dignaris avertere, dummodo in amaritudine contriti cordis et humiliati spiritus nos[b] valeas invenire. Extunc autem memoria eiusdem beate virginis semel in septimana, cum prius nunquam fieret, apud Leodiensem ecclesiam cepit invalescere[c], ut beneficiis eius tot et tantis saltem in aliquo videatur[d] respondere. His igitur ita expletis, cum iam ira Dei, que tam graviter contra Leodienses exasperata fuerat, precibus et meritis beate Marie sanctique Lamberti in misericordiam fuisset declinata, ceperunt paulatim vitia placato[e] metu resurgere[f]. Itaque cum iam de talibus ac tantis eruti periculis gratias omnipotenti Deo agere tenerentur, quasi canes ad vomitum convertuntur, et obliti Deum* qui salvaverat, in anteriora crimina impudenter irruunt. Nec hoc solum eis sufficit ad sue dampnationis interitum, ut in errore pristino obstinato animo persisterent, verum etiam ad deteriora provocati deteriores effecti sunt. Que enim latenter et in occulto facere consueverant, non iam manifeste et in publico facere reformidant. Sicque factum est, ut unde correctionis materiam . . . . .[g] sumere delinquendi. Cum enim de tam gravi tamque horribili liberati tempestate, ad tutum[h] portum pervenissent, nulla iam amplius formidabant pericula. Et factus est novissimus error peior priore. Sacerdotes quippe ceterique ecclesiastici[i] persone non iam suas latenter habebant concubinas, sed maiore devicti insania uxores sollempniter tamquam laici desponsabant, legitimumque talium reputabatur matrimonium. Siquidem in sollempnitatibus pasche et penthecostes, cum sanctam devotius aliis diebus ecclesiam frequentare et Deo servire tenerentur universi populi, quampiam ex ipsis purpuratamque ac dyademate renitentem et eminentiori locatam loco cortinis velabant; regina quoque vocabatur. In cuius presentia assistentes in choreis, cum[k] tympanis et aliis musicalibus instrumentis tota die coram ea[l] psallebant, et quasi ydolatre effecti, ipsam tamquam colebant ydolum. Hiis igitur obmissis, ad historiam manum retrahamus.

Vit. Odil. I, 1. 2 — Is. Etym. 7, 10 — 2 Petr. 2, 22. — *p. 342

30. Igitur post decessum domni Alberonis secundi domnus Henricus prepositus et archidiaconus maioris ecclesie[1] ab omni clero et populo canonice eligitur 3. Idus Maii, et a metropolitano Agrippinensi Arnulpho primo Colonie consecratus episcopus [60[us]][m] 8. Kal. Iulii, eodem anno quo defunctus est domnus Albero episcopus. *Hic merito sue conversationis et temporalium erga fratres suos stipendiorum optime amministrationis ad hanc dignitatem raptus est potius quam electus. Pro pace regni, pro securitate civium suorum, pro rebus ecclesie conservandis, summopere vero pro redemptione civium Christi, quos in suam curam susceperat, tamquam bonus pastor dampna rerum temporalium, pericula persecutorum suorum, molestias corporis graves omni pontificii sui tempore subire non timuit; nobilis siquidem et genere et moribus. Nam quia pacis amator erat, cum adhuc prepositus esset et economen[n] temporalium negociorum et videret, omnis generis tyrannidem contra ecclesiam grassari et neminem resistere iniusticie, ipsum quoque domnum Alberonem episcopum dissimulando declinare iusticiam, unanimi instinctu baronum et tocius cleri, qui[o] res ecclesie et suas periclitari videbant, invitus et compulsus ab omnibus, pro eo quod ipsum caput ecclesie videbatur, eundem domnum Alberonem querentibus iusticiam satisfacere nolentem[p] ad Romanam audientiam appellavit, prius iam tercio exoratum in presentia tocius cleri, archidiaconorum scilicet et personarum canonicorumque civitatis et nobilium virorum, ut periclitanti ecclesie et populo laboranti utroque gladio, quod secundum zelum

1145. — *p. 343.

a) pro *c.* b) n *c.* c) inva *A. in ras.* d) videntur *c.* e) pacato *Chapeav.* f) cons. *corr.* res. *c.* g) *quaedam deesse patet.* h) adsutis *c.* i) cetereque ecclesiastice *c.* k) i *c.* l) eo *c.* m) *add. A. in marg.* n) *ita c.* o) q *c.* p) volentem *c.*

1) S. Lamberti; cf. Sigeb. contin. Gembl. a. 1145, SS. VI, 389.

iusticie debebat, pacem[a] acquireret. Causa igitur pacifice ventilata in presentia Eugenii pape, et eodem episcopo in reditu peregre defuncto, sicut prediximus[1], idem Henricus prepositus eligitur, ordinatur presbiter, consecratur episcopus. Hic itaque in prima expeditione Ytalica[b, 2], (1162.) qua Fredericus imperator Mediolanum[c] obsedit, strenue gessit, in omni negocio et consilio imperatori assistens. In tantum autem familiaritate et amicitia ei complacuit, (*p. 344.) ut, Mediolano destructo, *omnes redditus episcopatus civitatis dirute[d] ei committeret, ut restitutione, ut ita dicam, Troie, in relocandis aliis menibus agrisque indigenis terre ad placitum suum secundum statum[e] nove ville distribuendis iam fieret alter Eneas[3]. Secunda[4] (1164. Apr. 20.) vero expeditione Ytalica, cum Victor papa quartus apud Lucam migrasset ad Dominum, et omnium vota in episcopum Leodiensem tenderent et eum apostolica cathedra dignum a minimo usque ad maximum omnes acclamarent, multa reluctatione, multis precibus honorem declinavit[5]; electum tamen papam Paschalem consecravit, a quo pallii[f] dignitatem inconsulter[g] invitus lacrimansque meruit accipere. Regem Sardinie nomine Burazan ab imperatore coronatum ipse consecravit[6]. Redditus etiam sui episcopatus ipse ampliavit. Nam acquisivit[7] allodium de Otrepe[h] a quodam nobili viro Conone nomine, et de Empebeche[i] et de Scanz allodium cum omni familia, castrum de Rode[8] cum omnibus pertinentiis suis tam in temporalibus quam in spiritualibus cum omni familia, castrum de Belmont cum omni allodio, de Astenoit cum familia, castrum de Duras cum suis munitionibus, castrum de Rowoige[k] cum villa, castrum de Esmervile, castrum de Fontaines. Omnia allodia Engelranni cum omni familia, scilicet Fleiruis cum omnibus pertinentiis suis et Corroit cum suis pertinentiis; castrum etiam de Lernuth cum suis appendiciis. Allodium de Broives acquisivit a quodam nobili viro nomine Sehero; munitiones quoque de Feries et de Borne et de Burdenges cum earum appendiciis et munitionem de Warsage. Innovaverat[l] etiam edificia per curias episcopales et quedam a fundamento edificavit. Castrum de Couvin[9] innovavit. Aulam de Tuyn[10] (*p. 345.) et turrim, castrum et edificia de Fossa[11] a fundamento, *episcopalem domum Hoyi iuxta templum sancte Marie, domum apud Amang[12] a fundamento, domum apud Uffey edificavit. Castrum de Franchiermont melioravit. Domum Tongris edificavit a fundamento. Castrum etiam quod dicitur Turris in Weure emit a quodam nobili viro Theoderico nomine et emptum propriis sumptibus restruxit. Castrum de Virue[13]. Apud Orcimont domum edificavit. Aquisgrani domum episcopalem prorsus dirutam restruxit. Apud Havelange firmam edificavit, apud Alleche domum et piscinam. Domum de Berthehen dirutam restruxit. Apud Coveron domum edificavit cum torcularibus. Hec omnia allodia seu castella tam possessa quam suo labore acquisita imperiali sigillo confirmari fecit sub hac forma:

In[14] nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus. Dignum est et imperiali magestati conveniens[m], ut nobis devotos ac familiarissimos amplectamur et eos in suis peticionibus attentius exaudiamus[n]. Eapropter venerabilis Henrici secundi Leodiensis episcopi fidelissimi nobis laborem et studium considerantes, quod videlicet corone imperii nostri Rome fideliter interfuerit et in Ytalica expeditione se ipsum suaque pro nostro honore sepissime exposuerit, peticionibus eius promptissimum prebuimus assensum, presertim cum ea peteret, unde viri prudentis magis laudanda est industria, qui sibi commisse fidelis ecclesie et ea que relicta ab antecessoribus fuerant strenuissime conservaverat et in acquirendis novis et utilibus pacem sue dyocesis et possessionem vigilantissime ampliaverat. Igitur quecumque bona, quascumque possessiones ecclesia beate Marie preciosique martyris Lamberti[o], qui in Leodiensi civitate requiescit, in perpetuum (*p. 346.) **possidet ab antecessoribus nostris confirmata christianissimis patribus et imperatoribus Pipino, Karolo, Ludovico, Lothario, Ottone primo, Ottone secundo et tercio, Henrico et ceteris, nos eorum exemplis informati, Leodiensi ecclesie confirmamus, in quibus hoc proprium: Lobes abbatie cum omnibus appenditiis, Florines, Bronium, Malonia.*

Confirmavit etiam ea et Adrianus papa ad peticionem ipsius episcopi in hec verba:

Adrianus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Henrico Leodiensi episcopo

a) uti pacem *c.* b) Ytalia *c.* c) Medionum *corr.* Mediolanum *c.* d) *e corr. c.* e) scutum *c.* f) palii *c.* g) *ita c.* h) *ita c.*; Repes *Dipl. Frid.* i) et Diepenbeck *Dipl. Frid.* k) Revonia *Dipl. Frid.* l) Innovavant *c.* m) semper *corr.* conveniens *c.* n) exaudiamur *c.* o) L. m. *corr.* m. L. *c.*

1) V. III, c. 29 in. 2) Henricus tribus primis expeditionibus imperatoris in Italia aderat; at nostrum in sequentibus non primam (a. 1154—1155), sed secundam intellexisse, patet. 3) Haec omnia confirmat Libellus tristitiae et doloris, SS. XVIII, 374 sq. 4) Immo tertia. 5) Idem refert Albricus, SS. XXIII, 848; sed solum imperatorem Henricum papam facere voluisse narrat. Cf. Prutz, Kaiser Friedrich I, I, 355. 6) His verbis cum verba Albrici l. l.: *regem Sardinie Barrasonam ab imperatore coronatum idem Leodiensis episcopus in regem benedixit,* satis conveniant, haud scio, num Albricus Aegidium secutus, an, quod magis credam, uterque in communi fonte nisus sit. Iam antecedentia uterque ex eodem fonte hausisse videtur. 7) *Nam acquisivit — Fontaines* ex dipl. Friderici. 8) Rhode prope Waterloo. 9) Couvin. 10) Thuin. 11) Fosses. 12) Amay. 13) Vierve. 14) Charta Henrico 'apud civitatem Tridentinam' a. 1155, Sept. 7, data exstat in chartulario Leodiensi (v. Schoonbroodt, Inventaire de chart. de S. Lamb. à Liège p. 5). Integrum diploma, cuius epitomen recepit Aegidius, dedit Chapeavill. II, 107, et alii; cf. Stumpf 3726.

eiusque successoribus canonice substituendis in perpetuum. Iniuncti nobis a Deo apostolatus officium et ecclesiastice utilitatis consideratio nos hortatur et admonet, fratres nostros episcopos, quos scientia et honestate pollere cognoscimus, ampliori caritate diligere maioremque illis honorem iugiter et gratiam exhibere. Tunc enim de subiectorum suorum utilitate vere poterunt esse solliciti, tunc officii sui prosecutioni poterunt efficacius imminere, cum et ipsi nos habundantiorem sibi senserint honorem impendere et propensiori affectu diligere caritatis. Eapropter venerabilis in Christo frater, Henrice episcope, tuis iustis postulationibus gratum impertientes[a] *assensum, et ecclesiam Leodiensem, cui Deo auctore preesse dinosceris, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes, ut, quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: castrum de Rode, allodium et familiam cum omni integritate sua tam in spiritualibus quam * temporalibus, castrum de Belmont, allodium de Astenoit, castrum de Duraz, castrum de Revonia, castrum de Esmervile, castrum de Burne, castrum de Fontaines, ex dono nobilis viri Cononis tria allodia Diepenbeche, Repe, Scanz, que ad mensam tuam spectare noscuntur. Preterea quecumque christianissimi imperatores Pipinus, Karolus, Ludovicus, Lotharius, Otto secundus et tercius, Henricus et ceteri reges eidem ecclesie contulerunt, tibi tuisque successoribus nichilominus confirmamus: abbatias Lobes cum omnibus appendiciis suis, Florines, Bronium, Sanctum Hubertum, Gemblues cum advocatia sua et cum omnibus ad eam pertinentibus, Fossis, Malonia, Namucus, Dynant cum castro, Ceinacum, Maffya, Tongris, Hoyum, Almanium, Traiectum, Monasterium super Sambram, Turne, Alna, Vilers, Everbode, Helecines; castra Tudinum, Covinum, Bullon, Gyveth, Hierges, Merlemont, Soture, castrum de Florines, castrum Fossis, Truinges, Guenes, Chaumont, Mirewaut, Rochefort; preterea quicquid habet iuris in castris, villis, burgis, comitatibus et in tota terra comitis de Hainau: Lowierval, Clarum-montem, Franchiermont, Warsage, Argenteal, Casselin, Curtes, Berthehein, Coverne, Lentrehowe, Wentreluke, Semplouoir; Hoyn et Hoiz, Vervier, Nivellam, Sanctum Petrum in Traiecto, Freres, Alleke, Hurle, Vileir, Seran, Ufei, Fronvile, Havelange, Thihange, Iamme, Methin, Maslines, Bavenchin, Huwardes, Heiste, Turnines, Herewardes, ex dono nobilis mulieris comitisse Ermengardis allodium de Woroime cum omnibus appenditiis suis. Pacem etiam, quam predecessor tuus Henricus bone memorie in ipso episcopatu constituit. Decrevimus ergo vel decernimus, ut nulli hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas * retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia et integra conserventur, eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva tamen sedis apostolice auctoritate. Si igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesie loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen, amen. Ego Adrianus quartus huius nominis catholice ecclesie episcopus subscripsi.*

* p. 347. * p. 348.

Quomodo vel qualiter aula episcopalis Leodii ab eo restructa sit et amplificata, et alia domus iuxta aulam inchoata, quia oculis nostris eadem fabricata se offert, de ea loqui supersedimus. Dedit etiam ecclesie duas dalmaticas cum subtili, immo et sex pallia bona et tapete magnum et librum Gratianum; pacemque, quam constituit primus Henricus episcopus, auctoritate domni Victoris pape et imperatoris Frederici sub sigillis eorum confirmari fecit.

31. Temporibus etiam ipsius sanctus Clarevallensis abbas Bernardus apud Leodium venit iterum et missam sollempnem in ecclesia sancti Lamberti cantavit et post iuxta eandem ecclesiam in prato quod dicitur Episcopi publice predicavit in presentia episcopi Henrici. (1147. Ian. 19.)

Factum est in die dominica post octavas epyphanie, cum *ad altare beate Marie sanctique Lamberti in maiori ecclesia pater sanctus missarum sollempnia celebrasset, coram universo clero et populo puer oblatus, quem ex utero claudum dicebant. Ubi vero signavit tybias eius et renes tetigit, apprehendens manum ipsius erexit eum protinus et (Mir.[1] Bern. 5. * p. 349)

a) impertiens *c*.

1) Auctore Gaufrido, AA. SS. Boll. Aug. IV, 342 sqq.

Mir Bern. 5 deduxit. Conclamatum[a] est a clero *Te Deum laudamus.* Sed mugitus flentium in singultus vociferantium laudes evicit; dabat enim pro cantu lacrimas plebs ignara canendi. Duas quoque ibidem aridas manus tetigit et curavit, ut sensum pariter motumque reciperent. Necdum ab altari amotus senem cecum per signum crucis illuminavit et alterum claudum ambulare fecit in facie tocius ecclesie que convenerat. Feria 2. in domo episcopi mane post missarum celebrationem uno oculo iuvenis cecus ad tactum sacre manus illuminatus est et sub manu signantis exiliit clamitans, quia visum recepit[b]. Nec mora, offerebatur alter utroque oculo cecus, et is quoque ibidem illuminatus est ipsa hora. Aderat autem ibi Henricus episcopus explorator diligens omnium que fiebant. Audiens igitur adolescentem illuminatum se esse gratulabundis vocibus acclamantem, ut probaret an verum esset, de multis interrogabat eum, et incunctanter ille ad singula respondebat. Ipsa die in prato quod dicitur Episcopi publice predicavit et circa horam sextam exiit idem sanctus, ut signaret egrotos, et ibi claudus quidam gressum recepit. Audientes autem, quasi semel exisset ad infirmos in domum spaciosiorem, multo[c] plures prioribus convenerunt. Post horam nonam igitur egressus ad eos, signavit omnes ex ordine residentes, et continuo ex his de quibus certi sumus illuminati sunt ceci quinque, et claudi tres receperunt gressum, *p. 350. digne admirantibus universis. Vespere quoque in capella episcopi surdus quidam *recepit auditum. Tercia feria, priusquam egrederetur, tres in ipsa domo episcopi erecti sunt, mulieres due et puer unus. Hec videns episcopus Henricus, admiratione plenus, cum devotione maxima per consilium beati Bernardi abbatiam de Alna[1] fundavit, ubi plurimi divina inspirante gratia religionis habitum assumpserunt, sub beati Benedicti regula Domino militantes. Nam Alna prius fuerat ecclesia canonicorum et dicebatur abbatia, et hec una de duodecim erat abbatiarum, quarum prebendas ecclesie sancti Lamberti maiores conferebant.*

*) *A. add. in marg.:* Convenitque[d] conventus in festo beati[d] Nicholai anno 1150. Eodem[d] tempore positus est Malonie[d, 2] conventus sub[d] regula patris Agustini[d], cuius primus abbas fuit[d] dominus Udo, canonicus Sancti Egidii[d] Publici Montis, vir[d] litteratus. Sed postmodum diabolus[d] eius animum ita[e] . . .[f] subvertit, quod, sibi associata[d] sanctimoniali de[d] Sancto Egidio predicto, Floria[d] nomine, postposita abbatie[d] dignitate, vagando[d] per diversas patrias, tandem[d] tempore sismatis inter Alexandrum[d] et Victorem[g] papam . . .[h]

Rein. Tri. Bul. I V. 32. Atexere vero oportunum reor, qualiter anno quoque ab incarnatione dominica 1153. virtus martyris erga suos Leodienses claruerit. Nam dare operam sanctorum laudibus clare sedulitatis est; nec carebit premio devotus laudator, si eius quem laudat sedulus fiat imitator. Inter Henricum episcopum, qui dictus est de Lais, qui suprascripto successerat Alberoni, comitemque Namucensem Henricum graves inimicitie a factiosis sunt hominibus conflate, ita ut plurimorum infligerent sibi dampnorum incommoda, direptionibus atque concremationibus villarum seu ecclesiarum et hominum utrimque cedibus insevirent. Ad postremum decernere bello comes non est veritus, equitumque collecta peditumque manu, Andetennam accessit, villam penes Mosam fluvium sitam; contra quem processit episcopus, licet equitum minore numero. Leodienses enim Hoyensesque cives dum classe precessissent, metuens episcopus, ne adversariorum illos[i] equitatus incursaret, sequi non distulit. Ea preventus necessitate, equestres aggregare copias minus occurrerat. Sed procul dubio Christus martyrem suum hoc etiam destinarat triumpho glorificare. Kalendas siquidem Februarias cum armate *p. 351. in pugnam acies concurrissent, tanto repente *pars hostium stupore alligata est, ut se imbellem ipsa stuperet, etiam ipsis quodammodo telis ad feriendum tardioribus. Primi ergo et electi eorum equites deiecti et capti sunt, fuge ceteri consuluere. E quibus nonnulli vel sauciati vel comprehensi. Pedites aut concidere ferro[k] aut funibus abstracti sunt, nisi quos pedum salvavit velocitas. Efferimur ergo ecclesie glorioso successu neque dubitamus, accidisse quasi miraculum a Deo. Etenim dum adversariis nec virium copia nec armorum defuerit experientia, adeo ut securi victorie funes quoque quibus abstraherent[l] victos deportarint, ne unus tamen[m] ecclesiasticorum aut vulneratus aut captus est. [Andana[n, 3] 1155. autem miserabiliter exusta est cum appenditiis ipsius, et prebenda destructa[o], sancteque moniales satis inhoneste expoliate in templo prothomartiris[p] Stephani. Pons quoque lapideus super Mosam in perpetuum destructus. Corpus etiam beati Lamberti apportatum ibi dicitur et in prato quodam sub tentorio collocatum, et a canonicis, qui cum feretro venerant, nocte dieque hore[q] canonice et missa devote decantabantur. Postmodum episcopus super[p] concremationem a suis factam penitens, dictam Andanensem ecclesiam privilegiavit, ne in posterum suo[r] episcopo et archidiacono cathedraticum et obsonium[s] teneatur persolvere]. ibid V. Igitur victores, quia parcerent victis, et maxime quia celebritas instaret sancte Dei genitricis, omissa fugientium insecutione, triumphali cum tripudio in sua regressi sunt. Sic Moab ille, cuius audivit ecclesia superbiam, quod superbus sit valde, fractus quidem est armis, sed non fractus animis, quoniam superbia eius et arrogantia eius et indignatio eius plus quam fortitudo eius. Tu porro humilis gloriose, tu martyr victoriose, cui floribus gratiarum et laudum scripti huius coronam qualemcumque texui, omnia tuis supplicibus adversantia invicte manu miserationis exclude, vultuque respiciens sereno, vide et visita vineam Leodiensis ecclesie tuoque irrigatam sanguine et fecondatam corpore sub umbra alarum tuarum ab impiis atque affligentibus eternaliter protege. Amen.*

*) *A. add in marg.*[t]*:* Item anno Domini 1155. exusta est Andana a duce[u] Ardanensi[v, 4] et a Godefrido comite[u] Duracensi summo mane[u] cum adhuc tenebre essent[u], Nonas Maii. Factumque est tonitruum[u] magnum in celo, fulgura[u] crebra visa sunt in terra[w], corruscationes[x] horrende, pluvia[u] magna cum grandine mira in modum lapidum[u] . . . .[y]

a) Cum clamatum *c.* b) recepi *c.* c) multos *c.* d) Conv, beati, Eo, M, s, A, fu, E, vir, bo, a, d, F, ab, v, tan, Al *absc.* e) ītā *c.* f) *vox abscisa; superest in marg.* ũ. g) Vitor *c.* h) *cetera des. c.* i) illo *c.* k) *A. superscr.* aut summersi, *sed rursus delevit.* l) abstraharentur *corr.* abstraherentur *c.; correxi.* m) tantum aut *c.* n) *haec add. A. in marg. infer., asterisco in textum ponens.* o) destucta *c.* p) martiris, uper *absc.* q) *in ras. c.* r) su *c.* s) obxonium *c.* t) *eodem atramento, quo et superiorem additionem textui insertam scripsit.* u) e, co, ma, ssent, ni, lgu, lu, dum *absc.* v) Ardanesi *c.* w) tera *c.* x) corisc. *c.* y) *septem lineae erasae iam legi non possunt.*

1) Aulne-sur-Sambre. 2) Malogne ad Sambre. 3) Andennes. 4) Henrico II.

33. Post hec episcopus Henricus in [predicta[a]] secunda expeditione Ytalica antequam proficisceretur[1], in omnibus negociis suis pacis semper amator existens, tocius episcopatus cives tam in Leodiensi civitate quam in aliis oppidis benigne convenit et in vinculo pacis et iusticie eos confederavit, ut, si forte aliquis calumpniam[b] corporis vel in rebus *dampnum alicui intulisset, omnis civitas in prevaricatorem[c] pacis unanimiter insurgeret. Contigit autem predicto Henrico episcopo in Ytalia commoranti in expeditione imperatoris Frederici, ut illis diebus Domino revelante in quadam ecclesia iuxta Mediolanum corpora trium magorum, qui, ut in euangelio legitur, Domino in cunabulis preciosa munera optulerunt, aurum[d] scilicet, thus et myrram, [reperirentur[e]]. Factum est autem, ut ibi tunc coram[f] esset Henricus Leodiensis episcopus, qui valde carus erat imperatori qui ibi tunc forte aderat, impetrata a rege licentia, ut ad honorem sue ecclesie predicta corpora sanctorum magorum ab illo loco quo inventa sunt apud urbem Leodiensem permitteret transferre. Qui cum annuisset et ei tantum thesaurum dedisset, ut apud Leodium deferret, sicut a maioribus nostris audivimus, qui eo tempore fuerunt, in reditu Ytalie sub imperatore Frederico apud Papiam defunctus est, pridie Nonas Octobris[2], anno dominice incarnationis 1164[g], indictione duodecima. Cuius[h] ossa, carne detracta[3], relata sunt Leodium[i] et in maiori ecclesia decenter humata 3. Kal. Octobris[4]. Et sic Leodiensis ecclesia preciosa corpora trium magorum perdidit usque in hodiernum diem[5].

*p. 352. — 1164.

Qualiter vero predicte reliquie trium magorum apud Mediolanum venerint, hic in nostra hystoria inserere curavimus.

Relat.[6] de trib. magis.

34. Beata Helena, mater Constantini imperatoris, cum esset cunctis virtutibus ornata et circa religionem christianorum devotissima, maxime in colendis reliquiis sanctorum eius animus fervebat. Discurrebat in propria persona per latitudinem imperii Romani ad Orientem et Occidentem et super corpora martyrum, quos pro Christi nomine trucidaverat tyrannorum immanitas, honorabiles extruxit[k] memorias. Inter cetera etiam devotionis sue insignia trium magorum corpora, in diversis quidem locis sepulta, in unum locum *congregavit et secum Constantinopolim deportavit. Fueruntque in eadem urbe usque ad tempora Manuelis[l] imperatoris in maximo honore

*p. 353.

35. Fuit hisdem temporibus Eustorgius, natione Grecus, vir eruditissimus, nobilis et religiosus, habitu iocundus, predicatione facundus, Dei servitiis omnimodis habilis et deditus, fidei custos et castus, et Constantinopolitanus natione[m], ante tempora beati Ambrosii Mediolanensis episcopi. Qui legatus Manuelis[l] imperatoris a Constantinopoli[n] Mediolanum digressus est. A populo Mediolanensi episcopus electus fuit. Unde Constantinopolim Eustorgius regressus, imperatori gratias egit, dicens: 'Domine pater et imperator Manuel[o], quas possum tibi gratias ago, quod me usque nunc honorare dignatus es et ad sanctam civitatem Mediolanensem tuamque metropolim, unde Metapora dicebatur, legasti[p] me. Scias, per me omnia fideliter ut voluisti explicata et tributa tua tibi in integrum esse parata, et ibi me ipsius civitatis esse electum tui gratia, Dei honore, ad eius clementie decus, me indigno multis lacrimis multisque precibus rogato, ut redirem tibique notificarem quod pro Deo et te de me tuus benevolus et tibi devotus fecit populus, his legatis ad te mecum cum gratiarum actione directis. Esto igitur memor mei et iube quid facturus sim'. Cui inter cetera imperator respondit: 'Esto, vir digne, presul'. Respondit autem Eustorgius 'Gratias ago Deo et tibi Rogo, karissime domine, iube de Dei et tu.s sacris quos voluero mecum, si Dei clementia annuerit, deferri ad sanctam urbem Mediolanensem et ad eius ecclesiam sacris reliquiis honorandam transportari, ut populum tibi subiectum remuneres'. Respondit: 'Que velis sumito[p*], accipe, ferto; esto ut es; si potes melior fieri, efficiaris. Populum meum saluta et abhinc eum omni tributo absolve'. Letus itaque discessit, profectusque cum multo[q] labore, archam *marmoream cum corporibus trium magorum, qui Christo munera, aurum, thus et myrram optulerunt, [in mare[r] posuit], vix Medyolanum cum multis vigiliis [ad ripam[s] fluminis] veniens, Dei ope et misericordia [repperit[s] et] ad urbem detulit.

ibid — *p. 354.

[Per[t] mare sanctorum prece ducitur archa magorum].

Porro archa ipsa posita est in ecclesia quadam [silicet[r] beati Petri apostolorum principis] foris murum prope civitatem Mediolanensem, que postea in honore sancti Eustorgii consecrata est, [et[r] in eadem iacent cum tribus magis sancti Felix et Nabor martires. Item sanctus Eustorgius, Magnus, Eugenius. Victor et Corona]. Ubi est fons celebris et sanctissimus, in quo baptizantur venientes ad fidem, ab omnibus christianis devotissime reverendus, quos Deus infundendo lumen suum splendidum ineffabiliter ut primitias illuminavit et ab eterno

a) *superscr. A.* b) calumpnia *c.* c) prevaricatore *c.* d) *in ras. c.* e) *deest c.; supplevi.* f) cum *c.* g) ɪɪɪɪ. *in ras. c.* h) Quorum *c.* i) *postea deletum et rursus superscriptum.* k) extuxit *corr.* extruxit *c.* l) Mamuelis *c.* m) matione *c.* n) Constantinopolī *c.* o) Mamuel *c.* p) legastis *corr.* legasti *c.* p*) sumpto *c.* q) magno *corr.* multo *c.* r) *in marg. A.* s) *superscr. A.* t) *add. in marg. A.*

1) i. e. ante mensem Octobrem a. 1163; nam Aegidium tertiam expeditionem intellexisse, iam supra p. 104 n. 4. monuimus. 2) Henricum iam *mense Augusto* Paviae obiisse, testatur Libell. trist. et dol. SS. XVIII, 376. *Secundo Nonas Septembres* indicat mortualis codex Lambertianus, teste Foullon I, 276. 3) Cf. Gest. abb. Trudon. cont. sec. III, c. 11, SS. X, 350. 4) Etiam ex hoc die concludas, Aegidium mortis diem false tradidisse, ni alias traditionem in posteriorem aliquem annum reponere velis Apud Iohannem Ultramosanum (ed. Bormans IV, 449) *Le thierche Kalende de Novembre* legitur. 5) Imperatorem episcopo Leodiensi hasce reliquias auferendas contulisse, solus Aegidius narrat. Recte monuit Floss, 'Dreikönigenbuch' p. 13. et 33 sqq., Reinaldum iam ante mortem Henrici, d. 23. Iulii, cum reliquiis Coloniae advectasse. Cf. etiam Libell. trist. et dol. SS. XVIII, 375. 6) Edidit ex codice Hagensi 269 Floss l. l. p. 116 sqq.

dilexit. Anno Domini 1164. cum Fredericus Romanorum imperator Mediolanenses sibi rebelles subiugasset, et esset civitas in eius potestate, mortuo in partibus illis, ut supra diximus, Henrico Leodiensium episcopo, cui imperator trium magorum corpora contulerat in expoliatione civitatis, Renoldus Coloniensis archiepiscopus sepedictos beatos reges sibi dari peciit et obtinuit. Sustulit etiam inde duos preciosissimos martyres Felicem et Naborium, qui in eadem urbe Mediolanum passi fuerant pro Christo. Qui nimium exultans, tam reges quam martyres per honestas personas Coloniam transmisit. Quibus appropinquantibus tota civitas obviam ruit, tam clerus quam populus, uterque sexus, omnis etas; cum ymnis et canticis thesaurum sibi celitus missum in ecclesia sancti Petri deposuit [anno[a] Domini 1164, 10. Kal. Agusti]. Instituit idem Renoldus agi festum [translationis[b] eorundem], legans ad hoc 10 marchas singulis annis. Temporibus domni Philippi episcopi, qui successit Reinoldo, fabricata est eis capsa mire pulchritudinis ex auro et gemmis preciosis, in qua reposita sunt corpora eorum, inferius quidem reges, superius supradicti duo martyres, sicut nobis narraverunt qui presentes erant eorum translationi. Cum corpora eorum levarentur de locellis suis, tanta *fuit flagrantia[c], ut omnes qui aderant eius suavitate reficerentur. Singula corpora singulos dederunt odores, et differebat odor ab odore merito, ut dicere possent istud apostolicum: *Christi bonus odor sumus in omni loco* et cetera. Adhuc eorum integra perdurant corpora pellibus suis et nervis coherentia; eisdem vestibus etiam[d] involuti, in quibus cum myrra et aromatibus fuerant sepulti.* Sed de his ista modo sufficiant, nunc ad hystorie textum calamum reflectamus.

*) *A. add. in marg.:* Eodem tempore Lodovicus rex Francorum legatos — quere in alio libro.

36. Cui* Henrico episcopo successit Alexander secundus, [filius[e] nobilis domini de Orreo[1] iuxta Treveris], prepositus maioris ecclesie, canonice electus [in[f] episcopum Leodiensem 61], qui nichil clarum nichilque dignum memoria in diebus suis fecit. Secundo enim anno[2] episcopatus sui in tercia expeditione[3] ipse Fredericus imperator Romam Leonianam obsedit et incendit cum multis primoribus et magnatibus imperii. Ubi aeris gravi pestilentia tam imperatoris[g] quam hostium necatur[h] exercitus, et multi principes imperii ibi moriuntur, inter quos et Alexander Leodiensis episcopus morte repentina occubuit [5. Idus[i] Agusti[4], anno Domini 1167.] Corpus eius Leodii relatum et in maiori ecclesia sepultum est. Prefuit enim Leodiensi ecclesie circiter tribus annis. Quibus diebus ignis erumpens a vicina domo partem ecclesie sancti Egidii in Publico Monte combussit, cetera[k] parte intacta remanente.

*) *A. add. in marg.:* Anno Domini 1166. imperator natale Domini Aquisgrani . . . .[l]

37. Post[5] Alexandrum electus est apud Leodium Radulphus [62.[e] episcopus], vir secundum seculi dignitatem non infimus, frater scilicet Bertoldi[m] Cyringie ducis et Conrardi et Alberti, mediante avunculo suo comite Namucensi[6] Henrico. Qui Radulphus apud Mogontiam extiterat archiepiscopus post Henricum et Arnulphum[7], sed quia avaritie plenus Bennonem destruxerat, ut dicitur — scilicet quamdam statuam auream, quam imperator pro morte Bennonis[n] pincerne sue, *quem Iudei occiderant, in confusionem ipsorum preceperat eisdem Iudeis, ut ymaginem auream in similitudinem pincerne sue facerent, si iram suam mitigare vellent, et iuxta ecclesiam Magontinam ponerent[8]. Factumque est ita, ut sic in confusione Iudeorum illa ymago multo tempore permansit ibi. Cum vero electus esset ibi idem Radulphus et in archiepiscopum consecratus, post paucos dies, videns sepe eandem ymaginem Bennonis auream, avaritia stimulatus confregit eam et aurum expendit et consanguineis et amicis suis divisit — videntes autem Mogontini quod fecerat, graviter ferentes, contra eum insurrexerunt, et idcirco eum ab archiepiscopatu cedere oportuit, ordinato pro eo in prefata civitate Conrardo, viro religioso et honesto. His etiam diebus defuncto Alexandro secundo, predictus Radulphus, mediante avunculo suo comite Namucensi Henrico et aliis cognatis suis viris nobilibus, electus est in Leodiensem episcopum, vir acri[o] ingenio et

a) *add. A. in marg.* b) epyphanie *c. (ut etiam Relatio), corr. postea* tr. e. *A.* c) fragl. *c.* d) *superscr. c.* e) *haec add. in marg. A.* f) *haec add. A. in marg., sed alio atramento ac supra.* g) temporis *c.*, tempis *Lamb. Parv.* h) vexatur *Lamb. Parv.* i) *add. A. in marg., sed* v. *(in ras.) et* a. D. MCLXVII. *postea alio atramento.* k) ceteram partem intactam remanentem *c.* l) *cetera des. c.* m) Bercoldi *c.* n) Bennone *c.* o) agri *c.*

1) De loco v. Gest. Trev. c. 24, SS. VIII, 160 n. 34. 2) tertio potius. 3) immo quarta. 4) Diem et annum hausit ex Chron. Reg. Col. a. 1167, SS. XVII, 782. Gest. abb. Trudon. cont. sec. III, c. 12, SS. X, 351, exhibent 4. *Idus Augusti*. De die in lib. mort. Leod. adnotato silet Foullon. 5) Quae Aegidius auctor noster hic habet de Radulphi avaritia hausit ex primo libro c. 3. cuiusdam anonymi scriptoris (vitae Odiliae). CHAPEAV. 6) Mater Radulphi erat Clementia ducissa Zaringiae, soror Henrici I. Namurcensis. Cf. genealogiam comitum ap. Albricum SS. XXIII, 851. 7) Radulphum post occisionem Arnulphi a. 1160. a populo electum imperator reieceral. 8) Nota apertum anacoluthon. Ceteroquin quae noster hoc loco de pincerna, de Iudeis et de Radulpho a populo Maguntino expulso narrat, omnia falsa et prorsus fabulosa sunt. De Bennone, i. e. cruce aurea a Willigiso condita, cf. Martyr. Arnoldi ap. Boehmer, Fontes III, 325; Ann. Palidenses a. 983, SS. XVI, 65; Ann. S. Disibodi a. 1160, SS. XVII, 29.

seculari prudentia callens. Qui valde laude dignus existeret, si quod gratis acceperat, gratis dedisset.

1180. Cuius diebus comes Gerardus de Los[1] cum armata militum manu oppidum eius quod Tongris dicitur ingressus, domum episcopi, que proxima erat ecclesie, cum ipsa ecclesia incendit hominesque predatus est. Quo dolore stimulatus episcopus cum exercitu peditum militumque terram eius ingressus, villas et oppida eius ferro et flamma pene delevit[a]. [Factum[b] est hoc anno Domini 1179.[2], Kal. Augusti, et combusta sunt castrum de Los, Chamont[3] et Bilisia[4]].

1170. 38. In diebus eius excellentissimus ille et gloriosissimus Cantuariensis archiepiscopus, videlicet Thomas sanctissimus, contendente * adversum se domino suo rege Anglorum Henrico secundo, ut avitas regum consuetudines observaret, cum[c] ipse contra eius statuta libere contradicendo resisteret ob tutelam libertatis, [rex[d]] in eum ira sevit regia. Unde et quatuor satellites, ut verius immo[e] dicam, aulici[f] canes suo regi placere cupientes[5], si virum tante sanctitatis et probitatis de medio auferrent, in necem ipsius pariter coniuraverunt[g]. Regressoque eo ad sedem suam, ipsi pedetentius insecuti sunt eum, quem in basilica sedis sue ante altare sancti Benedicti crucem in manibus tenentem [invenerunt[d]]. Gladiis impiorum et sacrilegorum laniatus occubuit animamque sanctissimam in manibus sanctorum angelorum tradidit. Quem omnipotens Deus, quia fideliter vixit[h] in mandatis Domini et pro honore Dei et libertate sancte ecclesie viriliter decertavit, magnifice postmodum in conspectu regum exaltavit[i] et per omnes tocius orbis[k] nationes mirifice declaravit, eum innumeris illustratum miraculis non solum in celo, sed etiam in terris sublimiter decoravit.

*p. 357

1171. 39. Anno Domini 1171. Iesus Christus pontificis sui Cantuariensis sancti Thome martyris meritum volens declarare, miraculis magnis sepulchrum eius et nomen eius illustrat[l]; et ut longius procedat gloria nominis eius et reverentia sanctitatis, longe lateque choruscant miracula eius. Et Alexander papa instinctu divino perpendens meritum eius vite, meritum cause eius, meritum mortis eius, ut audivit eum hoc martyrio vitam terminasse, pro eo missam celebrans, non *Requiem eternam dona eis Domine* et cetera pro defunctis, sed *Letabitur iustus in Domino * et sperabit in eo* et cetera pro uno martyre cecinit in officio misse, et Deo inspirante decrevit, ut esset in ecclesia memoria eius celebris cum martyribus sanctis et dies felicis martyrii eius, qui est quintus dies natalis Domini, sollempnis celebraretur in ecclesia Dei. Ut autem postmodum audivit famam certam celebremque virtutum eius, gaudio magno gavisus est et Deo gratias egit, qui sua misericordia et gratia super electum martyrem suum Thomam miraculis evidentibus declarasset iudicium suum, quod ipse Alexander papa fecerat de ipso martyre fidelis dispensator et prudens, bene confidens de gratia Domini sui, cuius agebat in terra ipse vices, et celo commendaverat quem in terra cognoverat dignum celo virum. Et quia de eodem martyre hystoria plena virtutibus et miraculis ad edificationem multorum descripta habetur, ad ea que circa Leodiensem ecclesiam contigerunt his diebus[m] calamum reflectamus.

*p. 358.

Vit.[6]Dom.18. 40. Anno ab incarnatione dominica 1173, Romanum imperium regente Frederico augusto, Leodyensem ecclesiam gubernante Radulpho pontifice, Hoyenses canonici Sancte Marie adeuntes faciem memorati pontificis supplicaverunt, quatinus beatum Domicianum in locello argenteo, quod ei iam diu fabricatum extiterat, collocaret, quia valde eis inhonestum videbatur, cum apud Deum esset meritis excelsus, apud homines loco teneretur[n] humili. Annuit episcopus et 17. Kal. Iulii se hoc facturum promisit. Omnibus itaque rebus rite ordinatis, memorato die episcopus ad ecclesiam venit, orationem faciens, loculum aperuit et sanctam margaritam, que intus latebat, omnibus palam * permissum est videre; et mox ab ipso pontifice in locello argenteo recondita est honorifice. Quibus expletis, sacerdotes albis induti, propriis humeris sanctissimum corpus a terra levaverunt et extra[o] ecclesiam detulerunt, clericis psallentibus atque subsequentibus cum civibus et feminis, que in manibus cereos ferebant. Nam omnibus erat una devotio, par erat exultatio, in proximoque eorum visitatio. Postquam vero sanctissimum corpus reconditum est in ecclesia, episcopus missam celebravit, atque inter ipsa sancta mysteria non defuit intercessio Domitiani. Nam mulier quedam unicam habens filiam, que novem mensibus decursis nunquam lumen celi viderat, ante corpus beati pontificis assistebat atque in hunc modum eum interpellabat[p]. 'O Domiciane, confessor Domini preciose, nate mee lumen restitue; eam tuo famulatui accommodabo omnibus diebus vite sue. Scio vere et certissime scio, quia quecumque petieris a Domino impetrabis'. Quid amplius? Mulier Domi-

*p. 359

ibid. 19.

a) delivit *corr.* delevit *c.* b) *addit in marg. manus coaeva, quae alibi non occurrit.* c) et *c.* d) *supplevi.* e) ita *corr.* immo *c.* f) aul. *c.* g) comitav. *c.* h) vicit *c.* i) eum exa. *c.* k) urbis *c.* l) declarat *corr.* illustrat *c.* m) hi dies *c.* n) tenerentur *corr.* teneretur *c.* o) infra *superscr.* extra *c.* p) *corr. ex* interpellebat *c.*

1) Looz a Leodio inter septentrionem et occidentem. Cf. Gest. abb. Trudon. contin. sec. IIII, c. 27 sqq., ubi res fusius narratur. 2) Potius a. 1180. 3) Chaumont. 4) Bilsen. 5) Cf. Vitam Thomae a. Willelmo filio Stephani, Giles I, 207. 6) Ex codice S. Laurentii edit. AA. SS. Mai II, 151 sqq.

tianum interpellabat, et Domitianus suis precibus puelle lumen restituit, stupentibus qui aderant; preibat exultans, viam carpens, et vie ducem ulterius non requirens. Concito cursu, sacerdotes qui aderant episcopo puellam adduxerunt et, quia Deus visitavit plebem suam per merita beati Domitiani, intimaverunt. Qui Deo gratias reddidit et, ut *Te Deum* ab omnibus cantaretur, precepit. Quibus expletis, in proximo affuit visitatio beati Domitiani. Nam mulier quedam, que iam per annos sex a paralisi tempta fuerat, sub loculo residebat, a custodibus flores poposcit *et accepit, nervos tetigit et mox huc atque illuc deambulavit. Alia quoque mulier habens spiritum infirmitatis, que incurvata[a] erat per annos plurimos et manum dexteram erigere non poterat, ad sanctum accessit feretrum cum lacrimis et mox supra loculum tetendit et ab egritudine qua laborabat liberata est. Dum hec et his similia agerentur, fama, qua[b] nichil velocius per singulos discurrens, memorati confessoris miracula multiplicavit. Coronabatur tota civitas, et ad tam mirabile spectaculum omnis sexus et etas et omnes infirmi variis doloribus detenti tam in grabbatis quam in vehiculis allati sunt. Inter quos mulier altera, que a paralisi curvata erat per annos novem, quia per se non poterat, ab aliis allata est. Mira res! Nam mox ad[c] loculum beati Domitiani tetigit, erecta est et sibi restituta. Cum huius rei vel supradictorum fama percrebesceret[d], quidam Engebertus nomine cepit erogare et adeuntibus ecclesiam insultare. Mox mirum in modum divinitus correptus, cepit estuare et destitutus corporis menbris et viribus in terra volutari. Tandem se deliquisse profitens, et a sacerdote absolutionem postulans, os suum et pectus percutiens, a vexatione absolutus est.

41. Hisdem itaque diebus domnus Radulphus, de quo supra mentionem fecimus, vir secundum seculi dignitatem non infimus, Leodiensem ecclesiam regebat. Hic avaritie facibus succensus predecessorum suorum errorem detestandum non solum verbo approbavit, sed etiam opere adimplevit. Fecit enim non mirabilia, sed miserabilia in vita sua. Spirituale namque in temporale[e] commutans, *de incorporali fecit corporale, quod esse[f] alienum a rerum[g] natura non dubium est. Prebendas namque in foro rerum venalium per manum cuiusdam carnificis qui appellabatur Udelinus, senex quidem et inveteratus dierum malorum, vendi faciebat; ad ipsum autem omnes confluebant, qui prebendas emere volebant; nam in eum potestas integraliter translata fuerat mercimonii tam crudelis. Itaque huiusmodi erroribus cum iam irretita teneretur Legia et eisdem contaminata fuisset, suscitavit Deus spiritum sancti cuiusdam [sacerdotis[h, 1], viri] religi[osi[i], qui Lambertus li Beges[2], quia balbus erat, de Sancto Christoforo dicebatur, a cuius cognomine mulieres et puelle que caste vivere proponunt Beguines Gallice cognominantur, quia ipse primus extitit, qui eis premium castitatis verbo et exemplo predicavit[3]. Nam in illis diebus omnes persone ecclesiastice, sacerdotes et canonici[k], focarias suas tanquam desponsatas cum[l] magno apparatu ac tripudio ducebant et eas publice in suis domibus usque ad mortem habebant] Homo iste iustus et timoratus erat, et[m] quamvis litterarum studiis parum instructus fuisset, Christi tamen gratia in ipso non deerat. Intrepidus itaque et fervore fidei armatus, populo predicare cepit, bestialitatem quoque ipsorum et errorem detegere. Nec mora, tota civitas commota est, curruntque certatim populi ad insoliti[n] sermonis predicationem; quorum plurimi, relictis erroribus, quibus forsitan[o] per prelatorum[p] suorum incuriam et negligentiam tenebantur impliciti, se peccasse fatentes, ad eum[q] conversi sunt. Videntes igitur ecclesiarum prelati predicationis huius opinionem invalescere, suos quoque ritus irritari et deperire, indignati sunt, dicentes: 'Quis est iste vir rusticus, qui auctoritatem officiumque predicationis sibimet usurpare indoctus presumit?' Et fremebant in eum, non attendentes, quia spiritus ubi vult spirat. Sunt namque nonnulli qui ita per magisterium spiritus intrinsecus docentur, ut, si *eis exterius humani magisterii disciplina desit, magistri intimi censura non desit. Sed hec ab infirmis potius veneranda sunt quam imitanda[r], ne[s], dum se quisque similiter Spiritu sancto impletum presumit, discipulus hominis esse despiciat et magister erroris fiat. Communicato itaque consilio, clerici prenominatum episcopum Radulphum adeunt, qui, missis clientibus, iussit eum comprehendi. Igitur cum hi qui missi fuerant eum per ecclesiam sancte Marie sanctique Lamberti comprehensum ducerent, sacerdotes quidam et clerici, Dei timore et reverentia postpositis, in ipsa ecclesia in eum irruentes, suis eum unguibus inpingebant. Erectis itaque sursum oculis, respexit ad altare sancte Marie, et productis ab imo pectore suspiriis, ingemuit et dixit: 'Heu, heu, ecce dies veniunt, cum subtus te terram effodient porci, et qui in honorem sanctorum ara dedicata es, ara[4] porcorum efficieris'. Que postea sic accidisse ut predixerat, non dubium est.

a) incurva *superscr.* ta *c.* b) que *c.* c) atque *Vita.* d) percrebresceret *c.* e) tempore *c.* f) esset *c.* g) arenum *c.* h) *A. in ras. unius fere vocabuli.* i) *add. A.; osi in marg. adscribens,* qui — Gallice *in ras. trium linearum, reliqua in marg. infer., sed omnia eodem atramento.* k) can *e ras. c.* l) c. m. ap. a. *in ras. c.* m) in *c.* n) insoluti *c.* o) *corr. ex* forsitam *c.* p) prelatores suos *c.* q) Deum *Chapeav.* r) imittanda *c.* s) nec *c.*

1) Historiam huius sacerdotis hausit auctor ex Vita Odiliae lib. I, c. 4. CHAPEAV. 2) *Le bègue*, nobis *der stammler.* 3) Cf. Gieseler, Kirchengeschichte (Aufl. 4) II, 2, 364. 4) i. e. hara; nobis *stall.*

Vit. Odil. I, 4 (ex breviloq. Rein. d. inc eccl. Lamb.)

42. Nam[1] postmodum anno ab incarnatione Domini 1185.[a, 2] sepedicta ecclesia in honore sancte Marie sanctique Lamberti consecrata concremata est 4. Kal. Maii, die quo sancti Lamberti celebratur translatio. Ad primam scilicet subsecute noctis vigiliam ignis prorumpens a domo cuiusdam, circumpositas domos, deinde claustrum claustralesque officinas repente corripuit et absumpsit, [fluxis[b] a passione beati Lamberti annis quingentis quindecim minus, a presulatu vero domini Nogeri, qui eam construxit, ducentis et quindecim. Unde versus:

Annis transactis a Christo mille ducentis,
Subtractis ter quinque, ruit locus iste per ignem;
Festo Vitalis Domini fuit ultio talis].

1185. Apr. 28.

Nimiumque demoniaca[c] exagitatione invalescentes flamme tuo, sancte Lamberte, monasterio incubuere et tecta, quamvis convestita plumbo diligentissime, ambasque turres necnon palatium vetus cum ecclesia *sanctarum virginum nonnullisque circum mansionibus ingenti conflagratione et ruina deiecere[d]. Heu! quis non dolere[e], heu! quis a lacrimis et gemitu abstinere potuit super tua eversione, o domus excellentis fabricature! o nobilis atque illustris ecclesia, clero, institutionibus multis insignibus gloriosa! Ecce divino[f] qualiter percussa es iudicio! Ecce sonoritatis atque dulcedinis unice in terram campane descendentes[g] confracte sunt! Marmora pavimenti spectabilia, collapsarum mole trabium minutatim[h] protrita, nullis iam esse usibus apta estimantur. Auguste operositatis corona, que[i] pendebat in medio monasterio, dum tumultuarie et raptim deponitur, immo deicitur[k], plurimum dissipata est. Lectricium, auro et gemmis preciosis insigniter[l] fabrefactum, exportatum est quidem, sed de ipsis gemmis perdite sunt prestantiores. Denique quid memorem, altare sancte Trinitatis aliaque sanctorum altaria fuisse incendio demolita et violata? Adeo tunc invaluit sathan, adeo tunc invectus est in sanctuarium Dei ille nebulo gehennalis, ille osor sanctitatis. Principale tantum altare, quod erat sancte Dei genitricis Marie, mansit intemeratum. Nec enim temerari potuit flamma, quod tanta voluit conservare patrona. Nonne et ipsa suam mirabiliter conservavit ecclesiam parrochialem? Instar Chaldaice fornacis, in qua olim tres pueros coniecerat tyrannus, horrenda undique exundabant[m] incendia, et illa tamen ecclesia, quasi refugientibus et torpentibus flammis, intacta perstitit et illesa. At tua, *beate Petre, domus, tua, o apostole, decentis structure basilica, primo a beato Huberto fundata et post a venerabili Richardo episcopo ampliata et dedicata, eodem incendio cum ecclesia parrochiali sanctorum Clementis pape et Trudonis confessoris combusta est. Claustrum quoque cum officinis claustralibus ignis vorax consumpsit. Proh dolor! propter peccata inhabitantium sic interdum sancta disperduntur habitacula, propter indisciplinatorum offensas sic interdum divina destituuntur sanctuaria. Postquam igitur sepedicta ecclesia in honore sancte Marie sanctique Lamberti consecrata concremata est[n], totaque illa elegans[o] pulchritudo picture veteris et novi testamenti cum aliis ecclesiasticis hystoriis et gestis diversorum pontificum incendio devastata: altare beate Marie, quamvis a flammis illesum perstitisset, post paucos dies consensu episcopi et canonicorum, ut nova inchoaretur ecclesia, confractum est. Et ut prophetia viri Dei impleretur[3], in loco ubi prefatum altare situm erat visi sunt plerumque et porci habitare, ipsumque locum circumquaque polluentes, fetentem et immundum reddiderunt.

*p. 363. *p. 364.

[Eodem[p] anno eclipsis solis in parte[q] contigit Kal. Maii circa horam nonam; et Hainacum ab archiepiscopo Coloniensi Philippo, parvo quidem corpore, sed animo magno, comite Flandrense[4], duce Brabantie[5] incendio vastatum est[6]. Gerra quoque inter comitem Namucensem Henricum et ducem Lovaniensem Henricum[7] orta, pro qua Gemblacum a comite Namucensi incensa primum, dein capta et penitus destructa, multi[r] cum innumerabili pecunia capti[8], terra dicti comitis a domino papa Lutio diu in banno posita. Eodem[s] tempore casu combusta est ecclesia sancte Marie sanctique Felicis in Sclains[9]].

1185. Mai 1.

Anno Domini 1187. Henricus de Castris[10] Virdunensis episcopus, resignato episcopatu, excepto quod auctoritate apostolica episcopalia sacramenta, ordinationes et[t] benedictiones scilicet, retineret[u], Leodium venit, ibique post aliquot[v] annos in bona senectute vitam finivit sepultusque est ante altare sancti Stephani in ecclesia sancti Lamberti, ubi prius canonicus *fuerat[11].

1187. *p. 365.

43. Sub eodem etiam tempore domus[r] quedam claustrales[12] ipsius ecclesie ex decreto

Vit Odil (?)

a) tercio *corr.* v° *A.* b) *versus* annis — talis *add. scriba 5 in marg. infer.*; fluxis — versus *postea superscr. A.* c) oniaca *in ras. A.*; demonica *Rein.* d) deiecit *c.*; *correxi ex Rein.* e) *e corr. c.* f) o *in ras. A.* g) discedentes *corr.* descend. *A.*; decidentes *Rein.* h) immutati in *corr.* minuatim *A.* i) q *corr.* q̄ *A.* k) dicitur *corr.* deic. *c.* l) ter *in ras. A.* m) un *A. in ras.* n) esse *c.* o) illegans *c.* p) *haec add. in marg. A.* q) i. p. *superscr. c.* r) *e corr. c.* s) Eadem *c.* t) *superscr. c.* u) retinens *c.* v) aliquos *c.*

1) Auctor Vitae s. Odiliae concremationem hanc refert totidem verbis quibus Aegidius Aureaevallis. CHAPEAV. Vita Odiliae rursus ex Reineri Breviloquio de incendio ecclesiae s. Lamberti (SS. XX, 620) sua hausit, paucis tamen mutatis, aliis additis. 2) *a.* 1187. habet Reinerus in Breviloquio, SS. XX, 620. Cum nostro conveniunt Lambertus Parvus, SS. XVI, 649; Gest. abb. Trud. cont. tert. II, lib. I, c. 2. 3) V. s. c. 41. 4) Philippo. 5) Henrico I. 6) Cf. Gisleb. Gest. com. Hanon. SS. XXI, 548. 7) i. e. ducem Brabantiae. 8) Cf. De combustione monasterii Gemblacensis auct. Guiberto, SS. VIII, 563 sq.; Gislebert. l. l. 549. 9) Sclayn prope Namur. 10) Bliescastel a Zweibrücken ad occidentem. 11) Haec ex Aegidio exscripsit Albricus, SS. XXIII, 861. 12) Etiam haec ex Vita Odiliae sumta esse, putarim.

cuiusdam imperatoris, qui tunc temporis casu accidente Leodium venerat, dirute sunt. Nemo tamen sane mentis ambigat, districto[a] Dei iudicio hoc actum fuisse; prebendarii[b] namque in eis commorantes commessationibus et ebrietatibus insistebant et non diebus neque noctibus a voluptatibus et carnis illecebris[c] vacabant. Ea vero que[d] propinquius[e] ipsi ecclesie inherere videbatur a Deo destructa est, ut non solum ex ea paries integer non remaneret, verum etiam nec lapis super lapidem staret; quod miro omnipotentis Dei iudicio actum credimus, si rem gestam attendamus. Ipsa namque scortum facta publicum, cunctis libidinum perversitatibus fuerat mancipata[f] et culture Veneris penitus dedicata. Porro homines et canes et porci ibidem habitantes et tributa ventris persolventes[g], fetore locum impleverunt, ita ut ipse fetor plerumque ad altare beati martyris ascenderet et nares circumadstantium graviter offenderet.

Volens itaque predictus Radulphus episcopus de viro Dei memorato Lamberto clericorum votis satisfacere, iussit eum deduci et in castro de Reuougne[1] incarcerari. Quod ita factum est. Ibique cum aliquantulum diu captus detineretur, actus apostolorum de Latino in Gallicum transtulit; cui etiam scribenti Paulus apostolus, quem ipse intimo cordis affectu diligebat — dudum ei in ecclesia sua Leodii servierat — apparuisse dicitur, et quoddam quod ad scribendum necessarium habebat administravit[2]. Post hec autem suadentibus prelatis et clericis *consensum prebuit episcopus, ut ad Romanam ecclesiam mitteretur, et quenam sua esset dementia, ecclesiastice severitatis rigore compulsus, recognoscere cogeretur. Summus itaque pontifex pium eius desiderium intuens, veraciter intellexit, quod per invidiam hoc ei factum fuisset, et misericordia motus, indulta licentia predicandi, ipsum in pace remisit ad propria. Qui dum regrederetur, viam universe carnis ingressus est[3] feliciterque migravit ad Dominum. His diebus corpus sancti Lamberti translatum est ad ecclesiam sancti Bartholomei apostoli in suburbio Leodiensi

44. Sub eodem fere tempore cum pro restauranda beati Lamberti ecclesia* undique convenirent de toto episcopatu processiones ad offerendum, contigit beati Domiciani feretrum ibi cum omni frequentia populi de Hoyo apportari: senserunt et intellexerunt qui affuerunt, quomodo feretrum beati Lamberti et feretrum beati Domitiani sese invicem quodam sonoro strepitu salutaverunt. Cum igitur plurimi utriusque sexus ex his qui de Hoyo advenerant offerendam suam consumassent et reverti citius cum suo sancto accelerarent, non potuit feretrum beati Domitiani moveri, donec etiam omnes qui cum ipso venerant suam oblationem perfecissent. Post hec omnes[h], oblatione completa, Hoyenses putantes ibi sanctum suum velle remanere, cum lacrimis et gemitibus, oratione completa, iterum applicantes manum feretrum sancti, eum facillime sustulerunt, et cum laudibus et leticia celerrime revertebantur. Factum est autem, cum ascendere inciperent Publicum Montem, qui iunctus est *civitati Leodiensi, antequam ad cenobium regularium canonicorum Sancti Egidii, qui in ipso monte continetur, venirent, femina quedam de Leodio iam per septennium ceca, audito beati Domiciani adventu, concurrit et feretrum ambabus manibus tenuit. Quam cum amovere vellent circumstantes, iuravit, quod non recederet, quousque lumen reciperet. Ilico per merita beati Domitiani lumen recepit et sic leta ad propria remeavit. Et sic Hoyenses beatum Domitianum cum gaudio magno reportaverunt ad propria. Factum est autem hoc miraculum in vico Sancti Christofori, sicut nobis retulerunt duo viri religiosi de ordine Cisterciensi, qui ibi presentes fuerunt; et scimus, quam verum est testimonium eorum. Tanta inundatio aquarum facta est mense Aprili in civitate Leodii in ea parte que dicitur extra castrum, ut multos submergeret et mortuorum corpora diluvium aque de sepulchris erueret.

*) *A. addit inter columnas:* Hanc de novo reedificatam[i] postmodum[k] consecravit Phillippus Coloniensis anno Domini 1189, 7. Idus Septembris. Antiquam vero ecclesiam consecraverat eius predecessor sanctus Herbertus[4] 3. Kal. Novembris.

45. Erat his diebus apud Leodium quidam clericus, licet alias dissolutus, tamen horas beate Marie virginis devotissime decantabat. Qui post mortem cuidam cognato suo monacho de ordine Cysterciensi pro se oranti apparuit, dicens, se per gloriosam reginam de penis liberatum, et adiungens, quod, quicunque horas beate Marie assidue decantaverit, vehementer illi ad redemptionem anime sue sciret proficere.

46. His diebus Henricus Albanensis episcopus, qui tunc temporis in partibus Allemannie legationis fungebatur officio, Legiam ingressus est[5] et congregato clero predicare cepit, vite quoque eorum contagia acri sententia reprehendere. Quamvis autem inter eos non mediocriter habundaret[l] fomes[m] subsannationis et nequitie superbia, predo quoque omnium bonorum, luxuria et detractio: precipue eos ad extirpandam labem symoniace pravitatis et per quam omnes et singuli manifeste fuerant irretiti exhortabatur et instanter commone-

a) *e corr. c.* b) prebendari *corr.* prebendarii *man. rec.* c) ille *corr.* illecebris *c.* d) nec *c.* e) propinquus *c.* f) mancipatum *c.* g) per *inser. A.* h) oms *c.* i) re *superscr. c.* k) *superscr. c.* l) habundare *c.* m) formes *c.*

1) Rivogne. 2) Alia quae Lambertus scripserit tradit Albricus, SS XXIII, 855. 3) a. 1187, ut Foullon I, 282. ex epitaphio refert. Sed cf. Albricum, qui mortem in a. 1177. ponit. 4) Sedit a. 999—1021. 5) Cf. Lamb. Parv. a. 1188, SS. XVI, 649, qui legatum die 2. Mart. Leodii fuisse narrat.

bat[a]. Tunc universi cum ingenti cordis contritione infirme conscientie sue reatus agnoscentes, suas prebendas resignaverunt *et in manus eiusdem liberaliter et absolute reportaverunt. Tunc idem legatus flere amarissime cepit, prebendarum[b] . . . . ., eos videlicet qui in una ecclesia prebendati fuerant in altera restituens, sed nec sic eos de salute sua securos reddidit. Memoratus Radulphus episcopus, qui tunc temporis Leodiensis episcopus preerat ecclesie, proprii sceleris eum acriter perurgente conscientia, crucis caractere coram omnibus insignitus et ad partes Iherosolimitanas peregre profectus est. Profectus et in illo itinere est, scilicet anno Domini 1190[1], Romanorum imperator Fredericus Magnus crucis signatus. Movit[c] iter suum et cum eo Radulphus episcopus Leodiensis et alii multi. Et cum magno apparatu transivit Hungariam, Bulgariam[d] et Traciam atque Constantinopolim, et ita Turcos reprimens, qui Greciam infestabant[e] et Armeniam, cum[e] principe eorum nomine Gedeonem. Et inde accelerato itinere[f], sicut placuit Altissimo, submersus est in aqua non longe ab Anthyochia, casu mirabili moritur et miserabili. Mortuus est autem in eodem itinere Petrus Tullensis episcopus et alii multi nobiles. Noster Radulphus Leodiensis episcopus postmodum revertens ad propria, cum iam quasi in ianuis soli natalis fuisset, vitiatum[g] veneno[2] ferculum sive poculum — utrum tamen hoc vel illud ambigimus — latenter sibi oblatum sumpsit, ut dicitur, sicque vitam finivit, sepultusque est in ecclesia quadam proprietatis sue anno Domini 1191.

*p. 368. — 1189.

47. Radulpho Leodiensi episcopo — — oculis caligantibus ceco. (Vita Alberti.)
48. *Ad[h] electionis ergo diem — — a Flandriis est regressus. (*p. 369.)
49. Inter hec claudicabat — — a gratia eius repulsi non fuissent
50. Erat autem in exercitu imperatoris — — eius obcecaverat.
51. Venit ergo Leodium — — eum fecit consedere.
52. In proximo sabbato sollempnis ieiunii — — mandat electo, ut securus veniat.
53. Albertus vero [primus[i]] electus Leodiensis — — festinus redit in terram suam
54. Interim in Leodio consistens — — scelerati eterni mortis rei.
55. Imperator autem Lothario confirmans — — ire sue non poterat terminare.
56. Intra paucos dies — — versipelles sunt versati.
57. Intra dies octo — — sapientem et nimis vehementem
58. Eo tempore accidit — — vesperis sollempniter celebratis.
59. Interim episcopum exulantem ingens inopia — — tota nocta pernoctavit.
60. Erat autem cum eo per omne tempus — — scripsit in hunc modum.
61. *A. Dei gratia Leodiensis episcopus* — — ipse tamquam generoso.
62. Cum hec igitur et illa hinc — — misericordie multe nimis.
63. Inter[k] hec domum eius frequentabant[l] — — rerum ordinator disponebat.
64. Venerat ergo dominica dies — — aliquis collisisset.
65. Nocte namque tota insompnis — — mirabiliter consolari.
66. Post hec autem nunc ioco — — toto mentis affectu unice diligebat.
67 Alemanni, qui eum diutius expectaverant, cum vidissent — — sacer lapis desuper protegebat.
68. Nec ignotum fuit civitati — — fedum fede amplectentis.
69. Anno 1193. de dolenda morte — — sunt a Deo iudice condempnati.

70. *Quibus[m] actis, de electione Leodiensi verbum cepit agitari inter principes et duces stirpis huius[3]. Propter hoc ceperunt inter se discordare qui prius inter se concordabant, dum hic illum, ille alterum, quisquis sibi propinquiorem eligere contendebant. Inter quos de duobus sermo maior erat: de fratre comitis de Sena[4], Bonnensis prepositi post Lotharium[5] a curia Romana condempnatum, viro[n] forme elegantis et morum honestorum, et de Symone, filio ducis Ardenne, qui primos adolescentie annos ingressus ad hoc opus tanti ministerii huius esse minus aptus videbatur. Pro quo ipso et contentio serpsit[o], sed occulta, inter Henricum ducem Brabantinum et Henricum ducem Ardenne, avunculum eius. Dux enim Brabantinus filium ducis Ardenne nolebat ad hanc dignitatem assurgere, quia timebat avunculum pro ducatu Lotharingie, quem tenebat[6]. Quem ducatum tenuerant parentes Henrici ducis Ardenne; qui licet dux dicatur, nichil tamen ducis habet, sed ex re quam tenuerunt patres eius id solum[p] nomen usurpatur. Perdidit autem familia eius hunc honorem

*p. 427. — 1193.

a) commovebat *c.* b) *ita c., sed hic aliqua deesse patet.* c) monuit *c.* d) dulgariam *c.* e) c. p. e. *supplet A. in marg.* f) iter *c.* g) iunatum *c.* h) *incipit scriba* 10. i) *superscr. A.* k) *littera init. deest, spatio vacuo relicto.* l) *rursus incipit scriba* 9. m) *rursus scriba* 8. n) virum *c.* o) sterpit *c.* p) lũ *c.*

1) Potius a. 1189. 2) Haec fabulam sapiunt. Auctores Aegidio antiquiores (Lamb. Parv., Ann. S. Iacobi Leod., Ann. Floreff., Ann. Marbacens.) de veneno penitus silent. Immo Gislebertus, SS. XXI, 573, episcopum *infirmitate oppressum* decessisse, affirmat. Albricus, SS. XXIII, 868, cum *gravi infirmitate diem clausisse*, narrat, qui num hoc loco Aegidium exscripserit, dubitare licet. 3) Brabantinae; cf. Vit. Alberti c. 47. 4) Sayn. 5) de Hochstaden; cf. Vit. Alb. c. 4, 11 sqq. 6) i. e. dux Brabantiae.

per Henricum imperatorem[1], qui ultimus priorum Henricorum, patri rebellis, imperio privavit patrem suum Henricum imperatorem, qui Leodio civitate decessit et exul et mendicus. Iste Henricus imperator[2] duos perpetuos sacerdotes in ecclesia beati Lamberti apud Leodium et duo[a] nova altaria instituit pro remedio illius peccati, quo procuraverat mortem episcopi Alberti Lovaniensis. Henricus autem dux Ardenne pro filio suo eligendo decertans multis laboribus et expensis, et sibi concilians *ipsum Lotharingie ducem, nepotem suum, et per se et per ipsum quosdam archidiaconorum Leodiensis ecclesie[b] et canonicorum et baronum terre et eorum qui poterant verbum eius promovere, condicta die in ecclesia Leodiensi conventum multum fecit congregari, et sic demum post multas colluctationes, sed non terminatas, pro domino Alberto Leodiensi episcopo electus est Symon, cognatus eius, filius ducis Ardenne. Ad hoc ipsum apud plures iuvit eum favor et memoria dulcis eius cognati, qui Remis fuit ordinatus episcopus et occisus. Henricus imperator hanc eius electionem tulit egre; ne tamen generi eius omnino, sicut prius, obviaret manifeste et coram derogaret dignitati, quia adhuc stridebat plaga recens nec volebat cicatrices refricare in vulnus recidivum, instantia magna ducis Ardenne et precibus ducis Lotharingie demum invitus acquievit. Post multa vero dicta et relata venit Aquisgrani et Symonem investivit de regalibus Leodiensis episcopatus. Contra hec omnia et hanc eius electionem et investituram ei factam fortiter inclamabant et se totis nisibus opponebant, adnitente[c] comite Balduino Haynonensi, quatuor archidiaconi Leodienses, Hugo de Petra-Ponte[3], Otto de Falconis-Monte[4], Albertus, frater comitis[5] Reiteste, et Albertus de Cuc[6], qui unus super tres eminebat auctoritate maiori prudentie multe consiliique magni et constantie fortioris. Isti ergo videntes, qui presentes erant, Symonem electum regalibus investiri, ad sedem apostolicam appellaverunt in conspectu principis; cui principi hec appellatio *non fuit onerosa, que tamen frivola et supervacua visa est duci, patri investiti, et omnibus qui de consilio eius erant, non discernentibus rerum causas atque fines, et qui essent, et a quibus et per quos animati, qui appellaverunt hanc rem grandem. Ab ecclesia ergo Leodiensi et a civitate Symon electus est et receptus, et reddita sunt ei castella tocius epyscopatus. Primis autem diebus consiliarii eius et dux pater, cum vidissent dies suos sibi prosperari et arridere votis suis, ceperunt agitare miras rerum strofas de prebendis, decaniis et preposituris, archidiaconatibus tollendis, dandis et mirabili commercio commutandis. Videres hunc gementem, hunc letantem, hunc lugentem sortem suam, illum procaciter insultantem. De appellatione, que facta erat super eos, mentio nulla erat, respectus nullus, consilium nullum ad obviandum contra tantam rerum molem, que in proximo erat eos fortiter oppressura.

*p. 428. — 1194. April. — *p. 429.

71[d]. Post hec Albertus de Cuc Roma rediens, collectis fautoribus suis, in oppido Namucensi instantia comitis Haynonensis Balduini et Alberti maioris ecclesie prepositi in ecclesia sancti Albani eligitur in episcopum Leodiensem, Symone in ecclesia Leodiensi sedente et in electione sua persistente. Volens Balduinus comes Haynonensis domnum Albertum de Cuc per violentiam promovere, Hoyum ingreditur et a burgensibus oppidi sine contradictione recipitur. Castrum Hoyense impugnat, sed a parte domini Symonis viriliter resistitur, nec ei aliquo modo ingressus *conceditur. Milites vero ecclesie sancti Lamberti, familiares et cives Leodienses domino Symoni firmiter assistunt nec ab eo minis vel precibus se recedere dicunt. Dux vero Lovanii Henricus, filius amite domni Symonis, frater vero domni Alberti episcopi, qui Remis martyrizatus fuerat, partem suam interposuit et comitem Haynoniensem a Hoyo recedere fecit, hac conditione interposita, ut utraque pars curiam Romanam adiret et partem suam prout posset defenderet. Sicque factum est. Albertus de Cuc electus cum aliis ad curiam Romanam iterum contra Symonem proficiscitur ad electionem suam confirmandam. Albertus de Cuc et Symon[e] Leodii electi in magnis uterque suffragiis Romanorum magna contentione decertant in curia Romana coram Celestino papa pro episcopatu Leodiensi obtinendo. Qua contentione dura necdum finita, Symon spectabilis adolescens, Romane ecclesie cardinalis factus, moritur in festivitate sancti[f] Petri ad vincula et planctu magno Romanorum sepultus[7] est honorifice in ecclesia sancti Iohannis intra palacium Lateranense. Moriunturque ex parte eius ibi dominus Stephanus, avunculus suus, Thomas archidiaconus et alii multi. De parte vero domini Alberti de Cuc moriuntur ibi Albertus prepositus, Symon decanus et alii multi tam clerici quam laici.

Rein 1194. — ibid. 1195 — *p. 430. — Aug. 1.

72[g]. Eo tempore Albertus de Cuc cum gratia sedis apostolice a Roma in infirmitate gravi

ibid. 1195.

a) duos *corr.* duo *c.* b) Leod. eccl. Leod. *c.* c) admittente *c.* d) LXXII. *corr.* LXXI. *man. rec.* e) e. S. *in ras. c.* f) *superscr. c.* g) *in marg.* LXXIII. *c.*

1) a. 1106; v. s. III, c. 17. 2) sextus; verba *Iste — Lovaniensis* postea inserta esse, patet. 3) Pierrepont, départ. Aisne, arrond. Laon. 4) Fauquemont prope Mastricht. 5) Manassis (Réthel, départ. Ardennes). 6) Cuigk prope Gennep ad Mosam. 7) *moritur et . . in Kal. Augusti in ecclesia s. Iohannis Lateranis honorifice sepelitur* Rein.

et maxime quartanis[a] revertitur, afferens secum preciosissimas reliquias, de corpore scilicet pre- [Rein. 1195.] ciosi martyris Laurentii, de carne videlicet eiusque craticula *assata et sanguine tamen [*p. 431] quasi recenter perfuso, ut se intuentibus veritas adhuc ostendit; quod in curia Romana a summo pontifice Romano, videlicet Celestino tercio, grandi studio et labore optinuerat. Que in magna veneratione ab eo habite, post discessum eius 3. Kal Maii peticione et diligentia Ottonis, duodecimi abbatis [ecclesie[a*]] sancti Laurentii in Leodio, in prefata ecclesia translate, in maiori sunt reverentia assumpte anno Domini 1201.

73[b]. Rediens a Roma, ut supradictum est, Albertus electus ad imperatorem cum paucis pervenit et [ibid. 1195.] ab eo donum episcopatus accepit.* Anno Domini 1196, epyphanie die festo, in ecclesia Coloniensi a domino Aigulpho archiepiscopo eiusdem civitatis in episcopum Leodiensem sollempniter consecratur supradictus Albertus de Cuc [64us][c]. At post paucos dies veniens Leodium, a clero et populo sollempniter receptus reddidit [ibid. 1196] pacem ecclesie longa contentione dissipate.** Hoc anno terra nigra ad usum fabrorum et focum [ibid. 1195.] faciendum optima iuxta Leodium in multis locis primo inventa est. [Hoc[c] modo. Nam quidam senex canitie et barba venerandus, alba veste indutus, fertur transisse[d] per vicum, qui ab opere carpentarili denominatur Cocke, et dixisse cuidam fabro conquerenti quod parum aquirebat laborando in opere fabrili, quia expendebat nimium de carbonibus qui fiebant de cockis[d*] arboribus[e]: 'Amice, perge ad vicinum montem monachorum et invenies nigras venas[e] terre patentes, que terra est utilissima[f] ad igniendum[e] ferrum'. Hoc dicto disparuit[e]]. Albertus epi- [ibid. 1196] scopus in octavis penthecostes ordines sollempnes et post generalem[f*] synodum celebrat. His diebus propter pluvie inundationem et aeris intemperiem corpus beati Lamberti in vigilia sancti Iacobi cum maxima devotione et non sine lacrimis multis in Monte Cornelii in ecclesia apostolorum deportatur, ibique missa specialis a clero et populo sollempniter celebratur. In redeundo autem post transitum fratrum[g] Sancti Iacobi pons insule frangitur, et sine lesione cum feretro sancti Pauli sanctique Egidii Publici Montis fere *40 tam homines quam femine ceciderunt, sed per Dei [*p. 432.] gratiam et per merita sanctarum reliquiarum omnes illesi exierunt. Nunc vero ad Albertum episcopum redeamus. Facta autem pace inter eum et ducem de Lemborc, contigit Leodii die festo natalis Domini, ut, missarum sollempnitate celebrata, clerus et populus pontificem suum Albertum secuti sunt reficiendi cum eo pane corporali. Cumque ventris ruinas iam relevassent, inter discumbentes[h] estuans vino quidam, corpore et animo nimie levitatis — neque granum sine paleis — surgensque a mensa et deferens in manu assaturam carnis, intuitus in superliminari palacii, ubi transitum habere debuerat, ymaginem magestatis[i] filii hominis Iesu Christi celte sculptam in scilice[1], versus in cachinnum, aliis inquit epulantibus: 'Quid hic adstas ieiunus'? Et veru librans cum carnibus quasi ad edendum oblatis, percussit faciem ymaginis quam deludebat. Prodiens ex adipe iniquitatis[k] quod in altum iactatum, quasi sagitte acies iactantis, resiliit[l] in oculum illudentis, quem eruens ad querendum nomen Domini sic ignominia implevit, ut illo castigato et alios castigaverit, vindicata uno ictu magestatis iniuria per crapulam illata et blasphemia[m] per furorem irrogata. Sed ne quis hic misericordiam deseruisse extimet iudicium, norit, quod multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim ultiones adhibere, quod magni beneficii est indicium. His namque diebus propter peccata populi flagellavit Dominus terram, magnaque sterilitas facta est super eam. Nam modius Leodii siliginis 40 solidos Leodiensium *venditur, spelte 20. [ibid. 117 *p. 433.] Multitudo pauperum fame per plateas moritur, cadavera animalium mortuorum[n] indifferenter ab eis comeduntur, et fere ab universis propter imminentem[o] necessitatem desperatur. Corpus sancti Lamberti propter predicta pericula cum aliis [ibid. 1196.] sanctorum reliquiis in vigilia sancti Bartholomei ad ecclesiam ipsius apostoli cum debita reverentia deportatur cum

*) *Verba* ad imperatorem — accepit *postea correxit A., in marg. addens:* cronico morbo tam calculi quam febris quartane laborans, summo tamen studio dominandi in episcopatu Leodiensi spiritum suum corroborans, plus mente volans quam pede incessanter festinans, ultra etiam virium naturalium facultatem, apud Warmatiam se recepit, et Henrico imperatore ibidem optate [1195. Dec.] reperto, regalia episcopatus Leodiensis de manu ipsius[p] gratanter suscepit. Cum autem Wormatie moram recreatione laborum continuaret, ab emulis suis quibusdam canonicis Leodiensibus quidam Otto[2] archydiaconus derisorie eligitur in episcopum Leodiensem et Warmatie imperatori presentatur; sed istud frivolum[q] et inane ab omnibus est reputatum[r].

**) *A. add. in marg.:* Hiis diebus Balduinus comes[s] Hanonie, Flandrie et Namurci[s], qui hactenus extiterat baiulus[s] fidelis, sedulus adiutor, amicus et provisor Alberti[t] — quere in alio libro[3].

a) in — quartanis *postea linea supposita deleta sunt, ut videtur.* a*) *superscr. A.* b) *in marg.* LXXIIII. *c.* c) *in marg. add. A.* d) transise *c.* d*) *ita pro* coctis *c.* e) ibus, s, ndum, it *absc.* f) utillissima *c.* f*) generale *c.* g) S. I. fr. *corr. ut editum c.* h) discumbentium *c.* i) *in marg. c.* k) iniquitatas *c.* l) resliit *c.* m) h *superscr. c.* n) mortuarum *c.* o) *in ras. c.* p) ipius *c.* q) fruolum *c.* r) *verbis* Anno Domini MC *sua cum textu coniungit.* s) mes, ci, iu *absc.* t) *e corr. c.*

1) i. e. silice. 2) De Falconis-Monte; cf. Gislebert. SS. XXI, 592. 3) Cf. infra in compendio Aegidii.

Rein. 1197 miraculorum gloria, ibique specialis missa[a] cum multis lacrimis celebratur. Moritur et hoc anno 1197. Henricus imperator Romanorum magnificus et summe felicitatis et prudentie, [cum[b] post varias tribulationes et immissiones factas per angelos malos diutius et frequentius aream ecclesie Romane in rota plaustri ferrei vehementer triturasset]; qui regnum Apulie et Sycilie cum imperio tenuit, parvulo filio ei remanente Frederico nomine, quem Apulii sublimaverunt regali honore et dignitate. [Hunc[c] brevi 5 intervallo[d] prosequente Constantia, uxor sua, mortis debitum exsolvens comitatur. Cum vero in supremo spiritu ageret, curam et solicitudinem et tutelam filii sui unici et orphani pape
ibid. 1198. Innocentio III, qui illis diebus Celestino pape successerat, testamentarie dereliquit]. Ortaque est gravis seditio pro imperio, regni principibus inter se discordantibus. Postquam dux de Cerenges B. electionem, quam habuit per Coloniensem archiepiscopum et fautores suos, reiecit, in partem ducis Suevie Philippi consensit, archiepiscopus 10 cum fautoribus suis [H.[e] duce de Lembor, B.] comite Flandrie et ceteris plurimis comitem Pictaviensem nomine Ottonem, filium ducis Saxonie et filium sororis regis Anglie, iterum elegit et, ut Albertus episcopus in partem eius consentiat, infra dies pentecostes ipsum Ottonem apud Leodium adducit; sed Albertus[f] episcopus nec muneribus nec precibus, ut ei fidelitatem faceret, frangi potuit, sed venale ei in civitate interdixit, quod Otto graviter accepit[1]. Post Coloniam regreditur, a quibus honorifice est[g] receptus. Aquisgrani congregato 15 exercitu, revertitur[2]. Aquensibus diu reluctantibus, tandem porte aperiuntur. Otto in cathedra regali intronizatur et coronatur, et omnia iura que regi debentur ei exhibentur, desponsataque ibi filia ducis Lovanii. Circa
*p. 434. festum sancti Remigii *Philippus dux Suevie Mogontie cum Maria[g] uxore coronatur. Qui mittens Alberto Leodiensi episcopo zenia pulcherrima, duo pallia scilicet oloserica auro texta miri operis, que in maiori ecclesia sancti Lamberti usque hodie cernuntur. Episcopus Albertus Ottoni in nullo 20 consentire volens, in castrum Hoyense se transtulit. Ubi, ibi eo commorante, fulgur ante pedes eius in predicto
ibid. 1197. castro cecidit et quendam civem interfecit; ceteros maximus horror invasit. In festo sancti Lamberti corpus ipsius martyris de medio monasterio, ubi multa miracula Dominus per eum operatus est, in quo iacuerat ab incendio ecclesie, cum maximo honore et plebis tripudio super altare sancte Trinitatis[3] collocatur. His diebus ducissa Lovanii horrea clericorum et monachorum in terra sua clausit, villicum episcopi Alberti captivum tenuit, 25 sacerdotem de Bavenchin, qui eos qui[h] secundum consuetudinem ad pacem appellati erant in ecclesia sua, ut ad pacem responderent, admonuit, diu tractum ad caudam equi in custodia arceri facit. Propter talia et huiusmodi pericula ecclesia Leodiensis, habito consilio, intus et exterius ecclesiis omnibus silentium imposuit et terram ducisse, id est Brabantiam, banno suppositam et clericos inobedientes excommunicationi et sententie subiacentes Coloniensis ecclesie consilio et auctoritate usque ad dignam satisfactionem evitandos denuntiavit. Nec inmerito. Volebat enim illa perversa Iezabel ducissa 30 omnes homines terre sue a iure pacis, ne in Leodiensi[i] responderent[k], removere et sacerdotes, ne sententiam episcopi
*p. 435. vel archidiaconi in quemlibet proferrent, omnimodis prohibere. Iniciatum est autem hoc silentium infra octavas *sancti Dyonisii. Albertus autem episcopus et omnes persone Leodienses et omnes priores, ne in hac sententia tepidi essent et remissi, iuraverunt et[l] omnes[m], qui ad eos[n] de clericis Brabantie transire voluerint, victualia et necessaria providere disposuerunt. Post aliquod autem tempus per Bertrannum episcopum Metensem inter clericos et du- 35 cissam pace reformata, organa ecclesie resumuntur, in omnibus pristinam libertatem retinet Leodiensis ecclesia.

Rein. 1198. 74[o]. Anno quarto consecrationis Alberti episcopi orta est magna seditio inter clericos civitatis et laicos. Laici civitatem muris et aggere firmantes, a clericis et a familia eorum exactiones et tributa exigebant, nobilitatem et libertatem clericorum ab antiquo conservatam infringere cupientes. Opponentibus se clericis murum pro ecclesia, silentium a divinis civitati imposuerunt, insuper et quosdam cives a nundinis Francie revertentes spolia- 40 verunt. Commota civitate contra clerum, in vindictam spoliatorum civium manus in quendam inicientes[p] canonicum, vincientesque ipsum captivitati tradiderunt, quosdam vero alios contumeliis et verberibus affecerunt. Episcopo vero cum laicis consentiente, multiplicata sunt in civitate mala. Cessantibus clericis a divinis, excommunicationi civitas subiacuit. Laici vero defunctorum civium corpora sine divino officio sepelientes,
ibid. 1199. nec tamen privabantur viatico qui iurabant, se nunquam de cetero agere contra libertatem ecclesie. Post aliquod 45 tempus pace reformata inter clericos et laicos, organa ecclesie resumuntur dominica qua cantatur *Circumdederunt me*,
*p. 436. civibus in presentia Alberti episcopi iurantibus, de cetero se nullo modo contra libertatem *ecclesie agere et de illatis iniuriis clericis satisfacere. Anno Domini 1200. decedit Albertus episcopus apud Leodium [in egritudinem[q]], qui magnis laboribus et expensis optinuit in episcopatu promerendo pacem suam. Ad ultimum Roma rediens, cum honore adepto reportavit corporis et animi incommoda 50 multa, gravissimis morbis ex eo usque ad diem mortis sue circumfusus. Vir magnanimus[r] et sapiens in episcopatu administrando omnibus apparuisset, nisi eum oppressisset corporis
Febr. 2. infirmitas, continuis[s] eius inveterata malis; [qua[t] vitam in episcopatu[u] perdidit nocte purificationis beate Marie virginis]. Sepultusque est cum magno apparatu in ecclesia sancti

a) s. m. *in ras. c.* b) *in marg. add. A.*; cum *supplevi.* c) *add. in marg. A.* d) inter *superscr. c.* e) *add. A.* 55 *in marg.* f) Albertum episcopum *c.* g) *superscr. c.* h) *deest c.; supplevi ex Rein.* i) *deest* ecclesia *c.; quod ex Rein. supplendum.* k) *corr. ex* responderent *c.* l) ut *c.; quod ex Rein. correxi.* m) *ita c.*; eis *ex Rein. corrigendum.* n) nos *Rein.* o) LXXV. *in marg. c.* p) clericorum *corr.* inicientes *c.* q) *superscr. A.* r) magnanimis *c.* s) continuus *c.* t) *haec in marg. add. A.* u) q. v. in e. *e ras. c.*

1) *Sed venale — accepit* ex Reinero a. 1199. 2) Hic noster Reinerum brevius reddidit eiusque narra- 60 tionem valde deformavit. 3) *in loco in quo nunc iacet* Rein.

Lamberti ante [chorum[a] superiorem 3. Nonas Februarii]. Huius epytafium quidam clericus, sciens eius infirmitatem tam corporis quam anime, scripsit ita: 1200.

Hoc in sarcophago cunctorum[b] dira vorago
Clauditur, Albertus, Giezi[1] dum vixit apertus.

75[c]. Anno Domini 1200.[d] eligitur pro Alberto in episcopum Hugo [secundus[e]] de Petra-Ponte[2], vir nobilis et litteris eruditus, prepositus maior et archidiaconus Leodiensis; qui Hugo fuit filius Hugonis de Wasnadio[3], frater Roberti de Petra-Ponte et Walteri de Wasnadio, quorum mater dicta[f] fuit Clementia seu Agatha — fuit enim binomia — filia [Manassis[g]] comitis Registeste[h, 4] de prosapia Namucensi[5].* Hic ergo factus episcopus [sexagesimus[i] quintus] sedit annis 29[k] [et[l] sex septimanis]. Hic cum predecessore suo Alberto episcopo stetit in curia Romana contra Symonem[6], quondam electum Leodiensem, cognatum pie memorie Alberti Lovaniensis, eque Leodiensis episcopi, qui Remis est occisus a pessimis hominum Alemannis. Electus ergo communi assensu, adnitente[m] cognato[7] eius comite Flandrensium Balduino, in episcopali sede intronizatus et a clero et populo primisque principibus in dominum est receptus; et regalibus acceptis de manu Ottonis regis, qui tunc Leodii *forte presens erat[8], optimatum utriusque ordinis fidem accepit atque iuramentum, et tradita sunt castella in manu eius et oppida tocius episcopatus Leodiensis. Post quas fides postque iuramenta non post multos dies insurgit contra eum motus et tumultus quorundam clericorum. Inter quos eminebat Henricus[9] adolescens nobilis, et archidiaconorum quidam[10], qui fide simulata fidem promiserat et favorem. Sicut ergo factum fuerat annis superioribus in ecclesia Leodiensi hinc et inde studiis et contentionibus atrociter vacillante, iterum et iterum accenduntur iurgia recidiva, odiis ingentibus concitata. Iterum Roma pertinaciter appellatur ab utraque parte. Henricus favore ducis Suevorum Ph. animatus Romam petit ad Hugonis electionem cassandam tanta sollempnitate prius factam. Hugo electus committit episcopatum Leodiensem Flandrie comiti Balduino, pro tempore rebus ordinatis, et ipse Romam iter aggreditur. Roma gaudet, assueta pasci et impleri mercimoniis discentionum atque contentionum ecclesie Leodiensis. Hugo electus a Monte Pessulano revertitur, sed et Guido cardinalis et episcopus Prenestinus, a summo pontifice legatus in Gallias, Leodium venit, inde Coloniam profectus, Philippum Suevum ex parte summi pontificis excommunicavit et omnes complices suos. His diebus H. de Iacia et R. de Comblen, canonicus Sancti Lamberti et prepositus Sancti Iohannis in insula, a Roma revertuntur, litteras contra Hugonem afferunt, sed a cardinali Guidone negocium ipsorum impeditur. Volens ergo predictus Guido negocium Leodiensis ecclesie terminare, domino Hugoni electo diem ordinationis Colonie prefixit quarta feria ante pascha. Ibi post multas allegationes purgationem *eius de obiectis criminibus in curia Romana ab adversariis recepit. Secum assumptis sex abbatibus, se, vidente et assidente clero Colonie, tactis sacrosanctis euangeliis, septima manu de omnibus obiectis innoxium per sacramentum reddidit. Electione eius a cardinali confirmata, cum magno tripudio in ecclesia sancti Petri introducitur et in sacratissima nocte resurrectionis in sacerdotem ordinatur et post in octavis pasche in episcopum consecratur, et sic cum magna leticia Leodium[n] revertitur, ubi a clero et populo honorifice suscipitur.

(margin: *p. 437. — Rein. 1201. — ibid. 1202. — *p. 438.)

*) *A. add. in marg.:* Postmodum varias et validas toleravit adversitates, sed de hiis omnibus ipsum Dominus in brachio[o] virtutis sue potenter eripuit et salubriter liberavit Superhabundat siquidem quere in alio libro.

76[p]. Anno secundo episcopatus sui cenobium monachorum Cysterciensis ordinis prope civitatem fundavit*, quod Vallem sancti Lamberti nominavit, ubi multa bona contulit, et hoc inicium bonorum operum eius. Sed non multo post tempore, seminante dyabolo, Hoyenses episcopo rebellant propter quedam iura que ab eis exigebat indebita, machinas que de Namuco navi advehebantur succidunt, navim per siccam terram ibid 1202 — ibid 1203.

*) *A. add. in marg. infer.:* Primus ibidem abbas extitit dompnus Gerardus, monacus Siniacensis[11].

a) *add. A. in loco raso marginis et inter lineas in ras. unius fere vocabuli.* b) cunctarum *c.* c) LXXVI. *in marg. c.* d) *in marg. aliqua addita, sed erasa legi non possunt.* e) *in marg. add. A.* f) f. d. *corr.* d. f. *c.* g) Manasses *superscr. A.* h) Reitensis *corr.* Registeste *A.* i) *in marg. add. A.* k) *aliqua superscripta, sed rursus erasa.* l) *add. A. in loc. vac. inter columnas.* m) admittente *corr.* adnitente *c.* n) odiu *in ras. c.* o) in br. *e ras. c.* p) XXVIII *adhuc in marg. conspicitur.*

1) Giezi famulus fuit Elizei prophetae, qui cum dominus suus Naaman principem gratis sanasset a lepra, inscio domino a Naaman duo talenta et vestes accepit (2. Reg. 5, 20 sqq.); sed in vindictam illius symoniae leprosus continuo factus est. CHAPEAV. 2) Pierrepont, départ. Aisne, arrond. Laon. 3) Vasnad ibid. 4) Rétbel, départ Ardennes. 5) Mater Clementiae erat Beatrix comitissa Retensis, filia Godefridi comitis Namurcensis. De genealogia cf. Gisleberti Gesta com. Hanon., SS. XX, p. 507 sq.; Albricum, SS. XXIII, 852 sq. 6) V. s. III, c. 70. 7) Alidis, avia Balduini IX, erat soror Beatricis aviae Hugonis de Petra-Ponte. 8) Cf. Reinerum a. 1200, SS. XVI, 655. 9) *de Iacia* Rein. 10) *Rodulphus de Comblen* Rein. 11) Signy l'Abbaye, départ. Ardennes, arrond. Mézières.

Rein. 1203 usque in medium fori trahunt, introitum castri et exitum aggere muniunt. Nec multo post penitentia tacti, Leodium omnes veniunt et episcopo. vidente clero et populo, nudis pedibus satisfaciunt. Orta est et contentio inter ducem Lovanii et comitem Losensem propter trecensum Sancti Trudonis ad episcopum Metensem pertinentem. Ludovicus comes de Los omnia castra sua, Montiniacum videlicet et Brustemiam, Hanut[a] et omnem terram suam, quam libere tenebat, sancto Lamberto tradidit et super altare ipsius, vidente clero et populo, presente episcopo Hugone et duce Ardennie *p. 439. II. et comite Alberto de Muha, legitima reportavit donatione et de manu *episcopi in hominium recepit. Episcopus Hugo predicta castra et terram memoratam in festo sancti Iohannis saisivit. Imminente messe, dux ad pugnam suos invitavit et obsidere oppidum Sancti Trudonis voluit et in villa que Landines vocatur suos papiliones statuit et per octo dies ibi mansit et in circuitu segetes ultra quam credi potest devastavit, congregata ibi multitudine pugnatorum. Comes vero de Los ad episcopum veniens et auxilium petens, tam de terra sua quam de aliena multos in auxilium sui congregavit. Congregato episcopus[a*] exercitu magno de episcopatu in auxilium comitis, in villa que Woromia vocatur per octo dies expectans exitum belli, tandem, mediante comite Namucensi, treuga inter eos difficile datur, et sic uterque exercitus ad propria revertitur. Anno[b] Domini 1203. assensu episcopi et clericorum, civium et militum exteriorum tributum ab introeuntibus civitatem exigitur; et opus firmissimorum murorum, sicut evidens ibid. 1204. est, hoc anno mense Septembri iniciatur a porta Pagani usque ad Sanctam Walburgem. Sed et silva pulcherrima que Glanum vocabatur, que ad decus civitatis erat vicina et antiqua, hoc anno venditur et extirpatur. Cuius precium in tres partes dividitur. Prima cessit episcopo, secunda operi ecclesie sancti Lamberti, tercia muris et turribus civitatis*.

*) *A. addit inter lineas:* Eodem anno antedictus Guido . . . [c].

Vit. Od. III, 1. Rein. 1204. 77. His diebus cum comes de Muha Albertus — — sermonibus non intendens. His diebus dominus Hugo episcopus et Ludovicus comes de Los pontem Traiectensem et aggerem, quem dux Lovanii extruxerat, terre adequaverunt. [Claruit[d] eo tempore venerabilis Maria de Oegnies villa, sita[d*] secus Sambram. Huius meritis creditur constructum esse claustrum de Oegnies a tribus fratribus clericis, Egidio, Iohanne, Henrico ac eorum consanguineo Egidio, qui instinctu et orationibus predicte Marie relinquentes mundi levitates sub regula sancti patris Agustini Deo ibidem servire studuerunt. Magister autem Iacobus de Vitriaco secularem vitam relinquens factus est cum eis canonicus regularis[1]. Primus eorum prior vir devotus dominus Egidius extitit[e]].

Vit. Od. III, 2. 78. Anno autem Domini 1211. Otto rex — — indicium et vinculum amplioris.

ibid. III, 2. 79. Nichilominus quod latebat homines, occultum scilicet ducis maligni consilium et futurum in rebus excidium urbis, cuidam servo suo sacerdoti in ecclesia beati Lamberti ministranti, cuius nomen in presenti describere nolumus, Dominus multa monstrare dignatus est per visum, sicut in vita ipsius legimus, quod propter fastidium legentium hic inserere nolumus. Et quia duorum — — eiectus de civitate est.

ibid. III, 3. 80. Congregato[e] igitur dux immenso suo exercitu — — episcopum movit ad lacrimas motus ipse.

ibid. III, 4. ibid. III, 5. ibid. III, 6. 81. Anno igitur verbi incarnati 1212. — — habitum non habentes, in tunicis, que eis remanserant, ecclesiam frequentabant. Mane igitur facto veniebant mulieres et parvuli ad sepulchrum[f] martyris plorantes et deprecantes — — non sunt memorie commendata. Convocato autem episcopus apud Hoyum concilio omnium prelatorum tocius sue dyocesis — — talis proclamatio cotidie repetita.

ibid. III, 7. 82. Interim Hugo pontifex legatos misit ad Romanam curiam — — sine causa spoliaverat civitatem.

ibid. III, 8. 83. Post anni circulum sacerdos ille venerabilis de ecclesia sancti Lamberti, de quo supra mentionem fecimus, in die festo inventionis sancte Crucis, completis pro more nocturnis vigiliis — — apparuisse cognovit sibi gloriosum martyrem.

ibid. III, 9. 84. Illo in tempore erat quidam — — his dictis ad suos tristis revertitur.

ibid. III, 10. 85. Nocte illa vir quidam religiosus, accensis circa sacri corpus martyris luminaribus, cum vellet — — illius candele lumine non consumpto.

ibid. III, 11. Rein. 1213. 86. Ecclesia beate virginis sita apud Hastieres prope Mose fluvium, a loco certaminis — — iam dicta gens abstraxerat spolia occisorum. Celebrata est ergo hec victoria[g] — — exercitum episcopi non nocuit[h].

Vit. Od. III, 12. 87. Iam hora diei illius nona advenerat — — solum fuge presidium expetebant.

ibid. III, 13. 88. Mensis autem Octobris die vicesima comes Ferrandus — — corruptus est pecunia sic promissa. Revertenti autem pontifici de terra Brabantie — — voto suo congruere perspexisset.

ibid. III, 14. 89. Mense Aprili subsequente Otto rex ab Augusto fugatus Renum transilire compulsus[i] est. Quo appropiante — — Subsequente autem mense Mayo dux[2] [Mariam[k] primogenitam] suam Ottoni filiam dedit in coniugem, ut de nostra dyocesi quandoque ad libitum plenam reciperet ultionem. [Hanc[k] filiam, ut dictum est[3], Aquisgrani in exordio sui regni iam desponsaverat, ipsaque ibidem in cathedra regali diademate insignita extiterat, cum ageret nonum sue etatis annum[e]].

ibid. III, 15. ibid. III, 16. 90. Anno autem gratie 1214[l], mensis Iulii die[m] duodecima — — plenarie viro Dei fuerat preostensum. Misit autem brevi elapso tempore dux barbarus — — ita est dux vacuus fide et iusticia. Eo quidem tempore erat in civitate sancta mulier Odilia nomine, de qua in nostra hystoria aliqua diximus, que in ecclesia beati Lamberti quadam nocte orationi vacabat, cui martyr beatus Lambertus in habitu venerando apparuit, quasi sub uno solis radio suam illi manifestans ecclesiam, totam quidam roseam, preciosi scilicet colore sui sangui-

a) Hallut *Rein.* a*) episcopo *c.* b) A *deest, loco vacuo rubricatori relicto.* c) *cetera iam erasa, ut legi non possent.* d) *in marg. add A.* d*) scita *c.* e) *alia adiecit A. in marg., quae iam erasa legi non possunt.* f) sepulcrum *corr.* sepulchrum *c.* g) *hic inserit A. versus, quos infra Vit. Odil. III,* 11 *textui subieci.* h) *aliqua superscripta, sed nunc erasa legi non possunt.* i) *in ras. c.* k) *haec in marg. infer. add. A.* l) XIII. *corr.* XIIII. *c.* m) I. d. *in ras. c.*

1) Cf. Vitam Mariae Oigniacensis auct. Iacobo de Vitriaco, AA. SS. Iun. IV, 636 sqq. 2) Brabantiae. 3) V. s. III, c. 73.

nis laureatam. Et ab eo hoc accepit responsum: 'Hec est quam Dominus meo consecravit sanguine, de Ottone quoque ac duce barbaro quam per me cepit victoriam ipse perficiet'[a]. (Vit. Odil. III, 16.)

91. Anno gratie 1215, tempore Innocentii tertii, celebrata est sancta universalis synodus in ecclesia sancti Salvatoris que Constantiniana vocatur, mense Novembri, presidente Innocentio papa tercio, pontificatus autem eius 18. anno. In qua fuerunt episcopi 412, inter quos fuit Hugo Leodiensis episcopus. Sed quid in eodem concilio actum sit relinquentes, ad nostram Leodiensem hystoriam revertamur.* His diebus Fredericus rex, collectis principibus et optimatibus regni, cum magna gloria Aquisgrani in die beati Iacobi in ecclesia beate Marie in regem coronatur et consecratur et in cathedra regali sublimatur. Peragrata autem omni provintia, cum ad introitum venisset Brabantie — — prius tamen, ut premisimus, in omni pacis et libertatis gaudio nostra dyocesi restituta[a]. (Rein. 1215. — Vit. Odil. III, 16.)

*) *A. add. in marg. infer. (p. 473):* Anno Domini 1216. consecrata est ecclesia sancte Marie de Iuncis 9. Kal. Martii a domino Theoderico episcopo de Liflandia, quam inhabitant[b] milites devoti ordinis fratrum Theutonicorum. Fertur autem, beatam Dei[c] genitricem aparuisse ibidem cuidam religioso sacerdoti ordinis Premonstratensis de Ewrebodde[d, 1] populo illius loci predicanti atque ad concordiam inducere volenti, dicens, quatinus sibi ecclesiam in eodem[e] loco construeret et sic litigium inter eos cessaret. Qui eodem tempore, silicet anno Domini 1209, fundamenta iecit, et propter miracula diversa, que Dominus ibidem cepit operari, multus populus ad eundem[f] locum cum oblationibus confluere cepit[g].

92. Audito prefatus — — cogeret ebullire. (ibid. III, 17.)

93. A cede barbarorum dyocesano revertente exercitu, decretum est ex communi consensu capituli, ut in omni ebdomada apud maiorem ecclesiam beati Lamberti agatur memoria, sicut et in sabbatis de beata statutum est virgine, prout supra tempore Alberti episcopi descripsimus. Cumque per maiorem incuriam in ebdomada — — iterum meruit exaudiri[h]. (ibid. III, 19.)

94. Anno autem 1219. rogatus a duce pontifex — — non debet aliquis prohibere. In vesperis itaque illa die — — precum instantia. [Anno[i] Domini 1222. Henricus septimus, filius Frederici[k] secundi, qui ante duos annos Rome in festo sancte Cecilie ab Honorio papa in imperatorem fuerat consecratus, ipso patre consentiente et procurante, consecratus est in regem Aquisgrani ab Engleberto Coloniensi archiepiscopo dominica ante ascentionem Domini, silicet 8. Idus Mai. Cui[l] interfuit dominus Hugo episcopus Leodiensis. Post[m] 2 vero annos, cum in estate siccitas foret pre nimio calore, in festo beati Iacobi et Christofori Dominus noster emisit ventum validum de tessauris suis, qui concussit aristas triticeas, que mature erant, et per[n] totam Teutoniam, Allemanniam, Frantiam et[n] usque Ispaniam excussa fuerunt grana. Pro[n] quo in sequenti estate tanta caristia secuta est[n], quod modius bladi vendebatur 25 florenis Leodiensibus, et[n] lupi exeuntes de silvis irruebant in homines, etiam, ut dicitur, infantes asportabant a villis circa[n] Renum pre angustia famis. Et in sequenti festo beati Petri ad vincula prima vigilia noctis Aquisgrani exurrexit ignis vehemens, qui[n] ecclesiam[o], palatia ac totam civitatem combussit; in quo incendio fuerunt oppressi 30 civitatenses, exceptis peregrinis de quibus ignoratur. Eodem anno, silicet 1225, quidam heremitico habitu indutus[p, 2] . . . . . .]. Anno Domini 1225. defuncta sine liberis comitissa de Muhal Gertrude, que fuit filia comitis Alberti[q], Hugo episcopus fidelitatem et hominium terre absque omni contradictione recepit et castella de Muha et de Waleve sine aliqua contradictione ingreditur 14. Kal. Aprilis, feria 4. ante pascha floridum; quod audiens dux Henricus Lovaniensis, ira commotus curiam apud Francknefort[s] adiens, episcopum ad curiam citari fecit. Nec tamen adversus[t] eum prevaluit. (ibid. III, 19. — Chron. Reg. Col. 1222. — Iul. 25. — Aug. 1. — ibid. 1225. — Rein. 1225.)

95. Anno[3] sequenti, cum, ablato de medio archipresule[4], vacaret sedes Remensis ecclesie, ad quam noster pie memorie Hugo pater venerabilis iam dudum anhelaverat, bono pacis invicem concordante electorumque votis in unum concurrentibus, predictus Hugo pastoris loco subrogandus eligitur electusque requiritur, ut, spreto quam citius Leodiensi baculo, honoris tanti gloriam non differat acceptare. Qui dignitatum constitutus in bivio et ignorans quid eligeret quidve respueret, misit ad Dei famulum Iohannem[u], ut precibus assiduis interpellaret Dominum pro se et pro imminenti articulo dignitatum. Orationis cuius tantam in se sensit efficatiam, ut, licet secus disponeret, prime sedi tamen sic herebat animo, quod virum Dei vellet nollet nequibat relinquere nec a beati martyris obsequio separari. Unde et, (Vit. Odil. II, 3. — 1226.)

a) *aliqua addita, sed iam erasa legi non possunt.* b) *e corr. c.* c) F. a. b D. *in ras. ead. manu, sed alio litterarum ductu.* d) ordinis — Ewrebodde *in ras. ead. manu, sed alio litterarum ductu.* e) i. e. *rursus ead. manu postea in ras.* f) o. m. p. a. e. *postea in ras.* g) *reliqua abscisa.* h) *A. add.:* Igitur anno gratie 1215. Fredericus, *sed rursus erasit.* i) *in marg. add. A.* k) Federici *superscr.* r *c.* l) Cui *post superscr. A.* m) *sequentia posteriore tempore adiecta, sed eadem manu.* n) per, e, Pro, e, et, c, qui *absc.* o) *post* ecclesiam *rasura unius fere vocabuli.* p) *sequentia abscisa suppleas ex Chron. Reg. Col.* q) Albelti *c.* r) *superscr. c.* s) Fracknefort *c.* t) *in ras. c.* u) I. abbatulum *Chapeav.*

1) Averboden prope Sichem in Brabantia. 2) De pseudocomite Balduino quaedam ex Chronica Regia Colon. desumta hic adnotata fuerunt. 3) Totum hoc caput fere verbotenus desumtum ex secundo libro c. 3. auctoris anonymi Vitae s. Odiliae. CHAPEAV. 4) Guidone. Cf. Reiner. a. 1226, SS. XVI, 680. Rem accuratius enarratam legas ap. Albricum, SS. XXIII, 919.

Vit.Odil.II,3. *p. 477. quotiens veniret Leodium, maioris *ecclesie valvas semper post noctis vigilias aperiri iusserat, nuncque[a] contemptus comite, sacri corpus adire martyris et ipsum Dei virum Iohannem cogebatur invisere. Effundensque preces flebat uberrime, siquidem illi licet nimiis[b] secularibus implicato negociis Dominus concesserat gratiam lacrimarum. Tunc conferebant ad invicem de statu caduco presentium, de vanitate seculi, de futurorum gloria et de pervigili 5 pastorum regimine. O quam pii zeli loquenti ad presulem viro Dei inerat plene libertatis auctoritas! Sed nec perfecte subiectionis patiens humilitas deerat audienti, cum nec loquentem premeret auctoritas audientis nec caritas audientem offenderet arguentis. Sed nec ille tantum palpans vitia virum tante dignitatis in quibus opus erat timebat arguere, nec audebat iste resistere tante sermonibus sanctitatis. Libenter enim audiebat eum et, audito 10 eo, multa faciebat. Igitur, ut premissum est, a Remensium ipse presul nunciis accersitus, nocte illa qua mane parabat ascendere, expletis vigiliis, intravit ecclesiam, altarique appropians, cui reverendi[c] supererant martyris reliquie, a lacrimis contineri non poterat, et ad Dei servum, qui propter sedebat, vultum convertens, flebilem complosis manibus se illius prostravit vestigiis, omnique femineo sexu factus humilior, cum non posset ad plenum verba 15 formare, singultu nimio rumpente sermones, nutu tamen quo poterat precum illius suffragia intentissime precabatur. Facto autem mane, Dyonantum adiit; illic enim utriusque dyocesis nuncii convenerant, pomposis altercationibus pro rapina presulis ad invicem disceptantes. Francigenis quidem avorum progeniem et dulce solum patrie natalis memorantibus, pars altera simpliciter gloriosum martyrem ipsius pene ex matris utero nutricium trium- 20 *p. 478. phumque de hostibus et gentem pacificam conferebat. Inter adventantes autem *ipse pontifex videns conversum quendam Alnensis cenobii Symonem nomine, virum scilicet vite sancte et fame laudabilis, sciscitabatur attentius, divine voluntatis noticiam a viro cupiens extorquere. Cumque ille maioris personas nominis et sanioris consilii sciscitandas proponeret, nichilominus presul fratri illi abbatis proprii, qui tunc forte aderat, precepit in- 25 stantia, ut, si sciret, Domini non differat edicere voluntatem. Ad que frater: 'Voluntatem', ait, 'Domini si scire et adimplere desideras, illius ecclesie regimen non contempnas, ad quam tuus precipue spiritus affectuosius se inclinat'. Et mox ille: 'Cesset ergo', ait, 'partis utriusque calumpnia; nam et ego, alibi cuiuslibet honoris gloria refutata, Leodiensem baculum ob amorem beati Lamberti corde tacito preelegi'. Quod verbum Leodienses rapien- 30 tes ab ore pontificis, vocibus mox altissimis *Te Deum* intonantes, confusis Francigenis, retentum sic Leodii cum summa leticia antistitem reduxerunt.

Vit.Odil.II,4. 96. Huius quoque Hugonis industria Leodiensi postmodum dyocesi immensa pervenit commoditas. Nam castra illa duo[1] de Muha et de Waleve[2], de quibus supra diximus, per eius sollertiam nostre sunt dyocesi perhenni iuncta federe, quorum confirmatio a summo 35 tunc pontifice Honorio[3] et ab augustis quoque patre et filio necnon et multis aliis satrapis 1227. April. et principibus sigillo insolubili sagaciter est firmata. Factus est preterea anno Domini 1227. quidam ad pacem Leodiensis[d] ecclesie contractus[4], dum pro quovis responso Sancti Trudonis oppidum, quod Metensi ecclesie olim beatus confessor Trudo contulerat, Leodiensi est dyocesi per venerabilem Hugonem perpetuo sociatum, annuente Iohanne Metensi tunc epi- 40 scopo et maioribus ecclesie prefate, cum omnibus suis pertinentiis[5] et omni integritate qua illud possederat episcopus et ecclesia Metensis, et iurisdictione[e] duarum abbatiarum *p. 479. Walcidiorensis et de Hasteriis[6], *necnon et Sancti Trudonis. Pro his omnibus tradita est curtis de Berthehem et de Maderiis[7] et alii redditus, quos sanctus Lambertus tenebat in

a) unoque *Chapeav.* b) minis *c.* c) revertendi *c.* d) Leodiensi *c.* e) iuriditionem *c.* 45

1) Meminit huius acquisitionis auctor Vitae s. Odiliae lib. II, c. 4. CHAPEAV. 2) Moha, Waleffe prope Huy, de quorum acquisitione auctor Vitae Odiliae accuratius retulit in lib III, c. 1. 2 (v. i.), quem Aegidius supra operi suo inseruit. 3) Cf. Schoonbroodt, Inventaire p. 17, Nr. 49. 4) Meminit et huius contractus auctor Vitae s. Odiliae lib. II, c. 4, ubi fit mentio retractationis, quam Metenses Romae moliti sunt, sed frustra, facere. CHAPEAV. 5) Eadem verba (*cum omnibus suis pertinentiis* — *monete*, exceptis tantum *Walciodorensis* et *Maderiis*) leguntur apud Reinerum a. 1227 (l. l. p. 680), quem cum auctore Vit. Odiliae ex eodem fonte, libro fortasse traditionum Leodiensium, hausisse coniecerim. Diplomata Heinrici regis et Heinrici archiepiscopi Colo- 50 niensis cum tabulis episcopi Metensis et Leodiensis exstant ap. Chapeavill. II, 246; Schoonbroodt p. 18, Nr. 52 sqq.; cf. Albric. a. 1227, SS. XXIII, 920; Gest. Trud. cont. III, p. II, c. 4, SS. X, 393. Ad rem vid. Wohlwill, 'Anfänge der landständischen Verfassung' p. 50. 6) Waussor et Hastières. 55 7) Maidières, départ. Meurthe, arrond. Nancy.

Metensi dyocesi, additis insuper duobus milibus libris Metensis monete. Cuius rei contractus cum ab apostolico confirmatio quereretur et iam ipsa Metensis ecclesia quod fecerat satageret revocare, nichilominus, quod Domino disponente pene consummatum fuerat, omnino in reliquum non potuit irritari. Illo enim tempore vir vite venerabilis et nunc pie memorie Conrardus cardinalis in supremo constitutus spiritu, qui pene a cunabulis beati Lamberti educatus erat stipendiis, astanti sibi summo pontifici affirmabat, factum istud utrique ecclesie fore proficuum, conversusque in preces: 'En a te', inquit, 'pater sancte, hoc unum et ultimum fieri deprecor et exopto, ut, partis utriusque cessante calumpnia, quod factum est, sigilli tui instanti munimine roboretur perpetuo permansurum'. Quo favorabiliter annuente, mox ab eo, dein a prefatis principibus bullatis cyrographis contractus illius oppidi sempiterno robore confirmatur. Sunt autem hec omnia facta ad pacem Leodiensis dyocesis, postquam dictum Hugonem antistitem a Remensi electum ecclesia ad sedem pristinam insolubilis caritas et potens bonorum virorum oratio revocavit. [Eodem[a] anno Henricus rex, filius Frederici imperatoris, Aquisgrani veniens, celeberrimam curiam habuit dominica[b] qua cantatur *Iudica me* cum nobilibus Theutonici regni, archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus. Affuit etiam Ferrandus comes Hanonie et Flandrie, qui per 12 annos Parisius in captivitate a rege Francie detentus fuerat et priori anno absolutus. Ubi a Coloniensi archiepiscopo Henrico uxor ipsius regis, filia ducis Austrie, regali benedictione consecrata et coronata in sede regia collocatur. Predictus[1] Ferrandus[c] in presentia regis ac procerum repetebat a domino Hugone episcopo partem terre Hanonie[d], quam eidem tradiderat, donec ducis barbari[2] fallax promissio compleretur, ut supradictum est, et quicquid ultra sortem receperat per spatium 15 annorum. Cuius petitionem episcopus petebat determinari per ministeriales aule regie. Qui habito consilio cum principibus qui aderant, sententiatum est, quod episcopus non tenebatur pignus reddere neque illa que in eo receperat, pro eo quod dictus comes dictam terram ab episcopo tenebat in feodum. Anno[e] sequenti imperator Fredericus mare transiit, et recuperata Iherusalem et parte Terre Sancte . . . .[f] quia quasi inobediens et excuminicatus[g] . . . .]

Vit. Odil. II, 4. — Chron. Reg. Col. 1227. — Vit. Odil. II. — Chron. Reg. Col. 1228.

97. Anno[3] domni Hugonis ultimo personaliter ipse sanctam synodum celebrare instituit decretumque in ea veteranis sancivit Legie privilegiis contrarium. *Cuidam autem persone per spiritum innotuit, Domino revelante, prefatum intra anni circulum migraturum antistitem, si non quod promulgaverat quantocius irritaret. Quod scriptum[h] in scedula a quodam presbitero transmissum est antistiti, per manum videlicet admodum docte vetule[i] mulieris. Quem egredientem die quadam de basilica palatio contigua, presuli inproviso caute satis obvians scriptumque illud offerens, *clamque recessit. Propter commeantes autem legendi presul non habens copiam, inde preteriit. Et ingressus thalamum, sedens et relegens quod clausum diu tenuerat, furore rapitur incredibili, et tamquam qui mori refugeret, cogitur exclamare: 'Currite', ait, 'currite, maledicta revocetur anus'. Que minime reperta est, nam satis edocta fuerat, ne in legatione hac moram facere devitaret. Ipse vero pontifex, ne cuiquam innotesceret, furiosis dentibus cartulam laniavit. Hoc autem homini Dei Iohanni sacerdoti non latuit; nam et qui visum viderat et qui cartam scripserat supradictam, hec omnia eidem per ordinem retulerat. Igitur orbita solaris cursum suum nondum perfecerat, et ecce, ut prefate visionis prophetia flebilis impleretur, presul ipse moriturus Hoyum devenit, decumbensque lectulo, egritudini cogitur[k] subiacere. Cuius preventus incommodo vite, cum iam vivere desperaret, adveniens presbiter, prefate scriptor sedule[l], conspectui eius astitit, tenorem huiusmodi commemorans ex obliquo. Et eger: 'Heu', ait, 'quam sero super hoc commisso penitui'. Tunc sacerdos: 'Quod credere tu tunc', ait, 'domine mi, noluisti, nunc te patientem videre nobis miserrimum est'. Et de hiis hactenus.

Vit Od II, 30. 1229. — *p. 480.

98. Erat in illo tempore in urbe provecte etatis sancta quedam et prophetissa mulier[4], de qua in huius libri termino aliquid proposui memorandum. Hec itaque servo Dei Iohanni

Ibid. II, 5.

a) *add. A. in marg.* b) d. q. c. I. m. *superscr. A., uno fere vocabulo eraso.* c) querimoniam movit ante regem de Hugone episcopo predante (?) partem terre Hanonie *scripsit et rursus erasit A.* d) p. t. H. a. d. Hu. e. *corr. ut editum est.* e) *haec posteriori tempore addit A.* f) *abscisa* cum Sarracenis usque ad certum terminum treugas facit. Sed, *quae ex Chron. Reg. Col. supplenda sunt.* g) tus *et sequentia abscisa; cf. Chron. Reg. Col.* h) scriptum est *corr.* scriptum *c.* i) v. d. *corr. ut editum.* k) lectulo *corr.* cogitur *c.* l) *ita c.*

1) Etiam haec ex Vita Odiliae desumta esse, ex stilo concludere licet; vid. not. seq. 2) i. e. Henrici ducis Brabantiae, quem auctor Vitae Odiliae in libro tertio saepius hoc nomine significat (c. 2. 4. 9. 13 etc.) De hac traditione partis Hanoniae a. 1212. facta vide ibidem c. 7. 3) Hausit Aegidius hoc totum caput verbotenus ex auctore Vitae s. Odiliae lib. II, c. 30. CHAPEAV. 4) De hac muliere et prophetia agit quoque auctor Vitae s. Odiliae lib. II, c. 5. CHAPEAV.

sacerdoti mandavit per interpretem, quatinus infirmanti presuli utcumque suggereret, si vellet potiri sanitatis gratia, ipsum debere Leodium descendere, alioquin non posse evadere mortis articulum inminentem[a]. Qui Hoyum veritus ascendere, cuidam ex illius domesticis hoc indixit negocium, ipsum diligenter instruens, qualiter sanitatis eger optineret remedium, si descendere non tardaret. Ille[b] vero talibus non intendens, verba viri sompnia existimans, *quia in dicto sibi supersedit negocio, heu! isti antistiti protelata est nimium concupite largitio sanitatis. Aderat, instabat antistiti debacantis mortis importuna congressio. Et ut vera prophetisse probaretur sententia, non delatus Leodium, in castro Hoyensis oppidi, omnibus rebus suis tam exterioribus quam interioribus ad se et ad episcopatum pertinentibus laudabiliter et honeste dispositis, devotissime et plenarie assecutus omnia sacramenta sancte ecclesie, assistente magistro Iacobo Aconensi episcopo, eligensque sepulturam suam in Valle sancti Lamberti, Cysterciensis ordinis, quam ipse edificaverat, extremum inter manus astantium spiritum exalavit [2. Idus[c] Aprilis[1], hora 6, crastino Leonis pape], anno Domini 1229, feria 5. in cena Domini, delatusque est [die[d] paraseves] Leodii per defluum Mose alveum usque ad cenobium sancti Iacobi, ibique ab universo clero et populo nobilibusque[e] patrie cum magno luctu et eiulatu raptus, delatus est in ecclesia sancti Lamberti, ubi cum maximis exequiis usque ad feriam secundam iacuit. Factumque est, cum de loco sarchofagi inter primos ecclesie questio fluctuaret, secus aram beati Materni, quam in maiori ecclesia idem consecraverat, de consensu capituli precipitur sepeliri. Quo cognito, vir quidam religiosus obstupuit, et ultra quam credi potest admirans, dicebat intra se: 'Num alias sepeliri poterit, quam quo michi a Domino per eundem ostensum est'? Talia eo cogitante, mutato Dei nutu repente maiorum consilio, locus prior reclauditur, multumque illo dignior ante altare sanctorum Cosme et Damiani, ubi beatus Lambertus martyrio coronatus est, sicut vir Dei previderat, accelerante sarculo aperitur. Ubi a domino Iacobo Acconensi episcopo, [abbatibus[f] diversorum ordinum] proceribusque, ducibus et comitibus tocius patrie sepelitur [16.[g] Kal. Maii in crastino pasce anno Domini 1230[2]; super cuius sepulcrum] in lamina cuprea[h, 3] hoc exaratum est epytaphium:

Francia me genuit, cathedravit Legia; morum
*Me decoravit apex, sensus, gena, sanguis *avorum.*
Hugo fui Petra-Ponte satus; locus iste relictum
Corpus habet, capiunt vermes e corpore victum.
Sic perit orbis honor[i], sic defluit omne decorum.
Posce Deum, lector, ut me locet arce polorum!

Vir iste magnificus ante duos annos obitus sui disposuit testamentum suum, et penes aliquos abbates deposuit Cystercienses usque ad triginta duo milia marcharum vel amplius, ut de[k] hac pecunia pars[k*] restituatur eis a quibus non iuste tulerat, residuum ut conferretur in elemosinam monasteriis, ecclesiis, pauperibus, viduis, orphanis, religiosis utriusque sexus et leprosis in toto episcopatu. Quod pietatis opus electi[l] abbates fideliter impleverunt.

99. Factum[m] est[4] post discessum ipsius, paulo post ipse Hugo episcopus cuidam religiose persone apparuit, sibi gratum asserens, quod migrasset a seculo; nam licet in locis torqueretur penalibus, mortis tamen evaserat sententiam sempiterne. Cumque Cysterciensis ordinis aliorumque multorum ordinum pro defuncto presule tepesceret oratio, cuidam suo familiari[n] sacerdoti religioso in vigilia penthecostes prope cellam astitit virumque Dei, rugitum magnum proferens, quiescentem in lectulo querelus[o] excitavit. In cuius testimonium cum ipse quendam dormientem ibi invocaret puerum, ille gravi sompno depressus inercia rugitum huiusmodi non audivit. Expleto vero abhinc quinque annorum spacio, levi sacerdos ille detentus[p] in extasi, ipsum presulem vidit suo illo grato decumbentem in lectulo, se autem illi tamquam ministrum assistere, cui devium pontifex inter verba flebilia taliter loquebatur: 'Omnes', ait, 'fili bone, derelicto paupere, recesserunt a me, tibi soli relictus sum, tu adiuva me'. Et ille: 'Iuvabo', inquit, 'utique, si michi a Domino virtus suppetit et facultas'. Ab illo ergo die tantum ad preces pro anima ipsius convaluit, ut, quotiens pro eo orare intenderet, *non quasi agonizans orabat prolixius, sed totus plenus lacrimis se gau-

a) imminens *adnotavit scriba in marg.* b) Ille — quia *bis scripsit c.* c) *A. in ras. inter lineas et in marg.* d) *ita A. in marg.* e) que *superscr. c.* f) *superscr. A.* g) *haec add. A.;* XVI — crastino *in loc. ras. inter lineas, reliqua in margine.* h) *in ras. manu scribae.* i) o h. *in ras. c.* k) *deest c.; supplevi ex Rein.* k*) pars altera *corr.* pars *c.* l) delecti *Rein.* m) Ecm (cm *in ras.*) *c.* n) cuiusdamque sui familiaris *c.* o) quelulus *c.* p) depressu *corr.* detentus c.

1) False 17. *Kal. Aprilis* Rein., *tertio Idus Aprilis* lib. commemorat. Leod. (Chapeav. II, 251). 2) *a.* 1229. potius. 3) In *enea* lamina apud Albricum, SS. XXIII, 924, qui cum nostro e communi fonte hausisse videtur. Cf. quae adnotavit v. cl. Scheffer-Boichorst p. 923 n. 92. 4) Et hoc totum caput Aegidius hausit ex auctore Vitae s. Odiliae lib. II, c. 5. sub finem. CHAPEAV.

debat, mirabili spiritus dulcedine debriari. Unde factum est, ut post modici temporis intervallum rapto isti in spiritu astitit[a], ipso prosequente presule multorum pontificum turbam prelucidam[b], quorum dux quidam previus sic alloquitur speculantem: 'An nescis, bone sacerdos, quisnam iste sit qui nobis precedentibus infulatus insequitur'? Quo respondente, hunc suum esse domnum Hugonem patrem et[c] episcopum, mox suis illum provolutum genibus iubetur absolvere[d], absolutumque in partem dexteram[e] benedictionis transportavit gratia, qui ad levam consederat usque modo. Ab illo ergo tempore[f] per spiritum viro Dei innotuit, partem purgatorii fortiorem[g] predictum antistitem transcurrisse. Et de hiis ista modo sufficiant; nunc ad successorem ipsius calamum reflectamus. (Vit Od. II, 5)

100. Sepulto domno Hugone episcopo [feria[h] secunda in pascha, que fuit 17 Kal. Maii, anno dominice incarnationis 1230[1], ut dictum est, prefixo electionis die, ab universo clero, ducibus et comitibus et nobilibus aliis militibus et a plebeis in crastino ascentionis Domini, silicet 9. Kal. Iunii, pridie[i] Urbani pape[2], quando ver finitur et estas oritur], absque ullius contradictione eligitur in episcopum Leodiensem [66[um]][i*] domnus Iohannes [secundus[k]] maior prepositus, filius sororis domni Hugonis episcopi[3], vir honestus et castus, qui Leodiensem rexit ecclesiam annis [octo[l]. Hic in quadragesema sequenti ordinatus est sacerdos a domino[m] Waltero episcopo Tornacensi, sabbato[m] Sisientes, die Perpetue[m] et Felicitatis[4], in castro Tudiniensi[m.n.5], et in crastino, silicet dominica in passione, consecratus[m] est in episcopum a domino Henrico[m] Remensi archiepiscopo et in octava pentecostes celebravit sollempnem[m] primam missam in Walle sancti Lamberti anno Domini 1231[o], primam[p] vero sinodum tenuit[m.p] in Novo-Monasterio Hoyensi in epdomada Trinitatis[6]. Ibi Theodericus Sancti Iacobi novus[q] abbas diem clausit extremum]. (Rein. 1229; 1230. Mart. 23; Iun. 2; Iun. 6.)

101. Cuius[7] temporibus tanta per orbem universum insonuerunt prelia, ut non solum bellorum[r] civilium ad invicem insaniret vesania, verum qui Romanum regeret[s] imperium, Fredericus, in sanctam non timuit desevire ecclesiam. Cuius certe stulticiam summus pontifex Gregorius nonus[t], multorum antistitum vallatus auxilio, non prece, sed prelio compescere satagebat. Considerans itaque et perpendens, quod in maris medio quassaretur turbinibus agitata Petri navicula[8], in omnem terre semitam ad quoscumque sui iuris esse cognosceret suos misit nuntios, sub veritate fidei *omnes sibi confederans, ut oportuno tempore prevaleret indomitam regie dignitatis retondere disciplinam. Quorum unus, peragratis superioribus Allemannie partibus, Otto scilicet Sancti Nicholai in carcere Tulliano dyaconus cardinalis, [postmodum[u] episcopus Portuensis], venit Leodium, [dominica[u] in sexagesima in qua canitur tractus: *Commovisti, Domine, terram et conturbasti eam*, que fuit 7. Kal. Februarii anno Domini 1230[9]], ut Iohannem tunc presulem Romane ecclesie (Vit. Odil. II.; *p. 484.)

a) ast in sp. *corr. ut editum est.* b) turba prelucida *c.* c) Hugonem *corr.* et episcopum *c.* d) ere *in ras. c.* e) *supplet scriba in marg.* f) tem *in ras. c.* g) *in ras. c.* h) feria — Iunii *add. A. septem lineis erasis; reliqua in margine.* i) *evanuit, ut vix legi posset; ita etiam Chapeav.* i*) sexagesimo sexto *add. A. in marg.* k) *superscr. A.* l) octo *add. A. in ras.; reliqua omnia in margine.* m) no, *primum* b, *tertium* e, *primum* i, cra, co, emp, t *abscisa.* n) ni *superscr. c.* o) I *absc.; supplevi ex Chapeav* p) *in ras. c.* q) *ita c.;* decimus nonus *secundum Ann. S. Iac Leod.* 1229, *SS. XVI*, 642. r) belorum *c.* s) regere *c.* t) novus *c.* u) *add. A. in marg*

1) 16. Kal. Maii a. 1229. ex Reinero corrigendum. Cf. s. III, c. 98. 2) Haec non plane inter se concordant, quoniam a. 1229. dies post ascensionem in 8. Kal. Iunii et in diem Urbani (Mai. 25) incidit. 3) De genealogia cf. Albricum a. 1168, SS. XXIII, 852: *Clementia viro nobili Hugoni de Wasnou peperit Robertum de Petraponte . . . , Galterum de Wasnou, episcopum Hugonem Leodiensem et Margaretam domnam de Eppa* (Aps), *matrem alterius episcopi Leodiensis, nomine Iohannis.* 4) Anno 1231. sabbatum Sitientes incidit in diem 8. Martis, dies Perpetuae et Felicitatis in d. 7. Martis. Sed haec omnino in annum 1230. reiicienda esse, quo anno sabbatum Sitientes est dies 23. Martis, recte monuit Foullon, Hist. Leod. I, 332; quocum convenit Albricus a. 1230, p. 926. 5) Thuin. 6) Haec synodus iam a. 1230. celebrata est teste Reinero, SS. XVI, 680; Albrico p. 926. 7) Sequentia usque ad finem capituli ex Vita Odiliae sumta esse, quamquam Chapeavillius nil adnotavit, visio Iohannis abbatuli paullo infra enarrata necnon dicendi color manifestissime docet. 8) Cf. Gregorii encyclicam celeberrimam, Potthast 8044. 9) More Gallico annum a paschate auctor inchoasse videtur, cum dies (Ian 27) cum anno 1231. conveniat. Sed Ottonem cardinalem non nisi mensibus Ianuario et Februario a. 1230. Leodii fuisse, evincit Schirrmacher, 'Die Mission Ottos des Cardinaldiacons von St. Nicholaus in carcere Tulliano in den Iahren 1228 1231' (Forschungen z. d. Gesch. VIII.) p. 50 sqq. Quare etiam quae in sequentibus narrantur de fuga episcopi et Ottonis a Leodio in Hoyum, non a. 1228, i. e. iam tempore Hugonis episcopi, evenisse, ut testatur Chron. Reg. Col. SS. XVII, p. 841 (quam sequitur Winkelmann, Friedrich II, p. 320; Forschungen VI, p. 409), sed potius a. 1230. evidentissime patet. De dissensionibus inter episcopum et oppidum Leodiense cf. Boehmer, Regesta imperii 1198—1254 p. 234 n. 203, p. 235 sq. n. 215. 224.

Vit. Odil. II. federe[a] consimili copularet. Qui cum inter cetera etiam inter clerum patrimonii Iesu Christi fieri preciperet scissionem, recisis volebat stipendiis sub parsimonie studio pauperes coequare divitibus opulentosque consentire humilibus, servata in omnibus parcitate[b]. Qua clerici non ferentes decorticari visa sibi iniuria, Aquensem presidem, qui regis vices in hoc defenderet, 1230. mandaverunt. Cuius Otto adventu cognito, cum ipsius urbis antistite Iohanne festinavit 5 egredi, fugientemque taliter cives non malivole sed simplici intuitu comitantes, presidem visi sunt effugasse. Nactus ergo dyabolus tempus voto suo conveniens, volebat, ut, predicti auctoritate nuncii ablato de medio misse mysterio, per quod solum contra eius tyrannidem nostra crebro triumphavit ecclesia, et[b*] ut posset sanctam sedem Leodiensem in favillam redigere, immisit in cor viri, qui nullo prosequente fugiens recesserat, quatinus, cunctis ex- 10 clusis a Legia sacramentis fidei, solis tantum puerulis sacramentum baptismatis conferretur, prostrato nichilominus per omnes ecclesias in pavimenti pulvere crucifixo. Facti cuius cum ad thronum regni pervenit noticia, dictos cives scilicet virum regi contrarium cum honore suscepisse indebito, mox a sui sinu consilii probatum exponens tyrunculum: 'Vade', inquit, 'vade, non parcat oculus tuus, quin a sanctuario incipiens omnes illos[c] perdas apo- 15 statas, qui me nolunt regnare supra se, sed et urbem cum bonis omnibus vastatore[c*] gladio *p. 485. publicabis'. Cui Leodium venienti occurrit *dux Ardenne[1], sciscitatusque super hoc, inane respondit et frivolum quicquid in regis mendaciter curia divulgatum fuerat, sed pocius ipsi cives in regis preconium sepedictum pape nuncium cum suo pontifice expulissent. Quo audito, factum tale, licet falsum, approbans, super eo furibundus adiit antistitem eique, quem 20 promulgate in urbem credebat auctorem sententie, sub regis imperio regalia interdixit. Sicque factum est, ut, quod nostris civibus provenire debuerat in augmentum dedecoris, mira Dei clementia mutatum est in gloriam ampliorem. Fuit ergo in Legia subruenda insultationis diabolice sub facto huiusmodi prima hec congressio. — Regali vero repatriante tyrunculo onerato satis in ipsorum civium deportandis regi muneribus, tocius auctor sceleris cum sancta 25 sede martyris bellum parabat repetere, bellum utique obprobrii amplioris. Cuius instinctu pontifex mox transmissis litteris omnem clerum ammonuit ab urbe recedere, suasque illi domos et castra publicans, rogabat non diffidere: illis enim habundanter tribuere ad vescen- cf. Ex. 17, 3. dum, qui olim gregem Israel paverat in deserto. Quod si facta foret dissentio, mox in clericorum domos laicali irruente insania, antistes ipse deforis adveniens, totam[d] in potenti 30 cf. Ps. 135, 12. brachio disponebat cum populo subvertere civitatem; illius enim auctoritate utebatur et[e] potentia[2], qui cum suis crebro domesticis conferebat de sede nostre dyocesis alias transferenda. Hec quoque fuit congressionis dyabolice adversus sedem martyris insultatio repetita. Maioris autem ecclesie decanus Iohannes, antequam missam a pontifice cartam legens inspiceret, unus loquens pro omnibus, contra tenorem littere sedem apostolicam intrepidus 35 *p. 486. appellavit. Perlecta autem *cartula, qui aderant clerici loquebantur ad invicem et dicebant: 'Palacia nobis et castra sufficiunt, sed si rursum manna velit pluere Deus[f], ignoramus'. — Fraudatus ergo sua spe hostis ille callidus, tercio impetiit civitatem. Impetiit autem sic. Erat in urbe vir potens, ad cuius nutum tocius rei publice tunc spectabat negotium, cuius frater in partes secedens Hasbanie cuneos decidit in hostiles, quorum inermis armate suc- 40 Mai. 18. cumbens manui, vulneratus [eodem[g] die] occubuit, [anno[h] Domini 1231, 15. Kal. Iunii die dominico, quando celebrabatur octava pentechostes]. Audito autem eius frater funere, cum suis complicibus reperiens apud Leodium quendam [militem[g]] consanguineum*, licet huius ignarum sceleris, statim in eius exarserunt interitum, sanguinem vindicantes. Quibus fieri incipientibus, servo Dei Iohanni quiescenti in cellula desuper repente tumultus demonum 45 tantus infremuit, ut, omni sibi ablata requie corporis, illis quidem exultantibus, ipse ad orandum confugiens gemebundus in lacrimis cogitur pernoctare. Predictis patratis flagitiis, bellum tamen enorme tantoque crudelius quanto vicinius hinc inde exortum est, ut propter latentes insidias nullus abintus vel deforis auderet ingredi vel egredi civitatem. Fuit[i] vero hec triplicate nequitie in urbis excidium destructio non impleta, frustra tamen, 50 quia lapsa non est, quod singulari privilegio olim fundata fuerat super pii martyris sanguinem gloriosum. Hiis ita se habentibus factum est, ut, illis qui tocius christianitatis[k] obtinent

*) *A. superscr.:* patruum.

a) *post* federe *vox erasa.* b) paritate *Chapeav.* b*) *delendum videtur, nisi aliqua deesse statuas.* c) o. i. inc. *corr.* inc. o. i. *c.* c*) vastandam *Chapeav.* d) totum *c.* e) *superscr. c.* f) dictis *c.* g) *superscr. A.* h) *add. A. in marg.* 55 i) flevit *corr.* fuit *c.* k) christianitati *c.*

1) Henricus IV. 2) Henrici I. comitis Brabantiae.

principatum regiminis in pacem redeuntibus, Fredericus augustus summo pontifici nullo pacto reconciliari voluit, nisi prius illam tam crudelem faceret relaxari sententiam et Leodiensi pacem pristinam redderet civitati. Missis ergo ex arrupto litteris, nullo quidem hominum, sed solius Dei procurante clementia, venit ad nos nuntius ex summi pontificis mandato, *omni dilatione postposita ipsam absolvi precipiens civitatem. Quo audito, ille legatus, qui in nostre hactenus dyocesis morabatur confinio, ad suum palliandum dedecus duobus statim Leodium missis abbatibus de ordine Cysterciensi, duram illam revocavit sententiam, et absoluto populo, volens nolens, pacem quam tulerat coactus est reddere civitati.*

Vit Odil. II. — *p. 487

*) *A. add. in marg:* Hoc itaque in tempore, id est anno secundo episcopatus domini Iohannis, fundatum est cenobium quod dicitur Grande-pratum [1], ordinis Cisterciensis, in assumtione beate virginis Marie a Margareta comitissa de[a] Vienna de bonis Philippi comitis Namucensis, sui fratris, sicut ipse constituit pro remedio sue anime, cum esset crucesignatus contra Albigenses, quo[b] in itinere obierit sepultusque fuerit[a] Vacelles [2]. Huius primus abbas extitit dompnus Iohannes, vir religiosus et humilis, qui, multis expensis factis et apparatu, die eodem quo cingulo militie accintus erat, ordine Cisterciensi in Villari [3] se accinxit, relicta vanitate seculi. Tercio autem episcopatus[c] Iohannis anno, Deo inspirante, nonne de Solires, ordinis sancti Agustini, assumpserunt ordinem Cisterciensem, quarum prima abbatissa nobilis et religiosa[d] domina Isabeaz de Bonen, consanguinea[e] dicti episcopi, extitit[f].

1231. Aug. 15. — 1232.

102. Orta etiam his diebus contentione inter Iohannem episcopum et comitem Walleranum [4] causa castri, quod Smaragdus vel Pilansvacca [5] ab incolis terre illius vocatur, non longe distans a fluvio Mose et oppido Dyonanto: hoc castrum cum cum exercitu magno tam Leodiensium quam Flandrensium aliorumque nobilium predictus Iohannes episcopus obsedisset obsessosque iam pene in desperationem reddidisset[g], morbo ingravescente, ignorante exercitu Dyonantum proficiscitur, ubi post paucos dies in dampnum tocius patrie diem clausit extremum 6. Nonas Maii [6], anno Domini 1238, presidente sedi apostolice Gregorio huius nominis IX, [imperante[h] domino Frederico secundo], regnante in Alemannia [Henrico[h] VII, predicti[i]] Frederici[k] [filio[l], sed ante annum in custodia patris mortuo]. Corpus vero eius, ignorante exercitu, a Dyonanto nocte delatum est et in Valle sancti Lamberti honorifice sepultum, occulte[m] tamen nec tam sollempniter ut tantum decebat pontificem, ne de tanti viri exanimatione obsessi animarentur, et ne forte de exercitus perturbatione superbirent hostes eorum. Processu vero temporis ab abbate eiusdem loci super sepulcrum eius et circa decenter exaratum est hoc epithafium:

1238. — Mai. 2

Quem splendor morum, generosus sanguis avorum
Famaque dotavit; quem Legia pontificavit;
Quem pia mens, quem larga manus, caro munda beatum
Clamabant, ipsum tegit hic lapis incineratum.
Francia me natu, decoravit pontificatu
*Legia, *clarorum sanguis generavit avorum.*
Mundus divitias dedit et cumulavit honores,
Auxit amicitias, famam populique favores.
Hiis simul accessit quod habent hec tempora raro:
Mens sincera, manus larga, pudica caro.
Servet abinde ratum qui me videt incineratum,
Quam cito iocondi marcescunt gaudia mundi.
Ergo:
Legia da lacrimas tristes in morte Iohannis,
*Qui tuus antistes te rexit ter tribus annis!**

*p. 488.

*) *A. in marg.:* Ergo: *Legia da lacrimas de morte Iohannis,*
Qui te[n] bis binis rexit cum quatuor annis!

a) de, fue *absc.* b) *loc. ras. c.; supplevi.* c) a. e. *in ras. c.* d) regiosa *c.* e) consanguia *c.* f) *in margine infer. (p. 486) aliqua addita erant, sed iam erasa nil fere legi possunt nisi:* de peregrinatione ad Sanctum Iacobum, de claustro Veteris Riveti . . . . de uxore Frederici et obitu . . . . de constructione Roberti Montis . . . . *et alia multa enumerata fuisse videntur.* g) reddisset *c.* h) *superscr. A.* i) *in ras. c.* k) Frederico *corr.* Frederici *A.* l) f. *superscr. A.; cetera in marg.* m) e *in ras. c.* n) *post* te *vox erasa.*

1) Grandpré, départ. Ardennes, arrond. Vouziers. 2) Vaucelles, départ. Aisne, arrond. Laon. Cf. Albricum a 1226, SS. XXIII, 918. 3) Villers. 4) Limburgensem. 5) Poilvache, arrond. Namur. Ad rem cf. Albricum a. 1238, l. l. p. 942 sq. 6) 2. *Kal. Maii* secundum Albricum l. l.; Kalendis Maii illius meminit Liber mort. Lambertianus, teste Foullon I, 337.

Temporibus*) istius Iohannis[a] viri venerabilis in loco qui Graveria[1] antiquitus dicebatur, ubi duo flumina Mosa et Urta[2] in unum conveniunt, fundata est ecclesia in honore beate Marie; qui locus tanti nominis excellentie cedens, vocabulum vetus deponens et nomen novum assumens, Insula beate Marie vocitatur et est. Ubi primum canonici regulares fuerunt, postea fratres de ordine scolarium constituti sunt, qui usque hodie ibidem religiose degentes in Dei servitio perseverant. Huius etiam antistitis tempore inchoata est ecclesia fratrum Minorum cum appendiciis suis iuxta ecclesiam sancti Iacobi in loco qui Trestes vocatur, [quam[b] episcopus Iohannes consecravit in octava beati Martini] (Nov. 18.); necnon et ecclesia fratrum Predicatorum in Insula. Ecclesie, inquam, censu et rebus pauperes, sed virtutibus et sensu locupletes, que celesti pabulo redundantes, patriam reficiunt habundanter, tamquam paradysi promptuaria verbum vite delectabiliter eructantia ex hoc in illud (cf Ps. 143, 13).

(1234.) *) *A. add. in marg. infer.:* Anno 5. sui episcopatus inchoata est ecclesia fratrum Predicatorum in Lovanio. Preterea fratres Minores inchoaverunt Aquis ecclesiam unam, in Traiecto unam, in Sancto Trudone unam, in Lovanio unam, in villa de Distre[3] unam, in Nivigella unam, in Dionanto unam, in Namuco unam, in Hoio unam et in Masclinia[4] villa episcopi Leodiensis, sita tamen in diocesi Cameracensi; quibus omnibus consensum et suum auxilium prebuit episcopus Iohannes.

Et paullo post rursus eadem manu adnotata sunt: Est etiam in villa de Lywes conventus eiusdem ordinis et in Ardennia in villa Hufallize[5] alius conventus.

(1238. Iun. 25.) 103. Post decessum autem domini Iohannis episcopi celebratur electio circa festum beati Iohannis baptiste[6]. In qua electione pars quedam in dominum Ottonem prepositum Traiectensem et maioris ecclesie canonicum convenit, altera vero pars in dominum Willermum Valentine[7] ecclesie electum, fratrem comitis Flandrie[8], virum bonum et honestum, consensit. Quid plura? *Properant ad curiam viri prenominati cum adiutoriis suis, ventilataque electione coram summo pontifice et cardinalibus, venerabilis Willermus a summo pontifice confirmatur in antistitem Leodiensem, presente archiepiscopo Coloniensi [Cunrardo[b]], Frederico [imperatore[c]] tamen non consentiente, sed inflexibiliter fovente partes Ottonis. Pro quibus refrenandis controversiis[d] rex Francorum Ludovicus iunior Romam fertur misisse legatos[9] ad Frederici et summi pontificis animos mitigandos et ipsos ad unitatis et pacis concordiam revocandos. Qua de causa prefatus Willermus noster iam episcopus in partibus illis moram fecisse dicebatur. Interea vastabatur graviter episcopatus Leodiensis a vicinis predonibus undique emergentibus, dimicantibus enormiter inter se villis episcopalibus, quibusdam partes Othonis, aliis ex adverso partes Willermi tueri et confovere [nitentibus[e]], quia, ut legitur, *non erat tunc rex in Ysrahel, sed unusquisque quod bonum in oculis suis videbatur faciebat* (cf. Iud 17, 5). Hiis ita se habentibus, venit Leodium[10] (Nov. 1.) Conrardus, filius Frederici prefati, pro parte Ottonis, eum in cathedra episcopali informiter intronizans, volensque, ut cives ei fidelitatem sicuti domino suo et episcopo facerent et iurarent. Illis simpliciter et sagaciter respondentibus, se ei promptissime et libentissime fidelitatem debitam exhibituros quem mater ecclesia in episcopum canonice suscepisset. Inter hec fama discurrente, domnum Guillermum a summo pontifice Gregorio confirmatum et consecratum in antistitem,*) nec existente qui episcopatui interim in tribulationibus subveniret, expectabatur fere per annum novus episcopus a clero et populo ardenti desiderio, sed heu! quam cito, volvente rota fortune, fraudati sunt a desiderio suo. Cum enim idem esset venerabilis antistes in reditu itineris tam periculosi, *in dampnum tocius episcopatus Leodiensis in partibus Transalpinis diem clausit extremum anno Domini 1239, [mense[e] Octobri], presidente[f] sedi

*p. 489. *p. 490.

*) *A add. in marg.:* Sexagesimus septimus a beato Materno extitit episcopus.

a) vi. I. *corr.* I. vi. *c.* b) *add. A. in marg.* c) *superscr. A.* d) partes *corr.* controv. *c.* e) nitentibus *deest c.; supplevi ex Hist. mon. S. Laur. Leod. (Martene, Coll. IV,* 1099), *quae nostrum exscripsit, et Chapeav. II,* 264. f) pre *delevit A. in fine lineae antecedentis et scripsit in marg. ante vocem* sidente.

1) Grivegnée prope Leodium. 2) Ourthe. 3) Diest. 4) Mecheln. 5) Houffalize ad fl. Ourthe. 6) *in crastino sancti Iohannis* Albricus p. 943. 7) Valence. 8) Thomae. 9) *episcopum Lingonensem Robertum et domnum Adam militem* Albricus p. 944, qui in sequentibus etiam ex Aegidio quaedam in usus suos traxisse videtur; sed cf. infra c. 104 n. 7. 10) *in die omnium sanctorum* addit Histor. mon. S. Laur. Leod., Martene, Collectio IV, 1099; quod Boehmer, Regesta imperii 1198—1254 p. 257, in dubitationem vocat.

apostolice Gregorio.* Cuius tam obitus quam sepulture locus[a] ista scribentibus huc usque manet incognitus. Sepultus est[1], ut postea audivimus, in civitate Florentia.** Vacavitque sedes Leodiensis duobus annis. 1239.

*) *A. add. in marg.:* In Brictia[2]. Aliqui dicunt, in Viterbio eius intestina esse sepulta.

**) *A. add. rursus paullo inferius in marg.:* Sed postea transportatus[b] est in Sabauria, terra sue nativitatis[3], et in cenobio ordinis Cisterciensis Catacumba vocato iuxta suos parentes honorifice sepultus, qui dictum claustrum fundaverunt.

104. Anno igitur Domini 1240. statuta est dies electionis Leodiensis ecclesie circa festum omnium sanctorum[5]. Aderat tunc temporis in Francia domnus Iacobus Prenestinus[c] episcopus, sancte Romane ecclesie cardinalis et apostolice sedis legatus, quondam abbas Trium-fontium[6], ordinis Cystercii. Hic auctoritate sibi commissa ecclesiam Leodiensem sub pena excommunicationis inhibuit, ne sine consilio suo et assensu procederent in electione, cuius auctoritas valde fatigavit electores[7]. Tandem statuta die in presentia predicti legati electoribusque in electione desudantibus, in tribus personis consenserunt, quorum nomina coram domino legato et capitulo deposuerunt, Robertum videlicet Lingonensem[8] episcopum, Gaufridum Cathalanensem electum, fratrem quoque domni Willermi supradicti Leodiensis episcopi[9]. Hortatu igitur et consilio domni Iacobi legati et maiorum ecclesie Leodiensis qui convenerant domnus Robertus, sede Lingonensi resignata, in episcopum Leodiensem eligitur et constituitur.* Vir nobilis genere, cuius fratres erant domnus Radulphus Virdunensis episcopus et domnus Iohannes de Torota[10] ballivus Campanie. Fuerat siquidem iste Robertus quondam canonicus Sancti Lamberti et abbas Sancte Marie Leodiensis, quod est quidam magne dignitatis titulus in maiori ecclesia. Erat etiam in lege divina satis eruditus, ingenio sagax, astutus in verbis, multis bonis decoratus moribus, et tamquam decoris domus Dei dilector ardentissimus in precipuis et preciosis ecclesie ornamentis *multum extitit curiosus. Sed quia nemo ex omni parte beatus, fertur aliquanto tempore ambitionis nevo sorduisse et dedisse maculam in gloria sua. Cum enim in electione Remensis ecclesie unus ex pluribus esset nominatus, ut haberet habundantius unde partis sue causam foveret, sedi proprie multa fertur distraxisse, hominibus quoque suis et domibus religiosis necnon[d] et presbiteris episcopatus sui in exactione pecuniaria satis infestus extitisse, affectans incongrue dignitatem, quam non potuit optinere, quia eam celestis medicus saluti sue noverat non expedire. Sed et ista non tam auctoritate propria, quam pravorum consiliis venenosis depravatus fertur exercuisse. Hic est ille Robertus, qui gloriosi martyris et patroni nostri Lamberti in universo orbe gloriam dilatavit[e]. Nempe instinctu divino et hortatu venerabilis Iohannis decani Sancti Lamberti optinuit a generali capitulo Cysterciensi, ut per ordinem universum singulis annis predicti martyris festum sollempniter celebretur, de quo antea simplex tantummodo fiebat commemoratio. Dicant igitur omnes et cogitent singuli quicquid voluerint. Unusquisque enim in suo sensu habundat. Ego autem fidenter fateor, quod indubitanter credo, predictum episcopum gloriosi martyris gloriam longe amplius ampliasse, quam si mille militum homagia ei subiugasset, qui tot milia militum eius obsequiis non invite sed devote in perpetuum famulantium illi acquisivit, nec in unius tantummodo regionis angulo, sed in omni regione fidelium et natione que sub celo est. In hoc

Vit. Odil. II. 1240. Nov. 1 — *p. 491.

*) *A. add. in marg.:* Sexagesimus octavus episcopus

a) *hic aliqua superscripta, quae nunc erasa legi non possunt.* b) transportus *c.* c) Penestr. *c.* d) nec *c.* e) dilavit *c.*

1) Haec ab Aegidio ad antecedentia postea addita esse, elucet; attamen omnia eodem calami ductu manu scribae exarata sunt. 2) Brescia. 3) Pater eius erat Thomas comes Sabaudiae. 4) Hoc capitulum ex Vita Odiliae sumtum esse, probat commemoratio Iohannis decani S. Lamberti; cf. s. c. 101. 5) In tabula de lite inter abbatem Trudonensem et Gemblacensem, quam Chapeavill. II, 266. affert, Robertus episcopus iam 14. Iun. a. 1240. occurrit; attamen Aegidio hic plus fidei habendum esse arbitror, quoniam etiam Albricus (p. 948), Robertum demum circa Natale Domini a. 1240. in episcopatum Leodiensem venisse, narrat. 6) Trois-Fontaines, départ. Marne, arrond. Vitry-le-François. 7) De hac electione etiam Albricus p. 948. paucis egit, cum nostro ad verbum fere conveniens; neque tamen Albricum ex Aegidio hausisse, editor sagacissimus Scheffer-Boichorst indicavit: ea de causa fortasse, quod modo hic modo illic fusius quam alter rem enarret. Attamen si supra c. 103. de legatione Ludovici Romam missa Albricum ex nostro hausisse viro docto concedis, idem non minore iure hic statuas oportet. 8) Langres. 9) De fratribus Willermi cf. Albricum a. 1232, l. l. p. 930; a. 1236, p. 938. 10) Thourotte, départ. Oise, arrond. Compiègne (?). De genealogia v. Albricum a. 1162, p. 845 sq.

Vit. Odil. II. namque facto non laudis transitorie plumas appetiit, sed felici sagacitate sibimet providit, ut sua in posterum ob hoc apud Superos esset presentia in honore et apud nos memoria in benedictione.

105. Hic itaque plurimo tempore ante finem vite sue in magna securitatis et pacis *p. 492. *tranquillitate rexit episcopatum, et tandem apud castrum Fossense in contritione maxima 5 et devotione laudabili fine bono quievit in Christo anno Domini 1246, presidente sedi apostolice Innocentio IV, 17. Kal. Novembris[1], et apud Alnam monasterium Cysterciensis ordinis honorifice sepultus est. Sed processu temporis per manum reverendi viri Stephani abbatis Clarevallis de Alna ad Claramvallem transfertur, ubi prius sepulturam elegerat, dum sedi preesset Linguonensi, et ibidem ante altare sancti Andree honorifice sepelitur. 10

1246. Oct. 16.

Vit. Odil. II. 106. Hic[2] contulit ecclesie beati Lamberti duo pallia eximii operis et cappam preciosam.* Temporibus huius Roberti facta est siccitas immensa, ita ut fructus terre ab omnibus pene desperarentur, convenientibusque[a] in unum senioribus cleri et populi, de communi consilio divinam clementiam decreverunt exorandam, et ieiunio triduano indicto, trinam processionem ab omni clero et populo nudis pedibus et in laneis celebrari statuerunt, 15 scilicet feria 2. et 4. et 6. Convenientibus igitur cunctis in ecclesia beati Lamberti, assumptisque sanctorum reliquiis cum corpore beati Theodardi episcopi et martyris et sancte Madelberte virginis corpore, cum divinis laudibus et lacrimosis supplicationibus ad ecclesiam apostolorum prima die perrexerunt, secunda ad Sanctum Leonardum, tercia ad Sanctum Egidium. Cumque prima die, scilicet feria 2, adhuc essent in ecclesia apostolorum, missa 20 celebrata, quidam sacerdos Deo dignus vidit in visione chorum sanctorum apostolorum una cum beato Theodardo quasi orationi incombentem, divinam exorare clementiam, gloriosam quoque virginem quasi precibus eorum contradicentem, eo quod in ipsa processione clerus de ea sollempnem non fecisset commemorationem; sed quando in processione sollempnis *p. 493. de ea fieret commemoratio, scirent *procul dubio, preces eorum a filio suo clementer exau- 25 diri et plebis infortunio misericorditer subveniri. Quid plura? Iteratur processio feria 4. pergiturque ad Sanctum Leonardum, et commemorationem beate virginis, quam in processione pristina omiserant, duplicata devotione resumunt, inchoantes voce dulcisona[b] antiphonam beati Bernardi *Salve regina***, ubi protinus affuit divina clementia. Ille siquidem fons et fluvius misericordie, qui de uteri[c] virginalis egressus est paradyso ad irrigandam univer- 30 sam terram, noluit genitricis sue laudatores diutius fraudari desiderio suo, sed vehementi inundationis impetu letificavit civitatem suam. Cum enim paulo ante mira extitisset aeris serenitas, subito tanta inundatio pluvie erupit, ut fere omnes qui in ipsa processione aderant hac illacque dispergeret ad petenda tegminis beneficia. Meritis ergo et precibus gloriose virginis et beati Theodardi et sanctorum celum dedit pluvias, et terra dedit fructum 35 suum, et omnis plebs, ut vidit, dedit laudem Deo, qui est benedictus in secula. Nomen vero predicti sacerdotis, ipso superstite, ex industria reticemus, ne ipsi verecondiam generemus, et ne nos ab ipso tamquam secreti delatores iudicemur. Scietur tamen, Deo disponente, in

*) *A. addit in infer. marg. (491), nullo signo apposito:* Hic ecclesiam fratrum Predicatorum Leodiensium in honore beate Katherine una cum magistro Guidone Cameracensi et magistro Bonefatio quon- 40 dam Laudanensi[d] episcopis Idibus Agusti dedicavit anno 1242. Hiis diebus obiit papa Gregorius; cui successit Celestinus[e], qui obiit infra 17 dies. Postea cardinales non potuerunt concordari infra 22 menses[f]; tandem Innocentius est[g] electus[h]. Inperator autem Fredericus . . . .[i] vir devotus frater Helias, discipulus beati Francisci, de quo legitur 1245. in Vita ipsius[3]. Papa Innocentius concilium tenuit in Lugduno et ibi inperatorem Fredericum 45 deposuit; in quo presens fuit patriarcha Iherosolimitanus[k] et 100 episcopi. Cum autem reversus esset dominus Robertus finito[e] concilio, pro bono pacis aquisivit a Walerano comite pontem Oct. 14. et quidquid iuris habebat in Dionanto. In die[e] beati Kalixti[h] reedificatum est claustrum Roberti-Montis[l], ordinis Cisterciensis, a Lamberto canonico Leodiensi et custode beati Dionisii sub religiosa et nobili abbatissa domina Beatrice de Hufalia. 50

**) *Hoiensis interpolator add. in marg.:* Antiphonam *Salve regina* beatus Bernardus non composuit, prout legitur, sed Nainterus episcopus Podiensis eam edidit, teste eodem Bernardo.

a) que *superscr. c.* b) dulcissona *c.* c) vestri *c.* d) Lausanensi *c.* e) s, ni, e *absc.* f) dies — menses *in ras. c.* g) *superscr. c.* h) *e ras. c.* i) *ras. duodecim fere vocabulorum.* k) Iherosil. *c.* l) o. C. R. m. *corr. ut editum.*

1) 16. *Kal. Nov.* Tab. mort. Lamb., teste Foullon I, 340. 2) Hoc capitulum ex Vita Odiliae sumtum 55 esse, docet visio infra enarrata. 3) AA. SS. Oct. II, 636. 713 sqq.

tempore oportuno. Laudabitur enim ducis virtus, sed cum pervenerit ad triumphum; navigantis quoque felicitas, sed cum venerit ad portum. Tunc enim laudantem inquinare non poterit adulatio nec laudatum elatio. [Floruit[a] idem Robertus sub apostolicis Huglino, qui et Gregorius IX, Iofrido, qui et Celestinus IV, Senebaldo, qui et Innocentius IV.]. Vacavitque episcopatus [Leodiensis[b]] fere per annum.

107. Roberto igitur pontifice viam universe carnis ingresso, preficitur ecclesie Leodiensi Henricus [tercius[c] huius nominis], etate adolescens, forma egregius, *genere nobilissimus, frater videlicet [Ottonis[c]] comitis Guelrensis*, quem prefecit Petrus dictus Caputius, diaconus cardinalis Sancti Georgii ad velum aureum et legatus sancte Romane ecclesie, anno Domini 1247, 6. Kal. Octobris. De quo quid scribere debeamus, certum nundum habemus, preter id quod satis dignum memoria duximus, videlicet quod usque ad finem anni Domini 1251, quando calamo silentium imposuimus, episcopatum rexerit adolescens et inconsecratus, et quod ecclesie Romane filius et fautor extiterit fidelissimus. Cui ad honorem ecclesie Leodiensis conferat Omnipotens odium iniquitatis et incrementa virtutum. Amen. [*p. 494]

De cetero rogamus vos, dilectissimi ecclesie Leodiensis familiares nostri et amici ista lecturi, ne ea tamquam a ruricolis agrestibus, fabarum et olerum comestoribus, edita oculo obliquo et corde stomachanti respiciatis, sed tamquam a filiis vestris balbutientibus et ydiotis Aureevallis totis visceribus ecclesie vestre gloriam et honorem affectantibus stilo simplici prolata, spiritu quoque simplici recipiatis, et quicquid in eis superfluum inveneritis aut viciosum, discretionis vestre lima corrigatis, iterum atque iterum flagitantes, quatinus pauperum amicorum vestrorum vestri iugiter memorum vestra caritas immemor nequaquam existat. *Insipientes facti sumus ista scribendo, sed vos coegistis nos.* [2. Cor. 12, 11.]

*) *A. add. in marg.:* Septuagesimus episcopus, si Faramundus computetur in numero pontificum tricesimus, qui per potentiam regalem sibi sacerdotium usurpavit per septem annos, beato Lamberto in cenobio Stabulensi vivente; si vero Pharamundus non computari meruit inter pontifices, predictus Henricus, moribus et etate[d] iuvenis, postquam consecratus rite fuerit, computabitur sexagesimus nonus.

GESTA ABBREVIATA.

GESTA PONTIFICUM TUNGRENSIUM, TRAIECTENSIUM ET LEODIENSIUM ABBREVIATA.

Eo tempore quo princeps apostolorum Petrus Romane presidebat ecclesie, beatos Eucharium, Valerium atque Maternum . . . .

(*Aegid. II*, 11). Alpais vero fratris[1] et aliorum miserabili morte territa, penitentia ducta, ecclesiam in honore beate virginis beatique Martini in allodio suo villa que dicitur Orpio[2] edificavit et de claustro Nivellensi assumens moniales ibidem collocavit. Totum comitatum suum de Turnis Deo et beato martiri tradidit iure perpetuo possidendum. Se ipsam in arcta cella reclusit ibidemque vitam finivit et sepulturam accepit, et quamvis penituisse credatur, tamen eius posteritas odium et invidiam detinet super Leodium et eius habitatores usque in presens. Iacet in eadem ecclesia sancta Odilia[e], soror sancti Bavonis, cum duabus virginibus, que successive creduntur illi congregationi prefuisse. . . . .

(*Aegid. II*, 30). Huius[3] *(Floreberti)* tempore Karolus, ex adulterio Alpaydis natus et postea rex Francorum, obiit sepultusque est in ecclesia beati Dionisii in parochia Parisiensi. Qui reliquit tres filios, scilicet Pipinum Parvum, qui leonem discerpsit, Karolomannum et Grifonem. Anno Domini 747. Pipinus et Karolomannus regnum patris inter se diviserunt in loco qui dicitur Vetus-Pictavis, et Karolomannus Austrasiam, Alemanniam atque Turingiam sortitur, Pipinus vero maior natu Burgundiam, Neustriam, id est Normanniam, ac Provinciam. Post hoc Karolomannus ob devotionem a Zacharia papa in clericum tonsoratur et monachus effectus in Serapti monte monasterium edificavit. Eucherius[4] episcopus Aurelianensis episcopatu privatus, quia Karolo contra Rangifredum civitatem aperire timuisset, apud Sarcinum Hasbanie vicum exulavit et in cenobio Sancti Trudonis obiit. Hic quadam die, dum oraret, raptus est et vidit Karolum in inferno torqueri. Eique interroganti responsum est ab angelo ductore, quod patiebatur, quia res ecclesiarum et Deo servientium ac pauperum abstulerat. Ad se reversus, quod viderat, episcopo Maguntinensi et abbati Sancti Dionisii talia dixit et iussit, ut sepulchrum eius aperirent, et si corpus non invenirent, vera scirent esse que diceret. Quod dum aperirent, draco visus est exisse, et invenerunt sepulchrum totum denigratum et vacuum. Tunc filius eius Pipinus, synodo apud Lipturas congregata, quantumcumque potuit res ecclesiarum reddere curavit. . . . . [Chron. Reg. Col. 742; ibid. 748; Visio Eucherii[5]]

(*Aegid. II*, 31). Huius *(Fulcharii)* anno secundo Bonifacius archiepiscopus Maguntinus in Frisia nuncians [Sigeb. 754.]

a) *add. A. in marg.* b) *add. A.* c) *superscr. A.* d) m. et e. *ead. man. superscr.* e) Adilia 1.

1) Dodonis. 2) Orp-le-Grand prope Iodoigne. Hanc fabulam noster primus, ni fallor, protulit; cf. Breysig, Iahrbücher des Fränkischen Reichs, Exc. II, p. 118. 3) *Huius — tres filios* apud Aegidium II, 30. in margine. 4) *Eucherius — raptus est* apud Aegidium II, 30. in margine. 5) AA. SS. Febr. III, 214.

Sigeb 754. Chr Reg 754. Ann Bert 749. Chr Reg 754. Regino.

verbum Dei, martir effectus est. Eodem anno Stephanus papa venit in Franciam, contra Haistulphum regem Longobardorum a Pipino auxilium petens. Venit et Karolomannus iussu abbatis sui, sed invitus, ut negocium Stephani apud fratrem impediret. Sed Pipinus defensionem Romane ecclesie promittens et firmans, cum duobus filiis suis Karolo et Karolomanno et Bertrada uxore sua a Stephano papa in regium honorem sacra unctione confirmatur. Hec Bertrada cognomine Berta fuit filia Kariberti comitis Laudunensis. Hildricus, qui falso regis nomine fungebatur, tonso capite in monasterium missus est. Anno Domini 759. Pipinus rex celebravit pascha in Iopilia. Qui, destructo ponte lapideo in Ceretalle supra Mosam, de eisdem lapidibus edificavit domum et ecclesiam conventualem in honore perpetue virginis in villa Harstalium dicta et in eadem cruxifixum stature sue collocavit. . . .

(*Aegid. II,* 33). Gerbaldus vir nobilis prefuit annis viginti quinque. Huius tempore Karolus Magnus ecclesiam Aquensem construxit et in consecratione ipsius concilium convocavit. In quo fuit Leo papa et Romani cardinales[1], episcopi Italie et Gallie et alii episcopi numero trecenti sexaginta quinque absque abbatibus et aliis ecclesie prelatis. Interfuerunt etiam Romani principes, marchiones, comites, principes Ytalie, Saxonie, Bawarie[a], Alemannie et utriusque Francie tam orientalis quam occidentalis. Ibique a domino papa et ab omnibus tam clericis quam laicis sancitum est et firmatum, ut in eadem ecclesia sedes regia locaretur, et reges ibi inuncti[b] imperatoriam maiestatem Rome absque ulla contradictione assequerentur; et quod in loco isto sedes regni haberetur, et quod esset caput omnium Gallie civitatum, et quod omnes tam presentes quam futuri loci predicti habitatores sub[c] libera lege advene tamquam[d] indigene, ab omni servili conditione vitam agant, et quod illi qui ab avis et attavis ad locum predictum pertinent a nullo ipsius Karoli successore vel ab aliquo alio persone nobili tradantur. Rex apud Vadum-Franconis debet eligi; electores Treverensis, Maguntinus, Coloniensis archiepiscopus, marchio Brandenburgensis[e], dux Saxonie, comes palatinus Reni, dux Boemie[2]. Inungi debet in Aquisgrano, sicut ordinatum fuit tunc, per archiepiscopum Coloniensem et suos successores; sede Coloniensi vacante, per episcopum Leodiensem et eius successores. In processione autem, que fit in exhibitione unctionis, Maguntinus antecedit, cui sociatur episcopus Leodiensis, qui inter ceteros episcopos ibi primum locum obtinuit.

Karolus cuidam filie sue Visetum dedit, que postmodum in ecclesia ibidem constructa sepulturam accepit Hanc ecclesiam consecravit in honore beati Martini sanctus Leo papa tempore eodem quo et Aquensem, et ibi eandem indulgentiam posuit. Ibi interfuerunt veraciter trecenti quinquaginta episcopi. Forum in eadem villa fuit valde nominatum et permansit usque ad tempora Alberti primi[3].

(*Aegid. II,* 34). Walcaudus prefuit annis viginti octo. Circa eius tempora duo episcopi Traiectenses, Plechelinus et Wirro, sedes suas relinquentes, cum sancto Ogero in parochia Leodiensi in Odilie-Monte, monasterio in honore beati Petri constructo, sancte vixerunt et sepulturam acceperunt. Sed post quadringentos annos tempore Henrici tercii[4] in feretris super altare decenter sunt locati. . . . .

(*Aegid. II,* 35). Pirardus pontificali functus dignitate per aliquantos annos, obiit anno Domini octingentesimo quadragesimo secundo. Cui successit dominus Hircharius.

(*Aegid. II,* 36). Hircarius postquam annis viginti quinque ecclesiam Leodiensem rexisset, obiit . . . . .

(*Aegid. II,* 42). Patrimonium suum *(Richarius)* in parochia Metensi, scilicet allodium de Nauroit cum suis pertinentiis, decimis, vineis, censu, hominibus, et villam de Wavres[f] cum tota parochia eius eidem *(monasterio Sancti Petri in Leodio)* contulit. Edificavit ecclesiam super rivum Legiam ad honorem beati Servatii. Qui Servatius ibidem de rupe quondam produxerat fontem, qui ductus per canale sub terra usque hodie potum habitatoribus prebet. Totam decimam de Anz et de Hambru custodie beati Petri contulit. Hic reedificavit per dyocesim suam, sicut et predecessores sui Stephanus et Franco, plures ecclesias a Normannis destructas, interfectis abbatibus, monachis et monialibus. In quibus novenos[g] constituerunt clericos, inter quos unum statuerunt, qui curam gereret et hospitalitatem tam presens quam absens exhiberet, ipsumque abbatem vocaverunt, ne antiqua devotio deperiret. Nomina abbatiarum: Prima Leodiensis[h] sancte Marie sanctique Lamberti. Secunda sancte Marie, sancte Reinile et Herlendis Ekensis[5]. Tercia sancte Marie, sancti Georgii sancteque Ode Amaniensis[6]. Quarta sancte Marie sanctique Domiciani Hoyensis. Quinta sancte Marie sanctique Severi Meffiensis[i,7]. Sexta sancte Marie Cennacensis[8]. Septima sancte Marie sanctique Hadelini Cellensis[9]. Octava sancte Marie Dionantensis[10]. Nona sancte Marie Nammucensis. Decima sancte Marie, sancti Petri sanctique Bertuini Maloniensis[11]. Undecima sancte Marie sanctique Petri Alnensis[12]. Duodecima sancte Marie sanctique Theodardi Tudiniensis[13]. Tercia decima sancte Marie sanctique Rumoldi Mechliniensis[14], dyocesis Ca-

a) Bawonie 1. b) iniciati 1. c) sunt 1. d) quam indigne 1. e) mindensis *c.* f) Wares *corr.* Wares 1. g) nouēos 1. h) Leoð 1. i) Ineffiensis 1.

1) Sequentia usque ad *nobili tradantur* secundum diploma spurium Karoli Magni; cf. Quix I, 113 sqq.; Sickel II, 392. 2) Hic locus iis addendus est quos collegit Waitz, Forschungen XIII, 211 sqq. 3) a. 1191—1192. 4) a. 1247—1274. 5) Maeseyck. 6) Amay. 7) Maffe. 8) Ciney. 9) Celle. 10) Dinant. 11) Malogne. 12) Aulne. 13) Thuin. 14) Mecheln.

meracensis. Hii abbates dicuntur capellani episcopi et per menses singulos debent cum eo esse et horas decantare. . . . .

(*Aegid. II*, 45). . . . apud Lobias *(Ratherius)* secessit et vicesimo[1] nono anno ab expulsione sua, qui fuit domini Notgeri episcopi Leodiensis annus tercius, vitam finivit. . . . .

(*Aegid II*, 63). Hoc tempore dux[2] comitatum Montensem depopulatur. Quem Rainerus comes cum patruo suo Lamberto, scilicet comite Lovaniensi, insequitur. Apud Florines pugnam conserunt, et plus quam quadringenti viri ibi occisi sunt. Ipse etiam Lambertus ibi occubuit . . . . [Sigeb. 1015] Tempore ipsius *(Baldrici)* accidit, quod soldanus Egiptiorum Iherusalem cepit, omnes eius ecclesias destruxit, patriarcham Horestem martirizavit.[3] . . . . [1012.]

(*Aegid. II*, 83). Huius *(Nithardi)* temporibus nova ecclesia sancti Petri sanctique Remacli Stabulensis a domino Poppone abbate edificatur. Hic dominus Poppo pro sanctitate sua viginti ecclesias fertur rexisse. Circa hoc tempus castrum Dyonense construitur, in quo capella beati Benedicti consecratur. . . . . [c. 1040]

(*Aegid. III*, 1). Hic Albertus[4] in Nammurco[a] ecclesiam sancti Albani reedificavit, in qua prius fuerant monachi, et in ea viginti canonicos instituit. [1047.] Fredericus[5] archidiaconus Leodiensis, qui et Stephanus nonus dictus postea papa fuit, de Moguntia reliquias sancti Albani illuc advexit et postmodum alias multas. Albertus illi ecclesie contulit Britimum cum quinque molendinis et prato et nemore, Glons super Iairam fluvium[6]; sed commutatio facta fuit cum monachis Sancti Iacobi Leodiensis, qui dederunt ecclesiam sancti Remigii in Duis et prediolum quod dicitur in Novile pro Glons. Dedit etiam Albertus ecclesie sancti Albani ecclesiam sancti Memmii in Dynanto et ecclesiam in Velamines[b] et ecclesiam sancti Lamberti in Emines. Et uxor eius dedit medietatem in Hollon[7] et omnibus appendiciis eius. [Fund S Alb.]

Hoc tempore mortuus est Boso archidiaconus Leodiensis, qui in ecclesia sancte Marie Hoiensi, cum essent novem canonici, addidit sex et decanum eis prefecit. [c. 1044.] Est etiam interfectus hoc tempore Lambertus comes Lovaniensis[8], qui ecclesiam beati Petri Lovaniensis ampliaverat et canonicos ibi posuerat[c]. [1054. 19. Iuni] Hermannus insuper comes de Los, archidiaconus Leodiensis, ad honorem Petri et Pauli et sancti Odulphi ecclesiam de Los ampliavit et in ea septem canonicos instituit circa hec tempora. Hoc etiam tempore Adalbertus canonicus Tornacensis, de Colonia natus, in parochia Rodensi[9] ecclesiam in honore perpetue virginis Marie[d] necnon paranimphi Gabrielis edificavit et Dei servos sub regula beati Augustini ibi instituit et, relicto seculo, ibidem sancte vixit. . . . . [1104.]

(*Aegid. III*, 13). Henricus[10] propter nimiam stragem hominum, que in episcopatu et tota dyocesi Leodiensi fiebat, consilio Alberti comitis Nammucensis, de consensu[e] omnium primatum ac baronum, qui ducatus, marchias ac comitatus vel feoda iudicialia tenent in Leodiensi dyocesi ab imperio descendentia, pacem cum predicto Alberto composuit et ordinavit, omnibus pauperibus, divitibus, nobilibus et ignobilibus in dicto episcopatu in perpetuum profuturam, et anno Domini millesimo octuagesimo secundo[11] [1082.] per eosdem principes roborata et firmata et a Henrico rege quarto* episcopo est data et confirmata. Sed nobilis comes del Rouche[f, 12] se et suam terram exemit, omnibus in curia dicti regis pro se et suis terris hominibusve ac dignitatibus consentientibus. . . . .

(*Aegid. III, 17 not.*) Post hec Henricus de Lembourch dux ut reus maiestatis a Henrico filio custodie traditur, et ducatus datur Godefrido comiti Lovaniensi. . . . . [Sigeb. 1106.]

(*Aegid. III*, 23). Albero primicerius Metensis, frater ducis Lovaniensis[13] ex parte matris, post duos annos a morte domini Frederici quinquagesimus septimus factus est Leodiensis episcopus. [1123.] Hic dum ex more de nocte iret ad ecclesiam beati Servatii, audivit mulierem ad funera mariti sui plangentem, quod ei vulnerate episcopus vulnus inferret, culcitram suam pro mortua manu tollendo. Antiquitus enim mortuo aliquo rustico dextra manus abscindebatur et domino suo presentabatur in signum, quod amplius ei non serviret. Tandem coacti fuerunt rustici hanc abscisionem redimere pro meliori re mobili quam habebant. Quam exactionem episcopus in tota terra sibi subiecta in perpetuum damnavit. . . . .

*) in expeditione Romana *add. Magnum Chron. Belg. (Pist. III*, 136*)*.

a) Mammuco *corr.* Mammurco 1.; *correxi.* b) Velomires 1; Veslanius *Fund.* c) constituerat *corr.* posuerat 1. d) *post* Marie *ras. trium fere vocabulorum* 1. e) *ita Magn. Chr. Belg. (Pistor. III*, 136*)*; consilio 1. f) d. R. *deest M. Chr. B.*

1) 19. *anno* false Aegidius. 2) Godefridus. 3) Cf. Annal. Sax. a. 1091, SS. VI, 727; Albrici chron. a. 1012, SS. XXIII, 779. 4) II. comes Namurcensis. 5) Haec ex historia fundationis Sancti Albani adhuc inedita excerpta sunt. Fundationem a. V. Cl. Arndt ex chartulario Namurcensi descriptam alio loco lectoribus proponemus. 6) Glons ad Geer fl. 7) Noville-les-Bois, Velaine, Emine, Hollogne prope Namur. 8) secundus. 9) Rolduc sive Klosterrad, ab Aquisgrano ad septentrionem; cf. Ann. Rodens. SS. XVI, 699 sqq. 707. 10) I. ep. Leodiensis. Sequentia non ad verbum ex Aegidio sumta sunt. 11) *a.* 1081. apud Aegidium, qui annum a paschate inchoat. 12) La Roche ad fl. Ourthe. 13) Godefridi I; attamen Alberonem fratrem Godefridi non nisi ex parte matris fuisse, aliunde non confirmatur.

Gest. abb. Trud XII, 8. — ibid. 7. — ibid. 8.

(*Aegid. III*, 23). Hic *(Alexander)* de consensu Metensis episcopi abbatiam et opidum Sancti Trudonis, procurante abbate eiusdem loci, sub patrocinio suo suscepit. Erat tunc temporis ducatus abiudicatus comiti Lovaniensi et datus Gualeranno comiti Lemburgensi. Ab hoc Gualeranno Gislebertus comes Duracii tenebat advocatiam Sancti Trudonis, proclamante autem Alexandro episcopo, a paribus suis, culpis suis exigentibus, comitatus Duracii quem tenebat ab ipso et quicquid habebat de episcopatu Leodiensi Gisleberto comiti Duracii abiudicatur, et Duracium ab ipso Alexandro et duce Gualeranno obsidetur. Contra ipsos autem venit comes Lovaniensis et comes Flandrensis in adiutorium Gisleberti. Inito autem conflictu, victi fugerunt comites Lovaniensis et Flandrensis, et ceciderunt ex parte ipsorum quadringenti homines.

Aegid.

(*Aegid. III*, 24). Postmodum vero ab Innocentio papa in concilio Pisano[1] Alexander propter symoniam[1] deponitur, et post hoc vita functus in ecclesia beati Egidii in Publico-Monte absque pastoralibus[1] sepelitur pridie Nonas Iulii pontificatus sui anno sexto . . . .

Chron. Reg. Col. 1152. — ibid. 1153.

(*Aegid. III*, 28). Anno Domini 1152. Fredericus dux, filius Frederici fratris Conrardi, in regem electus est ab Arnoldo[a] Coloniensi archiepiscopo. Aquis inungitur. Tunc Colonie quidam ex patre Iudeo conversus, communicans in pascha, corpus Christi in ore deportavit, domum festinans; sed ecclesiam egressus, terretur et illud in fossa sepelit. Sed sacerdos superveniens fossam aperit, infantis formam invenit, quam ad ecclesiam deferre vult, sed luce celitus emissa, e manibus elabens[b] celos petiit. . . . .

ibid. 1157.

(*Aegid. III*, 32). Anno Domini 1157. inter papam Adrianum et imperatorem Fredericum graves controversie inceperunt. Nam Innocentius secundus Rome in muro depingi se fecerat in sede residentem, imperatorem vero Lotarium complicatis manibus coram se inclinatum, coronam imperii suscipientem. Item quia duo cardinales imperatori litteras pape detulerant, hec continentes: *Beneficium corone tibi contulimus, neque penitentia moveremur, si excellentia tua maiora a nobis beneficia suscepisset*, verbo beneficii imperator offensus, cardinales iniuriis affectos eici fecit, dicens: 'Coronam a solo Deo habemus; primam vocem electionis ab episcopo Maguntinensi, consecrationem regalem ab archiepiscopo Coloniensi, imperialem consecrationem a papa. Picture itaque deleantur, scripture corrigantur; alioquin inter regnum et sacerdotium pax stare non potest'. Romani vero dicebant beneficium quasi benefactum . . . .

ibid. 1166.

(*Aegid. III*, 36). Anno Domini 1166. imperator in Aquisgrano natale Domini celebrat ibique corpus Karoli Magni, quod iacuerat annis trecentis quinquaginta duobus, transtulit, presentibus multis episcopis et principibus; quod canonizatum est voluntate pape Paschasii, et sanctus confessor dictus est.

ibid. 1161.

Anno Domini 1161. papa excommunicaturus imperatorem moritur. Rulandus contrarius imperatori eligitur. Qui dum electionem refutaret quasi indignus, alii faventes imperatori Octavianum eligunt et Victorem vocant, sed primi Rulandum iterum eligunt et Alexandrum vocant. Propter hoc[c] scisma imperator concilium generale vocat. Ad hoc Victor venit humiliter, sed Alexander venire noluit, mandans quod ipse debebat mandare, non mandari. Propter quod omnes episcopi presentes Rulandum excommunicaverunt et Octavianum pro apostolico susceperunt. Itaque imperator et qui sub ipso erant Victorem loco pape habebant; alii vero Alexandrum, qui ad Franciam veniens, ibi bene suscipitur et procuratur. . . . .

ibid. 1177.

(*Aegid. III*, 40). Anno Domini 1177. confirmata est pax et unitas ecclesie, et Alexander pontifex summus est receptus, presentibus imperatore et de toto orbe prelatis, cum iam scisma septemdecim annis durasset . . . .

1195. Dec. 17.

(*Aegid. III*, 73 *not.*) Tunc Balduinus[2] comes Hannonie, Flandrie et Nammucensis, qui fuerat adiutor fidelis Alberti[3], moritur; cui Balduinus filius suus primogenitus succedit in comitatibus Haynonensi[d] et Flandrie, Philippus secundus filius in comitatu Nammucensi, Henricus filius tercius sine comitatu remanet, sed postea fit imperator Constantinopolitanus. Filiam eius primogenitam[4] duxerat rex Francie Philippus, ex qua habuit Ludovicum regem.

Tunc Henricus imperator de Constantia uxore sua habuit unicum filium, dictum nomine patris sui Fredericum. Tunc Henricus imperator videns, que mala sustinuerant regnum Alemannie et imperium Romanorum propter frequentes mutationes imperatorum — propter quod et ecclesia nutaverat — priusquam vota principum in personam imperatoris possent convenire, ordinavit, ut electio amplius non fieret, sed per solam sanguinis successionem imperium conferretur, ita quod propinquior imperatori hereditarie fieret imperator. Ut autem Henricus a filio suo Frederico sumeret exordium, regnum Cicilie et Calabrie et ducatum Apulie et principatum Capue, que filius suus hereditabat ab avis et proavis, Romano imperio confederavit, ut perpetuo terrarum istarum unus dominus esset. Ordinavit etiam, ut mulieres masculis deficientibus succederent in hereditatem, et quod imperator mortuas manus ecclesiasticarum personarum ultra non expostularet. Huic constitutioni profuture consentit curia Romana et principes quinquaginta duo, qui imperatorem eligere consueverunt, quorum sigilla littere super hoc confecte sunt appensa, et quod Fredericus deberet succedere imperatori, iuraverunt.[5] . . . .

(*Aegid. III*, 73). . . . archiepiscopus Coloniensis cum suis in electionem Pictaviensis (consensit), qui a sola

a) Ar *et loc. vac. rel.* 1. b) elibens 1. c) ho 1. d) Haynonen̄ 1.

1) Haec ex Gest. abb. Trud. XII, 1 (SS. X, 312) addita sunt. 2) quintus. 3) Alberti de Cuc, episcopi Leodiensis. 4) Isabellam. 5) Hunc locum e Magno Chron. Belg. (Pist. III, 224) sumtum Goldastus, famosus ille diplomatum subiector, in formam legis redegit, Coll. constit. imper. I, 287. De re accuratissime disputavit Ficker, De Henrici VI. imp. conatu electiciam regum in imperio Romano-Germanico successionem in hereditariam mutandi (Dissert. Bonn. 1849) p. 35 sqq. Cf. etiam Toeche, Kaiser Heinrich VI, p. 397 sqq.

Colonia est receptus, et Aquisgranum obsidens sex ebdomadis[1], per pecuniam intrat, et ibi in regem intronizatur per archiepiscopum solum, episcopo Leodiensi Alberto absente et non prebente consensum nisi Philippo qui Philippus Maguntie in regem coronatur. Tunc corpus beati Lamberti a medio ecclesie, ubi post incendium iacuerat, super columnas quatuor ab episcopo collocatur. Papa Innocentius recolens facta mala per
5 Fredericum imperatorem, proponit, quod de domo Suevie nullus erit imperator, et dicit Philippum non electum regulariter per virum excommunicatum, et quod papa debet inungere et consecrare et coronare imperatorem[2]. Si aliquis dubitaret, unde hec dignitas pape venerit: cum Constantinus olim baptizatus et miraculose a lepra corporali mundatus, prerogativam Romane urbis principatus summam antistiti in persona Silvestri pape perseveranter
10 contulit et imperium Grecorum transmigravit[a], hoc primo sibi et suis successoribus perpetuo retinuit, ne aliquis papa fieret preter assensum imperatoris, qui tunc esset. Sed hoc factum est solum in primitiva ecclesia, quando vi complicum suorum aliqui presules sunt effecti, et nunc cessante scismate cessat effectus, et hoc iugum catholici imperatores ecclesie remiserunt. Unde cum Karolus sedem imperialem Grecorum ad Romanos feliciter
15 reportasset, constituit, ut principes imperatorem eligerent, papa vero examinaret et consecraret. Hiis rationibus papa electionem Ottonis confirmat. . . . .

(*Aegid. III, 76*). Tunc Guido quidam abbas Cisterciensis, episcopus[3] legatus a papa, Leodii novum hospitale benedixit in conversione sancti Pauli et in eo capellam sancto Matheo consecravit, et eundem locum visitantibus singulis annis infra octavam dedicationis septi- *1203. Ian. 25.*
20 mam partem penitentie iniuncte indulsit. Hoc hospitale fundavit maior decanus W . . . .[b] de Kaventim; in quo personas utriusque sexus pauperes impotentes congregavit, et eis priorem instituit, qui preesset in spiritualibus et temporalibus et sub regula beati Augustini, et ibi sepultus est. Legatus[4] sciens, clericos et canonicos dormire cum suis fornicariis, precepit eis, in dormitoriis dormire et ecclesias nocte et die frequentare, et quod decani et prepositi qui curam eorum *Epist. Guid.*
25 gerunt delinquentes graviter punirent. Ordinavit maxime in maiori ecclesia, quod residentes simul in refectorio comedant et in dormitorio iaceant et non extra nisi de licentia decani; rebellis vero stipendio suo privetur. Item quod ibi sex sint prebende canonicorum sacerdotum, qui in maiori altari septimanas suas faciant sine lucrario. Item nullus acolitus vocem habeat in capitulo, nulli duo personatus in eadem ecclesia dentur. Archidiaconi non teneant locum suum, nisi sint dyaconi. Dimidie prebende nulli conferantur, sed fiant amplius integre. Priventur etiam beneficiis clerici in sacris
30 constituti ammoniti[c], nisi focarias dimittant; usurarii manifesti tanquam excommunicati devitentur. Libri scripti Romane et Teutonice de divinis scripturis episcopo tradantur. Nullus vel nulla recludatur nisi de licentia episcopi. Clerici comam nutrientes careant stipendiis, donec tonsuram congruam fecerint. Ordinata sunt hec observari sub pena excommunicationis anno Domini 1203[d].

Tunc comes Flandrie[5] et Haynonensis cum fratre suo Henrico et multis aliis magna- *1201.*
35 tibus et clericis et laicis Leodiensibus vadit ultra mare, et Constantinopolim secundo capi- *1204.* ens[6], fit ibi imperator; a qua civitate multe reliquie ad partes nostras Leodii afferuntur.

In ecclesia sancti Petri et sancti Albani Nammucensis Guido legatus, consentiente episcopo[7] et Philippo comite Nammucensi, fratre imperatoris, qui Philippus eas dotavit reliquiis et donis patronus earum, instituit, quod quilibet canonicus in horis conventualibus et
40 maioribus missis deserviat in persona propria. Item quod in dormitoriis dormiant. Item si canonicus foraneum se exhibeat, non habebit nisi quinque solidos in natali solvendos. Item nullus in ecclesia beate Marie simul et sancti Albani esse canonicus poterit.

Postquam Balduinus, frater imperatoris Henrici, dux Lovaniensis[8], sibi soli dominium *1202.* Lotharingie reputans esse relictum, gladium in vicinas sibi gentes rotat et cum exercitu
45 copioso Hollandiam sibi subiugat[9]. Item comitem[10] . . . .[b] sue ditioni submittit, nexu homagii ipsum confederans; quem post maliciose captivat, cogens eum promittere, se soluturum sibi tria milia marcharum Coloniensium, quas ut celerius solvat, scilicet comes, loco sui in captivitatem filium suum primogenitum[11] reliquit et liber abit. Episcopo Leodiensi Hugoni homagio ligio[e] sese constringit. Totum allodium suum, quod extenditur a

50 a) transmigranti 1. b) *loc. vac. rel.* 1. c) ter adm. *Epist.* d) 1202 *Epist.* e) legio *corr.* logio 1; *correxi.*

1) Iun. 18 — Iul. 10; cf. Boehmer, Reg. p. 29. 2) Cf. litteras Innocentii apud Raynaldum 1201, 1 sqq; Potthast I, 1243. 3) Praenestinus. 4) Haec ex epistola Guidonis sumta sunt, quam publici iuris
55 fecit Chapeavill. II, 199 sqq. 5) Balduinus IX. 6) Cf. Chron. Reg. Colon. a. 1203, SS. XVII, 812 sqq. 7) Hugone Leodiensi. 8) Error apertus; intelligitur enim Henricus I. dux Lovaniensis et Brabantiae, quem auctor cum Balduino, seniore fratre Henrici, confudisse videtur; ceteroquin Henricum nondum imperatorem fuisse, non est quod moneam. 9) Auctor partes comitis Gelrensis et Leodiensium sequitur; aliter et fusius rem narraverunt Ann. Egmund. SS. XVI, 473; Chr. Reg. Col. SS. XVII, 811; Gest. epp. Traiect. c. 14, SS. XXIII, 408. 10) *Ottonem Gelrensem* suppleas. 11) Gerhardum.

ponte Traiecti usque ad Rulemont, de manu episcopi recepit, offerens illud super altare beati Lamberti per manus ducis de Lemburc[1] et comitis Nammucensis Philippi, quia indebite dux terram suam depopulabatur. Tunc mônet episcopus precibus et minis Henricum[a], ut comitem Gelrensem hominem suum de novo factum quiete dimittat, quod facit dux. . .

1212. (*Aegid. III*, 82). Sed tunc[2] comes Barrensis terram episcopi ultra Mosam sitam invadit et turrem de Ouffei solo adequat. 5

(*Aegid. III*, 91). Anno Domini 1216. consecrata est ecclesia beate Marie de Iuncis . . . . Anno eodem[3] papa Innocentius tercius decimo octavo anno suo celebrat concilium[b], ubi fuerunt quadringenti et duodecim

1215. episcopi, nuncii quinque regum et alii quamplurimi nuncii. Ibi quatuor ordines sunt instituti, scilicet Predicatorum, Minorum, Trinitatis et Scolarum. Ibi fuerunt tres dies synodi. Prima die synodi Hugo Leodiensis fertur sedisse inter prelatos in habitu laicali quasi comes in mantello et tunica scarlata, capellum viride habens in capite. Secunda die tanquam dux in cappa manicata viridi. Tercia die sicut episcopus mitratus. Et hec fecit, quia papa convocaverat omnes principes seculares et personas ecclesiasticas tribus annis ante. De hoc themate papa predicavit: *Desiderio desideravi*[4] etc. Quidam episcopus Romanus visitavit Hugonem episcopum, cuius orationibus commendavit se et suam plebem. Cui Hugo inquisivit: 'Quantus est vester populus'? Cui episcopus: 'Domine, habeo circa mille viros in mea dyocesi'. Cui Hugo: 'Et ego habeo plus quam centum milia'. Et episcopus subiunxit: 'Domine, habeant prandium vestrum et orationes vestras, quia nimis habetis agere'. Papa contulit Hugoni episcopo lachrimam Salvatoris et iuncturam beati Pauli. Hic autem visitavit Sanctum Iacobum[5], quia hoc voverat pro prelio de Stepes. 10 15 20

Tunc constructa est abbatia que dicitur Vallis Dei. Ibi primus abbas fuit Guido, nonus abbas[6] Sancte Agathe. Posite sunt Hoccis moniales Cistercienses, sumpte[c] de claustro Sancti Salvatoris in monte Aquensi. . . . .

Chron. Reg Col 1225. (*Aegid. III*, 94). Anno Domini 1225. quidam heremitico habitu indutus a Flandrensibus et Haynensibus propter similitudinem vultus putatus est fuisse comes ipsorum Balduinus, qui ante multos annos Constantinopolitanum adeptus imperium in Grecia perierat, et ab ipsis ad honorem comitie rapitur[d]. Qui per duos menses magnam partem terre occupans, ornatu imperiali purpuratus, precedente se cruce, sicut mos est imperatoribus Constantinopolitanis, a rege Francie Ludoico examinatur, et ab Hugone episcopo requisitus, ubi factus fuit miles, in quo loco suam uxorem desponsaverit[7], et in quo thalamo cum ea primo fuerit, nichil respondit. Ipse vero cum sibi adherentibus dicit, se iturum Coloniam, petiturum auxilium ab archiepiscopo, et in via solivagus aufugit. Post in Burgundia agnitus, capitur, et in Flandria reductus, apud Risle suspenditur, magna parte plebis ipsum fuisse comitem contendente. Tunc Engelbertus[e], venerabilis archiepiscopus Coloniensis, a comite de Isenbrut, cognato ipsius, suisque consiliariis occiditur, quos legatus excommunicat Colonie et per omnes suffraganeos facit excommunicari

1226. et cantari 'media vita'. Comes vero per totum annum profugus a Leodio Hoyum tendens, a milite dicto Baschin capitur, et pro duobus milibus et centum marchis venumdatus, archiepiscopo Coloniensi assignatur, et iuxta civitatem in rota finit vitam. 25 30 35

Postea Conrardus cardinalis Leodii ordinat, quod prebenda integra cuilibet ecclesie ad fabricam et ad usus assignetur. Et sub pena excommunicationis late precepit, ne aliquis mulieres religiosas de lapsu carnis sollicitet. Idem Conrardus consecrat ecclesiam de novo ab Ottone decano Sancti Pauli fundatam in loco qui dicitur Saecii, et nunc ab ipsius benedictione dicitur Vallis-benedicta, in qua erant canonici regulares, cuius prior primus fuit Wallinus de novo hospitali. 40

(*Aegid. III*, 101 *not.*) Tunc[f] moniales Roberti-montis translate sunt ad locum qui dicitur Vallis-benedicta. Hiis temporibus fundatum est claustrum quod dicitur Vinea nostre Domine[8] a Renero, priore Bellifaceti, ordinis sancti Augustini, qui de consilio Iohannis episcopi unam partem bonorum suorum clero dedit et aliam monialibus, que post ordinem Cisterciensem susceperunt. 45

Anno Domini 1235. imperator ducit filiam regis Anglie et magnam curiam in Wormatia[g] tenet, a[h] qua revertens Henricus dux, qui Leodium spoliaverat, Colonie moritur[9]. 50

Aug. 21. ibid 1236. Anno Domini 1236.[i] in[h] Marburch[h] congregatis quasi duodecim milibus hominum, imperator cum tribus episcopis, quibus papa mandaverat, corpus beate Elizabet vidue levavit.

a) H *et loc. vac. rel. sex fere litterarum* 1. b) consilium 1. c) sumpti 1. d) capitur 1. e) Engel . . . 1. f) *cetera etiam in fragmento Namurcensi* (2) *leguntur*. g) *alia manu in loc. vac. rel. adiectum* 1. h) *evanuit* 2. i) 1238 1.

1) Henrici III. 2) i. e. postquam Henricus dux Brabantiae, cuius partes comes Barrensis egit, iam pacem cum Hugone episcopo inivit. Cf. Rein. ann. a. 1212, SS. XVI, 665. 3) Immo a. 1215. 4) Cf. Potthast p. 437. 5) San Iago di Compostella. 6) Tertius potius abbas monasterii S. Agathae prope Hochtum (vel Hocci) secundum Gall. christ III, 1024. 7) Similia Vincentius XXX, 127. 8) Vetus Vinetum, Vivignis. 9) Idem refert Albricus, SS. XXIII, 937. 55

Tunc combusta est ecclesia regalis sancte Marie cum tota civitate Aquensi[1]. Tunc episcopus Iohannes villam de Zitre pro duabus milibus marchis acquisivit, quam Walerano suo marescalo in feodum dedit, et cum idem Tectis villam episcopi combussisset, episcopus eum persecutus fuit usque ad castrum Montis Iovis[2]. 1236. Mai. 18.

5 Anno Domini 1237. patriarcha Iacobitarum[a] orientalium, vir[b] venerabilis scientia[c], moribus et etate, cum multis archiepiscopis et monachis sue gentis Iherusalem venit; quibus fratres ordinis Predicatorum verbum fidei in tantum exposuerunt, ut obedientiam Romane[d] ecclesie iurarent, omnem heresim pariter abdicantes, et recepit dictus patriarcha habitum fratrum Predicatorum. Illi septuaginta[e] provincie obediunt, in quibus habitant innumerabiles christiani sub Sarracenis. Idem fecerunt duo archiepiscopi, unus Iacobinus et alter Nestorianus[f]. Idem promiserunt facere alii. 10 Tunc frater Iordanus, secundus[g] magister ordinis Predicatorum, naufragio submergitur. . . . . Chron. Reg. Col. 1237.

(*Aegid. III,* 104). Anno Domini 1244. fratres Minores reliquerunt ecclesiam, quam fere Leodii per quatuordecim annos inhabitaverant, et edificaverunt in loco qui dicitur Richerifons super rivum nominatum[h] Mendocius; de qua ecclesia multo tempore ante fuerat dictum a puero Bastiano nomine, postea heremita, qui dum in domo patris sui[h] sederet ad 15 ignem sepe proferebat: 'Ecce adhuc cantabuntur in isto loco multe misse devote'. Mutaverunt etiam[i] iidem fratres fere per omnes civitates Alemanie et Francie domos suas, qui in Colonia emerunt palatium Roberti episcopi Leodiensis, et ibi edificaverunt. . . . . .

VITA
ALBERTI EPISCOPI LEODIENSIS.

20 *Inter opera, quae Aegidius exscripsit et integra Gestis suis inseruit[3], non ultimum obtinet locum liber de electione, exilio, morte Alberti episcopi Leodiensis, fratris Henrici I. ducis Brabantiae, qui post obitum Radulphi episcopi a.* 1191, *conventu Leodiensi dissentiente, ab eis qui partibus Brabantinis favebant successor electus est, aliis quamvis paucis qui Balduino V. comiti* 25 *Hanoniae adherebant in Albertum Retestensem[4] concordantibus[5]. Re imperatori diiudicanda proposita, Henricus VI, quamquam antea Alberto Retestensi auxilium promiserat, neutri assensum praebuit, sed Lotharium de Hochstaden episcopum nominavit; Albertum vero Brabantinum, quippe qui contra imperatoris iudicium ad papam appellavisset, ex finibus imperii expulsit[6]. Is a Wilhelmo* 30 *archiepiscopo Remensi benigne exceptus et mense Septembri a.* 1192. *in episcopum sacratus, paullo post, die* 24. *m. Novembris, haud procul a Remis — non ignorante ut videtur imperatore[7] — ab equitibus Teutonicis trucidatus est. Cuius sceleris nefandissimi clamor per Lotharingiam perlatus hominum animos contra imperatorem eo vehementius exacerbavit, quo splendidius inter* 35 *illius aevi principes clarebat illustris Brabantinorum domus. Neque ita diu post caedem familiaris, ni fallor, Alberti amicus gesta eius litteris mandavit; cuius librum, qui genuinus hucusque nondum prodiit, servavit sub titulo 'Vitae Alberti'*

1) *Codex Bruxellensis Nr.* 723—727, *membr. in fol., qui diversis sae-* 40 *culi XIII. manibus scripta continet[8]. Complectitur: a) fol.* 1—114′ *Radulphi tractatum de Levitico. — b) fol.* 114′—125 *Vitam s. Thomae Cantuarien-*

a) Iacolucarum 1. b) *evanuit* 2. c) sci 2. d) e. R 2. e) hec 2. f) nosco 1; nosco 2. g) sanctus 2. h) *deest* 2. i) enim 2.

1) a. 1236, Mai 18. secundum Albricum, l. l. 940. 45 2) Montjoie. 3) III, c. 47—69. 4) Réthel, départ. Ardennes. 5) Vita Alberti c. 2. 6) c. 5. 7) Cf. Toeche, Kaiser Heinrich VI, p. 550 sq. 8) Paucis eum descripsit Bethmann, Archiv VII, 597; VIII, 488.

sis archiepiscopi. Anno Domini 1170. in Anglia — — non est Deus. — *c) fol.* 120—137′ *Vitam Alberti.* Incipit Vita domini Alberti Leodiensis episcopi. 'Radulpho Leodiensi episcopo successor eligitur — — morte turpissima a Deo iudice sunt condempnati'. Explicit Vita domini Alberti Leodiensis episcopi. *Nitidissime exarata est binis columnis trium scribarum manibus*[1]*; quarta manus sed coaeva scripta diligentissime relegit et omissa in margine supplevit. — d) fol.* 137—143 *Poema de superfluitate clericorum. — e) fol.* 143—146 *Poema de castitate virginum. — Codicem V. Cl. Arndt a.* 1865. *Bruxellis accuratissime in usus nostros vertit; postea eundem summa cum liberalitate Berolinum transmissum ipse iterum evolvi.*

2) *Cum recensione in* 1. *asservata non semper congruit Aegidii liber. Scripserunt pag.* 368—426 *duo eius amanuenses*[2]*, qui levissime ac parum diligenter exarantes narrationem foedissimis deturpaverunt mendis. Accedit, quod multoties vel ordo verborum perturbatus est vel ipsa verba prorsus mutata sunt, id quod procul dubio eo consilio factum est, ut sermo proprio quodam colore insignis planior fieret lectuque facilior. Quae num Aegidius suo arbitrio mutaverit, an, quod maluerim, iam in fonte eius legerentur, diiudicari nequit. Contra occurrunt alia eaque haud pauca, quae, cum longiora viderentur, certe ab ipso Aegidio vel brevius reddita vel omnino omissa sunt. Qua re recensionibus* 1. *et* 2. *accuratius inter se comparatis dubium esse non potest, quin re vera* 1. *vetustiorem et genuinam operis formam exhibeat, textus Aegidii corruptus et detruncatus sit. Nihilominus invenies etiam apud Aegidium locos, ubi hic meliorem praebet lectionem quam* 1*; sunt tamen rari et non nisi levioris momenti. In adornanda ergo editione quam accuratissime* 1. *exprimendum duxi; variam Aegidii lectionem infra adnotavi, omissis tamen eis quae aperte amanuensium menda agnoscas quaeque in ordine verborum audacius peccata sunt. Capita secundum litteras rubricatas institui. — Ex Aegidio fluxit*

2*) *fragmentum Vitae, quod codex* B r u x e l l e n s i s *Nr.* 9742, *membr. in fol., qui Vitas sanctorum continet*[3]*, in duobus ultimis foliis sub rubro:* De Alberto episcopo Leodiensi qui Remis martirizatus fuit, *manu saec. XV. exaratum servavit. Est tamen non nisi breve excerptum et nullius pretii.*

Haec igitur Alberti episcopi gesta, quae unus qui exstat integer codex 'Vitam Alberti' significat, num recte sub hoc nomine in lucem proferantur, valde dubitari potest. Opus accuratius inspicientibus luculenter apparebit, veram Vitae formam minime esse servatam. Gesta Alberti tantummodo inde ab electione enarrantur, de anteriore vita auctor ne tantillum quidem curat. Accedit, quod initium prorsus deesse videtur. Verbis: Radulpho Leodiensi episcopo successor eligitur Albertus *lector protinus in medias res inducitur. Quin etiam uno loco manifeste auctor ad antecedentia quae iam desiderantur recurrit. In secundo enim capite, ubi Matthaei comitis Boloniensis mentionem facit, addit:* Qui ante Albemarle[4] fuit, ut s u p e r i u s d i c t u m e s t, interfectus. *Nusquam antea autem neque de Matthaeo Boloniensi neque de Albemarla oratio fuit. Mors vero Matthaei paullulum post captionem Albemarlae ante oppidum Driencourt a.* 1173. *accidit*[5]. *Porro integrum finem libri nobis exstare, non ita certe affirmaverim, cum etiam ea quae Aegidius III, c.* 70. *post obitum Alberti de contentione inter Simonem et Albertum de Cuc orta affert ex eodem fonte ac ante-*

1) Prima manus fol. 114 (initium Vitae Thomae) —123; secunda fol. 124—132; tertia fol. 132′ usque ad finem codicis. Cf. tab. I. 2) Quae hi scripserunt, ea tertius scriptor in pagina vacua relicta (p. 406) inter se coniungit. Cf. supra in praefatione pag. 3 n. 2. 3) Cf. Archiv VIII, 531. 4) Aumale ab Amiens ad occidentem. 5) Cf. quae adnotavi ad calcem c. 2.

cedentia fluxisse, narrationis color suadet[1]. *Qua re Vitam nostram non nisi fragmentum esse maioris alicuius operis, quod certe de anterioribus, fortasse etiam de sequentibus Leodiensium episcopis egerit, iure coniicere mihi videor. Cuius tamen operis cum alibi nulla prorsus vestigia exstent necnon Vita Alberti tanquam nucleus totius libri mox separatim desumta ac asservata et lecta sit, titulum quem codex Bruxellensis praebet servare placuit.*

Auctorem Alberto admodum familiarem Remis cum eo praesentem fuisse, ostendit accuratissima de extremis Alberti diebus narratio. Etiam levissima quae Remis acciderunt refert. Situm urbis, portas et vias, ecclesias in quibus Albertus divina celebravit tanquam testis oculatus describit[2]. *Quid cives de exule confabulati sint, quis fuerit qui pecuniam mutuo dedisset vel equum praebuisset, bene comperta habet*[3]. *Quid Albertus singulis diebus, immo quid uniuscuiusque fere diei horis egerit, uberrime exponit. De miraculis, quae paullo post mortem evenerunt, a civibus Remensibus se certiorem factum esse, immo ipsam feminam sanatam se vidisse, profitetur.* Erat femina, *ait*[4], Remis nota . . . . Haec primo sabbato post mortem eius veniens et orans ad sepulchrum eius est sanata et omni incommodo liberata. Ipsam liberatam et letantem vidit qui hec scripsit et de longo eius morbo audivit testimonium eorum qui multi eam viderant hoc incommodo diu laborantem. *Quibus causis permotus iam Chapeavillius coniecit, fortasse unum de Alberti sociis libellum conscripsisse*[5]. *Quae coniectura, si quid video, arctioribus lineis circumscribi potest.*

Inter paucos illos qui episcopum, cum ab omnibus fere derelictus Remis moraretur, comitabantur, prae aliis eminet Werricus abbas Lobbiensis[6]. *Is 'per omne tempus exilii' cum Alberto vivebat*[7], *qui eius prudentia et consilio in omnibus suis rebus ordinandis libentissime utebatur. Quaecunque igitur inter Albertum et Werricum domestica et secreta acta sunt, tam accurate in Vita enarrantur, ut vix sit quod moneam, solum abbatem scriptori haec in calamum dare potuisse. Quid quotidie locuti sint quidve in spe et angustia positi doluerint, fusius narratur*[8]. *Quas litteras Albertus per abbatem fratri suo Henrico scribi fecit quaeque postea per nuntium abbatis duci transmissae sunt, easdem auctor lectoribus proposuit*[9]. *Quando abbas iam ante exilium episcopi Remos venerit, quid ibi cum Alberto egerit, cur Romam migrantem de suis propriis rebus gravare noluerit, accurate traditur*[10]. *Et abbas modeste post alios nominatur, e. gr. cf. c.* 38*:* Erant autem quatuor in capella, sacerdos

1) E. gr. cf.: *Quibus actis, de electione Leodiensi verbum cepit agitari inter principes et duces stirpis huius* (i. e. Brabantinae; vid. Vit. Alberti c. 47). *Propter hoc ceperunt inter se discordare qui prius inter se concordabant. — . . . ad hoc opus tanti ministerii huius esse minus aptus videbatur. — . . . pro ducatu Lotharingie, quem tenebat. Quem ducatum tenuerant parentes Henrici ducis Ardenne; qui, licet dux dicatur, nichil tamen ducis habet, sed ex re quam tenuerant* etc. — *. . . condicta die in ecclesia Leodiensi conventum multum fecit congregari et sic demum post multas colluctationes* etc. — *. . . ad sedem apostolicam appellaverunt in conspectu principis; cui principi hec appellatio . . .* Tales verborum repetitiones in quavis fere Vitae Alberti pagina invenies. Cf. etiam: *Memoria dulcis eius cognati, qui Remis fuit ordinatus episcopus et occisus,* cum Vita Alberti c. 19. 22. 31. 38 et saepius. Dux Brabantiae ut in Vita Alberti dux Lotharingiae praedicatur. — Iam alios ante me hanc orationis similitudinem animadvertisse, fortasse ex eo concludas, quod Miraeus, cum Vitam Alberti ex codice Aegidii depromeret, c. 70. tanquam ultimum Vitae capitulum edidit. 2) c. 23. 24. 26. 34. 38 sqq. 3) 21. 25. 27. 32 etc. 4) c. 43. 5) Chapeavill. II, 136: *Vitam Alberti episcopi, quam suis scriptis inserit Aegidius Aureaevallis, scripsit familiaris et domesticus ipsius episcopi, scribit enim particularia et privata, quibus ipse interfuit . . . . Fuerunt vero de familia eius tres canonici Leodienses, Sigerus, Elyas de Bullo castello et Thomas Morbeensis cum quodam Gerardo canonico d. Ioannis euangelistae, unde verisimile est, unum eorum scripsisse, aut unum vel omnes ut scriberetur curasse et dictasse.* 6) Sedit a. 1181—1204; cf. Gall. christ. III, 87. 7) c. 28. 8) c. 28 sqq. 9) c. 29. 30. 10) c. 13.

Gerardus qui cantabat, clericus alter qui cantanti respondens serviebat, domnus et pius Albertus episcopus et quartus abbas Lobiensis . . . Episcopus ergo altari proximus orans existebat, abbas ultimo loco ab ipso, eo invito, se tenebat. Tantam enim reverentiam abbas humilis episcopo exuli semper exhibebat . . . Hora ergo missae, qua pax episcopo a sacerdote est transmissa, dulcis episcopus accurrens cicior ad abbatem, ore suo reddidit ei pacem Dei, hoc ultimo dono suo ditans eum quem plurimum diligebat. *Dein excusatur abbas, cur ipso mortis die Albertum non ante portas comitatus sit*[1]. *Paullo post de anulo quodam sermo est, quem abbas olim Alberto dono dederit quemque post caedem receptum iam non nisi in missa adhibeat*[2]. *Quis quaeso nisi abbas talia cum posterioribus communicare potuerit? Et quamquam abbas unoquoque fere capitulo occurrit, tamen nomen eius ne semel quidem indicatur, id quod eo magis mireris, quo accuratius auctor de nomine, origine, ordine aliorum Alberti sociorum lectores certiores fecit*[3]. *Etiam de monasterio Lobbiensi fusius agitur, de damnis scilicet, quae a comite Hanoniensi perpessum sit, de donis abbati a Coelestino papa oblatis*[4], *ita ut fortasse hic illic suspicaveris, num vera sint quae narrentur an in favorem Lobbiensium excogitata*[5]. *Quid multis? Tantis talibusque causis adductus persuasum tibi habeas velim, neminem nisi abbatem Lobbiensem Vitam nostram vel ipsum scripsisse vel eam scribendam curasse ac scriptori materiam suppeditasse.*

Si denique quaeris, quomodo auctor tam intima consuetudine cum Alberto coniunctus munere rerum scribendarum functus sit, eum potius laudatorem egisse quam severum rerum censorem, vix negabis. Multus est in laudandis virtutibus eius; econtra odit omnes quicunque imperatori vel comiti Hanoniensi adhaerebant; quin etiam Henricum ducem Brabantiae vehementer perstringit, quia rem fratris parum diligenter egisset[6]. *Vix tamen, quod videam, narrationem in favorem Alberti prorsus adulteravit*[7]. *Res quibus ipse non praesens fuit quaeque multo ante gestae sunt minus accurate compertas habet; e. gr. in enarranda electione errores commisit*[8], *de itinere Alberti ad curiam Romanam suscepto fabulas quas ab aliis accepit tradidit*[9]. *Sed egregius est in rerum dispositione. Quaequae et a comite Hanoniensi et a duce Brabantiae facta sunt, ut electionem in suam quisque utilitatem verteret, et quibus de causis imperator utriusque clientem reiecisset, tanta arte uno sub conspectu oculis subiecit, ut hac ex parte nemini cedat. Dolores denique et pericula Alberti eiusque vitam Remis gestam vividis coloribus pinxit. Natione Francogallus est, quod ex odio contra Teutonicos evidentissime patet*[10]. *E veteribus legit Ver-*

1) c. 38: *Abbas autem accepit ab eo licentiam sanguinem minuendi* etc.; c. 44: *Abbas autem Lobiensis orbatus lumine domini sui sibi tam iocundo, doloris acerbi magnitudine fere est opressus. Nec erat ei grata eius vita . . . Cum ei diceretur: 'Bene tibi fecit Deus, quia cum illo non existi; te ipsum enim pariter occidissent crudeles Allemanni . . . .', non satis grate audiebat verbum istud, immo vero lugens respondebat: 'Si', inquit, 'michi mori contigisset cum viro illo innocente, innocenti morte innocens fieri cum eo meruissem'* etc. Cf. c. 39. 2) c. 44. 3) Sunt vero hi: *Walterus de Chaueheit, archidiaconus Leodiensis* (c. 9); *Thomas Merbiensis, canonicus Sancti Lamberti* (c. 9); *magister Gerardus, Leodiensis canonicus et decanus in ecclesia sancti Iohannis ewangeliste in insula Leodiensi* (c. 25); *Sigerus canonicus Leodiensis et miles eius Oliverus* (c. 39); *Helyas de Bullo castello, canonicus Sancti Lamberti.* 4) c. 11. 12. Memoratur etiam (c. 13), abbatem Lobbiensem vicarium esse episcopi Leodiensis; cf. Gesta abb. Lobbiensium c. 1, SS. XXI, 308. 5) Cf. narratiunculam de mitra abbati Lobbiensi per Coelestinum papam transmissa (c. 12). 6) c. 3. 6. 28. 7) De uno loco (c. 5) hoc monuit Toeche, K. Heinrich VI. p. 225. 8) c. 3 sqq. 9) c. 7 sqq. Cf. etiam quae adnotavi ad finem c. 10. 10) E. gr. cf. 9: *violentia eius* (scil. imperatoris) *et obstinatio, que more Theutonici facile non sedatur;* c. 39: *Que ergo ire tam atroces, qui Teutonici furores ita graves, ita pertinaces istos exagitabant Alemannos . . . . . Invectivis in se verbis clamet et doleat infamiam suam infamis Alemannia, que sibi male tales enutrivit Alemannos.*

gilium[1]*; laudat quoque cantum Orphei*[2] *et virtutem Caii Iulii Caesaris*[3]*. Lingua Latina utitur sine ulla difficultate, sed sermoni proprium quiddam et singulare inest. Pronomina ei et sibi plerumque sine discrimine adhibet. Ordinem verborum miro modo instituit, praecipue similia cum similibus coniungit, e. gr. cf. c.* 3*:* inspiratum aspirare; *ibid.:* cui contradictum contradictione crudeli; *c.* 4*:* funestam fabricam fabricare; *c.* 13*:* gratis gratiam . . . timore absoluto absolute; *c.* 9*:* una concordia canonica conclamantis; *c.* 14*:* sonum quo insonuit; *ibid.:* approbant approbatum et reprobant reprobatum; *c.* 18*:* Traiectum se traiecit.

E posterioribus Vita Alberti praeter Aegidium nemini ad manus fuisse videtur. Cum a. 1612. *corpus Alberti magna cum solemnitate Remis e terra elevatum et Bruxellas translatum esset, iussu atque auspiciis Alberti Austriae archiducis Aubertus Miraeus Vitam 'ex manuscriptis chronicis Aegidii depromptam' separatim publici iuris fecit*[4]*. Eodem anno versio Hispanica vulgata est*[5]*. Integer vero textus hucusque nondum luci datus hic primum prodit, quem omnibus patriae historiae amicis acceptam gratamque fore confido.*

Ioh. Heller.

INCIPIT VITA DOMINI ALBERTI LEODIENSIS EPISCOPI.

1. Radulpho Leodiensi episcopo successor eligitur Albertus[*] Leodiensis archidiaconus, frater Henrici[6] Lothoringie[7] ducis.[**] Cuius electioni cum ceteri omnes archidiaconi, clerus et populus civitatis et principes terre consentirent, solus Balduinus[a, 8] comes Hayonensis[b] contradicit. Hic est qui Namucensem comitatum violenter extorserat[9] avunculo suo Henrico, comiti Namucensi nobilissimo, iam seni et oculis caligantibus ceco.

1191 Sept. 8.

2. Ad electionis ergo diem prefixam venerat comes Balduinus, militum frequentia magna constipatus[10], et ceteris Albertum, fratrem ducis, eligentibus, ipse Albertum eligebat[c], fratrem comitis Reiteste[d, 11], cognatum suum, ecclesie Leodiensis archidiaconum et maiorem prepositum, hominem stolidum et illiteratum[12], cui parum gratie preter genus erat. Hic ergo Albertus cum paucis canonicis familiaribus suis[a] et comite Balduino se aversum[e] opponit electo Leodiensi Alberto, qui magnis gratiarum titulis longe clarus superabat alti sui generis dignitatem. Electione confirmata eius, iam recesserat cum suis confusus[a] comes Balduinus, et post electionem consederat ad mensam novus electus et[a] dux[a], frater eius, cum amicis suis leti et iocundi: cum subito super mensam nuntius tristis venit, dicens, decessisse in Apulia Philippum archiepiscopum Coloniensem[13], qui affectu magno ducem Henricum et Albertum, fratrem eius, unice diligebat. In quo spes unica ipsis erat, per quem gratiam electionis[f] huius[a] confirmande optinerent apud imperatorem Henricum, qui Henrico duci non satis animo clarus erat aut benignus. Quo audito, dux Henricus omnibus

1191. Aug. 13.

*) *Aeg. add. in marg.:* primus.
**) *Aeg. in marg.:* LXIII^us Leodiensis episcopus.

a) *deest* 2. b) H. comes 2. c) e. A. 2. d) Reistere 2. e) adversum 2. f) conelectionis 2.

1) c. 25. 2) c. 9. 3) c. 39. 4) 'Vita s. Alberti cardinalis, episcopi Leodiensis et martyris, ex manuscriptis chronicis Aegidii Leodiensis, Aureaevallis monachi, primum deprompta et auctario ex variis scriptoribus sumpto illustrata, studio et cura Auberti Miraei Bruxellensis, s. Th. licentiati et canonici Antverp. Antverpiae apud Davidem Martinum' 1612. 5) Laudatur 'Nouvelle Biographie universelle' I, 333: 'Vida de S. Alberto, cardinal del titulo de Sancta-Cruz, obispo de Lieja y martyr, trad. en castellano por Andres de Soto, Brussellas, 1613, in 8°'. 6) primi. 7) i. e. Brabantiae. 8) quintus. 9) Cf. Ficker, Reichsfürstenstand p. 107 sqq.; Toeche, K. Heinrich VI. p. 99 sqq. 10) Neque minus venerat cum armatorum manu Heinricus dux Brabantiae, cf. Gisleberti Gest. com. Hanon. SS. XXI, 573. 578; Lamb. Parv. SS. XVI, 650; Chron. Reg. Col. SS. XVII, 801. 11) i. e. Manassis de Retest (Réthel, départ. Ardennes), cuius mater Beatrix, filia Godefridi comitis Namurcensis, erat soror Alisiae, matris Balduini V. De quarum genealogia cf. Gisleb. l. l. p. 507 sq.; Albricum, SS. XXIII, 851 sq. 12) *Vir maturior sed pusillanimis* secundum Gislebertum l. l. p. 573. 13) d. 13. Aug.; sepultus est Coloniae d. 26. Sept.; cf. Ann. S. Gereon. Col. SS. XVI, 734.

omissis cum avunculo suo Henrico[1], duce de Lemborc, Coloniam properavit ad electionem Brunonis, cognati et amici sui[2]. Et ecce alius nuntius primo atrocior in Colonia adhuc consistentis Henrici ducis aures et animos verberavit, dicens, in Syria decessisse Philippum[3] nobilem Flandrensem comitem, sibi constantia magna amicissimum. Quo audito, dux est animo consternatus, et omnes amici[a] eius cum eo, et intremuerunt[b] renes eius, quia contra omnes adversantes sibi Philippi comitis amicitia tutus erat atque potens. Habebat autem uxorem comitis Philippi neptem[4], filiam Mathei comitis Boloniensis, qui fuit frater Philippi Flandrensium comitis, qui[5] ante Albemarle fuit, ut superius dictum est, interfectus. Festinus ergo exiit a Colonia dux Henricus et magnis itineribus contendit in Flandrias[c] ad relictam Philippi comitis reginam[a] comitissam[6]. Regina enim dicebatur, quia filia regis[7] erat et pro fratre suo[8] minus firmo regnum patris sui tenuerat in Hyspaniis. Ad hanc ergo venit festinus dux Henricus, ut dotem eius confirmaret et ipse sibi pro uxore sua Flandrias occuparet. Antequam dux audisset, audierat de morte Philippi comitis Hayonensium comes Balduinus[9], qui et ipse uxorem habebat Margaretam comitissam, sororem comitis Philippi. Non sompnians ergo sibi, sed pervigil sibi[a] comes Balduinus, de terra sua secum raptis equitum peditumque copiis, simulque ducens heredem terre Flandrensis comitissam Margaretham, celeriter occupat[d] omnem terram usque ad Scalden fluvium, antequam dux Henricus exisset a Colonia. Aldenarde[10] nobili castello in insula Scaldi sito [occupato[e]] ceterisque castellis et oppidis eidem flumini[f] ultra ipsum proximis, ad Yprenses[g] Brugiosque[h] mittit et Gandavos, ut se et heredem recipiant comitissam Margaretam. Receptusque est ergo ab Yprensibus et Brugiis, ope Brugiensis prepositi[11], magnanimi viri, qui ex concubina filius fuit Theoderici, quondam nobilissimi Flandrie comitis[12], et a fratre suo Philippo multis ecclesiasticis dignitatibus fuerat honoratus. Gandensibus et Menalpibus[13] primo consilium fuit, ut non reciperent comitem Balduinum, magis faventes Henrico Lothoringie duci, sicut et multi Flandrensium, qui receperant eum magis metu presentie eius quam favore, qui cum exercitu multo insperatus incubuerat eis, ducis exercitu[i] longius adhuc se agente. Celeritate et instantia magna rerum[k] pro se gerendarum ultimo a Gandavis et ceteris omnibus est receptus. Ita comiti Philippo in Syria decedenti comes Hayonensis Balduinus successit in Flandrensi comitatu cum uxore sua Margareta comitissa; et post multas simultates inter se et Henricum ducem, cui[l] non potuit dux prevalere, et inter ipsum comitem Balduinum et Philippum[14] regem Francorum nuper a Syria regressum, tandem ab ipso rege Flandrensem obtinuit principatum[15], quinque milibus argenti marcis eidem regi datis pro ingressu sui principatus[m, 16]. Henricus dux confusus et conatibus suis omnibus sic frustratus, omnium inanis et vacuus, in terram suam a Flandriis est regressus.

1191. Iun. 1. — Dec. — 1192. Febr.

3. Inter hec claudicat[n] et vacillat opus omne, quod agendum erat de electione confirmanda apud imperatorem Alberti Leodiensis electi, dum dux, frater eius, omnia postponens, unico labore contendit atque vano pro obtinendo Flandrie comitatu. Comes Balduinus, qui superior in omnibus erat, in auro et[o] argento militiaque parata sibi semper simulque prudentia et providentia consiliique[p] et animi magnitudine ad omnia strenue peragenda, inter contentiones atque belli motus magni pro Flandrie principatu nichilominus aliud ei

a) *deest* 2. b) trem. 2. c) Flandriam 2. d) occupavit 2. e) occupato *supplet Miraeus*, occupatis *Chapeav.; simile verbum procul dubio hic omissum esse patet.* f) eiusdem fluminis 2. g) Yprensos *codd.* h) Burg *saepius* 2. i) exercitum 2. k) C. m. et i. r. 2. l) c. d. n. p. 2. m) quinque — principatus *desunt* 2. n) claudicabat et vacillabat *in rasura* 2. o) atque 2. p) ique *in ras. manu correctoris* 1.

1) tertio; cuius soror Margaretha erat mater Heinrici I. ducis Brabantiae. 2) Erat filius Adolfi IV. comitis Bergensis. 3) Cf. Sigeb. cont. Aquicinct. a. 1191, SS. VI, 427. 4) Mathildem. 5) i. e. Matthaeus Boloniensis, qui a. 1173. non multo post captionem Albemarlae castri (Aumale ab Amiens ad occidentem) ante Driencourt (arrond. Péronne) interfectus est, testibus Gisleb. SS. XXI, 523; Roberto de Monte, SS. VI, 522. De hoc loco cf praefationem p. 136. 6) Mathildem. 7) Alphonsi I. regis Portugaliae. 8) Sancio. 9) Cui Gislebertus festinum cursorem ex Italia miserat; cf. Gislebert. p. 574. 10) Audenaarden. 11) *Godefridi clerici, Sancte Marie in Brugis prepositi et Cameracensis ecclesie canonici, ipsius comitis* (scil. Balduini) *fratris, sed non germani*, mentionem fecit Gislebertus p. 601 ad a. 1195. 12) Rexit a. 1128—1168. 13) i. e. Menapiis, qui pagum Mempiscum (a Gent inter meridiem et occidentem) habitabant. 14) II. Augustum. 15) *In 7. ebdomada ante pascha* (15.—21. Febr.) in urbe Peronna; Sigeb. contin. Aquic. a. 1192, SS. VI, 428. 16) Cf. Gislebert. p. 580. Toeche, K. Heinrich VI. p. 225.

grave ducit bellum sine armis, ut electionem Alberti, fratris sui[1], casset et evacuet. Ad omnia ergo que volebat peragenda non laboribus, non expensis parcens, Albertum, fratrem comitis Reiteste, suum sibi electum, cum suffragiis auri et argenti multi[a] ad imperatorem mittit, quem necdum audierat redisse ab Italia. Henricus imperator in Italia ipsum Albertum ad se venientem suscepit honorifice[2]. Idem enim Albertus imperatricis[3] patruus erat. Hoc uno titulo de imperatoris gratia ipse Albertus presumebat et sequaces eius. Ceterum Henricus imperator aliud intendebat. Videbat enim hominem vanum, rudem et indoctum, nullo, sicut iam didicerat, electionis iuste privilegio inspiratum aspirare ad honorem tantum, cui omnia preter genus contraibant. Celans tamen mentem suam, imperator Alberto factus erat et iocundus et tacitus sibi letus erat, quod per eum occasio sibi data erat refellendi electionem Alberti Lovaniensis, cui pro fratre suo duce hunc honorem invidebat. Fuit enim tempus, dum adhuc vivens pater eius Fredericus imperator in Italia moraretur[b, 4], ut ipse qui rex erat, patre imperante, Leodium veniret ad auxiliandum Balduino comiti pro comitatu Namucensi, quem nuper occupaverat. (1189. Ian.) Dux Henricus Henrici comitis Namucensis partes iuvabat et infestus erat comiti Balduino, ex eo tempore quo Lembecam[5] oppidum conatus est communire comes Balduinus. Igitur[c] cum Henrico rege venit Leodium comes Balduinus. Adhuc autem[d] vivente patre suo duce[e] Godefrido[6], dux Henricus, adhuc iuvenis, venit Leodium ad Henricum regem, ostentatione multa secum ducens armatum validum equitatum usque ad trecentos, sicut fuit estimatum, magnoque supercilio sese egit[7] in curia ante faciem regis contra comitem Balduinum, cum iuveni regi dux iuvenis sciret esse grave quod agebat. Comes autem, sed nec ipse rex in ea civitate paucis equitum presidiis erant tuti; nec poterat rex pene solus hanc insolentiam ducis cohibere. In iras ergo magnas iuvenis rex accensus tulit invitus, quod ferendum sibi non putavit, quando venit in eandem[f] civitatem. Qua egressus[g], iram secum duxit et nutrivit[h] usque ad diem hanc, qua vidit sibi tempus aspirare, quo respondeat eius ira veterne ducis insolentie. Respondet ergo Alberti rebus et transmissis ad se postulatis pro eo comitis Balduini, ut redeant in regnum Theutonicum, sicut et ipse disponit, sese eodem citius[i] reversurum. Ibi sese auditurum de causa electionis[e] Leodiensis et se responsurum iuxta merita rerum et causarum. Quibus[k] diebus imperatori ab[l] Ytalia redeunti[m] occurrunt inter Alpes et[e] legati Lovaniensis Alberti, et ipsos simul imperator lepide suscipit[n] et benigne, vultu mentem celans, et eodem responso quo primos remittit eos, spe gratie sue, que non erat, animatos. (1191. Dec.) Utrique vero parti diem dicit circa Kalendas Februarii[8]. Henricus autem dux languidus erat ac remissus ad auxiliandum fratri suo Alberto, electo Leodiensi, ex eo quo audivit de morte comitis Philippi, quando bellum non necessarium[o], sed funestum sibi insumpsit contra comitem Balduinum pro Flandrie comitatu. Quibus rebus electio fratris sui omnino data est in signum, cui contradictum[p] contradictione crudeli usque ad mortem eiusdem electi. Nam si primis diebus electionis eius misisset dux pro electo fratre suo et electus pro se ipso ad deliniendum imperatorem in Italia magnis rebus occupatum, antequam aliud consilium de Leodiensi episcopatu concessisset, a gratia eius repulsi non fuissent.

4. Erat autem in exercitu imperatoris vir strenuus in re militari, comes[9] de Horestat[q]. Hic acceptus erat imperatori[r] pro servitio suo, quo ei servierat sedulus in expeditione Apulie et Calabrie, et de consiliis princeps erat primus. Huic comiti frater erat Lotharius, vir

a) multis 2. b) moreretur 1. c) Igitur — Balduinus *des.* 2. d) enim 2. e) *deest* 2. f) eam 2. g) regr. 2. h) trivit *in ras. manu correctoris* 1. i) tutius 1. k) His 2. l) de 2. m) revertenti 2. n) suscepit 2. o) rium *manu correctoris in marg.* 1. p) est *inser.* 2. q) Hostat *saepius* 2. r) imperium 1.

1) i. e. ducis Brabantiae (*sui* pro *eius* posito). De hac confusione in adhibendis pronominibus vid. praefationem p. 139. 2) Errat auctor; neque enim Albertum, sed Gislebertum clericum miserat Balduinus, qui imperatorem circa d. 20. Sept. apud Reate invenit (cf. Gisleb. p. 575). Albertum demum circa natale Domini apud Hagenovam in curia imperatoris fuisse, traditur (Gisleb. p. 577). 3) Constantiae, quae erat filia Rogeri regis Siciliae et Beatricis Retestensis. 4) Turbavit tempora noster; etenim Fridericus post mensem Iunium a. 1186. nunquam in Italiam venit. Sequentia autem de Heinrico enarrata a. 1189. contigisse, satis constat. 5) Lembecq, arrond. Bruxelles, cant. Hal. — Ad rem cf. Gislebert. p. 534. 6) Minime; Godefridus iam a. 1186, Sept. 21. mortuus erat. 7) Idem refert Gislebertus p. 565. 8) Iam d. 13. Ian. a. 1192. curia Wormatiae celebrata est. Vid. Gisleb. p. 577 sq.; Chron. Reg. Col. a. 1192, SS. XVII, 802. 9) Theodericus de Hochstaden.

magnus eatenus atque dives, preditus ecclesiasticis multis dignitatibus[1] et ambiens in summas ecclesie dignitates, et honores primos animo cupido suspirabat. Sciensque ex huius temporis experimentis manifestis ad hoc amplius valere suffragia auri et argenti, in auro et argento spem posuerat suam multam[a]. Propter quod sibi conflaverat auri et argenti summam multam, quibus animos hominum sibi adversantes expugnaret et expugnatos[b] suis votis cogeret obedire. Comes ergo, frater eius, cum[c] vidit ad curiam Albertum de[a] Reistet[d] et legatos Alberti Lovaniensis et imperatorem adhuc dubium istis et illis dubia respondisse preter diem certam fixam, hac occasione accepta, conandum [sibi[d*]] pro fratre suo ratus, furari sibi[a] cepit rerum causas et momenta. Et accedens ad principem, obsedit eius aures et incursat, nunc blandis, nunc promissis omnibusque modis quibus sibi possit eius aures captas inclinare. Inter cetera[e] pretendit invidiam facti, quo se Leodii dudum extulerat contra eum dux Henricus; et in[a] expeditione Apulie et Calabrie ab ipso clementer evocatus, primo ac deinde multis diebus fortiter citatus ut veniret, neque[f] eius clementia neque reverentia maiestatis eius est inductus ut veniret, sed contempsit et clementiam eius et virtutem. In regno Theutonico duci et electo, fratri eius, altum genus esse, potens et superbum. Si Albertus, frater ducis, Leodiensem episcopatum obtinuerit[g], duplicatas esse vires ducis contra ipsum, cui se obiecit, cui contradicit obedire. A facie ducis et superbi generis eius imperatori iam nichil esse tutum ultra Mosellam fluvium Albertum autem[h] de[a] Restet hominem nullum esse, qui debeat hominibus superponi. Sibi esse fratrem genere, scientia, moribus et etate firmum, sicut et ipse noverat imperator. Cuius fidem sicut suam et affectum eius sicut suum[a] et ipse poterat experiri erga se benignus imperator. Imperatori ergo cum suspectum sit et nocivum, si optineret[i] episcopatum Albertus Lovaniensis, et sit indecens et obscurum ipsi, si obtineat Albertus de[a] Restet. Dignum ducat et honestum atque sibi[k] tutum benignus imperator, ut, utroque reiecto a vanis et noxiis spebus[l] suis, Lothario fratri suo gratie sue radios expandat bene sibi consultus imperator. Cetera comes callidus sub ascella[2] mulcens eum, cupido eius submurmurat auri.

1192. Ian. 13.

5. Venit ergo dies, et concurrunt ad curiam ambe partes. Henricus dux Lothoringie[3], frater electi Lovaniensis, et Henricus dux de Lemborc, eorum avunculus, prope curiam accesserunt; neque in curiam[m] venire[a] satis tutum erat eis, sed per internuntios pro se et pro electo agebatur apud imperatorem, ut eius gratiam obtinerent. Callidus imperator omnia librans, libra dubia partibus[n] aversis[o] respondebat. Venit ergo ante eum Albertus de[a] Reistet, maior prepositus et archidiaconus, quatuor aut quinque secum habens canonicos Sancti Lamberti, fautores partis sue, que pene nulla erat. Venit et stetit ante principem plenus bone spei. Venit et Albertus Lovaniensis cum archidiaconibus et clero Sancti Lamberti usque ad[a] 40 et amplius, tanto numero et ampliori sua dignitate atque honestate et cause merito longe potiori[p], si principi causa potior placuisset. Interim[q] dum hinc et inde allegationes proponuntur atque ventilantur inter partes[q], diesque unus post alterum a principe callido quasi ad cognoscendam causam et validius examinandam partibus indicuntur, comes de Horestat[r] pro fratre suo Lothario, Bonnensi[s] preposito, non cessat funestam fabricam fabricare cum principe sibi concordante. Ad tegendum[t] ergo commertium operis[a] tenebrosi, tribus milibus marcarum a Bonniensi preposito clam acceptis, imperator in curia generali constituit eum sibi archicancellarium regni sui citra Alpes[4], in proximo facturus, ut eum investiat regalibus Leodiensis episcopatus. Quod opus in puplico factum et secretum in brevi revelandum non latuit Albertum de[a] Reistet; vidensque delusum se a principe per anfractus inanes[u] sese detinente cum suis, statim venit ad Albertum Lovaniensem et eius electioni cum suis concordem sese reddit, iurans et obtestans, se nunquam ab[a] eo[a] dein-

a) *deest* 2. b) expugnantes 1. c) ut 2. d) Reiteste *saepius* 2. d*) *manu correctoris superscr.* 1; *deest* 2. e) Interea 2. f) neque — veniret *omis.* 2. g) obtineret 2. h) vero 2. i) optinet 1; obtineret 2. k) tibi 1. l) rebus 2. m) curia 2. n) partis 1. o) adversis 2. p) priori 2. q) Inter hinc dum hinc inter partes 2. r) Honestat 1. s) Bonnesi 1. t) regendum 2. u) in annum 1; in avium 2.

1) Erat praepositus Bonnensis et canonicus S. Lamberti Leodiensis. 2) i. e. axilla; *achsel.* 3) Errat auctor; nam Heinricum ducem Brabantiae ad curiam accedere non ausum esse, expresse testatur Gislebertus p. 578. 4) Apertus error; nimirum non archicancellarium, sed cancellarium eum fecit. Cf. Gislebert. p. 578: *cancellariam suam, que tunc vacabat, ei vendidit;* qua de re vid. Toeche, K. Heinrich VI. p. 224 n. 3; Stumpf, Reichskanzler p. 414.

1192. Ian.

ceps[a] recessurum. Concordes ergo veniunt[1] ante principem; Albertus de[a] Reistet, Leodiensis ecclesie maior prepositus et archidiaconus, Albertum Lovaniensem ex parte sua, qui in electione[b] primam vocem habet, ex parte archidiaconorum et totius ecclesie Leodiensis in unam et eandem vocem una concordia canonica conclamantis presentat et cum omnibus flexo genu postulat, ut, sicut iustum est et equum, electo suo presenti gratia eius extendat clementie sue manum et recipiat et investiat, sicut decet, dono regalium Leodiensis episcopatus. Respondit turbidus imperator, id non esse iustum, neque sibi equum nec imperio suo dignum esse; iuris esse[a] sui et honoris imperii sui et hoc a patre suo accepisse, dive memorie imperatore Frederico, ut in omnibus ecclesiis regni[a] sui[a], que ad eius donum spectant, si partes sunt invente in electione celebranda, omnibus partibus in electione dissidentibus electionis vocem et meritum prorsus expirare, et penes se esse ius omne et omnem potestatem, ut ipse cui voluerit extendat manum suam, et a se ipso eligendum et investiendum quem dignum ipse censuerit. Etsi iam nunc tandem dicant, non esse sibi partes, sese[c] concordes inveniri: nichilominus partem suam dicit prevalere, quia, etsi non iam sint, fuerunt tamen partes inter eos[d], et inter partes eorum dissidentes[e] sese iam velle et[e] decere[f] interponere partes suas. Clerus Leodiensis cum allegare contra conaretur, non fuisse partes, cum quatuor aut quinque in ecclesia nullum[g] dignitatis officium[h] habentes nullaque nixi ratione, sed sola ducti levitate quam correxerint, — cum inquam ita pauci canonici se obiecerint contra canonicos quinquaginta quinque et ecclesie summos viros, abrupit eorum rationes omnes violentus[i] imperator et Lotharium Bonniensem prepositum electum sibi designat et investit regalibus Leodiensis episcopatus, quem tridie[k,2] designaverat archicancellarium regni Theutonici. Quem honorem archicancellarie, sicut erat condictum inter eos, palam ipse resignat in manum[l] principis. Huic facto tam atroci instanter contradicit Leodiensium clerus omnis qui astabat, et electus eorum Albertus Lovaniensis electionem suam canonicam esse constantia magna affirmans coram ipso imperatore, et declamat iniuriam fieri et vim inferri manifestam ecclesie sancte Dei ab[a] antiquo conservate libertati, et apellat sedem apostolicam. Incensus his violentus[m] imperator, portas claudi iubet, ne Leodiensium quisquam egredi possit[n], et[a] detonans terroribus atque minis, canonicos impellere conatur, ut consentiant facto suo et recipiant in[a] electum suum Lotharium Boniensem prepositum. Albertus de[a] Retest, calamo vento agitato non constantior, et plures alii se consentire profitentur. Ceteros imperator videns firmos in proposito[o], cum electo suo Alberto Lovaniensi tandem permittit abire. A suis enim fuerat castigatus, non esse sibi decens, ut eos sic teneret; et sic infausta curia est soluta. Lotharius Bonniensis prepositus, qui et ipse canonicus Sancti Lamberti primo laudaverat approbatam electionem Alberti Lovaniensis et cum ceteris canonicis subscripserat, contra hoc suum factum et assensum iam nunc veniens, ipsam eius et[a] electionem simul[a] et appellationem vanam ducit. Cupiditas enim et ambitio eius oculos eius obcecaverat. Venit ergo Leodium[p] et occupavit episcopatum et oppida et castella nobilia Leodiensis episcopatus fecitque amicitias et federa cum Balduino comite Hayonensi[3], et eius potentia fretus, in episcopatus invasi negotiis securius se agebat. (Febr. 19.)

6. Albertus Lovaniensis res suas trahebat angustiis magnis; plures enim necessarii eius et amici ab eo aversi erant, quidam metu, quidam gratia vel favore imperatoris obstinati, et alii quidem rei finem sub silentio expectabant, alii manifestis rebus agebant contra eum. Dux ipse, frater eius, languido consilio et auxilio remisso negotium eius parum promovebat et expensis modicis iuvabat parum fratrem suum, qui momentis rerum tantis laborabat indefessus. Omnibus ergo rerum difficultatibus animum gerens ampliorem, Romanum iter cum paucis aggreditur, periculis omnibus, que gravissima sibi imminebant, preponens[q] et ecclesie Dei libertatem et officii sui dignitatem. De ipso[r] autem male sollicitus imperator, per litteras et legatos suos concluserat ei omnia itinera, quibus Romam potest iri terra

a) *deest* 2. b) sua et *inser.* 2. c) si se 1. d) i. e. *in ras., sequentia usque ad* partes suas *in marg. manu correctoris* 1. e) si, et *abscisa* 1. f) dicere 2. g) nulla 2. h) officia 2. i) violenter 2. k) *e corr.* 1. l) manu 2. m) violentiis *codd.* n) posset 2. o) suo *inser.* 2. p) Lotharius *inser.* 2. q) proponens 1. r) quo 2.

1) Plus fidei hic Gisleberto habendum est, qui de abdicatione Alberti Retestensis nil profert. Cf. Toeche l. l. p. 225, qui nostrum narrationem in favorem Alberti Lovaniensis vertisse monuit. 2) Cum nostro concordat Gislebertus l. l.: *Secunda autem die a donatione illa cancellarie eidem Lothario . . . episcopatum Leodiensem contulit.* 3) Cf. Gisleb. p. 580.

1192. marique: in tantas iras exarserat in eum inmemor imperatorie serenitatis turbulentus imperator. A rectioribus ergo itineribus divertens atque sibi cavens, Albertus itinere longo et distorto venit per[a] Provinciam ad Montem Pessulanum[1], eo consilio ut per mare pergat Romam. Ipse autem et omnes sui, mutato scemate, taciti procedebant. Malis autem quibusdam rerum intersignis, ut amplius sibi caveat, castigatus in Monte Pessulano, maris iter non sibi tutum iudicavit, sed arduis et angustis viis per Alpes mari proximas iter agens, transit[b] in Italiam; magnoque labore vias invias exuperans, per montanos et marinos fines Ianuensium, Lucentium atque Pisanorum tandem venit Romam. Audierat de adventu eius et insidiis ei ubique collocatis papa Celestinus et pio animo pro eius salute sollicitus erat valde. In omnibus autem locis, ubicumque hospitium[c] erat ei, Albertus sese non dominum familie sue, sed servum vilem exhibebat, in stabulis equorum curam gerens, in coquina coquum sese fingens.

7. Hospitum quidam rudis homo calceos reparatos laverat, ut ungeret, et ad focum tenebat prius exiccandos: 'Et tu', inquit, 'serve piger, cum sis ociosus, istos tene et exicca et siccatos unge michi'. Homini stolide imperanti Albertus obediendum ratus, calceos ad ignem quidem tenet, sed ut ungat, non sibi censet equum. Aliud ergo sibi fingit opus[d] operandum, quod causare[e] non debeat hospes asper. In stabulo equi sese collidebant: hospiti clemens et subridens reddit calceos, ipse letior expeditus currit in stabulum et castigat equos et moratur diu, intricatos fingens et declamans equos, et necesse sibi facit ad hec explicanda, cum necesse[d] nullum esset, donec hospes ab eius opera[f] iam desperans, suos ipse sibi calceos ungat exiccatos, quod decebat magis ipsum.

8. Post hec in una civitatum venerat hospitatum. Sollempnes nuptias quidam civium nobilis celebrabat. Cives et advene simul erant[g] invitati, ut officium suum quisque nuptiis exhiberet. Albertus cum sotiis ad ludos ab hospite tractus est. Rogati sunt, ut honori nuptiarum suas partes interponant, si quis eorum psallere noverit aut mulcere aures musico instrumento[d]. Psallere scientem simulatum servum suum socii obtulerunt. Informis habitu et sudore tetro[d] tinctos vultus habens, non illum Albertus respondebat, qui forma spetiosus insigne preferebat sanguinis sui generosi et insignem natalium suorum dignitatem. Ab hospite ergo leto est oblatum ei musicum instrumentum. David enim vestigia secutus, dum adhuc adolescentie sue[d] flores ei aspirarent, hoc genere psallendi sese oblectabat, sciens scriptum: *Letare iuvenis in adolescentia tua.* (Eccl. 11, 9.) Non longe autem excesserat fines adolescentie sue; namque[h] inter vicesimum quintum et tricesimum etatis annum agebat et in viriles annos etate et sapientia assurgebat. Doctis ergo digitis temperans atque movens cordas concordantes, musica[i] dulcedine aures audientium Orpheo doctior ipso[k] demulcebat. Applausit modulanti omnis sollempnitas nuptialis. Albertus autem quis esset animo tristi in ipsis gaudiis reminiscens, oblato munere non recepto, fingens incumbere sibi[k*] servitium dominorum[l], redit ad hospitium, sicque quietus latuit sibi.

9. His laboribus miserandis, his artibus exquisitis Deo miserante insidias omnes eludens et evadens, ut dictum est, confugit in Romanam urbem, statimque, ut erat ex itinere adustus sole[m], vultu pulveris ac sudoris fuligine obvoluto, lineo capello nigro et offuso, calceis grandibus duris et obrosis, veste vili atque grossa, balteo duro et informi, cui cultrum ingens dependebat[n], vagina scabra atque uncta, ut non hominem generosum, ut non in pontificem electum, sed servum emptitium et coquine sordibus inquinatum estimares. Talis ergo statim ut venit intrans curiam, stetit ante summum presulem[o]. Cum eo venerat Walterus de Chaueheit[p] archidiaconus Leodiensis et Thomas Merbiensis[q,2] canonicus Sancti Lamberti et alii pauci, ceteris imperatoris metu periculis se tantis opponere detrectantibus. Ut autem vidit eum in hac forma, in hoc scemate stantem coram se papa Celestinus[3], hesit, hominem miratus ita sibi subito apparentem. 'Ecce', inquiunt Leodienses, 'sancte pater, ecce filius tuus Leodiensis electus, Albertus Lovaniensis, toto itinere ingentibus periculis agitatus'. Pontifex benignus in lacrimis[r] exit[s], et accedere iubens, in amplexus[t] eius

a) in 2. b) venit 2. c) hospitatum 2. d) *deest* 2. e) causari 1. f) opere 2. g) C. s. e. a. omnes e. 2. h) que *deest* 2. i) mulsica 1. k) ipse 2. k*) *superscr.* 1. l) suorum *inser.* 2. m) sese 2. n) impend. 2. o) pontificem 2. p) Chauenci 2. q) Marb. 2. r) lacrimas 2. s) exiit 2. t) amplexibus 2.

1) Montpellier. 2) De his vid. quae adnotavit Bormans, Iean d'Outremeuse IV, 500 n. 10. 3) Electus a. 1192, Mart. 21.

1192. et oscula[a] ruit et: 'Benedictus', inquit, 'Deus, qui filium meum de ore leonis insidiantis liberavit. Noveram enim et ego et magnis curis anxius[b] estuabam, quantis insidiis omnia tibi sunt itinera obsessa, fili mi. Precedens enim fama michi omnia nuntiavit, sed et forma electionis tue et reprobationis, qua te reprobavit imperator. Si venisti sic instructus, ut electio tua exaudiri mereatur, Deo auctore et beatis patronis nostris Petro et Paulo adiuvantibus, non erit tibi vacuus labor tuus, et electionis tue meritum, si canonicis apparuerit instrumentis, tibi confirmabitur'. His et aliis dictis benigne consolatum iubet quiescere post laborem. Curia exeuntem favore pio curia omnis prosequitur. Erant autem dies azimorum, (Apr. 5.) quando venit ad curiam, et stetit in curia usque post octavas pentecostes, (Mai. 31.) validis instrumentis ostendens electionis sue iustam causam. Quibus visis, et auditis in curia frequentibus instrumentis[c], facile erat curie de confirmanda eius electione intra paucos dies iudicare, et pene nullus erat, qui non electionem eius ratam iudicaret. Sed erat in hac causa quod curia[c] fortiter verebatur, scilicet imperatoris indignatio contra ducem Lovaniensem et contra electum, fratrem eius, et violentia eius et obstinatio, que more Theutonici facile non sedatur. In hac ergo parte in curia multi erant fortiter dissidentes, aliis censentibus, Deo magis obediendum quam hominibus et ecclesie Dei libertatem super omnia mundi pericula debere defensari, aliis, qui tamen erant pauciores, obnitentibus et dicentibus, parcendum esse periculis ecclesie Dei manifestis[d] apparentibus, parcendum scandalis, que gravissima poterant ex his oriri[e]; imperatoris feros animos non posse mitigari, eius potentie non posse resisti, non eius iracundiam qui supra leges agit legibus posse cohiberi, gladio materiali non eum peccantem posse coherceri[f], qui gladii materialis summam habet potestatem. Ita magnis contentionibus res inter cardinales agebatur, et decidende cause iudicium multis diebus est protractum.

10. Albertus autem electus fortiter insistebat, non hominis sed Dei iudicium postulabat. 'Quo iudicare debetis', inquit, 'vos hominum summi filii Dei[g], vos excelsi super filios hominum, quos non decet iudicium Dei iudicio hominum subiugare. Sublato hominum omni metu vel favore, vos[c] super homines Deo proximi timeatis inclinare iudicium Dei nostri[h], et quod iustum est de electione mea iudicate[i]! Electio[c] mea[c], si[k] canonice[l] rationi[m] non respondet, iudicate; si autem canonica ratione vobis videntibus est subnixa[n], sententiarum hinc[c] et inde concurrentium felici conclusione id ipsum celerius iudicate! Expensis enim magnis in hac mea causa non procedo, neque michi fiducia est in auro et argento; argentum nam[o] et aurum michi non habundat, sed quam habeo causam, si eam iustam[p] iudicatis, vobis hanc presento. Non pecunia, sed iusticia terminet michi causam meam. In argento et auro, inter que natat et exuberat, Lotharius Bonniensis prepositus sibi confidat, et in potentia regie voluntatis et favoris, quibus subnixus[q] impugnat ecclesie Dei libertatem. Michi fiducia est omnis in eo qui veritas est et iusticia, cui omnis humana potestas et malignitas non potest obviare. Si scandala, si pericula humana vos timetis, amplius Deum timeatis, quia horrendum est incidere in manus Dei viventis, (cf. Hebr. 10, 31.) si humano metu moti Dei iudicium suffocatis. Primum et imum[r] est caput meum, quod expositum his scandalis, his periculis que timetis. 'Moriatur anima mea morte iustorum, et fiant novissima mea horum similia', (Num 23, 10.) dum pro iusticia Dei, dum pro ecclesie Dei libertate summo et extremo periculo inmergatur capud meum'. Constantia iuvenis generosi, non levitate iuvenili sed senili gravitate perorantis, curia omnis est in ardorem iusticie faciende fortiter animata. Omni iusticia causam eius splendore superno vestiente, in favorem eius omnes conveniunt cardinales Romanique principes atque senatores. Quibus rebus letus effectus papa Celestinus, qui eum unico affectu tamquam filium[s] diligebat, super causa eius iudicii faciendi certum diem dicit. Ad quam[t] diem concurrit omnis curia et magnus numerus nobilium Romanorum. Impletur Lateranense palatium[u] frequentia curie generalis, breviter revolvuntur que facta sunt et dicta super electione Leodiensi et imperatoris reprobatione et Lotharii prepositi Bonniensis intrusione et de his omnibus que proposite sunt questiones in curia Romana: quis iustius debeat obtinere. Omnium ergo iudicio papa Celestinus approbat et confirmat electionem Alberti Lovaniensis, ceteris omnibus que irrepserant reprobatis, et favore magno assentiunt[v] omnes et applaudunt eius-

a) osculis 2. b) anxiis 1. c) *deest* 2. d) manifeste 2. e) *ita* 2. oriri *corr. superscribendo* exoriri *man. correctoris* 1. f) cohiberi 2. g) h. f. D. s. 2. h) vestri 2. i) iudicare 2. k) autem *inser.* 2. l) canonica 2. m) rationi — ratione *desunt* 2. n) ratione *inser.* 2. o) namque 2. p) certam 2. q) subvexus 1. r) humanum 2. s) filius 1. t) quem 2. u) palatum 1. v) assensiunt 1.

1192. dem electi tante dignitati. Cui gratie eius ut addatur gratia[a] maior, constituit eum summus[b] pontifex sancte ecclesie Romane cardinalem[1] et, imposita mitra capiti eius, inter cardinales Mai. 30. summos eum facit[c] consedere. In proximo sabbato sollempnis ieiunii quatuor temporum, quod in diebus pentecosten celebratur, ordinat eum in dyaconum papa Celestinus; et eo iubente, omnium favore magno in sollempniis eius misse legit euvangelium Albertus dyaconus cardinalis ordinatus. 5

11. Post hec papa Celestinus agit cura magna, qualiter salvus redeat in terram suam electus et dilectus filius eius, et qualiter consumetur opus eius, quod ceperat de eo pius pater de ordinatione eius in presbiterum et consecratione in sacerdotalem dignitatem. Scribit ergo de his dupplices litteras, unas ad Brunonem archiepiscopum Coloniensem et alias 10 ad Wilhelmum archiepiscopum Remensem, ut, si Coloniensis refugiat exequi preceptum apostolicum metu imperatorie potestatis, ipsum Remensis nichilominus exequatur[2]. Scribit et alias diversas ad diversos ad roborandum opus eius et ad condempnandum[d] Lotharium Bonniensem prepositum, nisi resipiscat, et eos omnes qui se presumpserint opponere preceptis apostolicis [de[e]] eiusdem Alberti dignitate: omni clero et populo et omnium dignitatum 15 et officiorum omnibus ecclesiasticis laicisque personis totius Leodiensis episcopatus mandans et districte precipiens sub periculo honoris uniuscuiusque sui, et iniungens in remissionem peccatorum, ut omnes obediant ei et omnes, absoluti a fide et iuramento, quod fecerant Bonniensi preposito, quem intruserat imperator, faciant fidem et iuramentum subiectionis et obedientie Alberto, cuius electionem iustam et canonicam approbat et confirmat 20 sancta sedes apostolica. Ad omnes autem, ad quos scripsit pro eo benignus papa Celestinus, dupplices litteras scripsit propter insidias, que revertenti atque frequentiores omnibus itineribus terra marique parabantur, ut comitatus eius, qui rarus erat, in duas partes divisus, singuli divisi singulas litteras deportaret, ut, si une fuissent intercepte[f], nichilominus alie Deo propitio salvarentur. Interminatione autem multa dederat preceptum validum pius et iustus ei 25 pontifex summus, ut omnino nullus esset in curia Romana, non hostiarius, non scriptor, non notarius, non ipsi cardinales, non alicuius officii curam gerens aut dignitatis, [qui[g]] presumeret[h] aspirare ad aliquod munus ab eo percipiendum, sed omnia gratis fierent ei, qui pro ecclesie libertate tuenda tantis laboribus et periculis exposuisset semet ipsum. Ipse autem summus[i] pontifex secretius agens cum electo filio suo, magna constantia, magno affectu 30 affirmabat et confirmabat ei[k], quia nullo rerum metu, nullis precibus, nullis blandimentis aut terroribus, nullo pretio ipse moveretur a proposito vel iudicio, quod tanta sollempnitate et rationis ac[l] iusticie tantis patrociniis fecerat ei sancta sedes apostolica. Insuper donat ei munera in signum paterne affectionis sue, qua vehementer amabat eum tanquam filium suum. Donat et anulum aureum in signum fidei, qua semper firmus erit ei, et mitras duas pretiosas, 35 unam ipsius dignitati, alteram abbati Lobiensi[3], pro quo postulaverat, quia eum ipse electus affectu multo diligebat et ecclesiam eius Lobiensem. Albertus ergo[m] his omnibus pro tempore sufficienter instructus et de summi pontificis gratia certus, propter insidias fingit se diutius in curia moraturum; omnibusque paratis, et partitis[n] sociis suis itineribus diversis in patriam rediturís, ipse clam accedit ad dominum papam et benedictionem petit et licentiam 40 abeundi. Illacrimans papa[o] et deosculans et benedictionibus apostolicis et votis eum[o] con-Iun. 4. firmans, eum[p] ultimo dimittit valedicto, quinto die postquam ipsum ordinaverat in dyaconum. Nactus ergo navem mercatorum in Romano portu, occultus intrat eam, et veniens ad ostia Tyberina, mari[q] se committit usque ad Pysanam civitatem. Ibi audit in mari insidias sibi preparatas[r], et a mari convertit[s] iter suum, et per montana maritima magnis sudo- 45 ribus et periculis, magnis itineribus et occultis demum venit usque ad Alpes Hannibalis, qui dicuntur Montes Senis[4], in quorum radicibus in oppido Transalpino quod Suisa[5] dicitur invenit virum nobilem et iocundum, comitem Cabillonensis[6] Francorum civitatis. Cuius au-

a) *deest* 2. b) suppremus 2. c) fecit 2. d) condampn. 1. e) *deest codd.; supplevi.* f) capte 2. g) *deest codd.; supplevit Chapeav.* h) presument 2. i) suppremus 2. k) m. affectu affirmat confirmat ei 2. l) et 2. m) autem 2. 50 n) e. p. *superscr. manu correctoris* 1. o) *deest* 2. p) in 2. q) mare 2. r) paratas 2. s) divert. 2.

1) Haec fabulam mihi sapere videntur. 2) Cf. Chron. Reg. Col. a. 1192, SS. XVII, 802: *Predictus Albertus Romam veniens, litteras a papa accepit ad Coloniensem archiepiscopum, qualinus eum in episcopum consecraret, vel si ipse hoc exsequi non posset vel timeret, Remensis archiepiscopus hoc eius consensu impleret;* Sigeb. cont. Aquicinct. SS. VI, 429. 3) Werrico, qui sedit a. 1181 – 1204; cf. Gall. christ. III, 87. 4) Mont-Cenis. 5) Susa. 6) Châ- 55 lon-sur-Saône.

gustam[a] formam comes videns et res eius latitantes — arbitratus sicut[b] virum dignum, sed 1192.
sibi metuentem — lepide querit de[c] eo, quis sit, unde veniat aut quo vadat; et secretis eius
spondet fidem et promittit opem[d]. Albertus videns sibi profuturum, si viro nobili nobilis
ipse se exponat[e], et nomen exponit et genus et officium sue dignitatis et latendi et cavendi
5 sibi causam omnem. Comes eum amplexatus, benigne consolatur et iungit eum sibi in
Franciam[f] revertenti. Promittit opem et tutelam suam, sicut is qui per se et amicos suos
plurimum possit usque in[g] terram Campanorum. Sic auxilio Dei fretus, evadens omnia
pericula, venit usque Remis civitatem. Ubi iam securior paucos dies commoratur.

12. Albertus[d] timens[h] comitem Hayonensem[i] Balduinum et insidias Lotharii perva-
10 soris, uno tantum servo comite et Thoma Merbiensi, ab urbe Remensi movens diluculo primo,
tota die et sequenti nocte simul[d] equitans, venit Lobias modicum ante diem, que[k] erat pridie
vinculorum sancti Petri. Fratres Lobienses iam finierant laudes matutinas; et ecce Thomas Iul. 31.
Merbiensis, qui melius noverat aditus abbatie, inclamat abbatis[l] capellanos. Ostia pan-
duntur inclamanti. Cum domino suo, quem fingebat sibi servum, domus alte gradus scan-
15 dit; occurrit abbas in tenebris venienti: agnoverat enim vocem[m] capellanos inclamantis.
Accendit[n] festinum candele lumen, stupet abbas insperate rei novitate. Cui Thomas: 'Ecce',
inquit subridens, 'servus meus, sed ecce dominus meus, hunc potius ut dominum et amicum
salutate'. Adhuc enim incognitus abbati erat ipse, quia capello grandi tectus erat caput, et
res insperata non sinebat agnoscere qui bene notus erat. Abbas[o] letus excepit eum gaudio
20 magno. Necdum fratres omnes recesserant[p] a templo post laudes matutinas, quidam tamen
recesserant pausaturi. Ad hos atque illos signa currunt leta, venisse virum tante dignita-
tis, et[q] ecclesiam eorum qui[r] tanto affectu diligebat. Inprimis, sicut ad equitandum para-
tus erat, venit in templum et, oratione facta, accedit ad altare sancti Petri, accensis lumi-
naribus, quia necdum dies erat. Accurrunt ad eum gratulabundi fratres omnes. Ille, dul-
25 citer altari deosculato, in signum dilectionis et abbatis et totius ecclesie Lobiensis super
altare mitram offert et litteras confirmationis ex parte domini pape Celestini, qui hanc eis
augebat dignitatem cum ceteris quas indulserant eis sancti patres eius a diebus antiquis, ut
anulo aureo[s], quod gestabat abbas Lobiensis, et ceteris insignibus hec gratia mitre amplior
appareret et honor capitis amplior emineret ceteris ornamentis[1]. Licet enim minus emi-
30 nens, dignius tamen est et misticum magis, anulo aureo uti quam mitrà. Albertus igitur[d],
modico sumpto cibo, illa hora — neque enim comederat aut quieverat — insomnis itineri
sese reddit, iam celo albescente. Metus enim quem habebat a facie comitis Balduini non
sinebat eum vel modicum somni[d] furari sibi, qui tantis vigiliis et ieiunio[t] iam pene victus
erat. Abbas Lobiensis plus impendens eius dilectioni quam timori, quo et ipse pro ipso
35 timebat sibi valde, cum paucis comitatur eum usque Nivellam[2]. Honore et gaudio magno
cum receptus esset ab ecclesia tota et oppido toto Niviellensium, abbas ei valedicto redit
ipsa hora ad ecclesiam suam, celebraturus sollempnia vinculorum sancti Petri. Toto itinere Aug. 1.
grandi lucta secum luctans, estuavit abbas sibi[u] timens, utrum supersederet uti mitra prop
ter malignantes et propter eos qui potentes potenter oderant illum, qui hoc donum et hanc
40 gratiam gratis obtinuerat a sede apostolica et ex eius parte uti preceperat ut legatus et[d] ut
sancte Romane ecclesie cardinalis. Periculum ergo timens abbas ab hostibus atque mali-
gnantibus, his diebus non uti mitra sibi tutum iudicabat; sed si non utatur aut procrastinet
uti dono tante sedis contra gratiam oblatam sibi et ecclesie sue, si timidus sit et ingratus,
nichilominus non esse sibi tutum atque decens estimabat. In hanc partem unum adiudi-
45 cabat[v], quod huius gratie gratia plana erat; non enim pro ipsa vel per se vel per alium
aut dederat aut[d] promiserat[d], sed neque preces obtulerat.

13. Cum enim Romanum iter Albertus clam aggressus esset, et in Francorum terra
in Terrici castello[3] nobili paucos[w] dies commoratus[x], nuntios[x] fratris ducis, ut condictum erat,
in secretis expectaret, de ipso nichil sciens venerat Remis abbas Lobiensis. Per forum

50 a) ang. 1. b) *inser.* erat 2. c) ab 2. d) *deest* 2. e) exponit *corr.* exponat 1. f) Francia 2. g) ad 2. h) *e corr.* 1. Timensque 2. i) *in ras. manu correctoris* 1. k) *hic (fol. 124) incipit scriba secundus* 1. l) ad abb. 2. m) appel lantis *inser.* 2. n) Accendit — novitate *desunt* 2. o) Albertus 2. p) abcess 2. q) ad 2. r) quam 2. s) *superscr.* 1. t) ieiuniis 2. u) secum 2. v) adiuvabat 2. w) paucos — ducis *manu correctoris in marg.* 1. x) *primum* m, ios *absc.* 1.

55 1) Exstat confirmatio privilegiorum Lobbiensium Werrico per Coelestinum papam a. 1194. data, in qua de mitra nil legitur. Cf. Vos, 'Lobbes, son abbaye et son chapitre' (Louvain 1865), II, 468 sqq. ('extrait d'un manuscrit de l'abbaye de Lobbes'). 2) Nivelles. 3) Château-Thierry ad fl. Marne.

1192. transiens civitatis, occurrit forte duobus domni Alberti servientibus, qui venerant a domino suo missi, ut emerent vestes itineri necessarias. Querit ab eis qui venerant, ubi dominum suum dimisissent. Rem omnem, sicut erat, docent; sciebant enim, eum domino suo esse fidum. Quo audito, omnibus omissis pro quibus venerat, statim cum eis currit ad dominum et amicum suum. Qui magno favore[a] tribus diebus tenuit eum secum, nec in tanta eius gratia de omnibus negotiis suis ad curiam pro se faciendis mentionem ullam fecit ei. Tantis enim tumultibus contra eum detonantibus, hebes abbas erat et attonitus, nec audebat aures eius appellare de suis rebus aut negotiis, quem videbat de suis rebus[a*] propriis sic gravatum. Unum consilium petiit ab ipso et accepit, cum ecclesia eius esset male vicina potentie comitis Hainoensis et sub violentia Lotharii pervasoris[b], quid ipse facere posset de fidelitate ei facienda, quam ab ipso sibi fieri exigebat et[c] necdum fecerat propter eum, cuius fidei et obsequio paratus semper erat. Electus abbatem blande consolatus[d] et benigne: 'Nichil', inquit, 'fidei tue michi note derogatur. Age quod agendum tempus urget; tempori namque est cedendum. Quia sic necesse est[c], Lothario Bonnensi presta iuramentum atque fidem, et conserva, quamdiu dictat tempus eius. Si Dominus meus[c] mecum est, prope est tempus eiusdem pervasoris[e], et dies eius non elongabuntur, sed accipiet finem iniquum; tempus eius et maligni dies eius in brevi pertransibunt, et laboribus meis atque tante lucte mee cum misertus fuerit dominus Deus, et tu et omnes, qui ei fuerint sic astricti et ligati, absolventur[f] auctoritate sedis apostolice, et obedietis ei, quem vobis miserit miserator et misericors Dominus, cum videritis, quando sedes apostolica hoc idolum zeli condempnabit atque destruet in eternum'. His consolationibus[c] et[c] consiliis cum abbatem domnus Albertus animasset atque consolatum dimisisset, veniensque ad curiam, cum vidisset eam sibi clementem et benignam[g] et fecisse sibi quod iusticia dictavit faciendum, memor ipse, clemens et benignus, dilecti sui, quem remiserat in ignem[h] tribulationis et angustie, memor ecclesie eius sibi grate et dilecte, impetravit eis gratis gratiam istam, sicut est predictum, ut, quia abbas Lobiensis vicarius est episcopi Leodiensis[1], in ecclesia Leodiensi atque Lobiensi divina celebrans festis diebus, sicut debet, non sicut solebat dimidius, sed iam integer sollempnis[i] appareret sacerdotalibus indumentis. Hec ergo omnia considerans et perpendens abbas Lobiensis, statuit[k], ut, omni timore absoluto, absolute[e] uteretur Dei dono, quod[l] per Dei servum miserat ei Petri sedes, et utendi causa prima esset sollempnis Petri dies; et sic honoravit diem festum festo Dei dono.

14. Ut audivit terra sonum[c], quo insonuit sedes apostolica de confirmatione electionis domni Alberti Lovaniensis et gratia eius ad sedem apostolicam et de condempnatione Lotharii Bonnensis prepositi et eius omnium sectatorum, in sententias multas est divisa. Istis gaudium et leticia, qui approbant[m] approbatum et reprobant[m] reprobatum; illis meror et confusio, qui adherent Lothario reprobato et invident Alberto tantis sollempnitatibus approbato. Super omnes confusus vertitur in furorem Henricus imperator, et Lotharius in sensum reprobum datus obduratur, et opus Dei tantum destruere moliuntur Sub interminatione crudeli acerbus interdicit imperator Henrico Lotharingie duci, ut Albertum fratrem suum cogat exire de terra eius et deinceps ipsum non recipiat. Iras imperatoris irremissas et potentiam eius sibi gravem[n] dux formidans — neque enim poterat resistere tante potestati —, tristis et obfusus[o] convenit fratrem suum et ostendit[p] rem adversam. Albertus, frater eius, plus in Deo confidens quam in homine, fratrem benigne consolatur. 'Non te mergat', inquit, 'hec tempestas propter me, frater mi. Aliud est michi munimentum et locus tutior, quam periculo tuo me tecum habitare in terra tua[q]. Ad avunculum nostrum Henricum Ardenne ducem, virum magnificum, pertransibo. Silvis et paludibus et montanis firmior eius terra facit ipsum[r] firmiorem contra omnem casum adversantem. Paucos dies ibi commorabor; instat enim dies, ut ordiner in presbiterum et statim auctore Deo consecrer in episcopum vel a Coloniensi, cuius interest, et habet inde validum preceptum apostolicum, vel, si refugiat propter metum Iudeorum, ordinabor atque[s] consecrabor a Remensi archiepiscopo, ad quem habeo super hoc mandatum apostolicum, et de quo confidit amplius

a) *superscr. manu correctoris* 1. a*) eius 1. b) persuasoris 2. c) *deest* 2. d) consolatur 2. e) persuasoris *corr.* pervasoris 2. f) solventur 2. g) et benignam — ipse clemens *des.* 2. h) igne 2. i) sollempniis *corr.* sollempnis 1. k) in omni tempore *inser.* 2. l) quod — dono *des.* 2. m) approbabant — reprobabant 2. n) grandem 2. o) confusus 2. p) ei *inser.* 2. q) ista 2. r) eum 2. s) et 2.

1) Cf. Gesta abbatum Lobbiensium c. 1, SS. XXI, 308.

sedes apostolica. Contra omnem ergo casum animus meus Dei virtute michi[a] est firmatus. 1192.
Sedem mei presulatus michi potest auferre violentus[b] imperator, sed honore presulatus me
privare iam non potest. Gaudeas ergo pace tua, quia pax tua pax mea est. Fortior est[c] Dei
virtus omni terrena potestate. Statim[c] ut insonuerit[d] potestas illa Dei summa, in um-
5 bras inanes evanescet omnis hec[d*] potestas tenebrarum, que agit et extollit sese[e] contra
sublimem Dei potestatem et ecclesie eius libertatem, Deo protegente, nunquam ab homine
malo subiugandam'. His et aliis consolationibus se ipsum firmans atque fratrem ducem
erigens atroci re consternatum, paratis rebus, hoc exilio primo exit Albertus de terra sua
et patrum suorum, virorum nobilium, et transit in terram ducis Ardenne, avunculi sui. Animo
10 magno et clementi dux avunculus excipit nepotem ad se venientem et statim inducit eum[a]
in castellum suum Lemburc munitum et exponit ei omnem locum et omnem eius castelli
potestatem, ut cum suis omnibus in eo sit securus. Eo[f] veniunt ad eum quidam Leodien-
sium personarum[1], eique fidem facientes, eum in dominum assumunt, obedientes preceptis
apostolicis. Quidam venire palam metuentes, clam mittunt ad eum et mandant, sese velle
15 obedire et eius honori se favere.

15. Archiepiscopus autem Coloniensis minis et terroribus imperatoris vehementer atto-
nitus mandat ei, se non posse ipsum[g] ordinare in presbiterum vel in episcopum consecrare;
fingens tamen egritudinem[2], scribit et postulat Remensem archiepiscopum, ut, sicut habet in
mandatis a summo pontifice, auctoritate apostolica et precibus suis inductus, ordinare ip-
20 sum atque consecrare non pigeat eum[a]. Remensis archiepiscopus litteras eius et preces
benigne recipiens et mandato apostolico devotus obediens, mandat electo, securus ut veniat.
Remis ergo venit, et honore magno exceptus ab ecclesia et Willelmo[a] Remorum archiepi-
scopo. Eius honori se impendens magnanimus dux, avunculus eius, venerat cum eo; honori
eius postponens iras imperatoris obstinate sevientis contra eos omnes[a], qui ei honoris ali-
25 quid exhibebant. Sabbato ergo, quo erat sollempne ieiunium autumpnale quatuor tempo- Sept. 19.
rum, sollempniter ordinatur in presbiterum cum multis, quos honoris eius causa metropoli-
tanus ordinavit. In crastinum, die dominica qua erat vigilia sancti Mathei apostoli et euvan- Sept. 20.
geliste, cum duobus episcopis celebritate magna et gaudio Remensis ecclesie ac tocius civi-
tatis multorumque nobilium qui aderant, astante duce, avunculo eius, et pre gaudio lacri-
30 mante, in episcopum Leodiensem est consecratus[3], salvo iure metropolitane eius ecclesie
Coloniensis.*) Post consecrationem eius coram domino Remensi hominium facit ei dux,
avunculus eius, et multi nobiles qui aderant Leodiensis episcopatus cum Bullensis[4] castelli
nobilis[h] castellano; statimque dominus Remensis ipsum commendans ecclesie Remensi et
populo civitatis eique valedicens, aggreditur peregrinationem suam, quam assumpserat in
35 Hispaniam ad sanctum Iacobum apostolum[5], et celer exit ab urbe Remensi. Ipsius enim
causa protraxerat iter suum iam per octo dies, cum dominica preterita proxima similiter Sept. 13.
consecrasset Iohannem episcopum Cameracensem. In die autem festo sancti Mathei in Sept. 21.
ecclesia maiori in conventu missam primam celebravit episcopus pridie consecratus, fre-
quentia magna totius populi Remensis concurrente et gratanter offerente. Ipse vero omnia
40 que oblata sunt iussit dari pauperibus.

16. In crastinum autem non longe a Remensi urbe indicte erant nundine militares Sept. 22.
equestrium ludorum. Ad quas[i] convenit[k] magnus numerus nobilium Francorum equitum
eisdem ludis ferocibus armis colluctantium. Ad eos ludos videndos cum suis ivit spaciatum

*) *Aeg. hic addit in margine:* Cum[l] autem a duobus episcopis ante[m] ewangelium misse, sicut sancti
45 patres sanxerunt, ordinandus in episcopum archiepiscopo presentaretur, archiepiscopus librum
qui erat[n] ei[o] oblatus aperiens, in prima parte libri legit: *Misit Herodes*[p] *rex et tenuit*[q] *Iohan-* Matth. 14, 3
nem et vinxit eum in carcerem. Et postea sequitur: *Et decollavit eum in carcere.* Statim ibid. 14, 10.
archiepiscopus fremens in semet ipso spiritu contrito, quasi lacrimando intuens in eum, dixit:
'*Fili, accedens ad servitutem Dei, sta in iusticia et timore et prepara animam tuam ad tempta-* Eccl. 2, 1.
50 *tionem*[r]; tu enim martir es futurus'.

a) *deest* 2. b) violenter 2. c) enim *inser.* 2. d) sonuerit *corr.* insonuerit 1. d*) illa 2. e) se 2. f) Et 2.
g) illum 2. h) nobili 2. i) quod 2. k) venit 2. l) *parv. loc. ras. c.* m) *loc. ras. duarum fere litterarum c.*
n) erat — parte *in ras. c.* o) *superscr. c.* p) Heredes *c.* q) uit *in ras. c.* r) teptationem *c.*

1) i. e. clericorum; v. Ducange s. v. 2) *Colo-
55 niense episcopo infirmitate detento, Remensis eum
consecravit . . Imperator ob huiusmodi simultates
Renum claudi iussit Coloniensibus* Chron. Reg. Col. *Coloniensis ab eius consecratione se excusans, ut ei
munus consecrationis imponeret* (Remensis), *per litte-
ras suas optinuit* Cont. Aquic. 3) Gislebert. p. 581.
4) Bouillon. 5) San-Iago di Compostella.

1192. sine armis dux Ardenne. Francorum nobiles favore magno acceperunt tanti nominis principem bellicosum, ludos equestres[a] eorum letis oculis prospectantem. Ubi nuntiatur ei terrore magno, Leodium venisse imperatorem[1] iracundia magna plenum, ut destruat et confundat omnes qui episcopo Alberto adherebant. Aderat cum imperatore Hainoensis comes Balduinus, aderat et Lotharius Bonnensis prepositus, tantorum malorum auctor et incentor. Quo audito, dux Ardenne animo magno suas res et terram, si necesse fuerit, defendere paratus, auxiliares equitum copias sibi querit in eisdem ludis equestribus. Magnifico duci[a] presentes multi favent et, si opus eis habet, socias spondent dextras. Ille vero Remis celer redit, et recenter ordinato episcopo, rem tumultus plenam narrat. Consiliumque secretum de tantis rebus habent. Albertus autem episcopus non iam querens que sua sunt, (cf. 1 Cor. 13, 5.) sed que sunt Ihesu Christi, nec terrenum bellum volens, sed pacem Dei magis volens, Dei magis auxilio niti querit et opus suum, quod a Deo habet, per ipsum promovere, quam turbare terram et obniti potentia superbi sanguinis sui, quod videbat turbam excitare pro sua dignitate in episcopatum Leodiensem promovenda. Dicit ergo, sese exulem[a] magis esse velle et cedendum tempori nequam, donec Dei gratia succedente aspiret ei Dei dies et inclinentur umbre huius tante tempestatis. (cf. Cant 4, 6) Imperatoris animum magis esse sanandum, dicit, si propter eum exilium paciatur, quam si contra velle eius[c] in terram eius revertatur; et alti generis sui principes magni magis poterunt frangere tanti principis iras humilitate exulantis, quam suarum fastu rerum, si velit obtinere potentia generis sui. Redeat[d] ergo dux avunculus[e] in terram suam et agat et laboret cum cognatis et amicis suis, ut demum acquiescat imperator flecti[a] super ipso, quem iam videt non electum, sed episcopum Leodiensem consecratum. Dux industria sua curaturus omnia que requirit tempus et res procurande, Remensi ecclesie gratias agens et commendans episcopum, nepotem suum, et ei valedicens, ipsum ultra non visurus recedit ab eo et festinus redit in terram suam.

Sept. 24. 17. Interim in Leodio consistens imperator graviter se agebat eis, qui obedientes erant mandatis et preceptis apostolicis, et iusserat venire ad se Henricum ducem Lotharingie. Humilis ac[f] supplex dux venit ante eum, ignarus adhuc eorum que facta sunt Remis de fratre suo. Primus omnium audivit imperator eum in episcopum consecratum, quod non speraverat. Remensem enim archiepiscopum arbitratus est sese tantum fuisse reveritum, ut nullo modo consentiret acquiescere in hoc opus. Furit igitur imperator hiis auditis, et ardentibus oculis narem rugans, et conversus ad ducem Lotharingie qui astabat: 'Audisti', inquit, 'quid actum est[g] Remis de fratre tuo'? Cum ille respondisset, nichil se audisse: 'Factus est', inquit, 'episcopus frater tuus'; sed[a] et caput movens iracundum, tunc nichil amplius adiecit verbo syncopato, iussitque omnes exturbari et everti domos eorum[a] clericorum[2], qui cum ipso[h] sentiebant faventes eius dignitati. Ceteros faventes aut invitos compellit adorare ydolum, quod conflaverat ipse sibi, Lotharium intrusum[3]. Erat Lotharingie dux in palatio[4] et contra ipsum comes Balduinus, non humilis ipse comes, nec rigidus et elatus[i] ipse dux, ut dudum fuerant[i*] in eadem[k] civitate. Proponuntur duci gravia et importabilia. Inter que fuerunt, ut abiuret[l] uterinum et unicum fratrem suum et flectat genua sua ante Baal et adoret statuam auream, quam erexit Nabugodonozor rex Babylonis, (cf. Dan. 3, 3.) et hominium et iuramentum prestet ei. Cum hec[m] dura nimis atque inhumana viderentur, nec ea posset tuto refragari, petit indutias usque mane. Cum omnino usque in mane negarentur, vix impetravit usque in horam vesperam[n] et pene sub custodia mestus recedit a palatio. Interim secreto suggestum est ei ab amicis, quia, nisi in omnibus que proposita sunt ab imperatore obedierit, non solum in periculum totius honoris sui, sed et in discrimen certum mortis eius res adversa iam procedit. Aliud non posse fieri dux attendens, sero redit ad palatium. Intra palatii fores iam ingressum circumsistunt eum regii satellites velut obsequentes, apposito supra eum magno luminari. Et importune caput eius candelis obsidentes: 'Cor', inquit, 'meum exusistis, nolite exurere caput meum'. Et veniens ante principem, respondit, omnia se fac-

a) *deest* 2. b) recens 2. c) *superscr. manu correctoris* 1. d) Recedat 2. e) eius *inser.* 2. f) ergo et 2. g) sit 2. h) eo 2. i) clarus 2. i*) fuerat 2. k) ipsa 2. l) abiuraret 2. m) *deest* 2. n) vespertinam 2.

1) Ibi Sept. 24. versatus est. Cf. Stumpf, Reichskanzler Nr. 4771; Lamb. Parv. Ann. SS. XVI, 650. 2) Lamb. Parv. l. l.: *Infra octavas s. Lamberti* (Sept. 24) *iussit destrui domus clericorum et eorum qui repugnabant Lothario.* 3) Cf. Gisleb. p. 581. 4) Gislebertus p. 581. sequentia Traiecti facta esse narrat.

turum que iusserit imperator. Inprimis oppida que occupaverat ante istos dies reddit comiti Balduino. Abiurat episcopum fratrem suum. Hominium facit Lothario et iurat ei fidem. Et sic super eum principis ira conquievit, ne faciat in eum rem funestam, et sic acerba curia est soluta. 1192.

5 18. Leodio civitate, quam male visitaverat, egressus imperator, Traiectum se traiecit. Cum ipso satelles crudelis et funestus erat Hugo de Wormatia Wangionum civitate, quem Lotharingie dudum prefecerat imperator[1]. Hic Lotharingie ducem Henricum et Albertum, fratrem eius, et omne genus eorum persequens odio iniquo, turbaverat omne opus eorum et omnem pacem Leodiensis electionis in ipsum Albertum concordantem. Ipse Lotharii res 10 attollebat; ipse omnia mala consilio suo malo proponebat; ipse omnia actitabat, ut malis principiis operis sui finem pessimum atque criminosum apponeret infensus imperator. Omnibus enim consiliis imperatoris hic intererat cum Lothario et cum comite de Hostade, fratre eius. Conveniunt ergo seorsum quidam malignantes filii Belial, ut postea vulgavit fama vulgi, in templum sanctissimi Servatii Traiectensis. Et secretius colloquentes[a] de cle-15 ricis et personis profligatis, de duce sic astricto et affecto et omnibus aliis rebus, nichil actum esse dicunt, nisi ad maiora quam acta fuerint res acrior protendatur. Et eorum molimina criminum tanta mole ponderata singillatim quis exsolvet? Tractatu scelerato tractare ceperunt de morte eius viri innocentis, qui humilis et pauper exulabat, qui[b] recenter oleo sancto unctus erat et in summum Dei sacerdotem consecratus. Quibus rebus confirmatis, 20 solverunt concilium[c] viri scelerati, eterne mortis rei. Imperator autem Lothario confirmans[d] que fecerat ei, et assotians in eius amicitias comitem Balduinum, redit in superiores regni sui partes.

19. Albertus interim recens episcopus Remis pauper et modicus remanet cum paucis fidelibus suis; ceteri enim, qui cum ipso venerant, cum avunculo duce recesserunt. Iam 25 vero[a] pontifex factus in alterum est mutatus. Credique non potest, quam innocens agnus erat, in cuius iugulum cultros et gladios acuebat perstans in impietate sua consilium impiorum. Cuius os os benignum et suave, cuius oculi oculi columbini[d], cuius vultus vultus angeli, angelice puritatis nitorem et gratiam referentis[e]; verba eius verba pacis et dilectionis. Tantis odiis atrociter propulsatus, pacifice loquebatur de his qui oderant animam eius. 30 Nec erat ei satis non maledicere de querentibus et facientibus ei mala, sed fortiter adversabatur et egerrime sustinebat, si quis coram ipso mala dicebat[f] de his qui ei mala faciebant. Tanta lenitas[g] erat benigni atque mansueti cordis eius, ut interna cordis pace gauderet, qui extremis[h] odiis et tribulationibus tantis agebatur.

20. Ad mensam forte sedebat hylaris et iocundus vultu, sicut dulcis eius[i] natura et gratia 35 Dei profusior aspirabat Ut solet[a] in conviviis, diversi, sicut diversa de diversis sentiebant, ceperunt fabulari; ipse iocis castigatis convivantes oblectabat, cordis pace[a] bona fruens. Quidam de convivantibus amarum gerens animum, amare loquebatur de Lothario Bonnensi preposito et aliis principibus, qui rebus tam amaris et exilio tam amaro affligebant eum, quem Deus elegerat in sacerdotem sibi; alii iuxta consedentes, amaris amara amarius immiscebant. 40 Inter cetera Lotharium corrodentes, non Lotharium sed Iotharium ridicule nominabant. Ut audivit homo pacis, in quo Deus pacis habitabat, verba que non sapiebant bonum pacis et leporem honestatis, cepit amputare verba, que mense eius et honori[k] indigna reputabat. Quibus verbis amputatis, alia multo plura suscitabant et amara magis, qui tot amaritudinibus succumbebant cum eo[a] exulantes. Et episcopus oleo sancto recens[l] unctus, et amarum 45 nichil corde gerens, sicut erat simplicitatis columbine, convivium terminavit, ut verba terminarent[m], qui dolorem ire sue non poterant[n] terminare.

21. Intra paucos dies ad sceleste opus ab inimicis eius preelecti[o] Remis veniunt tres milites Alemanni cum satellitibus suis consciis huius rei, homines valde docti et edocti ad tantum scelus crudelitatis huius perpetrandum. Qui miserant eos, instruxerunt studiose 50 armis, equis et expensis copiosis. Expensas autem copiosas expendebant Remis hospitantes hospitemque suum officiis deliniebant[p], hominem idiotam, quem[q] sibi talem elegerant, ut

a) *deest* 2. b) et 2. c) consil. 2. d) *in ras.* 1. e) referentes 2. f) dicebant 1. g) benignitas 2. h) exterius 2. i) ei 2. k) honestati 2. l) recenter 2. m) u. v. t. *des.* 2. n) poterat 2. o) preelecto 1. p) delinibant 1. q) *manu correctoris in marg.* 1.

55 1) De hoc Hugone cf. Gislebert. p. 568 (ad a. 1188): *Qui terram illam* (i. e. inter Mosam fl. et Aquisgranum) *ex parte domini regis custodiebat.*

1192. eum facilius caperent in opere et sermone pleno scelerum atque[a] exquisite falcitatis[b]. Omni ergo die, mensa absoluta, enucleatim computabant et solvebant[c] quod expenderant[d]. Equorum selle semper erant super equos et frena iuxta eos, preter dum mittebant eos adaquare. In pabulum equis suis validis et potentibus non fenum molle dabant sed frumenti stramen durum, non avenam mitiorem[e] sed ordeum purum atque grossum. Frequenter autem[f] extra urbem tanquam spaciatum soli conscii huius rei in equis procedebant et per campos latos et iocundos cursu vehementi nobiles equos exercebant, et a multis sepe visi, cursu fatigatos acrius eos calcaribus incendebant. Que omnia de equis ea ratione faciebant, ut hoc pabulo forti fortiores redderentur et, cum opus eis esset, cursu assueto agiliores eis possent inveniri. De quibus rebus cum hospiti idiote interdum suspitio oriretur, et quereret rerum causas, falsis coloribus rem omnem obducebant. De sellis callide respondentes, in patria sua moris esse, ut equi sellis[g] semper sternerentur et sine sellis adaquatum ducerentur, ut equorum colla atque dorsa leniter sparsis aquis[f] mundarentur atque per hoc lucidiores apparerent. Pabuli vero genus aliud non esse equis Alemannis. Progressum vero extra urbem, ut equestri ludo exilium triste[f] suum solarentur. Hiis rebus se trahebant scelerati proditores per omne tempus, quo Remis expectabant horam sibi gratam, qua possent perpetrare scelus[g*] imperatum. Altera autem die qua venerant, omnibus exploratis que fiebant circa eum, cuius futuri erant proditores atque crudeles homicide, accedunt ad ipsum primo salutandum. Forte dominicus dies erat, et episcopus infulatus de secretario[h] ad altare missam maiorem sollempniter celebraturus procedebat. In processu[i] eius milites Alemanni, videntes virum tante dignitatis et auguste forme singularis, heserunt et stupore vehementi ceperunt admirari claritatem vultus eius et pontificis ornamenta, eius forme convenienter respondentia, multamque frequentiam obsequentium et procedentem constipantium. Quo rerum ordine non exul, sed unus de summis[f] imperii principibus eis videbatur. Unus autem ipsorum sociis leniter acclinis: 'Hic est', inquit, 'quem querimus'. Quod verbum[k] Theutonice cum dixisset, ipsum intellexit unus de familia episcopi procedentis. Ipso ergo[l] procedente, accesserunt ad eum milites Alemanni, et eum Theutonice salutantes, et ei caput inclinantes, lupinam pellem agni falso vellere velaverunt. Pontifex clementer resalutans eos, iussit, ut eum expectarent, donec missa finiretur. Sententia iudicialis fuit eis[m] occursus ille primus, quo[n] eum, quem antea nunquam viderant, viderunt in aspectu illo primo infulatum ingredi in sancta sanctorum; et eo primo momento, quo videre ipsum et agnoscere quesierunt, quem querebant interficere, nisi eis ultra scelus omne mens leva fuisset et[o] durior ultra saxum omne, flecti potuerunt[o], potuerunt[f] molliri[f], cum viderunt eum hoc aspectu primo sacris ornatum indumentis glorie pontificalis et in confectione sacratissimi corporis et sanguinis Ihesu Christi tractantem mirabile super omne mirum celeste ac divinum illud sacrosanctum sacramentum, piis quidem supra[f] omnem salutem salutare, impiis autem horrendum supra omnem mortem. Sed in lamina duri cordis non potuit monetari preciosum illud aurum divine[f] huius pietatis. Iocundum illud christiane pietatis atque innocentie margaritum cordibus suis ferreis non potuerunt maritare[p] porci illi cenulenti, qui christum Domini, virum innocentem, ipsa hora qua sacrificabat et immolabat agnum Dei, votis omnibus et crudeli conscientia cultris et[f] gladiis[f] discerpebant, sicut opere compleverunt, cum venit eis hora eorum et potestas tenebrarum. cf. Luc. 22, 53.

22. Missa celebrata, pontifex clemens et benignus iterum corde et ore salutavit milites Alemannos, qui eum[f] ore, non corde iterum prevenerunt eum[q] salutare. Videns autem eos[r] Theutonicos esse[r], dulcedine natalis soli et familiaritate lingue Theutonice dulcius est amplexus, et osculum pacis dedit eis, cum quibus pax et pietas erat nulla. Curiosius ergo querit ab eis, qui sint, unde sint, ad quid venerint. Respondent, sese esse milites et nobiles Alemannos, atque de mensa et stipendiis imperatoris se fuisse, sed nuper accidisse, ut, imperatore ad mensam consedente, in conspectu eius iurgium et litem gravem obrepsisse ad mensam inter nobiles Alemannos. 'Et nos', inquiunt, 'iurgio ac liti ferociter immiscuimus, et serpente malo in immensum, in conspectu regis sinistro nobis casu interfecimus pincernam eius, virum nobilem ac potentem. Quo casu profligati[s] et proscripti fugimus a facie eius et con-

a) scelere et 2. b) *ita* 1. c) exsolveb. 2. d) expendebant 2. e) minorem 2. f) *deest* 2. g) *manu correctoris in marg.* 1. g*) sc. sibi 2. h) sacrario 2. i) progressu 2. k) Teutonicum *inser.* 2. l) igitur 2. m) illis 2. n) qui 1. o) et — pot. *in marg. manu correctoris* 1. p) maritari 2. q) *post add. manu correctoris* 1. r) esse 2 s) profugati 2.

silio amicorum confugimus pacificam civitatem, maxime quia auditum est in terra nostra, vos ipsum exulare in hac civitate, virum tante dignitatis et generis nobilitate summa clarum, pro quo contra imperatorem tota clamat Alemannia. Nobis igitur[a] libet exulare cum tanto viro innocente exulante. Iam patria nobis est vobiscum in hac urbe exulare'. Credidit simplicitas viri iusti columbina sibilo serpentino hominum impiorum, et paulatim per singulos dies maiori eorum familiaritate delectatur. Vultus eorum, habitus atque gestus simulque risus atque[a*] facetie capiunt et demulcent innocentiam eius singularem. Admittit ergo eos et invitat ad colloquium et consilium, ad iocos, ad[b] seria. Crescit in dies in eius dulci[c] corde eorum ad se gratia simul[d] et affectus. Veniunt ergo frequenter et[d] ad missam eius et ad mensam eius. Ad missam non vocati[e], ad mensam[f] invitati. Ad missam sponte venientium devotio sperabatur et affectus, qua se patrem, dominum et amicum invenisse fatebantur. Ad mensam lepide et iocunde residentes, multam pretendebant gratiarum actionem. Domi ergo[g] cum ipso frequentes erant in secretis, ad ecclesiam procedenti humiles occurrebant[h]. Si per urbem eques ambulabat, simul equites ipsi cum eo ibant spaciatum. Nocte ac die, quocumque se vertebat, aderant homines scelerati, non amori sed eius iugulo vigilantes, oculos omni hora seduli exercentes. Vir autem simplex et rectus secundum se estimans alterum, hec sedulitatis eorum[d] officia circa se amoris intimi gratiam summam reputabat. Illi autem omnibus horis, omnibus rerum causis, omnia perlustrantes[i], omnia[d] speculantes[d], querebant oportunitatem, ut eum occiderent.

1192.

23. In[k] die festivitatis[l] sancti Martini, dum ad ecclesiam maiorem nocturnorum sollempnitas pulsaretur, ad ostium ecclesie secretius excubabant, putantes eum venturum ad sollempnia nocturnorum, sicut interdum festis diebus veniebat. Sed ea nocte non satis bene valens domi sese tenuit. Unus ex canonicis intrans ecclesiam, per umbras exploratores deprehendens, exhorruit et: 'Ut quid', ait, 'hac hora hoc in loco vos tenetis'? Responderunt: 'Dominum nostrum episcopum prestolamur ad ecclesiam iam venturum, ut ei obsequamur'. 'Non veniet', inquit, 'corporis incommodo detinetur'.

Nov. 11.

24. Post una dierum episcopus[d] Albertus[d] invitatus erat ad convivium ab uno de canonicis amicorum. Canonici invitantis honesta domus erat extra murum curie domini Remensis, vicina tamen, et inter duos muros anceps via ab claustrali porta ad hanc domum. In amfractu vie huius secreti se tenebant milites Alemanni, ut hunc per amfractum pontificem sero rediturum exciperent gladiis[d] et cultris perimendum. Gladiis accinctos atque subarmatos femina cum puero forte transiens vidit eos. Quam cum milites vidissent propinquantem, loco se moverunt. Quibus occurrens femina: 'Quid', inquit, 'locum illum obsedistis[m], et nunc ita subarmati properatis?' Noti autem pene erant civitati. 'Venerunt', inquiunt, 'in hanc urbem nostri nos querentes inimici, et episcopum dominum nostrum expectamus, ut eius auxilio protegamur'. Et[n] in verbo transeuntes, femina transeunte, in hospitium[o] suum sese[p] receperunt.

25. Altera vice[q] pontifex in vico[r] sancti Symphoriani deambulans equitabat, et cum eo in[d] equis[d] subarmati milites Alemanni. Venit ergo ad domum viri precipui Philippi, Remensis vicedomini. Post pocula, post fabellas amicabiles[s] valedixit eis, et ascenso equo, se convertit[t], ut exiret. Exierant[u] autem ante ipsum omnes pene sui preter Alemannos. Quorum unus evaginato gladio ceteris innuens, in exitu porte domus adequitavit quasi ludens episcopo exeunti. Qui strepitu motus equi post eum properantis, equum et ipse suum calcaribus ictum semel saltu celeri evolavit. Alemannus plausu[d] velans scelus atque risu dolum solvens, gladio ludit complices in adversos[v], et sic dolus eius est elusus et opertus. Hec omnia cecis oculis videbant qui circa virum nobilem versabantur. Hec omnia civitas omnis audiebat, que precipuo amore ipsum diligebat et omnibus officiis honorabat. Erant tamen quidam circa eum, quos in his pungebant suspitionis spine graves; sed audebat nemo indicare morbum suum, cum viderent dominum suum etiam irascentem, cum in aliquo verbo notarit in eis suspitionem quam habebant; sed honore summo milites honorabat, eorum exilio quasi suo ipse dolens atque condescendens. Qui etiam apud maiores matricis ecclesie Remensis et maiores totius civitatis et prepositum domini Remensis primis diebus adven-

a) ergo 2. a*) que *in marg.*, facetie *in ras. manu correctoris* 1. b) et 2. c) dulci *iterum manu correctoris in marg.* 1. d) *deest* 2. e) et *add. in marg. manu correctoris* 1, *deest* 2. f) non *inser.* 2. g) vero 2. h) concurr. 2. i) perscrutantes 2. k) Unde et in 2. l) *e ras.* 1; festo 2. m) obsidetis 2. n) hoc *inser.* 2. o) ospicio suo 2. p) se 2. q) die 2. r) hospicio 2. s) amicales 1. t) vertit 2. u) Exierunt 2. v) adversas 2.

1192. tus eorum magnis precibus intercessit, ut in urbe atque extra urbem et in omni eorum potestate intrantes et exeuntes tuti essent et ab omnibus gratia eis et honor servaretur. Unde securi ab urbe frequenter exibant cum satellitibus suis quasi spatiatum, et[a] seduli vias omnes et semitas circa urbem et ab urbe longius explorabant, ex omni parte sibi previdentes, qua effugerent suo scelere perpetrato. Hiis ergo rebus se agebant tanto[b] tempore dierum circiter viginti octo, quo cum eo versipelles sunt versati. 5

26. Intra dies octo, quo venerunt milites[a] Alemanni[a], duo sinistri ominis[c] extra solitum in Remensi civitate et ecclesia[d] maiori contigerunt. Remensis civis erat, quem iuvenis quidam subnobilis[e] pro servo reclamabat, et ille denegabat. Invenit[f] iuvenis prosequens et explorans eum in Remensi foro medio, et illic eum interfecit et recessit. Erat autem 10 iuvenis interfector gener cuiusdam militis Balduini, cuius ampla domus proxima foro erat. In hanc confugit interfector a facie civitatis eum persequentis. In secretis domus abscondit eum socer, et civitate mitigata — sapiens enim erat et dilectus civitati — eduxit noctu[g] reum, et sic evasit reus tante cedis. Unus ex sociis episcopi exulantis dictus magister Gerardus, Leodiensis canonicus et decanus in[a] ecclesia[a] sancti Iohannis euvangeliste in insula Leodi- 15 ensi, hoc factum tulit egre, non propter occisum sive occisorem, sed pro domino suo et[h] se ipso ac sociis suis exulantibus in ea nobili ac famosa civitate, cuius pacem atque libertatem tanto probro infregerat media ipsa die improbus interfector, et immunis eluserat et evaserat omnem manum civitatis eum negligenter persequentis. Irascens autem magister Gerardus hec dicebat: 'Ut quid sedemus in ista civitate, in qua fieri possunt hec impune? In ipsa 20 namque cras poterunt fieri turpia sicut heri. Si de civi[i] suo, si de iniuria tanta sua civitas hoc tantum[a] scelus dissimulavit impunitum, de nobis quid aget, qui ignoti sumus, qui exules de altero regno barbari prope sumus? Dominus Remensis peregre[a] profectus est in longinquam regionem et commisit rerum summam atque custodiam tante civitatis homini bruto, ignobili et obscuro, suis lucris amplius inhianti quam honori domini sui et sa- 25 luti totius civitatis. Quis ergo tutus erit tali sub patrono? Civitas hec recepit istos milites Alemannos. De ipsis prima die qua venerunt dixi, sed et nunc dico: Barbaros homines, cf. Verg. Aen. II, 49. lepore suo dominum nostrum demulcentes, valde timeo. Etenim "timeo Danaos et dona ferentes". Si ab inimicis domini nostri ad eum interficiendum homines isti sunt missi[k], sicut submurmurat michi timor meus, numquid ipsi non maiores animos sibi conceperunt, qui 30 viderunt in medio foro, die media, coram omni multitudine civem Remensem interfectum, et ipsum reum evadentem irrisisse custodias et prefectos tante civitatis? Ante paucos dies venit magister Alexander, vir honeste forme, nisi nasus ei precisus faciem eius deturpasset. De mensa imperatoris adhuc iste vivit Alexander, ex eo quo nasus ei est precisus[l] pro amoribus et amplexibus puelle lascive, que in thalamis Beatricis quondam imperatricis Ro- 35 manorum manebat et cum isto mutuis amoribus deperibat. Hic ergo Alexander venit et accessit ad dominum nostrum et servitium suum ei presentavit, dicens, ad hoc se venisse, ut eum sicut dominum suum pio affectu visitaret exulantem. Credidit ei dominus noster et collegit hospicio, multa benignitate favens ei. Ipse namque et omnis eius parentela fuerunt de familia ducis Godefridi[1], patris eius. Uno die venit iste, altero et recessit. Visitatorem 40 pium eum dominus noster iudicavit, et ego[a] exploratorem iudicavi. Denique ipso recedente, infra decem dies supervenerunt nobis isti milites Alemanni. Dominus noster pius et[m] benignus omnia pie[a] videns[a], omnia[a] que fiunt circa ipsum tuta sibi credit. Asperius ingenium me castigat, et in hoc eius exilio nichil michi tutum'. Hiis et huiuscemodi verbis et querelis magister Gerardus sese frequentius[n] dementabat[o, 2], ita ut interdum pius Albertus 45 episcopus ex his ludens, ipsum quasi timidum iocundius irrideret[p], interdum vero irascens castigaret, sicut nimis[q] sapientem et nimis vehementem.

27. Secundo[r] accidit, ut canonici duo maioris ecclesie Remensis rixantes invicem se conviciis operirent. Quorum unus diaconus, alter erat subdiaconus. Subdiacono diaconus Oct. 30. maiora obiecit opprobria. Triduum autem erat Omnium sanctorum. Ad decanum ecclesie[a] 50 venit verbum istud. Qui commotus ambos citavit in crastinum ad capitulum. Vigilia ergo[s]

a) *deest* 2. b) toto 2. c) hominis *corr.* ominis 1. d) m. e. 2. e) nobilis 2. f) eum *inser.* 2. g) nocte 2. h) pro *inser.* 2. i) *ita codd.* k) immissi 2. l) abscisus 2. m) ac 2. n) frequentis 1; frequens 2. o) devincebat 2. p) irridebat 1; irridederet 2. q) minus 2. r) Eo tempore 2. s) autem 2.

1) Godefridi III. ducis Brabantiae; ob. d. 21. Sept. a. 1186. 2) i. e. se furiosum, dementem faciebat. 55

1192. Oct. 31.

Omnium sanctorum[a] re iurgii inter eos comprobata, sicut est severa Remensis ecclesie disciplina, consilio seniorum iussit, ut subdiaconus exuta camisia pro reatu verberum exciperet corporalem disciplinam, diaconus autem, quia gradui altiori censebant amplius deferendum, super camisiam eandem exciperet disciplinam. Diaconus quidem iussis obedivit, subdiaconus autem recusavit[a*] obedire, pretendens et obiectans, quod a diacono amplius lesus erat verbis. Quia ergo inobediens esse videbatur, introitum ecclesie decanus ei protinus interdixit. Finito capitulo, tercia dum cantatur, subdiaconus inobediens et protervus ad terciam venit in chorum, licet interdictus. Monuit eum decanus, ut exiret, et exire contempsit. In hoc eius facto decanus videns derogari discipline regulari, et precavens in futurum, ecclesie silentium a divinis indixit[b], cui contumax canonicus interesse grassabatur. Mane ipso die Albertus episcopus processerat longius extra urbem et ecclesiam renovatam consecravit, sicut animo volenti ac benigno faciebat, quotiens ad hoc opus Dei fuisset invitatus. Et de ipso mirum et relatu dignum: cum esset exul et ultra pauperem[c] summe pauper[c*], pro his omnibus et huiusmodi nec pastum nec pastillum postulavit aut pecuniam, sed et oblata omnia fortiter refutavit[d], ioco illo dulci suo dicens: *Gratis accepistis, gratis date.* (Matth. 10, 8.) Orationes pro se, pro suis omnibus, pro ecclesia Leodiensi laborante serio summis precibus exigebat. Ut parumper[e] digrediamur, cum frequenter a suis et fortiter argueretur, ut decanis et presbiteris, abbatibus et ecclesiis in terra ducis, fratris sui, mandaret et iuberet, ut ei in tanta necessitate sumptibus suis subvenirent, numquam voluit eos exaudire, dicens, se magis eorum orationibus quam denariis indigere nec alicui cuiusquam hominis in hac rogatione sese oneri esse velle; et subridens aiebat: 'Episcopus sum, et si homo michi deest, non michi Deus; panem cotidianum michi dabit Deus meus!' Predicte igitur[f] ecclesie dedicatione celebrata, circa horam nonam ieiunus rediens, invenit ecclesiam sibi dilectam predictis rebus valde conturbatam; et omisso cibo, qui eum[g] paratus expectabat, ad ecclesiam properavit. Erat[h] ecclesia scissa in tres partes. Subdiaconi contra diaconos, diaconi contra subdiaconos[i] obstinatione pertinaci contendebant. Pro parte regularis discipline atque pro domo Dei sui stabant fortiter ex adverso decanus et[k] seniores. Partium amator, pacis cupidus, pro pace se miscuit inter partes Albertus episcopus pace Dei dignus. Nunc ad istos, nunc ad illos anxius discurrebat[l], postulans et obtestans[m], ut honorem Deo darent et deferrent omnium sanctorum sollempnitati[n] tam iocunde, deferrent omni civitati, que re pro[o] tantilla sese quasi orbam clamabat[p] atque tenebrosam, tanto die lugens silentio non necessario tante sedis, que mater erat et iocunditas tocius civitatis[q]. Ipso die frustra[r] luctans episcopus, nichil pacis potuit obtinere, sed triste silentium fuit eis ad vesperas, ad matutinas[s] et ad missam diei subsequentis. Meror autem et tristicia gravisque confusio pro sollempni die (Nov. 1.) universo clero, devote civitati, et in populo serpebat murmur grave, dicentes, hoc silentium, cui sufficiens non erat causa, aliud silentium atque malum preconari tenebrose propter hoc civitati. Que querele civitatis et confusio canonicos coegerunt, ut episcopum Albertum super his valde conturbatum revocarent; et multa dicta, eius consilio in pacem convenerunt, qua subdiaconus obediens satisfecit; et resedit partium omnis lucta, et resplenduit ecclesie leta facies, secundis vesperis sollempniter celebratis.

28. Episcopum exulantem interim ingens inopia perurgebat. Fratri duci frequentes nuntios atque litteras luctu plenas dirigebat, ut inopie fratris atque patris, quod utrumque ipse erat, sicut frater pius atque filius subveniret. Et non erat vox neque rescriptum neque opus. Mirabili autem ingenita clementia sua patienter omnia sustinebat episcopus Deo dignus, in omnibus pressuris suis sic[r] alacer[t] et iocundus, ut de his ipse[r] unus esset de quibus dixit[u] apostolus: *Nichil habentes et omnia possidentes.* (2. Cor. 6, 10.) Defecerant ei Remis[r] primi eius[r] creditores, primis alteri, tercii, quarti, quinti successerant, etiam inopes, et credebant quod habebant in victu, sed non in vestitu vel[v] aliis rebus necessariis, quarum[w] summa penuria torquebatur. Creditoribus a vicinis sepe dicebatur: 'Ut quid creditis episcopo, licet generoso et sublimi dignitate? Pax eius omnino desperatur. Paulatim diffugiunt qui sunt circa ipsum, et post ipsum nemo redit, nemo mittit'. Respondebant quidam: 'Et nos et nostra in manu Dei sumus. Sine Deo non potest homo iste tantus, sicut patens est omnibus

a) O. s. *in ras. et in marg. manu correctoris* 1. a*) repudiavit 2. b) interdixit 1. c) paperem 1. c*) puper *superscr.* a 1. d) recusavit 2. e) parum 2. f) ergo 2. g) ei 2. h) autem *inser.* 2. i) presbiteros 2. k) atque 2. l) decurrebat 2. m) e. o. *in ras. manu correctoris* 1. n) festivitati 2. o) p. r. 2. p) clamitabat 2. q) regni 2. r) *deest* 2. s) vesperos et matutinos 2. t) alacris 2. u) dicit 2. v) et 2. w) *in marg. manu correctoris* 1.

1192. esse ita superne gratiosus. In[a] omni gratia nichil deest ipsi, nisi quod principes terre inviderunt eius gratie et glorie atque honori tam sublimi[a]. Qui dedit gloriam, gratiam et honorem, et ipse, quando voluerit et sicut voluerit[b], pacem et requiem[c] dabit ei. Non possumus perdere, licet et perdamus quod credimus tanto viro, viro tam iocundo, tam suavi, tam benigno, viro quem perfudit Deus tantis aromatibus gratiarum'. Et revera tam dilectus erat 5 et desiderabilis omni[d] civitati, ut aspectu eius non possent saciari, vel in ecclesia divina celebrantis, quod frequenter faciebat, vel per urbem cum suis equitem ambulantis, quod minus ipse frequentabat. In plateis post ipsum concurrebant, in ecclesiis[e] summis studiis ad eum videndum confluebant. In his rebus se agebat Dei servus, in[d] hac lucta luctabatur ab exilii sui primo die usque ad diem mortis sue per dies circiter sex atque sexaginta[1]. Et 10 tanto tempore post eum non remisit dux Ardenne, avunculus eius, neque dux Brabantinus, frater eius, neque aliquis eius amicorum, sed quasi nichil ad eos pertineret sanguine vel affectu, omnes amici eum[f] reliquerunt et quasi alieni ab eo recesserunt, quasi non esset[d] unctus oleo, quo ungendum ipsum omnibus votis affectaverant, ut alti sanguinis ipsorum[g] [honorem[g]] sublimis honor eius amplius exaltaret. 15

29. Ante paucos[h] dies mortis sue una noctium cepit secum vehementer anxiari. Ante oculos mentis eius venit omnis tribulatio, qua percussit eum Deus eius, flagellans eum fortiter, quem post paucos dies erat recepturus. Super omnem tribulationem tribulata est anima eius a duricia ducis[d] fratris sui, qui, cum dives esset et unicus frater eius, exposuisset eum[i] omnibus malis[d] et tormentis et extreme paupertati, eiectum et exulantem in terra 20 aliena. Multos animi cruciatus passus est illa nocte. De ceteris dolor ingens ei fuit de duricia fratris sui; vehementer irasci secum cepit contra ipsum et in his pene tota nocte pernoctavit. Erat autem cum eo per omne tempus exilii eius abbas Lobiensis. Cum[k] omnia perdidisset, nichil se reputans[l] perdidisse, dum comes[2] indivisus ei fideliter adhereret. In hospicio tamen[m] eius[3] neque noctu quiescebat nec ad mensam eius remanebat. Pro cibo 25 secum capiendo multis precibus multisque modis eum episcopus percellebat[n]; sed nullis precibus nullisque modis adquievit. Interdum dum violentiam inferret ei ex[o] amore prope iracundiam, et abbas verbo, non animo consentiret, dum manus lavarentur, abbas ei sese furabatur et redibat domum, in qua hospes suis expensis morabatur, expensis parcens[p] dilecti domini sui exulantis. Ad episcopum post cibum cum redisset, et episcopus bene ira- 30 scens quereretur: 'Quid irascitur dominus meus', ioco dicens: 'tibi non est panis ad manducandum, et quid michi dares'? Consueverat ergo abbas singulis diebus ire ad dominum suum mane, ut, eo ad ecclesiam procedente, prosequeretur devotus iter eius. Et eo domum regresso, usque ad horam prandii propinquantem cum eo semper erat, et post prandium usque ad horam cene faciende. Huius ergo noctis, qua sic erat tormentatus, fine dato, mane 35 venit abbas, sicut consueverat. In partem domus traxit eum episcopus ea hora non iocundus. Ipsum autem amore magno[q] diligebat, sciens affectum eius erga se magnum valde, sciens constantiam eius et fidem inconcussam. Unde et dicebat arridens suis leto vultu: 'Vos qui mecum estis et qui ad me sunt venturi, si dederit michi pacem Deus meus, a me expectatis archidiaconatus, preposituras sive prebendas et honores; abbas autem Lobiensis, 40 cum sit monachus, nichil horum potest expectare, sed simplex amor, simplex gratia mecum tenet eum. Unum sperans a domino Deo nostro, ut per me Deus tandem consulat ecclesie eius tot annis dissipate'. Hunc ergo trahens in secreto et valde durum spirans et suspirans: 'Sic et sic', inquit, 'nox ista michi[d] gravis me delevit. Sic et sic nomine meo scribes[r] duci fratri meo, quem sentio mihi non fratrem vel amicum, sed atrocem mihi et omni saxo duri- 45 orem. Numquit non[d] et ego sicut[s] ipse filius sum nobilissimi Lotharingie ducis Godefridi? Unici fratres sumus. Quia maior me est et accinctus cingulo[t] militari, sit dux ipse. Communis est nobis hereditas ampla prediorum patris nostri, quam michi tamquam degeneri frater meus aufert violentus. Tonsura clericatus vel altior gradus eius iustis legibus nulli preiudicat patris possessionem prediorum. In deliciis vivit frater meus; in miseriis me mori 50 cogit ipse. Esto! Terrore summo coactus me fratrem suum[d] abiuravit. Cesaris iracundi[u]

a) In omni — sublimi *des.* 2. b) e. s. v. *des.* 2. c) quietem 2. d) *deest* 2. e) ecclesia 2. f) eius 2. g) *deest codd.; hoc vel simile verbum supplendum esse patet.* h) p. vero 2. i) et *inser.* 2. k) Qui cum 2. l) putans 2. m) autem 2. n) procellebat 2. o) e. a. p. i. *manu correctoris in marg.* 1. p) *manu correctoris in marg.* 1. q) eum *inser.* 2. r) scribens 2. s) et *inser.* 2. t) gladio 2. u) iracundia 2. 55

1) i. e. a die 20. Sept. — d. 24. Nov. 2) i. e. socius. 3) scilicet episcopi.

1192.

potentia magna fracto abiurationis huius culpam misereor et remitto. Servans ergo iuramentum, si que sunt cesaris cesari reddit: reddat et nature que[a] debet nature. Vitam michi servet et vivere me[b] permittat saltem de prediis patris mei. Quamvis facilius ignoscat pio furto Deus pius, quam crudeli facto suo isto, quo vitam fratri frater tollit; quamvis facilius sit sol-
5 vendum illud iuramentum, quod est contra Deum, quam[c] quod contra omnem affectum hominis naturalem. Sed iam tacito de natura ad Deum, cuius nomine iuratur iuramentum, formam referamus perversi huius iuramenti. Non iam fratrem carnalem, sed patrem spiritualem frater meus abiuravit. Petra Christus apostolo Petro dedit potestatem ligandi et solvendi. Auctoritate apostolica Lotharius improbus est ligatus. Auctoritas apostolica
10 electionem meam confirmavit et me in episcopum consecravit, ut sim[d] pater omnium, qui obedientes Deo et sedi apostolice filii sunt ecclesie Leodiensis. Quia ergo frater meus timuit cesarem plus quam Deum et iuravit iuramentum contra Deum, articulo necessitatis illius statim ut fuit absolutus, debuit cogitare, quid iuraverit, et quod iuravit ad hoc inductus violenter. Iuramento violento, presertim cum sit contra Deum, ignoscit ecclesia sancta Dei. Et
15 ego si ignosco, licet ipsum malo teneat, peremptorium michi iuramentum, fratris necessitati que transiit condescendens, sed non possum ignoscere, quia nimius observator sui illius iuramenti non observat iuramentum legis naturalis, que dicit: *Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris;* non observat legem Dei que dicit: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Ego autem sic sum ei proximus, ut sim ei frater unicus et frater uterinus, et de suo michi mendi-
20 canti nichil donat, et auferens michi totum quod noscitur esse meum, crudeli gladio paupertatis crudelior ipse me[e] confodit et obtruncat. Sicut ergo bene nosti, omni diligentia de omnibus his severo stilo scribas ei. Severior enim michi est omni stilo frater meus'. Et hec dicens fortiter ingemuit. Abbati ipsum tenere diligenti et fratrem eius propter ipsum durus visus est sermo iste. Sed quia eum toto animo reverebatur et videbat dolorem eius vehemen-
25 tem, non presumpsit obviare iussis eius. In hoc uno diligens et prudens[f] obviavit, quod, cum vidisset[g] esse hoc secretum, revelavit preposito Thome verbum, quem sciebat unico affectu et integra fide diligere dominum suum. Sed et abbas atque Thomas amicitia magna iuncti erant. Aperiens ergo ei verbum omne, consuluit, quid facto opus esset; durum enim valde ipsi videbatur, ut scriberet tam austere fratri frater mitis. Submittens Thomas[e] parum caput
30 et premeditans paulo intervallo, subrisit: 'Immo vero', inquit, 'ingenio omni exquisito asperius quam poteris exacuens omne verbum et singulas dictiones, duci scribas. Nulli nota magis domus est[e] sua, quam domini mei benignitas et dulcedo naturalis. Non facilius extinguit ignem modicum superiecta grandis aque moles, quam extingues omnem[e] eius iram, si fortiter rigide et ultra mandatum eius scribas duci fratri eius. Cum autem secretus legerit[h]
35 hanc scripturam, te adhuc loquente cum eo, fiducia bona quam habemus apud ipsum[i] vobis subitus interveniam, et videbimus verbi finem'. Dixit, et facta sunt omnia sicut dixerat. Ut autem litteras graves[e] et[e] austeras legit episcopus clementie[e] singularis et supervenientem Thomam vidit, nunc super eum, nunc super abbatem, ambos consedere iussos, benignos oculos superducens et litteras manu vibrans, castigato[k] risu risit. Animadvertit enim rem
40 sicut condicta erat inter ipsos[l] et: 'Vicistis', inquit, 'et vicerunt littere valde graves. In brevi mittam duci fratri meo litteras mitiores, quoniam[m] sic oportet fieri'.

30. Crudescente vero[e] et crescente penuria[n] omnium rerum, post paucos dies[e] fratri scripsit in hunc modum: *A. Dei gratia Leodiensis episcopus H. karissimo fratri suo, inclito duci Lotharingie, salutem et fraterne dilectionis affectum. Ex quo veni in hoc exilium meum,*
45 *non cessavi precibus magnis et litteris frequentibus pulsare fraterna viscera vestra, ut michi subveniretis. Michi qui caro et unicus frater vester sum; michi quem Deus et sancta sedes apostolica elegit in sacerdotem sibi, et non meis meritis, sed gratia sua sum episcopus vester ac per hoc etiam pater vester. Sed quia video, quod viscera vestra non sentiunt affectum erga me carnalem unicum fratrem vestrum, erga me spiritualem patrem vestrum, ultra hanc vicem iam*
50 *non porrigam preces meas ante faciem vestram, non mittam litteras unico fratri meo, quia, quod magno cum dolore cogor dicere de vobis, per vos cogor desperare et unicus frater vester et benignus pater vester. Michi enim et scribenti frequenter et humiliter deprecanti nec scribitis nec respondetis.* Scripserat autem et avunculo suo[e] duci fere in hunc modum. Dux autem

Matth. 22, 21. — Matth. 22, 39.

a) quod 2. b) michi 2. c) deest 1. d) et sum 2. e) deest 2. f) previdens 2. g) iussisset 2. h) legeris 2.
55 i) i. me 2. k) castigata 1. l) illos 2. m) quia 2. n) penumiria 1.

1192. Lotharingie, frater eius, cum audisset has ultimas litteras eius, quarum baiulus fuit nuntius missus abbatis Lobiensis, ex monachis eius unus, illacrimatus est — commota sunt quippe viscera eius[a] super fratre suo — nuntiumque honore magno recepit, et conquirens munifice equos, vestes et argentum et cetera tempori necessaria, in proximo ad eum proprios legatos mittere disponebat. Addens in mandatis, quod adversariorum eius multi et precipui ad ipsum 5 non longe post venturi erant, ut in pacem reducti ei tamquam domino et patri deinceps fideliter obedirent. Pari modo facere disponebat Ardenne dux, avunculus eius. Rotrollus[b] etiam nobilis adolescens, ecclesie[b] Catalaunensis presul electus, sciens atque dolens de inopia domni Alberti, tante dignitatis viri, pio consilio et ipse de eo disponebat et ad eum inde miserat litteras et legatos, ut expensis suis honore magno haberet eum secum Catalaunis, et ad eum 10 deducendum proximis diebus ipse cum suis venturus erat Remis; sed longe aliter facere de ipso Deus disponebat, qui novellum christum suum[c], ut purior atque preciosior appareret, Sap. 3, 6. purgabat tanquam aurum suum in fornace tribulationis huius magne, qua maior non fuit in[c] hoc casu rerum alicui tante dignitatis viro, sicut erat ipse, tamque[c*] generoso.

31.[d] Dum[d*] hec igitur et illa hinc et inde ab hominibus et a Deo pararentur, interim 15 Albertus episcopus Remis exul immani pondere contra inopiam suam luctabatur et ardebat fortiter igne tribulationis et angustie. Omni melle dulcior ipse ante se videbat et dolebat suos ire nudos, inopes et abiectos, quos cultu digno solebat splendidos honorare. Mensa eius ante leta tristior apparebat. Vestes enim et suppellex eius tota creditoribus pro pignore data erant[e]; preter unum suum palefridum et capellam suam non multo[f] preciosam re- 20 manserat ei nichil. Quibus et aliis multis malis afflictus et depressus vehementer, domi sedebat in tristicia et iam spatiatum nusquam ibat sive pedes sive eques, sicut primis diebus ire[c] consueverat, sed iam multos dies se tenebat intra domum, nusquam vadens preter ad ecclesiam, ad quam frequenter libens ibat, et divina iam in his letus et devotus celebrabat. Unde et dicebat suis ioco illo dulci suo: 'Sepius est occurrendum[g], ubi bonum at- 25 que mentis quies invenitur. Michi[h] presens ecclesia me solatur. Solum opus hoc divinum letificat animam meam, dum divinis intersum sacramentis, et amplius, dum divina Deo an- Ps. 71, 18. nuente tracto sacramenta. Deus est enim, Deus noster, qui facit mirabilia magna solus. Non iam virga sterili me flagellat, sed virga ferrea me confringit vehementer. In eo spero Ps. 117, 9. et speravi; et si me occiderit, in eo sperabo semper et letabor. Bonum enim est sperare in 30 Domino, quia misericordie eius[c] multe nimis'.

32.[d] Inter hec domum eius frequentabant milites Alemanni, quorum colloquiis venenatis columba mitis fruebatur, ita ut socii eius omnes[c] ac ministri, qui noverant, quanto affectu et honore amplectebatur[i] eos et colebat, statim ut venissent milites Alemanni, de loco quo sedebant vel astabant circa eum statim consurgebant et cum eo solo solis locum 35 dabant Alemannis. Quorum favore lupino[k] agnus[l] innocens sic gaudebat, ut eis denuntiaret et id ipsum, quod ducere vellet eos secum, cum moraturus iret Catalaunis. Quod ipsi fallaci gratia dum hoc verbum recepissent, animis egre pertulerunt. Timebant enim, et id verum erat, quod non esset ita solus Catalaunis sicut Remis, quia Catalaunis, presente domino civitatis, frequentia presens erat magna nobilium virorum et illustrium. Absente vero 40 domino civitatis et agente longe, Remis ita sola erat, ut nobilium virorum et illustrium frequentaret eam nullus. Illud etiam mordebat vehementer Alemannos, quod plus solito domi sedens tristior episcopus non erat sic expositus gladiis eorum et cultris perimendus, quam si foras iret, per quod occasio forte se offerret Alemannis scelus impium perpetrandi. Iamque per hec pene[c] desperabant, in scelere suo sese[c] frustra niti. Namque[m] domi, licet essent 45 cum eo frequentius in secretis, sicut est supradictum, posse fieri quod volebant, omnino non videbant, quia, episcopo familiariter cum eis in thalamis apertis ostiis, ut videri possent, fabulante, comites eius et ministri foris expectabant, et si attemptassent opus illud criminosum, quod omnibus horis explorabant[n], eos qui foris erant evadere nullo conatu potuissent, presertim cum ante portam domus, sicut in claustro canonicorum habitantium, civitas fre- 50 quens pertransiret, et frequentes ludi essent ante portam ab his qui episcopum frequentabant amore magno, quo ipsum civitas omnis, plus quam credi possit, percolebat. Sed et quidam de familia episcopi mansueti multa iam notaverant, quibus in suspitionem illis iam

a) sua 2. b) Retroldus 2. c) *deest* 2. c*) tamquam 1? d) *nulla capitis distinctio* 1. d*) Cum 2. e) erat 2. f) multum 2. g) currend 2. h) Mestum 2. i) amplectabatur 1. k) iniquo 2. l) dignus 2. m) Iamque 2. n) expectabant 2. 55

venerant crudeles Alemanni, maxime quia sicut alibi sic ad domum eius veniebant subarmati. Et quandoque ex familia vidit unus et[a] notavit, quod unus ex tribus Alemannis, dum primos ascenderet[a] gradus altos domus, incautus et imprudens superioris marginem vestis sublevavit, eo[b] quod impediret ascendentem demissa vestis eius. Quo vestem elevante[b], apparuit caliga ferrea super supremas oras calige latioris panni, caliga ferrea minus longa apparuit et culter dependens non satis occultus inter femur et caligam ferream male se promoventis Alemanni. Cum ergo se res sic haberet de sceleratis Alemannis, tantis verborum machinis atque strophis his rebus callidi nimis occurrebant, ut Albertus episcopus ingenii mitioris non discerneret rerum causas, sed affectum de omnibus et in omnibus mentientem[c]. Sic enim animo nequam sibi presentes in omnibus erant Alemanni, ut verborum machinis exquisitis et ad opus omne preparatis destruerent et delerent suspitionis omnem notam. Quibus rebus simul et gratia, quam habebant apud innocentem virum illum, illud omen contingebat, ut miro modo timerent eos multi, sed non timentes, ut suspicarentur[d] de his omne malum et non possent suspicari[e]. Unde et in foro civitatis iuxta monetarum stationes alternatim venditarum, ubi frequentior est conventus civium, dum de his sermo inter eos verteretur, sicut multi gartiones acutius solent indagari[f] et perspicere rerum seriem abditarum, unus gartionum inter cives multos colloquentes exclamat[g]: 'Periculo mortis caput meum sit obiectum, nisi ad hoc venerint isti crudeles Alemanni, ut interficiant dominum episcopum, quem videtis tam dilectum vobis[h] inter vos exulantem. Ordeum et frumenti stramen quod singulariter equis suis emunt, expensa eorum singulis diebus persoluta, cursus eorum frequens extra urbem, quod armati[i] sic incedunt, et alia multa que notavi sunt precones atque signa indigne et lugende mortis eius'. Exhorruerunt presentes verbum istud[k], et nichil mali suspicantes, tamen ad verbum paulo tristius inclamantes: 'Effuge', inquiunt, 'gartio venenate, et ne iteres verbum coram nobis, ne fractis cerebris, ut dignus es, depereat caput tuum'. Nec enim poterant credidisse, isto casu posse mori virum illum, cuius forma, cuius mores, cuius vita ipsis erant tam iocunda. Non poterant credidisse, illum posse mori morte tali, quem Deus unxerat oleo sancto suo, quem noverant, quia nobilissimum et fortissimum genus toto regno Theutonico celsius et clarius eminebat. Quod unum et precipuum fuit argumentum, quod solius cesaris ultra cesarem gravius irascentis consilium non fuit sibi per se solum. Consilium eius iracundum ultra fines ire iuste amplius accendit et firmavit male mixtum ei consilium impiorum, qui potentes potenter invidebant potentie atque styrpis[l] eius generose. A potentibus potenter fuerant animati atque confirmati isti milites Alemanni, qui firmaverant sibi sermonem hunc malignum tam potenter tamque pertinaciter, ut non potuerit infirmari malignitas eorum vel respectu generis tam potentis vel gratia viri innocentis, nocentes illos tanto[m] tempore dulcius amplectentis.

33. Fuit autem unus de his militibus Alemannis tribus maior natu, quem ridentem tanto[m] tempore vidit nullus. Raro quidem et parce loquebatur, sed submissus et efferus[n] semper erat illi vultus. Ceteri iuniores sic alacres et leti videbantur, ut eorum ludo morderes istum, iocundior facecia sicut cetera sic[o] obtegeret vultum huius[p] tristiorem; dicentes, eum naturali gravitate sic affectum. Super omnia de his omnibus sic omnium rerum ordinator disponebat, ut[q] nullis obstantibus rerum argumentis ad finem res venirent, sicut venturus super eum, novellum christum suum, Deus omnium disponebat.

34. Venerat ergo dies dominica, qua occurrerat sancte Cecilie virginis et martyris dies festus. Erat autem Remis monasterium Deo sacratarum puellarum. Celebrior illis erat sancte Cecilie festa dies. Accesserunt ergo ad pie recordationis pontificem Albertum et humiliter ac devote petierunt, ut honorem daret Deo et beate Cecilie et earum monasterio, quod est in honore sancti Petri apostoli, et ibi sollempniter divina celebraret. Ad hec flecti pronus erat, qui animo volenti Deo serviebat. Venit ad monasterium et hac ultima devotione devotus divina celebravit. Ad hec missarum sollempnia magnus concursus fuit virorum atque mulierum de[r] tota civitate. Affuit inter eos et Sathan cum suis satellitibus illis militibus Alemannis, non ut adorarent veri adoratores sicut ceteri, sed ut ex-

1192. — Nov. 22.

a) et — ascenderet *des.* 2. b) eo — elevante *des.* 2. c) mentientem — omnibus *suppl. in marg. manu Aegidii* 2. d) suspirentur 1. e) *deest* 2. f) *ita codd.* g) exclamavit 2. h) nobis 2. i) subarmati 2. k) eius 2. l) *ita* 1; stirpa 2. m) toto 2. n) effotus 1; effectus *corr. manu Aegidii* efferus 2. o) *ita codd.* p) eius 2. q) ut — disponebat *des.* 2. r) d. t. c. *des.* 2.

1192. ciperent gladiis et cultris[a] tantum pontificem occidendum, sive euntem sive redeuntem sive inter ipsa mysteria sacrosancta, si se locus optulisset. Unde et altari proximi sacro ponti- Apoc. 22, 11. fici secus astiterunt sicut domestici cum domesticis eius, et ut qui in sordibus erant sordescerent adhuc. Post euvangelium ad manum eius munera obtulerunt et osculo Iude traditoris osculati sunt manus eius atque pedes, et post missam in equis eum redeuntem pro- 5 sequuti[b], usque ad domum eius deduxerunt, et a missa ad mensam eius accedentes, participes eiusdem mense, sed non misse.

35. Altero die simul venerunt milites[c] Alemanni[c] ad episcopum sub pretentu[d] cum eo, sicut solebant, amicabiliter iocundandi. In recessu dixit eis, ut redirent mane et[c] cum eo equitarent usque ad Sanctum Remigium, ad quem causa orationis ipse disponebat ire, et ut 10 cum eo redeuntes cum ipso manducarent. Huic dicto letiores Alemanni recesserunt. Sperabant enim horam sibi letam propinquare, qua possent iniunctum sibi scelus tandem perpetrare. Predictis enim rebus pene[e] desperati, ne mora sceleris perpetrandi[f] traheret eis periculum non exequendi quod eis erat fortiter imperatum, in dextram sibi sive in sinistram modis omnibus conandum sibi iudicabant[g], ut eum quoquo modo trucidarent. Et congruus 15 eis locus videbatur et occasio sibi grata, quod eo loco pene extra urbem atque sine turba esset transiturus. Quia ergo certius eis dixerat, quod venturus illuc esset, mane facto alacres viri sanguinarii surrexerunt, et in equis cum suis satellitibus subarmati et instructi omnem supellectilem suam conferentes, preoccupaverunt iter eius, quem venturum confidebant, et circa Sanctum Remigium in insidiis equites sese angusto loco tenuerunt, transe- 20 untibus hoc dicentes, quod episcopum dominum suum eo venturum expectarent. Quia vero domo exierant sic instructi, hospiti suo bruto homini valedicentes, dixerunt, quod essent longius ituri et post triduum reversuri, nisi retineret eos episcopus, cui ad Sanctum Remigium Nov. 24. occurrere festinabant. Erat dies festus sancti Grisogoni martyris, qui inter electos Dei meruit simul invocari infra canonem sacrificium divinum precedentem. Mane ergo facto, venit 25 ad domini sui domum solito festinantius ei devotus abbas Lobiensis. Invenerat enim eum sero valde tristem et confectum, et indoluit. Veniens ergo valde mane, invenit eum adhuc in lecto moleste se vertentem et graviter suspirantem et omnibus membris sic collisum, acsi malleis ferreis eum aliquis collisisset.

36.[h] Nocte namque tota insomnis pene erat curis agitatus vehementer, et cum paululum 30 obdormisset, horrendis et exitialibus sompniis cruciatus. Unde cum ante eum capellani eius matutinos mane decantarent, et ipse[i] psalterii versus non alternaret respondens contra eos, quod solitus erat facere diligenter, dictis matutinis, interrogavit eum magister Gerardus, qui notaverat eam rem, rerum scrutator curiosus: 'Ut quid', ait, 'domine mi, non respondisti nobis, sicut soles?' Ad quod verbum supervenerat abbas Lobiensis. Albertus episcopus[k] 35 gemens et suspirans altum: 'Multa enim', ait, 'passus sum in nocte ista et insompnis[l] et in sompno. Insomnem meror ingens me consumpsit, et modicum sompnum cepi. Momentaneo et tantillo illo sompno, qui non semel obrepsit michi sompnus, eger fui magnis semper[m] in tormentis. Videbatur michi gladiis et cultris horrendis hec camera esse plena, plena tumultu, plena luctu, plena umbra mortis. Gladiis et cultris fortiter impetebar; non erat 40 qui iuvaret, non erat fuge locus, non erat exitus evadendi'. Inter hec verba lecto quo sedebat surgens se vestivit, et accinctus atque manus lavans, stetit, et comites eius circa[n] ipsum. Erat autem[o] vultus eius sicut vultus angeli, miro modo supra se ipsum forma speciosus. Colorem enim vivum vultus eius rubore castigato modeste tinxerat noctis labor ingens, et sedebat ei candor atque rubor quasi lilium rose maritatum; statura vero[c] eius decens et 45 decora, clara vultui non discordans, quibusdam intersignis[p] intuentium oculis imprimebat gratiam[q] morum et innatam cordis eius lenitatem. Intuens autem suos et quemque lustrans oculis illis suis columbinis et pro se videns eos perturbatos, tamen et ipsum consolantes, cepit et ipse eos[c] mirabiliter consolari.

37.[h] Post hec autem nunc ioco nunc serio multa cepit dicere et de vita et de morte 50 sua, de vita quidem minus, de morte vero plura dicens[r]. Quod verbum mortis[s] eius sepius iteratum cum molestum suis esset et, ut obmitteret triste verbum, sepius ab eis rogaretur,

a) suis *inser.* 2. b) persequti 2. c) *deest* 2. d) *ita* 1; obtentu 2. e) in 2. — desperatione m. 1. 2. f) perpetranti 1. g) ind. 1. h) *nulla capitis distinctio* 1. i) episcopus 2. k) triste *inser.* 2. l) insompniis 1, *sed* iis *in ras. manu correctoris.* m) *in marg. manu correctoris* 1. n) iuxta 2. o) enim 2. p) inter eos signis 2. q) gratia *codd.* 55 r) *inserit* et decora 2. s) de morte 2.

non intermittendum esse respondebat. Sed quasi datus esset dies, sicut erat, sed ignotus, [1192.] ipso mane de morte eius miseranda disputare, disputabat et dicebat[a], omnia mortem terminare, mortem curis hominum et laboribus universis finem dare, quantum ad presentes[b] mundi curas et labores. 'Mors', inquit, 'equat ingenuos atque servos, potentes et infirmos, locupletes atque puplica[c] stipe mendicantes. Vixi clara stirpe generosus homo. Si morior, quid michi profuit altum genus, si non aliud[d] bonum pro me intercedat apud Deum? Maiorum meorum potentia vixi potens inter meos. Si moriar, quid iuvabunt, nisi Deus, qui me fecit, et tunc iuvet, quando deficiam. Sicut ammonebat status meus in quo fui, vixi delicatus. Si morior[e], ad quid michi valent fallaces delicie huius mundi[f]? Addat michi Deus misericordia sua delicias ampliores, que nullo fine terminantur. Quid fecit michi Deus meus? Clericus dives eram, iocundus et sublimis; nunc episcopus pauper ego, merens, humilis et deiectus et abiectus. Pauper exul ego sum, pauper episcopus ego sum, pauper episcopus, quo pauperior episcoporum nullus vivit. Si ergo morior, moriar valde pauper, et iam paupertas ista nichil michi nocet, immo prodest; humilis enim, non superbus moriar episcopus ego pauper. Sufficit michi terra septem pedum. Qui sic me flagellat, addat michi Deus meus in terra viventium pro sepulcro vili substantiam et gratiam ampliorem'[g]. Mira[h] connectione seria iocis miscens, hec dicebat, et seriatim simul et iocose ita loquebatur, ut nescires, utrum ioco vel serio loqueretur. Iste namque loquendi modus ipsi[i] erat, ut eius gravitati semper comes esset lenitas[k] et dulcedo maior eius. Et hec omnia verba graviora, quam res adhuc appeteret, mitius et iocundius ipse ioco temperavit illo die, quia videbat suos molestius hec audire. Sed pars ultima diei declaravit, quia pontifex ipso die moriturus, inscius ipse mortis sue, de morte sua prophetavit. Post hec verba: 'Adducantur', inquit, 'equi, ut eamus peregrini ad sepulcrum sancti Remigii Francorum apostoli, ut ipse pro nobis intercedat ad dominum Deum nostrum, qui nobis cito reddat leticiam salutaris sui. Nam post cibum exibimus extra urbem, ut parumper animas nostras recreare valeamus, que longo situ scabram rubiginem paciuntur'. Recreandi verbum laudant omnes, sed verbis eius alludentes, peregrinari nolunt illa[l] die: 'Feria tertia, que est hodie, debemus feriari; feria sexta dignius est orandum atque [Nov. 24.] ieiunandum. Eo die nos sanctus Remigius peregrinos suos pacienter expectabit'. Et[m] in hoc verbo fixi contendentes eum tenuerunt, et diffugientes huc atque illuc, pene omnes sunt dispersi. 'Eamus ergo', dixit episcopus ad abbatem Lobiensem, 'et ferculum diei melius et iocundius, missam simul audiamus. A nobis irrisores isti recesserunt, et nos accedamus ad eum qui reducat nobis dies bonos'.

38.[n] Ante domum eius capella parva erat. In hanc[m] missam secretius a se celebrandam magister Gerardus sibi preparabat[o]. Erat autem, sicut vir gravis et acutus, valde perturbatus et in[m] hiis que audiebat et videbat timore magno timens et coniectans que ventura erant super eum, quem videbat illa nocte sic confectum et collisum. Cepit ergo missam humilis ac devotus, cuius introitus iste fuit: *Fac mecum, Domine, signum in bono, ut videant* [Ps. 85, 17.] *qui me oderunt et confundantur, quoniam tu, Domine, adiuvisti me et consolatus es me.* Collectas autem et epistolam[p], graduale et alleluya triste, euvangelium et offerendam, et post communionem omnia tristia conquisierat et elegerat de omnibus locis antiphonarii[q] et epistolaris et euvangelii et libri collectarum. Quam missam cum audiret episcopus dulcior omni favo, sicut timori eius alludere consueverat, allusit ad timorem eius et subrisit. Erant autem quatuor in capella, sacerdos Gerardus qui cantabat, clericus alter qui cantanti respondens[r] serviebat, domnus et pius Albertus episcopus, et quartus abbas Lobiensis. Ceteri omnes colludentes aufugerant, quasi pronosticum diceret eis[s] Deus: *Percutiam pastorem, et* [Math. 26, 31] *dispergentur oves.* Episcopus ergo altari proximus orans existebat, abbas ultimo loco longe ab ipso, eo invito, se tenebat. Tantam enim reverentiam abbas humilis episcopo exuli semper exhibebat, acsi Leodium sederet in omni plenitudine sue potestatis, et fortiter irascebatur in corde suo, si quem forte vidisset movere pennam et gannire non quidem contra eum, sed ante eum ultra eius benignam voluntatem. Quod interdum contingebat, quando interdum rixabantur ante ipsum, quod mansuetudini eius naturali contrarium nimis erat. Hora ergo misse, qua pax episcopo a sacerdote est transmissa, dulcis episcopus accurrens cicior ad abbatem, ore suo reddidit[t] ei pacem Dei[u], hoc ultimo dono suo ditans eum, quem pluri-

a) cum diceret 2. b) presentis 2. c) pupplica 1. d) illud 1. e) moriar 2. f) huiusmodi 2. g) veriorem 2. h) Mirabili 2. i) illi 2. k) levitas 2. l) ille 1. m) *deest* 2. n) *nulla capitis distinctio* 1. o) preparaverat 2. p) e. e. *manu correctoris in marg.* 1. q) gradalis 2. r) respondebat et 2. s) ei 2. t) dedit 2. u) diei 1.

1192. mum diligebat, et post missam simul data benedictione, ad domum suam se recepit. Abbas autem accepit ab eo licenciam sanguinem minuendi, et suggessit ei, ut mandaret eius equos, cum post cibum, sicut dixerat, vellet equitare, ne nimis solus equitaret, sciens eius omnes equos pignori obligatos preter palefridum eius, quem et ipsum prestiterat abbati Sancti Dionisii Remensis monasterii regularis. Accepta ergo benedictione, discessit abbas non visurus eum amplius, quem toto mentis affectu[a] diligebat.

39. Alemanni autem[b], qui episcopum[c] Albertum[b] diutius expectaverant, cum vidissent eum non venire, inani spe frustrati, mane illo ad hospicium suum, ut fuerant sic instructi, confusi sunt reversi[d], hospitem suum vanis ambagibus eludentes[e]. Ne venirent[f] pransuri cum episcopo, qui eos invitatos aliquantum expectavit, prohibuit eos confusio illa sua, qua frustrati erant mane hora sua. Sed post hec audientes, quod post cibum foris[b] equitaret, in maiorem spem erecti sumpserunt raptim cibum. Tum vero illam unam[b] horam videntes iam adesse, que votum suum eis[b] vel omnino terminaret vel omnino defraudaret, omnibus rebus accinguntur, et instructi sicut prius, hospiti bestie valedicunt et accedunt ad episcopum a prandio iam surgentem. 'Et cur', inquit episcopus, 'ad prandium invitati non venistis'? 'Ad Sanctum Remigium[g] te, domine, diu expectantes, consumpsimus omnem diem'. Et episcopus alludens eis sua illa serenitate: 'Emendabitis'[h], inquit, 'michi culpam istam mecum sero cenaturi'. Quod cum laudassent, adiecit eorum iunior unus, vultu ridens gratia simulante: 'Immo vero ipse cum istis emendabo[i] tibi culpam nostram per gladii huius podium[k]'. Simul in verbo ad medium gladii, quo accinctus erat, gladium evaginans, in manum[l] eius gladii pomum ponit[m], et quod non venerit ad condictum, emendet eis[n] episcopus ultimo iam cum eis bibiturus. Afferri ergo vinum iubet et, benedictione data, bibit ipse primus et post se donat illis; et biberunt post benedictum et benedicentem homines maledicti. Exiens inde domo, stetit in vestibulo, et videns equos eorum sarcinatos: 'Ad quid', ait, 'venistis ita sarcinati?' Responderunt: 'Ad nos venerunt[o] et prope sunt nuntii gentis nostre, expensas nobis deferentes. In occursum[p] eorum festinamus, et cras cum eis erimus[q] ad[r] te reversuri[s], ut de terra nostra novum aliquid audiat auris tua. Sed quia iam tardior hora venit, et nos ad cenam tuam gratia tua invitavit, gratanter nobis procrastinabimus iter nostrum. Sarcine vero nostre leves non multum gravant satellitum nostrorum fortes equos. Age igitur et ascendes, quia longe[b] post meridiem iam dies inclinatur. Si tibi desunt equi, et nos et homines nostri fideles socii vie[t] tibi erimus[u], et mitte ad abbatem Lobiensem tibi et[b] amicum et fidelem, ut ascendat, equos suos secum ducens — plures enim habet —, ut per nos et per ipsum crescat tibi maior comitatus'. 'Sanguinem', inquit, 'sibi minuit, et in reditu meo veniam ipsum visitare'. 'Sufficimus', inquiunt, 'vie tue', risu falso subridentes. 'Fortes et validi satis tibi septem sumus Alemanni, et ipse[v] tuta tibi times. Si vero necessitas, que nulla erit, forte immineret, pro capite tuo ponimus caput nostrum'. Timebat enim episcopus exploratores comitis Reiteste, pro quibus et aliis quos timebat multis diebus tenuerat Remis se quietum. Armans igitur sese signo crucis, ascendit equum prepotentem, quem dederat ei avunculus eius dux Ardenne, quem et ipsum cum ceteris obligaverat creditori, et creditor prestans per filium suum miserat[w] et iusserat, ut super alium cum episcopo simul foras iret, ut[x], cum redisset episcopus, reduceret statim equum sibi. Exivit ergo pene solus preter Alemannos. Non enim de suis plures erant quam Sigerus canonicus Leodiensis et miles eius Oliverus. Per obscuram ergo, strictam et non altam posternam[1] civitatis sibi notam atque aptam votis suis episcopum[y] velud agnum innocentem protinus eduxerunt milites Alemanni, a leva portam regiam relinquentes, que olim porta Cereris dicebatur, a modernis porta Carceris appellatur[2]. Erant autem, sicut dictum est, septem Alemanni, tres milites et quatuor[z] armigeri, animis et armis fortes viri. Nec potuissent homines ultra omne scelus scelerati omnibus votis, omnibus optationibus sibi preoptasse locum, tempus, causam, que magis apta responderent eorum sceleri perpetrando. In urbe magna quies erat; per latos et patentes campos, sicut in hyeme, agricola nullus erat, viator nullus apparebat. Per

a) unice *inser.* 2. b) *deest* 2. c) eum 2. d) reverti 1. e) illud 2. f) *post* venirent *rasura duorum fere vocabulorum* 1. g) inquiunt *inser.* 2. h) emundabitis 2. i) immo nunc domine eum istis emendo 2. k) pomum 2. l) manu 2. m) poñ 1. n) ei 2. o) veniunt 2. p) ergo *inser.* 2. q) *ita* 2; eramus *corr. radendo* eamus 1. r) a 2. s) recessuri 2. t) t. v. 2. u) sumus 2. v) ipsa 2. w) m. eum 2. x) et 2. y) ipsum 2. z) *hic incipit (fol. 132' ex.) scriba tertius* 1.

1) Gallis *poterne*, nobis *kleines thor.* 2) Quae ducit versus Treverim; cf. Marlot, 'Histoire de Reims' I, 100 sqq.

campos ergo pontificem Deo dignum deducentes nichil horum suspicantem, super ipsum et contra duos comites eius ex[a] condicto quasi duas acies direxerunt viri sanguinum et dolosi illi septem Alemanni. Sigerum atque Oliverum quatuor armigeri, duo unum et duo unum dextra levaque obsederunt, et fabulis eos et ludicris callidi deducebant. Pontifici sacro innocenter equitanti duo milites dextra levaque adherebant. Tercius paulo ultra ipsos[b] rem venturam sic observans ambulabat, ut sella equi eius non precederet caput equi, quo pontifex insedebat. Pontifici ergo sic tres erant iuncti strictim, ut unus de duobus pontificalis equi collo brachium innecteret atque manum et eius comam deliniret; alter frenum eius tenens modo et remittens modo, horam competentem expectabat; tercius ulterior manu mulcens caput equi, cavebat tacitus, ne quo casu evolaret equus cursu potens. Inter hec familiares erant ita ioci et dicta et responsa inter eos, ut quivis posset credere, nullum esse qui plus amare posset eum hiis obsequiis ab eis delinitum[c]; nichil enim minus credi sive cogitari quam proditionis opus esse[d] que agebant. Sed omnia suis sceleribus evicerunt et omnem fidem irritam effecerunt[e]. Tractum ergo longius quam poterant eum ab urbe protrahebant usque ad quingentos ferme passus, et longius protraxissent, nisi Sigerus canonicus questus esset, quem tedebat processus huius longioris: 'Ad urbem', inquid, 'domine mi, revertamur; iam enim advesperascit, et inclinata est iam dies'. Quo audito, milites Alemanni satellitibus innuerunt, quorum qui posteriores erant duo et circumambulabant militi Olivero, statim evaginatis gladiis eum percusserunt, in capite et in brachio atque manu graviter vulnerantes. Simul autem et equum eius confoderunt[f] et eum solo prostraverunt. Sigero[g] canonico, quia nudus armis erat et imbellis, duo alii nichil nocuerunt. Qua re gesta, gladiis eductis super agnum illum episcopum Albertum crudeliter irruerunt milites Alemanni et horrendum! timpus eius cerebrumque et caput eius effregerunt. Cadentem gladiis[h] simul et cultris exceperunt, et tres milites et quatuor satellites ad tante cedis opus pariter accurrentes. Nichil sibi cedis actum[i] reputabant[k], nisi unusquisque tam dolende cedis auctor esset. Ventri ergo[l] eius et femoribus et aliis eius membris gladios atque cultros crudeliter immiserunt[m], totum corpus eius horrendo carnificio laniantes. Ad primam enim plagam vel secundam[n] expiravit. Non enim est vox eius audita sive clamor. Ipsum autem tredecim magnis vulneribus confoderunt, sicut[o] olim Gaium Iulium Cesarem cognati truces eius tribus et viginti vulneribus occiderunt, quos ipsos ipse Cesar promoverat et fecerat Rome magna auctoritate claros et sublimes. Ultra humanam rabiem crudelitatis eorum magne magnum fuit signum, quod sic eum occiderunt Allemanni, virum pium, virum innocentem, virum qui eos honoraverat tam gratiose, tam clementer. Si enim iuraverant, eum a se occidendum; si parcere viro innocenti, domino et amico capitis sui periculo formidabant, quid illud[p] fuit scelus inauditum, ut non parcerent primis vulneribus iam occiso, sed post mortem eius extrema rabie discerpserunt omne corpus eius? corpus eius, quem primis diebus adventus sui dominum suum sibi constituerant et amicum, et dederant ei manus et iuraverant ei fidem firmam conservandam. Fecissent certe satis potentibus illis, qui miserant eos ad hoc scelus potius perpetrandum, si vel uno ictu simpliciter occidissent. Non[q] enim ad laniandum, sed ad occidendum missi erant. Fecissent certe satis, si redeuntes ad dominum suum dixissent[r]: 'Invisus iacet episcopus a nobis interfectus'. Sed nolebant ultimi esse proditorum, nolebant ultimi esse carnificum domini, obsequentium sive prona sive non prona voluntate. Sed proditione ista summa, sed crudelitate ista summa voluerunt obtinere principatum, ut essent summi proditores, ut essent summe crudeles homicide[s]. Que ergo ire tam atroces, qui Teutonici furores ita graves, ita pertinaces istos exagitabant Alemannos, qui non ipsa morte tanti viri dolenda et indigna exsatiari potuerunt! Invectivis in se verbis clamet et doleat infamiam suam infamis Alemannia, que sibi male tales enutrivit Alemannos! Nullis secundis[v] nulla provincia, nulla barbaries tales protulit proditores.

40.[t] Tanto scelere perpetrato, protinus effugiunt Allemanni, secum trahentes equum nobilem[u] pontificis interfecti[1], largo sanguine domini sui cruentatum et perfusum. Nacti

a) et 1. b) illos 2. c) delinititum 1. d) esset 2. e) fecerunt 2. f) confodientes 2. g) Sigero — nocuerunt *des.* 2. h) gl. suis 2. i) aptum 1. k) reputabat 1. l) vero 2. m) *ita* 2; immiserunt *corr.* immerserunt 1. n) ad sec. 2. o) sicut — sublimes *des.* 2. p) *bis scripsit* 1. q) Non — dixissent *des.* 2. r) duxissent 1. s) homide 1. t) *c.* 40—45 *non indicantur* 1. u) mobilem 1. v) seculis?

1) Cf. Gislebertum l. l. p. 581.

1192. vero patentes campos atque vias planas, fuge nullum finem posuerunt, sed illa tota die vespertina et sequenti nocte atque subsequentis diei toto mane incessanter equitantes, hora deinde tercia Virdunum pervenerunt, ibique tunc primo quieverunt. Ciboque ac sompno paululum recreati, facti famam timentes evolantem, civitate Virduno sunt elapsi et magnis itineribus ad imperatorem contenderunt[a], et rem, sicut erat acta, predicantes et in signum 5 facti sui nobilem equum pontificis interfecti effreno plausu ostentantes[b], ab imperatore magno favore sunt excepti. Thomas autem Merbiensis non erat cum eis, quando facta est Remis illa cedes. Ipse namque et Helyas de Bullo castello, canonicus Sancti Lamberti, non exierant cum domino suo, quando eum eduxerunt Allemanni, quia a creditoribus egre optinebant prestari sibi suos[c] equos. Omnis autem familia Alberti episcopi omnino pedes erat atque 10 nuda, que cum eo venerat vestibus, equis, armis et animis instructa pariter et venusta. Qui cum domino suo si exire potuissent, nichil contra eum attemptare presumpsissent Allemanni, sicut nec aggredi eum domi presumpserant tot diebus. Paupertas[d] ergo eius sola fuit, que indigne tantum virum interfecit. Viderit eius omnis illa potens et sublimis parentela, quid de ipso fecit, que sic eum dereliquit et exulem et egentem. Thomas igitur et Helyas, tan- 15 dem nactis equis, qua parte exisset[e] ignorantes, post ipsum per regiam Bachi portam[1] exierunt, et ad dextram se vertentes versus Sanctum Nichasium, petierunt campos altiores. De quibus ad sinistram prospectantes, in declivi campo viderunt gladios iam eductos fulminantes, et putantes, esse ludum suorum colludentium, eo se verterunt. Re autem perpetrata, cum vidissent cursu properantes Allemannos, et id ludum esse existimantes, laxatis 20 frenis post eos contendebant. Non enim videre a longe potuissent dominum suum terre procumbentem nec discernere oculis rem dolendam sicut erat. Longius autem precurrentes Allemanni, de iugo campi castigato in declivem campum longum transierunt, et sic ab oculis eorum sunt elapsi. Quod videntes isti, qui frustra eos sequebantur ad cursum eorum vehementem, iam tunc primum[e] ceperunt suspicari rem iniquam. Equos autem retorquentes 25 versus urbem, suffusi seriatim dum redirent, invenerunt corpus domini sui solo fusi et ad caput eius Sigerum socium luctu plenum et secus eos[f] Olyverum plus de morte eius quam periculo mortis sue luctuosum.

41. Filius autem creditoris iam duras venas habens usurantis, cum vidit eum interfectum et equum sic abductum, ad urbem usque[e] velox recurrit, sed intra urbem incedens 30 moderatus et sine clamore, tacitus ad patrem venit. 'Dominus', inquit, 'episcopus foris iacet ab Allemannis interfectus, et pignus tuum nobilis equus eius est abductus, et veni tacitus nuntiare tibi, ut videas inde quid tu agas'. Creditor iniquus ad Robertum Huirun[g] prepositum civitatis, de quo supra dictum est, festinavit: 'Episcopus', inquit, 'est occisus, equus meus est abductus, de his que credidi ei amens perdidi pecuniam copiosam; sed age, ut non 35 totum perdam. Pro me et[h] aliis creditoribus familiam eius totam, antequam rem actam sciant, in vincla trahas, et in regia porta Martis[2] include cathenatos. Futurum est enim, ut veniat eius nobilis parentela et redimat innocentes'. Ascendit equum prepositus tanta re turbatus et[e] divulgavit[i] verbum civitati. Simul tamen ipse iubet stolidus et ventosus, ut in vincla coniectentur quicumque de familia eius sunt inventi extra claustrum canonicorum 40 dominorum. Quo audito, familia desolata tanto domino suo, duplici malo attonita et exterrita, concurrens, in domo domini sui se includit. Unus eorum interceptus comprehenditur et in regiam portam Martis mittitur recludendus. Maiores ecclesie Remensis hoc audientes, fatuum prepositum arguunt vehementer. 'Non satis', inquiunt, 'hoc[e] ingenti malo sumus obvoluti, quo vir tantus, pontifex tantus nobilis[k] commendatus inter manus nostras hodie iacet 45 interfectus, nisi et tu simul excrucies eius familiam innocentem, in periculum[l] capitis tui et in confusionem[m] sancte Remensis ecclesie et tocius huius civitatis'. Prepositus hoc terrore concussus[n], captum reddit et ab aliis vexandis conquiescit. Fragore autem tanti mali de morte pontificis exaudito, clerus omnis et omnis populus tocius[e] civitatis luctu magno planxit et induit confusionis summe tenebras, inestimabili dolore consternatus. Vi doloris 50 velut amens currit extra civitatem sexus omnis, currit etas omnis, currit omnis ordo.

42. Erat autem Remis gartio Namucensis, qui iussu cuiusdam a Namuco usque[e] Remis[e] conduxerat primo venientes Allemannos, et toto illo tempore cum eis serviens ipsis

a) contendentes 2. b) ostendentes 2. c) *deest* 2. d) Paupertas — interfecit *des.* 2. e) exissent 2. f) eum 2. g) Buron 2. h) et pro 2. i) divulgat 2. k) nobis 2. l) periculo 2. m) confusione 2. n) confusus 2. 55

1) Quae ducit ad meridiem versus Chatalaunum. 2) Versus septentrionem.

1192.

est moratus[a]. Hic relictus domi, cum audivit estuantis[b] motum civitatis, a domo prosilivit et ad ecclesiam matricem attonitus metu fugiebat. A[c] vicinis domus est agnitus, sed et velox eius fuga et dependens culter ingens male tectus etiam ipsum ignorantibus eum pallidum accusavit. Femine autem, que currebant post emissam cursu tristi civitatem, hunc videntes ita fugientem, ipsum cursu vehementi persequuntur, sed ocior ille fugiebat. Iamque propinquabat atrio ecclesie principalis inter Sanctum Dyonisium et ecclesiam principalem, cum fugienti[d] forte supervenit Willelmus, Iudeus baptizatus, iuvenis forma et habitu decenti corporis et vita Iudeo non respondens, quem Willelmus Remorum archiepiscopus de sacro fonte suscepit et de familia sua semper esse iussit. Hunc velocem dolor ingens velociorem fecit esse, et gartionem Namucensem cursu superavit et apprehensum tenens strinxit. Femine vero accurrentes multe, cum ipso trahentes eum vehementer, pugnis eum et unguibus in momento mirabiliter discerpentes extinxerunt. Ingens enim dolor ingentem furorem armavit sine armis. Civitas ergo veniens ad locum extra urbem ab Allemannis tante cedis perpetrate, invenit exanime corpus iacens episcopi manibus impiorum laniati, et planctu magno luxit super eum. Omnibus ergo membris laniatum, cum membra simul non tenerent[e] preter pellem, que intercisa se tenebat, diligenter ipsum collegerunt, et pannis sericis involventes, ad civitatem magno luctu retulerunt. In sacrario autem ecclesie principalis ablutum diligenter et vulneribus ablutis colligatum, pontificalibus eum indumentis induerunt et compositum in[f] ecclesia choro medio posuerunt. In equis autem validis quosdam de iuvenibus civitatis armatos miserat civitas iracunda ad apprehendendos et excruciandos fugientes Allemannos. Sed gartio, filius predicti creditoris, qui celavit civitati cedem factam, inanem fecit omnem cursum, quo post eos currere potuissent. Nam si primo regressu suo in urbem factum recens gartio proclamasset, non facile potuissent evasisse fugientes Allemanni. Sed evaserant longo tractu plane regionis, priusquam fuisset ad clamorem civitas excitata. Frustra ergo persecuti iuvenes longe decurrentes[g], interventu noctis in urbem[h] sese receperunt. Quidam vero magis fervidi ultra sunt progressi, et longe pernoctantes, dum vident sese nichil[i] prevalere, crastino in urbem sunt regressi. Quo die

Nov. 25.

civitas omnis luctuosa confluxit ad ecclesiam ad exequias celebrandas. Multumque studium fuit omni clero et populo tocius civitatis, ut exequias dignas tanto viro, sibi tam dilecto, celebraret[k] affectu magno et dolore. Sepultus ergo est honore magno, quod unum et ultimum ei facere devoti potuerunt, in medio ecclesie principalis, ante altare quod est situm subter crucem et honoratum crucifixum, ita ut archiepiscoporum unus[l] sedis illius iaceat olim sepultus ante eum. Sacratus vero lapis marmoreus et rotundus sancti Nichasii antistitis, super quem fuit[m] decollatus, operit caput eius et humeros sub se fusos[n]. A tumba namque archiepiscopi preiacentis usque ad lapidem non est locus ita longus[o], ut inter ipsa medius sepeliri potuisset totus, nisi eo ordine quod[p] est dictum. Et hoc ipsum fecit affectus cleri magnus erga ipsum favore civitatis, ut Christi misericordie offerret atque commendaret Nichasius presul, Christi martyr, Albertum presulem, Christi[p*] martyrem hunc novellum, qui pro ecclesie Christi libertate tuenda tantis tribulationibus et fine tam acerbo hec omnia passus erat, cuius hic sepulti humeros atque caput Nichasii sacer[q] lapis desuper protegebat.

43. Nec ignotum fuit civitati, sanatos ad sepulchrum eius gravi febre et morbis aliis laborantes, dum primis diebus depositionis eius[r] eorum fides recens et devotio ardens pro ipsis exoravit. Erat femina Remis nota, que septem annis morbo laboravit et arido brachio aridam manum digitosque contractos ad caput tanto[s] tempore non levavit. Hec primo sabbato post mortem eius veniens et orans ad sepulchrum eius, est sanata et[t] omni incommodo liberata. Ipsam liberatam et letantem[u] vidit qui hec scripsit et de longo eius morbo audivit testimonium eorum qui multi eam viderant[v] hoc incommodo diu laborantem. Ex civibus autem multi viri honorati ac fideles frequenter viderunt lumina ardentia in loco ubi fuit interfectus; ubi postmodum lapideam crucem decenter excisam erexerunt super columpnas quatuor eminentem.* Subter quas[w] quadrati lapides sunt substrati, ordine tam

*) *Hic inserit Aegidius:* Cuius gesta in epythaphio breviter descripta versificator in persona eius loquens ait: *Legia me legit, electum Roma probavit,*
Remis sacravit, sacratum martirisavit.
Passus est martyrium idem Albertus 8. Kal. Decembris, anno Domini 1192[x].

a) commor. 2. b) effluantis 1. c) A vicinis — fugiebat *des.* 2. d) confugienti 1. e) *in ras. manu correctoris* 1. f) in — iuvenibus *des.* 2. g) discurrentes 2. h) urbe 2. i) *deest* 1. k) celebrarent 2. l) unius 1. m) fui 1. n) subfusos 2. o) longius 2. p) *ita codd.* p*) Cristi 1 (*antea* Xp̄i). q) sac' 1. r) *deest* 2. s) t. t. a. c. 2. t) et ab 2. u) sanatam 2. v) viderunt 2. w) columpnas *inser.* 2. x) 1182 *c.*

1192. protenso, ut optineant locum omnem, quo procidit agnus ille ab impiis interfectus. Hoc fine voluit eum Deus terminari, quem sic rapuit e mundo erumpnoso, ne malicia mundi immutaret[a] intellectum eius bonum, aut ne fictio seculi blandimentis deciperet animam illius. Unde nichil potuit eius mortem prevenire, quod differret eius mortem.

44. A duce fratre eius, a duce avunculo[b] eius moverant iam legati ad[b] eum[b] venientes et munera ei deferentes et pecuniam copiosam ad expensas eius liberandas. Ipsa fere hora, qua exiit a Remensi urbe statim occidendus, exierunt simul et ab urbe Catalaunis legati eius[c] urbis ad eum venientes, ut[b] se prepararet, quia in crastinum veniret electus[1] ipse secum deducturus eum Catalaunis atque cum eo moraturum, donec redisset[d] dominus Remensis, qui absens erat longe peregrinus. Cuius electi cum legati venissent Remis sero facto, invenerunt eum in ecclesia iam[b] iacentem. In crastinum autem secutus est eos et electus, et[b] invenit eum iam sepultum, magnoque dolore consternatus luxit eum. Comites autem eius et ministros desolatione magna desolatos multo affectu curavit consolari et, ut possent reverti in terram suam, ad expensas dedit eis decem libras, et ecclesia Remensis decem libras. Abbas autem Lobiensis orbatus lumine domini sui sibi tam iocundo, doloris acerbi magnitudine est oppressus. Nec erat ei[b] grata eius vita, cum mori pene maluisset cum eo, quem animo toto pie diligebat. Cum ei diceretur: 'Bene tibi fecit Deus, quia cum illo non existi; te ipsum enim[b] pariter occidissent crudeles Allemanni, qui propter hoc curaverant ab episcopo te mandandum, dum exiret'; non satis grate audiebat verbum istud, immo vero lugens respondebat: 'Si', inquit, 'michi mori contigisset cum viro illo innocente, innocenti morte innocens fieri cum eo meruissem, innocentiam eius atque meam dum pie respexisset misericordia misericordis summe Ihesu Christi'. Fidem ergo plenam et affectum pium, quo viventi adherebat, et[b] defuncto voluit abbas exhibere. Curabat autem cura magna, qualiter educere de terra posset eos, qui omnia etiam tuta sibi[b] metuebant. Misit ergo et vocavit[e] unum de cognatis suis, virum nobilem et potentem, per quem eduxit eos quinto die, et deduxit eos usque ad domum suam, que est ecclesie[b. 2] in pago sita Laudunensi, et curavit eos procurare cura multa; et sic nocte illa quieverunt a dolore, metu et labore. In crastinum ab eo loco longe conduxit eos usque ad locum, quo iam sibi melius ex amicis confidebat, Thomas Merbiensis, qui simul presens erat merens atque lugens. Qui cum suis ingressus terram viri nobilis et potentis Nicholai de Rumigni[3], abbati valedixit; et fleverunt fletu magno, cum se invicem separarent. Post triduum, itinere continuo iam peracto, cum comitibus et ministris domini sui Thomas[f] lugubris stetit ante ducem, fratrem eius, se et familiam domini sui desolatos representans simulque ostentans partem vestium fratris eius, perfusas[g] sanguine eius. Ceteras enim vestes cura magna decanus et canonici Remenses sibi collegerunt et reposuerunt in ecclesie loco sancto, simulque digitum manus eius, quem precisum et excussum cum anulo aureo, quem gestabat, invenit Remensis forte puer in campo iacentem iuxta corpus eius, et cum anulo reddidit hunc[b] custodi Remensis ecclesie thesaurorum. Anulus autem erat abbatis Lobiensis, quem prestiterat episcopo anulum non habenti, quem gestaret extra missam. Quo anulo utebatur, dum ecclesias et altaria dedicaret; que[h] olei sacri effusione larga dum inungeret, anulum pinguem oleo sacro alludens abbati, qui semper astabat ei in his rebus, ostendebat: 'Hunc', inquid, 'anulum tuum tibi satis impinguavi'. Quo anulo ipse simul abbas uti[b] consueverat extra missam, nam alios habebat, quibus vicissim utebatur intra missam. Post mortem autem eius cum anulum illum sicut suum recepisset, ipsum amplius est amplexus propter eum, qui episcopus[i] eo[b] usus erat, et quia per manum eius oleo sancto perfusus, et — quod maius et dulcius sibi videbatur — pro eo quod inventus erat in digito eius hora mortis eius. Non ergo postea tulit eum devotus abbas extra missam, sed semper intra missam. De vestibus autem eius rigidis et concretis eius sanguine a decano Remensi fideliter atque pie petentibus largiente et ipse abbas partem sibi petiit et accepit et reposuit seorsum in sacrario ecclesie Lobiensis. Vestes ergo videns et sanguinem fratris sui dux Henricus cum familia eius desolata, recidivo dolore repercussus — nam ante audierat de morte eius —, cum suis omnibus, qui valde multi erant, eiulatu magno flere cepit. Audita namque recenti morte

a) mutaret 2. b) *deest* 2. c) huius 2. d) venisset 2. e) evoc. 2. f) Thomas — sui *des.* 2. g) perfusam 2. h) quo 2. i) episcopo 1.

1) Rotroldus. 2) scilicet Lobbiensi. 3) Rumigny, a Rocroy inter meridiem et septentrionem.

fratris eius, die ipso convenerant ad eum consolandum et tractandum quid facto opus esset homines eius frequentes et amici, et in campo stabat coram ipso magnus numerus equitum peditumque condolentium et fragore magno infrementium pro indigna morte tanti viri. Accusans semetipsum dux et condempnans fortiter, proclamabat, sese fratrem suum occidisse, sese fratricidam esse, sese unum esse reum sanguinis fratris sui; a se uno repetendam mortem fratris sui, a se uno penam mortis eius exigendam. Cuius eiulatum prosequentes qui astabant, in luctu diem mestum consumpserunt. *1192.*

45. His diebus comes de Hostal[a], frater Lotharii invasoris, erat in terra comitis Balduini, vadens et rediens circa fines illos, modo clam modo palam. Contra quem ad colloquium a Remis exierunt scelerati milites Allemanni quinque dies ante diem, qua[b] crudeliter occiderunt Albertum episcopum Remis exulantem. Post mortem eius altero die venit fama velox Melbodium[1] oppidum, in quo comes, Lotharii frater, suspensus expectabat rerum fines. Ut audivit mortem eius et terram commoveri atque execrari scelus perpetratum, statim fugit, male sibi conscius facti huius. Lotharius autem, frater eius, in urbe Leodiensi tacitus expectabat: cum ecce fama mortis huius horrore magno percussit totam civitatem, que summis studiis Albertum episcopum sibi preoptabat. Attonita ergo civitate, maior ecclesia lugubris exequias episcopi sui celebravit. Ad quas signa dum pulsantur, venit in templum idolum desolationis Lotharius amens, ut videret et audiret, quo ordine exequias ecclesia[c] celebraret. Qui cum sentiret que fiebant: 'Non', inquid, 'exequias celebrate pro episcopo, sed pro archidiacono[d] nostro Alberto Lovaniensi'. Durius ad hoc verbum qui presentes erant clerici responderunt; fortior enim dolor fortius erexerat eos contra eum, sub quo ante gemebant oppressi potentia maiori cesaris male super eos propter eum sevientis. Publicum ergo[e] luctum[f] civitatis, faciem ecclesie tenebrosam, rerum causas atque fines Lotharius dum perpendit, subito hesit vehementer, et intremuerunt renes eius, et dissolute sunt manus eius, ac festinus in palatium se recepit. Et ascensis equis cum suis satellitibus urbe digrediens, Hoio castello valido se inclusit, misitque legatos ad amicum suum comitem Balduinum et implorabat opem eius. Ad quem festinus venit comes[2], sed videns, totam terram conflagrare invidia facti huius, nec iam tuto niti posse contra rerum molem imminentem, respondit opem imploranti: 'Supra vires', inquit, 'meas, contra honorem meum transeunt preces iste tue. Opponere me non possum tante rerum moli. Fortis est eius qui occisus lugetur parentela, sed et cognatus erat ipse michi. Factum ergo istud male factum, factum valde fedum me deterret, ne me fedem atque[g] genus meum, si amplius me opponam propter factum istud contra meos sanguinis linea michi iunctos. Sed experire consilium maioris potestatis, ut possis eripi tantis malis'. Lotharius videns[e] omnia sibi retro lapsa, desperans a castello noctu fugit, et toto episcopatu Leodiensi decedens, cum fratre comite confugit ad aulam imperatoris factum fedum fede amplectentis. *Dec. 25.*

46. Anno Domini[e] 1193. de dolenda morte Alberti Leodiensis episcopi dolet omnis terra, stridet orbis christianus et tantum scelus execratur. Omnes aulam cesaris execrantur, in qua sibi asilum optinere gloriantur homicide scelerati. Non enim fuit auditum a cesare Constantino Magno, ut aula christiana fecerit aut foverit tantum scelus. Henricus[h] rex Anglorum, qui occidi fecit Thomam, sanctum illum archiepiscopum Cantuarie civitatis, in aula sua non recepit illos homicidas, qui tantum virum scelestis manibus occiderunt. De Alberti morte clamat mundus omnis et miratur genus et causas mortis eius. Satisfaciebat Albertus imperatori nimis irascenti, qui extra fines regni eius exulabat. Exulabat pauper, humilis et quietus. Proditionis autem modum tam crudelem, tam scelestum memoria nulla vidit, qua eum prodiderunt supra modum proditores Alemanni[i]. Interfectores vero sancti Thome ipsum quidem occiderunt, sed non tam crudeliter, sed non eius proditores. Nec enim eum primo loquentes ei salutare voluerunt, ne viderentur eius esse proditores, qui venerant, ut fierent eius homicide. Et isti scelesti tribus Thomam vulneribus in sede sua occiderunt, Albertum autem exulantem scelestiores Alemanni tribus et decem vulneribus et occiderunt et occisum discerpserunt. Cause ergo mortis huius atque modus Deo

a) Hostas 2. b) dies antequam 2. c) ecclesia — exequias *des.* 2. d) archidiano 1. e) *deest* 2. f) *manu correctoris in marg.* 1; *deest* 2. g) atque — meos *des.* 2. h) Henricus — sive iudicare *des.* 2. i) Allem. *corr.* Alem. 1.

1) Maubeuge, ad fl. Sambre, a Valenciennes ad orientem. 2) Circa natale Domini a. 1192. secundum Gislebertum l. l. p. 581, qui sequentia fusius narrat.

1193. et hominibus maiori miseratione digna fuit. Unde cum mors Alberti, Remis plangentibus eum, conferretur Thome morti, intulit decanus Remensis Radulphus, vir in ecclesia Dei magne reverentie, et: 'Ecce', inquit, 'plus quam Thomas hic'! Erat autem Anglus natione et fuerat unus ex comitibus sancti Thome in Francorum regno multis annis exulantis, vir litteris eruditus et morum honestate valde clarus. Qui Alberti sui — plurimum enim familiaris erat ipsi — predicandam innocentiam et mortis eius causam pio affectu ac vero commendabat, pie credens et affirmans, martyrem Dei esse, qui sic innocens sic est proditus[a] a nocentibus, sic occubuit pro ecclesie Dei libertate; quam volebat Henricus imperator sibi subiugare in hoc casu, ut, si dissentirent a ceteris tres aut duo de electione facienda in ecclesiis cathedralibus regni sui aut regalibus abbatiis, statim ipse manum apponeret et quem vellet regalibus investiret, sicut fecerat de Lothario Bonnensi preposito, nec liceret ecclesie Romane de his amplius cognoscere sive iudicare.

47.[a*] Ut ergo audivit omnis eius nobilis[b] parentela mortem eius et illos homicidas esse tutos et iocundos in aula imperatoris non sibi bene consulentis, indoluerunt dolore magno simul omnes. Ac primo sibi colloquentes per legatos, postmodum colloquii communis diem sibi condixerunt prope Coloniam civitatem. Erant autem[b] primi eorum Lotharingie dux Henricus, frater eius, Ardenne dux, avunculus eius, Bruno archiepiscopus Coloniensis, cognatus eius, et comites ac principes multi cum eis. Qui omnes cum multo comitatu in aspectum[c] mutuum cum venissent, et recordatum eis fuisset ab his qui viderant genus mortis eius et ostensus sanguis, fleverunt fletu magno, acsi primo die fuisset eis mors eius nuntiata. Fletu autem, non dolore, mitigato, invicem multa pertractantes et animantes in commune semet ipsos, demum valida coniuratione iuraverunt contra Henricum imperatorem et contra omnem[b] parentelam comitis de Hostal[d] et Lotharii fratris[e], quorum genus erat valde, sed non eque potens eis sive clarum. Conradus autem archiepiscopus Maguntinus et alii principes multi regni Teutonici, qui absentes erant, consilio eorum firmiter adherebant et rem omnem per legatos confirmabant, execrantes cedem factam tanti viri innocentis, execrantes aulam regis, que retinebat execratos[f] illos, qui Romani imperii maiestatem execratione tanti facinoris maculabant[g]. Colloquio autem hoc soluto, duces ac principes adunati cum multo equitatu terram comitis de Hostal[h] sunt ingressi et totam terram eius vastaverunt, omnia castella eius occupantes preter unum, quod validissimum expugnari posse desperabant[1]. Henricus imperator videns imperium per[b] hec[b] conturbari et cum eis multos principum contra se moveri simulque infamia tanta rerum graviter[b] et pernitiose se morderi, consilio saniori flecti tandem acquievit. Multisque legationibus ultro citroque missis et remissis, venit ad colloquium stirpis generose in oppido Confluentia[i] super Renum et Mosellam. (Iun. 14.) Magnisque satisfactionibus cum eos delinisset, pace facta[2], muneribus et promissis eos honeravit, et removit ab aula et finibus regni Teutonici homicidas illos milites Alemannos[3], quorum plures intra paucos dies morte turpissima a Deo iudice sunt condempnati.

EXPLICIT VITA DOMINI ALBERTI LEODIENSIS EPISCOPI.

a) preditus 1. a*) *nulla capitis distinctio* 1. b) *deest* 2. c) conspectum 2. d) stal *in loco raso manu correctoris* 1. e) eius *inser.* 2. f) execrandos 2. g) execrabant 2. h) Hostas 2. i) *post* Confluenti *parvus loc. vac. rel.* 1; Confluentia 2.

1) Cf. Gisleb. l. l. p. 582: . . . *et omnia castra sua, excepto Ara castro fortissimo, ei abstulit et totam terram in vindictam fratris sui devastavit.* 2) Ad rem cf. Toeche, 'K. Heinrich VI.' p. 281. 552 sqq. 3) Imperatorem eos in Apuliam misisse, constat; cf. Toeche l. l. p. 448 n. 1.

VITAE ODILIAE LIBER III.
DE TRIUMPHO S. LAMBERTI IN STEPPES.

Post Alberti episcopi Vitam aliud Leodiensium documentum non minus grave, quod Aegidius in usus suos vertit quodque et ipsum maioris operis fragmentum esse constat, lectoribus hic proponere libet. Non ita diu antequam Aegidius Gesta sua compilaret, canonicus quidam Sancti Lamberti Leodiensis vitam viduae cuiusdam Odiliae eiusque filii Iohannis in duobus libris conscripsit, in quibus id praecipue egisse videtur, ut praeter res domesticas Odiliae eiusque filii etiam omnia quae tempore eorum in dioecesi Leodiensi acciderunt litteris mandaret. Duobus primis libris deinceps tertium addidit[1]*, in quo triumphum Leodiensium a.* 1213. *de Henrico Brabantiae duce precibus et meritis, ut putabatur, sancti Lamberti apud Steppes*[2] *obtentum secundum visiones et prophetias Odiliae et Iohannis prosequeretur. Quos tres libros titulo 'Vitae Odiliae' comprehendit. Ex primo et secundo libro, qui iniuria temporum perierunt, excerpsit Aegidius magnos qui episcoporum historiam illustrant centones*[3]*, privatam vero Odiliae eiusque filii vitam, si omnino fusius enarrata erat, prorsus neglexit, ita ut de Odilia nihil compertum habeamus nisi eam usque ad a.* 1219. *inter vivos fuisse*[4]*. Iohannes secundum locum quem Chapeavillius ex secundo libro tradidit non multo antequam auctor opus (c. a.* 1246*) finivit obiisse videtur*[5]*. Tertium denique librum inseruit Aegidius Gestis suis fere ad verbum*[6]*, omissis tantum visionibus Odiliae aliisque huiuscemodi fabulis insulsioribus.*

Ex fragmentis duorum priorum librorum et ex tertio libro, quippe qui curante Chapeavillio integer nobis servatus sit, quomodo auctor rerum scribendarum consilium exsecutus sit, satis clare intelligi potest. Quaecunque enim Leodii inde a temporibus Alberonis episcopi (a. 1135—1145*) usque ad mortem circiter Roberti (a.* 1246*) evenerunt, ea fere omnia Odiliae vel Iohanni antea*

1) Chapeavillius, qui omnes tres libros ad manus habebat, ait (II, 603): *Scripsit tres libros, quorum duobus primis ex professo vitam s. Odiliae Leodiensis et filii eius Ioannis abbatuli eorumque occasione plerasque res insignes, quae illo tempore in patria et dioecesi Leodiensi acciderunt, vere et accurate tanquam partim a se visas partim a fide dignis auditas depingit. Tertio triumphum de Henrico primo Brabantiae duce . . . prosequitur.* 2) prope Montenaaken. 3) Exstant apud Aegidium lib. I, c. 1. 2 (p. 101); c. 3 (p. 108); c. 4 (p. 110 sqq.); lib. II, c. 3 (p. 119); c. 4 (p. 120); c. 30 (fortasse 3? p. 121); c 5 (p. 121 sq.); quo accedunt sine indicatione capituli p. 123—125; 127—128. 4) Cf. infra lib. III, c. 19. — *Sancta quedam prophetissa mulier,* quae ap. Aeg. III, 98 ad a. 1229. laudatur, alia ac Odilia esse videtur. 5) Chapeavill. II, 603: *Sic enim in fine secundi libri felicem dicti Ioannis ex hac vita transitum describens ait: 'Siquidem usque modo viri Dei prosecutus materiam, quem viventem dilexeram, diligam et in morte, quia charitas non excidit'. Et paulo post: 'Certe quoad vixit currebamus pariter, quanquam diverso genere; nam et illo constitutus in stadio veritate et opere currebat ad bravium, ego vero cursus illius modum circuiens, suorum virtutes investigabam operum, mandans illa sedulo proximis in exemplum'.* Accuratiora quaedam de Iohanne nescio unde hausta affert Daris, 'Examen critique de la vie d'Odile et de Iean, son fils' (Bulletin de l'institut archéologique Liégeois. Tom. XI) p. 153: *Son fils Iean, surnommé abbatulus, était encore un enfant lors de la disette de* 1195 *à* 1197*; le* 20. *janvier* 1227 (1228) *il fut pourvu par le chapitre de la cathédrale du bénéfice simple ou chapellerie de S. Gilles, auquel était annexée la charge de fournir le luminaire: 'ad quam spectat provisio luminaris diurni et nocturni'. Au mois de juillet* 1241 *il fonda de ses propres biens deux messes pour deux chapelains qui devaient l'assister, lui et ses successeurs, chapelains de S. Gilles, dans leur office de luminariste. L'année de la mort de Iean l'abbé est inconnu.* — Cognomen 'abbatuli', quem Chapeavillius Iohanni attribuit, in fragmentis quae Aegidius servavit et in tertio libro non legitur. Appellatur: *famulus Dei, vir Dei, homo Dei, servus Dei, sacerdos.* Cum 'Iohanne decano ecclesie sancti Lamberti', qui bis (III, 101. 104) laudatur, nostrum non confundendum esse, putarim. 6) III, 77—94.

portenta fuisse fingit. Hos ergo duos vel precibus suis infortunium amoventes vel populo quae bona et mala imminerent praenuntiantes inducit[1]. *Nimirum ea omnia nudas esse fictiones, non est quod moneam. Ut exemplum afferam, in lib. II, c. 4. tradit*[2], *Hugonem de Petra-Ponte Iohannem consiliorum suorum auctorem habuisse eiusque visionibus commotum Remensis archiepiscopi dignitatem respuisse. Quis quaeso hic nostro fidem habeat affirmanti, celeberrimum illum Leodiensium episcopum consiliis, immo mandatis superstitiosi alicuius sacerdotis obedivisse? Talia auctor plerumque sibi ipse excogitasse videtur, id quod manifestissime in tertio libro apparet. Tantum enim abest, quin narratio rerum gestarum cum narratione visionum reapse cohaereat vel in unum, ut ita dicam, corpus conflatum sit, ut sine ulla difficultate una ab altera rursus distingui possit; quare, ut lectoribus usum commodiorem faciamus, visiones utpote postea additas et nihil ad rem facientes minoribus typis exprimendas curavimus. — Alia non multo scitu digniora auctor praesertim de temporibus paullulum remotioribus ex traditione monachorum accepit*[3]; *e. gr. quae de Radulpho episcopo a populo Maguntino expulso*[4] *et de morte Hugonis de Petra-Ponte affert*[5], *prorsus fabulosa esse, nemo non videt. Attamen occurrunt etiam, quae melioris fidei aestimes quaeque nostrum ex scriptis fontibus hausisse statuerim. Ita lib. I, c. 4.*[6] *Reineri Breviloquium de incendio ecclesiae sancti Lamberti exscripsit; lib. III, c. 1. chartas ex archivo ecclesiae cathedralis sumsit; lib. II, c. 4.*[7] *librum traditionum in auxilium vocavit. Etiam de dissensionibus Hugonis de Petra-Ponte cum Brabantinis eiusque victoria apud Steppes reportata procul dubio libris adiutus erat. Narratio tam prope ad Reineri Annales accedit*[8], *ut iure coniicias, utrumque communem fontem, relationem dico gloriosi illius triumphi, quales illis temporibus plures Leodii circumferebantur*[9], *ante oculos habuisse. Sed ne hic quidem vulgi fabellas contempsit. De novissimis denique temporibus tanquam testis oculatus scripsit*[10]. *Genus dicendi obscurum est et nimis involutum; habundat sententiis ex sacra sriptura sumtis.*

Auctor canonicus erat et capitulo Sancti Lamberti Leodiensis adscriptus[11], *quod quidem eum non impedivit, quominus ipsum clerum ob abusus suos longe inveteratos quam vehementissime corriperet. Fortasse quae de flagitiis sacerdotum tempore Alberonis*[12] *et Radulphi*[13] *commissis enarrat, modum et veritatem transgrediuntur*[14]; *sed similia saltem, ne peiora dicam, saepius accidisse, docent Guidonis Praenestini episcopi et apostolicae sedis legati ordinationes a. 1202. Leodii promulgatae*[15].

1) Cf. quae hac de re bene legitur in 'Hist. littér. de France' XVII, 180: *Mais on voist, en lisant l'ouvrage, que le véritable but de l'auteur, en racontant les triomphes du saint, était de compléter en quelque sorte la gloire des deux autres saints personnages, dont il s'était fait le biographe. En effet, il ne rapporte point de fait historique sans y joindre le récit de la vision dans laquelle cet événement avait été d'avance annoncé à Iean abbatule et à sa mère.* 2) Vid. s. p. 120. 3) Cf. ap. Aeg. III, 29: *Verum quia in his que legunt et audiunt multi solent sepius vacillare, opere precium, eos a quibus ea que dicturi sumus accepimus suppresso nomine quodammodo publicare. Quorum unus, qui et maior natu et rem prout gesta est tunc temporis quando accidit in presenti positus* (c. a. 1145) *intellexit . . . . Alter vero ipse est, de quo in sequenti opere plurima patere poterunt sanctitatis et religionis insignia* (scil. Iohannes). — III, 97: *Hoc autem homini Dei Iohanni sacerdoti non latuit; nam et qui visum viderat et qui cartam scripserat supradictam, hec omnia eidem per ordinem retulerat.* 4) III, 37. 5) III, 97. 98. 6) III, 42. Etiam Vitam Servatii legisse videtur; cf. infra c. 9. 7) III, 96. 8) Cf. infra c. 10. 11. cum Reineri Annalibus SS. XVI, 667. 9) Iam Reinerus talem relationem Annalibus suis verbotenus inseruisse videtur. Huc accedit relatio Hirnardi (cf. infra p. 171) et relatio Hugonis de Petra-Ponte (cf. Wattenbach, GQ. II, 322 n. 5). Cf. etiam Gest. Trud. III, p. II, c. 6, SS. X, 392. 10) Vid. supra p. 127. 128. 11) Cf. infra c. 6: *Vidimus illos* (scil. abbates per Hugonem excommunicatos) *postea in nostro maioris ecclesie capitulo confusos nimium et abiectos.* 12) III, 29. 13) III, 37. 14) Quod evincere tentat Daris l. l. p. 155 sqq. 15) Ex libro chartarum publici iuris fecit Chapea-

De nomine auctoris nil constat. Viri docti hucusque nomen Hirnardi ei vindicaverunt[1], *Albricum sequentes, qui, postquam de triumpho apud Steppes obtento egit, addit*[2]*:* Occasione huius victorie quidam archidyaconus Leodiensis, magister Hirnardus, quendam libellum cronice de hiis tantum que suo tempore contigerant dicitur edidisse, ubi ea que facta sunt ibidem diligentius exequitur. *Ex quibus verbis etiam editor novissimus V. Cl. Scheffer-Boichorst concludere voluit, librum nostrum laudatum Hirnardi opus esse, quod ut viro docto concedam minime a me impetrare potui. Luce clarius apparet, Triumphum non 'occasione huius victorie' conscriptum esse, quoniam triginta circiter annos post compositum esse constat*[3]. *Accedit, quod Albricus expresse testatur, se audivisse, Hirnardum 'libellum cronice* de hiis tantum que suo tempore contigerant *edidisse'; quod de nostro auctore intelligi posse, quippe qui res inde ab Alberone (c. a.* 1140*) usque ad tempus Roberti (a.* 1246*) narratione sua comprehendat, equidem non puto. Quare coniecturam illam, Hirnardum et auctorem Vitae Odiliae unum eundemque esse, si alias verbis Albrici fidem habeas, non satis firma niti auctoritate certe concedes.*

Statim postquam auctor librum finivit, Leodienses eum Aegidio Aureamvallem transmisisse videntur, quem in compilanda episcoporum historia adhibeat. Postea Vita nemini praesto fuit[4] *usque ad saeculum XVII, cum Chapeavillius editionem Aegidii paraturus duos priores libros in bibliotheca Sancti Martini Lovaniensis in codice invenit*[5], *cuius initium mutilatum erat. Secundum hunc codicem insignivit in adnotationibus suis, quae Aegidius ex Vita sumserit. Alia quae distinguere neglexit, nos ex sermonis colore et ex visionibus Odiliae et Iohannis facile cognovimus*[6]. *Tertium librum, quem iam lectoribus separatim propositari sumus, desumsit idem, ut ipsius verbis utar*[7],

1) *'ex vetere manuscripto codice pergameneo bibliothecae q. r. domini Arnoldi a* W a c h t e n d o n c k, *ecclesiae collegiatae sancti Martini Leodiensis decani, de historia ecclesiae Leodiensis bene meriti'. Ex hoc codice, quem autographum esse putabat*[8], *Chapeavillius in collectione auctorum Leodiensium II,* 603—640. *Triumphum primus publici iuris fecit. Eundem codicem nunc deperditum*[9] *iam decem annos ante Chapeavillium alter Leodiensium doctus, Daniel Raymundus, Sancti Materni in ecclesia cathedrali Leodiensi canonicus, evolverat et in novam, ut ita dicam, formam transfuderat, cuius opus servavit*

2) *Codex* R o m a n u s *in bibliotheca* V a l l i c e l l i a n a *H.* 6, *chart. in fol., qui diversis saec. XVII. manibus scripta continet. Legitur fol.* 186—196. *sub titulo:* Sancti Lamberti episcopi, martyris et patroni Leodiensis, victoria ac triumphus Steppensis, quibus contra Henrici I. Lovaniensis comitis seu Brabantiae ducis persecutionem ecclesia Leodiensis, sanctae Romanae filia, paci ac libertati cum tota ei subiecta provincia restituitur anno Domini 1213. *Consilium quod Raymundus sibi proposuit ipse in praefatiuncula diserte indicavit*[10]*: 'se*

vill. II, 199 sqq. Cf. Reineri Annales a. 1204, SS. XVI, 658; Aegidii Gesta abbrev. p. 133. 1) 'Hist. littér.' XVII, 177 sqq.; Foppens, Bibl. Belg. I, 485; Lavalleye apud Ernst, 'Histoire de Limbourg' III, 309 n. 1; Wilmans, 'Ueber die Chronik Alberichs', Archiv X, 224; Scheffer-Boichorst in praefatione ad Albricum, SS. XXIII, 661; Wattenbach, GQ. II, 322 n. 5. 2) SS. XXIII, 899. 3) Quod vir doctus, qui primus (Hist. littér. XVII, 180) Hirnardum Triumphum scripsisse affirmat quemque alii secuti sunt, non perspexit; nam auctorem non post a. 1220. vixisse putat. 4) Albricum eam non cognovisse, quod coniecit Wilmans l. l. p. 224, recte refutavit Scheffer-Boichorst l. l. p. 661. 5) Chapeavill. II, 119. 603. 6) Vid. supra p. 111 sq.; p. 121; p. 123 sqq.; p. 127; p. 128. 7) II, 603. 8) Vid. infra p. 172 n. 1. 9) Iam Fisenius frustra eum quaesivit, Flores eccl. Leod. (1647) p. 595. 10) fol. 189: *Quodsi eam locis aliquot vel styli immutatione urbaniorem vel omissi additione lucidiorem vel superflui resectione contractiorem lectuque gratiorem reddere studuerimus, ita tamen hoc actum scias, ut nihil plane aut mutatum aut immixtum ademptumve contra sinceram historiae fidem usquam reperias.*

stylum urbaniorem et lucidiorem lectuque gratiorem facere et solum sensum servare voluisse'. Quod tam bene ei cessit, ut in opere eius nostrum Triumphum vix agnoscas. Chapeavillius, qui codicem II, 119. *laudat, opusculum utpote librorum censor Leodiensis propria manu subscripsit*[1]. *Codicem ipse m. Maio a.* 1876. *Romae inspexi.* 5

3) *Aegidius, qui librum tertium integrum fere — omissis tantum, ut iam supra dixi, visionibus — transscripsit, et ipse ex codice Lovaniensi hausisse censendus est, ad cuius lectionem proxime accedit.*

His igitur subsidiis fultus, editionem novam ita institui, ut editionem Chapeavillianam (1) *denuo excudi facerem, vitiis tamen vel omissionibus quae hic* 10 *illic occurrunt ex codice Romano* (2), *si forte verba non prorsus mutata erant, et ex Aegidio correctis. Ex Aegidio praeterea variam lectionem adnotare placuit. Codicem Romanum plerumque tunc tantum in auxilium vocavi, si discrepantiis inter* 1. *et Aegidium medela afferenda erat. Orthographiam ad usum saeculi XIII. adaptavi.* *Ioh. Heller.* 15

PROLOGUS AUCTORIS[a].

Quoniam in libris theologicis non sermonis facundia aut verborum compositio, sed scriptoris simplex intentio et descripta mere rei geste materies apud veros rethores approbatur: volenti michi seriem istius texere lectionis, ipsius quoque finem concordare principio, pro minimo est, ut hoc qualecunque meum a vobis diiudicetur eloquium, dummodo piis lec- 20 toribus materie veritas patefiat nec superfluis et que ad rem non pertinent verborum foliis involvatur. Tantum in hoc michi deprecor indulgeri, si forte, prout res expostulat, in loquendo modum excessisse videar, cum super hoc et historie me defendat auctoritas, que dignitate sui sub molesta brevitate non patitur coartari. Cum presentis ergo lectionis tota materies tam mera per totum veritate refulgeat, ut nullius mendacii tenebroso velamine 25 indigeat palliari, lectorem meum moneo, ut dictis fidem adhibeat. Digitum ori meo superponere, quam vera non dicere, maluissem. Igitur quia Leodiensis civitas, meritis et patrocinio sancti[b] sui martyris gloriosa nunc, peccatis sic[b] exigentibus, ab hostibus[c] depredatur: opere precium est, rerum gestarum causam et ordinem pagine presenti inserere, qualisque[d] paulo post de predicto[e] scelere sit lata victoria, quantaque similitudine visiones pre- 30 dictis respondeant, quas servis suis Dominus, hoc est matri et filio[2], dignatus est revelare.

(cf. 1 Cor. 1, 3.)

1. Quod[f] castrum de Moha seminarium fuit destructionis civitatis.

Cum comes de Moha[g. 3] Albertus ex uxore non posset heredem suscipere, Domino inspirante deliberavit animo, gloriosum martyrem[4] comitatus sui propinquum statuere, pro temporali munere bona sibi perhennia thesaurisans. Erat autem tunc[h] temporis Hugo[5], vir 35 magnus, ex regali prosapia, Leodiensi ecclesie presidens, qui viri propositum ad finem idoneum perducere satagebat. Cuius comes ductus[i] consilio, die sibi prefixa venit Leodium et 1204. ipsum allodium cum suis appendiciis super altare maioris ecclesie nostre[k] tam devote quam sollempniter per ramum et cespitem reportavit. Quod ut esset firmum in posterum, carta

a) *prologus deest Aeg.* b) *deest* 1. c) h. Brabantinis 1. d) qualisve 2. e) eo 2. f) *rubra desunt Aeg.* 40
g) Muha *Aeg. saepius.* h) tum 1. i) directus 2. k) *deest Aeg.*

1) fol. 196: *Collata hac historia Steppensis victoriae ac triumphi s. Lamberti cum suo orginali manuscripto pergameneo pervetusto auctoris anonymi ipso eodem, ut videbatur, autographo, ita concordat, ut, paucissimis aliquot licet locis, quibus vel styli immutatione urbanior vel omissi additiuncula lucidior vel superflui resectione interdum contractior lectuque gratior redditur, recognitis, nihil tamen plane aut immutatum aut immixtum ademptumve contra sinceram sui auctoris fidem contineat. Datum hac* 7[a]. *Iunii* 1602. *Ioannes Chapeaville, vicarius et librorum censor Leodiensis.* 2) Hoc est s. Odiliae et eius filio Ioanni abbatulo, de quibus auctor duobus suis prioribus libris agit. 45 CHAPEAV. 3) Moha ad Mosam, a Hoio ad septentrionem. Cf. Daris, 'Le comté de Moha' (Bulletin de l'Institut archéologique Liégeois XI) p. 259. 4) Lambertum. 5) de Petra-Ponte. Vid. Aeg. III, c. 75, supra p. 117. 50

de his componitur, et ipsorum sigillis principum confirmata, penes ecclesiam servanda reponitur in hec verba[1]:

Ut[a] *ea que geruntur in tempore non labantur cum*[b] *tempore, scripti debent munimine perhennari. Innotescat igitur tam futuris quam presentibus, quod comes Albertus de Moha allodium suum de Moha et de Waleve cum familia et omnibus appendiciis suis pro se et omnibus antecessoribus suis ad honorem Dei et beate Dei genitricis Marie et beati Lamberti ecclesie Leodiensi contulit libere et absolute*[c], *tali interveniente compositione, quod ipse in priori libera et legitima possessione quamdiu vivet iam dictum allodium possidebit*[d]; *post mortem vero eius, si decedat sine liberis, iure hereditario, omni alio herede excepto, ad iam dictam ecclesiam*[e] *Leodiensem libere et absolute cum omni integritate*[f] *pertinebit*[g]. *Alioquin si filius vel filia superstes fuerit, iure hereditario supradictum allodium possidebit hoc modo, quod ab ecclesia prefata in feodum recipere et ligium homagium facere tenebitur. Qui etiam filius vel filia si sine liberis subinde decesserit, usque in terciam et quartam generationem et amplius, ad pretaxatam*[h] *ecclesiam memoratum revertetur allodium libere et absolute*[2]. *Actum anno verbi incarnati* 1204, *indictione* 7.

Cum autem idem[e] comes succedente tempore filiam habuisset ex sua coniuge[3], cepit super dicti[i] collatione allodii penitere. Sciens tamen factum hoc irrevocabile, venit ad ecclesiam maioresque precatus est, ut monerent episcopum ad solvendum ei quandam pecuniam[4], quam debebat; quod se facere unanimiter promiserunt. Et paulo post idem comes viam universe carnis ingressus est[5]. Comperto autem episcopus, quod Theobaldus, ducis[6] Lotharingie filius, Gertrudem, filiam defuncti comitis, accepisset in coniugem, cum eo tanquam mamburno[k] legitimo, mediante abbate Alte-Silve[7], de predicta amicabiliter composuit pecunia, compositionem ipsam scripto[l] mandans propter calumpniam, et eam ex assensu partium penes ecclesiam servari faciens, sub hac forma:

1206.

1212.

Ego Henricus Dei misericordia Alte-Silve dictus abbas omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in salutis auctore. Noveritis universi, quod, cum inter episcopum et ecclesiam Leodiensem ex una parte, et Albertum bone memorie quondam comitem de Moha ex altera, questio habita esset in vita ipsius super quadam summa pecunie et rebus aliis quas idem comes requirebat, post mortem eiusdem comitis dictus episcopus ex una parte, et dux Lotharingie et Theobaldus, filius eius, mamburnus[m] *Gertrudis filie dicti comitis, ex altera, in nos voluntarie compromiserunt de his omnibus. Et nos, omnibus istis pacatis et dimissis, ordinavimus inter ipsos, quod ipsi sibi invicem, ubi poterunt cum honore, auxilium et consilium*[n] *facere et ferre de cetero tenebuntur. Et quia in hiis omnibus fuit eorum consensus, presentem paginam sigillo nostro et sigillis eorum in testimonium fecimus communiri*[8].

a) In nomine sancte et individue Trinitatis. Ut *Lib. chart.* b) in *Lib. chart.* c) contulit cum omni integritate *Lib. chart.* d) iam d. all. q. d. v. retinebit *Lib. chart.* e) *deest* 1. f) c. o. i *desunt* 1. g) possidebit *Aeg.* h) pretaxandam *Aeg.*, pretactam *Lib. chart.* i) dicta 1. k) mamburdo *Aeg.* l) scriptis *Aeg.* m) mamburdus *Aeg.* n) e. c. *desunt* 1.

1) Hanc chartam integram ex 'Libro chartarum ecclesiae Leodiensis' depromptam publici iuris fecit Daris, 'Bulletin de l'Institut archéologique Liégeois' XI, 266 sq.; cuius lectiones infra adnotare placuit. 2) Finis chartae secundum Librum chartarum (Daris l. l.) hic est: *Sciendum etiam, quod universalis ecclesia sepe dicta Leodiensis, episcopus scilicet, prepositus, archidiaconi, advocatus Hasbanie, dux de Lemborch, comes Namurcensis necnon ceteri barones et ministeriales iuramento firmaverunt, quod pacem aliquando ordinatam inter supradictum comitem de Musal et comitem de Los a comite de Los teneri facient, secundum quod hinc inde pura veritas apportabit. Alioquin contra iam dictum comitem de Los episcopus et universalis ecclesia, sicut iuraverunt, ad admonitionem prefati comitis Alberti tenebuntur unanimiter eum adiuvare, quod si minus implerent, sepe nominata ecclesia Leodiensis a divinis cessaret, necnon dux de Lemborch, comes Namurcensis, prepositus, archidiaconi, barones ecclesie iam dicte huius rei obsides se in villa de Musal capti presentare tenerentur. Cum predictis sciendum, quod ecclesia sepe memorata Leodiensis pro consilio duorum abbatum, quos comes elegerit, de salute anime ipsius et antecessorum suorum quantum ad anniversarium et orationes in omnibus conventualibus ecclesiis totius episcopatus ordinabit, hoc addito, quod ante altare beati Lamberti ei dabitur sepultura et etiam, ubicumque decesserit, si ab eo in ultimis dispositum non fuerit, ad iam dictam referetur sepulturam. Actum* etc. ut supra. 3) Gertruda, filia Hermanni IV. marchionis Badensis. Cf. Reineri ann. a. 1206, SS. XVI, 660. 4) Quinquaginta milia marcarum, quas pro traditione castri Hugo episcopus comiti promiserat; cf. Rein. a. 1204, l. l. p. 657. 5) Initio anni 1211, teste Reinero p. 664. 6) Friderici II. 7) Haute-Seille (in dioec. Tullensi). 8) Cum hac charta cf. tabulam Friderici ducis Lotharingiae a. 1212. episcopo Leodiensi datam, in qua ipse et filius Theobaldus, *memburdus Gertrudis*, possessionem *allodii de Musal et de Waleve cum omnibus que tam in familia quam in aliis rebus ad ipsum allodium pertinent* episcopo Leodiensi confirmat. Cf. Daris l. l. p. 267.

Cognita autem dux Brabantie[1] morte dicti comitis, sui scilicet consanguinei*, convenit episcopum, volens in castro de Moha custodes suos ponere et ipsius allodii redditus percipere, donec sibi plena fieret solutio de quadam pecunia, quam viventi prestasse se dicebat comiti supradicto[2]. 'Non sic', ait episcopus, 'sed cum rex Romanorum in partes nostras venerit, pariter properemus ad curiam, ordinationi parentes atque consilio, quod a viris illustribus fuerit ordinatum'. Quo audito, recessit dux perfidus, presulis sermonibus non intendens.

2. Quod dux convenit regem Ottonem de patrando scelere.

1212. Mart. 18. Anno autem Domini 1211.[3] Otto rex, filius ducis Saxonum[a], venit apud Maguntiam, plurimos ad se viros nobiles convocavit.** Inter ipsos autem Brabantinus dux, immo magis a fide barbarus, affuit; presul vero interesse non potuit. Nam in ipsum regem ob causas multiplices, quas enarrare longum est, a summo pontifice quarto[4] Innocentio excommunicationis sententia iam fuerat promulgata. Nactus itaque dux tempus congruum voto suo, ipsum regem adiit, habitoque consilio, hanc ab ipso letus accepit sententiam: aut cives Leodienses voluntati regie omnino submittere, aut ipsorum civitatem divitiis spoliatam incendio devastare. Reversus itaque de curia convenit episcopum, et prima verba repetens, aiebat: 'Aut concessa comiti per te michi reddetur pecunia, aut in brevi meo exercitu castrum vallabitur antedictum'. Quod audiens Philippus pie memorie Namucensis quondam comes[5], presulis consanguineus, ducem sic allocutus est: 'Et si castrum obsideas, volo, ut, fide interposita et dato pacis osculo, michi statim spondeas, nichil te mali in tota dyocesi illaturum'. Et annuens, intersigno pacis et fidei, ut petierat, sic respondit. Preter hec autem, si quando cum suis episcopus loquebatur de duce, dicebat, nullas debere suspicari insidias, cui dux contra omnes opem ferre iuraverat; et suum ipse presul sacro de fonte filium susceperat[6], quod amoris erat indicium et vinculum amplioris. Nichilominus quod latebat homines, occultum scilicet ducis maligni consilium et futurum in rebus urbis excidium, servo suo[b, 7] Dominus monstrare dignatus est in hunc modum. Aspiciebat in visu noctis, et ecce gloriosi martyris in sinistro latere inclinatum erat ciborium, cuius casus imminens tantam circonstantibus ingerebat formidinem, ut ab ecclesia fugere compelleret universos. Rursus factus in extasi, in latus aliud inclinatum videt cum tanto periculo, ut omnes sicut antea fugerent circonstantes. Vidit et ecce tertio a sinistro iam latere ipsum ciborium in substratam testudinem casum facere, non minari. Lapsoque eo, vacuus remanebat muri circuitus, ipsum quoque super vacuum lapidem visum est residere. Prima inclinatio urbis fuit vastatio; secundam et tertiam prece matris et virginis et beati martyris nos credimus evasisse. Quod visum maioris ecclesie decano innotuit. Qui futurum urbis timens excidium, conversus ad ecclesiam, a martyre glorioso capitis inclinatione auxilium expetebat. Vidit vir Dei iterum in ipso ciborio stellarum multitudinem, et in earum medio Crucifixum positum claritatem solis suo vidit lumine superantem, et eius sub lateribus gloriosam virginem beatumque martyrem gavisus est se videre. Tunc vero ad cor rediens, Crucifixus cognovit esse doloris iudicium[c], sicut cum Petro dicitur: *Venio Romam iterum crucifigi.* Volensque non poterat a visu removere intuitum, donec claritas imminuta deficeret et postmodum visio dispareret. Utque visionem trinitas impleret, vidit idem per spiritum urbem totam sic Mose circumdari fluvio, quod invenire semitam nemo poterat evadendi. Et quia duorum testimonium verum esse dicitur, quod[d] vir Dei previderat, per alienum hominem Dominus dignatus est attestari. Venit in urbem vir quidam incognitus, qui stans in urbis medio, locum ipsum in proximo depredandum asseruit; apprehensusque a civibus affectusque verberibus, e civitate[e] est eiectus. Auditis[f] visionibus, solliciti attendamus, qualiter predictis conveniat exitus rei geste.

*) *Aeg. add. in marg.:* patrui.

Mart. 18. **) *Aeg. add. in marg.:* in ramis palmarum apud Vadum Francorum.

a) Saxonie *Aeg.* b) *sequentia usque ad verba* poterat evadendi *partim amplificata partim brevius reddita ap. Aeg.; v. s. pag.* 118. c) indicium? d) q. prefatus *Aeg.* e) e. c. *des.* 1. f) Auditis – geste *des. Aeg.*

1) Heinricus. 2) *Albertus de Musal donationem, quam fecerat beato Lamberto terrae suae et familiae, quia predicta pecunia non fuit ei statuto tempore soluta, infregit et eandem donationem cognato suo Lovaniensi duci tradidit, qui fidelitates quorundam accepit et castellanos in castris posuit.* Reiner. a. 1204, l. l. p. 658. Cf. chartam (s. d. et a.) apud Butkens, 'Trophées de Brabant' I, prob. p. 234, in qua Albertus ducem Brabantiae haeredem bonorum suorum constituit, *pro quibus bonis dux iuvabit comitem in Alsatia et Brabantia et dabit ei . . . quindecim milia marcarum.* Cf. confirmationem Philippi regis datam Confluentiae 2. Id. Novembris a. 1204, Butkens I, prob. p. 55. 3) Immo a. 1212. Sed nota, quod auctor more Gallico annum a paschate inchoat. Vid. infra c. 4. 4) Tertio nimirum. 5) Obiit (secundum Cohn, Stammtafeln 223) d. 8. Oct. a. 1212; alium diem affert Aegidius infra ad c. 7. 6) Cf. Reiner. p. 660. 7) Iohanni, filio Odiliae.

3. Quod a duce et suis depredata est civitas.

1212. Congregato dux immenso suo exercitu, terre sue fines egreditur, castrum de Moha obsidere se velle simulans, re autem vera malignum quod cum rege habuerat consilium perfecturus. Econtra vero suum episcopus vocavit exercitum et Rasoni militi portandam mandavit baneriam, quia Hasbanie advocatus factus de medio, cuius hoc ferre est, heredem nullum preter duas puellas parvulas dereliquerat. Proxima ergo tercia feria ante (Mai. 1.) ascensionem Domini[1] dictus Raso in medio maioris ecclesie, ut est moris, armatus est, et vexillum accipiens, cum civitatis populo urbem egreditur; et in villa de Horion tentoria statuere. Quod ut duci innotuit, inito cum suis consilio, ad internicionem civium conflictu congredi voluit repentino. Raso autem ad resistendum manum se videns habere exiguam, primos exercitus cum lacrimis sic allocutus est: 'Heu, heu! fratres, si ego cum duce vellem congredi, trecentorum militum stirpis mee vallatus auxilio secure confligerem, cum in hac beati Lamberti acie, licet tantam habeat familiam, vix decem valeam milites invenire. Revertamur igitur, fratres karissimi! Expedit enim nostra perdere quam corpora; nam si res depereant, fortassis corpora salvabuntur'. Regrediens itaque primo mane vigilie ascen- (Mai 2.) sionis Domini, vexillum reportavit, unde illud sumpserat, sancte Trinitatis ipsum recollocans in altari. Presul enim ducis non attendens maliciam, paucos secum milites convocaverat propter fedus quadruplex, cum esset ipse[a] dux fidelis ecclesie, et presulis filiolus erat ducis filius, et in omnem hominem se illi iuraverat, comitique, ut dictum est[2], Namucensi[b] data fide et osculo, mentiens promiserat, nichil in episcopio se sceleris illaturum. Circa horam autem diei nonam Henricus de Iacia archidiaconus ecclesie urbem ingrediens, populo acclamavit: 'Ecce, turba et dux Lovanii[c] perfidus appropiat, ut nos perdat'. Unde quidam clerici et cives perterriti fugientes, sua que poterant subtraxerunt. Alii[d] autem dicebant: 'Nichil in ducem peccavimus'. Cognitoque dux quod plurimi aufugissent, intrans Hasbaniam, illos insecutus est. Tunc Godefridus de Calvo-Monte[3], vir nobilis, videns ducis iniciatam maliciam, dixit ei: 'Video, quod manum in urbem vultis extendere; unde[e] cum omnibus meis oportet me recedere, quia tantum flagitium videns non valeo sustinere'. Cui dux: 'Si recesseris', inquit, 'a me, ab omnibus tuis bonis extirpabo te'. Henricus autem ille de Iacia et Thomas de Hemmericourt tam enorme ducis flagitium mirabantur. Quibus ille predictum regis Ottonis exponens velle complere propositum: 'Clerus', ait, 'urbis et populus si regi dicto[f] non fecerit fidelitatem, meus statim civitatem exercitus depredabitur et vastabit'. Cui viri: 'Etsi hoc', inquiunt, 'facere non tenemur, parendum tibi pro tempore, si tamen presul non venerit; presens enim habebit disponere de premissis'. Mittitur ergo ad presulem, qui erat tunc Hoii, ut periclitanti sue subvenire non differat civitati. Qui descendens Leodium modica turba vallatus equitum, non poterat credere, hoc ducem velle facere, tot pacis, ut dictum est, federibus violatis. Siquidem nondum civitas muris circumdata erat. Cognito autem dux episcopum advenisse, irrupit Leodium, Walerani[4] ductus et fretus consilio et suorum. Videns tandem tam enormem perfidiam: 'Karissimi', aiebat[g], 'predoni resistite! nam bene[h] quidem mori est gloriosius, quam fugere inhoneste'. Qui resistendi locum non habentes, ceperunt fugere, presule derelicto. Bartholomeus autem, quidam miles de Rocuert[i], presulem allocutus: 'Abscedamus', inquit, 'hinc, pater karissime; si enim hostes te invenerint, non quidem interficient, sed captum esse facient opprobrium universis'. Qui verbis militis[k] acquiescens, cum veniret ad loca difficilia, suos fugientes hortabatur resistere; sed terror nimis invaserat fugientes. Ipse quoque amarus animo Hoium revertitur, vocatisque munitionis custodibus, et eis valefaciens, natale solum vult repetere[l], diocesim derelinquens. Quod videns Thomas archidiaconus, vir boni consilii: 'Cur', ait, 'pater, sic recedis? Certe etsi[m] improvisus duci non potes resistere, tempus adhuc veniet, quo in eum gravius poteris prevalere'. His igitur animatum verbis episcopum reducens in oppidum delinivit. Veniensque illa hora Philippus comes Namucensis[n], ducis perfidiam coram multis explicans, episcopum movit ad lacrimas, motus ipse.

a) ipsius *Aeg.* b) statim 1. c) *deest* 1. d) Reliqui 1. e) *ita Aeg.*; nunc 1; *longe aliter* 2. f) si n. fe. fi. dicto regi 1. g) a. suis *Aeg.* h) nobis quidem *Aeg.* i) Roceurt 2; Rocourt *Aeg.* k) *ita Aeg.*; multis 1; *longe aliter* 2. l) r. v. *Aeg.* m) nunc *inserit Aeg. (e corr.)* n) predictam 1.

1) Cum nostro convenit Reinerus, l. l. p. 664. 2) Vid. supra c. 2. 3) Chaumont. 4) Walrami IV, qui erat filius Heinrici ducis Limburgensis.

4. Quanta illic exercuerunt crimina.

1212. Mai. 3. Anno igitur verbi incarnati 1212. in ascensione Domini, pariter et inventione sancte crucis, hora sexta, oppressa est civitas Leodiensis a propriis filiis Brabantinis, qui irrumpentes in urbem viperarum more sancte matris uterum non timuerunt scindere, nec[a] Deo nec[a] ecclesie neque ordini, etati vel[b] sexui deferentes.*) Quid plura? Maioris ecclesie gazophilacium fregeruntque sacrarium, eicientes eos quos mortis metus illic appulerat, colligatis manibus ipsorum ex funiculis circa sacratissimum[c] corpus martyris, et captivos secum ab ecclesia propellentes. Quascunque invenerunt[d] mulieres aut parvulos, suis nudarunt[e] vestibus. Cuiusdam criptule infringentes ostiolum, inventumque quendam sacris indutum vestibus pre timore, nudaverunt, presbyterum nudum coram ara in qua[f] missam mane cantaverat relinquentes, et ab eius pectore tabulam argenteam, in qua dominice crucis erat particula, rapide abstrahentes, quam postmodum abbas Alnensis remisit ecclesie, ab ipsis qui eam rapuerant iam redemptam. Fracto autem armario, librorum multorum eiecerunt copiam. Nec[g] contenti his, ab ecclesia beate virginis in loco baptismatis corpus dominicum de vase in quo erat sine ulla producentes reverentia, sanctas ibidem effuderunt hostias, quas propter sedentes nudate sumpserunt devotissime mulieres. Insuper sacre unctionis effuderunt oleum. Exeuntes inde et domos claustralium omnes confringentes, inventumque in domo sua virum modestum, maioris scilicet decanum ecclesie, propriis nudavere vestibus, affectoque contumeliis illudebant impii, ipso etiam[h] presente et duce perfido intuente et super talibus non mediocriter exultante. Clamabat autem decanus ad ducem, dicens[i]: 'Quare tantam in me grassari tuorum permittis insaniam'? Dux autem liberationem illius annuens, ipsum inter manus suorum satellitum tristissimum dereliquit. In ipsa autem maiori ecclesia quidam iuvenis letali percussus vulnere, sancte Trinitatis altari incubuit, et occumbens inibi, proprii sanguinis maculam dereliquit, que inde ablata non est, permanens in altari per annum et dimidium minus diebus undecim, quo intra septa ecclesie lugubris divinorum non fuit celebratio, donec urbi et ecclesie de predicto scelere grandis et terribilis est collata victoria; et tum ab ipso pontifice et suis sequentibus[k] reconciliata ecclesia, in festo beati Severini[1] eadem ablata est macula de altari. 1213. Oct. 23. Verum qui dictum transfodit iuvenem, in festo nostri martyris occubuisse dicitur fraterno cesus gladio, eiusdem impii[2], qui beatum martyrem occidit, nequaquam degenerans ultionem. Et ut paucis concludam singula, omnes fracte Leodienses[l] ecclesie; libri, vestes, vasa sacra sublata sunt omnia totaque per urbis ambitum supellex multa civium. Sed per Dei gratiam matrone, virgines et vidue servate sunt. Videntes autem clerici tantam perfidiam ducis, et[m] ipsum descendentem montem qui Sancte Walburgis dicitur sic allocuti sunt: 'Utquid', domine, 'maiorem ecclesiam et sancti cassam martyris sine fideli custodia reliquisti'? Ille autem Pylati utens sermonibus: 'Ite', ait, 'custodite, sicut scitis'. cf. Ioh. 18, 31. Tuncque adeuntes Willermum, fratrem ducis, virum bonum, et dolentes super his, cum ipso ad ecclesiam devenerunt. Iam[n] autem[o] fracto gazophilacio, de sacratis vestibus, cappis, albis, casulis et vasis argenteis thuribulisque aureis nequam illi insimul colligatis sarcinas sibi fecerant; que omnia prefatus Willermus excussit fideliter de manibus pessimorum. Verumptamen librum qui est regula, tres pelles argenteas et pixidem et duo vasa altaris ministerii, omnia hec argentea, furati sunt. Reliqua sunt per Dei gratiam custodita. Universa quoque loca ecclesie contaminata et confracta sunt preter nostri mausoleum martyris, beati etiam Nicolai criptulam necnon et beati Egidii basilicam, in qua mane homo sanctus Deo patri filium immolans, sese pariter cum eo mactaverat, totus in lacrimas liquefactus. Intravit autem palatium dux nequam ad vesperum, suaque pastus malitia et in quatuor partes suum inclinans verticem, magno vibravit conamine gladium, quem tenebat. Statimque in crastino gener ducis comes[3] et

*) *Aeg. add. in marg.:* Unde versus:

Bis sex centeno Domini sextoque bis anno
Legia fraude datur, ascentio dum celebratur,
Et crucis invente festo predata repente.

a) non — non *Aeg.* b) aut 1. c) sanctissimum 1. d) invenirent *Aeg.* e) nudarent *Aeg.* f) *ita Aeg.*; quo 1; ubi 2. g) Non 1. h) et 1. i) *deest* 1. k) sequacibus *Aeg* l) Leodiensis 1. m) *deest Aeg.* n) Ibi *Aeg.* o) *deest* 1.

1) Etiam secundum Reinerum, l. l. p. 670, episcopus 10. die post proelium (Oct. 13) Leodium reversus est. 2) Dodonis. 3) Gerhardus III, qui duxit Margaretham filiam ducis Brabantiae.

gens Guelrie simul in urbem irruunt, et sicut dicit propheta Iohel: *Locuste residuum bruchus* Ioel. 1, 4
devorat: ita quicquid illic a barbaris reliquum fuerat, asportare subsequens exercitus sata- 1212.
gebat, et amore pecunie aurum querens in sterquilinio, introibat etiam per[a] cloacas. Ipso
autem die dux precepit, captos parvulos suis reddi parentibus, similiter et clericos liberari,
5 quos ligatos pessimi iam secum abduxerant[b]. Et reductis illis ad propria, hora nona, qua
in manus patris pendens in cruce pro salute hominum suum Dei Filius commendavit spiri-
tum, misit dux satellites, qui lugubrem civitatem vastarent incendio, ut, si quid supererat
quod hostis non tulerat, cum universo populo ardore incendii deperiret. Quibus urbem intran-
tibus occurrit vir nobilis castellanus de Bruxella, filium in ipsa maiore ecclesia habens cano-
10 nicum Egidium nomine, causamque intelligens introitus illorum[c], iusiurandum accepit eis,
quod nusquam procederent: 'quousque', ait, 'revertar ad vos'. Qui ducem super hoc[d] con-
veniens scelere: 'Quid est', ait, 'quod intendis facere?' 'Misi', ait, 'ut incendatur civitas'.
Cui ille cum suspirio sic respondit: 'Sed certe nunquam talem ignem succenderunt patres
nostri. Consiliatores tui tibi ad salutem consulunt vel honorem? Nec impune feres, si
15 ceptum sacrilegium volueris consummare'. 'Quid ergo', ait, 'faciam'? Cui vir: 'In con-
spectu', ait, 'tuo omnem civitatis fac venire populum et pro rege Ottone fidelitatem accipi
facias ab eodem'. Itaque sabbato hora vesperi[e] intra aulam convocantur cives et canonici, Mai. 5.
confusi nimium ob sue turpitudinem nuditatis. Quorum dux sibi male conscius non susti-
nens videre facies, intravit in hortum palacii, mittens virum nobilem, qui fidelitatem, sicut
20 iusserat, acciperet de premissis. Verumptamen infringere dux non timuit hallam etiam die Mai. 6.
dominica, que in ea repperit extrahens et deferens universa. Secunda iam feria urbem dux Mai. 7.
egreditur, castrum ipsum de Moha obsidere cupiens, sed inspecto loco firmissimo, cum suis
vadit ad propria, nostre secum deferens spolia civitatis. Qui reversi cum tubis et tympanis
choros ducebant cum gaudio, dicentes: 'Inter Brabantinos sunt flores et inter Leodienses
25 dolores'. Porro die dominica spoliati cives et canonici in urbem regressi sunt, quorum qui- Mai. 13.
dam religionis habitum non habentes, in tunicis que eis remanserant ecclesiam frequen-
tabant.

5. Quod totum rei eventum vir beatus Deo revelante previdit.

Servus[f] autem Domini in ipso ascensionis dominice diei crepusculo totum huius sceleris processum
30 raptus in spiritu previderat sub hac forma. Vidit enim ante nostri mausoleum martyris viperam discur-
rere; quam manibus accipiens, mirabatur ex illa venenum defluere et non intumescere manus eius. Elapsa
vero repente de manibus vipera, per portam que aquilonem respicit egrediens, rupis ibidem labitur in
foramen. Iterum quoque cum exiret de foramine, inter ipsam murus factus est et videntem. Respiciens-
que, vidit illam formam assumpsisse hominis, et ei in sermone huiusmodi colloquentem: 'Me oportet
35 recedere, cum te non valeam sustinere'. Hec igitur fidelis est interpretatio visionis. Illa coram beati
cassa martyris sic discurrens vipera ipsi fuerunt barbari, quos ipso die beatus vir sue matris uterum
scindentes ecclesie se doluit intueri. Viperam accepit in manibus, qui tantam ecclesie factam iniuriam
tanquam verus filius condoluit vehementer. Inter manus autem venenum defluebat vipere, nec in eis
tumor apparuit, cum illo die inter turmas hostium huc illucque currentium una cum matre pertransiens
40 domum ingressus est, et quendam illic repertum amplexatus pre dolore canonicum, ducebat pro nichilo
rerum iacturam fieri, honorem tantummodo et decus deplorans ecclesie violatum. Quamvis autem nullas
personaliter ab eisdem passus sit iniurias, matrem tamen eius sanctissimam suo pallio nudaverunt. Quod
si queras, cur, illeso permanente filio, mater passa sit iniuriam vestis sublate, non corporis, respondetur a
simili: cur Petro solidum se mare prebuit, cum ter sit passus naufragium gentium predicator? Diei cf. 2. Cor. 11, 25
45 autem illius vespera propinquante reversus ad ecclesiam, ipse circa corpus martyris accendit luminaria et
illesus inter hostes domum revertitur hoc expleto. Sequitur. Elapsa de manu eius vipera per portam
aquilonis exiit, in petram ingrediens: cum dux per eandem viam ad suos revertitur, scelus hoc sue ad-
scribens virtuti et glorie, non vindicte Domini pro peccatis populi, unde et elatus animo peiora in poste-
rum decreverat se facturum. Recte quoque iterum de petre foramine vipera egreditur, sumens formam
50 hominis, quia, sicut scripturus sum, suas dux victas post vidit acies, et tunc vel sero cordis sui exutus
duritiam, ut homo penituit, contritus meritis et virtute beati nostri martyris, qui murus impenetrabilis
factus est inter ipsos. Et paulo post: 'Oportet', ait vipera, 'me recedere, te portare non sufferens'; nam
qui Leodium nequiter advenerat, in futuro fugit turpiter de acie, plus sanctarum precibus animarum victus
Leodiensis diocesis, quam paucorum, quos nullos estimaverat, virtute pugnantium superatus. Mane
55 igitur facto veniebant mulieres et parvuli ad sepulchrum martyris plorantes et deprecantes, ut eos a tali
deinceps miserabili angustia liberaret. Mater autem viri Dei[g], que nusquam inantea maiorem intravit
ecclesiam, quin aliquod signum circa idem sepulchrum[h] inspiceret, die illa qua oppressa est civitas, ita

a) pre *Aeg.* b) adduxerant *Aeg.* c) ipsorum 1. d) *deest Aeg.* e) vespertina 1. f) *sequentia usque ad* Mane igitur facto *om. Aeg.* g) illius scilicet sacerdotis de quo supra diximus *inserit Aeg.* h) ci. corp. martyris Lamberti *Aeg.*

suis oculis obserata sunt omnia, acsi corpus ipsius illic martyris non fuisset. Quapropter ingemiscens graviter intellexit, quod ante Dei faciem abiudicari civitas eadem merebatur. Siquidem multa prius signa circa eundem loculum de celo radiantia videre consueverat, ut est in modum sphere ignee ibidem sancti Spiritus descendentem gratiam, aut celos apertos inspicere et inde clarissimam claritatem progredi, et sphera splendida animam nostri martyris in figura hominis indutam alba lucida super locum descendere et iterum ad sidera remeare. Vidit et multa alia, que per negligentiam scriptoris non sunt memorie commendata.

6. Qualis erat super his ecclesie lamentatio.

Vir[a] autem Domini, predicti non immemor sceleris, gustata modici somni requie, noctis semper anticipabat vigilias orabatque Dominum et beatam virginem, ipsum quoque martyrem, cuius idem locus glorioso est sanguine consecratus, ut urbem de cetero a tanto et tam enormi excidio liberare dignaretur. Unde raptus in spiritu, putabat se intrare ecclesiam, in cuius circuitu persone consedebant quam plurime quadrantes lapides, ut ipsam ecclesiam repararent. Quo viso, inde rediens, intellexit, sanctarum animarum in urbe degentium precibus et lamentis quadrari tales lapides, quibus redintegrari posset dignitas ecclesie et tocius honor et gloria civitatis. [1212.] Convocato autem episcopus apud Hoyum concilio[1] omnium prelatorum tocius sue diocesis, super his que contigerant coram eis deponit querimoniam, ipsum ducem, comitem quoque Guelrie et eorum complices et fautores excommunicans in presentia singulorum. Quinque autem de terra ducis abbates exurgentes a latere, cum in illo presentes essent concilio, conversique ad pontificem: 'Alia', inquiunt, 'tela quam candelas ad deiectionem ducis iacere te oportet'. Quos statim ab ecclesia expulsos eadem excommunicationis sententia pontifex innodavit. Vidimus illos postea in nostro maioris ecclesie capitulo confusos nimium et abiectos, flectentesque genua et perfusi lacrimis vix poterant optinere, quin a propriis deberent ordinibus degradari. Decretumque est in ipso concilio, ut imago crucis et sanctorum reliquie spinis circumdate in omni prosternantur ecclesia tocius diocesis, organa suspendantur, et singulis dominicis festivisque diebus fiat proclamatio pro predicto scelere; insuper in ducem et omnes suos complices prefata sententia sollempniter renovetur. Est igitur primitus in maiori ecclesia imago Crucifixi deposita, et sanctorum Theodardi et Maldaberte virginis reliquie[b], que pariter continentur, ad eius dextram sunt posite; ad sinistram vero Petri et Andoleti[c] et sancti Floriberti episcopi et confessoris, que etiam pariter collocantur, reliquie sunt statute. Sed neque, sicut dictum est[2], per annum et dimidium minus diebus undecim in maiori ecclesia divinorum fuit celebratio. Sed dictis horis regularibus intrabat conventus beati Egidii basilicam, expletoque illic divino misse officio et data benedictione, indutus adhuc sacris complosisque manibus egrediebatur presbyter, clerique conventu circumdatus, ibat sic ad templi medium, et coram predictis procumbentes reliquiis, cum multis lacrimosis suspiriis hanc ante Dei faciem dolentes, cum precibus querimoniam prosternebant: [cf. Ps. 16, 6.] *Aspice, Domine, de sede sancta tua et cogita de nobis: inclina, Deus meus, aurem tuam et audi; aperi oculos tuos et vide tribulationem nostram!* [Ps. 79, 2.] *Qui regis Israel, intende; qui deducis velut ovem, qui sedes super Cherubin, aperi oculos tuos!* [Ps 85, 14.] Et iterum: *Omnes iniqui insurrexerunt super nos, et synagoga potentium quesierunt animas nostras.* [Ps. 34, 5. 6.] *Fiant tanquam pulvis ante faciem venti, et angelus Domini coartans eos. Fiat via illorum tenebre et lubricum, et angelus Domini persequens eos.* [Ps 68, 23.] *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum et in retributionem et in scandalum.* [v. 24. 25.] *Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Effunde super eos iram tuam, et furor ire tue comprehendat eos.* [v. 26. 29.] *Fiat habitatio eorum deserta; in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Deleantur de libro viventium et cum iustis non scribantur.* [Ps. 54, 16.] *Veniat mors super illos, et descendant in infernum viventes.* Et post pauca: *Ecclesie tue, Domine, preces placatus admitte, ut, destructis adversitatibus et erroribus universis, secura tibi serviat libertate.* Et iterum: *Hostium nostrorum, quesumus, Domine, elide superbiam et dextre tue virtute prosterne.* [Ier. 11, 20.] *Tu, domine Sabaoth, qui iudicas iuste et probas renes et corda: videamus ultionem tuam de inimicis nostris et peccato eorum assensum prebentibus et cooperatoriis et eorum consiliariis!* [Ier. 18, 21.] *Confodiantur gladio in prelio, audiatur de domibus eorum clamor,* [v. 22.] *quia foderunt foveam, ut caperent nos, et laqueos absconderunt pedibus nostris.* [v. 23.] *Tu autem, Domine, scis omne consilium eorum adversus nos, ne propicieris iniquitatibus eorum et peccata eorum a facie tua non deleantur. Fiant corruentes in conspectu tuo in tempore furoris tui!* [Ier. 17, 18.] *Et induc super eos diem afflictionis, et duplici contritione contere eos, domine Deus noster, nisi resipuerint et ecclesie Dei, quam leserunt, per emendationem satisfecerint. Fiat, fiat!* Erat itaque Leodiensis ecclesie talis proclamatio cotidie repetita.

a) Vir — gloria civitatis *om. Aeg.* b) *deest Aeg.* c) Aud. *Aeg.*

1) Cf. Reiner. a. 1212, l. l. p. 664. 2) Vid. c. 4, 13.

7. De legatione ad summum pontificem facta.

Interim ipse[a] pontifex legatos misit ad Romanam curiam, scripto aperiens causam, 1212. modum, quantitatem et ipsum auctorem sceleris, illos absolvi postulans, qui, sicut premissum est, Ottoni regi fidelitatem facere coacti sunt. Quo audito, summus pontifex, scilicet quartus[1] Innocentius, facto isti condolens, compatienti animo absolutionem tribuit omnibus de premissis. His ita gestis, mense Iulio[2] congregavit copiosum presul exercitum, equitum Iul. tria milia et infinite multitudinis vulgus reliquum, direxitque suas acies super fluvium qui Piton dicitur, terram ducis protinus et populum invasurus.* Dux autem hoc perpendens, usque ad mortem timuit misitque legatos ad principes, qui erant cum pontifice, falso se spondens reddere et omnia resarcire mentiens que apud Leodium depredatus fuerat; insuper et venturum cum suis nobilibus ad eandem ecclesiam et[b] nudis pedibus flexisque poplitibus petiturum veniam de dicto sacrilegio ante ipsum presulem et tocius faciem civitatis. Erant autem in acie pontificis Ferrandus Flandrensis, Philippus Namucensis et Ludovicus de Los comites, et multi alii Francorum principes, noti ipsius et cognati presulis et affines[3]. Deus autem satis aliter affuturam previderat ultionem. Ut enim non per alienigenas, sed per eos tantummodo quos predictum multavit flagitium perveniret victoria, tanto estu et ardore solis pontificis solvit exercitum, ut, cum vellent sua movere tentoria profecturi pre siccitate nimia, pulvis surgens in aera ita singulorum obfuscabat intuitum, ut moti non poterant alterutrum contueri. Cuius necessitate incommodi compulsi, qui aderant petierunt a Ferrando comite, ut a duce super his que ipse spoponderat cautionem firmam reciperet, quam si aliquando dux violare proponeret, ipse eum postmodum propriis expensis debellaret. Omnium ergo una fuit sententia, ut, toto illo exercitu ad propria revertente, comes tantum de Los et episcopus adversus ducem cum suis exercitibus congredi debuissent. Ferrandus autem a duce cautionem de predictis accipiens, et conversus ad presulem, quandam partem terre Haynonie eidem ad firmam possidendam tradidit, donec ducis fallax promissio compleretur. Mandatur quoque litteris hec compositio et dictorum sigillis principum firmius roboratur. Cum vero Ferrandus ipse ducem postea super illa pactione requireret, ille protrahens debitum, dicebat, se adhuc debitam sponsionis[c] sue pecuniam non habere. Interea comes Namucensis Philippus mortuus est.** Quo mortuo, dux*** convenit Philippum regem Francie, defuncti[d] relictam comitis, hoc est suam filiam†, sibi[e] socians in uxorem.†† Federatus ergo sic Francorum principi, longe factus est ab Ottone[4]. 1213. April. 7. Intelligens etiam rex Francie in multis ducem sibi necessarium propter ipsum quod in Anglos movere parabat prelium, in Leodiensem diocesim suas destinavit litteras, amicum suum ducem pronuncians esse et generum et ideo tanquam se ab omnibus honorandum. In auribus vero tocius diocesis displicuit sermo talis. Porro cum ipse rex Francie multas naves variis plenas divitiis misisset in Angliam[5], et eas dux succendisset Bolonie[6], inventa cuncta diripiens et Iun. asportans, ingemuit rex et ait: 'Heu! quanta mala sum perpessus, ex quo illi sum excommunicato duci Brabantie sociatus'. Illo quidem tempore Fredericus, Henrici augusti filius, regnum patrum suorum ingressus est. Quem missum sibi a papa Innocentio principes

*) *Aeg. add. in marg.:* infra octavam apostolorum Petri et Pauli. Iun. 29– Iul. 6.

**) *Aeg. add. in marg.:* Idubus Octobris[7], sepultusque est Namurci[f] in medio ecclesie sancti Albani honorifice, sicut hodie cernitur[f]. In quo loco sepultus iacebat[f] quidam episcopus de Hungaria[f], qui peregre proficiscens ad Sanctum Iacobum obiit Namurci[f]. Idem comes constituit in dicta[f] ecclesia 20 prebendulas, que nominantur[f] vicarie, et 2 cappellanias ad suum sarcophagum. Oct. 15.

***) *Aeg. superscr.:* qui erat viduus[8].

†) *Aeg. add. in marg.:* Mariam.

††) *Aeg. add. in marg.:* Hanc rex filiam susceperat de adulterina commixtione filie[9] ducis[10] de Meran legitime uxori[11] superducte.

a) Hugo *Aeg.* b) et cum *Aeg.* c) sponsioni 1. d) *hanc vocem erasit Aeg. et scripsit* volens ducere. e) illi *Aeg.* f) murci, er, e, ia, urci, icta, nom *abscisa.*

1) tertius. 2) *In Kal. Iulii treuge solvuntur* Rein. l. l. p. 665. 3) Vid. Reiner. l. l. p. 665, qui cum nostro concordat. 4) De his rebus perlucide disputavit Scheffer-Boichorst, 'Deutschland und Phil. II. August v. Frankreich in den Iahren 1180—1214' (Forschungen VIII) p. 535 sqq., 542 sqq. 5) Revera non misit, sed se in Angliam transiturum esse finxit. 6) Comes Boloniae Reinaldus. Ad rem cf. Reiner. p. 666; Geneal. Gener. (cont. Clarim.) SS. IX, 331; Guill. Armor., Bouquet XVII, 89. 7) Cf. p. 174 n. 5. 8) Duxerat antea Mathildem, filiam Mathei comitis Boloniensis. 9) Agnetis. 10) Bertholdi. 11) Ingeburgi.

1213. Allemannie susceperunt, ab Ottone tanquam excommunicato et perfido recedentes. Qui tamen regni partem aliquam sibi retinere cupiens, superiorem ascendit provinciam, magnam habens in duce fiduciam Brabantino. Veniensque in terram Guerrensis comitis[1] fidelitatem sibi facere non volentis, partem eius maximam vastavit incendio[2], divinam in comite ignarus licet prosequens ultionem, qui nostram, ut dictum est, etiam sine causa spoliaverat civitatem.

8. Quod afflictus in precibus homo Dei vindictam cognovit.

Perpendens[a] autem vir Domini, ex una parte ducem Lovaniensem et ex altera Ottonem ipsum super civitatem velle irruere, si pariter convenirent: diebus et noctibus lamentis et precibus dabat operam, invictum ab oratione spiritum non relaxans. Dicebatque: 'Domine Deus meus, libera nos pro tua pietate, non meis meritis, sed sola tua gratia — non sum enim dignus sanctorum vestigia intueri — et[b] beate Marie meritis precibusque nostri pii martyris, cuius locum hunc precioso sanguine consecrasti'. Iterum ipsa hora (Ps 78,10 11.) orationis predictam ecclesie violationem mente recogitans, cum lacrimis aiebat: *Ne dicant inimici nostri: Ubi est Deus eorum? Et innotescat in nationibus coram oculis nostris ultio sanguinis servorum tuorum, qui effusus est; introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum*; et cetera usque ad finem psalmi. Et iterum: 'Afflicti enim pro peccatis nostris cotidie expectamus finem nostrum. Dolor cordis nostri ascendit (Ps 79, 8.) ad te. Deus, ut eruas nos a malis, que innovantur in nobis. Domine Deus virtutum, converte nos. Auribus (1. Macc 5, 9.) percipe dolorem cordis nostri. Congregate sunt gentes in fortitudine, ut dimicent contra nos, et ignoramus (ib. 4, 52 53.) quid agere debeamus. Domine Deus, ad te sunt oculi nostri, ne pereamus. Tu scis que cogitant in nos. Quomodo poterimus resistere ante faciem illorum, nisi tu adiuves nos! Congregati sunt inimici, Domine, et in virtute sue fortitudinis gloriantur. Contere fortitudinem illorum et disperge eos, quia non est alius qui (Ps 58, 12.) pugnet pro nobis, nisi tu, Deus noster. Disperge illos in virtute tua et destrue malitiam eorum, protector (Baru. 2, 17 cf. 1 Macc. 12, 13) noster Domine. Aperi oculos tuos et vide afflictionem nostram. Circumdederunt nos gentes ad puniendum nos, sed tu, Domine, extende brachium tuum et libera animas nostras. Afflige opprimentes nos et contumeliam facientes et custodi partem tuam. Domine, non quero cedes hominum, sed libera nos secundum voluntatem tuam, quia omnipotens es, id est omnia potes, qui vivis et regnas per omnia secula seculorum. Amen'. Dum ergo singulis noctibus flectens genua, perfusus lacrimis, talibus Dominum rogaret sermonibus, raptus in spiritu Leodiensem per visum putabat se ingredi civitatem. Erat autem situs amenissimus, et omnia restaurata noviter stabilitaque in melius tocius edificia civitatis. Tantam ipse admirans pulchritudinem, dicebat intra se: 'O quantus esset dolor qualisve miseria, si a Brabantinis esset hec civitas incendio devastata'. Et hoc dicto, subito de supernis montibus insonuit resonantium sonus dulcissimus campanarum. Ei quoque querenti causam huiusmodi a circonstantibus est responsum: 'Modo, modo ecclesia dedicatur'. Ipsoque ad predictum sonitum attonito supervenit vox dulcissima cantantium (Act. 12, 11.) et dicentium: *Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum et eripuit de manu Herodis et de omni expectatione plebis Iudeorum.* In qua voce tantam spiritus sensit dulcedinem, ut pedes eius pene deficerent, sed locum ubi requiescerent non habebat. Est autem, prout ipse rei comprobavit exitus, de urbis liberatione hec visio preostensa. Ipse vero nichilominus lamentis se affligebat et precibus, suum ab huiusmodi[c] in diversa nec vultum mutans nec animum, donec eum Dominus de vindicta letari concederet, (Ps 57, 11) lavantem manus in sanguine peccatoris. Et ecce post anni circulum[d] in die festo inventionis sancte (Mai. 3.) Crucis, completis pro more nocturnis vigiliis, cum in dextro choro maioris ecclesie, quo decenter est intexta imago beati martyris in tapeto, caput superponeret lapidi, interposito quo erat indutus superpellicio, saltem vel leviter dormitare cupiens, ut ad celebrandum somni recreatus requie fortior assurgeret, ipse martyr ante eum astitit in venerando habitu seditque ad intuentis verticem, consedentibus pariter qui convenerant universis. Conversusque ad filium et iratum se nimis ex rubore vultus simulans, magno cum impetu dixit ei: 'Brabantini erunt percussi'. Vir autem Dei totus intremuit spiritu, et ad se rediens, apparuisse cognovit sibi gloriosum martyrem.

9. Quante erant ducis et suorum blasphemie et superbia.

Illo in tempore erat quidam Gerbertus apud Thenas[e,3], decani gerens dominium, qui nostre civitatis[f] predationi non defuit; sed ad nostre confusionem ecclesie quendam ascendit in montem, intransque cuiusdam tentorium, inventis illic presulis nostri vestibus, quibus sacro solet altari assistere, illa vestire non timuit. Mitra pontificali capiti nefando imposita, et ipse innixus baculo pastorali, convocatisque vilibus mancipiis et suis[g] garsonibus, istos officiales vel archidiaconos, alios vero sibi constituebat prepositos vel decanos. Qui preventus postmodum morte subita, linguam comedit magniloquam; et sic vita functus est. Simili modo die quodam cum sedens dux barbarus cum rege pranderet Francie, preventus morte capellanus ducis de loco cecidit, et videntibus qui aderant, inibi expiravit, utque martyris gloriosi sententia compleretur, 'Brabantini percussi sunt', quia omnes ducis

a) *Initium capituli usque ad* in sanguine peccatoris *des. Aeg.* b) *ita* 2; sed 1. c) visione *vel simile verbum supplendum videtur.* d) *hic inserit quaedam Aeg., v. s. p.* 118. e) Thenis *Aeg.* f) *deest* 1. g) suisque *Aeg.*

1) Gerhardi III. 2) Quod demum a. 1214. factum esse constat; cf. Reiner. p. 670 sq. 3) Tirlemont (?).

consiliarii improvisa morte preventi sunt. Anno autem gratie 1213. comes Flandrie[a] Hannonieque[a] Ferrandus mandavit episcopo[1] et comiti de Los Ludovico nomine, ut proxima decima die mensis Octobris in quinta feria terram ducis invaderent, ipse vero super terram illius, habenis laxatis incendii, occurreret[b] predictis ex adverso. Porro Philippus rex Francorum socero suo, duci scilicet, in hoc volens subvenire articulo, quoddam obsedit castrum Ferrandi comitis, ut, dum comes ipsi regi vellet resistere, Leodiensi diocesi contra ducem non posset in aliquo subvenire[2]. Cuius dux confisus auxilio volebat secundo depopulari Leodium, divinaque compulsus ultione, robur sui convocavit exercitus; finesque suos egrediens, venit apud Waleviam[3], intransque in ecclesiam, videt illic pronam in terra, sicut presul preceperat, imaginem Crucifixi. Quam sumens, ipse tulit ab ecclesia, confractisque cruribus et precisis manibus, proiecit in sterquilinium, ita dicens: 'An credit de me pontifex vindictam habere plenariam, utpote qui talibus innititur machobertis?' Et inde progrediens intravit Hasbaniam, villarum partem maximam incendio subiciens populandam. Nec immerito. Illius siquidem terre milites, qui pro urbe et matre ecclesia usque ad mortem certare debuerant, utpote legitima martyris nostri familia, ducis ipsius verbis corrupta fallacibus prefatum suaserunt facinus, quod per nostram exercuit civitatem. Unde secutum est, ut eorum nunc a prefato exercitu coniuges violarentur et filie, in urbis autem excidio per Dei clementiam intacte permanserunt virgines et matrone. Tungrensis autem gens ducem super se timens irruere, feretrum argenteum gloriose virginis cum suis reliquiis advexit Leodium, quod susceptum a maioribus cum planctu et lacrimis in thesaurario est collocatum. In quo die[4] dux Tungros veniens, magnam partem oppidi vastavit incendio, quia scriptum est[5]: *Ira Dei super Tungros*[c] *usque in sempiternum.* Porro Tungrenses huiusmodi compulsi angustia in beate virginis fugerunt ecclesiam portasque eius obturavere lapidibus, ad resistendum duci viriliter se opponentes. Quo comperto, dux ira motus maxima in modum Nichanoris manum extendit in ecclesiam, huiusmodi blasphemias verbis evomens sceleratis: 'Ignoro, utrum Deus aut diabolus in hac domo latitent[d], sed inde non progrediar, donec Deum aut demonem virtute incendii faciam exilire'. Hec dicebat perfidus ultionem non precavens, que suis in proximo exercitibus erat inferenda. Missisque satellitibus, villas incendit per circuitum, ita quod usque Leodium obfuscato aere color appareret igneus, quod et[e] ipsum servo suo Dominus preostendit. Iam vespera venerat, et dux cum paucis veniens explorare Leodium, ut vidit urbem muris circumdatam, turribus et fossatis, ingemuit et clamavit: 'Heu, heu! quando recessi hinc, omnibus asportatis, vix ipsos reliqui cineres[f]; et ubi tanta auri et argenti copia recondita est: cuius ope succederet firmitas insperata?' Et his dictis. ad suos tristis revertitur.

1213 Oct. 10.

Oct. 11.

cf. 2 Macc. 8, 9

10. Quanta dulcedine vir Dei sit refectus ante conflictum.

Nocte illa vir Dei, accensis circa sacri corpus martyris luminaribus, cum vellet lassata membra sompni requie relevare, raptus in spiritu se vidit in sinistro stare chori latere et feretrum pii martyris, quod ad terram cecidisse antea previderat, levatum de terra inter ulnas assumere et magna ponderis dulcedine delectari. Et ecce, duo iuvenes astiterunt ei in albis candidissimis[g], cereos accensos ferentes in manibus ultra solis radios rutilantes. Cumque de[e] tanto lumine miraretur, viri quidam in habitu monachili intraverunt australem portam ipsius ecclesie, ascensisque chori gradibus, circumsteterunt mausoleum martyris, emissa voce clarissima laudes crucis taliter attollentes: *O crux splendidior cunctis astris, modo celebris, hominibus multum amabilis, sanctior universis, que sola fuisti digna portare talentum mundi, dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera!* At ubi dixerunt: *Salva presentem catervam in tuis hodie laudibus congregatam,* tante[h] vocem emisere dulcedinis, quod vir Dei illius refertus suavitatis gratia super pedes stare non potuit, sed totus super illud quod gestabat feretrum reclinatus, tam immensum pondus sensit gratie, quod, utrum esset mortuus an viveret, penitus ignoraret[i]. Et deinceps si quando prefatam ad memoriam reduceret visionem, aliquid ex illa dulcedine gavisus est persensisse. In se vero reversus, refertum sic gratia se invenit, quod lingua vel littera non valeat explicari. His ita se habentibus, timens episcopus ducis perfidiam, fecit usque Hoium Fossenses et Dionenses descendere, omnem quoque circa regionem, ascendensque ipse cum paucis Hoium, obseratum

a) Flandrie, que *des. Aeg.* b) *ita* 2; occurrerent 1. *Aeg.* c) Tungris *Aeg.* d) latitet 1. e) *deest Aeg.* f) cives 1. g) candidissimos 1. h) tantam *Aeg.* i) ignoravit *Aeg.*

1) Nimirum Hugoni Leodiensi. 2) Cum nostro conveniunt Reinerus p. 667. et Gest. Trudon. contin. III, p. II. c. 6 (SS. X, 392), quos cum auctore Triumphi ex eodem fonte hausisse coniicere possis. Ad rem cf. Scheffer-Boichorst, Forschungen VIII, p. 547. 3) Waleffe prope Huy. 4) *Feria* 6. *illucescente* (Oct. 11) Reiner. p. 667. 5) In c. 1. Vitae Servatii quae *Troiugenarum* incipit; v. s. p. 16.

1213. invenit oppidum ad resistendum duci, iam super muros custodibus ordinatis. Cui cum essent ianue patefacte, intravit velocius, faciensque signa pulsari per oppidum, acclamavit omnibus etiam lacrimando: 'Eya, fratres, currite et periclitanti matri vestre, Leodiensi ecclesie, quantocius subvenite'! Illisque paratis, sicut ipse iusserat, ipse cum suis hora illa Oct. 12. reversus est Leodium. Facto mane, omnes qui Hoyi[a] convenerant egressi sunt oppidum, 5 parati pro sua matre usque ad mortem viriliter decertare. In diei quoque illius diluculo banni campanam pulsari fecit episcopus, mandans et precipiens civibus universis suam egredi civitatem. Erat autem ipsa hora quidam civis dormiens, ipsum signum per visum estimans se audire; et cum a circumstantibus quereret: 'Quo eundum est'? ecce quidam in habitu venerando astitit ei, dicens: 'Ego sum Lambertus martyr, sequimini me; ego enim 10 sanos ducam vos et reducam'. Excitatus civis a sompno, ipsum audit signum pulsari vigilans, quod prius audiverat inter sompnum. Cives autem armati civitatem exeunt. Nam econtra dux suos direxerat apud Skendremale, quod in duobus milibus nostre adiacet civitati. Cognitoque pontifex, quod dux illic sua fixisset tentoria, ut super urbem improvise irrueret, ipse suos etiam ad bellandum ordinare voluit, in quibus 30 milites sunt inventi. 15 Vidensque contra ducis exercitum se manum habere nimis exiguam, timuit, et quendam advocans sacerdotem Renerum nomine: 'Eya', inquit cum lacrimis, 'frater, civitatem ingredere, et pro nostro exercitu facias exorari'. Ut autem duci egressus pontificis nunciatus est, timor tantus suas invasit acies, ut fugere[b] intenderent pocius quam bellare. Quos cum suis pontifex insecutus, elevatis oculis, hora prima videt Dionenses, Hoyenses, Fossenses, 20 omnesque quos nocte vocaverat clivum montis descendere, qui Publicus[1] appellatur. Qui propius accedentes, pariter coniuncti sunt. Fugientium vero tanta fuit ferocitas, ut loca per que transierant igni relinquerent devastanda. Unde Theodericus de Walecourt et alii quamplures mirabantur, dicentes: 'O ducis malitiam! Ipse fugit ante nos et fugiens terram nostram incendere non formidat'. Iratusque pontifex suos alloquens aiebat: 'Ut quid 25 ultra vivimus? Cur ducem non invadimus? Quid ipsum tam ferociter a nobis recedere permittimus? Est enim melius, si Domini et beati martyris sit voluntas, nos mortis dari periculo, quam vivere inhoneste'. At Henricus dux Ardennie, prefati ducis patruus, et quamplures alii respondebant in dolo presuli, sic dicentes: 'Ad ducis interitum manum adhuc habemus exiguam, sed fugientes pocius insequamur'. Sequenti autem sabbato cum vir Dei in maiori 30 staret ecclesia, et a quadam femina luminare requireretur[c]: 'Bene', ait mulier, 'sanctus vir promeruit, ut nostro deinceps decoretur lumine, qui sibi servientes sic visus est reliquisse'. At ille prophetico tactus spiritu sic respondit: 'Hora ista in crastinum michi non dices talia, quia laus nostri martyris erit omnibus manifesta'. Circa horam diei undecimam sciens episcopus, comitem suum de Los[d] apud Monteignes[e, 2] congregasse exercitum, misit ad eum, ut ei in crastinum hora prima cum suis 35 occurrere festinaret. Quo perfecto, profecti sunt inde et super Iecoram fluvium[3] in villa que Glaons[f, 4] dicitur fixerunt tentoria. Exercitibus congregatis missisque exploratoribus, episcopo renunciatum est, quod in custodia de Steppes requiescerent Brabantini. Ipsa nocte dormienti cuidam puelle apud Leodium vir quidam clarissimus astitit, sic alloquens dormientem: 'Dic urbis mulieribus, ut candelam faciant secundum longum et latum maioris ecclesie factamque in partes dividant 40 et accensas per angulos templi constituant, quia ipsius non erit consumptio, donec mee diocesi de Brabantinis plenarie tribuatur ultio'. Factumque est ita. Prius enim evenit victoria, adhuc illius candele lumine non consumpto.

11. Quod quidam demoniacus victoriam predixit.

Ecclesia beate virginis sita apud Hanstieres[g, 5] prope Mose fluvium a loco certaminis quindecim 45 ferme milibus dicitur separari. Ad hanc cum duceretur homo quidam possessus a demone, licet de futuro conflictu ducis et episcopi nulla ibi mentio versaretur, summo tamen diei diluculo quo congressum est cepit idem fremere et ingenti cum gemitu terribiliter acclamare: 'Hodie, hodie victoriam obtinebit beatus Lambertus'. Hora autem tercia qua certamen initum est iterato arrepticius vocem edidit ampliorem: 'Modo, modo potenter potitur victoria beatus Lambertus'. Hora vero nona, fine propinquante certaminis, 50 idem homo vocem similiter emittens et spiritum: 'Eya', ait, 'miraculose in bello obtinuit beatus Lambertus'. Et his dictis expiravit. Nec dubitet lector sollicitus, ipsum nequam spiritum, qui ad horam misero principabatur homini, ab aliquo celestium futuram hanc accepisse noticiam, preordinatam a Domino et bonis spiritibus inspiratam. Preterea cum quedam fidelis anima super contritione ista tocius patrie con-

a) Hoy 1. b) fuge *Aeg.* c) requirerent *Aeg.* d) Loz 1 *saepius.* e) Montiniacum 2. f) Glons 2. g) Hastieres *Aeg.* 55

1) Publemont. 2) Montenaken. 3) Geer, qui exundat in Mosam prope Maastricht. 4) Glons, a Tongern ad orientem. 5) Hastières.

triti cordis hostias Domino immolaret, inter orandum sompno deprimitur. Cui astitit virgo gloriosa, dicens: 'Cur in tantum affligeris? Inclitus martyr Lambertus ad omnium sanctorum instantiam a dilecto filio meo incommutabiliter obtinuit, ut ei de Brabantinis ultio plenissima tribuatur'. Sic Deus ultionum primum (cf. Ps 93, 1.) ducis excessum Leodii perpetratum egit ulciscens libere, et nichilominus Deus idem ultionum dominus 5 secundum ipsius ducis forefactum, quod Leodium reversus complere paraverat, iuste et sollempniter vindicavit. In prima igitur noctis vigilia presul misit precones per totum exercitum, ut universi (1213.) surgerent et procidentes[a] vexillum sequerentur beati martyris, ordinibus congregatis. Nocte vero illa per duo proficiscentes miliaria, rarescentibus tenebris lucem imminere conspiciunt, et ecce comes de Los episcopum appropians, amplexati sunt invicem pre gaudio lacriman- 10 tes. Die autem dominica venit exercitus in custodia de Steppes, ubi dux cum suis nocte (Oct. 13.) preterita fixerat tentoria. Et respicientes barbari diocesanum populum super se velle irruere, ululatum dire vocis tanquam desperati emittere coacti sunt. Presul vero sui exercitus turmas circumiens, fieri prohibuit hunc clamorem. Nichilominus usque tercio adversarii clamaverunt. Suas[a*] quoque episcopus allocutus acies, precepit genu flectere, gloriosam 15 virginem et beatum martyrem devocius exorare, ut ab instanti eos periculo eripere dignarentur. Absolutosque a peccatis omnibus verbis huiusmodi animabat[b]: 'Video, karissimi, quod absque certamine transire non possumus[c], sed securus loco penitentie instans vobis iniungo prelium, in animam[d] revera suscipiens, quod, quisquis hic ruerit[e] beato coniunctus[f] martyri, paradisi gaudio perhenniter potietur. Estote igitur fortes in prelio, pre oculis 20 habentes que et quanta vobis et vestris, urbi etiam et maxime ecclesie intulerunt[g] maledicta'. Et iterum cum lacrimis dicebat: 'Hi ad nos cum multa veniunt superbia, usque ad muros nostre urbis non nos timentes prosequi, quos modo, sicut scitis, insequimur tali tantaque angustia compediti. Habeamus ergo fiduciam in eo, qui sue matris meritis et nostri prece martyris a presenti periculo nos potens est liberare'. Et his dictis devotum exercitum 25 non mediocriter reddidit animosum. Interim vero cunctis cernentibus columba candidissima circumvolavit exercitum, quam fuisse unam celestium virtutum veraciter arbitramur[h]. Ipsa quoque devota mulier, que virum Dei genuerat[1], dum intentius[i] vacaret[k] in vigiliarum precibus, vidit in aeris medio gloriosum martyrem armis fulgentem aureis, clipeum in humeris gestare clarissimum, hastam quoque vibrare auream, et equo candidissimo insidentem, quem gloriosa virgo in venerando precedebat habitu; 30 et ad bellum quantocius properabant[l]. Civis quoque quidam in acie ipsum euntem martyrem confessus est veraciter se vidisse. Episcopus autem per turmas transiens exercitum benedixit. Pro eo autem quod tercio nostri flexissent genua, deridebant eos adversarii et dicebant: 'Isti pre timore nos adorant'. Frater autem ipsius ducis Guilhelmus nomine ipsum accersiens sic allocutus est: 'Kare frater, si michi velles acquiescere, ad dominum tuum episcopum, in 35 quem deliquisti, pergeres et, petita venia, ex toto te ipsius subiceres ditioni'. Quem dux indignando respuens, divino eum perurgente iudicio: 'Eya', inquit, 'miser, iam victus es'. Ille vero cum lacrimis orabat: 'Gloriose martyr, libera me hodie a morte'! Cuius martyr fusas suscepit lacrimas, eum a morte liberans, eo maxime quod, sicut predictum est, ornamenta maioris ecclesie fideliter excusserat[m] de manibus pessimorum[n]. Dux[2] autem super 40 monticulum suas ordinavit acies, ut in nostros ex descensu gravius possent infringere. Ipse autem arma sua antea reiciens, ut fuge posset intendere, si necessitas se offerret, prestolabatur horam, qua solis radius nostrorum reverberaret oculos, sed nubem misit Dominus in eorum auxilium, que stetit in aere, quamdiu conflictus exercituum perduravit. Precepitque dux quinque[o] ex suis militibus pedes[p] incedere, ut in comitem de Los repente irruerent et 45 deiectum interficerent improvise. Dicebant enim: 'Si comes victus fuerit, reliqui omnes nobis resistere non valebunt'. Habebat vero ipse dux non minimam copiam militum electorum, peditum quoque magnam multitudinem, et etiam multas acies exercitus peregrini. Factumque est ex Dei providentia, ut nostris manus esset exigua, quo sequens victoria non humano brachio, sed pio magis martyri conferretur. Illo quidem in tempore iam in quin- 50 gentos et eo amplius milites diffusa erat Hasbaniorum progenies, et in hoc pugne articulo cum nostro pontifice pene quindecim affuerunt. Brabantinis autem ad prelium preparatis, precepit episcopus suas acies similiter preparari. Quas Theodericus miles acerrimus decen-

a) *ita* 1. *Aeg.*; procedentes 2. a*) Suos 1. b) animabit *Aeg.* c) possimus 1. d) a. meam *Aeg.* e) irruerit *Aeg.*; ceciderit 2. f) coniuncturus *Aeg.* g) intulerit *Aeg.* h) arbitrantur 1. i) intentus *Aeg.* k) *deest Aeg.* l) properabat 1. m) excusserit *Aeg.* n) inimicorum 1. o) *ita* 2; quibusdam 1; *deest Aeg.*; *v. i. pag.* 184. *l.* 10. p) pede 1.

1) Odilia. 2) De sequentibus cf. Reiner. p. 668, qui cum nostro fere ad verbum convenit. Utrumque ex eodem fonte hausisse, facile credas.

ter componens et ordinans, precepit peditibus, ut pro muro essent militibus retro pariter conglobati. Fecitque suarum hastas lancearum acui et in terram figi et in directum contra milites teneri cuspidem lancearum. Invitansque et suadens ad prelium: 'Karissimi', aiebat, 'nolite diffugere — nam cum a vestris[a] procul sitis terminis, fuga prodesse non poterit — sed coniuncti stantes in ordine timorem abicite. *Non est enim Deo difficile salvare in pluribus vel*[b] *in paucis.* Sed etsi quis militum metu mortis super vos redierit et vestrum[c] ordinem transilire voluerit, equum eius figite, ipsum omnimodis reverti in prelium compellentes'. Quod et fecerunt. Videntes autem barbari nostros paratos ad prelium, cum tanto impetu montis descenderunt crepidinem, ut eos procul retroire compellerent, prostrato quidem comite de Los ab illis quinque[d] militibus a duce, ut dictum est, antea preparatis. Quem frater suus Henricus tunc clericus prostratum considerans in equum reposuit, illorum aliquibus interemptis. Totumque pondus prelii versum est in comitem et secundo et tercio sic prostratum. Quem quidam nostras[e] intuens, de securi quam tenebat voluit percutere, ipsum estimans Brabantinum. Sed mox ut vocem audivit clamantis: 'Ego sum Ludovicus comes', retraxit ille brachium et in equum comitem relevavit. Tunc Henricus dux Ardenne, ut nostris timorem immitteret: 'Eya', inquit, 'miseri, quid agitis? Quid hic ultra moramini? Presul noster captus est et comes interemptus'. Quo audito, ipse comes: 'Mentiris', ait, 'Deo perfide, quia ego incolumis equo insideo et noster episcopus iuxta nos est'. Verumptamen sic ducis Henrici mendacium gentem comitis commoverat, quod tota in fugam conversa est, perseverantibus in prelio Leodiensibus et pro sua vita suorumque certantibus, de sua quidem virtute nil presumentibus, sed patroni sui cum spe et fiducia nomen invocantibus. Cuius audito nomine, statim nostris hostes terga dedere fugantibus. Ex quorum numero plurimi prostrati sunt, et de suo exercitu tria et amplius milia interempti.* Ad eorum[1] autem vestigia, quos prius nullos estimaverant, complosis manibus veniebant superstites, orantes et deprecantes, ut eorum omnem invaderent substantiam et, servata tantum vita, totam eorum progeniem deinceps perpetue subicerent servituti. Qui sceleris apud Leodium facti[f] non immemores, deprecantium lacrimis[g] intendere non volebant. Dux ipse fugit de acie, quod viro Dei per visum primo mane fuerat preostensum. Ducem autem cum quidam persequeretur[h] indigena, Lambertus de Hoyo solo miles nomine — nam et ipse vir Belial — ut de manu persequentis eriperet, ex arrupto obvians indigenam interfecit. Pervenit autem dux Lovaniam, obviam habens turbam multam matronarum plorantium et dicentium: 'Ubi sunt, domine, filii et parentes, mariti et nepotes, noti et affines, quos tecum pridie a nostris abstractos finibus abduxisti?' Quibus ille sibi male conscius: 'Olim', aiebat, 'predam Leodiensium multis plenam divitiis cum gaudio suscepistis. Vultis ergo semper lucrari et nichil unquam perdere?' Et inde progrediens venit apud Tielemont[i, 2]: depredatus suam gentem dicebat: 'Melius est, ut vestra rapiam, quam si superveniant et rapiant alieni'. Preter hec autem gens comitis Ludovici, que diffugerat, sciens quod terga dedissent barbari, reversa est ad locum suum certaminis, sociosque suos, scilicet diocesanum populum, non inveniens, omnes illic spoliavit armis et vestibus mortuos quos invenit. Factum[k] est, ut, cum nostri fugientes cessassent[l] persequi, ad ipsum locum reversi sunt, sed, sicut predictum est, iam dicta gens abstraxerat spolia occisorum[m].**

1.Reg.14,6 — cf 1 Reg 25, 17.

*) *Aeg. add. in marg.:* Versus:

Millibus, ut cesos numeres, tribus adde ducentos
Brabantos, duo bis millia capta scias.

**) *Aeg. addit:* Celebrata est ergo hec victoria hora 6, dominica qua cantatur: *Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum,* 3. Idus Octobris, id est in vigilia Calixti pape. Unde versus:

At Brabantini ceduntur nocte Calixti.

[Et[n] magister Theodericus maior decanus:

Millenus bis centenus duodenus et unus
Annus erat Christi, lux solis nocte Kalixti.
Legia vicisti, Brabantia victa fuisti].

Nec illud pretereundum est, quod sol, qui tempore belli clarior solito micantibus radiis appositus erat bellatoribus episcopi, quadam nubecula se texit et ulterius exercitum episcopi non nocuit.

a) nostris *Aeg.* b) *deest Aeg.* c) nostrum 1. d) *ita* 2. *Aeg.*, *deest* 1. e) nostrates *Aeg.* f) *ita Aeg.*; *deest* 1; perpetrati 2. g) lacrymas 1. h) *ita* 2, proseq. 1; seq. *Aeg.* i) Thenas-Montis 2, Tinlemont *Aeg.* k) Factumque *Aeg.* l) cessarent 1. m) *deest* 1. n) *uncis inclusa postea in margine addita.*

1) Leodiensium. 2) Tirlemont.

12. De gratiarum actione, completa victoria.

1213. Oct. 13.

Iam diei hora illius nona[1] advenerat, et ecce conversus Cisterciensis ordinis Ionatas nomine intravit Leodium, et frangens pocius verba quam proloquens, pondere gaudii nimio suos interrumpente sermones, populo acclamavit: 'Quid est fratres, quid agitis? Brabantini hodie ceciderunt in acie, quia et ego vidi abduci[a] ex prelio plaustra onusta de spoliis impiorum'. Quo audito nuntio, ad maiorem ecclesiam fit concursus omnium[b], pulsatisque signis ecclesie, *Te Deum* decantabant. Cum autem unus[c] chorus unum illius hymni decantaret versiculum, alter pre[c] gaudii magnitudine lacrimas proferebat. Fundebantur ergo lacrime ita plene gaudiis, ut ipsas excederent, quas coegit effundere predictum excidium civitatis. Sed quid plura memorem? Leticie magnitudinem calamus non sufficit ad scribendum. Neque enim per urbem tantum huius triumphi dilatabatur gaudium, sed ubicumque rumor iste innotuit diocesim universam. Reversus autem episcopus posuit castra sua contra Hanut[2]. Qui autem in turri erant se quantocius reddiderunt. Quos quia a turri non expulit, factum est illi in scandalum. Nam qui in turre remanserant nostro exercitui deferri victualia prohibebant. Quo cognito, presul cum suis ad locum rediit et, constructis machinis, ipsum obsedit per dies aliquot, tandemque rebelles eiciens, turrim solotenus coequavit. Et inde progrediens, plures villas campestres vastavit incendio, eam que Liwes[3] dicitur omnimodis redigens in favillam. Cuius[d] potentie barbarorum nullus audens resistere, solum fuge presidium expetebant.

13. Quod Hugo tunc pontifex corruptus sit pecunia.

Oct. 20.

Mensis autem Octobris die vicesima comes Ferrandus, Francorum rege a terra sua repulso, apud Piton[e,4] cum magno descendit exercitu, terram ducis barbari vastare deliberans[5], ut sue quam episcopo promiserat satisfaceret sponsioni. Dux autem hinc inde suorum videns interitum, fugit ad ipsum comitem, querens inducias et veniam de commisso. Super cuius palliata ypocrisi Flandrenses indignati proceres: 'Eya', inquiunt, 'Rainardus[f] factus est monachus'. Nichilominus tamen dux multam spopondit pecuniam, dans ei in obsidem primogenitum filium[6] quem habebat. Cuius promisso corruptus comes[g], ex consilio comitis Bolonie convenit episcopum, qui etiam corruptus est pecunia sic promissa[7]. Quod[h] et ipsum tunc temporis servo suo Dominus preostendit. Raptus enim in spiritu vidit, sibi astare pontificem et de manu sua ipsum episcopum stolam rubicundam accipere, et stolam ipsam plenam denariorum formulis propriis humeris imponentem. Quod vir Dei fieri prohibebat, hanc esse massam asserens olim de Leodio congregatam. Sed verbis huiusmodi presul intendere non volebat. Rursum vir Dei cum esset in spiritu, audivit a dicentibus, quod diocesim presul relinqueret, nostre valefaciens civitati. Vidit, et ecce tercio: viri magnis insidentes quadrupedibus in laicali habitu maiorem intrabant ecclesiam, et . . .[i] nostri martyris vestes et ostia violabantur. Hec est autem fidelis interpretatio visionum. Stolam rubicundam denariorum plenam formulis de manu viri Dei accepit episcopus, qui eam, quam sancti viri precibus obtinere poterat, corruptus pecunia, victoriam non implevit. Et revera ipse episcopium reliquisse visus est, qui non bonus pastor, sed promittenti pecuniam tanquam lupo mercenarius non timuit locum dare. Supremum autem, hoc est tertie visionis presagium evasimus, per nostri patroni meritum completa quadam a rege Francorum victoria, que lucide satis inferius est descripta. Revertenti autem pontifici de terra Brabantie, qui a festo Calixti usque ad vigiliam Severini in ea moratus est, indignati sunt maiores ecclesie, dicentes: 'Claudite ei fores ecclesie, qui ductus pecunia nobis a Deo patroni nostri meritis collatam victoriam noluit adimplere'. Siquidem eorum mens super his fuerat conturbata, quod vix eos flecteret ad organa resumenda. In crastinum autem cum fuisset reconciliata ecclesia, tunc primum illa macula de altari ablata est, de qua longe superius mentio facta est.[8] Crucifixi attamen imago cum reliquiis in medio remanserunt ecclesie, donec ea dux barbarus manu propria compulsus est relevare. Exercitibus[k] vero bellatorum hinc inde reversis ad propria, computata de barbaris tria inter-

Oct. 14—22. Oct. 23.

a) adduci 1. b) civium 1. c) *deest* 1 d) Huius ergo *Aeg.* e) Pinton *Aeg.* f) Renardus *Aeg.* g) *deest Aeg.* h) Quod — descripta *desunt Aeg.* i) *locus vacuus relictus* 1; *brevius reddita* 2. k) *sequentia usque* egerebant *des.* 2.

1) Cf. Reiner. p. 669, qui eandem horam indicat. 2) Hannut prope Tirlemont. 3) Leeuw, haud procul a Sancto Trudone. 4) Piéton, a Charleroi ad occidentem. 5) Cf. Gest. abb. Trudon. cont. III, p. II, c. 6, SS. X, 392; et de sequentibus vid. Rein. p. 670. 6) Henricum. — Duos filios ducem obsides dedisse, narrat Reinerus. 7) De hac pecunia episcopo data silent Reinerus et Gest. Trud. 8) V. supra c. 4. 6.

1213. empti[a] milia, excepto illo qui et[b] corruerat exercitu peregrino[1]. Quorum quidem corpora superstites tumulabant, sed ea nichilominus noctis silentio canes, ut comederent, egerebant[c]. Porro antequam ad nos dux satisfacturus descenderet, raptus vir Dei in spiritu vidit virum canicie venerabilem desuper aram sancte Trinitatis in maiori ecclesia, alba indutum candidissima et propriis calciamentis, que illic usque hodie conservantur, decentissime calciatum. Sciens autem, hunc pium esse 5 martyrem, ut eum melius posset inspicere, ascendit in lapide. Et ecce martyr ipse proprium suum feretrum alterumque Theodardi martyris, supradictas quoque aliorum reliquias in loco, de quo ea vir 1214. Febr. 28. beatus prius viderat cecidisse, propriis manibus resignabat. Unde post modicum temporis dux, Flandrensi comite compellente, venit Leodium[2] presulisque et maiorum domus[c*] pronus vestigiis tandem absolutus est, omnes manu propria prefatas reliquias relevans de pulvere pavi- 10 menti. Tanta autem ad spectaculum hoc populi convenit frequentia, ut volentium conscendere chori ostium nimium importuna infringeret multitudo. A qua vir Dei opprimi refugiens, prout ipse previderat, ascendit in lapidem[d], ipsas reliquias disponi et per ordinem, ubi erant antiquitus, considerans relocari. At vero ducis complices civitatem ingredi non valentes, sed inibi humiliationem domini sui deplorantes, a foris expectabant. Quorum quidem 15 olim tam superba fuit protervia, ut, cum Tungrensem, ut scriptum est, obsedissent ecclesiam, mutuo loquerentur: 'Deus regat celestia et sit rex celorum, dux noster reget terrestria constitutus rex et dominus terrenorum'. Dux itaque osculatus episcopum et comitem Ludovicum[3], rediit ad propria, dolos assuetos gerens in pectore, paratus ostendere, si tempus voto suo congruere perspexisset. 20

14. De adventu regis Ottonis Traiectum.

Servo[e] autem suo, antequam fierent, omnia Dominus manifestans, quantum qualeve super nostram civitatem futurum esset in brevi periculum[f], modo tali dignatus est demonstrare. Mense Aprili subsequente vidit in visu noctis, nubem candidissimam et sicut fulgur de terra consurgere et ab ea maiorem operiri ecclesiam. Cuius compulsus angustia ipse cum omni populo ad sepulchrum fugiebat martyris, ab 25 imminenti periculo refugium petiturus. Ut igitur impleretur visio, in ipso mense[g] Otto rex ab augusto fugatus Rhenum transilire compulsus est[4]. Quo appropiante Coloniam, dux Brabantinus adventu eius cognito, ut per eius auxilium manum iterato in nostram mitteret diocesim, fidelitatem ei se finxit facere, illam evacuans, quam ab eo socer suus acceperat rex Francorum. Venit illo tempore Iohannes rex Anglie, illius Ottonis patruus, mareque per- 30 transiens, Normanniam est ingressus. Auditoque quod suus Rhenum transisset consanguineus, fratrem suum Guillelmum, qui Longus dicebatur Gladius, misit ei obviam; multam quoque dedit pecuniam, volens ex ea congregari exercitum, ut hoc facto veniret ei in auxi- April. 28. lium cum rege Francie congredi cupienti. Itaque vicesima et octava die mensis eiusdem, quo festivitas agebatur triumphi de Bouillon[h], super Mosam fluvium ex adverso Traiecti 35 innumerabiles sunt acies congregate. Quapropter dux voto suo tempus conveniens venisse existimans, suasit regi, Ottoni scilicet, ut inde non recederet, quoadusque Leodiensem presulem et Ludovicum comitem voluntati sue subiceret, alioquin eorum terram preliis aut incendio devastaret. Resistendi vero robur non habens episcopus, cum[i] ex eo sibi magnum immineret[k] periculum, convocavit intra urbem quos habere potuit[l] sue partis principes, 40 totam relinquens diocesim ad auxilium martyris reverendi. Die vero ducto ad vesperam, totus Ottonis exercitus transivit Mose fluvium, ut summo diluculo super nostram irruerent civitatem. Patet nunc, quenam fuit nubes illa[m] densissima, a qua lamentis et precibus se petebat, ut dictum est, universitas liberari. In illius diei articulo celebrante viro Dei, non est nostrum dicere, quanto qualive sit perfusus impetu lacrimarum. Beata quoque mater eius, dum similibus invigilaret precibus, 45 pium vidit martyrem armis vestitum clarissimis et eum quem[n] gestabat scutum aureum contra perfidos extendentem. Missis autem ab Ottone qui explorarent Leodium, relatum est, quod econtra pontifex congregasset acies in immensum. Statimque in suos timor tantus cepit irruere, ut eum quem transvadarant fluvium cogeret retransire. Rursusque ad explorandum missi

a) *ita Aeg.*; interempta 1; *v. s. pag.* 184, *l.* 23. b) etiam *Aeg.* c) *ita Aeg.*; egrediebantur 1. c*) *deest* 1. d) lapide *Aeg.* e) Servo — impleretur visio *des. Aeg.* f) prelium 1. g) mense Aprili subsequente *Aeg.* h) Bullonio 2; Bullon *Aeg.* i) et *Aeg.*; *longe aliter* 2. k) imminere *Aeg.* l) poterat *Aeg.* m) *deest* 1. n) quod 1. 50

1) Reiner. p. 670: *Occisi duo milia et quingenti, adiunctis his qui Tungris et in veniendo et redeundo sunt interfecti.* Gest. abb. Trud. cont. III, p. II, c. 6, SS. X, 392: *Et ceciderunt interfecti de exercitu Brabancie amplius quam duo milia virorum.* 2) Cf. Reiner. a. 1214, p. 671; Gest. Trudon. l. l. p. 392. 3) Lossensem. 4) Iam d. 23. Mart. Ottonem Aquas venisse, probat Reinerus p. 671, 55 qui res inter imperatorem et episcopum transactas fusius narrat.

[1214.] sunt alii, qui, auditis tubarum clangoribus per urbis ambitum ad instantiam presulis suas acies invisere cupientis et eas desuper muros ad urbis custodiam ordinantis, renunciaverunt regi, dicentes: 'Qui sapiens est, fugiat. Ecce enim episcopus cum infinito populo appropiat, ut nos perdat'. Quo audito, pedites terga dedere fugientes[1]. Rex vero[a], dimissis peditibus, secum fecit tantummodo milites remorari. Mittensque quosdam, mandavit episcopum, a Ludovico comite, qui interim aderat, fidelitatem cupiens extorquere. Cui ille: 'Cum venerit', inquit, 'episcopus, si michi consenserit, faciam quod precipis'. Tunc iratus rex circumstantibus ait: 'Sinite Ludovicum, sinite, qui absque nutu presulis quicquam non[b] audet facere'. At Guillelmus dictus Longus-gladius: 'Utquid', ait, 'ultra vivimus? Valetne Romanorum principi transitum iste sacerdotulus inhibere'? Cui Ferrandus Flandrie comes, qui cum ducentis militibus ad regis venerat auxilium: 'Quid frater', ait, 'sic loqueris? Neque enim omnes terre tue pontifices tante sunt fortitudinis sicut iste. De terra certe sua cito haberet mille milites preparatos ad prelium, cum simus et nos feodati sui et multi quos hic video nobilium'. Ad quem[c] indignatus Guillelmus: 'Pereat', ait, 'qui tantam potestatem contulit sacerdoti'. Hec autem mutuo loquentes[d], venire vident episcopum multorum nobilium numero circumdatum. Susceptoque illo honorifice, iuravit rex, quod infra biennium[2] nichil mali patraret in episcopio. Sed ducis consilio cito huius iuramenti rupisset vinculum, si non esset prece nostri martyris, ut patebit postea, ipsius potentie cornu fractum. Cessavit autem huius mali iniciata quassatio mensis Aprilis die vicesima nona, in qua etiam victorie [April 29.] de Bouillon agitur memoria. Subsequente autem mense Mayo dux suam Ottoni filiam[3] [Mai. 19.] dedit in coniugem[4], ut de nostra diocesi quandoque ad libitum plenam reciperet ultionem.

15. De congressu eius cum Francis et ipsius fuga.

Anno autem gratie 1214, mensis Iulii die duodecima, apud Nivellam, que Sancte Ger- [Iul. 12.] trudis dicitur, congregati sunt tocius tyranni provincie, Otto rex, dux Brabantie, dux etiam Henricus Ardenne, comes Flandrensis et comes Bolonie, pium volentes martyrem, sicut vir Dei previderat nocte, de suis allodiis, si sors daret victoriam, spoliare. Condixerant enim, quod reversi de Francia, contra quam dimicare statuerant, omnes a nostra urbe clericos expellerent, et eorum saisitis redditibus, rex in éa thronum sue glorie confirmaret. 'Que est enim', dicebant, 'utilitas Deo non serviens cleri tanta multiplicitas?' Rex ipse dicebat[e]: 'In minori[f] ecclesia duobus[g] clericis, in maiori quatuor constitutis, michi quoque reservabo tocius dominium civitatis'. Oppidum itaque Hoyense et castrum de Muha duci dedit Brabantie, Dionantum etiam comiti Bolonie, aliis alia pro sua distribuens voluntate. Allodium autem Hannonie coram rege adiudicatum episcopo donatum est comiti Flandrie[h]. Et de his hactenus. Eiusdem vero mensis die 26. sepe dicti principes suas congregantes acies in [Iul. 26.] confinio Flandrie, multiplicatis terre populis superficiem visi sunt operire. Noster autem episcopus super his sibi precavens in futurum, a profectione tali subtraxit quos potuit, Ludovicum comitem et etiam Waleranum[5], datis ei ex assensu capituli quibusdam sue mense allodiis, que Aspre et Simplex-via dicta sunt. Quamplures quoque presulis videntes astuciam, ad prefatos principes timuerunt ascendere, ne, ipsis absentibus, remorati cum presule suas possent terras incendio devastare. Nemo enim a Rheno usque in Flandriam a nefando exercitu subtrahi presumpsisset, nisi per predicti presulis astuciam timuisset. Erat autem tunc temporis contra regem Anglie suas dirigens acies rex Francorum. Qui prefatum Ottonem timens ex adverso sibi velle occurrere, ad dimicandum contra Anglos primogenito suo, Ludovico scilicet, robur dimisit exercitus, et electis inde tantum quadringentis militibus, venit ad quendam fluvium[6] et cum suis quantocius transvadavit. Porro ut ea que procul a nostris agebantur viro Dei innotescerent, apparuit ei per visum gloriosi nostri Lamberti rubicundum feretrum parumper ad terram Francie inclinatum. Matri quoque sue, que super his instabat assiduis precibus, ipse martyr apparuit armis quidem indutus clarissimis, et ipsum regnum Francie vultu

a) autem *Aeg.* b) *deest Aeg.* c) que 1. d) loquentibus *Aeg.; longe aliter* 2. e) R. i. d. *desunt, quorum loco* Nomen ergo michi . . . . . *legitur ap. Aeg.* f) qualibet *Aeg.* g) nisi d. *Aeg.* h) Flandrino *Aeg.*

1) Auctorem hic narrationem in favorem episcopi vertisse, elucet. 2) *Ferrandus partem suam interposuit et . . . treugas usque in octavis sancti Iohannis impetravit* Reinerus. 3) Mariam. Vid. supra III, c. 89, quae Aegidius de Maria addit. 4) Traiecti *in 2. feria Pentecostes* Reinerus. 5) Filium Heinrici ducis Limburgensis et Ardennae. 6) Marcque, cui Bouvines adiacet, a Tournay inter occidentem et meridiem. — De pugna cf. Winkelmann, 'Geschichte Kaiser Friedrichs II', p. 55 sqq., 102 sqq.

1214 Iul. 27. intuebatur placidissimo, optime galeatus. Flumine autem, ut premisimus, transvadato, ad suos conversus rex: 'Expectate', ait, 'hic, donec revertamur ad vos'. Assumptisque secum paucis, abiit, regis Ottonis exercitum investigans. Cuius signo cognito, adverse clamaverunt acies, Philippus autem tumultuantem populum audiens, se fugere simulavit. Quem confuse Otto persequens, suis hinc inde disruptis ordinibus, ad prefatum devenit fluvium. Rex 5 autem Philippus precesserat, et suos ad preliandum provocans, aiebat: 'En videtis, karissimi, quod nos prosequatur[a] hostilis immanitas, et fugere non valemus habentes fluvium ex adverso. Nunc igitur cum vobis sit res pro anima, provocate animos, quia revera hodie pro cf. 1 Reg 14,6. corona Francie viriliter est certandum. Cumque apud Dominum non sit difficile paucis dare victoriam, fides non deficiat; sed metum abicite, illius invocantes nomen et auxilium, 10 qui pridie de barbaris hostibus suam dignatus est diocesim liberare'. His dictis, suis ad bella preparatis, tres fecit ordines in nomine deifice Trinitatis. Quos hostilis cuneus preparatos intuens, fecit ipse similiter, et pariter convenerunt. Duobus autem Francigenarum graviter quassatis ordinibus, cognoverunt novissimi, se virtute sua non posse resistere. Et sicut docti fuerant, nostrum pium martyrem beatumque Dyonisium, Francorum apostolum, 15 in cordis angustia et voce corporea viriliter invocarunt. Quo audito nomine, mox mirum dictu! ruit hostilis immanitas et cedens preliantibus confuse in fugam conversa est. Quidam autem Francigena Ottonem intuitus, ut vivum eum caperet, cui insidebat sonipedem interemit. Ipse tamen in equum relevatus ab altero, fugit de acie, duce barbaro comitante. Quos diu Franci persecuti sunt, captis ex eis iam sex comitibus, de quorum numero erant 20 comes Bolonie et[b] comes Flandrensis. Sed neque tantum hi soli capti sunt, immo et multi principes de terra Brabantie, Hannonie et Flandrensi. Adductisque coram rege captivis, interrogavit eos, dicens: 'Quis vos cepit'? 'Quis', inquiunt, 'nisi vos, domine rex Francorum?' Quibus ille, ut erat ei mos iurandi: 'Per lanceam', ait, 'sancti Iacobi! non est ita, sed patronus Legie, quem suis volebatis spoliare allodiis, in nostram coloniam vos redegit'. Horum 25 autem omnium rumor venit Leodium, unde gavisi sunt. Et hoc quidem plenarie viro Dei fuerat preostensum.

16. Quod per regem Fredericum pax patrie reddita est.

Misit autem, brevi elapso tempore, dux barbarus ad regem Francie legatos, plurimum illi congratulari se simulans pro predicta victoria de Ottone[1]. Rex autem duas remisit ei 30 scedulas clausas, sigillo regio sigillatas[c]. Quarum dux primam aperiens, nichil in ea scripture repperit; in secunda autem legit sententiam verba huiusmodi continentem: *Sicut prior scedula scriptura fuit vacua, ita est dux vacuus fide et iustitia.* Et[d] de his predicta sufficiant. Breve autem tempus transierat, et raptus vir Dei in spiritu quandam intrare se vidit ecclesiam, campanam que Desiderata dicta est suaviter audiens resonantem. Audiebat 35 nichilominus a dicentibus, quod in occursum Frederici regis ad Rheni transitum festinantis nostri martyris delatum esset feretrum. Unde et chori gradus, qui ibi sunt, se parabat ascendere. Apertumque videns ciborium ipsum, non invenit feretrum, sed quosdam illic intuitus est homines, locum in quo illud steterat osculantes. Suamque ad aquilonem cum vertisset faciem, Crucifixum vidit pavimento contiguum, qui serpentinam habebat faciem, et vas aque 40 fetide erat eius positum a sinistris. Descendensque inferius, iuncturas altaris vidit quasi noviter renovatas et in dextro latere sedentem presbyterum, submisso murmure hunc versi- Symb. Athan. culum proferentem: *Est ergo fides recta ut credere et confiteri, quia dominus Iesus Christus, Dei filius, Deus et homo est.* Cumque suos parumper oculos sublevasset, videt sibi cleri multitudinem assistere, volentes nostri festum celebrare martyris et in festi principio hunc 45 Math 28, 2. introitum decantare: *Angelus Domini descendit de celo et accedens revolvit lapidem et sedebat super eum.* Facto vero mane, cum cuidam coetaneo sibi vir sanctus hec eadem referret presbytero, ille statim, quod secretum audierat, decano maioris ecclesie non timuit publicare. Mater autem hominis Dei filium accersiens: 'Visio', ait, 'quam illi exposuisti presbytero, ad decanum maiorem indiscrete relata est. Scio autem, quod decanus hodie te vocari 50 faciet, ut scire possit plenius ordinem visionis. Cave, ne quicquam dixeris, quia quicquid ille audierit pro nichilo reputabit'. Nondum vespera advenerat, et eum decanus sibi faciens

a) persequitur 2. b) *deest* 1; atque 2. c) *deest* 1. d) *sequentia usque* descendit de celo *(pag.* 189, *l.* 36*) des. Aeg.*

1) Cf. Albricum a. 1214, SS. XXIII, 902, qui similia tradit.

presentari, ordinem expostulat visionis. Ille autem a matre premonitus conticuit, prefatum 1214. submissa facie intuens presbyterum, qui audita secretius presumpserat divulgare. Venerabatur autem in matre divinam clementiam, que illam repleverat gratia spiritus prophetie. Hec autem fidelis est interpretatio visionum. In occursu Frederici nostri martyris delatum 5 est feretrum, qui nunquam Rhenum presumpsisset transgredi, si non ipsius sancti martyris meritis Ottonis exercitum a Francis contigisset taliter subiugari. In cuius etiam adventu Desiderata campana sonaverat, quia eum tota nostra diocesis desiderans expectabat. Eos autem, quos loculum deosculantes repperit, dico esse civitatis indigenas, eam quam Dominus de Ottone dedit victoriam collaudantes. Crucifixumque ipsum ducem reor perfidum, 10 serpentinam habentem faciem, qui nostrum tot disruptis federibus fefellit episcopum: revera sicut olim hostis antiquus hominem prothoplastum. Qui quidem pavimento erat contiguus, qui nunc deiectus erat, humilis et confusus, qui pridem se celi tangere posse sydera estimabat. A sinistris autem vas habebat plenum aque fetide, quia perfida facta ducis fetorem mentibus audientium ingerebant. Altaris autem reparabatur integritas, quia nobilitas et 15 decus ecclesie, quod pro peccatis populi prius stetit in nubilo, per Fredericum in proximo erat in gradum pristinum reformanda. Qui autem prefatum decantabat versiculum, sedens in dextro chori latere, ipsum reor Dei hominem, cui prefata monstrata sunt. Qui semper orabat plus corde, quam ore, non ea que sinistra sunt, sed quod ipsi nostre ecclesie noverat profuturum. Unde quidam:

20 *Non vox, sed votum, non cordula musica, sed cor,*
Non clamor, sed amor cantat in aure Dei.

Dicebat ergo: *Est ergo fides recta* etc., acsi aperte dicat: 'Credere nos oportet in eum, Symb. Athan. qui, cum Deus et homo sit, nobis ad se clamantibus homo verus compatitur et per pium martyrem tanquam Dei filius et verus omnipotens liberat a premissis'. Sequitur: Vidit, 25 cleri populum velle nostri festum celebrare martyris, et merito. Nam si quis totam seriem lectionis inspexerit, spero, spectare videbit ad gloriam martyris gloriosi. Cuius festi hic esse debebat introitus: *Angelus Domini descendit de celo*, et cetera que sequuntur. Descen- Math. 28, 2. dit enim ad nos angelus de celo et revolvit lapidem, quando constitutus ab ecclesia Fredericus et in terram nostram veniens barbarorum iugum a nostris tulit cervicibus, urbi nostre 30 et ecclesie perfectam, sicut antiquitus, prout dicemus postea, restituens libertatem. Qui revera tunc temporis tanquam de celo missus est, cum non virtute propria, sed pii prece martyris regni thronum obtinuit et gratiam, in omnibus nos veniens liberare. Nam sicut prescripsimus, cum ipse Fredericus intrasset Alemanniam, vir Dei per spiritum ecclesiam collaudantem audierat in hunc modum: *Nunc scio vere, quia misit Dominus angelum suum* Act. 12, 11. 35 *et eripuit me de manu Herodis.* Porro cum idem Rhenum transivit, exultans ecclesia decantabat: *Angelus Domini descendit de celo.* Orante[a] quoque pro ipso rege beata Odilia, martyr Math. 28, 2 noster eidem in habitu venerando apparuit, quasi sub uno solis radio suam illi manifestans ecclesiam, totam quidem roseam, preciosi scilicet colore sui sanguinis laureatam. Et ab eo hoc accepit responsum: 'Hec est, quam Dominus meo consecravit sanguine; de Ottone quo-40 que ac duce barbaro quam pro me cepit victoriam, ipse perficiet et[b] Fredericum Rhenum transire faciet'. De quo rege, qui postmodum, ut vidimus, factus est a Deo apostata, non ob aliud hic est facta mentio, nisi quia nostre salutem et pacem patrie restituit Dominus per eum, qui in sui regni principio glorie thronum obtinuit ab ecclesia constitutus. Quicumque igitur illi hactenus restiterant, statim Rheno transito, in omnibus subiecerunt se illi sub Aug 45 fidei iuramento[1]. Peragrata autem omni provincia, cum ad introitum[c] venisset Brabantie, sciens dux, quod nullam de commissis consequeretur veniam, si ultra vellet resistere, cauto ductus consilio se cum filio primogenito subdidit per omnia regie ditioni. Quos a suis rex secum abducens finibus, reversus est ad propria, prius tamen, ut premisimus, in omni pacis et libertatis gaudio nostra diocesi restituta. Rex[d] autem ipse post multi intervallum tem-50 poris, proh dolor! sacramentis contradicens fidei, factus est infidelis.

a) *haec paullo ampliavit Aeg.; v. supra p.* 118. b) et — sub fidei iuramento *des. Aeg.* c) interitum 1. d) Rex — infidelis *des. Aeg.*

1) Cf. Reiner. a. 1214, p. 672; Ann. Colon. max. a. 1214, SS. XVII, p. 827. Cf. Winkelmann, l. l. p. 62 sqq.

17. De morte Ottonis et ducis perfidia.

Audito prefatus Otto, quod secum augustus* captivos illos deduceret[a], cum sua coniuge, ducis illius[b] filia, transfugit[c] de Colonia, apud Brunsewik multo tempore commoratus. 1218. Mai. 19. Anno autem gratie 1218, cum in suo deambularet secretario, tantam, ut[d] dicitur[d], sumpsit copiam electuarii laxativi, quod disrupta viscera cogeret ebullire. Quo[e] miserabiliter mortuo, 5 raptus vir Dei in spiritu a conventu candido se vidit circumdatum et se in eorum medio constitutum. Volentibusque illis festum nostri celebrare martyris et in festi principio cantare responsorium: *O Iuda, qui dereliquisti consilium pacis*, stupebat homo Dei, quod in festo tam celebri canticum tam lugubre decantabatur. Intelligens autem per spiritum, quod Domino tale complaceret canticum, ipse quoque cantare pro suo modulo compellitur. Dicebant ergo: *O Iuda, qui dereliquisti consilium pacis et cum Iudeis* 10 cf. Luc. 22, 48 *consiliatus es. Osculo tradis filium hominis ad crucifigendum.* Quod de duce vel Ottone nil obstat intelligi. Derelicto etenim pacis consilio, cum omnibus his qui se paraverant ad perdendum nos isti duo principes consiliati sunt. Et revera sicut Iudas osculo Christum tradidit, ita et dux, dato comiti statim osculo, nostrum fefellit episcopum, tanquam Leodiensem crucifigens ecclesiam, quod et ipsum viro Dei innotuit, quando illi crucifixus apparuit, cum ab illo deberet civitas depredari. Agebatur itaque de beato 15 martyre tanta festivitas, cuius prece et meritis, sicut olim Dodonis, ita nunc Ottonis mulctata sunt viscera. Et qui proditionis dolos aliis inferre paraverant, cogitata iniquitas in eorum interitum redundarat[f]. Tunc fama percrebuit, Ottonem esse mortuum; diem quoque vir beatus computans, eandem esse repperit, in qua ipse previderat hec predicta.

18. Quod bono viro pro premissis adversabantur demones. 20

Supra dictis autem omnibus solutis doloribus, horum auctores scelerum demones contristati, quod viri Dei precibus non possent resistere, pariter conglobati, Domino concedente, in ipsius interitum visi sunt coniurasse. A quorum subtili malitia etiam in corpore passus est molestiam. Nam percussa facies tanquam morbo elephantie graviter intumuit; et ut suo subito lumine privaretur, subtiles aculeos acsi sudes acutissimas illius palpebris impingebant. Ipse vero cum iam solita parare non posset luminaria privatus 25 suo lumine, timens, ne propter hoc divina tractare obmitteret, Tobiamque memorans, pium deprecabatur cf Tob. 2, 13 martyrem et dicebat: 'Pater amantissime, calamitatem hanc libens suscipio, tantum ut michi impetres virtutem et gratiam sufferendi'. Non transiit dies crastina, quin claritatem luminum et perditam salutem reciperet faciei. Volebat autem ipse quendam vetustum et confractum in maiori ecclesia redintegrare thalamum, ut in eo posset patrem orare secretius, sed raptus per spiritum videt illum reparari ab aliis, 30 et ita completum est. His obmissis, qualiter apud Leodium superius descripte victorie inolevit memoria, dum vobis non displiceat, michi non erit tedio, vestre qualicumque calamo exponere sanctitati.

19. Quod apud Leodiensem ecclesiam triumphi de Steppes facta est memoria. 35

1213. A cede barbarorum diocesano revertente exercitu, decretum est ex communi consensu capituli, ut in omni ebdomada apud maiorem ecclesiam beati martyris agatur memoria, sicut et in[d] sabbatis de beata statutum est virgine, prout in libro descripsimus precedenti[1]. Cumque per maiorum incuriam in ebdomada, que post Albas[2] sequitur, hoc intermisisset oblivio, et ipse homo Dei[g], sicut in visu previderat, de predictis clerum argueret, statutum 40 est, ut deinceps, transactis mox festis paschalibus, nunquam in ebdomada omni intermittatur huius sancti patroni memoria, cum suis precibus et meritis a barbarorum iugo sic nos cf. Ex 12, 12. absolvit Dominus, sicut eodem tempore ab Egiptiorum dominio in magno pasche transitu Israel dignatus est liberare. Venit quoque interim ad Dei virum provecta quedam mulier, ob anime sue suorumque remedium terram quam habebat alicui dare volens ecclesie, accepta tamen super hac levi 45 summa pecunie, qua suis erat creditoribus obligata. Cui ille: 'Si terram', inquit, 'istam ad opus luminaris trium sollempnitatum, scilicet nativitatis beate virginis et Katherine martyris et triumphi — quem scripsimus — deputare volueris, presto erit pecunia quam precaris. Consensum mulier viro Dei[h] prebuit et terram suam super aram ecclesie sollempniter reportavit Brevique elapso tempore, mulier super illa donatione penituit et oblatam a viro pecuniam accipere recusavit. Ille autem non intendens avaritie, 50 mulieri reliquit quod dederat. Et de ipsa quam habebat pecunia volebat, quoddam prope ecclesiam sibi parari secretarium; sed cum hoc suo versaret in animo, dolor ille pristinus[i] faciei sue relabitur, de quo, sicut dictum est[k], fuerat liberatus. Intelligens itaque pro predictis sibi iratum martyrem, ipsum, flexis

*) Fredericus *superscripsit Aeg.*

a) duceret 1. b) Brabantini *Aeg.* c) timens fugit *Aeg.* d) *deest* 1. e) *sequentia et cap.* 18. *des. Aeg.* 55
f) redundaret 1, *quod correxi; longe aliter* 2. g) de quo supra mentionem fecimus *inserit Aeg.* h) sacerdoti *Aeg.*
i) d. magnus *Aeg.* k) d. q. antea iam per Dei gratiam *Aeg.*

1) scilicet in libro II. Vitae Odiliae. 2) i. e. post dominicam Quasimodogeniti.

genibus[a], cum lacrimis precabatur, ut eum a presenti molestia eripere dignaretur, et iterum meruit exaudiri. Apparuit[b] autem post predicta per spiritum viro Dei cum vexillo quedam processio, precedentibusque duobus iuvenibus nostri martyris feretrum argenteum gestantibus, unam que propter astabat ecclesiam subintrabat. Illis autem ad terram feretrum submittere conantibus, restitit homo Dei sublatumque
5 de ipsorum manibus gratanter amplexatus est, et, ne a transeuntibus concuti posset, illud idem firmissimo lapidi superponens. Exeuntes autem de ecclesia qui primo intraverant, cum ipsum vellent feretrum ad terram prosternere, vix eorum nisibus homo Dei potuit prevalere. Itaque viri quidam candidi advenisse visi sunt, duplex gestantes feretrum, primum quidem nive candidius, secundum autem candidum, sed per partes guttis sanguineis distillatum. A quorum multitudine celebris sollempnitas agebatur. Ipse vero in
10 se reversus Dei famulus, Deo et beato martyri referebat gratias, qui futura ei tanquam presentia demonstrabant. Hec est autem fidelis interpretatio visionis. Ipsa que cum vexillo ecclesiam intrabat processio cleri et civium erat Leodiensium communio, a quibus prefata victoria in eadem ecclesia, accensis luminaribus, celebrata fuit biennio. Hoc etenim homo Dei diu ante previderat, celebrandam hanc scilicet in futuro victoriam. Duo autem prefati iuvenes, qui feretrum quod portaverant ad terram prosternere
15 voluerunt, cives sunt et clerici, qui factum biennio festum intermittere moliti sunt. Qui autem ipsum excepit manibus, ipse fuit homo Dei lapidi firmissimo superponens, hoc est festum retinens petre illius auxilio, super quam ecclesia fundata est, et in festo procurans sua reditus industria ad luminaria facienda. Exibant autem quidam de ecclesia, ut feretrum prosternerent, quia fuerunt aliqui, qui prefatam victoriam quoque non ascribebant martyri, sed dicebant, nos non debere de nostrorum ruina hostium gratulari.
20 Quibus vir Domini restitit, sic respondens: 'De ruina hostium non gaudemus, sed exuti periculis protectori nostro gratias referimus'. Verumptamen scriptum est: *Letabitur iustus, cum viderit vindictam.* Ps. 57, 11. Sequitur: Viri quidam candidi duplex portantes feretrum supervenisse visi sunt, cum non solum huius festi memoria, sed et beate virginis nativitas necnon et Katherine martyrium annuatim colitur a viro Dei, tribus in his sollempnitatibus luminaribus acquisitis. Nam et ipsum feretrum, quod fuit nive candidius,
25 eius sapit memoriam que lilium inter spinas dicitur: respersum vero sanguine Katherine martyrium representat. Raptus quoque in spiritu iterum homo Dei sepulchrum intuebatur martyris, et per totam ecclesiam luminaria parabantur. Adveniensque martyr ipse piissimus: 'Candele michi', inquit, 'bene placent'. Et hoc dicto, evanuit ab oculis speculantis. In se vero rediens, Dominum in beato martyre collaudabat, qui munus, quod acquisierat, acceptare dignatus est luminarium predictorum.

30 Anno autem 1219. rogatus a duce pontifex ipsa triumphi vigilia intravit ecclesiam, 1219. festum ipsum prohibens ultra fieri, quod iam per septennium fuerat celebratum. Convocatisque maioribus et assensum prebentibus voto suo, sic recessit. Vir autem Domini[c] festum ipsum sic perire non sustinens, ipsa coram omnibus eidem festo luminaria preparabat. Et ut coniectoris veritas probaretur, qui feretrum tangi et pene prosterni previderat, quamplures, qui festum moliebantur
35 destruere, ad eum verba huiusmodi proferebant: 'Utquid hec preparatio luminarium, cum de triumpho hic[d] nulla futura sit mentio'? Quibus ipse: 'Etsi festum non vultis facere, quod luminaria saltem preparem, non debet aliquis prohibere'. Siquidem[e] ipse previderat de turri casum muri penes domum pontificis et iuxta ecclesiam, et demitti ad pulverem signa universa. Et revera pars turris accidisse visa est, cum clerus cum suo pontifice laudes beato martyri, qui eis fuit turris fortitudinis, reddere non volebat.
40 Signaque prostrata sunt, quia cantum martyris intermittere voluerunt. Vidit quoque ipso die beata Odilia demones tanquam stellas nigerrimas in sphera densissima intrare ecclesiam, ut palam confusionem illam cognosceret a demonibus agitatam. In vesperis itaque illo[f] die cum turbatione maxima psalmodia cantata est. Ut autem hymnus insonuit, tante reminiscentes victorie reliquum sinaxis cum suspiriis peregerunt. Et[g] notandum, quod partem turris que civitatem respicit vir Dei cecidisse non viderat, quia cives ponti-
45 fici in hoc nullatenus consensere. Sequenti autem nocte surgit vir Dei ocyus, deprecans Dominum, revelationes quas super hoc festo viderat adimpleri. Pulsatisque ad vigilias signis sollempnibus paratisque luminaribus, festive satis Dei nutu vigilie decantantur. In illius autem diei diluculo cum super his beata Odilia Dominum precaretur, in venerando habitu et sphera clarissima beatus ei martyr apparuit, qui suam subintrans ecclesiam, tetram illam catervam demonum que inibi latitabat procul a loco expulit, mauso-
50 leumque, quod suum corpus continet, illa qua erat circumdatus operuit claritate. Facto igitur mane, clerus unanimiter convenit episcopum, prohibitioni facte nequaquam ultra consentiens; et sic reversus ad ecclesiam, sollempnitatis residuum, hoc est missam et vesperas, celebrius quam potuit executus est. Ex eo autem tempore triumphi huius annua facta est memoria 3. Idus Octobris[h], et licet, prout dictum est, diu pependit in dubio, vicit tamen demonum
55 nequitiam viri Dei precum instantia. Omnisque[i], quam de predictis viderat, secundum suum ordinem visio consummata est, cooperante eo qui servo suo per spiritum futura ostenderat, spiritus ipse Deus, qui cum Patre et Filio vivit et regnat per infinita secula.

a) *deest Aeg.* b) Apparuit — luminarium predictorum *des. Aeg.* c) Sacerdos autem iam dictus *Aeg.* d) hec *Aeg.* e) Siquidem — a demonibus agitatam *des. Aeg.* f) illa *Aeg.* g) Et — signis sollempnibus *des Aeg.* h) *ita 2. Aeg.*;
60 3. Id. O. *des.* 1. i) *sequentia des. Aeg.*

MONUMENTA HISTORIAE VILLARIENSIS.

Monasterium Villariense (Villers) ordinis Cisterciensis in Brabantia, in dioecesi Leodiensi situm[1], *saeculo XII. et XIII. celeberrimum, inter monachos suos etiam eos habuit qui litteris operam dederunt*[2] *et res ibi gestas memoriae tradiderunt. Vita Karoli abbatis, qui annis* 1197—1209. *monasterio praefuit, postea abbatiam Vallis-Dei rexit, non diu post mortem eius scripta videtur; Vita monachi Abundi, visionibus conspicui, etiam eo vivo (obiit a.* 1228*) incepta est*[3]*; Vita Godefridi sacristae fortasse iam antea composita*[4]*; praeterea quidam Vitam Franconis carmine celebrandam suscepit; alius Gesta Goberti enarravit. Ex his subsidiis liber de Gestis sanctorum Villariensium compositus est, cuius prima editio nihil continet quod post medium saeculum XIII. actum est; auctor tamen tempora, quibus 'religio in Villari viguit' et viri clari, Karolus, Conradus post Romanae ecclesiae cardinalis, Gobertus quondam comes Asperimontis, monasterium vel intraverunt vel rexerunt, hoc est prima illius saeculi decennia, remotiora indicat*[5], *'tepeditatem et negligentiam' tunc in ordine vigentem dolens*[6], *quod in annos post medium saeculum XIII. cadit. Karoli vitam sive integram descripsisse (c.* 1*), sive, quod malim, in epitomen redegisse videtur; etiam Vitam Godefridi sacristae (c.* 2*) scriptam invenit; his vero ea addidit quae ex ore maiorum accepit 'ad aedificationem posteriorum', quibus bona exempla proponere fas duxit.*

Eodem fere tempore et eodem animo 'Cronica monasterii Villariensis' condita est. Quam non uni auctori deberi, facile est intellectu. Qui primam partem scripsit Arnulphi abbatis tempore vixit (c. 28*), sepulturae Heinrici ducis Brabantiae a.* 1248. *praesens affuit (c.* 27*). Attamen ne ipsi Arnulpho praecedentia cum Martenio*[7] *tribuas, cave. Nam quod (c.* 17*) scribitur:* permissione nostra visitavit abbatiam de Camera et sic tandem paternitatem amisimus, *de conventu, non de abbate dictum est, ut infra c.* 27: compulit intrare capitulum nostrum. *Alia vero quae scriptorem iam Wilhelmi abbatis tempore vixisse probare putat Martenius, ex libro Thomae Cantepratensis ad verbum descripta sunt. Et sane pauca tantum de illo comperta habet auctor, registrum eius tempore confectum vetustum dicit (c.* 11*), de eius successore Nicolao nihil fere nisi epitaphium et carmen ab ipso compositum refert. Quae alibi narrat partim ex libris Thomae et Caesarii Heisterbacensis, qui saec. XIII. scripserunt, necnon ex Vitis Karoli abbatis, Godefridi sacristae et sancti Dominici*[8] *sumsit, partim 'seniorum relatione didicit'*[9]. *Praeterea chartas monasterii consuluit*[10],

1) Cf. Ianauschek, Orig. Cisterc. p. 87. 2) Iohannes dictus Praecursor, De sanctis c. 12; Arnulphus abbas, Hist. c. 30. 3) V. quae ex praefatione infra exhibui. 4) Chron. c. 7. 5) c. 15, ubi narrat, patres a maioribus inquisivisse, qualis tempore illo monasterii conditio fuerit. 6) c. 8. 7) Eum sequuntur Hist. litér. XXII, p. 696 et Vos, 'Notice sur l'abbaye de Villers', 1867, p. 100 n. 8) c. 8. 7. 9. 9) Cf. Prol. c. 10: *Audivi referri; Narratur de eo;* c. 19: *Audivi etiam de isto venerabili patre.* 10) c. 2. 4. 11.

abbatum epitaphia compluria servavit[1]. *Rebus miraculose gestis nimis immoratur, altiora describere non suae esse simplicitatis professus (c. 11*[2]*). Attamen nonnulla retulit, quae ipsum rerum in monasterio suo et vicinia gestarum bene gnarum ostendunt; praesertim quomodo eius bona tam donationibus quam proprio labore aucta sint, diligenter exposuit. Auctorem eundem esse qui librum de sanctis monasterii composuit haud putarim, hunc paulo ante conscriptum esse persuasus. Quae vero in fine primae partis de annis 20 post Arnulphi abbatis cessionem elapsis leguntur et alia quaedam*[3] *post addita esse videntur.*

Nam alii chronicam hanc longius deduxerunt. Codices qui exstant continuationem ad annum usque 1333. praebent. Haec initio valde brevis et ieiuna, res sub Arnulpho II. abbate gestas ita tradit, ut auctorem ei supparem agnoscas[4]. *Is praesertim de reliquiis monasterii agit*[5], *notis fortasse antea scriptis usus. Qui narrationis telam producendam suscepit, potius rei familiaris rationem habet, de decimis et tributis petitis, de bonis venditis et aliis acquisitis refert, reditus monasterii, donationes et dotationes varias recenset, quae de capellis fundatis sub abbate Iohanne II. litteris commendata erant integra fere inserit, alia ex codice fortasse traditionum recipit, quae magni facienda sunt. Nec seniorum relationes negligit*[6]. *Ubique ita loquitur, ut res monasterii tamquam suas prosequatur*[7], *non tamen abbatis officio functus*[8].

Chronicae hucusque continuatae additus est liber ille de sanctis monasterii. Post vero utrumque opus arctius coniungendum, augendum, sermonem castigandum quidam suscepit. Is librum de sanctis vel, ut ipse ait, de gestis virorum illustrium monasterii Villariensis in duas partes divisit, primum de monachis, post de conversis agens[9], *et hunc praefatione addita Gestis abbatum ita subiecit, ut unum opus efficere viderentur. Et ne ab hoc quidem se abstinuit, quin singula capita ex una parte in alteram seponeret, nonnumquam etiam eadem bis exhiberet. Quam maxime librum de viris illustribus mutavit, capita plerumque aliter disposuit, multa inseruit, Vitas Goberti et Abundi, carmen de Francone, alia. Ubique sermonem, ut sibi videbatur, emendare studuit (*eius *pro* suus, ipse *pro* is, ac *pro* et *et alia eiusmodi in quavis fere linea occurrunt). Quod quo tempore factum sit, ignoramus. Fortasse non ante saeculum XV. monachum Villariensem id egisse putes. Sed mirum sane, quod in codicibus qui hanc exhibent recensionem continuationem ultra annum 1333. nullam adiectam videmus.*

Et diu chronica Villariensis hac caruit. Saeculo XV. exeunte demum abbas Franco, a monacho quodam Villariensi rogatus, 'has chronicas conscribendo prosecutus est'; monachus vero ille, confessor in Argentona et Valle-ducis,

1) c. 9. 21. 22. 2) Cf. praef. p. 99. 3) Verba: *Fertur etiam Summam Raynundi metrice fecisse* vix auctori coaevo conveniunt. 4) Cf. praesertim verba c. 9: *Sed heu! nobis aliter factum est.* Quae de Henrico de Melbroc annotantur vix ita scripsisset qui eum post abbatem Villariensem vidit; neque c. 11. eadem fere repetisset quae c. 9. dicta erant. Si vero ita statuas quae antea scripta sunt: *Referuntur circa idem tempus fuisse in Villari centum monachi et treceenti conversi,* quae glossam sapiunt, post inserta esse statuas oportet. 5) c. 1. 4. 6. 6) c. 19: *sicut seniorum nostrorum relatione didicimus; sicut quidam de senioribus nostris retulerunt; alii dicunt;* c. 20: *Fertur etiam nobis dedisse.* 7) c. 13: *exegit a nobis;* c. 14: *vendidimus;* c. 16: *talliam nobis impositam; exivimus domum nostram; recepimus;* c. 19: *seniores nostri et praedecessores;* c. 22: *obligati essemus;* c. 23: *nec personae nostrae nec bona nostra . . . obligabamur in debitis et in pensionibus annuis.* 8) c. 24. de abbatis Iohannis electione a. 1333. refert: *convenimus . . . elegimus,* et ita libro finem dedit. 9) Non tamen duos libros effecit, neque Martene recte dixit, codicem Dunensem historiam Villariensem in tres libros distinctam continere. Sed alibi hanc divisionem reperiri, infra monemus.

cuius nomen latet, de ipso Francone pauca addidit[1], *ita ut ad annum usque* 1485. *gesta sint deducta, initio brevius scripta, cum Franco nihil fere nisi epitaphia invenerit, postea eodem fere modo quo liber inceptus erat.*

Denique saec. XVII. liber chronicorum Villariensium denuo recensitus est et continuatus, ut codices ostendunt mox afferendi. Inter quos nullum esse qui ad primae partis aetatem ascendat, valde est dolendum.

Genuinam libri formam nunc solus exhibet

1) *Codex Bruxellensis Nr.* 6413 (6410—6416), *olim Gemblacensis, chart. s. XVII (de quo cf. Arch. VIII, p.* 501, *ubi saec. XV. adscribitur).*

Eiusdem generis codex fuit Bonifontis ('Bonne-Fontaine-en-Thierasche'), quem Martenius editioni fundamentum posuit, sed ita ut in libro de sanctis praesertim alterum Dunensem sequeretur.

Secundae recensionis sunt:

2a) *Codex bibliothecae Parisiensis 'Arsenal' dictae Nr.* 1067 *(antea Hist.* 35), *olim 'fratrum de Korssendonck' prope Turnhout*[2], *a.* 1479. *in charta exaratus (Arch. VIII, p.* 357).

2b) *Codex Brugensis Nr.* 425, *membr. s. XVI, olim Dunensis, in eodem volumine quo chronicon Watinense continetur.*

2c) *Codex Bruxellensis Nr.* 7776, *chart. s. XVIII. ex ms. Rubeaevallis ('Raucloistre') descriptus; additur kalendarium beatorum Villariensium et continuatio post a.* 1333. *aucta et mutata* — 1620, *ex codice Villariensi s. XVII. et Vita Goberti ex eodem sumta, haec, ut videtur, ex Vita Abundi interpolata.*

2c') *Codex Bruxellensis Nr.* 16584, *chart. s. XVIII, ex* 2c. *descriptus.*

2d) *Codex monasterii Averboden Nr. XVII, chart. fol. saec. XVII.*

Libri 2a—2d. *plerumque inter se concordant, ita vero, ut ad aliud exemplar recedant.*

3) *Codex Londiniensis Musaei Britannici Nr.* 25053 *(olim V. D. Th. de Ionghe; v. Arch. VIII, p.* 548), *chart. s. XVII, tertiam exhibet recensionem cum continuatione* — 1620. *f.* 42'. Sequuntur miracula b. Marie virginis in sacello Montis-acuti in Villario honoratae, *Gallice scripta; f.* 61'. *altera continuatio* — 1666; *f.* 66. Liber secundus. De gestis virorum illustrium Villariensium; *f.* 84. Incipit liber tertius de conversis.

Idem opus fuisse videtur quod a. 1712. *scribae codicis* 2c *e monasterio Villariensi commodatum est*[3].

Breve fragmentum exhibet Cod. Bruxellensis Nr. 4459—4470, *membr. s. XIV, a barone de Reiffenberg editum ('Annuaire'* 1846, *p.* 114). *Integram vero libri editionem dedit Martene (Thesaur. anecdot. III, p.* 1269 *sqq.), satis negligenter libris manuscriptis usus*[4].

1) Cont. III, c. 1, ubi quidam suus religiosus dicitur, qui Cont. IV. se monachum Villariensem, protunc confessorem Vallis-ducis, profitetur. 2) In primo folio hi leguntur versus:

Anthonii liber iste manu est Bergensis aratus,
Pro mercede cui Dominus det gaudia celi!
In quibus erravit scriptor veniam sibi poscit,
Nam festina manus viciis obnoxia constat.

3) Ibi enim ita legitur: *Anno autem* 1712. *accepimus e monasterio Villariensi commodatum ad tempus chronicon eiusdem loci sub hoc titulo: 'Chronica celeberrimi monasterii beatae Mariae de Villari in Brabantia in tres libros distincta, quorum primus omnium abbatum gesta, secundus beatorum monachorum praeclara acta, tertius beatorum fratrum conversorum laudabiles vitas continet'. Quod chronicon idem est cum nostro, descriptum anno* 1650. *a monacho eiusdem monasterii, qui sub finem indicat nomen suum his litteris E R, mutavit tamen hic et praetermisit nonnulla quae in nostro leguntur; addidit etiam aliqua quae post annum* 1333. *contigerunt, praesertim successionem abbatum et kalendarium beatorum cum diebus annotatorum, quae in huc translata sunt.* 4) Nonnumquam binas recensiones ex arbitrio coniunxisse videtur.

Novam editionem paraturus codicem Brugensem et Bruxellensem 1 a Ioh. Heller nostro, Parisiensis primam partem a V. Cl. A. Molinier cum editis comparari feci. Lectiones codicum 2 ut integras afferrem, aegre a me obtinui, et lectores monitos volo, in libro de gestis sanctorum edendo, ubi 2 notatur, solum 2^b adhibitum esse; neque hunc librum integrum exhibendum duxi, sed ea resecui quae ad historiam et mores eius temporis cognoscendos nihil facere videbantur, alia minoribus litteris exprimi iussi. Notas quas adieci, praesertim topographicas, magnam partem libro quem V. Cl. Wauters de historia monasterii publici iuris fecit[1] debeo. *G. W.*

CRONICA[a] VILLARIENSIS MONASTERII.

[Incipit[b] prohemium in cronicam venerabilium abbatum Villariensium[c]].

Necessarium reor militaturis Deo in cenobio Villariensi diligenter describere, qualiter ordo ibidem viguit, quamque copiosa benedictione persone domus huius complute[d] fuerint, sicut seniorum nostrorum relatione didicimus, quatinus hii quos in seculis superventuris divina gratia ad monasterium Villariense vocare dignabitur, si hanc[e] parvitatis nostre paginam legere dignum duxerint, considerantes quam nobili regum mamilla lactati sint, erubescant filii degeneres inveniri.

Explicit[f] prohemium.

Incipit cronica[g].

1. Cum aliquando sanctus Bernardus causa predicationis Brabantiam[h] intrasset, ut fructum aliquem in ea acquireret, sicut et in ceteris gentibus, cenobium Haffligeniense[2] adiit, duos sermones ibidem faciens; in cuius memoriam baculum, in quo consueverat sustentare inbecilles artus[i], Haffligenienses conservare referuntur[k]. Sed cum eos ordini Cisterciensi adunare voluisset, nec valuisset, cenobium Gemblacense[l] intravit, et caritative in eo susceptus, casulam suam, que adhuc ibi est, in eo dimisit; et cum inde transiret et oris conventus Funiacensis[3] approximasset, exoratus a quibusdam personis, ut ad partes Brabantie conventum unum transmitteret, se facturum repromisit. Et cum Claram-vallem[m] ingressus esset, sponsionis sue memor, 12 monachos cum abbate tercio decimo et quinque conversis, data eis benedictione, huc transmisit[4]. Et[n] post octavas pasche a Clara-valle exeuntes et per filias Clare-vallis descendentes, a confratribus suis prospera eis tunc deprecantibus[o] suscepti[p] sunt, et acceptis vite et vie necessariis, post dulcia vite colloquia abeuntes, Brabantiam attigerunt; et prima nocte hospitati sunt apud virum[q] honestum, cui non erat heres, sed uxor valde honesta. Cena autem facta[r] ibidem et completorio decantato, summo cum silentio abbas et fratres sui sopori[s] se dederunt; et cum modice pausassent, surgentes, vigilias regulariter et[t] valde morose cecinerunt. Quod audientes homines illi apud quos hospitati sunt, compuncti se et sua in manibus eorum dederunt, et appellatur locus ille[u] Gemioutrahum[v,5] usque in hunc[w] diem, adiacens nove curie, et ipsius initium quod Thorinis[6] vocabatur; et inde procedentes, consederunt iuxta fontem Goddiarch[x], acquirentes ibidem octo bonaria terre arabilis et quedam alia loca indirecta et inculta modice[y] valentia. Eratque tunc quasi tota terra circumiacens fere usque ad[z] Nivellam invia, silvestris et nemorosa. Ibique constructo monasterio et[a] oratorio, quieverunt, abbatizante in eo loco viro ferventi et disciplinato domno Laurentio anno Domini 1146[b], secundo anno Eugenii pape tercii, secundo[c] anno Henrici Leodiensis episcopi secundi, quarto vero anno

a) *ita* 2. b) *ita* 2. c) Vilar. 2 *semper.* d) completae *Hist.* è) in hanc 2. f) Expl. pr. *et alia rubra des.* 1. g) et primo de origine monasterii Vilariensis *add.* 2. Explicit. Incipit prologus in librum de gestis virorum illustrium Villariensium. Inquisivimus a maioribus nostris — secula seculorum amen. *f.* 5: De origine monasterii Villariensis et de abbatibus cap. I. *Hist.* h) Brabantias 2^a. i) arte 2^a. k) fer. 2. l) Gemblasense 2^a. m) Claremv. 2^a; Clarev. 2^d. n) Qui 2. o) impr. 2. p) c(h)aritative susc. 2. *Hist.* q) v. quendam 2. *Hist.* r) i. f. 2. s) sòpore 2^a. t) atque 2. u) *deest* 2^b. v) Gemyoutrahum 2^a; Gemioutragun *Hist.* w) hodiernum 2. x) Godiarch 1. y) ac m. 2. z) *deest* 2^a. a) ac 2^b. b) 1147. 2. c) et s. 2.

1) 'L'ancienne abbaye de Villers', Brux. 1868. 8. 2) Affligbem. 3) Foigny, dioec. Laudunensis. 4) Ita etiam Sigeberti cont. Valcellensis, SS. VI, p. 460. 5) Gemioncourt, ut videtur (Wauters p. 8 n.). 6) *Tomines* in charta Innocentii IV, Wauters p. 22 n., memoratur.

Godefridi[a] ducis Brabantie tercii, etatis vero sue anno quinto. Cum autem domnus Laurentius uno anno abbatizasset, cessit, et factus est domnus Giraldus[b] abbas Villariensis secundus[c].

2. Hic[d] ipso creationis sue anno fecit muniri locum et possessiones nostras per Eugenium papam[1]. Cum autem in loco illo per aliquod tempus stetissent, tantam ibidem[e] inopiam pertulerunt, quod domum Clare-vallis repetere deliberaverunt[f]. Quo audito, sanctus Bernardus superveniens, consolatur dilectos filios suos super pusillanimitate eorum. Cum[g] sanctus Bernardus locum ipsum et fratres visitasset et fontem loci illius benedixisset, perpendens eos pati defectum fluentis aque, hortatur eos[h] descendere in hanc vallem in qua sedemus, predicens, plurimos esse salvandos in hoc loco horroris et vaste solitudinis. Quo audito, hunc locum ad inhabitandum elegerunt, adnichilato et renunciato omni iure, quod in isto loco tamquam in libero allodio abbas de Florines[i, 2] Wasselinus nomine et alii se habere dicebant; construentesque[k] oratorium lapideum et domum contiguam pro refectorio et dormitorio, que adhuc supersunt, de die in diem proficere ceperunt.

3. Cum autem domnus Giraldus cessisset, factus est domnus Fastradus tercius abbas Villariensis. Et hii duo fere quinque annis abbatizaverunt; sed cum anno Domini 1151. sanctus Bernardus hunc locum visitasset et divina in oratorio celebrasset, facta convocatione multorum abbatum Remis, sedavit ibidem controversiam ortam inter nos et ecclesiam sancti Foillani[l, 3]; que secundario fuit confirmata per domnum Robertum secundum abbatem Clare-vallis anno[m] Domini 1154.

4. Domnus Odolinus[n] quartus abbas Villariensis, vir totus Deo deditus, abbatizavit anno Domini 1153, confirmari faciens abbatiam istam per domnum Heinricum[o] secundum Leodiensis[p] civitatis episcopum et per domnum Godefridum ducem Brabantie[q] secundo anno Frederici regis. Tempore illo data sunt nobis ab ecclesia Nivellensi ad petitionem sancti Bernardi 100 bonaria terre inculte, et inita est confraternitas ad invicem. Inivimus etiam confraternitatem cum ecclesia de Florines anno Domini 1158, tempore Godefridi ducis Lothoringie, mediante domno Fastredo[r] abbate Clare-vallis tunc nos visitante[s]. Cum autem[t] domnus Odolinus fere septem annis strennue prefuisset et plantare incepisset[u] curiam de Hemelemont[4] et Kessart, cessit.

5. Cui[v] successit domnus Ulricus quintus abbas Villariensis, Alemannus[w] natione, homo[x] prudens et providus, abbatizavitque[y] anno Domini 1160, contrahens fraternitatem cum ecclesia Haffligeniensi[y'] et Lossensi[5]. Tempore eius[z] fuit prior nonnus Bonifacius, Clarevallensis quondam monachus, et unus de primis, cuius ossa sunt reposita retro cancellum maioris altaris. Hic[a] 24 annis strennue abbatizavit, plantare incipiens curias de Scoten[6] et Sart-Resbarbe[7] et Hex[b, 8], quam Agnes comitissa de Loes[c] nobis dedit[9], nil iuris sibi vel heredibus suis in allodio illo retinens. Ipse[d] impetrans privilegia plura a summo pontifice Alexandro[10], fecit confirmari locum nostrum et bona nostra per eundem papam et per domnum Philippum[e] archiepiscopum Coloniensis ecclesie et per capitulum eiusdem ecclesie et per capitulum[11] Sancti Lamberti et Godefridum ducem Lothoringie[12]. Et[f] cum cessisset, Vacellis[13] profectus[g], ibidem plenus dierum[h] mortuus est.*

*) 2 *et ed. add. quae infra in libro de Sanctis c. 7. leguntur:* Scribit de eo domnus[i] Iohannes Cameracensis episcopus[i] sic: *Ulricus quondam abbas in Villari fuit homo plenus dierum* et c.[k]

a) principatus d. B. Godefridi huius nominis t. q e. ipsius (eius 2[d]) anno 2 (a. q. e. i. 2[b]). b) Gy(i)roldus 2, *et ita postea.* c) *deest* 2[b]. d) *ita distinguit* 1. e) inop. ib. 2. f) decreverunt ac del. 2. g) Cumque s. pater B. 2. h) ipsos 2. i) Florinis Vass. 1. k) constr. — ceperunt *des.* 2[a]. l) F. martyris 2. m) a. D. *des.* 2[a]. n) Odel. 1 *semper.* o) Henr. 1. p) Leodiensem ep. 2[d]. q tercium huius nominis *add.* 2. r) Fastrado 1. s) visitando 2[a. d]. t) *deest* 2. u) cep. 2. v) C. s. *des.* 2. w) A. n. *des.* 2. x) vir 2. y) que *deest* 2. y') Hafflighehenieosi 2[a]. z) ipsius 2[a. b. c]; istius 2[d]. a) domnus Ulricus *add.* 2, *ubi* st. abb. 24 a. b) Her *ed.* 1?. c) Los 2. d) Iste 2. e) Ph Coloniensem a. 2. f) qui 2. g) professus 2. h) pl. d. *des.* 2. i) *deest* 2[d]. k) et fame suaveolentis *add.* 2.

1) Wauters p. 10 n. 2) Florennes. 3) Saint-Feuillen; cf. Bernhardi epist. 253, Op. ed. Bened. I, p. 253. 4) Mellemont et Chessart. 5) Los prope Lille. 6) Schooten; cf. chartam ducis Godefridi, Wauters, 'Table' II, p. 429. 7) Sart-Risbart; quae etiam Lompreit dicitur. 8) Hez. 9) Aliam eius chartam recenset Wauters l. l. p. 549. 10) Quae recenset Wauters p. 18. ex chartulario Villariensi. 11) id est ecclesiae Leodiensis, quae sanctum Lambertum episcopum et martyrem precipuum agnoscit patronum. MART. 12) Alia ducis Heinrici confirmatio exstat ap. Miraeum I, p. 287. 13) Vaucelles, dioec. Cameracensis.

6. Domnus Gerardus[a] sextus abbas Villariensis, homo mire abstinentie, abbatizavit anno Domini 1185, plantare incipiens curiam de Fleppe olim dictam Belfay[1]. Hic vero sex annis prefuit cessitque.

7. Cui successit domnus Willielmus[b] septimus abbas Villariensis abbatizavitque anno Domini 1191. Hic 7 annis[c] prefuit, plantare incipiens ac[d] acquirens curiam de Duys et bona de Fimay[e]. Sub ipso fuit prior nonnus Cesarius, de quo scribitur in vita domni Godefridi sacriste reconditi retro cancellum maioris altaris[2]; de[f] quo etiam Cesarius laudabilia scribit[g] in suo tractatu[3]. Et hic venerabilis pater, antequam abbatizaret, fertur fuisse prior in Heisterbach[h].

8. Istoque cedente, electus est domnus Karolus octavus abbas Villariensis, quondam miles in seculo, frater[i] comitis de Seyne, ut eius vita plenius testatur[4], professus in Hemmerode[k]. Abbatizavit[l] anno Domini 1197. Hic 12 annis prefuit, et huic commissa est paternitas in Camera[5] iuxta Bruxellam. Domnus[m] Karolus audiens se electum in Villari, non se obtulit inquisitus[n], sed diffugit[o], timens, ex hac promotione anime sue periculum imminere; asserens, quod non ad libertates accipiendas ad ordinem venerat, sed potius ad deflendum, quod tantas in seculo habuerat. Aufugit et latuit quamdiu potuit, quousque post capitulum generale per sententiam onus oblatum compulsus est suscipere. Venit itaque in[p] Villare, non solum Villariensibus, sed et[p] toti terre acceptus, et secundum datam sibi sapientiam profectui domus sibi commisse in temporalibus et in spiritualibus providit. Non invenit nisi domunculas stramineas et quasi tuguria[q] pastorum, et in brevi edificavit duo dormitoria lapidea monachis et conversis et quasdam alias officinas, auxit conventum monachis et conversis, grangias edificiis et terris. Scivit se coaptare omnibus et conformare, et per hoc nobiles et ignobiles de vana[r] seculi conversatione extraxit et per Dei gratiam in claustrum Villariense induxit, domnum[s] Portuensem episcopum Conrardum, qui ei successit in officio abbatis, et[t] alios quam plures, — postea assumptus[6] in Claram-vallem, a Clara-valle in Cistercium, a Cistercio[u] in episcopum Portuensem de precepto domni pape[v]. Cum itaque domnus Karolus carus in officio et acceptus haberetur omnibus[w], sibi soli in eo displicuit, cum omni instantia, quotiens se obtulit grata occasio, a domno Clarevallensi petens absolvi, timens pro onere gravi suis humeris imposito. Asserebat, se debere[x] reddere rationem in horrendo iudicio[y] pro grege sibi commisso, inde dolens et gemens, quod desiderio suo non satisfaciebat[z]. Grangiam de Querceto, nobile membrum ecclesie, de novo edificavit; bona de Louringe adiutorio Dei et multa alia non solum circa grangias, sed et in locis sparsis nobis acquisivit in[a] suo labore. Numquam in diebus suis bonarium terre, numquam plaustratam[b] ligni vendi permisit, sacrilegium iudicans, si quod ecclesie datum erat ab ecclesia removeret. Adiuvante eum gratia Dei, domum sine gravi debito tenuit et aliis ecclesiis fere ad 600[c] marchas in diebus suis concessit. Et[d] multa gratia, quam apud nobiles habuit, vinee circa Renum et Mosellam nobis gratis sunt tradite, piscatura[e] in Sambria in[f] opus divini officii et solacium infirmorum, redditus[g] in Durdrecht[h]. Hoc mirandum[i] in eo, cum tam incomparabilis gratie apud[k] omnes esset, quod[l] tenacissimus tamen[m] conservator rerum domus sue erat[n], semper de acquirendo sollicitus, numquam de erogando militibus et tyrannis, ad quos manus semper contractas habebat; qui pauperibus et desolatis larga semper manu subveniebat, in huiusmodi pius[o] et discretus. Cum multa de eo[p] dici possint, unum est quo specialius commendari potest: quod numquam ex quo intravit ordinem sol occidit super iracundiam suam[q]; sed cogitans, quod voto monastico alligatus erat, omnes excessus in se commissos benigna facilitate remisit, puritati conscientie et cordis tranquillitati intendens. Singularem gratiam ei Dominus[r] dederat, quod a magnis et parvis, a principibus terre et eis assistentibus singulari et[s] speciali amplexaretur affectu; et in magnis eorum consiliis acceptissimus erat, cum numquam illis interesse vellet, ubi contra Deum et sacre religionis honestatem ageretur[t]. Post multos labores et sudores, quos in Villari pertulerat, a domno Clarevallensi[u] cum multa instantia obtinuit absolutionem officii sui, quod semper grave nimis iudicabat, et in quo numquam solo[v] die sine timore fuit maximo, timens sibi pro reddenda ratione animarum sibi commissarum in novissima horrenda discussione. Quod quidem abbas Clare-vallis[w] concessit invitus, utpote quem sibi[x] in summis negotiis suis maxime necessarium[y] probaverat. Unde dixit: 'Homo iste a summis principibus honoratur, terre in qua habitat acceptus et dilectus, conventui[z] suo carus et necessarius. Domus sua[a] sub eo profecit plurimum in edificiis construendis et possessionibus acquirendis, et quod est[b] amplius, vigor religionis sub eo non deferbuit; sed et magnas et honoratas personas per Dei gratiam suo conventui congregavit. Attamen, devicto me, nec diutius in abbatis officio ipsum possum detinere'. Absolutus itaque rediit Hemmerode[c] ad iocundos Rachelis amplexus, ibi[d] latere volens et id quod supererat vite sue in Dei[e] servitio expendere in disciplina claustrali. Sed in abbatia sancte Agathe monialium ordinis nostri diem clausit extremum.

G. S. c. 1

cf. ibid.

a) Gher. 2a. b) Guilhelmus 2. c) *deest* 2a. d. d) et 2. e) Fymai 2; Fymay *ed.* f) de — tractatu *des.* 2a. g) in s. sc. 2. h) Heyst. 2. *ed.* i) et f. 2. k) Ammenrode 1; Hermerode *ed.* l) que *add.* 2. m) Hic d. 2. n) req. 2. o) beate Marie *add.* 2. p) *deest* 1. q) tugura 1. r) s. v. 2. s) d. scilicet 2. t) et al. quam plures *hoc loco des.* 2; *sed cf. G. Sanct. c.* 1. u) de precepto domini pape *hoc loco add.* 2. v) et alios quam plures *hoc loco add.* 2. w) ab o. 2. x) *deest* 1. 2a. d. *ed.* y) Dei i. 2. z) satisfiebat 2. a) *deest* 2. b) plaustrum 2. c) dc 1; decem 2. d) Ex 1. e) cum (?) p. 2a; in p. 2c. f) ad 2a. d. g) et r. 2. h) Dordraco 2. i) mirando 1; m. in eo visum fuit quod 2. k) ap. o. *des.* 2c, *ubi* fuerit. l) *deest hoc loco* 2. m) c. t. 2b. n) d. fuerat 1; d. s. fuit s. 2. o) semper pius 2d. p) ipso 2a. b. c. q) eius 2. r) D. ei 1. s) ac 2a. b. c. t) aliquid ag. 2. u) Clarav. 2b. v) sola 1. w) *deest* 2b. x) inprimis *add.* 2d. y) pr. esse n. 2. z) domui sue 2. a) eius 2. b) a. est 2b. c) Hemrode 1. d) et i. 2a. e) s. D. 2.

1) Beaufays. 2) Gesta Sanctorum c. 2, ubi narratur, Godefridum moribundem vidisse 'duas reverendi habitus personas, patrem scilicet Cesarium proxime defunctum et alium domnum Godefridum'. 3) Caesarii Heisterbacensis dialogorum libros intelligere videtur, ubi I, 35. de Godefrido monacho et sacrista Villariensi agitur; ibique Karolus, post Wilhelmum abbas, antea prior Heisterbacensis dicitur. 4) V. G. Sanctorum c. 1, ex quibus sequentia sumta sunt. 5) La Cambre. 6) scilicet Conradus.

9. Nonus abbas Villariensis domnus[a] Conrardus, filius comitis de Seyne[1], abbatizavit anno Domini 1209. Hic quidem nobilis genere, sed longe nobilior virtutum generositate fuit. Cum[b] esset unus de maioribus canonicis ecclesie[c] sancti Lamberti, artioris vite desiderio tactus, valefaciens seculo, habitum religionis in monasterio Villariensi suscepit sub venerando patre nostro domno Karolo, plus appetens pro Christo domino humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis. (cf. Prov. 16, 19) Hic homo Dei elapso probationis sue tempore factus prior, officium sibi iniunctum discrete amministravit; et post[d] parvo temporis spacio elapso, merito religionis et prudentie abbas factus[e] est nobis. Cum autem illo in tempore vacasset sedes Leodiensis, (1200.) aliqui canonicorum eum in presulem elegerunt[2], sed alii resistentes dixerunt, quod ecclesia Leodiensis non indigeret presule cucullato. Sed cum domus sub tanto pastore proficeret in temporalibus et spiritualibus[f], a nobis abstrahitur non sine lacrimis et gemitu et in abbatem Clare-vallis eligitur. Cumque fideliter amministraret regimen domus illius, Dominus eum[g] maiori karismatum gratia sublimare decrevit; nempe maturiori[h] iam etate, virtutibusque in[i] habitum versis, abbas Cistercii effectus est. (1214.) Cumque fama virtutum eius[k] et probitatum eius ubique crebresceret, in cardinalem assumptus, tamquam murum ereum se pro ordine posuit, et in tanta dignitate positus[l] recordatus cenobii Villariensis, in quo imbiberat spiritum compunctionis et religionis, transmisit ibidem imaginem beate virginis ex auro et argento valde preciosam cum duabus dalmaticis et casula et[m] aliis insigniis pontificalibus, que adhuc apud nos sunt. Scribitur etiam de isto reverendo patre in vita beati Dominici[n, 3] in hec verba: *Accidit etiam[o] quodam alio tempore, ut quidam apostolice sedis legatus, episcopus videlicet Portuensis Conrardus nomine, vir religiosus de ordine Cisterciensi, Bononiam advenisset. hic ad domum fratrum Predicatorum[p] veniens[q], debito cum honore susceptus est. Quedam autem hesitatio de hoc ordine, quare scilicet et[r] ad quid esset inceptus[s], menti eius cepit irrepere. Residens ergo[t] in ecclesia fratrum, librum aliquem petiit; oblatus[u] est ei liber missalis, quem facto signo crucis aperiens, in superiori[v] primi folii, sicut in animo suo destinaverat, parte[w] legit: 'laudare, benedicere et predicare'; quo tamquam celitus emisso responso statim[x] exhilaratus, omnem a se dubietatis scrupulum iam certus abiecit seseque[y] fratribus et[z] totaliter et devotissime commendavit.*

Cumque strennue officium legationis[a] perageret, Maguntiam devenit, ibique celebrato solempni concilio, edidit hoc decretum[4]:

Licet contra refrenandos insidiatores pudicitie sanctarum virginum pene gravissime sint statute tam canonice quam legales, quidam[b], laxatis voluptatis habenis, in lacum miserie et[c] in lutum fecis se immergunt, ut obliti salutis eterne, normam honestatis temerantes, earum pudicitiam interpolare[d] presumant; contra quos terminum rigoris opponimus, statuentes, ut, quicumque pudicitiam monialium cuiuscumque habitus[e] ausu[e'] sacrilego sollicitare presumpserit, ab officio, si clericus fuerit, si laicus, a perceptione corporis Domini se noverit suspensum. Qui vero sacrilegum carnis commercium cum talibus habuerit, ipso facto excommunicationis sententia se noverit innodatum, monialis vero seu canonica, que huiusmodi crimen flagitiosum perpetraverit, ulterius ad officium aliquod in monasterio nullatenus admittatur, sed in signum iniquitatis sue ultima tam in claustro remaneat quam in choro.

(1227.) Eo tempore mortuo domno papa, cardinales consentire[f] non valentes in electionem[g], compromiserunt in duos cardinales et in hunc reverendum patrem[h, 5]; ipse[i] electus ab hiis duobus: 'Absit', inquit, 'quod[k] dicatur, quod ego elegerim[l] me in papam'; et sic alius electus est. Cum autem morti appropinquaret hic homo Dei, audi quid dixerit, tu qui portas pondus diei et estus in Villari et gemis sub onere! 'Utinam', inquit, 'usque in hanc horam in Villari sub disciplina regulari[m] vixissem et cum coquine ebdomadariis ibidem scutellas abluissem'; et sic compunctus obdormivit in Domino. Et[z] etiam scribitur de eo[n] in libro qui intitulatur Universale bonum[o, 6]: *Vidimus venerabilem Conrardum, virum nobilissimum, primo abbatem Villariensem, postea Cisterciensem, demum Romane[p] curie cardinalem, qui in amministratione prelationis sue mirabili sagacitate vigebat, nichilominus tamen deditum contemplationi divine, quotienscumque vacare poterat sibi soli[q]. In tanto enim moderamine rerum animum spiritui servire coegerat, ut nunc ad libitum causis secularibus, nunc spiritualibus omnino deditum, ex hoc in hoc libere transiens, inclinaret. De hoc viro excellentissimo illud dictu mirabile ab abbate Villariensi Wilhelmo[r]*

a) *deest* 2c. b) Cumque 2b. c. c) *post add.* 2c. d. d) postea 2. e) est f. 2a. c. f) in sp. 2b. g) m. e. g. k. 2a. b. d; e. m g. k. 2c. h) maiori 2a. i) iam in 2b. k) *deest* 2b. c. — ac 2b. l) constitutus 2. m) atque 2. n) D. confessoris 2. o) autem 2a. d; quo a. 2a. p) Dominicanorum 2c. q) adveniens 2. r) *deest* 2a; id est 2b. c, idem 2d. s) sive institutus *add.* 2. t) igitur 2. u) et oblatus 2b. c. v) s. parte 2a. b. c; ap. superiori parti 2d. w) *deest h. l.* 2. x) *deest* 2a. y) seque 2. z) *deest* 2. a) *deest* 2d. b) q. tamen l. h. v. 2. c) 2 *add. in marg.*: Contra violatores monialium. d) interpellare 1. *ed.*; interpollare 2a. e) habitu 2a. e') haustu 2a. b. f) concordare 2a. b. g) electione 2b. c. h) *deest* 2d. i) et i. 2. k) ut 2b. c. l) me ipsum el. 2. m) v. r. 2a. c. n) ipso 2. o) hoc modo *add.* 2. p) ecclesie *add.* 2a. d. q) exhibebat *add.* 1? *ed.* r) Guilh. 2.

1) Quod falsum esse constat; cf. Roth v. Schreckenstein, 'Forschungen' VII, p. 322. Recte eius originem e domo comitum de Urach indicat Albricus, SS. XXIII, p. 851 sq. 2) Cf. Albric. l. l. p. 878. 3) Vita altera ap. Quetif et Echard, SS. Praed. I, p. 29. 4) Conc. German. a. 1225, c. 13, Mansi XXIII, p. 6. 5) Cf. Roth v. Schreckenstein l. l. 6) Thomae Cantipratensis I, 9.

probatissima veritate cognovi, quod digiti manuum eius, quos in consecrationem[a] corporis Christi extendebat[b], ad studium et inspectionem librorum nocte instar candelarum in tenebris relucebant. De isto etiam venerabili Conrardo indubitabili fide suscepimus, quod, cum existens in partibus Brabantie tumulum beate mulieris Marie de Oygnis[c] sedulus visitaret, intempeste noctis silentio, cum oraret, vidit in[d] spiritu ipsam Dei famulam flexis genibus pro se Dominum[e] exorantem et post oratio-
5 *nem[f] eius labores et sollicitudinem dulciter consolantem.* Hic sequitur epitaphium eius:

Vive, vide, fida, ne fide fidatur in evo!
Quo vireas caro, quo vireas, quo pingere nevo
Spica senum, culmus iuvenum, sed et indolis[g] herba,
Impariter[h], sed par pariter sunt messis ac[i] herba.
10 *Conrardum tot in alta gradum firmasse reclusum*
Cerne, solo feriante, colo iam pendere fusum,
Iam neque net nec aratra tenet, cum premia cernat.
Precipuus flos, Roma, tuus super ethera vernat.
Planta ducum Villare nucum descendit in hortum[k];
15 *Dehinc vacuum, Bernarde, tuum transfertur ad hortum;*
Mox matris pater, immo patris pater ordinis esse
Promeruit, demum meruit tibi, papa, coesse.
Pape conradians[l] Conrardus, ei quasi soli
Luna rotunda fuit; tibi testis, Roma, fidelis.
20 *Hispida conrasit Conrardus corpora, barbam*
Ordinis, imperii collum Romeque coronam.
In claustro Daniel, Noe Portus pontificatu,
Imperioque Ioseph, modo Beniamin in paradiso.
Anno milleno bis centeno trinoveno
25 *Luce tua celis manu[m] hunc sepelis Michaelis[1].* 1227.

10. Decimus abbas Villariensis nonnus[n] Walterus, de Traiecto inferiori ex illustri prosapia oriundus, abbatizavit anno Domini 1214. Hic septem annis abbatizans et parum amplius, plantare cepit curias de Gerovilleer[o, 2] et Dipenbeke[p]. Huic commissa est paternitas in domo de Banc[3]. Hec[q] verba fertur dixisse in collatione quadam: 'Iusto iudicio Deus dimittit[r]
30 hominem cadere in peccatis que numquam cogniturus est, quia ea que novit non cavit[s]; quanto homo Deum ardentius amat, tanto clarius peccata sua videt et mala pati desiderat. Ut acquiratur timor Dei, qui valde utilis est, duo consideranda sunt[t]: presentia Dei et mors. Diabolicus timor est, quando homo peccatum timet et non cavet. Sanctus[u] timor est, quando homo timet de bonis que agit, quod non fuerint[v], sicut iuste fieri deberent. Iste[w] timor omnia purificat. Tam magnum peccatum quisque facit cum
35 peccat, quam[x] in conscientia sua esse iudicat; iudicio conscientie post perpetrationem nec maius nec minus fit; humilitate tamen illa deletur'. Pater iste venerabilis mirabiliter totus igne caritatis accensus et totus in Deo absorbtus[y], nil aliud in[z] mundo desiderabat, nisi homines ad religionem adducere et monasteria virginum fundare; cumque plurimas domos monialium nostri ordinis[a] in diocesim Leodiensem[b] plantasset, tandem perpendit, se satis fore onustum
40 in regimine proprii monasterii. Sciens insuper, quod, si dispergeret[c] per claustra monialium pro confessionibus audiendis seniores domus sue zelantes ordinem et lucentes verbo[d] et exemplo iunioribus, quod forte iuvenes insolescerent et disciplina minueretur, resignavit ius paternitatis de octo domibus in manu[e] domni Cisterciensis, deinceps maiorem sollicitudinem suis impendens. Cum autem senio gravatus caligaret oculis[f], et tamen non[g] cessaret a cele-
45 bratione missarum, minister suus multum[h] obstupuit de hoc; ipse vero satisfacere volens ministro, dixit ei: 'Pone manum tuam in quacumque parte libri ut[i] volueris, et dicam tibi clausis[k] oculis, quid ibi scriptum fuerit'; et expansa manu ministri super libro, mox dixit ei locum scripture et[l] compescuit eum a murmure. Insuper dixit ei, quod cogitaret quidquid vellet, et ipse proderet ei cogitatum suum; at ille cogitavit quedam verba in Latino et Gallico et Teutonico[m]. Cogitatione facta, mox petit sibi revelari
50 cogitatum suum: et abbas dixit sibi, sic eum cogitasse: 'Ego vellem esse assy[n] preudhome als gii[o] siiet'. Quo audito, miratur, minime posse latere eum[p] corda hominum. Hic quadam vice visitans Vallem–

a) consecratione 1. b) extenderat 2b. c. c) M. Oignies 2. d) *deest* 2a. b. e) *deest* 2d. f) laborem *corr.* orationem 1. g) ydolis 2a. d. h) *ita* 2c; imperitus 2b. d; impetitur *ed.* 1? 2a? i) et 2c. k) ortum 1. l) *deest* 2a. d. m) manus 2. *ed.* n) *deest* 2b. o) Geronvileer 2b. c; Goronvileer 2a. p) Diepenb. 2. *ed.*; Dyppembeke
55 *in charta Innocentii IV. Waut. p. 22 n.* q) F. h v. 2. r) h. permittit 2. s) item *add.* 2. t) scilicet *add.* 2. u) vero *add.* 2. v) fiant 2. w) Et i. 2. x) quantum 2. y) absortus 2a. c. z) d. in m. 2. a) Cisterciensis *add.* 2. b) dy(i)ocesi Leodiensi 2. c) disperderet 1. d) i. v. et ex. forsan iuv. 2. e) manus 2. f) oculus 2c. g) a c. m. n. c. 2b. h) de h. m. o. 2. i) ubi 2a. k) o. cl. 2. l) et sic 2. m) in G. et in Theut. hoc modo: Ego — siit. Cogit. — suum 2, *ubi* et abbas — cogitasse *desunt.* n) aussi preudon *ed.* 2a. b; a. preudhomme 2c.
60 o) ghy siit 2. p) *post add.* 1; ipsum 2.

1) Dies 30. Septembris alibi indicatur; v. Riezler, 'Fürstenb. UB.' I, p. 151. 2) Geronvillers. 3) ter Bank.

beate-Marie iuxta[a] Hoyum et sermonem faciens coram conventu in capitulo, vicia detestans[b], virtutes et earum sectatores[a] laudabat: et ecce demon in specie simie ei[c] apparuit, gesticulationes ridiculosas coram eo faciens, ut sic eum a sermone compesceret; sed ipse clausis oculis, signo crucis munitus, sermonem debito fine complevit. Audivi referri, quod pro vitanda gravissima pena[d] corporis signum post completorium non fecisset. Et[e] etiam scribitur de eo[f] in libro qui intitulatur Universale bonum[g-1]: *Vidimus quemdam Walterum dictum de Traiecto inferiori, qui cum esset vir nobilis genere et delicatus[h] in seculo, optime litteris et maxime quadrivialibus institutus, numquam tamen adeo vilem in oculis suis et vere humilem vidi. De eo[i] venerabilis Robertus abbas Vacellensis me coram posito referebat, quod ab ore illius audisset frequenter, eum per dimidiam vel totam se diem, dum meditaretur aut oraret, in tanta mentis sinceritate et tranquillitate fuisse, ut nec una saltem tenuissima cogitatione eius animus altrinsecus pulsaretur; et hoc super hominem fuisse non ambigo.* Item narratur[k] de eo, quod ipse fertur dixisse, quod infra 40 annos cum deliberatione mortale peccatum, nec etiam[l] veniale commiserit. Cumque[m] quadam die sederet in mensa sancti Wilhelmi Bituricensis episcopi, qui ante fuit abbas Karoli-loci[2], de cibo apposito modicum quid timide gustabat, eo quod ita delicata cibaria edere non consueverat[n]. Cumque hoc advertisset episcopus, alloquitur eum, dicens: 'Abba, tu cibis istis non vis vesci; ego vero ex eis reficior; ego tamen canonizabor, et festum meum celebrabitur'; et secundum quod predixit factum[o] videmus. Hic domnus Walterus quodam tempore de vestiario cucullam[p] accepit, et quidam de amicis suis[q] considerans cucullam satis curiose inscisam[r], dixit sibi[s], quod cuculla peroptime conveniret stature sue. Quo audito, cucullam exuens, in aquam proiecit, ibique omni decore perdito, iterum eam induit, nobis per hoc dans[t] exemplum, non querere in vestitu quod superbire cogat, sed quod frigus expellat, non quod proximum scandalizet, sed potius eum[u] edificet. Hic in Valle-sancti-Lamberti[3] morte preventus, ibidem sepultus est.

11. Venerabilis ac pie memorie domnus Wilhelmus abbas[v] undecimus Villariensis, de Bruxella oriundus, abbatizavit anno Domini 1221, acquirens bona de Tielt et de Bavechim[w], et sub ipso porta nostra cepit ditari redditibus et possessionibus. Suscepto autem huius cenobii regimine, quam discretum, quam sollicitum, quam benignum pastorem se exhibuerit, non est nostre simplicitatis exponere. Cum autem aliquotiens infirmitorium pro reparatione virium intraret et aliquos seniorum ad prandendum secum convocari[x] faceret, vix venire acquieverunt, sobrietatem eius et mediocritatem mense eius[y] moleste ferentes. Quam sobrius et[e] quam parcus intus et foris sibi et familie sue fuerit, patet diligenter consideranti vetustum registrum, in quo olim[z] scribebantur expense abbatum, cum vix aliqui 12 libras per anni circulum expenderint. Quamvis[a] parcus sibi fuerit in victu et vestitu, tamen 'manum suam aperuit inopi et palmas suas extendit ad pauperem'. (Prov 31, 20) Si aliquis fratrum modicum quid petisset[b] ab eo ad usus pauperum, nichil ab eo accepisset; sed magna petentibus magna dabat; legerat enim illud euangelii: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis;* (Matth. 7, 2.) et ibidem: *Date et dabitur vobis.* (Luc. 3, 38) Dabat enim de primitiis frugum suarum Domino, et Dominus replebat[c] horrea sua[d] saturitate. (cf. Prov 3, 10.) Non enim comedit buccellam panis sui solus, sed comedit ex ea orphanus[e], pupillus et vidua, et precipue Beghine Nivellenses; (Iob 31, 17) et latera pauperum ex velleribus ovium suarum calefacta sunt. (ib 20.) Fuit etiam doctus in lege divina. Unde in capitulo coram conventu frequenter consuevit proferre nova et vetera, corda audientium ad amorem celestis patrie excitantia. Cum fratres in grangiis[f] visitaret, capitulo tenendo[g], confessionibus[g] audiendis operam dabat. De temporalibus ei[h] cura extrema erat, sciens[i], sensus humanos quantumcumque vigiles parum posse proficere ad edificationem vel custodiam cenobiorum, nisi Deus[k] porrexerit manum suam edificantibus et[l] custodientibus ea, sed potius gubernari ea secundum merita habitantium in eis. Quamobrem omnem[m] sollicitudinem suam proiecit in eo cui cura est de nobis.

12. Sub[n] patre isto impregnata est ecclesia Villariensis a Spiritu sancto, qui quando et ubi et qualiter vult spirat. Que concepit et peperit filiam suam primogenitam, scilicet domum de Grandi-prato[4], anno Domini 1231; et postquam hanc peperit, adhuc amore prolis estuans, iterato concepit et peperit alteram filiam, scilicet Locum-sancti-Bernardi[5], anno Domini 1238[o]. Cum autem duodecim monachi cum abbate tercio decimo tenderent versus Grandi-prati locum, contigit, ut appropinquarent Namurco: et ecce clerus Namurcensis cum populo processionaliter eis occurrit cum magna devotione, eos[p] suscipiens et deducens. Et

a) *deest* 2b. b) detestabatur — laudans 2. c) eidem 2. d) *post add.* 1. e) *deest* 2. f) ipso 2. g) in hunc modum *add.* 2. h) nuper *add.* 2. i) ipso 2. k) de eo n. 2. l) n. v. quidem 2. m) Cum 1. n) consuevit 2b. o) esse *add.* 2. p) c. de v. a. 1. q) eius 2b. r) s. curiosam 2a. s) illi 2. t) prebens 2. u) quod eum 2. v) XI. ab. 2. w) *in* 2c *in marg. additum:* Barnechiem ita in ms. recentiori. x) adv. 2. y) illius 2. z) scr. o. 2. a) Et q. 2. b) p. m. q. 1. c) impl. 2. *ed.* d) eius 2. e) p. o. 2a. c; p. et o. 2b. f) grangia 2c. g) *deest* 2b. — et c. 2. h) vero illi 2. i) sciebat quippe 2. k) Dominus 2a. l) vel 2a. m) *deest* 2. n) Unde s. 2. o) VIII. *post del. et fortasse* I. *ponit* 1. p) ipsos 2.

1) II, 26. 2) Chaalis, dioec. Silvanectensis. — Wilhelmus episcopus a. 1200—1209. 3) Vau-Saint-Lambert, dioec. Leodiensis. 4) Grand-Pré. Chartas huc pertinentes recenset Wauters, 'Table' IV, p. 215. 237. 5) S. Bernardis opt Schelt, prope Antwerpiam.

ecce ex altera parte dux Brabantie cum ingenti multitudine occurrit aliis ad Locum sancti Bernardi properantibus, signum sancte crucis ante eos deferens et debito[a] honore eos deducens. Gaudebat Villariensis[b] ecclesia, quia tunc temporis[c] non erat in filiabus Clarevallis[d] minima, sed una de maioribus reputata. Et quia, teste apostolo, omnes in Christo pie viventes persecutionem patiuntur, passus est et hic verus pastor inimicos prelationis sue et persecutus est ab emulis; sed Domino auxiliante filii iniquitatis non nocebant ei, sed omnes morte preventi sunt. (2 Tim. 3, 12)

13. Cum autem quodam tempore arripuisset iter ad generale capitulum[e] ad pacis et unitatis ac totius nostri ordinis firmamentum, accidit, ut quidam conversus infirmitate gravatus[f] suppriorem vocari faciens confiteretur eidem inter cetera peccatum quoddam, cuius absolutionem abbas[g] sibi reservarat; quo audito, supprior dixit eidem, quod peteret ab abbate absolutionem de illo delicto. Quid moror[h]? Morte preventus est. Cum autem abbas de capitulo annuo redisset et in crastino, dicta missa, vacasset orationibus et sanctis meditationibus, spiritus conversi nuper defuncti apparet[i] ei. Porro abbas, viso eo, premisso[k] *Benedicite*, inquirit[l] eum super statu suo. At ille: 'Cum recessissetis[m] a nobis, mandatum recepi a suppriore in confessione, quod peterem a vobis absolutionem de hoc delicto: ecce et nunc instanter exoro[n] absolvi'. Absolutione percepta[o], ab abbate requirit defunctus, quid debeat pro[p] satisfactione facere. Et[q] abbas ad eum: 'Iniungo tibi loco satisfactionis, quod tu[r] stes per annum in purgatorio'. At ille: 'Heu me, pater, quare tam duram contra me tulisti sententiam? Ego potius optarem stare septem[s] annis in ignita fornace Villariensi, quam per annum[t] integrum esse in purgatorio; et oratio dominica semel dicta suffecisset[u] loco satisfactionis'. Hiis auditis, abbas vehementer contristatus, alleviare eum[v] voluit a satisfactione. At ille: 'Nequaquam[w] est in tua potestate alleviare me; tu sententiam tuam tulisti, et lata permanet; sed per preces et alia obsequia alleviari potero'. Et hiis dictis, disparuit[x]. Abbas vero intrans capitulum, narravit monachis que acta fuerant circa mortuum fratrem, rogans eos per viscera misericordie Dei, in quibus visitavit[y] sedentes in tenebris et umbra[z] mortis, quatenus rogarent Dominum pro alleviatione[a] eius, et ut deinceps cautius se haberent in confessionibus audiendis et in penitentiis iniungendis.

14. Hic quadam vice intravit Lovanium, volens loqui domino duci existenti ibidem in castro suo. Cumque ibi missam diceret, beata virgo[b] apparuit ei, dicens: 'Venturi sunt hic quidam opidani huius ville et rogaturi te pro receptione unius pueri. Sine mora recipe eum[c], qui vas electionis est michi'. Et hiis dictis, disparuit. Et ecce, missa dicta et negotio peracto pro quo advenerat, opidani adducentes adolescentem Arnulphum[d] nomine, pulchrum corpore, moribus ornatum, rogant abbatem pro receptione[e] eius; et ipse misertus pueri recepit eum Cum[f] autem cellam novitiorum intrasset, frequenter in corde et in ore habuit illud scilicet[g] quod sanctus Bernardus in novitiatu dicere consuevit: 'Bernarde, Bernarde[h], ad quod venisti'? Porro super una negligentia non secundario corripiebatur, sed suffecit prima correctio[i]. Hunc adoptavit[k] in filium tanquam a matre Domini sibi recommendatum.

15. Cumque hic[l] venerabilis pater pastoralis cure officium in Villariensi cenobio[m] vita et moribus decoraret, et[n] bonus odor Deo esset[h] in omni loco, Clarevallenses, audita fama virtutum[o] eius, in abbatem eum[p] eligunt et corda Villariensium gravi merore percellunt. Cum autem ad regimen tante ecclesie assumptus esset, locum dignitatis condignis adornabat moribus, et[n] ita, quod multum amaretur[q] a bonis et timeretur ab indisciplinatis.

16. Scribitur etiam de isto viro Dei in libro qui intitulatur Universale bonum in hec verba[1]: *Anno ab incarnatione Domini* 1222. *quidam abbas Wilhelmus nomine in monasterio Villariensi in Brabantie partibus fuit, qui in pauperes largus valde et pius talis miraculi occasio extitit, sicut fratri Waltero, quondam priori fratrum Predicatorum in Treveri, a quo et ipse accepi*[r], *idem abbas secretius enarravit. Curia erat cenobio Villariensi que Hex*[s] *sive*[t] *Scottis*[u] *dicitur, in qua bos conversis fratribus fuit elegans forma, pinguedine et robore, de*[v] *cuius carnibus quedam paupercula pregnans comedere irremediabili desiderio concupivit; flebat*[w] *autem et quasi cum*[x] *vite periculo torquebatur. Dabantur illi bovine carnes pulcherrime, sed ad restringendam*[y] *eius concupiscentiam non valebant. Veniente ergo abbate ad curiam, et narrante fratre converso*[z] *periculum mulieris, respondit abbas: 'Melius est occidi bovem quam hominem; sed secreto hoc facias, et comple desiderium mulieris'. Induxit ergo frater conversus bovem in*[a] *vespere secretius in conclavi et occisum excoriatumque membratim divisit et reposuit. Particulam*[b] *vero quam mulier in bove concupierat*[c] *mox ei*[d] *transmisit. Qua comesta*[e], *mulier ex*[f] *toto convaluit. Mira res et horrendum spectaculum! Mane facto, cum frater conversus famulos suos ad aratrum sequeretur, vidit bovem occisum arantem*[g] *in aratro, et ultra*[h] *quam credi potest terribiliter stupefactus, recurrit ad domum, intrat*[i] *thalamum, requirit carnes depositas, nichil de bove prorsus invenit, nec carnes, nec pellem,*

a) cum *add.* 2. b) Vall. 1. c) *post add.* 1. d) m. Cl. 2b. e) consilium *corr.* capitulum 1. f) pregr. 2. g) *deest* 2b. h) immoror 2. i) apparuit 2. k) et p. 2. l) req. 2. m) inquit *add.* 2. n) a. e. 2. o) accepta 2. p) f. p. s. 2. q) Et ait 2. r) *deest* 2. s) st. in i. f. V. s. a. 2b. t) unum i a. (a. i. 2b) 2. u) satisf. 2b. v) v. e. 2. w) Non est ait 2. x) subito non comparuit 2. y) *deest* 1. z) in u. 2. a) ipsius a. 2. b) Maria *add.* 2. c) illum 2. d) n. A. c. p. 2. e) e. r. 2. f) qui c. (in 2a) c. 2a. c. g) q. videlicet 2. h) *deest* 2b. i) correptio 2. k) abbas *add.* 2. l) ipse 2. m) monasterio *corr.* cenobio 1. n) et — loco *des.* 2a. o) e. v. 2. p) ipsum 2. q) ab honestis et bonis amabatur et ab i. timebatur (tuebatur 2b) 2. r) accepit 1? *ed* s) H. s. *des.* 1. t) s. S. *des. Thom.* u) Stottis 1; Stoctis 2b. c; Scortis *ed.* v) *deest* 1. w) flevit 1. x) *deest* 2b. y) restringendum 2. z) c. f. 1. a) de 2. b) Particulamque q. 2. c) cupierat 1; m. c. in b. 2b. d) *deest* 1. e) gesta 1. f) ex t. *des.* 2b. g) i. a. a. 2. h) extra 1. i) *deest* 2a.

1) II, 25.

nec saltem sanguinem quem effudit. Huius rei tres conversi in domo testes idonei pro veritate fuerunt. Sed et ipse carnifex, vir fidelis et bonus, necnon et super omnes ipsa[a] mulier, que in sola bovis occisi carne comesta[b] convaluit, et non in aliis potuit, quia in eis quodam occulto, sed tamen naturali instinctu ex violenta desiderii virtute decrevit[c]. Familiam autem curie res penitus latuit, quia divulgari eam[d] abbas districte prohibuit. Apud ipsum autem abbatem res adeo valuit, ut, sicut[e] dicebat, qui ante[f] naturaliter parcus fuit, largus[g] super omnes abbates ordinis et pius in pauperes extitit. Hic post- 5 modum in Clarevallensi monasterio abbas electus et translatus, cum multis valde archiepiscopis et episcopis et[h] abbatibus et prelatis ad generale consilium[i] Rome[k] a domno Gregorio papa nono vocatus, a Frederico imperatore in Lombardie 1241. *partibus captus est, et ab ipso imperatore pro vite meritis specialiter est dimissus et post pauca[l] rebus humanis exemptus est. Hunc specialissime deditum lacrimis vidimus, et, ut illi dixerunt qui hominem secretius cognoverunt, in tantum divine contemplationis assiduitate vacabat, ut ei Dominus multa in visione monstraret, de quibus nonnulla vidimus scripta et* 10 *approbata.*

17. Iste[m] commutavit bona nostra de Porsiis[n] et de Troncurt[1] et de Grandi-prato pro bonis de Marlange[2]. Huic commissa est paternitas de Valle-ducis[3] anno 1233. Hic postea[o] factus abbas Clarevallis, permissione nostra visitavit abbatiam de Camera, et sic tandem paternitatem amisimus, posteris[p] eam de iure visitare volentibus. Cum audissent Villarien- 15 ses captivitatem predicti patris, contristati sunt valde. Frâter vero Iohannes de Rost conversus, scilicet[q] quondam miles in armis strennuus et Heinrico duci Brabantie bene notus, assumens secum fratrem Gerardum[r], filium sororis reverendi patris, adiit dominum ducem, postulans ab eo litteras ad Fredericum, filium matertere sue[4], pro deliberatione[s] sui quondam dilecti abbatis. Quibus ultro datis et acceptis, laboriosum iter aggressi sunt. 20 Tandem[t] pervenientes ad imperatorem, expositis vie[u] causis, litteras demonstrant. Quibus visis et mira alacritate susceptis, statim abbatem Clarevallis illesum a vinculis[v] cum omnibus suis abire precepit[5]. Cum autem festinarent ad propria redire, abbas infirmitate[w] gravi pulsatus, morte preventus est. Sed tamen multo labore in Clarevallem delatus[x], congruo honore ibidem sepultus est. 25

1243. 18. Dum eius corpus sacratissimum[y] in lavatorium a fratribus deportaretur et secundum morem in ordine consuetum lavaretur, subito magnum miraculum eorum oculis est ostensum. Divina enim pie- 2 Petr. 3, 9 1 Tim 2, 4. tas, que neminem vult perire sed ad agnitionem veritatis omnes[z] venire, meritum sancti viri revelavit. Nam corpus lavantibus et in diversis partibus[a] volventibus tanta claritas[b] circa locum genitalium apparuit, ut facilius solis splendorem in rota sua radiantem intuerentur, quam huius deifici luminis fulgorem 30 oculos carnales adhuc reverberantem possent sustinere. Nec apparuit in loco[c] dicto aliquod vestigium genitalium, nisi sola planities plana, clara et munda, reverberans oculos intuentium claritate nimia. O affluentis misericordie viscera! O divine dignationis redundantia! O singularis glorie preconia[d], que servi humilis et devoti iocunda merita dignum duxit revelare[e]! Quid namque evidentius ex aula summi[f] Dei potuit procedere[g], ipsum virginitatis insignia sincerissime custodisse, quam quod puritati sue interne et 35 externe sic splendor attestatur[h] superne glorie? Apparet enim, eum fuisse virginem sanctum, immaculatum et incorruptum mente et corpore. Nec hiis contenta pietas divina ipsa noctis hora, qua migravit a seculo vir beatus, apparuit cuidam recluse[i] sancte et religiose, que ab antiquo[k] sibi fuit[l] familiaris et[m] devota. Apparuit autem isto[n] modo. Sancta illa anima circa medium noctis surrexerat orationibus insistens vacansque Deo, et sacra contemplatione experiebatur, quam dulcis est Dominus: et ecce subito[o] 40 circumfulsit eam lux immensa, qualem antea non fuerat experta, et cum illa luce vir Domini[p] Wilhelmus cum tanto lumine circumfusus, ut oculos offenderet[q] intuentis. Vestis qua erat indutus in tantum apparuit preciosa, diversis lapidibus[r] preciosis ex omni parte adornata, ut nichil omnium divitiarum mundialium sibi digne posset comparari. In capite etiam gestabat coronam auream ex lapide precioso[s] decoratam. Cumque sancta illa femina tantam ipsius gloriam miraretur et de eius[t] presentia nichilomi- 45 nus copiosius letaretur, utpote quem nondum sciebat a carne[u] solutum — ab invicem enim distabant plus quam per[v] centum miliaria; reclusa[w] ista iuxta Villare morabatur —, et[x] adorsa tandem[y] loqui, post longam admirationem dixit: 'Domine reverende, unde est hoc quod in tanta gloria modo vos video? ita enim non consuevistis'[z]. Et sanctus respondit: 'Iam migravi a seculo, et ascendo percepturus immarcessibilem glorie coronam'. Illa autem pre dolore de decessu pii patris vix loqui valente, dum eius[a] gloriam 50

a) i. quoque 2. b) gesta 1. c) discrevit 1. d) *deest* 1. e) qui s. ipse d. 2. f) antea 2a. b; autem 2c. g) postmodum *add.* 2. h) et a. et p. *des.* 2a; atque a. sive p. 2b. c. i) capitulum 2. k) Romam 2. l) paucos dies 2. m) I. pater 2. n) Ponsiis 2c. o) quoque postmodum 2. p) abbatum Clarevallensium *add.* 2. q) s. q. m. in a. str. *des.* 2, *ubi* c. ibidem. r) Gh. 2a. s) lib. 2. t) et t. 2. u) c. v. 2. v) vinculisque absolutum c s. o. 2. w) i peremptoria et g. p. est morteque p. 2. x) d. est congruoque h. i. s. 2. y) sanct. 2. z) *deest* 2b, 55 *ubi* veritatis *bis scriptum.* a) diversas partes 2. *ed.* b) *deest* 2b. c) prefato l. 2. d) prerogativa 2. e) d. hoc modo revelari (*deest* 2a) 2. f) D. s. 2b. g) pr. signum 2. h) corresponderet 2. i) r. vir beatus s. 2b. k) a. tempore 2. l) fuerat 2a; fuerit 2b. m) et d. *des.* 2. n) a. sancta illa anima (a. i. 2b) hoc m. Circa m. n. s. reclusa ipsa or. 2. o) *deest* 2. p) Dei 2. q) offenderit 2b. r) pr. l. 2. s) preciosa 2b. t) illius 2. u) corpore 2. v) *deest* 2b. w) nam r. 2. x) *deest* 2. y) tamen 2b. z) c. incedere 2. a) t. e. gl. 2. 60

1) Tronquoi. 2) Marlagne. 3) Vau-le-Duc. 4) Auctor erravit; non mater Friderici II. ducibus Brabantiae cognatione iuncta erat; sed uxor Heinrici II. e domo Staufica, filia Philippi regis. 5) Haec dubiae fidei sunt.

tamen aspiceret, in magnam admirationem versa, rursus dixit: 'O domine, et[a] quid sibi volunt omnes isti lapides preciosi et corona aurea quam gestatis'? Cui pater sanctus respondit: 'Filia[b], omnes ist lapides preciosi, quos in habitus mei ornamentum[c] conspicis, persecutiones fuerunt, validissime tribulationes et angustie, quas innocens a[d] meis obloculoribus sustinui et patientissime timore[e] Dei toleravi, ipsas devovens et cotidie in orationibus deferens superne[f] maiestati; sunt[g] etiam labores et dolores, in quibus nocte et die desudavi pro ecclesie defendenda libertate. Corona aurea, quam videtis[h] a me gestari, ipsa est victoria martyrii, quam miseratio michi[i] voluit pro duris observantiis ordinis recompensare'. Et hiis dictis, ab oculis videntis[k] disparuit. O viri sancti inestimabilis gloria! O viri patientis imitabilis victoria! cui Christus vivere fuit et mori lucrum. Ipse mundi inquinamenta transiit; ipse in medio nationis prave et perverse floruit et fructum patientie protulit, ut vere sit beatus. Nobis ergo miseris, pater sancte[l], in hac valle lacrimarum et miserie derelictis[m] succurre precibus, ut illic[n] perveniamus quo nos precessisti, illud attingamus, quo bonum percipiamus, quod oculus non vidit nec auris audivit nec[o] in cor hominis ascendit, Trinitatem scilicet increatam, Patrem et Filium et Spiritum sanctum; ut Pater fontalem[p] divinitatis bonitatem in nos transfundat, Filius eterne veritatis speculamina nobis ostendat, et Spiritus sanctus ignite dilectionis solamina[q] accendat, et sic videamus unum[r] Deum in sua nuda essentia relucentem[s]! (1. Cor. 2, 9.)

19. Hic[t] cum quadam vice in infirmitorio mense assisteret, oblati sunt ei cibi valde delicati, ita[u] ut ex aviditate[v] eorum sanguis ex ore eius[w] et naribus proflueret; attamen animo suo imperans[x] abstinuit.*

Audivi etiam de isto venerabili patre, quod, dum quodam tempore missam esset celebraturus, minister eius, iuvenis bone indolis et[y] admodum religiosus et[z] bonis exercitiis totaliter deditus, petiit a sancto patre, sacri[a] dominici corporis communionem sibi dari. Vir autem Dei, paternarum institutionum emulator non modicus[b], petenti filio benigne[c] respondit: 'Fili karissime, die dominico communicasti secundum ordinis consuetudinem; non[d] est necesse modo vestre[e] devotioni satisfacere, cum videatur ordinis institutis contraire; immo credo, te salubrius abstinere debere, quam patrum statuta preterire. Sed crede, et manducasti saltem spiritualiter, licet non sacramentaliter'. Ad hec verba patris filius devotus subticuit, Deo, cui abscondita[f] cordis manifesta sunt, suam devotionem committens, non remurmurans, non recalcitrans, non impatiens repulse, sed sese humiliter custodiens infra limites perfecte et[g] vere obedientie. O Deus infinite et vere incomprehensibilis misericordie, quam magna, immo quam maxima multitudo dulcedinis tue, quam abscondisti timentibus te! Abyssus tue suavitatis patri suo absconsa fuit, quia[h] eius filiolum saginare ex adipe frumenti, vini et olei tui, precioso scilicet corpore et sanguine tuo, volebas[i]. Aperi ergo thesaurum tuum, fontem aque vive, revela oculos servi tui, ut possit agnoscere liberalitatem clementie tue! Processit igitur pater venerabilis tanto devotius et sanctius, quanto illud mysterium[k] sublimius et divinius attendebat ad sancta perficienda. Et ecce mirum et vere mirum, postquam ad communionem esset[l] deventum, corpore Christi in tribus partibus fracto, una sanguini[m] intingitur, altera sumitur, sed tercia minime reperitur. Nam ab oculis patris disparuit, et in ore ministri sui humilis et devoti, iacentis in oratione et puris medullis[n] cordis deifice participationi inhiantis[n*], advolavit. Mira res et nostris temporibus inaudita! Cui pater sanctus[o], religionis emulator, corpus dominicum tradere noluit, huic Deus per se ipsum, ne suo frustraretur desiderio, sese mirabiliter donavit. Sed quid? Vere mirantibus miranda succedunt. Pater enim semel[p] divine celebrationi devotissime intentus[q], ex immunditia tecti subito aranea[r] in eius calice[s] sanguine Christi pleno est lapsa, non immerito horrorem generans in sumente et sui abhominationem. Pater autem sanctus aranee malitiam non veritus, sed confidens perfecte in Domino, una cum sanguine ipsam sumpsit et sibi incorporavit. De quo pater[t] sanctus non solum membrorum destitutionem, sed ipsius etiam mortis debitum[u] exsolvere poterat[v], nisi Deus ad maiora[w] servum suum custodisset. Et vere, sicut eius fides invicta constantia[x] valida fuit, ita divine misericordie stillicidia et superne benignitatis fluenta profusius[y] sensit. Nam cum istud factum ab eius memoria esset elapsum, circa anni revolutionem, quo sibi[z] contigerat, cepit quedam pustula in uno digitorum suorum[a] apparere, in quo etiam quemdam pruritum sensit quasi[b] humorem mordicantem. Leniter ergo[c] hunc tangens, pustula frangitur, et non sanies, ut sperabat[d], sed aranea, quam iam pridem[e] sumpserat, erupit integra et quasi numquam tacta de digito mirantis exivit. O Deus mirabilis, qui semper in omnibus mirabilior

*, *Sequitur in cod.* 1: Incipit meditatio domini Willelmi quondam abbatis Villariensis. Audiens (ergo *add.* 2) et legens, ut Iohannes ait: 'Quod factum est in ipso vita erat'. *Eadem codd.* 2 *infra ponunt.*

a) *deest* 2b. b) *post add.* 1. c) ornamento 2. d) ab o. m. 2. e) ob D. timorem 2. f) divine 2. g) sed 2a. h) vides 2. i) misericorditer *add.* 2. k) intuentis 2. l) *deest* 2a. c. *ed.* m) tuis *add.* 2. n) illuc 2a. o) et in c. h. non a. 2. p) fontalis 2. q) in nobis *add.* 2. r) *deest* 1. s) Amen *add.* 2, *ubi sequitur Epitaphium*; Hic — abstinuit *hoc loco desunt* (*v. infra p.* 204. *n.* a). t) Hic etiam 2. u) d. quibus ita est allectus et a Deo temptatus 2. v) e. a. 2. w) o. et n. ipsius 2. x) ab eisdem *add.* 2. y) *deest* 2a. z) ac 2. a) sacram 2a; sacra 2b. b) midicicus 2b. c) sic benignissime 2. d) ideo n. 2. e) tue 2. f) c a. 2. g) *deest* 1; v. et p. 2. h) qua 2a. i) volebat *corr.* nolebat 1; valebas 2a. k) ministerium 2. l) est 2. m) sanguine 2a. n) c. m. 2b. n*) inhianti 1. 2. *ed.* o) sancte r. 2. p) e. idem venerandus alio quodam die (tempore 2b) 2. q) et *add.* 2a; extitit et *add.* 2b. r) erranea 2a. s) e. sacro Chr. s. referto calice l. e. 2. t) p. s. *des.* 2. u) accelerationem sibi conquirere 2. v) potuisset 2b. w) meliora 2a. x) et c. 2. y) perf. 2a. z) istud *add.* 2. a) eius 2. b) et q. 2. c) igitur hoc tacto 2. d) sperabatur 2. e) sanctus pater *add.* 2.

Rom. 11, 33. illuscescis! Bene exclamat apostolus: *O altitudo divitiarum sapientie et scientie Dei! quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius*[a].

20. Item excerptum est e[b] supradicto libro, scilicet Universale bonum[1]: *Sed quid nostro fere tempore sub quodam religiosissimo abbate in Villariensi monasterio Brabantie partibus contigit videamus;* nescio tamen utrum ille fuerit vel alter. *Maxima summa pecunie, librarum forte 1600, mortuo quodam usurario in Namurco, in dicto monasterio est delata. Ex qua cum multe possessiones essent emte, quidam vir arte conscientie abbas monasterii est electus. Quod ubi*[b*] *comperit factum, doluit, et venditis ovibus atque pecudibus rebusque mobilibus, pecuniam in Namurco remisit, ut spoliatis singulis redderetur. Nemine autem assumere volente restitutionis negotium, pecunia iterum ad monasterium est delata. Pius ergo abbas reportantibus indignatus, iussit iterato eam referri et in foro coram civibus et omni plebe deponi, dicens: 'Pecuniam qui velit accipiat; meam esse renuo, quam iniuste acquisitam non dubito'. Quod ubi viderunt cives, edificati non modicum in hoc facto, communi consilio per manus fidelium virorum pecuniam ipsam iniuriatis singulis reddiderunt. Monasterio autem Deus non multo post in decuplo plura restituit; et quod ante tenuissimum et fere mendicum fuisse probatur, modo elegans et multis copiis opulentum vidimus amphatum. In monasterio ipso multos vidimus sanctos et plerosque qui spiritu prophetie et miraculis claruerunt.*

21. Epitaphium[c] domini Wilhelmi quondam abbatis nostri:

Pullulat insignis victoria virginitatis,
Wilhelmo signis post fata micante beatis,
Inquinet ut nulla corpus pollutio, sexus
In dubio flexus, stabili stat in inguine bulla.
Felix eunuchi pia consolatio, luci
Subtractus fragili, virtute refulget herili,
Sed nec martyrii penitus privatus honore,
Qui fuit exilii socius virtutis amore.

22. Dominus Nicolaus[d], quondam prior in Clemares[2], homo devotus et vir sensatus, duodecimus[e] abbas Villariensis, sed in morte[f] primus, abbatizavit anno Domini 1236. Hic compatiens nuditati conventus, providit eidem[g] de maiori copia vestium, quam habere consueverat; et quante fuerit[h] religionis, perpendi potest in versibus quos in extrema infirmitate sua fecisse fertur:

Tu mors es, de qua scio quod non parcis[i] *et equa*
Cunctos mole premis, equans extrema supremis.
Grate venis menti fesse, Christum sitienti;
Sed reprobe menti gravis es, peiora timenti.
O michi cara, veni solvens a compede ceni[k]*,*
Hanc animam mire fessam patiaris abire;
Sicque bonum verum cernet, fantasmate rerum
Libera, non meritis, Domini sed munere mitis.
Largitor vite, tu nos concede frui te!
Contenti capi te, reliquis dicemus: 'abite'.
Nam[l] *quid plus speret, tibi qui totaliter heret?*
Tecum quippe feret[m] *bona cuncta nec altera queret.*
Fex carnis misere, cur me potes hic retinere,
Quem cupio tenere nec me permittis habere?
In prelatura portatur sarcina dura,
Que vigili[n] *cura perturbat pectora pura.*
Hanc qui sectatur miser est, quoniam spoliatur,
Si quam possedit, dulcedine[o]*, paxque recedit.*
Sed subter sentes multorum vivere mentes
Delicias reputant et pravis optima mutant.
Tu, cui[p] *donatum sine cura vivere, gratum*
Illud munus habe, nec cures culmina d'abe[q]*.*

a) *sequitur in 2 locus supra p.* 203, *l.* 17. *typis datus:* Hic cum quadam vice — abstinuit *et post:* Sequitur meditatio eiusdem *etc.* (*v. p.* 203 *n.* *). Item excerptum — claruerunt *hoc loco desunt; in* 2b *in fine Gestorum adduntur; epitaphium iam supra positum.* b) *deest* 1. b*) ibi 1. c) Huius epi(y)taphium est tale 2. d) Ni(y)cholaus 2. e) a d. 2. f) *deest* 2a; s. nomine *ed.* g) ei 2. h) fuerat 1. — religiositatis 2. i) parces 1. k) sevi 1; seni 2a; saecli *ed.* l) Num 2a. m) foret 2b. n) iugali 2b. o) dulcedinem 1? *ed.* p) qui 2b. q) dabe *codd.*; d'abbe *ed.*, *i. e.* abbatis.

1) II, 26. — Vide tom. I. Thes. Anecdotorum pag. 766. epistolam S. de Namurco ad H. Villariensem. MART.
2) Clairmarais (Clarus Mariscus) prope Sanctum Audomarum.

Istud epitaphium[a] fuit factum post mortem huius veri pastoris:

Sancta domus plora, quia flendi iam venit hora!
Mestitie lora laxa! Pro veste decora
Vilibus absque mora vestire! Dei memor, ora!
5 *Crines ungue vora! Geme, complue*[b] *fletibus ora!*
Mortuus est legislator tuus et dominator
Mitis, servator pacis, pietatis amator,
Recti zelator, vitii prudens resecator,
Iustitie cultor et peccati pius ultor,
10 *Morum dictator, commissi multiplicator,*
Christi sectator, speculum gregis et speculator,
Scriptis fecundus[c], *nulli sermone secundus,*
Sedulitate pater sola, per cetera frater,
Pre cunctis humilis, multis carus[d], *sibi vilis.*
15 *Nil fieri monuit, quod non impleverit ante;*
Exemplo docuit melius quam voce tonante;
Dilexit cunctos Christi baptismate functos;
Nullum discernens, personam sumere spernens,
Curans, qui mundi, non unde forent oriundi:
20 *Hec etenim pacis conservant federa firma,*
Nec dant fallacis inimici crescere scisma.
Sed quia sub fine canitur laus omnis, honorem
Pro meritis anime Deus addidit atque decorem.
Ad libertatem surgens de pondere preli,
25 *Stupescit*[e] *partem cum Christo ferre fideli.*
De sexta feria veniens ad sabbata celi,
Contempta Lia, datus est herere Racheli.
Nunc convertamur ad eum, pare voce rogantes,
Ut congaudentes iungi[f] *Christo mereamur.*
30 *Currus et auriga monachorum, vive beatus,*
Et precibus leviga quos culpa pressit[g] *reatus!*

23. Circa[h.*] idem temporis mansit in Brabantia femina valde religiosa, fide, caritate bonisque operibus plena, multas habens a Christo consolationes et plurimas revelationes. In huius presentia dum monachus[i] quidam de Villari, et ipse bone vite, in quadam villa missam celebraret[k], in ipso introitu 35 ad altare, dum peccata sua confiteretur, cepit corpus eius[l] lucidari, et sacre vestes, quibus indutus erat, miro candore decorari; cumque hostiam[m] exaltaret, vidit[n] duos angelos mire pulchritudinis utpote filios lucis ei hinc inde assistere, brachia[o] sustentare, et cum hostiam[p] deponeret, manicas utriusque manus, ne quid eis[q] tangeret, valde decenter constringere; qui etiam inclinato capite, elevatis[r] manibus, cum summa reverentia[s] depositam adoraverunt. Missa vero completa, cum monachus sacra deponeret vesti- 40 menta, illa cepit ad se reverti, et celebrantis corpus sensim in oculis eius spissari, ita ut[t] tunc primum solitam in eo formam agnosceret, cum post orationes salutationis gratia ad ipsam rediret.

Fuit[u] in Nivella quedam virgo nomine Diedela[v] non minoris gratie neque[w] inferioris glorie tam vite sanctitate quam fame celebritate. Hec cum tempore quodam in nocte natalis Domini esset in oratione[x], speciosus forma pre filiis hominum homo Christus Iesus, nocte eadem de virgine natus, quasi 45 sponsus denuo procedens de thalamo suo, eidem religiose virgini non solum ad videndum, sed etiam ad tangendum se prebuit. Quem cum inter amplexus dulciter deoscularetur, in hec verba erupit[y]: 'Non potero ad plenum iocundari, neque cor meum tua dulcissima visione perfecte satiari, nisi ille[z] amicus meus' — monachum notans de Villari, cuius in[a] superiori capitulo mentio habita est — 'te tali modo fruatur; licet[b] illum noscam facie et nomine, non tamen prodere eum presumo, ne ex hoc verecundiam 50 passus moveatur'. Mira dicturus sum! Eadem hora Diedela cum puero pueri virtute in Villarium mira-

*) *In codd. 2 secundo libro haec inseruntur:* Erat monachus quidam in monasterio Vilariensi, cuius nomen ex causa supprimitur, devotus valde, de quo talia referuntur fide digna. Circa annum Domini 1240. mansit in Brabantia *etc.*

a) e. tandem f. p. m. h. v. p. factum 2. b) comple 2. c) facundus 2a. d) clarus 2. e) Suscepit 2. f) Chr. 55 i. 2. g) pr. c. 2. h) Circa — impenderunt *des hoc loco* 2; Circa — inheret *Gesta Sanctorum c.* 13. *exhibent; cf. n.* *; *locus Caesarii in fine chronicae legitur.* i) d. prememoratus m. et i. b. ac laudabilis v. 2. k) *deest* 1. l) suum 2. m) h. consecratam 2. n) v. illa 2. o) ac b. eius 2. p) h. sacram 2. q) ex e. 2. r) que *add.* 2. s) *deest* 2b. t) quod 2b. u) F. eo tempore 2b. v) Dudella *ed.* w) nec 2. *ed.* x) ac consueta sibi devotione ecce *add.* 2. y) prorupit 2. z) *deest* 2. a) c. superius m. 2. b) Quem l. n. 2.

biliter translata, iuxta altare se repperit, ubi idem monachus missam de nocte in memoriam dominice nativitatis celebravit. Et[a] tunc prior eiusdem cenobii, ubi devota virgo faciem suam sacerdoti exhibens et virginis filium manibus eius offerens, in multam admirationem atque indicibilem cordis iubilationem illum convertit. Monachus vero scire plenius causam et modum visionis volens, post dies paucos, petita ab abbate licentia, ad feminam[b] venit; et[c] antequam ei quidquam loqueretur, subridens dixit: 'Ego causam adventus vestri novi', et recitavit ei omnia que dicta[d] sunt, illo plurimum stupente de gratia Dei. Nec mirum, si occulta novit Chusi et spiritu prophetie pollet, que veri David amplexibus iugiter inheret. (cf. 2. Reg. 17 18.)

24. Item ex libro Cesarii[1]: *In domo* *quadam* *ordinis nostri que Villarium dicitur hospitibus et egenis multa bona exhibita sunt et cotidie exhibentur.* *Quodam autem anno, cum essent in eadem provincia tempora cara, fratres eiusdem* *provincie* *summam annone sue taxantes et, sicut mos est humane infirmitati, defectum timentes, ex diabolica, ut patuit, temptatione subsidium, quod satis pauperibus largiter impendere consueverant, usque ad messem differre consiliati sunt. Eadem nocte piscina, que erat ultra claustrum, erupit, et per diversas se diffundens officinas, graviter illos dampnificavit; quod fratres, utpote viri iusti et timorati, peccatis suis et maxime concepte in pauperes avaritie deputantes, mutato consilio, sicut ante illis beneficia solita impenderunt.*

25. Cum autem hic reverendus pater[e] viam universe carnis esset ingressus, et expectaretur adventus domini Clarevallis pro creando abbate, supervenit festivitas gloriose virginis Marie, et cum decantaretur vespertina sinaxis a monachis, et iubilarent in laudibus matris Dei, quidam conversus nomine Iacobus, illuminatus spiritu prophetie, predicit[f] supriorem[g], scilicet[h] nonnum Arnulphum de Lovanio, sublimandum in abbatem, qui auxilio sancte[i] virginis ab abbate Wilhelmo receptus fuit in castro Lovaniensi. Hic est de quo superius[2] mentionem[k] fecimus. Superveniente[l] domino Clarevallis, supprior in abbatem 13. electus est[m] iuxta verba[n] fratris[o] anno Domini 1240, et ab illa die et deinceps vocatus est conversus[p] ille Iacobus propheta.

26. Cum autem hic vir[q] vere simplex et vere rectus et[r] recedens a malo curam domus acceptasset, tanto fiducialius de pietate Dei et beate virginis confidit, quanto humilius de[q] sua simplicitate et insufficientia diffidit. Nam[s] quemadmodum alios precellebat officio dignitatis, ita etiam precellebat religionis[t] exemplo. Unde omnia bona et sancta verbo predicationis frequenter[u] ostendit, sed tamen[a] amplius facto. Cum aliquando capitulum intraret et audisset illa regule[3]: *Sciatque abbas culpe pastoris incumbere, quicquid in ovibus paterfamilias utilitatis minus poterit invenire;* et illud: *Sciatque de omnibus iudiciis suis Deo equissimo iudici se redditurum*[v] *rationem*, addito[w]: *et sue anime;* qualiter expaverit et quomodo cor suum formidaverit super huiusmodi verbis, non est meum dicere. Cumque ceteris floreret virtutibus, gratia tamen mansuetudinis ita decoratus erat, ut in habitu, in incessu, in vultu, in[x] locutione ipsius nil aliud nisi sancte humilitatis, quam[y] altius in corde ipsius radicaverat, indicia reniterent[z]. Et licet tante fuerit clementie, tamen, cum necessitas urgeret, peccata delinquentium radicitus, prout potuit, amputavit, nec ea metu persecutionis vel appetitu favoris dissimulare scivit. Denique universe fere domus administratione in temporalibus cellerariis suis[a] et conversis commissa, ipse soli Deo vacare salutique animarum intendere et non eam parvipendere proposuit. Hic aliquotiens[b] in auditorio solus in silentio, demisso[c] in terram vultu, sedebat, ut, si quis de iunioribus vel[d] infirmioribus fratribus multitudine temptationum percussus seu quavis molestia gravatus[e], liberam ad eum eundi facultatem haberet. Quem etiam continuo secundum datam sibi gratiam salutaribus monitis et dulcissimis edificationum colloquiis[f] ad agonis pro Christo suscepti tolerantiam roborabat. Non enim hic mitis pastor sua pertinatia perturbabat conventum sibi commissum, nec quasi libera[g] utens potestate disponebat aliqua iniuste; sed cum consilio et observatione regule omnia faciebat, illud sancti Bernardi[4] dictum memoriter[h] tenens: *Non enim super constitutiones patrum constituitur qui in abbatem eligitur, sed super transgressiones fratrum;* et illud: *Neque enim super*[i] *regulam est abbas, cui semel et ipse spontanea professione se commisit.* Ipse vero legens et relegens librum[k] de voto et de[l] dispensatione, secundum formam ibi traditam cum subiectis dispensabat.

27. Preterea amabatur iste devotus abbas a religiosis, a secularibus; et principes

a) Existens 2. b) prefatam virginem 2. c) Que a. ille q. 2. d) premissa 2. e) *deest* 2a. f) predixit 2. g) Vilariensem *add.* 2; s. in a. videlicet n. A. d. L. 2b. h) videlicet 2. — nominatum 2a. i) beate 2. k) f. m. 2. l) S. igitur 2b. m) *deest* 2b. n) verbum 2b. o) predicti *add.* 2. p) frater *corr.* conversus 1; frater ille 2. q) *deest* 2a. r) ac 2a. s) Qui 2. t) e r. 2. u) *deest* 2b. v) esse *add.* 2a. w) addita 1? *ed.* x) et in 2. y) que — radicata erat 2. z) remitterent 2. a) *deest* 2b. b) quotiens 1. *ed.* c) dim. 2. d) et 2. e) fuisset *add.* 2. f) eloq. 2b. g) libere 2a. h) m. t. *des.* 2b. i) supra 2b. k) *deest* 2b. l) *deest* 2. *ed.*

1) Dial. IV, 60. 2) c. 14. 3) Reg. s. Bern. c. 2. MART. 4) S. Bern. de praecepto et disp. MART.

venerabantur eum, et[a] precipue dux Brabantie Henricus[b] mirabili circa eum et conventum afficiebatur amore. Unde cum aliquotiens consilii causa maiores terre sue convocasset, vocatus est hic[c] homo Dei. Cum autem vidissent[d] proceres advenisse[e] eum, dicebant, clavem consilii in eum[f] dependere. Cum[g] autem salutatus et cum digno honore susceptus esset[h] hic verus pastor a domino duce, inquirit ab eo, quare eum[i] venire fecit coram presentia sua, in qua tot et tam ardua negotia[k] erant terminanda: 'cum vobis[l] constet, me fore hominem simplicem et terrenorum negotiorum inexpertum'[m]. Et dux[n] ad eum: 'Carissime pater, idcirco vos vocavi et digno honore vos recepi, ut proceres et iudices mei videant, quanto amore vos et conventum vestrum diligam, et ut vos et vestra non molestent[o], sed potius foveant et defendant. Tu tantum[p] esto abbas intus in hiis que ad honorem Dei et ad salutem animarum spectant, et ego foris ero abbas in omnibus que ad utilitatem domus vestre spectant, possessiones vestras tutando et omnem etiam qui maligna voluntate vos quolibet modo inquietare[q] presumpserit condigne animadversionis ultione[r] feriendo'. Fecit utique sicut dixit. Nam cum quidam conversus noster transiret coram taberna una et denegasset[s] bibentibus nummos dare, maior inter eos exiliens equum detinuit. Quod cum audisset dominus dux, suspendi eum fecit. Insuper nobiles et potentes iniuriantes[t] conventui nostro[u] compulit intrare capitulum nostrum et satisfacere nobis more consueto. Quorum nomina non ponimus, ne audiant posteri eorum et retribuant nobis. Cum quodam tempore veniret[v] in Villari, et conventus iocundaretur in adventu tanti hospitis, familia sua rogavit eum intrare templum et videre reliquiàs sanctorum. Ipse vero respondens dixit[w]: 'Sufficit michi videre ossa fratrum domus qui in Monte[1] sepulti sunt; ibi[x] latent reliquie michi multum care'. Consuevit etiam recipere hic nobilis princeps singulis annis tunicam unam de panno Villariensi, qua armatus non timuit procedere ad tirocinia, ad[y] hastiludia et ad similia, dicens, nil sibi posse obesse, quamdiu esset munitus tunica Villariensium[2]. Cum autem hic inclitus baro non haberet heredem masculini generis, votum vovit Domino, si[z] daret sibi marem, construeret cenobium; et[a] exaudivit eum et dedit ei filium; et sic facta est[b] Vallis-ducis[3]; et non longo post tempore[c] fundata est abbatia de Helmont[4] ab imperatrice[5], sorore dicti principis. Cum autem appropinquasset hora mortis eius, post perceptionem viatici et extreme unctionis fidei fit ei mentio, ubi sepeliri velit[d]. Et ille: 'In cenobio[e] Villariensi, quod pre ceteris plus dilexi et honoravi, humari volo et me precibus conventus ac[f] karissimi abbatis domni Arnulphi commendo'[g]. Et post hec exspiravit. Cum autem[h] peractis obsequiis in Lovanio efferretur et appropinquaret monasterio, conventus processionaliter longe occurrit[i]. Ut autem visus est a nobis loculus in quo deferebatur, commota

1248.

a) sed 2. b) Heinr. 2^{a}. — 2us huius nominis *add* 2. c) et h. 2. d) viderent 2. e) e. a. 2^{b}. f) ipso 2^{b}. g) Cumque 2. — autem *deest* 2^{a}. h) *deest* 2^{b}. i) ipsum 2. k) negotianda 2^{b}. — t. e. 2. l) sibi constaret, eum fuisse h. 2. m) inexpertem 2^{b}. n) dixit *add.* 2^{a}. o) molestant 2^{b}. p) tamen 1? *ed.* q) pr. i. 2^{b}. r) ultionis 2^{b}. s) denegaret 2. t) iniuriante 2^{b}. u) *deest* 2. *ed.* v) idem dux *add.* 2. w) ait 2^{b}. — Sufficeret 2^{a}. x) enim *add.* 2. y) *deest* 2^{b}. z) quod si d. s. m. c. 2. a) Qui e. e. dans illi 2. b) domus *add.* 2^{b}. c) postea *add. ed.* 1? d) vellet 2. e) inquit *add.* 2^{b}. f) et 2^{a}. g) me c. *ed.* 1? h) Cumque p. 2. i) eidem *add.* 2.

1) 'La montagne sainte' prope ecclesiam; Wauters p. 26. 2) His similem historiolam codex praebet Bruxellensis Nr. 4459 70, olim Villariensis, a. 1320. exaratus, quam imprimi fecit Reiffenberg, 'Annuaire' III (1842), p. 132. Quamvis annus 1250. hic indicetur, idem Heinricus II. dux intelligi videtur. *Cum autem olim monasterium Villariense divitiis et omnibus bonis habundaret et fama virtutum eius undique personaret, dominus Henricus dux Brabantie miro circa locum et incolas eius afficiebatur amore. Unde frequenter orationibus conventus se commendabat. Audivit postea, quod in sancta die parascheves persone loci illius ob memoriam dominice passionis corpora sua gravissimis disciplinis castigarent. Quod an ita esset ut audivit experiri volens, ipso anno, qui fuit* 1250. *ab incarnatione Domini, predicta die cum decenti comitatu affuit, et advocans fratrem quemdam, rogat se deduci et abscondi circa locum ubi fratres eo die debebant accipere disciplinas. Cumque nemine sciente in loco illo latitaret, ecce fratres more solito illuc venientes et cingulo (singulo c.) tenus se denudantes, exponunt dorsa sua verberibus. Cumque aliqui eorum per unamquamque horam diei et ultra quater cesi essent usque ad sanguinis effusionem, passionis tum Christi memores, rogant, verbera verberibus adici. Cumque reinduti essent, percussores cesorum pari modo denudantes se, gravissime se disciplinari postularunt. Quod ut vidit dominus dux, vehementer expavit, et a latibulo progrediens et a suis interrogatus unde veniret: de torneamento durissimo, scilicet de loco ubi fratres disciplinas acceperant, se venire, respondit. Quod audientes satellites eius, valde edificati sunt. Nec mora, ipsa hora conventui vineam quandam in Lovanio ad pitantiam dedit ad honorem Dei, qui est benedictus in secula, amen!* 3) a. 1232. fundatum. 4) sive Binderen in Hollandia. 5) Maria, uxore Ottonis IV.

sunt viscera nostra, et erumpebant lacrime, et non poteramus nos continere super patrono nostro, qui nos defendebat, qui[a] sua potentia nostros emulos impugnabat, qui[b] suis exuviis nos honorabat. Preces[c], psalteria, missas et alia pia obsequia pro eo a nobis facta quis enarrabit? Ipse ea novit, qui velle et posse nobis tribuit, qui est Deus benedictus in secula.

28. Cum dominus Clarevallis fundaret domum Parisius pro studio ordinando, rogavit hunc patrem nostrum[d] unam summam pecunie in subsidium[e]. Domnus[f] admirans hanc novitatem obstupuit. Sciebat namque, ordinem in magna simplicitate fundatum[g] laudabiliter perseverasse usque ad tempus illud in sua humilitate et puritate et mirabiliter profecisse in spiritualibus et in temporalibus, nec hactenus consuetudinis fuisse, quod monachi, omisso exercitio claustrali, quod potissime convenit voto professionis eorum, operam dare[h] studio litterarum, iuxta illud beati[i] Bernardi[1]: *Non est opus monachi docere, sed lugere.* Timens etiam[k], ne persone ordinis causa studii plus insolescerent et superbirent, quam antea fecerant, iuxta illud Pauli[l]: *Scientia inflat,* [1 Cor. 8, 1.] constanter dixit, se[m] nil daturum. Quod verbum dominus Clarevallis egre tulit. Utrum hic vir Dei verum senserit, et an tanta sit[n] humilitas et religio in ordine, quanta fuerat ante ordinationem studiorum, iudicet generatio ventura.

29. Hic[o] decem annis prefuit, curiam de Brueria plantans. Iste recepit ducentas libras de[p] domino Heinrico duce Brabantie ad emendos[q] redditus, ita quod missam[r] unam de sancta Maria in domo cotidie haberet, et quod, eo mortuo, missa illa converteretur in missam pro[s] defunctis, dicenda ante[t] altare euangelistarum, ubi sepultus est, uti[u] continetur in litteris confectis[v] super hoc. Huic commissa est paternitas in Helmont anno Domini 1246.

30. Denique cum hic bonus paterfamilias strennue decem annis rexisset cenobium suum, amicam ei paupertatis, humilitatis et subiectionis materiam sibi dolebat esse subtractam, et amplius tolerare non valens, pro speciosa sancte quietis et contemplationis Rachele lippientem Liam, id est secularium negotiorum inquietos tumultus, supponi sibi, invitis vicinis abbatibus, et renitente conventu, sarcinam cure pastoralis deposuit. Qua deposita, serena facie, tranquilla[w] mente e vestigio templum intrans, missam celebravit. Cum autem Clarevallenses tantam perpenderent in eo esse cordis constantiam, percutientes pectora sua, dixerunt: 'Eamus hinc, sanctum absolvimus virum'. Cumque absolutus esset, tamquam a gravi sompno evigilans, ad novum agonem se ipsum extendere cepit, tamquam preterita conversatio[x] nullius momenti fuisset; ut quodammodo videretur dicere cum propheta: [Ps 76, 11.] *Nunc cepi.* Cum autem desiit abbatizare, adeptus est scriptorium[2], quod est in auditorio prioris; et cum ad omnes horas semper chorum intraret, ad laborem conventus, qui parvus erat, non exibat, sed in scriptorio continue laborabat aut legendo aut orando aut meditando aut scribendo aut confessiones audiendo, ita quod numquam ibidem obdormisse fertur. Fertur[y] etiam Summam Raymundi[3] metrice fecisse, que est in libro qui intitulatur 'Excerptum Speculi caritatis'. Pro labore, quem in regimine pertulit, duplicia possidere desiderans, [Ps. 141, 6.] et portionem suam in terra viventium cum[z] propheta constituens, hic modico pre[a] aliis contentus est avantagio, emina[b] vini cotidie. Conventus[c] infirmitorium non secundum appetitum sue sensualitatis, sed secundum regule indulgentiam frequentabat. Si quando monasterium exibat, assumpto socio, reclusoria et animas sanctas visitabat, et cum interrogatus fuisset, an gravaretur de resignatione officii, dicebat, quod non, nisi quando mortui deferebantur sepeliendi in Monte, quia tunc non utebatur baculo ut prius. Sepultusque[d] est immediate iuxta mediam[e] fenestram capituli[f], plantataque est vinea super eum, ne processu temporis

a) quia 2[a]. b) atque 2. c) Porro pr. 2. d) *deest* 2[b]. e) s. mittere 2. f) D. igitur Arnulphus 2[a]; Igitur d. Arnulphus 2[b]. g) *deest* 2[b]. h) darent 2[a]? *ed.* i) sancti 2. k) enim 2. l) beati *add.* 2. m) sese 2[b]. n) modo *add.* 2. o) Hic — plantans *des.* 2, *v. n.* v. p) a 2. q) emendum 2[a]; emenditum 2[b]. r) u. m. 2. — de s. M. *des.* 2[a]. s) m. defunctorum 2. t) dicendaque foret ante a. 2. u) ut 2. v) s. h. c. 2, *qui pergunt:* Hic plantavit curiam de Brueria et h. w) ac. tr. 2. x) c. eius 2. y) Et f. 2[b]. z) c. pr. *des.* 2. a) pr. al. *des.* 2[b]. b) scilicet *add.* 2. c) c. contentus, inf. *ed.* 1? d) Tandem hic quoque sepultus e. 2. e) *deest* 2[b]. f) foris *add.* 2.

1) Hoc effatum est potius Hieronymi ad Vigilantium scribentis in haec verba: *Monachus non docentis sed plangentis officium habet, qui vel se vel mundum lugeat.* MART. 2) Scriptoria in ordine Cisterciensi erant loca scribendis libris deputata seu cellulae scribentibus assignatae et ab invicem separatae, ut ita distincti scribentes violandi silentii ansam non haberent. Huiusmodi scriptoria hactenus visuntur Cistercii et Claraevalli. MART. 3) Raymundi de Pennaforti Summa poenitentiae. — Hymni Arnulfi exstant in cod. Bruxellensi 4459—70; v. Reiffenberg, 'Annuaire' III (1842), p. 131.

effoderetur. Cum autem quidam visitator dixisset, hunc virum fuisse simplicem, responsum est ei[a], melius preesse simplicem et bonum quam callidum et malitiosum. Et[b.1] viginti annis post eius cessionem domus magis defecit quam profecit.

CONTINUATIO PRIMA.

5 1. Dominus Walterius de Geldonia[c.2], cantor egregius, 14. abbas Villariensis, abbatizavit anno Domini 1250, plantare incipiens curiam de Traywinquele[d]. Hic septimo anno regiminis sui visitans in Watirbrane[e.3], ibidem mortuus est, et inde relatus, in capitulo nostro humatus est. Iste domum suam bonis et honestis personis decoravit. Secundo anno regiminis sui, in festivitate sancti Mauricii, que est 10. Kal. Octobris, sexta feria, hora circa (Sept. 22.) 10 meridiem qua Salvator in cruce pependit, erecta est crux magna conversorum, in qua huiusmodi reliquie continentur. Videlicet circa caput Crucifixi continetur de sanguine Domini, qui in[f] altari transubstanciabatur in sanguinem. Hic sanguis continetur ex una parte, scilicet posteriori ipsius capitis; ex altera vero parte, scilicet anteriori, continetur de ligno Domini[g] verissimo et probatissimo, quod probatum erat a sacrista, antequam imponeretur in presentia duarum[h] personarum hoc modo. Cum sacrista 15 illud[i] misisset in cipho[k] aqua pleno, mox descendit ad fundum, quasi esset lapis, ita ut omnes qui viderunt mirarentur; et per hoc creditur esse de vero ligno sancte crucis. In brachio etiam superiori continentur hec[l] quattuor reliquie, scilicet de veste beate Marie virginis et de cathedra eius et de sepulcro eiusdem et de mensa Domini. In dextro brachio sive latere continetur de lintheo quo Dominus in cena pedes discipulorum suorum tergebat. In sinistro brachio sive latere continetur de sancto Nicolao eximio 20 confessore et[m] pontifice. Sub pedibus Crucifixi continetur de sepulcro domini nostri Iesu Christi, cui est honor et imperium in secula seculorum, amen.

2. Dominus Nicolaus de Harmut[4], quondam canonicus regularis Valencenis[n] in ecclesia sancti Iohannis, ad ordinem veniens cum domino Gerardo[o] de Harmut[p], concanonico suo, postea officium prioris et magistri conversorum et[q] novitiorum administrante in domo hac, 25 factus est abbas Villariensis[r] 15. anno[s] Domini 1258, et ipso anno mortuus est et[t] in capitulo nostro sepultus.

3. Dominus Iohannes de Sancgery[u.5], abbas Villariensis 16, abbatizavit anno Domini 1259, plantare incipiens curiam de Stalwiec[v] in Hollandia. Hic quinto[w] anno regiminis sui mortuus, in capitulo nostro sepultus est.

30 4. Dominus Bernardus de Monte-sancti-Wiberti[x 6], homo corpulentus et litteratus valde, abbatizavit anno Domini 1264. Anno 3. regiminis sui elevata est inter sextam et nonam in die inventionis sancti Stephani crux ferrea argento cooperta super pinnaculum frontis ecclesie nostre occidentalis, in qua huiusmodi continentur reliquie: (Aug. 3.) In ferro scilicet concavo sito in medio circuli, quo crucis eiusdem brachia coniunguntur, videlicet[y] de ligno crucis Domini et 35 de lancea eiusdem, de vestimentis et de[z] sepulcro beate[a] Marie virginis, de[b] vestimentis trium regum Coloniensium, de sancto Matheo apostolo, de sancto Bartholomeo apostolo, de sancto Marco euangelista, de sancto Laurentio martire, de sancto Mauritio martire, de pulvere corporis sancti Bernardi abbatis, de sancta Margareta virgine et martire, de sancta Gertrude virgine, de virginibus[c] 11 milibus. Iste eodem anno absolutus, paulo post factus[d] abbas in Grandi-prato, et huc veniens pro 40 quibusdam[e] negotiis, morte preventus, in capitulo [nostro[f]] reconditus est.

5. Dominus Almericus[g], monachus Funiacensis, 18. abbas Villariensis, a domino Clarevallis nobis datus, abbatizavit anno Domini 1268. Secundo[h] anno regiminis sui posita sunt[i] retro cancellum maioris altaris corpora[k] Abundi [de[l] Hoyo] et fratris Arnulphi Cornebout[m] [de[l] Bruxella] conversi, et quedam alia. Hic tertio anno regiminis sui absolutus est.

45 a) *deest* 2. *ed.* b) revera *add.* 2. c) Geldovia 2a. d) Traywim(nc?)quele 1; Traywintele 2. e) Watebrane *ed.*; Wouterbrachen 2. f) qui transubstantiabitur (-batur 2a) in altari. Qui quidem s. 2. g) crucis dominice 2. h) duorum 1. i) *deest* 1. Cum enim s. m. i. 2. k) ci(y)phum a. plenum 2. l) hec 2a; r q. 2. m) ac 2a. n) r. in e. s. I. Valencenensis 2. o) Gher. 2a. p) Hermut 2b. q) atque 2b. r) *deest* 2. s) et eodem anno, qui fuit tunc annus 1258, m. 2. t) ac 2. *ed.* u) Sengery 2. v) Scalwiec 2; Stalwiet *ed.* w) a. r. s. q. 2. x) Guib. 2. y) erat 2. 50 z) *deest* 2b. a) beatissime 2b. b) et de 2. c) sanctis v. 2. d) f. est 2. e) quibus 2a. f) *deest* 1. g) Amelr. 2. h) A s. reg. 2. i) est 2a. k) sanctissimorum fratrum Ab. de H. monachi et 2. l) *haec des.* 1. m) Cornebôt 1; de Br. conversi 2.

1) Haec et fortasse etiam antea quaedam post addita videntur; cf. praef. p. 193. 2) Iodoigne. 3) Wautier-Braine. 4) Harmont. 5) Sengery. 6) Mont-Saint-Guibert.

Abbatizavit autem in domo Trium-fontium¹ et in domo Ringii². Hic confessor egregius et discretus fecit fieri scriptorium, quod est retro altare sancte Katherine[a].*

6. Dominus Arnulphus de Gestele[b], 19. abbas Villariensis, abbatizavit anno Domini 1271, plantare incipiens curiam de Magrait[c]. Qui dum adhuc iuvenis[d] esset, ad studendum Parisius mitti[e] noluit, magis inhians caritati edificanti quam scientie inflanti, imitans exemplum sancti Benedicti, qui scolis obmissis se totum contulit religioni. Et cum[f] in religione proficeret, et fama virtutum eius ubique crebresceret, monachi Loci[g]-sancti-Bernardi in abbatem eum sibi prefecerunt. Et regimine ibi[h] suscepto, studuit modis omnibus[i] dare[k] voci sue vocem virtutis, id est quod ore dicebat opere non destruere. Cumque ibidem pondus sollicitudinis susceptum devote administraret, in abbatem Villariensem electus est[l]. Quo audito, insufficientem se ad regimen tante domus reputans, nec magnis nec mirabilibus supra se intendere volens, electioni consentire noluit. Et quia ad maternam domum ascendere noluit, secundum ius ordinis prelationem et in matre et in filia amisit, et factus prior in domo in qua abbatizavit, conventum sua presentia laudabiliter informabat[m]. Sed non est sapientia contra Dominum. Item[n] Villarienses patre orbati, Spiritu[o] sancto afflati, secundo hunc in abbatem assumunt. Et[p] ipse durum sibi reputans[q] contra stimulum calcitrare et[r] Dei ordinationi resistere, tandem consensit, in Dei adiutorio confidens et ita sibi expedire credens.

7. Hic invenit domum multis debitis et pluribus pensionibus obligatam, ita quod conventus primo anno regiminis sui in[s] refectorio numquam gustaret vinum. At ipse[t] de minori non multum cautus substantia, meminit scriptum[u]: *Primum querite regnum Dei et iusticiam eius, et omnia adicientur vobis.* (Matth. 6, 33) Et animabus intendens quas suscepit regendas, monachos in curiis demorantes ad claustrum revocavit, secundum quod diffinitum est in antiquis usibus: *Monacho[v], cui ex regula claustrum proprie debet esset habitatio, licet quidem ad grangias, quotiens mittitur, ire, sed non diutius morari.* Insuper dicebat, quod monachorum officium est orare, legere, psallere, meditari, tractare carnes agni immaculati et[w] incontaminati Iesu Christi et ab actibus seculi se facere alienos; nec eorum professioni competit vacare rurali operi, litigiis, placitis[x], sompno, loquacitati, discursui, gule illecebris, et pre-

*) 2 *addit quod sequitur ex* 2a. *descriptum:* Hic sequitur titulus mausolei tripartiti existentis retro cancellum ecclesie nostre, contra orientem, sub fenestra media.

Hic iacet Abundus Hoyensis, crimine mundus.
Ecce latent fossa Cornebout fratris Ar. ossa
Clauderis hic cista, Godefride beate sacrista.
Qui vicia nescit Bonifacius hic requiescit.
Hic de Nyvella Merkicia iacet domicella.
Calcans mundalia[y] de Cornelion Iuliana.
Sis sancti Syri memor Helwigen sepeliri.
De Gravio iacet hic dulcis et honesta Maria;
Rachel non Lya proprie fuit ista Maria.
Hic iacet Henricus monachus de Geest, inimicus
Mundi, cui clericus quondam fuerat sat amicus.
De Dongheberto[z] iacet istic nomine certo
Guilhelmus dictus monachus, vita benedictus.
Hii mundo corde vixerunt, et sine sorde
Vite forma dati nobis, sunt hic tumulati.
Moribus hos sequere, si Christum queris habere;
Sis mundus, si vis celestis vivere civis.
Est sapiens mundum fugiens, celestia querens,
Insipiens mundum sitiens, labentibus herens;
Ut sapias nec desipias, nil appete vanum,
Divicias sed despicias, cor sit tibi sanum!

a) virginis *add.* 2. b) Ghestele 2; Pestele *ed.* c) Magrei(y)t 2. d) vivens 2a. e) n. m. 2b. f) *deest* 2a. g) *deest* 1. h) ibidem 2. i) o. m. 2. k) v. s. d. 1. l) *deest* 2b. m) informavit 2. n) Iterum enim 2. o) et Sp. 2. p) At 2b. q) s. esse r. 2. r) ac 2. s) n. in r. 2. t) ille 2. u) esse in euangelio *add.* 2. v) monachus 1. *ed.* w) et i. *des.* 4b. x) *deest* 2a; pl. l. 2b. y) mundatia *c.* z) Donghebertus *c.*

1) Trois-Fontaines. 2) Fortasse Rigny (Regniacum), dioec. Altisiodorensis, vel Rengis-vallis, dioec. Tullensis. — Voss l. l. p. 151 n. 9. locum affert, quo teste Almericus abbatiam quandam Sancti Martini ('S. Martin d'Aurion') accepit. — *Remigii* legit Wauters p. 34.

cipue ubi exteriora per conversos vel per fideles laicos expediri possunt. Porro Spiritus veritatis, qui hec cordi eius inspiravit, non eum[a] fefellit; sed adiutorio Dei et industria conversorum relevata est[b] a debitis et aucta divitiis et edificiis bonis, scilicet domo cervisie[c] et domo Pelli-paria[d] et fabrica in Boveria[e]; munivit etiam muris curias nostras Sart-Resebarbe[f], 5 Enmeleymont[g], Chenoit[h], Cessart[i]. Fratres in grangiis visitans et[k] exempla sobrietatis eis relinquere volens, refectorium cum eis intravit, inventis ibidem contentus, et in monasterio existens in victu et vestitu se suo conventui assimilavit[l]. Cum officiales ad eum venirent et peterent ab eo, ut moris est, pro administratione sibi commissa licentiam dandi et[m] accipiendi, respondit, dicens[n] eis: 'Scitote, fratres, me ipsum, in quo potissime[o] dependet dispen- 10 satio rerum temporalium, non posse conferre panem unum nisi pro utilitate monasterii vel pro indigentia pauperum, quorum bona sunt'. Preterea affirmabat iste fidelis dispensator, quod tempore prelationis sue numquam exivit monasterium nisi pro negotiis ordinis aut domus sue, patrimonium Crucifixi[p] inutiliter expendere formidans. Humilitatem ambulans vel equitans intuentibus demonstrabat. Cum ad visitandum pergeret, converso et monacho 15 notario contentus et duobus cursoribus, nullum visitatis[q] intulit gravamen. Et[r] pro sua humilitate amabatur a domino duce et a populo terre et a suis subiectis, et precipue a conversis. Auxit enim[s] eis numerum vestimentorum, nuditati eorum compatiens et multos ad conversionem recipiens[t]. Dicebat[u], quod non licebat ei laicum operarium ut[v] vere penitentem ad conversionem venientem repellere, affirmans ordinem ad hoc fundatum, ut[w] tam 20 litterati quam illitterati peccatis et vitiis irretiti et[x] dyabolo subiecti, et ut[y], qui animarum sanguinem sepe fuderant, in eo[z] dignos penitentie fructus facerent et[a] ad eum tamquam civitatem[b] refugii convolarent[c]. Cum autem hic devotus pater vigiliis interesset et chorum fratrum[d] ad excitandum eos intraret[e], lumine lampadis purgato a se tunc vel a fratribus prevenientibus eum, si plures ibidem invenisset, eorum devotioni congaudebat.

25 8. Referuntur[f] fuisse in Villari centum monachi et trecenti conversi. Prior tunc erat nonnus Arnoldus Naset, qui abbatizaverat in Valle-Dei[1]; et etiam antea quidam de nostris Reynerus[g] nomine. Abbatizavit tunc in Grandi-prato nonnus Iohannes de Gentines, quondam officium prioris et cellerarii maioris in domo hac administrans. Abbatizavit etiam tunc in Loco-sancti-Bernardi nonnus Henricus de Melbroec[2], quondam prior noster[h]. Tunc tem- 30 poris dominus Albertus abbas de Oliva[3] vadens ad capitulum generale hic infirmari cepit. Hic autem per multa tempora, audito bono nomine personarum domus huius, in loco isto mori optavit, et modo voti[i] compos effectus, in capitulo nostro repositus est.

9. Secundo[k] anno regiminis domini Arnulphi[l] mense Iulio, septimo Ydus eiusdem[m], *Iul. 9.* sublevata est inter nonam et vesperas crux metallina[n] auro cooperta super turrim nostram, in 35 cuius maiori pomo continentur huiusmodi reliquie: de ligno Domini[o], de sancto Benedicto, de sancto Bernardo, de sancto Lamberto episcopo et martire, de sancto Nicolao episcopo et confessore, de sancto Florentio martire, qui fuit unus de legione Thebeorum[p], de virginibus 11 milibus. Ultimo anno vite sue promisit conventui, quod, visitatione transacta, augeret ei numerum vestium et bona conventus totaliter converteret in emolumentum refectorii. Sed heu! nobis aliter factum[q] 40 est, quia, cum solvisset debita nostre domus et decorasset eam divitiis et personis, expletis quinque annis et quinque mensibus in regimine, sexto Nonas Marcii migravit ad Dominum. *Mart. 2.*

CONTINUATIO SECUNDA.

10. Dominus Iacobus de Bomalia[r], 20. abbas Villariensis, abbatizavit anno Domini 1276. Hic clericus egregius et eximius predicator, igne caritatis estuans, aliquotiens ad vicina

45 a) ipsum 2. b) est domus 2b. c) *ita* 2; Corvisie 1. *ed.* d) Bel. 2b. *ed.* e) Boneria *ed. codd.?* — et c. *add.* 2a. f) Sartre Sebarke 2. g) Enmelemont 1. h) Chenoyt 2. i) Chessart 2. k) ac 2b. l) conformavit 2b. m) vel 2b. n) e. d. 2. o) d. p. 2. p) Christi 2b. q) domibus v. 2. r) Denique 2. s) *bis scr.* 2b. t) susc. 2. u) D. enim 2. v) et 2. w) quatenus tam layci quam litt. p. 2. x) a 2a. y) *deest* 2. z) *deest* 2a. a) idcirco 2. b) ad c. 2. c) Referuntur — conversi *hoc loco* 2. d) *deest* 2a. e) intrare 2. f) R. circa idem 50 tempus *supra* 2. g) Reynerius 2a. h) Vilariensis 2. i) *deest* 1. k) Anno s. 2. l) Arnoldi 1. *ed.* m) e. mensis 2. n) metallica 1. *ed.* o) dominice crucis 2. p) sanctorum Th. et 2. q) contigit q. 2. r) Bomale 1 Somal *Waut.*

1) Val-Dieu, dioec. Leodiensis. 2) Melsbroeck. 3) in Prussia.

loca et precipue in Nivellam ibat, et ibidem predicando corda fidelium in amorem celestis patrie accendebat. Iste abbas non oblitus se fore monachum, in dormitorio dormiebat, vigilias et refectorium cum conventu frequentabat. Si audisset monachum in legendo male accentuantem, verecundie parcens legentis, non eum ibi reprehendebat. Dominum ducem[a] quadam vice contra episcopum Cameracensem litigantem[b] fovit et eius causam viriliter defendit. Missa dicta, non cito de templo exibat, sed diutius ibi[c] permanens, orationi, meditationi, compunctioni[d] operam dabat. Cum autem septem annis abbatizasset, invito conventu et renitente domino Clarevallis, a cura sua absolutus est.

11. Tunc[e] temporis abbatizavit in Loco-sancti-Bernardi dominus Henricus de Melbroec[f], quondam monachus et prior Villariensis, homo sensatus et expertus, zelum habens secundum scientiam. Hic frequenter utens cilicio, non patiebatur detrimenta gregis sui nec[g] domus sue, sed potius in augmento utriusque gaudebat. Maiorem hereditatem acquisivit cenobio[h] illi tempore suo, quam ibidem invenerat. Ipse enim missus a domino duce ad regem Anglie pro matrimonio contrahendo inter filium ducis et filiam regis[1], honorifice susceptus est. *1290.* Expositis[i] causis consummatisque[k] negotiis pro quibus venerat, ac multis ditatus muneribus et exeniis a rege, cum gaudio ad propria reversus est[l].

12. Hic dominus Iacobus fecit scriptoria circa[m] calefactorium et chorum conversorum, novis stallis impositis choro monachorum. Construi fecit etiam novam portam. Et sub ipso factus est nonnus Balduinus[n] de Asor monachus noster abbas in Grandi-prato, et huc veniens, morte preventus[o], sepultus est iuxta dominum Bernardum abbatem[p] Grandi-prati.

13. Et cum dominus Iacobus 7 annis[q] prefuisset, prefixo die[r] electionis, aliqui elegerunt dominum Henricum abbatem Loci-sancti-Bernardi, de quo paulo ante fecimus mentionem [cognomento[s] de Melbroec], alii nonnum Robertum de Blokeri[t.2], filium domini de Otignees[u.3], baccalarium in artibus, tunc temporis studentem Parisius. Hic prevaluit, et factus[v] 21. abbas Villariensis, homo gratiosus et[w] affabilis et liberalis et[x] a prelatis ordinis multum dilectus. Hic[y] abbatizavit anno Domini 1283. Eius tempore facta est aula superior, et sub ea camere infirmantium et structura nova claustri ante refectorium et domus quedam alia satis conveniens eius debilitati. *Dec. 26.* Hic in die sancti Stephani vigesimo anno regiminis sui cessit. Eius tempore summus pontifex Bonifacius octavus exegit a nobis decimam de bonis nostris, sed non de pitantiis[z] nostris taxatis tunc ad valorem mille librarum et 400 nigrorum Turonensium[a] parvorum.

14. Nonnus[b] Nicolaus de Gest noster monachus, abbatizans in Grandi-prato, factus abbas[c] Villariensis 22, abbatizavit anno Domini 1303. Hic quatuor annis prefuit, et quintum non complens, in Clara-valle cessit. Ipse confessor et summus consiliarius domini ducis fuit et secundum carnem propinquus, ut dicitur. Tunc temporis vendidimus pensionem[d] maximam domino Hugoni de Merlire[e.4] sacerdoti, cuius occasione postea vendidimus de bonis nostris mobilibus et immobilibus ad valorem 6 milium librarum.

15. Dominus Raduardus de Machlinia[f], abbas Loci-sancti-Bernardi, factus abbas[g] Villariensis 23, abbatizavit anno Domini 1308. Hic tertio[h] anno regiminis sui cessit, et secundo factus abbas Loci-sancti-Bernardi, Cistercii in generali capitulo defunctus est.

16. Nonnus Iacobus de Plancenoet, unus de pulchrioribus prelatis ordinis[i], tricesimo etatis sue anno, ingressus vero sui in[k] ordinem anno undecimo, factus abbas Villariensis 24. *Oct. 4.* in die sancti Francisci, abbatizavit anno Domini 1310. Hic sex annis prefuit. Quinto anno regiminis sui, cum dux nondum attigisset annos discretionis[5] et regimen terre resideret penes consiliarios locorum, solvere non volentes nec valentes talliam nobis impositam, asportantes bona nostra mobilia, exivimus domum nostram, confugientes in Cameronem[l.6], in

a) Brabancie *add.* 2. b) *deest* 2a. c) ibidem 2. d) et c. 2. e) Tunc — reversus est *hoc loco des.* 2, *libro de Sanctis c.* 19. *inserta.* f) Melbrouch *ed.* 1?; Melbroek 2b. *l. l.* g) et 2. h) i. c. 2. i) que *add.* 2. k) et c. 2. l) et post hec in pace quievit *add.* 2. m) iuxta 2. n) Bald. m. n. cognomento de A. 2. o) p. est ac s. i. 2. p) quondam a. 2b. q) ut predictum est *add.* 2b *bis scriptum.* r) e. d. 2. s) *haec des.* 1. t) Blokery 2. u) Otigne 2. *ed.* v) f. est a. 21. V. 2. w) *deest* 2. x) atque 2. y) qui 2a. z) piet. 2. a) Thur. 1. b) Dominus 2a. c) 22. a. V. 2. d) portionem 2a. e) Merlere 1; Merlyre 2. f) Mechl. 2. g) 23. a. V. 2. h) a. 3o r. 1. i) nostri ord. *ed.* k) ad 2. l) Caberonem 2a; Camberonem 2b.

1) Iohanni (II), filio Iohannis I. ducis, nupsit a. 1290. Margaretha, filia Eduardi I. regis Angliae. 2) Boquery? 3) Ottignies. 4) Mierlyere. 5) Iohannes III, natus a. 1300, qui patri a. 1312. successit. 6) Cambron.

Alnam[1] et in Locum-sancti-Bernardi et ad[a] terram Namurcensem. Et tempore eius[b] factus est nonnus Iohannes de Haecht[c] monachus noster abbas in Valle-Dei — cuius avus fuit dominus Walterus miles[d] de Haecht apud nos cum uxore sua sepultus, qui construxit[e] domum textoriam; de cuius bonis recepimus tria milia librarum antiquorum[f] Lovaniensium — et[g] Henricus de Fais[h] monachus noster abbas in Grandi-prato. Hic dominus Iacobus fecit fieri duo scriptoria iuxta domum sacriste et circumcinxit portam anteriorem novo muro et novum claustrum conversorum[i]. Tunc[k] temporis contractus est chorus conversorum.

17. Dominus Iohannes de Malre[2], baccalarius in theologia, abbas Loci-sancti-Bernardi, homo mire facundus et personatus, factus abbas Villariensis 25, abbatizavit anno Domini 1315, et fuit suo tempore fames et mortalitas maxima, qualis non est audita a centum annis et infra. Tertio mense regiminis sui conventus dispergitur, et in eodem anno revocatur. Hic missus secundo anno regiminis sui ad curiam Romanam pro communibus negotiis ordinis, inde rediens ipso anno, in Clara-valle[l] defunctus est.

18. Eo[m] tempore dignum duximus scripto commendare[n] fundatores capellarum nostrarum, ut memoria eorum apud nos iugiter perseveret. Noscat ergo generatio ventura, quod capellam sancte Trinitatis fundavit nobilis domicella Gertrudis de Moriasarth[o]. Secundam vero[p] nobilis domicella Rixa de Sombrefe[q]. Tertiam vero fundavit domina Clementia de Malevia[r, 3], ibidem sepulta cum domino Reynero, patre suo, et cum domino Rasone[s] de Gravio[4], qui legavit pottum vini monacho ibidem missam celebranti. Quartam[p] dominus Hermannus, quondam canonicus Traconiensis ecclesie[t, 5], ibidem cum domino Petro concanonico suo sepultus. Hic dominus Hermannus comparavit erga nos pottum vini cotidie[u] tradendum lectori mense et halec[v] dandum unum singulis diebus ab exaltatione sancte crucis usque pasca[w]. Aliud vero halec[x] acquisivit nobis dominus Henricus dux apud nos sepultus[6]. Dominus[y] Henricus Leodiensis episcopus, compatiens inopie nostre, dedit nobis decimam de Diepenbeke[z], pro qua habemus cotidie butyrum. Ipso[a] presidente, date sunt nobis terre et redditus pro acquirenda cervisia fratrum in grangiis demorantium; nam antea non bibebant[b] in eis nisi aquam. Illa vero duo ova, que dantur nobis in vespere a pasca usque ad exaltationem sancte crucis, acquisita sunt nobis de pecunia amicorum nostrorum, abbatizante domino Roberto[7]. Nec est negligenter pretereundum, quod eo tempore quo abbatizaverunt venerabiles patres nostri dominus Karolus et dominus Conrardus date sunt nobis supra Renum 17 carate[c] vini et 10 salmones deliberandi singulis annis in[d] domo nostra in Colonia. Sed hiis omnibus venditis, empte sunt vinee nostre in Lovanio, de quibus debebat domus duas geltas[e] vini omni die distribuendas, unam pro monachis infirmis, aliam pro conversis infirmantibus. Sed bone memorie dominus Bovo de Nivella tot acquisivit nobis redditus, quod domus obligata permansit unicuique persone domus nostre egrotanti cotidie in una pinta vini. Insuper vinum, quod datur in festis in quibus habetur sermo in capitulo, acquisivit frater Gilbertus de Iska[f], olim pincerna domini ducis, de elemosinis sibi datis. Et vinum, quod habemus in minutionibus, acquisierunt nonnus Gobertus de Aspero-monte et frater Theobaldus, quondam miles et castellanus de Courtray[g]. Quidquid etiam, deductis expensis, residui fuerit de curia nostra que Gradin[h] appellatur et de domo pomaria, detur[i] conventui pro pitantia[k]. Quintam capellam fundavit dominus Hugo de Meerlire[l, 8], ibidem sepultus cum quodam capellano suo. Hic emit nobis sexaginta bonaria terre in Ramelgies, ea conditione, quod[m] reciperet a nobis sexaginta modios frumenti quamdiu viveret, et quod ipso mortuo viginti modii converterentur in augmentum vini infirmorum. Sextam capellam fundavit Iohannes de Sonerel[n, 10], ibidem sepultus cum uxore sua et cum domicella[o] Elizabeth, quondam hospita nostra in Bruxella, de cuius bonis plurimis nobis collatis acquisivi-

a) in 2. b) ipsius 2. c) Hascht *corr.* Hacht 1, *et ita ed.* d) de H. m. 2. e) nobis c. 2b. f) antiquarum 2b. g) Abbatizavit quoque ea tempestate nonnus H. 2. h) Fays 2. — n. m. 2. i) c. fecit 2. k) T. quoque 2. l) Claram vallem 2 *ed.* m) Eo quoque 2. n) mandare 2b. o) Moriasart 1. p) fundavit *add.* 2. q) Sombrese 1. r) Malenia 1; Malema 2; Malerna *ed.* s) Iasone 1. t) *deest* 2. u) cot. — halec unum d. *des.* 2a. v) allec u. d. 2b. w) ad p. 2. x) allec 2. y) D. vero 2. z) Dipenbeke 1; Piepenb. 2a. a) I. quoque 2. b) biberant n. a. 2. c) carruce 2. d) in d. n. *des.* 2b. e) ghelt 2a. f) Yska 2b. g) Coutray 2. h) Gradim 1. i) debetur 2b. k) piet. 2. l) Meerlyre 2a. m) ut 2. n) Sorenel 2a. o) domina 1.

1) Aulne, dioec. Leodiensis. 2) Malderen. 3) Malève. 4) Gavre. 5) Draconara. 6) V. chartas ap. Miraeum, Opp. III, p. 76. 92. 7) De quo c. 13. 8) Cf. notas ap. Wauters p. 22 n. 9) De quo cf. c. 14; annis 1272. et 1274. donationes fecit. 10) Somerel.

mus hospitium nostrum in Bruxella. Septimam fundaverunt parentes nonni Thome de Namurco, quondam bursarii nostri, in eadem sepulti. Octavam domicella Maria, soror[a] nonni Iohannis de Monte-sancti[a]-Wiberti[b], quondam cantoris nostri[c], ibidem sepulta. Nonam, [que[a]] est in porticu subtus, fundavit dominus Gobertus [de[d] Vioul sive] de Argenton et Matheus de Nivella dictus Pietoul et uxor eius. Capellam, que est in infirmitorio seculi, fundavit et dotavit Balduinus de Melenrin; et tenetur[e] cotidie ibidem una missa celebrari coram infirmis et dominicis diebus collatio[f] una fieri coram familia nostra ab aliquo monachorum more consueto.

19. Item sciendum, quod pottum[g] vini, quem habet cantor dominicis diebus et in festis quibus non laboramus, datus fuit nonno Thome de Lovanio, cantori nostro, a domino Clarevallis tempore visitationis. — Item nota, quod Reynerus Clutinc[h] de Roosbeke[1] dedit nobis 60[i] libras ad emendum redditus pro augmentando vino infirmorum, ut patet in litteris super hoc confectis. — Noscant etiam[k] presentes et futuri, quod Arnoldus de Wesemale[2] et Clementia, uxor eius, dederunt nobis anno Domini 1208, abbatizante domino Karolo, duodecim bonaria terre adiacentia nove curie et decimam quandam pro pane et vino, de quibus in mensa Domini solempnis memoria dominice passionis in missarum solempniis apud nos perpetue celebretur. — Volo etiam[l] scripto declarare donum Wilhelmi[m] de Opprenbais[n. 3], quod fecit ecclesie nostre, sicut patet in instrumento super hoc confecto in hec verba: *Ego frater Conrardus[o] dictus abbas de Villari notum facio omnibus has litteras inspecturis, quod Wilhelmus de Opprenbais quandam elemosinam ad candelas pro divinis celebrandis domui de Villari contulit, statuens, ut, quidquid super[a] candelas excreverit, ad pitantiam conventui tribuatur, quatenus omnium bonorum, que a conventu fiunt, ipse et uxor eius Elizabeth participes esse mereantur.* Addidit etiam, ut[p] nullus de hac quidquid[q] ordinare debeat preter sacristam, qui et presentem cartulam apud se reservabit. — Item acquisiti sunt nobis 12 modii frumenti tempore domini Wilhelmi abbatis, quorum occasione consuevimus facere et distribuere hostias capellis et ecclesiis. — Sciant etiam[r] presentes et futuri, quod acquisite fuerint[s] nobis, sicut seniorum nostrorum relatione didicimus, 10 libre bone monete pro candela illa cerea que iugiter ardet in presentia eucharistie; que quidem ardere debebat coram reliquiis in sacristario, sed postea visum est magis expedire eam lucere continuo[t] coram sancto sanctorum. — Preterea notum sit universis, quod porta nostra[4] habebat quasdam terras sparsim super curias nostras, maxime inter bona de Ramelhies[5] et Tavers[u. 6], sicut quidam de senioribus nostris retulerunt, que incorporate dicuntur fuisse bonis nostris de Emeleymont[v] ea conditione, quod domus[w] assignavit[x] porte in recompensationem predictarum terrarum quasdam terras apud Teersier[y], et quod porta debebat cum[z] hoc recipere a furno qualibet[a] septimana domus bis mille panes nigros et centum, qui faciunt quatuor modios mensure Nivellensis; sed de ista permutatione non habentur littere. Alii dicunt, quod seniores nostri et predecessores adeo fuerunt liberales in pauperes, quod in dando modum excedebant; quod perpendentes visitatores, statuerunt nichil addendum ultra predictum numerum panum.

20. Item mortuo domino Iohanne de Malre, electus est dominus Iacobus [de[b] Plancenoet], quondam 24. abbas Villariensis, in[c] abbatem Villariensem anno Domini 1317. post pasca mense Aprili. Hic cum duodecim annis abbas esset[d], petiit se absolvi, et exauditus est. Tempore regiminis sui venit ad ordinem quidam burgensis de Nivella predives valde, nomine Anselmus[e] de Samine. Hic cum iam annum probationis exegisset et[f] professus esset, post breve tempus viam universe carnis ingressus, in ecclesia nostra ante altare sancti Michaelis sepultus est cum sorore sua ibidem[g] nunc tumulata, relinquens celebranti cotidie ibidem[h] missam pottum vini. Fertur etiam nobis dedisse plus quam duodecim[i] milia librarum, que tamen nobis modicum profuerunt, quia per infortunia et guerras et[k] angarias exhausti fui-

a) *deest* 2a. b) Guib. 2. c) *deest* 2b. d) *haec des.* 2. e) tenemur c. — i. c. 2. f) u. c. 2. g) pottus 2. h) Cluetinc 2b; Cluentinc 2a. i) 40. 2. k) enim 2b. l) enim 2a. m) domini 1. n) Oppenbrays 2b, *qui addit:* quandam elemosinam ad candelas. o) Conradus 1. p) quod 2. q) *deest* 1. r) autem 1. s) fuerunt 2. t) continue 2a. u) Taviers 1. v) Emelymont 2a; Emelimont 2b; Enmel. *supra p.* 211. w) d. nostra 2; dominus 1. x) assignaret 2: porte — T. et *des. ed.* y) Treesier 2. z) c. h. *des.* 2. a) d. q. s. 2. b) *haec des.* 1. *ed.* c) in 26. a. V. a. 2. d) abbatizasset 2; denuo a. 2a. c. e) Ancelmus 2; de Samme 2b. c; Samitie 1. *ed.* f) ac 2. g) i. n. t. *des.* 2. h) ibi m. unum p. v. 2. i) duo 2a. k) atque 2.

1) Roosebeke. 2) Wezemael. 3) Opprebais. 4) in usum pauperum et peregrinorum. 5) Ramelies (Ramillies). 6) Taviers sur Mehayne?

mus et in bonis mobilibus et[a] immobilibus minorati, et numerus monachorum et conversorum valde[a'] contractus.

21. Anno Domini 1329. factus est[b] nonnus Gerardus de Mosters[1], bursarius [noster[c]], homo mansuetus et humilis valde, in mense Iulii abbas Villariensis 27. Hic non acceptor personarum, amari plus cupivit quam timeri, istud scripture memoriter retinens: *Principem te constituerunt, noli extolli, esto*[d] *quasi unus ex illis.* (Eccli. 32, 1) Curiositatis ignarus simpliciter, non pompatice se utique gerebat. Hic[e] cum advertisset se insufficientem ad regimen domus[f] tante et onus debitorum et[g] pondus usurarum importabile, petiit[h] se absolvi[i], et exauditus est

22. Et factus est nonnus Henricus de Faas[2], tunc abbas in Grandi-prato, abbas Villariensis 28. anno Domini 1330, et nonnus Desiderius de Burgundis[k, 3], homo stature[l] pusille et parvus in oculis suis, amator religionis et ordinis rigidus observator, tunc prior in Villari, factus est abbas in Grandi-prato. Dominus[m] Henricus cum nude et sine velamine perscrutatus esset[n] statum domus [nostre[o]], et annuatim obligati essemus in pensionibus bladi in 1300 modiis bladi et diversis creditoribus in 800 libris grossorum antiquorum, cum iam duobus mensibus prefuisset, cessit.

23. Porro[p] conventus afflatus sancto desiderio prefatum nonnum Desiderium in abbatem 29. elegit. Hic satis renitens officio, tandem persuasu domini Cisterciensis, qui tunc presens fuit, consensit. Hic per modestiam et humilitatem suam invenit tantam gratiam coram domino terre, quod nec[q] persone nostre nec bona nostra arrestari[r] possent[s] ad instantiam illorum quibus obligabamur[t] in debitis et in pensionibus annuis. Adeo etiam humiliter incessit, cum exiret ad domus sue negotia procuranda, videlicet cum monacho[u] vel converso vel famulo, ita[v] quod videntes compatiebantur eidem. Si contingeret, eum necessitate coactum in oppidis comedere, de vino quod minus comparabatur bibebat, assidentibus de meliori bibentibus. Quoddam monasterium visitans, fertur nisi tres grossos expendisse. Cum autem pro usuris solvendis vendidisset hereditarie curiam nostram de[w] Hollandia[4] et bona nostra de Iandri[5] et curiam nostram de Dikebeke[x] domino eiusdem ville ad vitam, et conventus noster in dispersione abisset, tertio anno regiminis sui, scilicet in vigilia nativitatis beate Marie[y] virginis, (Sept. 7.) post susceptionem sacramentorum suorum[z], viam universe carnis feliciter[a] ingressus est.

24. Eo vero sepulture tradito, missum est ad reverendum patrem nostrum abbatem[b] Clarevallis[c], rogantes eum, ut more solito ipse nobis presentiam suam in creationem[d] novi abbatis exhiberet[e]. Qui arduis negotiis detentus, ad[f] nos venire non potuit; sed domino Alninsi et abbati de Boddeloo[6] vices suas in hac parte commisit. Quibus presentibus, convenimus[g] in unum, invocata gratia Spiritus sancti, eius[h] instinctu unanimi consensu et concorditer eleginus in verum abbatem nonnum Iohannem de Bruxella, monachum domus nostre, qui ipso anno magister et doctor sacre theologie effectus est et[i] recturus studium per idem tempus Parisius apud Sanctum Bernardum; et statim missus est prior noster ad eum, deferens eidem litteras electionis sue. Quibus lectis, dure consensit. Et quid mirum? Scivit[k] domum gravatam fere ultra modum in pensionibus argenti et bladi et[l] aliis debitis. Ipse vero tandem perpendens se vocatum a Domino et confisus de eius adiutorio, factus est[m] anno Domini 1333. abbas 30[n].

[EXPLICIT[o] CRONICA ABBATUM VILARIENSIUM.]

a) ac 2. a') c. v. erat 2^a; c. erat v. $2^{b, c}$. b) *deest* 2^a. c) *deest* 1. *ed.* d) sed e. 2. e) Et 2. f) t. d. 2. g) ac 2. h) petivit 2^a. i) exsolvi 2^b. k) Burgondis 1. l) p. st. 2. m) Qui d. 2. n) fuisset $2^{b, c}$. o) *deest* 1. *ed.* p) et 1. q) *deest* 1. *ed.* r) aristari 2^a. s) poterant 2. t) obligamur 2^a. u) m. v. *des.* $2^{b, c}$. v) *deest* 2. w) in 2. x) Dekebeke 1; Diepenbeke 2^b? *ed.; cf. supra p.* 213 *n.* z. y) *deest* 2^b. z) ecclesiasticorum 2. a) i. e. f. 2. b) dominum a. 2. c) Cl. a nobis, rogando 2. d) creatione 2^a. e) exhibere dignaretur 2. f) ad n. *des.* 2^b. g) congregati sumus 2. h) eiusdem 2. i) *deest* 2. k) Sc. enim 2. l) atque 2. m) est Vilariensis a. 30. a. D. 1333. 2. n) *in cod.* 2^a *sequuntur loci Thomae Cant. et Caesarii Heisterb. supra c.* 20. 24 (*p.* 204. 206) *omissi.* o) *ita* 2^b.

1) Moustiers. 2) Faux sive Fols. 3) Burgode. 4) V. supra c. 3, p. 209. 5) Iandrain? 6) Bodelo in Flandria.

CONTINUATIO TERTIA AUCTORE FRANCONE.

1. Notandum de predicto domino Iohanne de Bruxella, qui, ut predictum est, perpendens se vocatum a Domino ex quadam visione sibi ostensa nocte predecente diem electionis, de qua tamen nichil penitus tunc sciebat, confisus igitur de adiutorio Dei, onus sibi impositum acceptavit. Rexit, et obiit, uti ex eius epitaphio constat: 5

Hic Iohannes divinus doctor fuit altus et imus,
Libros, grana, nemus nobis[a] *dimisit amenus.*
Bruxelle natus fuit, intus et ipse renatus;
Abbas et frater; iacet hic iuxta sua mater.
Hi[b] *vinum plene feriis sextis tribuere,* 10
In quibus induti, quo quis non possit abuti,
Pacto post stantes, missam fratrum celebrantes.
Hic sic adveniat, de profundis semel[c] *dicat:*
1346? *Anno milleno C ter et sex hic quadrageno*
Iunensi mense mortis tunc capitur ense. 15
Fac bene quod superest! erimus quoque quod hic est.

2. Abhinc usque ad dominum Walterum de Asca 40. abbatem Villariensem inclusive non fuit, qui has chronicas scribendo prosequeretur. Ideoque, ut saltem aliqua de sequentibus memoria habeatur, scribet is, qui sepe requisitus a quodam suo religioso tandem onus accepit, ea que aut relatu scit aut visus experientia; de his quorum actus gestaque penitus ignorat, nichil preter eorum nomina quotique fuerint anni recensendo. 20

3. Igitur post prefatum dominum Iohannem 30. abbatem Villariensem factus est abbas eiusdem monasterii 31. quidam vocatus etiam dominus Iohannes.

4. Cui successit dominus Albericus de Geneppia[1] natus, et factus est 32. abbas Villariensis. Huius mores, regimen atque obitus ex sequenti ipsius quodam invenitur epitaphio, ut liquet: 25

Hic iacet anfractus[d] *domnus Albericus vocitatus;*
Mitis erat pastor prefueratque prior,
Omnibusque gratus; fuit in Geneppia natus.
Portam construxit istamque domum bene duxit[e]. 30
Abbas ter denus intus fuit iste secundus.
1347. Iul. 8. *M, C ter*[f], *quater X, septem finis fuit isti*
Octava feria Iulii; pro quo, precor, ora!

5. Post hunc dominum Albericum factus est 33. abbas Villariensis dominus Iohannes de Franea[2] natus; qui qualis fuerit qualiterque rexerit, non aliter quam per eius epitaphium perpendi potest[g], quod et sequitur: 35

Membra sub hoc lapide domni venerandi Iohannis
Conduntur, qui de Franea natus fuit; annis
Multis sors favit sibi; fortiter officiavit,
Et pacem pavit, mendaces ipse fugavit. 40
Abbas hoc rexit claustrum bene; denique cedens;
1358? Oct. 17 – 18. *M, C ter, X sena, quater*[h] *duo*[3], *nox quoque Luce*
Dant mortem; plena celi gaudet modo luce.

6. Dominus Nicolaus de Brugodiis[4] post prefatum dominum Iohannem fuit factus abbas Villariensis 34; de quo reperitur sequens epitaphium: 45

Abbas sensatus iacet hic Nicolaus humatus,
Moribus ornatus pulchris, natu generosus.
Brugodiis ortus fuerat, cunctisque benignus.
Ter denus quartus de Villari numeratus,

a) *s. XVII. legebatur:* monachis divisit *Waut. p.* 37. b) Hic *ed.* c) *vocabulum corruptum.* d) antractus 2c, *ubi hoc epitaphium continuationi ex historia s. XVII. sumtae insertum est. Ibidem* domnus *deest; sed ita quoque claudicat versus; fortasse* dom *legendum est.* e) benedixit 2c. f) ter que ter *ed.* g) q. p. et s. *ed.* h) duo quater *ed.* 50

1) Genappe. 2) Frasne. 3) i. e. 1368. Sed si sequentes numeros computas, hic a. 1358. obiisse dicendus est. 4) Brigode.

Fortiter hic annis claustrum rexit duodenis.
M, C ter, iunctis[a] *L, X duplexque notatis,* 1370. Iul. 30.
Augusti trinis finem dedit ipse Kalendis.

7. Isti domino Nicolao successit factusque est abbas Villariensis 35. dominus Martinus, 5 de Hoyo oriundus, in sacra theologia bacularius. Is magni optimique regiminis fuit, adeo ut sub eo monasterium tam in granis quamque in aliis provisionibus affluenter abundaret. Sed ipse homo rigidus ac strenuus erat, in tantum, ut fertur, quod insurrexerunt in eum aliqui monachorum, pergentes ad ducem et ipsum eis auxiliatorem impetrantes; abbati quoque ducissa favente, quo, priusquam res finem sortiretur, gravissima damna monasterium 10 sustinuit. Nam fertur granaria in Emelemont eo tunc fuisse plena et quasi supereffluenter bladum, que usque ad solum dicti monachi vendendo denudaverunt, absque aliis reditibus et debitis, quos hinc inde levaverunt. Iste fecit fieri monstrantiam argenteam deauratam, qua defertur sacrosanctum corpus Christi ipso die eiusdem sacramenti; similiter et baculum pastoralem, cuius solius virge fractura postmodum mutata et roborata est. Iste cum duo- 15 decim vel circiter annis abbatizasset, vita defunctus est anno Domini 1381, mensis Iulii die quarta.

8. Dominus Iohannes de Holer post prefatum dominum Martinum factus est 36. abbas Villariensis tali quali modo. Nullius boni per hunc sui regiminis tempore facti memoria est, malorum autem plurima. Ipse etenim domum de omnibus singulisque provisionibus pro- 20 visam reperiens, in grangiis quoque copiam bestiarum multam, suo tempore omnia dissipavit et ad eam miseriam sua prodigalitate perduxit, quod ibatur pro pane in Geneppia[1], quo conventus refici debebat. Cum his tantisque malis oneravit ac oneratum dimisit monasterium immensis pensionibus et debitis. Is infidelissimus dispensator postquam circiter 11 annis regimen tenuisset, suis exigentibus meritis destitutus est; et postea, quasi ex divina 25 factum fuisset ultione, misere et suo in proprio fimo mortuus est; cuius obitus dies non habetur.

9. Dominus Otto post hunc electus est factusque est abbas Villariensis anno 1393, ipso die palmarum. Is usque in finem vite sue laudabilissime rexit. Ipse namque invenit monasterium nudum ab omni provisione tam granorum quam vini. Non erat nisi una cauda 30 vini tunc in domo reperta. Invenit similiter omnes curtes ruinosas omnibusque bestiis et aliis mobilibus, que monasterio pertinere et colonis concedi solebant, denudatas atque in aliquibus medietatem terrarum incultas, ut puta in Nova-curia et in Quarceto[b,2], unam quoque, scilicet Geron-villeer, tamquam locum desertum et absque habitatore iacentem. Invenit etiam monasterium oneratum diversis et gravibus pensionibus atque in debito quinque 35 milium francorum Francie obligatum. Predictas autem curtes fecit sufficienter reparari et earum terras incultas ad culturam reduci. Idemque de bestiis et aliis mobilibus sufficienter providit. Nova vero edificia multa fecit, domos videlicet omnes a fundo in Gemyoncourt, ... in Quarceto, et plura alia edificia nova in grangiis existentibus in Thorenbasio[3], Cokiamont[4] et Ramellies. Item acquisivit alios census et reditus circa Opphem[5] a Iohanne 40 de Cotthern et plurima alia bona suo tempore monasterio fecit; que omnia narrare prolixum nimium foret. Bonus hic paterfamilias nedum que prescribuntur fecit; verum post se etiam in bladis, vino ceterisque necessariis provisionibus ac deposito abundanter provisum, ab omni quoque debito liberum et absolutum reliquit. Et cum in vinea domini Sabaoth iam fideliter 31 annis laborasset, pro huiusmodi labore mercedem percepturus, ad Do- 45 minum migravit anno Domini 1424, mensis Decembris die prima.

(1393. Mart. 30.)

10. Dominus Egidius de Lovanio cellerarius, domino Ottone defuncto, electus est in abbatem 38. Villariensem. Vir iste bonus erat et simplex, non multum litteratus, in temporali tamen regimine satis promptus; et quemadmodum monasterium in bono statu receperat, sic etiam tenuit et dimisit; nullum onus debitorum suo relinquens successori, quin 50 potius depositum bonum vasaque argentea multa. Dominus iste pater, suorum propinquorum, quos eius prior, qui et ei successit, ad hoc induxerat, persuasionibus, postquam novem vel circiter annis rexisset, cessit.

11. Isti successit dominus Gerardus de Lovanio, qui prior fuerat, et factus est abbas Villariensis anno Domini 1433, circa finem Aprilis. Hic cessionem sui predecessoris, ut

55 a) adiunctis *ed.* b) Quareto *ed*

1) Genappe. 2) Chênois. 3) Thorembais. 4) Cocquéamont; cf. Wauters, 'Libert.' p. 126. 5) Ophem.

premittitur, et sui ipsius promotionem mediis talibus qualibus procuravit. Et monasterium ab omni debito liberum singulisque necessariis tam in blado, avena, spelta quam vino ac aliis provisionibus largiter provisum reperit; quod tamen in fine regiminis sui pensionibus trecentorum Remensium et ultra debitoque plus quam trium milium florenorum oneratum reliquit et argentea vasa pauca. Hic magni et alti animi erat magneque expense; quo in dies monasterium profligari videbatur. Rigidus nichilominus atque austerus circa suos erat confratres ipsosque parvi estimabat, putans nichil sibi posse adversari, si eos rigido sub iugo teneret. Hoc tamen fefellit eum. Conventus namque perpendens se debitis magnis per ipsum contractis involutum timensque adhuc involvi, datis articulis ad eum destituendum laborabat. Que licet commotio pro tunc sedata fuerit, errorem tamen suum non correxit; quin immo predicte pensiones pro suis solvendis debitis tunc vendite fuere; nec tamen destitit nova contrahere debita. Arbores antiquissimas et proceras[a] valde, tam quercus quam fagos, plus quam ducentorum bonariorum in silva de Marlaigne[b] [1], que pro thesauro habebantur, tunc etiam pro vili vendidit pretio. Iste aulam Rubeam iuxta Coginnam[c] cum penu inferius fecit fieri. Item murum anteriorem aule abbatialis ex lapidibus coctis factum. Similiter et illum qui de similibus est factus in anteriori parte domus ubi manet sartor. Item totum illud quod de similibus lapidibus factum est in hospitio monasterii in Lovanio, preterquam circa cameram posteriorem sitam in horto ibidem, ipse fieri fecit. Fontes etiam monasterii fecit reparari et omnes tabulas altarium depingi, tabulam etiam que est in magno altari emit. Sed iuvamen ad hoc de magna summa a suis habuit religiosis. Procedente vero tempore et semper crescentibus debitis, contigit, venire ad has partes cum plena capituli generalis auctoritate dominum abbatem Morimundi eumque ad monasterium Villariense causa visitandi declinare. Tunc quoque conventus insurgunt querele. Quod cum ipse abbas dominus Gerardus attendisset, volens se ab huiusmodi et similibus futuris vexationibus absolvere, sponte cessit ac pro pensione grangiam de Elshoute[2] recepit. Actum autem fuit istud anno Domini 1446, uno aut duobus diebus ante festum sancti Michaelis. Post resignationem vero stetit per tempus in studio Lovaniensi, et inde profectus est Parisius. Ibique obiit, et sepultus est in collegio Sancti Bernardi ordinis nostri.

12. Dominus Walterus de Ascha[3], in sacra theologia bacularius, electus est post prefatum Gerardum et factus abbas Villariensis 40. anno Domini 1446, predicto ipso die sancti Michaelis. (Sept. 29.) Hic erat vir bonus et benignus mitisque circa fratres suos adeo, ut eum minus debito revererentur et timerent. Officiarios etiam temporalis administrationis ad nutum eorum agere permittebat, minime statum officiariorum investigans aut computationes exigens. Nec bene ferre quibat ex innata ei benignitate, quod aliqua ardua seu displicentia ad ipsum afferrentur, quominus sollicitudinibus omnium accommodare potuit, sic ut fere quisque faciebat quod volebat. Parvum tenebat statum, nec magne erat expense. Itaque, etsi, uti monasterium debitis oneratum repererat, pari modo oneratum reliquerit, non sua tantum culpa quantum suorum fuisse, arbitrandum sit. Huius itaque tempore orta in monasterio de Harkenrode[4] inter duas moniales nobilium parentum altercatione et discordia magna propter certa crimina ab una alteri imposita, cuius occasione nepotes accusate monialis ipsam accusatricem traxerunt secum in fluvio ibidem existente. Hic igitur bonus pater a capitulo generali onus habens de demeritis dicte cause seu discordie cognoscendi ac deinde in plenaria auctoritate eiusdem capituli iudicandi, dictum accessit locum; et cum diligenter apud dictas religiosas de causa inquisisset ac demum in capitulo iuxta informationem captam iuste iudicasset atque facto prandio iter recedendi arripuisset, expectabant eum cum solo capellano venientem supra pontem penes hospitium satellites, fratres monialis accusatricis. Quem arripientes, ab alto de ponte inferius in aquam valde immundam lutosamque capite deorsum precipitaverunt; ubi et forsan extinctus fuisset, nisi ipsum frater eius carnalis et secularis, qui cum eo ibi venerat, in aquam prosiliens extraxisset. Nam et multo inde post tempore languidus fuit, fluente ex naribus eius illa quam hauserat aquositate fetida. Et quamvis grandem hanc admodum ignominiam, et quidem iniuste, tulerit, noluit tamen inde ab aliquibus principibus aut iustitie secularis administratoribus ultionem expetere, illam ordini, pro quo hanc passus fuerat, expetendam relinquens. Sic quoque sceleratissimum

a) proceres *ed.* b) Marlaique *ed.* c) Cogmnam *ed.*

1) Marlagne. 2) Helscoute. 3) Assche. 4) Herkenrode ad Demer fluvium dioec. Leodiensis.

hoc factum inultum ab homine remansit; sed Dei, ut pie presumendum est, ultione omnes huius operarii iniquitatis postmodum, uti dicebatur, turpi ac immatura morte perierunt. Hic etiam abbas fieri fecit, pluribus contribuentibus religiosis, organa in ecclesia Villariensi. Tandemque a monasterio de Bindoris[1] redeundo, in Prato-dominarum[2] iuxta Lovanium vita 5 defunctus est, et inde vectus ad Villare, in capitulo sepultus est anno Domini 1459, mensis Ianuarii die 14.

CONTINUATIO QUARTA.

Percepta itaque morte prefati domini Walteri, quidam seculares amici nonni Franconis Calabre de Lovanio, tunc bursarii nostri, practicabant apud ducem pro ipsius promotione; 10 cuius auxilio mediante, tandem factus est abbas Villariensis 41. Hic igitur dominus Franco erat vir ingeniosus, bene litteratus; studuerat enim primo Lovanii et postea Parisius, ibique tandem legens bibliam, satisque in suscepto regimine prelature rigidus et agilis in actibus suis; invenitque monasterium valde gravatum multis debitis ex debili regimine duorum predecessorum suorum, et insuper sustinuit maxima damna intus et foris in diversis grangiis 15 occasione guerrarum, et maxime Leodiensium, atque gravamina et oppressiones diversorum armigerorum. Nichilominus tamen satis, ne dicam nimis, sumptuosus ac curiosus extitit circa edificia nova construenda, minus tamen necessaria nisi tamen ad usum et proprium commodum, pretermittens communia et ruinosa reparatione potius indigentia, tam infra monasterium quam extra in grangiis. Fecit itaque fieri in Fleppis iuxta Birbacum[3] illam 20 altam domum ad instar turris et quicquid ibidem factum est de lateribus coctis. Postea vero fecit fieri in monasterio infra infirmitorium quondam conversorum illas novas cameras abbatiali domo contiguas pro propria inhabitatione. Item in Antwerpia vendidit hospitium nostrum antiquum et emit ibidem aliud novum magis sumptuosum, situatum iuxta Minores de observantia. Item in hospitio nostro Lovaniensi reparavit et renovavit cameram ad pro-25 prium usum et commodum, et post hoc acquisivit domum illam de Wildere[4] non longe a Birbaco, incipiens etiam ibidem reparare et renovare; sed preventus inopinata morte, non potuit concepta perficere. Sub eo itaque circa principium sue promotionis incipiebat monasterium Vallis-ducis reformari ex prosecutione abbatisse ac priorisse eisque adherentium, mediante consilio et auxilio cuiusdam monachi Villariensis, protunc confessoris in Argenton, 30 diligentissime prosequentis apud ducissam Burgundie dominam Isabellam; ad cuius requestam ipse abbas prefatus, ad quem spectabat specialiter auctoritate paternitatis, moniales tandem personaliter reformavit ac perpetue inclusit. Quodque per capitulum generale approbatum, ratificatum et confirmatum est per expressam definitionem et patentem litteram sigillatam eiusdem capituli generalis ex speciali requesta ducisse. Postquam vero hic 35 dominus Franco abbatizavit circiter 25 annis, cepit multum debilitari, presertim ex gravedine calculi et excoriatione; in Lovanio perpaucos dies infirmatus, obiit anno Domini 1485, sexto Kalendas Decembris. Altera vero die vectus ad Villare, sepultus est ibidem in capitulo nostro; cuius anima per piam Dei misericordiam requiescat in pace, reddatque sibi misericors Dominus eternam mercedem pro sua caritate ac favorabili gratia, quam semper 40 gerebat et benigne exhibebat ad domum Vallis-ducis, presertim a tempore reformationis eiusdem!

Est etiam hic notandum, quod specialiter ad instantiam monachi Villariensis superius prenominati et protunc confessoris Vallis-ducis ipse idem abbas has presentes chronicas conscribendo prosecutus est, videlicet a tempore domini Iohannis de Bruxella, doctoris sacre 45 theologie, 35. abbatis Villariensis, usque ad dominum Walterum de Ascha 40. inclusive, per quod totum temporis nullus extiterat qui prenotatas chronicas conscribendo prosequeretur, prout etiam ibidem narrat immediate post epitaphium predicti doctoris, sicut supra patet.

1) Binderen. 2) Parcum-dominarum, Vrauwen-Parck, intelligi videtur. 3) Bierbeek. 4) Wilder prope Lovanium.

EX GESTIS SANCTORUM VILLARIENSIUM.*

1. Dominus Carolus octavus abbas Villariensis, quondam miles famosus et strennuus in seculo, a scolis ad militiam acceptus est; in qua in tantum profecerat, ut regibus et principibus carus esset et acceptus, ita quod dominus Philippus Coloniensis archiepiscopus, cum 1184. in curia Maguntina, in qua rex Fredericus filios promovit in milites, vite sue timeret[a], eum 5

*) 2 *praefationem praemittit hanc*·

INCIPIT PROLOGUS IN LIBRUM DE GESTIS VIRORUM ILLUSTRIUM MONASTERII VILARIENSIS.

Expedita utcumque narratione de quibusdam gestis venerabilium abbatum Vilariensium, antequam descendamus ad describenda illustria facta virorum fortium et virtuosorum, mo- 10 nachorum videlicet atque conversorum eiusdem cenobii, inprimis lectorem nosse volumus, quod interrogavimus — — recipiebat *ut infra c.* 15. 1.

Quas virtutes singulas in singulis relucere constabit, cum fuerint in medium deducti. Et primo quidem vitam reverentissimi domini Karoli, octavi Vilariensis abbatis, diffusius quam suo loco descripta est explicabimus, pro eo quod de alia domo assumptus et in nostra electus 15 ipsam suis virtutibus non modice decoravit, dehinc ad virtuosos fratres, tam monachos quam conversos, huius domus declinantes, eorum proba facta, prout Dominus donaverit, declarabimus.

EXPLICIT PROLOGUS.

In fine libri hic capitum index legitur:

Sequuntur capitula prefati libri de gestis virorum illustrium Vilariensium. 20

Explicit.

INCIPIT LIBER DE GESTIS ILLUSTRIUM VIRORUM VILARIERSIS CENOBII. 60

Et primo de domino Karolo abbate cap. 1.

a) timens 1.

in specialem custodem suum elegit. Cum[a] itaque cum domino Gerardo Wascardo[b] a[c] quodam torneamento a Wormatia Maguntiam descenderet, inciderunt in quoddam pratum amenissimum floribus cuiuslibet coloris, rivis et fontibus[d], quod ita transierunt, quod neuter est allocutus alium. In transitu[e] prati compromiserunt inter se, quod cogitationes suas alter alteri revelaret. Et unus[f]: 'Cogitavi et attente consideravi miras et multimodas amenitates loci huius, et in exitu preostensum est michi, quod vanum est et[g] ad modicum parens quidquid viret in seculo'. Et alter[h]: 'Eadem fuit cogitatio mea'. Et dicunt sibi invicem: 'Pariant nobis hec[i] aliquid utilitatis. Transeamus[k] mare. Sed occurrent nobis[l] que hic relinquimus[m]: nobilitas equorum, speciositas mulierum, instrumenta[n] armorum, et vulnerabuntur[o] corda, et forte ledetur pudicitia. Quid igitur[p]? Transeamus ad lupinas vestes de Hemmerode et geramus[q] inducias quinque annorum torneamenta visitandi'. Iverunt[r] solo contenti armigero, voverunt conditionaliter, reversi[s] sunt Coloniam; et turbante eos demone, tota Colonia improperavit eis votum; venerunt[t] Nussiam[u], ubi Ulricus[v] Flasco, qui voluerat ultra mare eos[w] trahere, vovit et habitum[x] cum eis accepit. Ibi Gerardus Wascardus partem manus amisit; qui dixit, potius vellet[y] sibi hoc contigisse, quam domino Karolo, quem scivit[z] clericum et per Dei gratiam promovendum, minimum membrum lesum esset. Evoluto[a] modico tempore, dominus Karolus, relictis parentibus et divitiis[b], cum sociis pluribus in claustro Hemmerode[c] arma assumit sacre militie, et suo[d] exemplo et hortatu nobiles et[e] proceres, tam de sancta Colonia[f], quam etiam de remotioribus terris, Ulricus[g] scilicet Flasco[1], Gerardus Wastaldus[h], Walterus de Birbaco[2] et quam plures alii strennui in militia seculari nec minus in conversatione spirituali. Adiunctus est eis Hermannus Bonnensis[i] canonicus, clericus nobilis et litteratus, primus abbas in Valle-sancti-Petri[3] et postea[k] in Hemmerode[l] assumptus. Hic cum ad excitandos conversos[m] circuiret chorum, et *Te Deum* cantaretur, frater Henricus, probate conversationis conversus, vidit columbam nivei coloris[n] super caput eius descendentem et manentem[o] quamdiu chorum circuivit[p]; quam cito autem exivit chorum, columba ascendit crucem conversorum, manens super eam usque ad euangelium. Abbate[q] ascendente ad analogium, columba ascendit super analogium usque ad *Te decet laus*, et postea ad crucem predictam est reversa, et ibi paululum sedens, non est visa ulterius.

Quantum[r] domus de Hemmerode profecerit adiutorio domini Karoli et Ulrici Flasconis evidenter apparet[s]. Cum enim Fredericus imperator Leodium descendisset, et multa copia nobilium ibi[t] occurrisset, advenientibus ibi[u] Karolo et Ulrico, Philippus comes Flandrie[4] cum multitudine nobilium eis occurrit, ita quod imperator, quasi segregatus ab omnibus, solus fere remansit; sicut enim gratiam imperatoris in seculo habuerant, ita in religione eos[v] dilexit et honoravit. Unde eius[w] adiutorio et filii sui imperatoris Henrici curiam de Spirca adepti sunt. Dedit[x] Henricus imperator domino Karolo crucem[y] et illam lapidibus et[z] gemmis ornavit. Servivit itaque dominus Karolus Domino[a] suo humiliter et devote, regularis discipline studiosus observator. 1185.

Frater Henricus conversus de[b] Hemmerode, vir antiquus[c] et probate religionis, vidit, cum benediceretur novitius[d] dominus Karolus, columbam mire pulchritudinis desuper venientem et descendentem super eum, hoc, ut creditur, prefigurantem, quod Spiritus sanctus in illa hora super eum descenderit replens eum gratia sua, idem monstrans in aliis fieri in ipsa benedictionis[e] et sacri habitus susceptione, in quo Christi crux est prefigurata.

a) Dum 2b. b) Wastardo *ut videtur* 1; milite *add.* 2. c) de 2. d) refertum *add.* 2. e) itaque *add.* 2. f) ait *add.* 2. g) *deest* 2; ad modum *corr.* ad modicum 1; infit *add.* 2. h) inquit *add.* 1 *e corr.* i) *post add.* 1. k) et tr. 2. l) ibidem *add.* 2. m) reliquimus videlicet n. 2. n) ac i. 2. o) vulnerabunt 2. p) ergo 2. q) queramus 2. r) I. itaque 2. s) que *add.* 2. t) post hec *add.* 2. u) Missium *corr.* Nussiam 1; Miciam 2b. v) U. miles cognomento Fl. 2. w) ipsos 2. x) religionis h. postmodum cum eis a. 2. y) velle 2. z) sciebat 2. a) Ev. proinde 2. b) d. huiusmodi seculi una cum 2. c) Emmerode 1; quod Hemmerode dicitur 2. d) eius 2. e) *deest* 2. f) Coloniensi civitate 2. g) sc. U. 2. h) *ita* 1. *ed. hoc loco;* Wastardus 2b. i) Bunn. 2b. k) deinde 2. l) Emmerode 1. m) conversus 2. n) candoris 2. o) et ascendentem super caput eius q. 2; super eum *post add.* 1. p) exiret 2. q) A. autem insuper a. 2. r) autem *post add.* 1. s) per hoc quod sequitur *add.* 2. t) ibidem ei o. 2. u) i. prefatis K. 2. v) ipsos 2. w) illius 2. x) etiam *add.* 2; et *e corr.* 1. y) c. preciosam 2. z) ac 2. a) d. Deo 2. b) in 2. c) antique 2. d) in novitium 2. e) benedictione 2.

1) Cf. Caesar. Heisterb. Dial. IV, 78. 2) De quo v. Caesar. VII, 38. 3) i. e. Heisterbach. 4) Heinricus filius Friderici a. 1185. Philippum Flandriae comitem recepit.

Frater* Godescalcus[a] de Volmontsteyn, canonicus Sancti Petri et mundo miro modo deditus et dominus Albertus cellerarius et canonicus sancte Coloniensis ecclesie simul se contulerunt in manus abbatis de Stroeberg[b, 1], nulli hominum votum suum indicando[b*]. Accidit[c], quod Evrardus[d], Sancti Gereonis canonicus et Godescalci frater uterinus, in Westfaliam pergeret et in via ad quamdam reclusam diverteret, que in rupe latebat; quem illa cum magna alacritate suscepit, post edificationum colloquia dicens ei: 'Domine, dicite[e] fratri vestro domino Godescalco, quod lumen suum[f] accensum est coram Domino et clare rutilat'. Ille[g] ad verba ista stupens, dixit ei: 'Soror, vide quid dicas; non est fratri meo similis in luxu seculari in tota Colonia, nec tendit ad aliud, quam ut sue satisfaciat curiositati; in[h] huiusmodi vide, quid dicas'. Extorsit[i] ab ea multis precibus, quid intenderet dicere, et illa: 'Sic et sic operatus est Deus, sed lumen unius nondum est accensum'. Audiens[k] ille de fratre suo, vehementer contristatus est ut[l] homo seculo deditus; et reversus Coloniam, quod audierat in[m] veritate invenit. Frater Godescalcus dominum Albertum titubantem reliquit in seculo, adhuc seculo deditus; sed[n] ipse valedicens seculo, Stroberg[o] intravit, sanctam inter sanctos ibi congregatos ducens vitam.** Promotus[p] in sacerdotem, quanti fervoris et devotionis extiterit, ex hoc probari potest, quod, cum quandoque celebraret et ipsum qui eum fecerat inter manus haberet, apparuit ei in speciem pueri gratiam suam ei[q] exhibentis.*** Quid ei solatii et dulcedinis hora illa contulerit, non vivit homo cuius lingua enarrare sufficiat. Vixit postea[r] aliquantis annis monachus fervens et devotus, tandem ad maiora gaudia post felicem expectationem a Domino vocatus. Frater[s] autem Albertus post aliquos[t] annos probandus Stroberg accessit. Sed in probatione vitam finivit, consolatus de felici[u] consortio, cuius adiutorio gratiam sibi Omnipotentis affuturam sperabat. Ad[v] petitionem Philippi archiepiscopi cum[w] conventu monachorum montem[x] de Stroberg ascendit, de omni substantia seculi nichil accipiens[y] ex domo de Hemmerode preter libros regulares et equum monoculum et quatuor solidos Colon.

Tenues itaque fuerunt[2] in angustia paupertatis, sed latissimi in amplitudine caritatis. Unde fuit[z], quod viri magni et nobiles, relictis omnibus quibus abundabant in seculo, eorum paupertati aggregati sunt,† maior[a] decanus Coloniensis[b] Odo cum canonicis suis, prepositus Sancti Gereonis, decani Bonnenses[c], dominus Christianus, vir magne auctoritatis, et quidam alius cum canonicis, Petrus decanus Treverensis et imperialis aule prothonotarius, Henricus decanus Monasteriensis, abbas Prumensis[d] Cesarius et Petrus abbas[e] Confluentie, comes Wendensis, et alii quam[f] plures Traiectensis, Treverensis, Coloniensis et Leodiensis diocesis. Ex quibus[g] Petrus assumptus est in Novo-castro[3], Gerardus[h] in ipsa Valle-sancti Petri, Daniel in Sconhawia[i, 4], Henricus in Valle-sancti-Petri, Hermannus in Hemmerode,

*) 2 *ita:* Anno Domini 1188, in mense Aprili conventus de Hemmerode cum abbate suo Hermanno venerat super montem Strooberch, ubi frater Godescalcus de Wolmonsteyn in ecclesia maiori Colonie antea et miro modo mundo deditus — nam ante conversionem satis lubricus extitit, sed bene morigeratus — cum[k] domino Alberto cellerario et canonico sancte Coloniensis ecclesie similiter[l] se contulit in manus a. de St. *Caesarium secutus.*

**) 2 *add.:* Modica ei scientia inerat, sed spiritus paciencie et pietatis ad magnam vite perfectionem illum provexerat *ex Caes.*

***) 2 *add.* prout recitat Cesarius[m] in dyalogo suo distinctione nona, capitulo secundo.

†) 2 *add.:* Erat enim ipse dominus Karolus tam dulcis et affabilis in conversatione, ut multos huiusmodi nobilium secum attraheret ad religionem, non solum in Hemmerode et in Strooberch monte, sed etiam postmodum in Vilari. Unde quidam miles honestus supra modum ammiratus, quomodo tam ipse quam alii eque nobiles et delitiosi ac delicati nuper in seculo possent se conformare cibis ordinis rudibus et grossis utpote fabe, lenti ac pise *etc. ut Caesarius IV, 78. de abbate Gisleberto Hemmerodensi refert.*

a) Godescaldus 1. b) Streberg *corr.* Stroeberg 1; Strooberch 2b. b*) indicantes 1. c) A. autem 2. d) Everaerdus quidam 2. e) dicatis 2. f) eius 2. g) I. vero ad v. obstupuit dicens ei 2. h) et ideo in 2. i) E. insuper 2. k) A. hoc 2. l) utpote 2. m) i. in v. Idem G. 2. n) et ipsi 2. o) Stoberg *corr.* Stroberg 1; Strooberch 2b *semper.* p) Qui p. 2. q) *deest* 1. r) postmodum 2. s) Dominus 2. t) aliquot 2b. u) f. eius 2. v) Igitur ad 2. w) is de quo loquimur cum 2. x) m. de *des.* 2. y) secum a. 2. z) accidit 2. *ed.* a) 2 *pergit:* Denique conversus est cum eo m. b) C. ecclesie 2. c) Bunn. 2b. d) Prom. *corr.* Prum. 1. e) abbates 2. f) q. pl. *des.* 1. g) 2 *pergit:* dominus Karolus electus est abbas in monasterio Vilariensi — utilis. h) G. in i. V. s. P. *hoc loco des.* 2; *infra post* Hemmerode *posita:* G. in v. quoque s. P. i) Scoonhavia 2b; Scolawia *corr.* Sconhavia 1. k) una c. 2. l) *deest* 2. m) dyalogus in Cesareo 2b.

1) i. e. Heisterbach in monte Stromberg fundatum; cf. Ianauschek p. 190. 2) Hemmerodenses intelligere videtur. 3) Neuburg in Alsatia. 4) Schönau.

Karolus[a] transiit ad monasterium Villariense, non solum illi domui sed terris circumiacentibus utilis.

Dominus Gevardus[b] canonicus Coloniensis et vanitati[c] seculi miro modo deditus, cum* in quadam precipua festivitate cum aliis esset in quadam ecclesia, in qua omnes congre-
5 gationes Colonienses fuerant congregate, vidit eum dominus Evrardus presbyter Sancti Iacobi in habitu et tonsura monachi cum ceteris omnibus in vario et griseo apparens.

Dominus Karolus audiens se electum in Villari, non se obtulit requisitus, sed diffugit, timens, ex hac promotione anime sue periculum imminere; asserens, quod non ad libertates accipiendas ad ordinem venerat, sed potius ad deflendum, quod tantas in seculo habuerat.
10 Aufugit[d] et latuit quamdiu potuit, quousque post capitulum generale per sententiam onus oblatum compulsus est suscipere. Venit itaque in[e] Villare, non solum Villariensibus, sed etiam toti terre acceptus, et secundum datam sibi sapientiam profectui domus sibi commisse intendit in temporalibus et spiritualibus. Non invenit nisi domunculas stramineas et quasi tuguria pastorum, et in brevi edificavit duo dormitoria lapidea monachis et con-
15 versis et quasdam alias officinas. Auxit[f] conventum monachis et conversis, grangias edificiis et terris. Scivit se coaptare omnibus et[g] conformare, et per hoc nobiles et ignobiles de vana seculi conversatione extraxit et per Dei gratiam in claustrum Villariense induxit, dominum** scilicet Portuensem episcopum Conrardum, qui ei successit in officio abbatis, et alios quam plures; — postea assumptus in Claram-vallem, de Clara-valle in Cister-
20 cium, a Cistercio in episcopum Portuensem de precepto domini pape Honorii.

Cum itaque dominus Karolus[h] carus in[i] officio et acceptus haberetur omnibus[k], sibi soli in eo[l] displicuit; cum omni instantia, quotiens se obtulit grata occasio, a domino Clarevallensi[m] petens absolvi, timens pro onere gravi[n] suis humeris imposito. Asserebat[o], se rationem reddere in horrendo iudicio[p] pro grege sibi commisso, inde dolens et gemens, quod
25 desiderio suo non satisfaciebat.***

*) 2 *pergit:* cum esset in ecclesia sua, in qua omnia collegia Coloniensis civitatis erant tunc congregata, visus est a domino Everardo curato Sancti Iacobi, viro valde sancto, in — — monachi, cum ceteri omnes in — — et gr. apparerent, prout habetur diffusius in dyalogo Cesarii distinctione prima, capitulo 7.

**) 2 *et ed. ita pergunt:* scilicet Conrardum postea episcopum Portuensem et alios quam plures. Hic
30 cum adhuc novitius esset in Vilari, contigit fratrem Simonem conversum de Alna, habentem veraciter spiritum prophetie, una cum nonno Walterio, tunc simplici monacho, postea abbate Vilariensi, et aliis quibusdam monachis atque conversis ordinis Cisterciensis in quadam ecclesia seculari missam audire; infra canonem vero prefate misse vidit idem Simon spiritum iam dicti Conrardi satis a se corpore remoti coram se stare et coronam auream in capite gestare.
35 Vidit et cogitationes eius, quas versabatur in corde, atque orationes, quibus tunc intendebat in Vilari. Qui, finita missa, secreto locutus est domino Waltero prenominato, dicens: 'Cum videritis nonnum Conrardum novitium Vilariensem, dicite ei, ut caveat sibi, quia huiusmodi temptationes patietur hoc anno. Tales enim cogitationes talesque orationes iam habuit in missa; et sciatis, quia magna persona erit in ordine'. Postmodum cum idem Walterus vidis-
40 set Conrardum novitium, cepit per ambages illum interrogare, quid infra missas soleret orare quidve cogitare. Respondente illo: 'Sic sic consuevi orare', adiecit Walterus: 'Rogo te quoque, ut dicas michi, que fuit oratio qualisve cogitatio tua in die illa dominica infra missam'. Cui cum diceret novitius: 'Cur tam diligenter interrogatis de cogitationibus meis?' ille respondit: 'Dic michi, obsecro, quod quero, et ego tibi postea causam exponam'. Tunc reci-
45 tavit ei novitius per ordinem quid oraverit et quid infra missam illam cogitaverit[q], et in magnum eum vertit stuporem, quia nec in uno verbo discrepavit a verbis fratris Simonis. Moxque de illo ei insinuans, quid de ipso viderit, simul et modum temptationis monuit, ut cautus esset, ne forte sub specie boni deciperetur a diabolo. Mira res! cum satis idem novitius ammonitus, satis premunitus esset, non tamen potuit evadere temptationem predictam, quin
50 satis ab illa eadem[r] vexaretur. Quam vero sublimis persona factus postea sit non solum in ordine, sed et in ecclesia, novimus omnes. Primo namque prior factus in Vilari, dehinc ibidem electus in abbatem, postea in abbatem Clarevallis, deinde promotus in abbatem Cisterciensem, nec in illo gradu stare potuit; sed a domino Honorio papa vocatus est in cardinalem et episcopum Portuensem.

55 ***) 2 *et ed. add.:* Interea tempore regiminis sui quedam matrona nobilis cum eo sub typo confessionis de secretis conscientie sue loquens, dixit se in eius amore succensam graviter. At ille

a) K. — utilis *h. l. des.* 2. b) Isdem Gerardus nuper c. 2. c) vanitatibus 2. d) igitur *add.* 2. *ed.* e) *deest* 1. f) insuper *add.* 2. *ed.* g) et c. *des.* 1. h) iuxta sui nominis interpretationem *add.* 2. *ed.* i) in o. *des.* 2. *ed.* k) ab o. 2. *ed.* l) officio suo 2. *ed.* m) Clarevallis 2b. *ed.* n) g. o. 2. *ed.* o) A. enim s. r. redditurum 2. *ed.*
60 p) Dei i. 2. *ed.* q) *deest* 2b. r) eodem 2b.

Venit quandoque Andanam[1] cum Henrico cellerario suo et Wigero monacho, et[a] occurrit ei puer tunc satis simplex; et hoc erat in caristia[b] temporis. Rogabat itaque eum[c], ut causa pietatis visitaret matrem suam, cuius maritus transfretaverat. Accessit ad eam, tamquam[d] angelus Domini receptus[e] ab ea. Quid plura? Exponit[f] ei sue paupertatis nimis amara incommoda, rogans eum cum fletu, ut duos modios siliginis accommodet. Et ipse ad eam iocundis verbis: 'Domina, ex mutuo acceptis[g] proveniunt sepius inimicitie; ego[h] concedam, ut hoc sit in promisso, ut[i] nec vino consumatis nec piscibus'. Et illa: 'Domine mi[k], utinam tantum panis haberem, quod vel calicem aque desiderarem'. Recessit[l], et cum de monte prope naviculam descenderet, recognovit cellerarius quemdam nobilem a remotis cum veste humili eis occurrentem. Qui[m] quam cito audivit nobilem, statim de equo descendit et venienti pedes obviam ivit, humiliter eum salutans, miscens verbis verba consolatoria. Et[n] tandem: 'Domine', inquit, 'pedes itis, nec decet honestatem vestram; accipite palefridum[o] quem hic habemus; gramina abundant, et de levi teneri poterit, et videte, si alias vobis subvenire poterimus, et faciemus'. Nobilis[p] ille confortatus verbis amicabilibus[q], quicquid in mundo possidebat et hereditarie ei[r] provenerat, in manus domini Karoli statim resignavit et ecclesiam Villariensem heredem omnium bonorum suorum ordinavit. Unde hodie[s] grangie de Grantpint et de Werde in allodiis suis[t] sunt locate.

Grangiam de Querceto[2], nobile membrum ecclesie, de novo edificavit; bona de Louringe adiutorio Dei et multa alia non solum circa grangias, sed et in locis sparsis nobis acquisivit[u] in suo labore. Numquam in diebus suis bonarium terre, numquam plaustratam[v] ligni vendi permisit, sacrilegium iudicans, si quod ecclesie datum erat ab ecclesia removeretur. Adiuvante eum[w] gratia Dei, domum sine gravi debito tenuit et aliis ecclesiis fere ad sexcentas marchas in[x] diebus suis concessit. Et multa gratia, quam apud nobiles habuit, vinee circa Rhenum et Mosellam nobis gratis sunt tradite, piscatura in Sambria in opus divini officii et solatium infirmorum, redditus[y] in Dordrecht.

Ipse rex Philippus audiens eum[z] in castro Anewilre[3], descendit de castro Drewels[a. 4] et ad hospitium suum divertit et amicabili colloquio collegit et marescalco suo curam eius commisit. Dedit[b] ei propria[c] manu in arram pure dilectionis amictum[d] pretiosum.

Hoc[e] mirandum in eo, cum[f] tam incomparabilis gratie apud omnes esset, quod[g] tenacissimus tamen conservator rerum domus sue erat[h], semper de acquirendo sollicitus, numquam de erogando militibus et tirannis[i], ad quos manus semper contractas habebat; qui pauperibus et desolatis larga semper manu subveniebat, in huiusmodi pius et discretus. Unde fuit[k], quod, cum haberet sororem[l] in Dunewarch[5], quam tenere diligebat, que pro Boemis[m. 6] cum conventu suo Coloniam[n] confugerat et egebat, monachus suus tantum[o] ei sex denarios dedit, quod per confessionem sciens, sacrilegii eum[p] arguit et penitentiam ei gravem iniunxit[q]. Eadem cum esset nubilis et quereretur a pluribus[r], beata virgo ei apparuit, imponens coronam florigeram capiti suo[s]. Que advocavit abbatem Veteris-montis[7]; qui de nocte imposuit eam palefrido proprio et sic in claustro Dunewarch locavit[t].

sicut sacerdos iustus ac timens Deum cor suum signavit ac male ad se conversam verbis quibus potuit avertit, dicens, se monachum esse pannosum, senem et neglectum. Erat enim, sicut postmodum recitavit cuidam monacho, illa femina tam clara et nobilis ac potens, 'ut, si', inquit, 'essem in seculo. sicuti aliquando fui, numquam illi de tali re nec in minimo verbo facere auderem mentionem'. 'Cernis', ait, 'quomodo nobis iam mortuis seculo diabolus insidiatur'!

a) ubi 2. c) caritate 1. c) abbatem 2. d) et t. 2. e) susceptus est 2. f) Exposuit 2. g) accepto 2. h) e. igitur 2. i) quod 2. k) inquit *add.* 2. l) ille *add.* 2. m) Abbas autem 2; abbas *post add.* 1. n) Et ille 2. o) palfr. 1. p) N. autem 2. q) abbatis *add.* 2. r) sibi 2. s) usque h. 2. t) eius 2. u) n. s. l. a. 2. *ed.* v) plaustrum 2 w) ipsum 2. *ed.* x) in d. s. *des.* 1. y) r. quoque in Dordraco 2. z) e. esse 2. a) Dewels *corr.* Drewels 1. b) Insuper d. 2. c) i. a. p. d. m. p. 2. d) samittum 2b; annetum *ed.* e) H. autem 2. f) quod cum 2. g) *deest* 2. h) et *corr.* erat 1; fuit et 2. — de acq. semp. 1. i) histrionibus sive trutannis 2; tyrannis *corr.* hist. trutamnis 1. k) contigit 2. l) *post add.* 1. m) Bohemis 2b. n) intra C. 2. o) t. s. d. ei 2. p) illum 2. q) indixit 2. r) ad coniugium *add.* 2. s) ipsius 2. t) eam l. 2.

1) Andenne. 2) V. p. 217 n. 2. 3) Anweiler. 4) Trifels. 5) Dünwald? 6) Anno fortasse 1205. Philippus etiam Boemos adversus Coloniam adduxit; v. Chron. regiae cont. SS. XXIV, p. 10; Winkelmann, 'König Philipp' I, p. 370. 7) Aldenberg dioec. Coloniensis, ad Dunam situm.

Cum multa de[a] eo dici possint, unum est quo specialius commendari potest: quod numquam ex quo intravit ordinem sol occidit super iracundiam suam; sed cogitans, quod voto monastico alligatus[b] erat, omnes excessus in se commissos benigna facilitate remisit, puritati conscientie et cordis tranquillitati intendens.

Cum[c] guerra gravissima immineret[1] terre ducis ex una parte et episcopi Leodiensis ex altera, et[d] congregatis ex utraque parte[e], cum hominum destructio et terre immineret, post auxilium divinum non[f] ad quod respicerent habebant nisi solum ad dominum Karolum abbatem Villariensem. Cotidie expectabatur congressus corporum et cum desolatione miserorum grave periculum animarum Opposuit se tantis malis dominus Karolus, noctes continuas ducens insompnes. Una[g] nocte ad aliam solatium impetrans treugarum cum difficultate gravissima, si quid potuit habere requiei, hoc per aliquantulum diei spatium sibi quodammodo furabatur et membra[h] fessa modico sopore refocillabat. Tandem, adiuvante se Christo, quod desiderabat cum[i] gaudio et exultatione totius terre obtinuit, et redditur pupillo pater sanus[k] et ei que se viduam[l] futuram putabat maritus sanus[m]. Referuntur Deo gratie[n], et benedicitur dominus Karolus, et ei pacis ordinatio imponitur a principibus. Post aliquod[o] tempus, dum dux episcopatum[p] devastaret et ipsa die ascensionis Leodium cum[q] manu valida intraret[2] et homines civitatis illius caperet et bona eorum absque misericordia asportaret, et dominus Karolus quietioris vite desiderio Villarienses reliquisset, acclamatum est ab hominibus utriusque partis[r]: 'O si vir ille Deo devotus et hominibus acceptus dominus Karolus Villariensibus adhuc preesset, numquam tanta mala et hactenus inaudita prevaluissent[s] in terra; sed eius industria et[t] auxilio pax terris et quies[u] nobis omnibus esset reddita'[v]. Singularem[w] gratiam ei Dominus dederat, quod a magnis et parvis, a principibus terre et eis assistentibus singulari et speciali amplexaretur affectu; et in magnis eorum consiliis acceptissimus erat, cum numquam illis[x] interesse vellet, ubi contra Deum et sacre religionis honestatem ageretur.

1212. Mai 3.

Post multos[y] labores et sudores, quos in Villari feliciter pertulerat, a domino Clarevallensi cum multa instantia obtinuit absolutionem officii sui, quod semper grave nimis esse iudicabat, et in quo numquam solo die sine timore fuit maximo, timens sibi pro reddenda ratione animarum sibi commissarum in novissima horrenda discussione. Quod quidem abbas Clarevallis concessit invitus, utpote quem sibi in summis negotiis suis maxime necessarium probaverat. Unde dixit: 'Homo iste a summis principibus honoratur, terre in qua habitat acceptus[z] et dilectus, conventui[a] suo carus et necessarius. Domus sua sub eo profecit plurimum in edificiis construendis et possessionibus acquirendis, et quod est amplius, vigor religionis sub eo non deferbuit; sed et magnas et honoratas personas per Dei gratiam suo conventui aggregavit. Attamen, devicto me, nec diutius in abbatis[b] officio ipsum possum detinere'. Absolutus itaque rediit Hemerode ad iocundos Rachelis amplexus, ibi latere volens et id quod supererat vite sue in Dei servitio expendere in[c] disciplina claustrali. Sed contra propositum suum ventum est, nec ibi latere potuit qui in tantis[d] mundo necessarius extiterat, vocantibus eum ad sua negotia regibus et principibus terre. Et tandem abbatia Sancte Agathe[3], cui imminebat excidium, sub[e] eo refloruit, a debitis absoluta et necessariis competenter abundans. Ab illa[f] a Domino vocatur, ut, peracto cursu vite sue, felicis militie accipiat bravium, felici[g] consortio sanctorum aggregatus.

Audivi[h], cum adhuc superviveret, a felicis memorie domino Waltero priore Alnensi, in cuius felici[i] obitu visi sunt angeli, quod verissime sciebat, quod dominus Karolus homo[k] esset a Deo electus. Cum post eius obitum conventus sanctimonialium die[l] palmarum ad processionem incederet et[m] solito more decantaret[n], matrona quedam aderat, que tenerrime eum[o] diligebat, que conversa ad quamdam que et ipsa spiritu Dei plena tenerrimo

a) d. p. de domino Karolo 2. b) oblig. 2. c) quodam tempore *add.* 2. d) congregatisque 2. e) p. periculum immineret destructionis terrarum utrobique simul et hominum p. 2. f) n. h. ad quem 2. g) Et ab una n. usque ad 2. h) membraque 2. i) se 2. k) et incolumis *add.* 2. l) f. p. v. 2. m) sospes 2. n) gratiarum actiones atque d. K. b. 2. o) aliquantum 2. p) eundem ep. 2. q) *deest* 1; c. v. m. intravit 2. r) sexus 2. s) in t. p. 2. t) et a. *des.* 2. u) n. q. o. 1. v) r. cito 2. w) S. autem 2. x) eis 2. y) tandem *add.* 2. z) a. est 2. *ed.* a) conventuique 2. *ed.* b) o. a. 2. *ed.* c) et 2b; et in *ed.* d) tantum 2. e) que sub 1? sub ipso 2. f) postremo *add.* 2. g) *deest* 2, *ubi* s. c. aggregandus. h) Audivimus 2. i) beato transitu 2. k) e. h. 2. l) in d. 2. m) ac 2. n) cantaret 2. o) ipsum 2.

1) Anno fortasse 1205; v. Reineri Ann. SS, XVI, p. 659. 2) V. Rein. Ann. SS. XVI, p. 664; Vit. Odiliae lib. III, c. 4, supra p. 176. 3) Eadem quae Vallis-Dei, Val-Dieu, Godts-dael, dicitur, prope Leodium.

eum amplexabatur affectu, responsum accepit: 'Nolite sollicita esse, domina, et non turbemini[a] de morte et absentia felicis[b] amici, quia dominus Karolus feliciter assumptus est ad choros martyrum; ibi[c] hodie festiva gaudia ducit, nec tam[d] de eo dolendum est[e], sed exultandum, qui exultat[f] cum angelis; unus factus de celi civibus, gaudium possidet et[g] letitiam sine fine, ubi feliciter nos expectat in gloria per Dei gratiam futuros sue felicitatis consortes, et ad hoc suis orationibus nos iuvabit felicissimus noster amicus'[h].*

*, *2 et ed. add.:*

(2). De nonno Goberto primo comite Asperi montis, postea humili monacho Vilariensi.

Nonnus[i] Gobertus pius ac reverendus, primo dominus atque comes Asperi-montis, postmodum humilis monachus Vilariensis, in finibus erat Lotharingie parentibus atque cognatis, avis et proavis exortus nobilissimis atque ditissimis. Pater eius Gaufridus nomine duos habuit filios, quorum primogenitus vocabatur Iohannes, et alter Gobertus, de quo nobis sermo. Erant autem ambo pueri elegantes, pulchri et robusti inter omnes sue pubertatis coetaneos. Quadam igitur die respiciens pater filios suos et diligenter eos considerans, perpendit minorem filium, scilicet Gobertum, secundum morem seculi probiorem et magis aptum ad militiam temporalem; deditque illi omnia bona sua possidenda. De fratre autem eius Iohanne, quia minus videbatur aptus militie seculari, fecit clericum. Qui primo Virdunensis ac postea Metensis[1] factus est episcopus. Igitur dum prefatus miles, pius[k] scilicet Gobertus, mundane militie adhuc vacaret et pre cunctis coetaneis nomen famosum usurparet, cepit in corde preponderare, quod fama mundane glorie non poterat in celo perennari. Cepit ergo timere Deum et personas ecclesiasticas venerari beatamque Dei genitricem Mariam magno amplecti desiderio et infra mundane militie rubiginem sic iam esse devotus, ut possit quodammodo dici perfectus, omnique virtutum opere, si fas est dicere, alicui sanctorum posset penitus equiparari. Ab illo igitur tempore legis iudicia non contempsit, sed et omnem materiam scelerum evitare cepit. Affinibus suis non nocuit, sed etiam pauperibus latius[l] manum porrexit. Erat enim in eo tanta largitatis industria, ut plurima pauperibus et egenis erogaret. Amicitiarum fidem non minus retinuit quam appetivit, nec tam fortunam excoluit quam virtutes imitatus est. Misericorditer etiam sublevavit oppressos, indesinenter recolens in omni cultu pietatis, maxime Deum in hoc sibi fore propitium, si omnes iniuste oppressos sublevare satageret.

Quadam igitur die vir Dei, divina sibi gratia cooperante, sic fuit inspiratus, ut verecundiam, que in terra Hierosolymitana ab infidelibus contra Deum irrogabatur, vellet vindicare, ydolorum cultus opprimere, simulacra manufacta, surda, ceca et muta destruere atque ibidem divinum cultum prout melius potuerit propagare. Talia viro Dei cogitante hocque propositum discreta deliberatione in animo confirmante, quidam nefandissimus Romanorum imperator nomine Fredericus huius nominis secundus, qui latenter erat infidelis, ut postmodum multis ac manifestis apparuit experimentis, Terram Sanctam Hierusalem adire proponebat, ut falsa boni simulatione iniquitas eius velaretur. (1228.) Hic itaque perversus imperator habitans cum multa fortitudine in maris litore, Dei[m] militem prefatum, scilicet pium Gobertum, precibus ac promissis et muneribus subtiliter sibi confederavit et quasi suum commilitonem secum assumpsit. Sed vir Dei, cognita eius perfidia, ipsum declinavit. Et[n] completo pro posse propter quod in Terram Sanctam transfretaverat, remeavit, voto crucis cum devotione quoque[n] maxima peracto, per maris semitas et terre devia ad propria prospere devenit.

Reversus igitur vir Dei, non recessit a bono, sed sancte vite[n] firmiter adherens, Deo et beate virgini[n] Marie servire cum maxima devotione satagebat, ut non computaretur inter illos de quibus ait scriptura: (Luc. 8, 13) *Ad tempus credunt et in tempore temptationis recedunt.* Qui dum audiret divinum officium et horas virginis Marie, quas in via peregrinationis didicerat, decantaret, semper corde fuit intentus ad Deum, ut non de ipso diceretur illud quod de negligentibus Dominus ait: (Matth. 15, 8.) *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Multotiens accidit illi, ut, cum ante diem iret ad matutinas horas[n], propter metum hostium inermis ire non audebat; et tamen plus diligebat cum[o] magno timore ad Dei cultum properare, quam illa hora sine metu in cubili suo lascive requiescere, quasi cernens illud euangelicum: (Ioh. 12, 25.) *Qui amat animam suam* — in hoc mundo scilicet[p] — *perdet eam, et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam.* Sepe itaque ante diem ivit armatus ad divinum officium, contra duplicem quippe hostem, visibilem videlicet ac invisibilem, arma arripuit; quasi considerans illud quod Dominus[q] ait in euangelio: (Luc. 11, 21) *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia que possidet.* Cui consonat illud vulgare proverbium, quod[r] ibi est bona pax, ubi fuerit[s] bona custodia.

a) cont. 2, *ubi* de m. *desunt.* b) dulcis 2. c) ubi 2. d) iam 1. e) *deest* 2. f) exultans 2. g) ac 2. h) Amen *add.* 2. i) *ita* 2c, *ubi apographum cod. Villariensis legitur, cuius partem cum editis V. Cl. Heller contulit;* Domnus *ed.* 2b. k) sc. p. 2c. l) m. l. 2c. m) *deest* 2c, *ubi* p. m. n) *deest* 2b. o) c. m. t. *des. ed.* p) scilicet — mundo *des. ed.* q) a. D. 2c. r) quia ibi sit 2c; ibi sonat p. 2b. s) est *ed.*

1) Annis 1224—1238.

2. Incipit[a] vita domini Godefridi sacriste quondam de Villari.

Est monasterium[b] in sancta Colonia monachorum nigrorum sub regula beati Benedicti Deo militantium, in quo monachus quidam[c] ad omne opus se[d] pietatis accinxit, gratiosus per hoc nimis Deo et

Preterea miles Christi pius Gobertus omnem fructum militie volens in bonum convertere, ad Sanctum Iacobum apostolum peregre profectus est. Servitium tamen beate Marie non postposuit; sed ei semper servire paratus[e], cotidie in prima diei hora querebat ecclesiam, ubi videret et audiret sancte eucharistie divinum officium celebrari, ut eius anima corpore dominico cotidie posset sustentari. In talibus operibus omni die miles Dei vires sue militie primitus explicabat, complens illud euangelicum: *Primum querite regnum Dei et iustitiam eius, et omnia adicientur vobis.* (Matth. 6, 33) Sic profecto eundo et redeundo semper de bono in melius proficiebat, adeo ut in eo hoc quod scriptura dicit impleri videbatur: *Ibunt sancti de virtute in virtutem, donec videant Deum deorum in Syon.* (Ps 83, 8.)

Preterea pius Gobertus proposuit in corde suo sterilem militiam deserere propter Deum. . . . . . . utpote vir potens[f] in omni virtute secundum seculum, et non tantum[g] simplex miles, sed etiam antiqua propagine vir nobilissimus, corpore robustus, aspectu tremebundus, verbo terribilis, prepotens viribus, quasi comes famosissimus, se a[h] laicis amplexibus subduxit, divitias multas quibus utebatur etiam[i] postposuit . . . . . . quod[k] lineam sue preclarissime nobilitatis, quam in omnibus retro avis ac proavis sanguis in eo transfuderat, in tanta vilitate haberet, ut, spreta omni celsitudine, quasi pauper ipse ad pauperum Christi Vilariensium domicilium[l] hoc modo convolaret . . . . . . ut miles Christi militie clericali et spirituali magis devote vacare posset, in consortio monachorum ordinis Cisterciensium concupivit collocari, querens[m] sibi utile cenobium. Peragratis itaque multis provinciis multisque cenobiis, ad civitatem Nivellensem pervenit, pro eo quod bonos rumores audierat de religiosis mulieribus, scilicet Beghinis, ibidem commorantibus. Inter ceteras autem reperit ibi quamdam virginem, que propter honeste vite conversationem Deo erat acceptabilis, cui nomen Enymeloth. Huic virgini pius ac devotissimus Gobertus sui secreta cordis de conversione revelavit, rogans eam, ut pro suo negotio Deum exoraret, quia, non invento sibi apto cenobio, in suam provinciam remeare proponebat. Cui divino perfusa flamine venerabilis virgo respondit: 'Exoro te, domine, ut vadas usque ad Vilarium, antequam recedas[n]; ibique procul dubio invenies locum aptum et complacentem, quem tantopere quesisti'. Quod et factum est . . . .

. . . . quia[1] mos est in ordine Cisterciensium, in introitu horarum privatis diebus genua flectere, ut ordini parerent, ab equis descenderunt in terram pariter genua flectentes. . . . .

Quadam altera vice contigit, quod vir Dei[o], pius scilicet Gobertus, pro quodam arduo negotio et cum eo quidam monachus nomine Radulphus cantor Vilariensis proficisci deberet. . . . .

Vir Dei pius Gobertus peregrinabatur quodam tempore de loco ad locum, ubi negotium habebat agendum. Et quia nulla gaza sibi sufficiebat ad pauperibus distribuendum, a suis quippe prelatis fuerat sibi[p] quedam ordinata portio, ultra quam nil erat sibi licitum vel concessum pauperibus erogare; quoniam tanta erat ei cura de pauperibus, ut bona temporalia vix possent ad hoc sibi sufficere. In universam proinde regionem precurrebat tempestas valida, eo quod nive ac gelu, grandine et glacie horrida hiems tanta seviebat, ut fere vis algoris et gelu asperitas viatorum viscera transmenaret. . . . .

Tempore quadragesimali in die parasceves, qua Christus redemit electos, quos suos fide et opere futuros esse prescivit, qua die conventus Vilariensis orationi devotissime intendebat omnisque populus christianus plus solito debet vacare religioni, accidit quadam vice, quod miles quidam nefandissimus ad quamdam curiam Vilariensi cenobio pertinentem adveniret; nomen siquidem prefate curie cum ad abbatiam Vilariensem duo gerat, scilicet panes et pisces, ideo ethimologice Vilarii[q]-Gerundium appellatur. Hanc itaque curiam dictus miles Sathane cum suis complicibus spoliavit in ipsa eademque die. Equos vero quos ibi repererat cum ceteris brutis animalibus deduxit, multa mobilia necnon et altaris ornamenta violenter cum suis complicibus rapuit et asportavit, fratres quoque quos ibi reperit crudelibus verberibus affecit. Sic igitur dictus tyrannus predictam curiam violavit. Quo audito, in abbatia Vilariensi magnus fit tumultus inter fratres, qui multis cum abbate precibus rogaverunt pium Gobertum, quod ad locum iret prefatum, ut videret, quid hoc esset. Cumque pius Gobertus devotis precibus abbatis atque fratrum suorum paruisset et ad curiam sepedictam properare debuisset, super eo quod miles Sathane hac in die sanctissima tantam violentiam fecisset, adeo cepit mirabi-

a) 14. De venerabili Godefrido sacrista Vilariensi 2. b) sancti Panthaleonis *add.* 2. c) nomine Godefridus *add.* 2. d) p. se 2^{b}. e) posset 2^{b}. f) p. esset 2^{b}. g) tam 2^{c}. h) a l. se compl. 2^{c}. i) reliquit et p. 2^{c}. k) ut 2^{c}. l) monasterium 2^{c}. m) querendo 2^{b}. n) redeas; ibique invenies perfectum monachum Abundum nomine, qui sine dubio dicet, quid vos operteat facere. Quod et fecit. Venit Villarium *etc.* 2^{c}. o) sanctus 2^{b}. p) ei 2^{b}. q) *deest ed.*

1) Hic mos non Cisterciensium solum fuit, sed aliorum insuper monachorum, qui in itinere constituti, canonicas statuto tempore horas recitaturi, ex equo descendebant, flectebant genua, tum incepta hora, iter prosequebantur. Ita videre est in regula magistri c. 56, in statutis Lanfranci c. 25, apud Udalricum lib. 3, c. 3, et in mss. Sancti Pauli Romani monasterii consuetudinibus. MART.

hominibus. . . . . In[a] monasterio Sancti Panthaleonis in deliciis positus, quibus tamen consentire noluit, ... proposuit omnino artioris vite desiderio transire ad domum[b] ordinis Cisterciensis, ut in ea redde-

liter contristari, quod, cum de abbatia deberet exire, pre nimia cordis anxietate atque admiratione corporali privaretur lumine. Nempe quia pius Gobertus sancto illo tempore dominice passionis enormem ignominiam tirannice depredationis non potuit aspicere, idcirco divina pro- 5 visione lumine corporeo privatur triduo, sicut corpus dominicum triduo latuit in sepulcro. Itaque sicut Deitas beata dominicum corpus ad vitam tertia die resuscitavit, sic et pio Goberto die tertio lumen reparavit.

Appropinquante demum tempore, quo vir Dei contra omnia mundana vitia palmam triumphalem obtinens, a domino Iesu Christo ad vitam remunerationis eterne convocaretur, subtili 10 ac miranda nimis occasione dominus Deus sicut pater piissimus filium dulcissimum pium Gobertum a caribdi et temptatione maris huius hoc ordine liberavit. Imminente siquidem tempore quo pius Gobertus ad nuptias superni Regis evocaretur, eodem tempore contigit, ut ducissa Brabantie nomine Aleidis, uxor quondam Henrici ducis huius nominis tertii, sed tandem maritali viduata patrocinio[1], consilio malorum depravata, cespitaret, que alias fuerat satis 15 liberalis ac devota. Denique, sicut vir eius in civitate Lovaniensi fundaverat monasterium fratrum ordinis Predicatorum[c], ubi et corporaliter requiescit, sic et ipsa iuxta civitatem Bruxellensem construxit monasterium sororum eiusdem ordinis, quod suo nomine Vallem-ducisse nuncupavit. Siquidem dum hec ecclesiam beati Petri Gemblacensis deprimeret ac eius iura defalcaret ac sibi appropriaret, hoc viso abbas et conventus Gemblacensis contristati, precibus 20 quam plurimis unanimiter pium Gobertum flagitabant, ut pro eis apud prefatam ducissam intercederet, quatenus dictum abbatem Gemblacensem et conventum ipsius pateretur suo iure gratulari. Igitur pius Gobertus videns eorum iustas esse querimonias, turbatus est angustiis eorum, sic ut se vix a lacrimis contineret; ipsorumque negotium prout melius poterat accepit agendum. Perrexerunt itaque pium Gobertum secum ducentes ad ducissam, ut a corde ipsius 25 sentes possent ac tribulos monitis suis salutaribus avellere. Cumque simul tenderent, equus viri Dei pre nimia esus et otii lascivia indomitus et effrenis contra calcaria calcitrabat, veniensque ad locum ubi transitus non erat expeditus, cum impetu percurrens se[d] ipsum suumque sessorem obruit in terram, sic quod pius Gobertus sub equo ruit in faciem suam, ut fere videretur fuisse extinctus. Quod videntes et dolorose stupentes comites eius, eruerunt eum atque 30 dixerunt: 'Revertere ad domum Vilariensem, pater piissime, quia sanguis a facie tua non cessat emanare; non enim posses ad locum propositum nobiscum pervenire'. Sed pius Gobertus desiderans prefatum negotium cum pietate promovere, respondens ait: 'Non revertar imperfecto negotio, quod peragendum ferventi suscepi desiderio, a quo nullus labor me poterit avertere; quia pro ecclesie causa paratus sum non solum in laborem, sed et in mortem ire. 35 Nec michi poterit asperitas cuiuslibet rei desiderium fervens immutare'. Sicque Gobertus[e] vir piissimus per singula membra totius corporis sanguinolentus ad ducissam perrexit. Quo viso, cepit illa contristari ac tedere, admiransque requisivit, quis viro Dei[f] tantam molestiam intulisset. Qui respondens ait ei: 'Domina mea ducissa, tu michi procurasti hec vulnera, nec alius preter te sanguinem meum diffudit'. Cui ducissa: 'Quid dicis, pater piissime? Pro totius mundi 40 pecunia nollem tibi tanta fecisse'. Ad quam pius Gobertus ait: 'Si non oppressisses iura Beati Petri Gemblacensis, hec michi non accidissent. Audito enim rumore nubiloso, quot. quantis et quibus suppliciis iura predicte ecclesie molestares, ut pro prefato negotio preces tibi humiles effunderem, ad te veniens nimia festinatione impegi, sicut dicit philosophus: *Omnis impetus habet sepe difficiles aditus.* Hinc est, quod ex abrupto non previsus ego sub equo et equus[g] 45 meus sub me necnon et supra me penitus impetuose cecidit. Denique ego rui in faciem meam sic, quod nimia lesione tantus sanguis emanaret, ut proprio cruore mee vestes et membra singula tinguantur'. Cumque hec et multa alia percepisset ducissa viro Dei occasione sui accidisse, acriter doluit cepitque a pio Goberto sciscitari, si posset aliqua medicina convalescere. Cui vir Dei respondit: 'Si vis, domina mea, me poteris ab hac corporis lesione sanare'. Ad 50 hec ducissa celeri voce respondens exclamavit: 'Si te potuero quoquo modo curare, pena, labor et expense me non poterunt a tua sospitate retrahere. Dic ergo michi, quo ordine possem te curare'. Cui pius Gobertus ait: 'Si Beato Petro Gemblacensi sua iura pacifica reliqueris et quieta, si ea de cetero non falcaveris, michi videberis totum corpus curasse et animum meum iocunditati congrue redonasse. Dico tibi, non est tutum iura celestis ianitoris dissipare, quia, 55 ut ait apostolus Paulus[2], opera singulorum sive bona sive mala sequentur illos. Ad hec verba ducissa iuris et rationis aculeo stimulata, respondens coram multis viris fide dignis prorupit in hec verba: 'Ex hoc nunc et in posterum iura Beati Petri Gemblacensis in firma libertate relinquo et ab omni infestatione relaxo'. Sicque pius Gobertus dictam ecclesiam libertati restituit et pro sponsa Christi sanguinem suum fudit, sicque martyr Christi effectus, tandem mortis 60 ergastulum subiit.

a) In m. S. P. *des.* 2. b) aliquam d. 2. c) predictorum ut c. 2b. d) se — Gobertus *des. ed.* e) G. v. p. *desunt ed.* f) *deest* 2b. g) equus super me p. *ed.*

1) Henricus obiit a. 1260. 2) Haec apud Paulum frustra quaeras; sed similia Apocal. 14, 13. leguntur.

ret Domino vota sua[a], que distinxerunt[b] labia sua. Cumque Domino affectuosius supplicaret, ut dirigeret gressus[c] eius, preostendit ei in spiritu statum Villariensis cenobii, quem ita adhuc Colonie[d] precognoverat, nec solum personas et conversationem earum, sed situm[e] loci et universa domus illius utensilia, acsi tota

Hoc igitur negotio peracto, vir Dei gravibus lesionibus afflictus, ad locum suum reversus est. Quem cum fratres sui viderent tam diris doloribus oppressum, dixerunt ei: 'Te decet, frater piissime, in infirmitorio requiescere, donec posses sanitatem recuperare'. Tandem vir pius salutaribus[f] fratrum monitis fractus, eorum[f] precibus[f] acquievit licet invitus. Ergo pia pompa piorum monachorum pium Gobertum duxit in infirmitorium, ubi iacens in grabato, suoque corpore pre nimia lesionis vexatione inflato, de die in diem magis ac magis egrotabat. . . . . Igitur vir Dei pius Gobertus corporis sui lesione recentisque languoris decoctione defecatus, in vera fide et sincera dilectione proximis suis salutare reliquit exemplum religionis. Anno igitur Domini 1263, in festo sancti Bernardi, quod tunc fuit feria quarta[1] mensis Augusti, hora matutina, pius Gobertus toto corpore contremuit et suo Creatori spiritum in conspectu conventus monachorum ac ceterorum fratrum plangentium atque canentium in summa pace reddidit. . . . .

1263? Aug 20

Sequitur epitaphium pii Goberti.

Hec qui metra legit, cognoscet, quis fuit iste
Quem lapis iste tegit, modo coniunctus tibi, Christe.
Asper-mons aluit Gobertum, qui monachari
Vilari voluit, et ibi monachus tumulari. . . . .

Sequitur:

(3). De nonno Francone de Arkenna[2], prius milite probatissimo, rigmice.

Quidam miles inclitus, ortu Brabantinus,
Franco dictus nomine, corde leoninus,
Fieri disposuit Christi peregrinus;
Nam sic eum monuit Spiritus divinus.

Cruce salutifera decrevit signari,
Pro fide catholica volens preliari.
Quo audito, plurimi voluntate pari
Sunt signati milites signo salutari.

Franco crucis nobili titulo signatus,
Armis militaribus fuit adornatus,
Equis et divitiis satis sublimatus
Et preclara militum turba constipatus.

Postquam terras plurimas Franco peragravit,
Tandem vento prospero mare transfretavit,
Et cum suis sociis terram subintravit,
In qua Christus dominus mortem toleravit.

Tandem rumor perculit aures paganorum,
Quod venisset plurima gens christianorum,
Que vellet subvertere cultus idolorum
Et sibi subicere regna Caldeorum.

Tunc pagani nimium fremere ceperunt,
Et magnum exercitum colligi fecerunt,
Ac nostros invadere viros decreverunt;
Sed nostri viriliter eis restiterunt.

Franco miles inclitus, christianus verus,
In congressu prelii audax et severus,
Et cum eo pariter dominus Sigerus
Invaserunt barbaros velut Oliverus.

Sed cum istis alii milites fuerunt,
Qui paganos perfidos valide presserunt,
Et eosdem vertere terga compulerunt,
Ac de ipsis maximam stragem reliquerunt.

Quidam miles extitit ex pagana gente,
Giganteus corpore ac superbus mente,
Qui querebat sepius voce vehemente[g]
Singulare prelium, ipso hoc petente.

Cumque sepe quereret bellum singulare,
Et nullus presumeret cum illo pugnare,

a) *deest* 2. b) distinxerant 2. c) viam 2. d) positus *add.* 2. e) s. et s. l. ac 2. f) *deest ed.* g) vehementi 2b.

1) Festum sancti Bernardi est d. 20. Augusti, a. 1263. feria secunda, a. 1264. feria quarta. 2) Arquennes.

vita sua in eo[a] commoratus fuisset. Hunc itaque[b] preelegit in animo, orans Dominum, quod et obtinuit, ut[c] in eodem vite sue[d] terminum sibi expectare daretur . . . .
. . . . domnus Henricus tunc temporis cellerarius . . . .

In Teutonicis partibus militis cuiusdam uxor Gebergis nomine, pro honestate vite sue omnibus dilecta, ... nuncium ad fratrem Wigerum suum[e] avunculum Villare misit. . . . .

Fungebatur[f] sacriste officio, in quo divini respectus solatia maiora promeruit . . . .

Sanctimonialis quedam Bruxellensis Gilla nomine sub regula beati Benedicti habitus nigri, sed multe devotionis, artioris vite desiderio ad ordinem Cisterciensem ascendere modis omnibus aspirabat, nullum habens desiderii sui adiutorem preter dominum Karolum, tunc temporis Villariensem abbatem. Venit itaque ad portam Villariensem[g] perturbata et anxia, fratri Wigero tunc temporis vestiario conquerens, quantas a clericis sustineret tribulationes, qui minabantur ei excommunicationem[h], si habitum Cisterciensem susciperet[i]. Et[k] monachus ad eam: 'Sanctimonialis es sub regula sancti Benedicti, nec per clericos tales in te sententia[l] procedere potest'. Porrexit[m] ei cucullam, quam domini Godefridi esse[n] putabat. Induit[o], recessit, nec postea impedimenta sustinuit ab emulis. Audivi ab ea[p], quod a tactu illius vestis multis infirmis et languentibus desiderata restituta sit sanitas. Profecit itaque[q] in desiderio suo et adiutorio egregie memorie domini Karoli[r] domum de Bernebeke[s] iuxta Bruxellam, que nunc Camera appellatur, fundavit et[t] edificavit[1].

3. Conversus[u] quidam Villariensis Evrardus[v] nomine in simplicitate cordis Domino serviens ac moram faciens in curia nostra de Chenoit[w], ibidem multis annis agriculture operam dabat. . . . .

Franco videns milites nostros titubare,
Cum pagano voluit bellum attemptare.

Mox uterque propriis armis se armavit
Et per longum spatium pariter pugnavit;
Tandem ope Domini Saracenum stravit
Et de hoste barbaro Franco triumphavit.

Tunc pagani territi valde stupuerunt
Et de morte militis tanti doluerunt,
Qui voto unanimi treugas petierunt:
Nam Franconem cernere nostrum voluerunt.

Franco propter corporis miram probitatem
Habens apud milites fame claritatem,
Tamen coram omnibus morum honestatem
Studuit ostendere ac humilitatem.

Nil in eius corpore, nil in eius ore
Apparere potuit, quod molestum fore
Posset intuentibus; propter quod amore
Plurimorum dignior fuit et honore.

Quia tanta gratia erat illustratus
Et virtute corporis omnibus prelatus,
Ad Soldanum principem missus est legatus,
Aliis militibus tribus sociatus[x].

Causa talis extitit huius missionis,
Quia pacis federa et conventionis
Soldanus petierat, ut in his personis
Valeret agnoscere faciem Franconis.

Nam Franconis probitas nota et audita
Soldanum reddiderat stupefactum, ita
Quod ab ipso federa pacis expetita
Essent, ut sic vivere tuta posset vita.

Huic Franconi filii gemini fuerunt,
Qui cum ipso pariter mare transierunt
Et in armis bellicis valde floruerunt,
Sed pro Christi nomine post occubuerunt.

Tandem Franco inclitus dignus collaudari,
Probus in militia quondam seculari,
Luxum spernens seculi. factus in Villari
Monachus, sub habitu vixit regulari *etc.*

a) ea 2. b) locum in a. pr. 2. c) ut videlicet 2. d) s. sibi t. donaretur e. 2. e) a. s. in V. 2. f) vir Domini *add.* 2. g) cenobii Vilariensis 2. h) excommunicationis sententiam 2. i) acc 2. k) Ait 2. l) p. s. p. 1. m) que *add.* 2. n) fuisse 2. o) Quam ipsam i. et r. 2. p) eadem 2. q) sanctimonialis illa *add.* 2. r) abbatis prefati *add.* 2. s) Bunebeke 2b. t) ac 2. u) *haec in 2 post c. 30. leguntur.* v) Everardus 2b. w) Chenoet 2b. x) sociatis 2b.

1) Fundatum a. 1201. Cf. Wauters, 'Hist. des environs de Bruxelles' III, p. 308.

Verum quia fratris Evrardi mentionem fecimus, nequaquam absurdum reor adhuc modicum quid de eo edificationis gratia innectere. Quodam[a] tempore magister de Chenoit[b] fratrem Evrardum forestarium esse iubet. At frater Evrardus mandatum sui superioris non diiudicans, si sibi congrueret, sed velut operarium indignum ad ea que sibi imperabantur se[c] estimans, velociter paruit mandantis imperio. Morabatur tunc in villa de Herbileer[d] miles quidam Sebastianus nomine, cuius bestie ac animalia blada nostra devastabant et non modicum dampnum nobis inferebant. Magister[e] curie virum Dei ammonuit, ut bestias a bladis arceret, quod se facturum illico spopondit. . . . .

5.[f] Inter conservos[g] Dei qui spirituali palestra in stadio Villariensi exercebantur erat olim miles quidam de genere de Reve, qui, relicta mundiali pompa, vanam militiam fructuosa militia commutavit. . . . .

6.[h] Narraverunt nobis seniores nostri, conversum quemdam fuisse in monasterio Villariensi circa custodiam ordinis satis devotum. . . . . Cum autem quodam tempore in grangia de Kessart moraretur. . . . .

7. Circa[i] idem tempus dominus Ulricus 5. abbas Villariensis Vacellis professus ibidem mortuus est. Scribit de eo dominus Iohannes Cameracensis episcopus sic: *Ulricus quidam abbas in Villari fuit homo plenus dierum et opinionis suaveolentis.* Et dominus Io. abbas Vacellensis scripsit domino H. duci Lothoringie sic de eo: *Habemus monachum apud nos* 80. *annum vel eo amplius agentem, quondam Villaris abbatem, cotidie se pro Christo crucifigentem.*

8.[k] Oportunum fore[l] existimo virum virtutis, dulcis videlicet memorie, Gregorium quondam[m] priorem in Villari, ad edificationem posteriorum styli officio revocare. Exigit hoc a nobis nostri[l] huius temporis inopia, in quo tepiditas et negligentia nimis in ordine prevaluerunt. Hic itaque strennuus vir prioratus officio per plures annos functus, ferventer[n] hanc partem sollicitudinis amministravit, ut quasi signaculum videretur posuisse super cor suum sententiam illam quam beatus pater noster[o] Benedictus preposito seu priori monasterii proponit dicens: *Quia quanto prelatus*[p] *est ceteris, tanto eum sollicitius oportet servare precepta regule.* Si[q] videres hunc, putares te videre Mathathiam de Modyn, patrem Machabeorum, zelantem et pugnantem propter observantias regulares. Zelus[r] regule sancti Benedicti[s] inebriaverat eum. Videns enim prevaricatores eius, tabescebat, viriliter resistens eis. Attamen honestiores animos in[t] spiritu lenitatis ammonuit, mites et obedientes, ut in melius proficerent, obsecravit, superbos et rebelles increpavit et verberibus correxit[u]; non tamen ita aspere subditos castigavit, ut victi impatientia frangerentur, sed miscens blanditias terroribus, coniunxit preces verberibus; unde non solum claustrales metuebant eum, sed etiam prelati, scientes eum esse virum iustum et[v] ordinatum. Erat ergo in exequendis divinis promptus et alacer nimis, non diebus, non[w] noctibus requiescens, precipue dulcedini[x] psalmodie intentus, que in sacro[y] nostro conventu multa morositate persolvebatur, ita ut stupori quidem posset esse vicinis monasteriis, paucis[z] imitationi; precipitantem[a] psalmodiam hic[b] prior in instanti stallum exiens corripuit. In omnibus magistram sequens regulam, nec temere devians ab ea, non permisit conventum suo tempore vacare sompnolentie, sed regulariter surgens post mediam noctem, modice[c] permisit eum pausare; et in regulari intervallo satis protelato aut cum senioribus in choro meditationi aut in capitulo cum iunioribus lectioni[d] inserviebat. Porro nichil operi[e] Dei preponendum esse sciens, officialibus modica occasione se ab eo[f] subtrahere volentibus fortiter resistebat. Et circa primum articulum professionis, qui est de stabilitate loci, non facile dispensabat hic verus iudex; quia tunc temporis persone domus vix poterant interesse exequiis parentum suorum vel fratrum vel[g] sororum suarum. Volebat enim, mortuos sepelire mortuos suos. Sciebat preterea, quod officina in qua potissime persolvitur votum professionis est stabilitas in congregatione et clausura monasterii. Circa secundum articulum professionis versantem circa conversionem morum, utpote regulariter vesci, indui, operari, legere[h], silere, vigilare, psallere, corripere et corripi, invite dispensabat. Et bene; unde Alredus[1]: *Non sic fiat dispensatio, ut aliqua eorum que statuta sunt intermittantur, aut certa tempora certis quibusque exercitiis attributa confundantur, nisi extrema cogat necessitas; alioquin non erit dispensatio, sed destructio*[i]. Quid hic excusationis pretendere poterunt, qui tempus lectionis in tempus laboris commutant, non tamen laborantes, sed[k] nugis et rumoribus vacantes, et qui abbreviant tempus legendi et prolongant tempus colloquendi. Huius viri[l] tempore unius coloris habitus a personis domus gestabatur, ita tamen, ut exeuntes monasterium in oppidis a ceteris personis ordinis discernebantur. At[m] hic prior ad commune colloquium accedens et in medio seniorum residens, iuvenes coram se sedere faciebat dictisque sententiis a iunioribus et collationibus a senioribus mira suavitate pascebatur; et aliquotiens iuvenes disputabant ibi de ordine, aliquando admonebantur a senioribus pro suis excessibus et a[n] verbis superfluis et[o] risum moventibus et a sancto Benedicto dampnatis. Porro ad opus manuum frequenter cum conventu ibat, et in[p] silentio precipue secationis et messionis et[q] frugum tempore, et aliis pausantibus non pausabat. Infirmis omninoque debilibus

a) Q. enim 2. b) Chenoet 2b. c) *post add.* 1; esse se 2. d) Hevileer 1. e) At m. 2. f) c. 33. 2. g) servos 2. h) c. 34. 2. i) Circa — crucifigentem *desunt* 2b. k) c. 5. 2. l) *deest* 2. m) pr. q. 2. n) frequenter *ed.* 1? o) *deest* 2b. p) prelatior 2. q) Denique si 2. r) Z. quippe 2. s) patris nostri *add.* 2. t) *post add.* 1. u) castigavit. Subditos t. n. i. a. correxit 2. v) timoratum atque *add.* 2. w) neque 2. x) dulcedine *ed.* 1, *ubi* intentus *deest.* y) in n. cenobio et sacro c. 2. z) p. vero 2. a) precipitem *e corr.* 1. b) ps. st. e. in i. c. 2. c) *deest* 2. d) *deest* 1. e) opere 2b; o. D. n. prop. 1. f) eodem 2. g) aut 2. h) lugere 1? *ed.* i) sive dissipatio *add.* 2. k) sed magis n. 2. l) venerabilis v. 2. m) Hic quoque p. 2. n) de 2. o) ad 2. p) cum s. operabatur et p. 2. q) ac 2.

1) Ailredus scripsit regulam ad inclusas moniales; in coll. Holsteniana regularum III, p. 129. V. Cave, SS. eccl. p. 227.

secundum regulam pro reparatione virium esum carnium prestabat. Ita delicatis et teneris morem gerebat, ut tamen novas et contra formam ordinis usurpatas consuetudines, utpote de pellibus, cyrotecis laneis et pelleis et[a] ceteris magis carnem[b] quam spiritum redolentibus, quas per negligentias prelatorum in subversionem religionis et perditionem animarum facile pullulare noverat, minime prioratus sui tempore Villariensibus subrepere passus sit[c]. Sciebat nimirum, sicut[d] beati sunt prelati qui traditiones patrum per vigorem discipline illibatas custodiunt, sic profecto miseri nimis qui per negligentiam et incuriam suam religionem intepescere et ordinem deperire permittunt; nam semel exterminata religio non sine gravissimo scandalo et perturbatione tam prelatorum quam subditorum reformari poterit. Non solum sic[e] providit discipline monachorum[f], sed etiam conversorum. Temporalibus parum intendebat; suffecit[g] sibi cura sua. Cumque fideliter administrasset officium sibi commissum, tactus infirmitate corporali, decidit in lectum, munitusque sacramentis ecclesiasticis, imminente hora mortis sue, prorupit in verbum memoria dignum: 'Video', inquit, 'salutem meam'. Et hiis[h] dictis, emisit spiritum, sepultusque est retro capitulum nostrum.

9.[i] Huic successit in officio prioratus dulcis memorie nonnus Henricus de Marilis, homo nobilis secundum seculi dignitatem et multe simplicitatis et[k] mire mansuetudinis. Hic prior opere implevit ea que ab aliis statuit facienda et magis prebuit se amabilem quam metuendum. Homo pacis et plurime humilitatis, infimos non dedignabatur parentes. Quis unquam ex ore eius[l] sonum detractionis, verbum scurrilitatis, sermonem glorie, vocem invidie audivit? Hic licet quinquaginta annos in ordine transisset, noluit supportari ab officiis suis; sed iuvenum laborem prosequebatur, in choro, in claustro primus et in labore, ita ut omnibus admirationi esset et[m] stupori, assidue intentus orationi et lectioni. Decem annis prioratus officio functus, potius voluit de misericordia[n] quam de nimia iustitia iudicari. Valde patienter sustinuit infirmitatem morum et corporum in subiectis, sciens misericordes misericordiam consecuturos. Iste non novit loqui per vocalia signa, nec per tertiam personam. Et magnates videntes proceritatem vultus[o] eius, venerabantur eum. Quidam monachus valde spiritualis videns[p] eum, cum adhuc iunior esset, per claustrum incedentem, fertur dixisse, quod ita clare vidit munditiam cordis sui[q] et puritatem conscientie sue[r], sicut videret candelam in lucerna positam clare rutilantem et lucentem.*

*) 2 *add.:* Hic tandem plenus dierum in pace quievit, recepturus et inventurus sine dubio misericordiam quam aliis prorogaverat; *et pergit:*

(7). Fuit in Vilari alter quidam venerabilis monachus qui dictus Godefridus cognomento Pachomius[s], de civitate Lovaniensi ducens originem, et valde religiosis parentibus prodiit. Hic in annis puerilibus factus canonicus regularis, iugum Domini devote sustulit. Sed quia tam intus quam foris pertulit strepitus secularium, idcirco tedium exinde concepit, et summopere monachari cupiens in Vilariensi cenobio, una cum fratre suo Raynero, cuius etiam inferius vita describitur, qui tunc studuit Parisius, per litteram vocato et in simile studium excitato prefatum locum adiit; ibique uterque susceptus religionis habitum induit. . . . . . Cumque *[Godefridus]* per annos 47 omnino religiose vixisset in ordine, correptus a febribus, lecto decubuit, et in eadem infirmitate tribus detentus ebdomadibus, tandem 6. Nonas Octobris feliciter ad Dominum perrexit.

(8). Frater nonni Godefridi prefati nomine Reynerius, non tam carnis quam spiritus germanitate, ab exordio optime indolis fuit puer; qui monachus tandem effectus in monasterio Vilariensi, omnem indefesso studio virtutem exercuit. . . . .

(9). Vir Domini Abundus Vilariensis monachus, cuius memoria in benedictione est, de quodam opido super Mosam fluvium situato quod Hoyum dicitur originem ducens, insignis indolis iuvenis extitit. Qui cum litterarum studiis esset traditus, ea de causa ut patris debita sive commercia stylo disceret annotare, miro modo proficere studuit[1]. . . . feliciter migravit a corpore anno Domini 1228, pridie Kal. Iulii, feria sexta circa horam sextam, qua Dominus maiestatis in cruce pependit, expletis in ordine Cisterciensi 26 annis et quasi sex mensibus. Sanctumque corpus eius venerabiliter sepulture traditum est, monachis cantantibus altissimis vocibus, ita ut plerique astantium ad lacrimas compungerentur. Est autem eius epytaphium:

Pausat in hac tumba vir simplicitate columba;
Qui leo virtute, nobilis similatur alaude;
Qui turtur gemitu, visu simul atque volatu
Par aquile, salamandra, quia novo vixit in igne.
Nunc canit in 'de la sol', qui quondam flevit in 'a re'.

a) ac 2. b) c. m. 2. *ed.* c) fuerit 2. d) quod s. 2. e) *deest* 2. f) ut prefertur *add.* 2. g) sed s. 2. h) hoc dicto 2. i) c. 6. 2. k) ac 2. l) ipsius 2. m) atque 2. n) nimia m. 2. o) e. v. 2. p) *deest* 1. q) eius 2. r) ipsius 2. s) Pachonius 2b.

1) Quae sequuntur sumta sunt ex Vita Abundi, ipso vivo a monacho Villariensi scripta, quae exstat in cod. Bruxellensi Nr. 19525, membr. s. XIII. De qua v. Reiffenberg, 'Annuaire de la bibliothèque royale de Belgique' VII, 1846, p. 96 sqq. In praefatione ita: *omnibus in ordine Cisterciensi sub regula et abbate Deo militantibus frater quidam de Villari in Brabantia, habitu monachus, conversatione tepidus . . . . proposui accepta a domino abbate meo licentia, fratris Habundi monachi nostri vitam scripto breviter commendare. Et accedens ad eum, postulavi ab ipso, quatinus bona que sibi Dominus vel fecerat vel faciebat michi intimaret. Verum cum plurimum familiaris erat michi et ego illi in Christo Iesu, nichil erat quod importunitate mea etiam invito non extorquerem.*

10.[a] Fuit in Villari quidam monachus Daniel nomine, oriundus de Ischa[b, 1], avunculus domine Clementie de Rixensart[c, 2]. Hic cum relictis scolis ad nundinas torneamentorum in Traseuges[d, 3] ire vellet, et ibidem miles fieret, infirmitate corripitur, propositoque mutato, spondet se militaturum Deo in Villariensi cenobio, et renuntians seculo et concupiscentiis eius, valedicensque fratri, cognatis et amicis, 5 soli Deo vivere volens, militie spirituali in Villari applicatur. . . . . Huius industria et sollicitudine media sive extrema pars ecclesie nostre facta est. Cum autem factus esset cellerarius maior, sciens, cui[e] plus committitur, plus ab eo exigitur, officium sibi iniunctum fideliter administravit. Grangias visitans, aquam vel claram cervisiam cum fratribus bibebat. Deforis veniens, imbre, nive[f] madefactus, ventis et frigoribus fatigatus, intravit[g] refectorium, dicens: 'Merces mea sit in terra viventium'. Non fuit[h] extirpator sub- (cf. Ps 141, 6.) 10 stantie monasterii. Quodam[i] tempore, imminente visitatione, decem solidos a bursario accepit; non eos tamen expenderat; sed ne visitator ei[k] imponeret, quod malitiose[l] ei suas expensas celaret. Item aliquotiens Martha postposita gaudebat concupitis[m] amplexibus Rachelis, et copulans se claustralibus in lectione, vacabat interdum orationi et compunctioni. Fratribus se valde amabilem et tractabilem prebuit et in victu et[n] vestitu se eis[o] conformare studuit, a vestiario semper vestimenta recipiens modo et ordine 15 aliorum. Vestes pretiosas ab amicis oblatas[p] numquam gerebat. Quid hic dicturi sunt campanarii[4] famelico ventre ad ordinem venientes, qui, postquam pannis ordinis calefacti fuerint, monasterium egressuri, pannis ordinis dedignatis, pretiosis vestibus se induunt? Nonne religio talibus dicere videtur: *Filios exaltavi*[q] (Es. 1, 2.) *et enutrivi, ipsi vero contempnentes spreverunt me?* Tales enim in claustro superbiam addiscunt, quam in seculo non noverant; et quia hii locum habere non poterant ubi honores[r] appetuntur, ibi saltem honorari 20 volunt ubi honores[r] ab aliis respuuntur. Et[s] de talibus dicit beatus Augustinus terribile verbum: *Sicut non vidi meliores quam qui in ordine*[t] *profecerunt, sic non vidi deteriores quam qui in eo*[u] *defecerunt.**

11.[v] Cum quidam monachus Villariensis cantoris fungens officio . . . .

12.[w] Erat in monasterio Villariensi sacrista quidam nomine Iohannes dictus[x] Precursor, vir bonis moribus pollens et religiosarum personarum ferventissimus amator . . . . . Hic summopere otium fugie- 25 bat et sanctorum gesta libenter scribebat aut enarrabat. Fecit nobis librum qui intitulatur Agonia morientis et Psalterium beate Virginis comprehendens acta eius[y] et etiam Salvatoris. Scripsit etiam[z] nobis librum de vita Beati[a] monachi[5] et alios plures[b] in armario nostro positos. Fecit etiam[z] nobis Ordinarium facilem et clarum. Hic cum magister conversorum factus esset, verbo edificationis et consolationis eos mirabiliter reficiebat. In grangiis predicaturus, non solum fratres, sed etiam familiam curie ad ser- 30 monem vocavit. Hic cum iam veteranus et emerite militie senex esset, instituendis[c] novitiis officium strennue adimplebat, et ex hiis que longo usu didicerat rudes adhuc mentes contra triplicem funiculum, carnis, mundi, diaboli[d], qui difficile rumpitur, exemplis tam veteribus quam recentioribus adversus vitia cautiores reddebat.** . . . .

(11). Clericus quidam nomine Ulricus, natione Coloniensis, cum se dedisset in Vilari ad 35 ordinem Cisterciensem, magne spei iuvenis extitit, vultum habens angelicum, bonisque moribus abundavit *etc. ex Caesario IX,* 31.

* 2 *inserit (c. 13) quae supra c. 23, p.* 205 *n.* * *leguntur:* Erat monachus — inheret.

**) *In* 2 *inseruntur:*

(16). Fuit in prefato cenobio Vilariensi monachus quidam religiosus ac redolentis fame, 40 qui studuit sollicite ambulare cum Deo suo, et quicquid ab eo petiit impetravit. Ad hunc accessit quidam iuvenis nomine Walterus, monachus, postmodum abbas decimus Vilariensis electus, petens ut rogaret Dominum pro se *etc. ex Caesario II,* 21.

(17). Fuit in eodem cenobio Vilariensi monachus quidam Arnoldus nomine *etc. ex eodem VIII,* 81.

(18). Sacrista quidam apud Vilarium defunctus est nomine Iohannes *etc. ex eodem XII,* 30.

45 (19). Fuit in sepedicto cenobio Vilariensi monachus quidam venerabilis nonnus Henricus de Melbroec; quem minus congrue forsitan in fine collocamus. Hic primo prior Vilariensis existens, postmodum abbatizavit in Loco-sancti-Bernardi; homo sensatus, *etc. ut supra Gesta Cont. c.* 11.

(20). Floruit in eodem monasterio Vilariensi nonnus Godefridus de Cortbeke, *ut infra c.* 15.

50 (21). Nonnus Wilhelmus de Donglebiert, humilitatis et paupertatis amator, dudum insigni nobilitate clarus effulsit in seculo[6], sed postmodum multo amplius in religione in Vilariensi cenobio, *ut infra c.* 15.

(22). Hactenus de claris luminaribus Vilariensis cenobii, videlicet probatissimis monachis eiusdem collegii, nos disseruisse sufficiat; cum tamen paucos admodum flores de spatiosissimo 55 floridissimoque prato vernantis eiusdem ecclesie ad accendendum in nobis sacre devotionis

a) c. 12. 2. b) Iska *e corr.* 1; Ycha 2b. c) Rixerasart 2b. d) intra Senges *ed.* 1? e) quod c. 2. f) vel n. 2. *ed.* g) introivit 2. h) f. etiam 2. i) Q. siquidem 2. k) sibi 2. l) e. m. 2. m) cupitis 2. n) atque 2. o) ipsis semper c. 2. p) non recepit vel saltem n. 2. q) en. et ex. 2. r) homines 2. s) *deest* 2. t) monasterio 2. u) eis 2. v) c. 14. 2. w) c. 15. 2. x) agnomento 2. y) ipsius 2. z) n. e. 1. a) Boni *legit* 60 *Wauters p.* 81. b) quam pl. 2. c) instituendorum novitiorum 2. d) ac dyab. 2.

1) Yssche. 2) Quae medio s. XIII. in charta memoratur; Wauters p. 88. 3) Trazegnies. 4) Tamquam infimi monasterii servitores nominantur; v. Ducange II, p. 62. 5) Num forte de beato Abundio cogitavit? 6) Dongelberghe. De dono a Wilhelmo a. 1234—35. facto v. Wauters, 'Hist. des environs de Bruxelles' I, p. 268.

13.[a] Quodam tempore venit ad conversionem in Villari frater Iohannes de Wistrezees dictus Miles cognomine, eo quod pater eius miles fuerat et ipse etiam miles fieri volebat; sed infirmitate concussus promisit se cum Villariensibus aggressurum militiam spiritualem: et ecce sanus factus, Villarienses[b] petit, et ab abbate Wilhelmo susceptus, indignum[c] se iudicans habitu monachorum, novissimo loco electo, in[d] conversum redactus est. Iste igitur se[e] veraciter conversum demonstrans, cepit corpus vigiliis, ieiuniis, laboribus[f] multis castigare[g], voluptatis[h] mortificationis voluntarieque paupertatis, que sola christiane religionis vera militia est, amatorem se[i] probans. Hic magister factus in[k] Chenoit, plura bona ibidem nobis acquisivit, et largas elemosinas erogabat et[l] operibus misericordie frequenter instabat. Ipse[m] fuit lumen[n] ceco et pes claudo, pater orphanorum et defensor pupillorum et viduarum et[o] merentium et oppressorum consolator, precipue pauperum Beginarum. Plaustra onusta bladis euntia versus abbatiam, audita inopia Beginarum, fecit deduci Nivellam. . . . .

15. Interrogavimus aliquotiens patres nostros, quanta fuerit [olim[p]] religio in Villari, et annunciaverunt nobis[q]: 'Inquisivimus a maioribus nostris, et dixerunt nobis, quod tanta fuit, quod non solum ad conversionem venerunt seculares, sed etiam religiosi, suis cenobiis dimissis, attracti non tantum fervore ordinis[p] Cisterciensis, sed et[p] bono odore conventus huius, utpote nonnus Godefridus sacrista de monasterio Sancti Panthaleonis in Colonia, nonnus Nicolaus de cenobio Gemblacensi, Godefridus Pachomius de cenobio Sancte Gertrudis in Lovanio et[r] alii. Godefridus de Cortbeke de cenobio Haffligeniensi[s] religione et diviciis[t] conspicuo, perfectioris et secretioris vite desiderio Villariensibus se sociavit, ubi tantis virtutum carismatibus effulsit, ut personas domus[u] ferventissima conversatione sua in amorem Dei vehe-

ignem decerpsimus; quatenus rutilantis eorum pulchritudinis venustate illecti suaveolentiaque recreati, mundum cum omni voluptate et vanitate sua spernere atque ad eterne claritatis patriam anhelare discamus. Ceterum, sicut in predictis patribus, qui altario presto fuerunt et mandata vite absque dissimulatione custodierunt, cognovimus, quam liberalis sit misericordia Dei in sanctos illius quamque pius respectus in electos ipsius: sic in subsequentibus exemplis elucescet, quanta benignitate etiam laicos in prefata domo ad conversorum status assumptos Dominus respexit suaque gratia dotavit; quatenus tam laici quam clerici habeant quod imitentur et nichilominus unde efficaciter consolentur.

Sequitur de conversis et primo

(23). De venerabili Arnulpho de Bruxella converso.

Venerabilis Arnulfus cognomento Cornebout, ex Bruxella, non ignota civitate Brabantie, de mediocribus parentibus originem duxisse fertur. . . . proposuit transire ad ordinem Cisterciensem, et relinquens cognatos et notos, abiit et valedicens huic seculo nequam et ad monasterium Vilariense pervenit, ubi a domino Karolo tum temporis abbate se recipi in conversum petiit et impetravit.

(24). Fuit in Vilari frater religiosus quidam nomine Petrus . . . . Hiis itaque sic sese habentibus, quidam sue salutis zelatores hortabantur eum, hoc nequam seculum relinquere et ad ordinem Cisterciensem convolare. Et quia eo tempore monasterium Vilariense predicti ordinis apud omnes longe lateque fama percrebrescente innotuerat religione conspicuum, sanctitate celeberrimum, regulari observantia et discipline custodia artissimum, persuaserunt ei habitum religionis ibidem assumere . . . .[1]

(25). Fuit in Vilari conversus quidam nomine Hermannus . . . .

(26). Alius quidam conversus fuit in eodem monasterio nomine Nicholaus, homo pusille stature, qui in quadam grangia pastor ovium extitit. Hic carnem suam adeo castigavit, quod qui videret eum Arsenium se vidisse putare potuit vel unum ex antiquis heremi cultoribus. Nam sibi mundum crucifixum habuit et se mundo. Iugiter niger prorsus in corpore, sed formosus in mente fulgebat. Comedit annis multis tantum semel in die, et nocte dieque membra cilicio cruciavit. Ascendit stratum rarissime, sed ibi dormiebat ubi fecerat orationem; sed pro pulvinari truncum habuit. Plurimi venerunt ad eum gratia edificationis, quibus omnibus opera caritatis et misericordie longo tempore diligenter exhibuit. Cum autem annis quinquaginta vixisset in ordine, tandem vocante ipsum Domino feliciter obiit. . . . .

(27). Fuit et alius quidam nomine Arnoldus ordine conversus, officio multor in quadam grangia monasterii Vilariensis. Qui homo multe devotionis et pietatis extitit. Hic ante conversionem suam sepulcrum Domini cum sanctis locis adiacentibus visitaverat, et iterum si visitare potuisset plurimum affectabat. Ad quem cum quadam die mulier lasciva et procax advenisset, asseveravit, se usquequaque desiderare velle mutare statum suum in melius, dummodo tamen ille sibi succurrere vellet[v]. Zelans petenti consensit, et femine, sicuti habere potuit, necessaria ministravit[w]. At ipsa mox abiens, simplicitatem viri deridens, super eum cantilenam quamdam composuit, quam et in chorea publice precinit[x]. . . . .

a) c. 28. 2. b) Vilariense 1? *ed.* c) atque i. 2. d) ad statum conversorum 2. e) v. se 2. f) et 1 c. 2. g) *deest* 1. h) ad v. mortificationem 2. i) probare se 2. k) en Chenoet 2b. l) ac 2. m) I. enim 2. n) oculus 2. o) *deest* 2. p) *deest* 1. q) hoc modo *add.* 2. r) et al. *des.* 2. *ed.* s) Haffligenensi 1; Haffligenensi 2b. t) tunc temporis 2, *ubi haec supra leguntur.* u) d. huius 2b. v) in vite necessariis. At ipse salutem proximorum zelans 2b. w) tribuit 2b. x) precinuit 2b.

1) Eius vita fusius describitur, quae in Martenii editione desideratur.

menter ascenderet. . . . . Unde nec libenter exibat nec visitare cognatos et amicos affectavit. Suffecit[a] olim personis domus huius quinque vel sex annis elapsis semel videre amicos suos[b]. Venerunt etiam ad conversionem ibi nobiles[c] viri, nonnus[d] Gobertus, quondam comes et dominus Asperi-montis, nonnus Henricus de Birbacis[e], nonnus Willelmus de Donglebiert, humilitatis[f] et paupertatis devotus amator. Hic . . . . subtrahere. Convertit se etiam ibidem nonnus Oliverus de genere de Sombreffe, homo nobilis. Milites[g] quondam famosi monasticum habitum, dimissa mundana milicia, ibidem susceperunt, hii scilicet: Franco de Erchenna[h] castellanus de Montigni, dominus de Bonhenem[i] de comitatu Losensi[k], dominus Gerardus de Greis, dominus Henricus de Weis, dominus de Berem et[l] dominus Iohannes de Salinch et[l] dominus Iohannes de Roist[m] ex comitatu Losensi[k] et dominus Walterus de Rikelam versus Mechliniam. Hi extremi[n] quondam milites preclari in conversos se vestierunt. Factus[o] est hic monachus dominus [Theobaldus[p]] castellanus de Courtray, quondam miles in armis strennuus, qui[q] etiam acquisivit cum nonno Goberto de Aspero-monte vinum pro minutione conventus. Factus est etiam conversus in domo ista dominus Francho[r] de Lachem, quondam miles famosus, et[l] dominus Iacobus de[l] Glymptis et dominus Egidius Dion. Cum quidam[s] potentes quicquam querele adversum nos haberent, prefixa die super pace tractanda abbati[t], assumptis secum decem nobilibus personis de sua professione, ad locum prenominatum descendit, et causam domus cum sibi associatis[u] viriliter defendit. Cum hi religiosi patres ad commune colloquium accederent et referrent gesta sanctorum patrum, valde scrupulosi erant, ne excederent minus[v] vel plus dicendo. Unde, soluto colloquio, trahentes priorem in auditorio[w], confitebantur de delicto preterito, cautiores facti de reliquo'.

16. Tunc temporis tam valentes persone erant nobis, quod eligebantur in abbates Cistercii, Clarevallis, Vallis-Dei, Vallis-sancti-Lamberti et Grandis-prati et[x] Loci-sancti-Bernardi. Et illis diebus nil[y] habere poterant circa lecta[z] nisi cotidiana vestimenta, et[a] virgule, quibus excutiuntur, ibi recondi non licebat. Et a mixto sepe abstinebant, ut in templo preripere[b] possent locum congruum orationi et[c] compunctioni, quibus ante tertiam vacabant. Si domus a principe gravaretur, persone nostre a Domino[d] auxilium petentes, ad Beghinagia[1] mittebant et orationes pro domo impetrabant. Etiam[e] proclamatus pro proclamante orabat, ut[f] et eius vestimenta in signum amoris excuteret. Et tanta erat sobrietas[g] et abstinentia in domo hac, quod clavis vinaria[h] in foramine petre iuxta eandem cellam ponebatur et qui vino indigebat ibi[i] pro sua necessitate recipiebat.

19.[k] Fuit in monasterio Villariensi conversus quidam Henricus[l] nomine, ex Bruxella originem ducens. Hic in adolescentia, scolis dimissis, abiens in regionem dissimilitudinis, totum se seculo dedit. . . . . *

*) *In 2 sequuntur quae supra c. 3. de Everardo narrata sunt aliaque hic non repetenda. Tunc libro ita finem facit:*

(37). Hec sunt que de virtuosis gestis Villariensium ad nostram notitiam pervenerunt; que idcirco commemoravimus, quatenus tanto amplius et ferventius ad devotionem ac imitationem lectorem incitent, quanto materia magis sonat de propinquo. Fuerunt preterea et alii spiritu ferventes ac Domino in sepedicto cenobio servientes, quorum etiam gesta ad longum haberi credimus, sic[m] et aliquorum, quorum virtutes superius sub brevitate perstrinximus. Sed ista cuilibet statui tam prelatorum quam subditorum congruenter sufficere putamus. Prelati namque in gestis abbatum Vilariensium, si investigare dignantur, invenient quod mirentur aut forte imitentur. Porro ceteri claustrales, tam clerici quam laici, immo cuncti Christi fideles, perspecta penitentia et sancta conversatione fratrum Vilariensium, quos in superioribus commemoravimus, nimirum tamquam in speculo lucidissimo pervidere poterunt, unde ad uberiorem profectum incitentur; prestante domino nostro Iesu Christo, amen.

EXPLICIUNT GESTA SANCTORUM VILARIENSIUM.

a) Sufficiebat 2. b) visitare amicos 2. c) nobilissimi 2. d) videlicet n. 2. e) Birbaco 2b. f) hum. — subtrahere *hoc loco des. 2; v. c. 21, p. 233.* g) M. etiam 2. h) Arkenna 2b. i) Bohenem 2b. k) Lossensi 2b; Lozensi *primo loco* 1. l) *deest* 2. m) Rost 2b. n) quatuor e. 2. o) F. quoque 2. p) *deest* 1. q) qui — conventus *desunt hoc loco* 2. r) Franco 2b. s) quinque 2b; quandoque *ed.* t) abbas 2b. u) a. fratribus 2. *ed.* v) nimis 1. w) auditorium 2. x) atque 2. y) nichil 2b. z) lectos 2. a) sed virgulas 2. b) pror. 1. c) et c. *des.* 2b. d) Deo 2b. e) Insuper 2. f) o. et — excutere volebat 2. g) a. et s. 2. h) c. de cella v. 2. i) p. s. n. ibi 2. k) c. 29. 2. l) n. H. 2b. m) sicut *ed.*

1) Conventus Beginarum.

CHRISTIANI ARCHIEPISCOPI LIBER DE CALAMITATE ECCLESIAE MOGUNTINAE.

EDIDIT H. REIMER.

Liber de calamitate ecclesiae Moguntinae ipso testante a Christiano quodam episcopo abbati et monachis cuiusdam monasterii[1] *Moguntiae*[2] *circa annum* 1253[3]. *scriptus est. Quem Christianum archiepiscopum Moguntinum eius nominis secundum fuisse, nemo dubitavisset, nisi ante repertum codicem Trefflerianum sola littera* C. *de auctoris nomine nobis tradita fuisset. Nam Moguntinum eum fuisse perspicuum est, neque vero alium Christianum episcopum Moguntiae natum novimus, et narrationis ratio infelicis illius episcopi spirat ingenium. Initio enim Heinrico I. archiepiscopo, viro simili benevolentia et debilitate praecellenti et similiter deposito, laudem primariam tribuit, cuius fata adversa non ex ipsius animo, sed ex malignitate adversariorum orta esse, demonstrare tentat. Et cum in depositione Christiani II. narrandi finem fecerit, sicut archiepiscopus ipse ob malignitatem hominum gubernaculo dioecesis renunciavit, ita auctor desperat fortunam meliorem ecclesiae suae reventuram.*

Christianus ergo ex nobilissima gente ministerialium ecclesiae Moguntinae[4] *oriundus, patre Dudone camerario, matre ignota, frater Embriconis dicti de Wizenowe, circa annum* 1183. *natus est; anno* 1208. *primo litteras dedit ex dignitate praepositi conventus Sancti Victoris extra muros Moguntinos prope castrum Wizenowe siti. Quem, cum tunc etiam canonicum ecclesiae maioris fuisse verisimile sit, annis sequentibus cantorem (ab anno* 1216*), decanum (ab initio anni* 1223*), praepositum (a fine anni* 1235*) eiusdem ecclesiae fuisse, plurimae litterae demonstrant, sed quomodo istis temporibus vitam degerit, non nobis traditum est, nisi forte 'decanus Moguntinus bonus clericus', quem Annales Wormatienses anno* 1233. *cum alio clerico ad pontificem Romanum a concilio Moguntino ob comitem Seinensem contra magistrum Conradum de Marburg in causa haereseos defendendum missum esse referunt, et 'decanus Moguntinus', quem Gregorius papa nonus una cum scolastico Moguntino crucem in Germania praedicare anno* 1234. *iubet*[5], *hic est Christianus*[6]. *Anno demum* 1249, 3. *Kal. Iulias Sifrido archiepiscopo successit, postquam et eum quem*

1) An Oldislebensis? cui Theodericus abbas praefuit ab anno 1239. usque ad annum 1266, cf. Mencken, Script. I, 620—623. 2) Cf. p. 240: *adhuc eadem acerra habetur hic.* 3) P. 239: *oppressionem qua annis iam centum cepit ruere ecclesia Maguntina*, id est ab anno 1153, a depositione Heinrici archiepiscopi. 4) Cognatus etiam erat illustri genti de Boland. 5) Potthast, Regesta Pontificum nr. 9769. 6) De depositione quoque Heinrici quarti scripsisse eum ad abbatem Eberbacensem, Latomus dicit in catalogo suo, sed nescio an recte.

capitulum ecclesiae elegerat Conradum archiepiscopum Coloniensem papa et quem papa omnibus modis adiuverat Henricum episcopum Spirensem capitulum refutavit. Neminem autem illo minus idoneum eligere potuerant, qui in tanta tempestate ecclesiae et imperii, quae pontifices bellicosos et rebus publicis de-
5 *ditos postulavit, in proelia eum evocantes verbis sacrae scripturae credebat refutandos, dicentis: 'mitte gladium in vaginam. Itaque cum per duos annos gubernacula archiepiscopatus cum magna indignatione Innocentii papae et Wilhelmi regis tenuisset, ipso petente 'ab episcopatus onere submotus est' circa medium annum* 1251*; nec ante electionem hominibus qui tunc erant notus nec*
10 *post depositionem notabilis. Hospitalitarum eum ordini anno* 1253. *adscriptum et eodem anno Parisiis defunctum esse, chronicon Erfordiense refert*[1].

Liber autem ita institutus est, ut non tam vitae pontificum et fata memorabilia urbis et episcopatus Moguntini posteris tradantur, sed quomodo splendor et divitiae ecclesiae extincta sint, referatur. Divitiis et thesauro eccle-
15 *siae primo depictis, a depositione Heinrici archiepiscopi incipiens, de pugnis civium Moguntinorum cum Arnoldo archiepiscopo initis eiusque interitu Christianus multis verbis disseruit, quae fata initium dicit omnium calamitatum. De quibus rebus cum auctor anonymus vitae Arnoldi ex parte archiepiscopi locutus sit, hic traditionem adversariorum eius habere videmur, quorum princeps*
20 *Meingotus vicedominus eiusdem gentis erat cuius Christianus. Qui quamvis scelus illud maxime vituperaret, genti tamen ita pepercit, ut auctores caedis non nominaverit. Vitam autem illam Arnoldi Christianum non novisse vel ea non usum esse liquet, cum et animus relationis et singula narrata omnino differant; neque litteras Ruthardi abbatis Eberbacensis neque quas Arnoldo scripsit Hilde-*
25 *gardis virgo, quamquam earum mentionem fecit, ipse legisse videtur. Simili modo de sequentibus fatis Rudolfi antiarchiepiscopi, Christiani, Conradi ea tantum narravit quae memoria hominum tradebantur, quare in nonnullis erravit. Prodigiis quoque inhaesit; ut auctores depositionis Heinrici cardinales incredibili et ficto casu coelesti irae succubuisse tradidit, ita, quod primum ipsum*
30 *se vidisse dicit, destructionem tecti ecclesiae maioris (anno fere* 1195. *factam) diaboli malitiae adscripsit. Paucis dein verbis ea tempora quibus ipse vixit pervolat, reges, papas, archiepiscopos Moguntinos enumerans, turbationem et calamitatem ecclesiae suae deplorans, Sifridum antecessorem suum maxime vituperans. In referenda denique electione et depositione sua etsi plura verba*
35 *fecit, de administratione nihil audimus, quippe quae ad dilucidandam calamitatem nihil afferre ei videretur.*

In libro edendo praesertim

1) *codice bibliothecae* ***Cheltenhamensis*** *nr.* 705. *usus sum, qui per sexaginta fere annos oblivioni traditus ante hos paucos dies felici fato reper-*
40 *tus est. Quem Dahl anno* 1820. *in 'Archiv der Gesellschaft' I, p.* 326 *sqq. primus commemoravit, aliquas lectiones ab editione vulgata differentes laudans. P. Treffler, bibliothecarius tunc monasterii Sancti Iacobi Moguntini, eum anno* 1509. *ex alio monasterii Sponheimensis codice exscripsit, cui ipse et alius quidam saec. XVIII. etiam lectiones alius codicis* (1[a]), *quae plerumque cum*
45 *codice* 4 *consentiunt, adiecit.*

2) *codicem circa annum* 1500. *negligentissime scriptum bibliotheca universitatis* ***Wirzburgensis*** *in Fragmentis Gamansianis M. Ch.* 95 *possidet, qui Marburgi mihi ad manum fuit beneficio G. Laubmanni, tunc bibliothecae praefecti.*

Eam partem libri qua Christianus electionem Rudolfi episcopi et supplicia

50 1) Cf. Bär, 'Beiträge zur Mainzer Geschichte. Erstes Stück'. Mainz 1789.

adversariorum Arnoldi tradit, tres reliqui codices in fine vitae Arnoldi ab anonymo quodam scriptae servaverunt, convenientes et inter se et cum codicibus 1 et 2. Quorum unus

3^{a}) est bibliothecae universitatis Wirzburgensis *M. ch. Fol.* 187 *(prius collegii societatis Iesu Moguntini), saeculo XV. scriptus, cuius lectiones varias de novo electas G. Laubmann iam laudatus benigne mihi misit;*

alter 3^{b}) collectionis Ios. Wittmanni, *Dr. med., Moguntini, qui summa liberalitate mihi permisit, ut Marburgi eo uterer, significatus 'Analecta Moguntina Tom. II. Fragm. Gamansiana';*

3^{c}) tertius Francofurti *ad Moenum in bibliotheca publica servatur. Uterque horum codice olim Blankenheimensis comitis nititur; sed cum 3^{b} unum sit ex duobus exemplaribus illius codicis quae Gamansius fecit isque ubi a codice Blankenheimensi discessit in margine eius lectionem annotaverit, 3^{c} ex illis descriptus est omissis lectionibus marginalibus.*

Ab his multo reliqui distant, qui non modo verborum formas variant, sed etiam nonnunquam sententias aut addunt aut omittunt. Inter quos

4) codex universitatis Upsalensis *Scr. lat.* 18. *f.* 192^{a}—198^{b}, *anno* 1458. *'e quodam libro vetusto' Moguntiae per Iohannem Herger scriptus est. Quocum editio princeps (ed.) congruit, quamvis non ita ut ambo ex uno codice sumptos esse credi possit. Sed illo 'libro vetusto' forsan Spigelius usus est, quem anno* 1531. *primum in edendo Guntheri Ligurino aliquam partem libri nostri (p.* 22—25. *et* 225*) in lucem edidisse, Pannenborg in 'Forschungen' XI, p.* 253. *animadvertit (S.). Multa tamen mutasse, quin etiam verba addidisse videtur.*

Editum est chronicon nostrum primum in libro intitulato: 'Withichindi Saxonis rerum ab Henrico et Ottone I. gestarum libri tres una cum aliis historiis'. Basileae apud Io. Hervagium 1532, *p.* 381—394. *Quae secutae sunt editiones omnes ea nituntur, quarum numerum vide apud Potthast, Bibl. hist. med. aevi p.* 198[1]. *Nostris temporibus Böhmer in Fontibus rerum Germanicarum T. II, p.* 253—271. *et Iaffé in Bibliotheca rerum Germanicarum T. III, p.* 678—699. *ad edendum chronicon praeter editionem principem Trefflerianis quoque lectionibus a Dahl notatis et codicibus 3^{a} et 3^{c} usi sunt.*

H. Reimer.

DE[a] CALAMITATE ECCLESIE MOGUNTINENSIS.

Venerabili patri domino Theoderico abbati et fratribus[b] Ludovico[c] priori, Iohanni[d], Rudolfo[e] sacerdotibus Christianus[f] presbiter, episcopali nomine indignus, gaudia electis Dei ante mundi exordia preparata.

Solent plerumque res olim geste, si scriptis non fuerint commendate, sic oblivionis conculcari pede, ut nulla de ipsis a posteris memoria habeatur; cum tamen earum noticia posset[g] forte fore aliis causa cautele et instrumentum previdendi[h] pericula vel evitandi[i]. Quod si non sit[k], legentibus saltim et audientibus tedium tollitur, dum ea que[l] transierunt eis quasi quedam recencia renascuntur[m]. Et[n] fit, ut ex[o] hoc in admiracionem ducantur vel stuporem vel certe ad compassionem[p] provocentur. Scripturus[q] itaque vobis iacturam et oppressionem, qua annis iam centum cepit ruere ecclesia Maguntina[r], ipsius invoco graciam, cuius ea que sustinuit et adhuc sustinere non desiit gravia[s] iudicia[t] est perpessa[t]. Ita-

a) *ita* 4, *quae inscriptio cum iis convenit, quae auctor de operis consilio affert; in cod.* 1 *praemittitur titulus:* Christianus archiepiscopus Moguntinus de gestis archipresulum quorundam *etc.* b) C. *hoc loco add. ed.* c) Ludwico 2. d) et *add.* 2. e) Rudolpho 4. f) C. 2. 4. *ed.* g) possit 2. h) evidendi 2; evadendi 4. *ed.* i) vitandi 4. *ed.* k) sic 2. — salt. l. 4. l) *deest* 4; ea transierint *ed.* m) nascuntur 2. n) Unde 4. *ed.* o) lex 2. p) ad passionis gemitum 4. *ed.* q) Scriptura i. nobis 4. r) Maguntinensis *ed.;* Mogunt. 1 *nonnumquam.* s) mala gravia 2; mala 4. *ed.* t)ináitia 1; iudicio e. oppressa 4. *ed.*

1) Adde eis Petrum Pithoeum, qui adiunxit id editioni Ottonis Frisingensis operum a. 1569. Basileae.

que[a] ut eius miserabilior calamitas, quam patitur, et flebilior elucescat, prius[b], quibus honoribus claruit[c], quibus diviciis et ornatibus referta fuerit, succincte et breviter audiatis[d].

1. Erat[e] ibi purpurarum preciosarum tanta[e] copia, ut diebus festis[f] totum monasterium, cum sit tamen[g] longum et latum, intrinsecus tegeretur, et tamen adhuc superfuerunt. Erant tapecia et dorsalia mira[h] picture varietate distincta, que operis sublimitate[i] et pulchritudine animos intuencium admiracione mirabili[k] delectabant. Preter ista erant et alia que super pavimentum templi et scamna et coram altaribus sternebantur. Erant palle altarium auro intexte copiose[l]. Inter quas [tres[m]] erant precipue, quarum[n] una estimabatur posse valere marcas 100, alia 60, atque alia[o] non minoris vel parum minoris poterat estimari. Erat in casulis, dalmaticis[p], subtilibus et cappis sericis[q] et purpureis, auro et gemmis intextis[r], preciosus et copiosus thesaurus. Inter quas[s] sex cappe erant[t] precipue, quarum una estimata est ad sexaginta marcas — sic enim et obligari poterat —, alie[u] quinque minoris erant[v]. Ex hiis duas ego vidi, quarum una vetustate fuit sic consumpta et attrita, quod alicui usui non valebat; data ergo est igni et reddebat tres marcas auri et dimidiam[w]; alia, que adhuc recencior videbatur, vendita est cum una palla altaris; quid[x] pro hiis acceptum fuerit vel quo devenerit[y] venditum et[z] acceptum, penitus ignoratur. Inter casulas autem sic de quolibet colore duo paria: due nigre aurifrigiate et eiusdem operis due dalmatice et duo subtilia latis aurifrigiis[a] ornata, et[b] hec omnia valde bona; [item[c] due casule de samito albo, et eiusdem fili dalmatice due, subtilia duo cum auro ornata, omnia valde bona]; item due casule de rufo[d] samito et tot dalmatice et subtilia aurifrigiata, valde bona; item due casule de viridi samito et tot dalmatice et[e] subtilia aurifrigiata, valde bona; item due casule de croceo samito et[f] tot dalmatice et[e] subtilia, valde bona. Una[g] inter ceteras erat casula[h] ante[i] paucos dies violacei[k] coloris, latis et magnis aurifrigiis, longa et larga[l], lunulis et sideribus insertis; que tanti erat ponderis propter aurum, ut[m] plicari non posset, et in ipsa vix[n] nisi valde robustus poterat[o] divina misteria[p] celebrare[q]. Vestiebantur tamen illa episcopi[r] et prelati festis precipuis cantaturi[s]. Sed post euangelium[t] cantato offertorio, factis oblacionibus, illam deponentes, flexibiliorem sumentes, in illa[u] divina ministeria[v] perfecerunt[w]. Item multe tunice diversorum colorum, videlicet rufi[x], viridis et violacei coloris, virgulate crocei, albi, quibus utebantur ministri altaris[y], acoliti et crismatis portatores. In albis, cingulis, humeralibus, stolis et ceteris ornamentis pocius[z] credenda copiosa diversitas quam[a] scribenda. Erant infule vel tiare octodecim aurifrigiate, cyrotece valde bone sedecim, anuli pontificales boni et magni: de[b] robino unus et impositis[c] aliis gemmis minutis[d], de smaragdo unus[e], de saphiro unus, de thopasio unus; baculi pastorales duo vestiti argento; calige octo, et tot[f] sandalia.

2. Hec de[b] vestibus[g]. Nunc de ornatu[h] et thesauro ecclesie, et primo [de[i] pertica] audiatis. Erat pertica[k] argentea concava deaurata, que tantum precipuis festis, ut in pasca[l], pentecostes[m], in dedicacione ecclesie, in festo patroni gloriosissimi[n] confessoris beati Martini, in nativitate Salvatoris, ante altare pendebat[o]. In qua vascula pendebantur[p] quedam eburnea, quedam argentea, formarum diversarum, omnia reliquiis plena. In horum omnium medio fulgebat smaragdus suspensus cathenulis[q] aureis duabus, habens quantitatem et spissitudinem dimidii peponis magni et per omnia similitudinem[r] peponis, et ipse concavus; huic solebat aqua infundi cum duobus vel tribus pisciculis parvulis[s], et deposito[t] desuper operculo, cum movebantur pisciculi, simplices et vetule lapidem vivere affirmabant. Erant thuribula decem argentea deaurata et unum aureum habens auri marcas tres, et acerre undecim, inter quas una erat de lapide integro onichino concavo, habens similitudinem vermis horribilis, scilicet[u] ut buffonis; concavitas eius patebat in dorso, ubi et circulus

a) Igitur 4. *ed.* b) pñs 2. c) *an* claruerit *IA.* d) disseremus 4. *ed.* e) Erant — tante copie 4. *ed.* f) festivis 4. *ed.* g) tam *corr. IA.* h) mire 2. i) subtilitate 4. *ed.* k) *deest* 2. *ed.*, dilectabili dilectabant 4. l) preciose 1ª. 4. *ed.* m) *deest* 1. 2; *post* precipua *suppl.* 1ª. n) q. p. 2. o) alie — poterant 4. *ed.* p) dalmaticus *corr.* dalmaticis 1; casula dalmatibus 2. q) sericeis 2. 4. *ed.* r) intextus 2. s) quae *ed.* t) p. e. 2. 4. *ed.* u) alia 2. v) estimacionis *add.* 4. *ed.* w) dimedii 2; cum dimidia 4. *ed.* x) quod 2. y) deverit 2. z) vel 2; *deest* 4. *ed.*; d. acc. *IA.* a) aurifrigiit 2. b) et hec *des.* 2. c) *haec des.* 1. 2, *suppl.* 1ª. d) ruffo samitto 1; rubeo samito 4. *ed.* e) *deest* 1. 2. f) *deest ed.* g) viri 2. h) casulas *ed.* i) inter 2. k) c. violacii 4; d. violacea *ed.* l) aureis *add.* 4. *ed.* m) quod 2. n) aliquis p. n. v. r. 4. *ed.* o) poterant 2. p) ministeria 2. q) celebrare *corr.* celebrari 2. r) pontifices 4. *ed.* s) canturi *ed.* t) Sed ewangelio 2. u) *an* ista *IA.* v) *deest* 4. *ed.* w) perficiebant *corr.* perfecerunt 1. x) ruffi 1; rubei 4. *ed.* y) altarium 4. *ed.* — et ac. 2. 4. *ed.* z) paucis *ed.* a) quas 2; q. scr. *des. ed.* b) *deest* 2. c) impositus 1; u. circumpositus 2. d) munitus 2. e) *deest* 1. f) ut 2. g) vestimentis *ed.* h) ornato 2. i) de p. *des.* 1. 2. k) pertita 2. l) passione 4. *ed.* m) pentecoste 4. *ed.* n) gloriosi 4. *ed.* o) dependebat 1ª. 4. *ed.* p) suspendebantur 4. *ed.* q) catenis 4. *ed.* r) habens *add.* 4. *ed.* s) parvis 4. *ed.* t) posito 2. u) id est *ed.*

argenteus cum literis Grecis ambiebat. In fronte huius acerte[a], quia caput habebat simile vermi monstruoso, erat lapis topasius valde preciosus, magnitudinis[b] dimidii vitelli ovi, in oculis eiusdem acerte[a] duo robini, quos carbunculos vocant; adhuc[c] acerta hic[d] habetur, sed gemme non sunt[e]. Item erant due[f] grues argentee[g] concave, que solebant poni iuxta altare hinc et hinc, et dorso patebant, impositis carbonibus et thure atque[h] thimiamate boni odoris fumum per guttura et rostra emittebant; erant autem grues tante magnitudinis cuius vive[i]. Erant libri, qui pro[k] ornatu super altare ponebantur, ut sunt[e] euangeliorum, epistolare[l] sive lectionarii, benedictionales, collerrarii[m] quidam vestiti ebore sculpto, alii argento[n], alii auro et gemmis. Pelves[o] erant quatuor argentee[p] et urcei diversarum formarum, quos manilia[q] vocant, eo quod aqua sacerdotum manibus funderetur ex eis, argentei[r], quedam habentes formam leonum, quedam draconum[s], avium vel grifonum vel aliorum animalium quorumcumque. Erant candelabra magna duo, que iuxta altare ponebantur, argentea[r], et alia minora, que super altare[t], quibus rote supponebantur late propter stillicidia candelarum[u], quot nescio[v]. Erat corona magna pendens in choro ad similitudinem eius que adhuc dependet[w] ad Sanctum Albanum, et una in medio templi, atque alie tres minores ante altare sancti Martini, omnes ex argento diligencius fabricate. Erant cruces argentee portabiles[x] mire pulchritudinis, quarum due[f] in palmis, due[f] in pasca[y], due[f] in ebdomada pasce, due[f] in rogacionibus, due[f] in die ascensionis Domini ferebantur: decem per totum. Erat[z] et una crux tante longitudinis ut totum brachium magni viri[a], in qua erant sanctorum reliquie multe et magne. In medio vero continebat de ligno dominice [crucis[b]] ad quantitatem digiti, ad longitudinem vero palme virilis; vestita erat hec crux auro purissimo et gemmis preciosis et multis. Erat[c] alia crux lignea auro optimo vestita, in qua ymago erat aurea Domini crucifixi, que ymago longi[d] viri longitudinem excedebat, concava, sed multum spissa, cuius venter plenus erat reliquiis et gemmis preciosissimis; dicebatur autem nec Romanum imperium meliores habere. Hec crux poterat dissolvi membratim in iuncturis, primo in talis[e], in genibus[f], in femore, in humeris, in cubito[g], in manibus, in collo ubi corpori inherebat; cetera pars corporis, dorsum scilicet et venter, pariter coherebant; et hoc ideo, ut commodius et securius posset in cista[h] sibi[i] ad hoc deputata specialiter reservari. Hec crux[k] vero[l] raro exponebatur[m], nisi forte presente rege vel alio magno principe et[i] festo[n] pasce vel nativitatis[o] Domini, et pontifice hoc iubente. Cum autem hoc fieri oportebat, tunc in loco valde eminenti[p] in templo super trabem, ubi nulli alieno patebat accessus, a ministris fidelibus locabatur. In huius ymaginis capite loco oculorum erant due[q] gemme quas carbunculos vocant, tante magnitudinis ut duo vitelli ovorum, qui in tenebris coruscabant. Huic cruci[r] inscriptus erat versus iste:

Auri sexcentas habet hec crux aurea libras.

Sciendum[s] tamen, quod una libra auri[e] habet duas marcas auri; sic ergo erant mille et ducente marce probatissimi auri[t]. Nec silendum[u], quod[v] pro speciali huius auri examinatissimo valore crux ipsa proprio nomine censebatur; vocabatur enim[w] Benna.

3. De indumentis cottidianis et[k] crucibus et[k] calicibus et[k] ampullis attinentibus et thuribulis mencionem facere arbitror[x] ociosum. Sed quia de calicibus dicimus, subit[y] memorie[z] quod fueram iam oblitus. Erant calices duodecim argentei deaurati[a], omnes eiusdem ponderis cum patenis, scilicet de tribus marcis, preter[b] calicem qui pertinebat altari[c] maiori, isque[d] ceteros dimidia marca precellebat[e]; cuilibet[f] calici erant speciales ampulle argentee et pixis[g] argentea ad hostias deputata[h]. Preter hos calices erant tres aurei; in uno horum poterat celebrari; qui[i] et[k] suas habuit ampullas et pixidem [ad[l] hostias ex auro purissimo et margaritis et peram ad corporalia], filis aureis insertis miri[m] operis et decoris. Habebant eciam calices alii suas peras[n] ad corporalia ex purpura et aurifrigiis

a) acerre 4. *ed.* b) magnitudinem habens 4. *ed.* c) eadem *add.* 4. *ed.* d) hab. hic 4. *ed.* e) *deest* 4. *ed.* f) duo 2. g) argentei concavi qui 2. h) *deest* 2; vel 4. *ed.* i) vivi 2. k) *deest* 2. l) epistolarum 2; epistolarum, plenariorum etc., aliqui v. 4. *ed.* m) *sic* 1; collorarii 2. n) argenteo 2. o) Er. p. 4. *ed.* p) argentei 2. q) monilia 2; mamilia 4. r) argentee 2; argentea 4; argenteam *ed.* s) vel *add.* 2. t) ponebantur *add.* 4. *ed.* u) candelabra quidem n. 2; n. q. 4. *ed.* v) fuerint *add.* 1a. w) pendet 4. *ed.* x) portatiles 4. *ed.* y) paschate 4. z) *ita* 1a. 4. *ed.*; decem p. t. erant et 1. 2. a) excedebat *add.* 2. b) *deest* 1 (*suppl.* 1a); et *add.* 2. c) et *add.* 4. *ed.* d) cuiuslibet communis hominis magnitudinem exc. 4. *ed.* e) talo 2. 4. *ed.* f) genubus 2; genuibus *ed.* g) cubitu 2. 4. h) archa 4. *ed.* i) *deest* 2. k) *deest* 4. *ed.* l) *deest* 2. 4. *ed.* m) ponebantur 4. *ed.* n) in festis 4. *ed.* o) natalis 4. *ed.* p) eminente 2. q) duo 2. r) cruce 2. s) Et nota q. 4. *ed.* t) marce probatissime 2; a. p. 4. *ed.* u) arbitror *add.* 4. *ed.* v) *deest ed.* w) autem *ed.* x) propter multitudinem non bene possum 4. *ed.* y) subiit *ed.* z) memoria 4. *ed.* a) o. d. 4. *ed.* b) dempto calice 4. *ed.* c) ad maius altare 4. *ed.* d) et is 4. *ed.* e) excellebat 2. f) cuilicet 2. g) pypis *ed.*; pyxis *IA.* h) deputate 2. 4. i) quia *IA.* k) etiam 4. *ed.* l) ad hostias — corporalia *des.* 1 (*suppl.* 1a.). 2. m) mire 2. n) patenas 2.

adornatas. Erant fistule quinque ad communicandum argentee deaurate; erant cole[a] argentee[b] novem, per quas vinum poterat colari, si necesse fuisset; preter eam que attinebat calici[c] aureo, et hec aurea erat. Hoc aureo calice solus pontifex vel prelatus ecclesie maioris in summis festivitatibus utebantur[d]. Alii duo calices tante erant quantitatis, quod cum ipsis divina misteria[e] nequaquam poterant celebrari. Erat tamen[f] unus maior altero; minor habebat cum patena marcas auri electissimi octodecim, in cuius pede per circuitum preciosi erant lapides valde et in patene[g] circuitu limbus[h] eiusdem operis ambiebat, et ipse quidem gemmis preciosis non carebat. Calix maior quot marcas auri habuerit, nescio; certum autem est, quod spissitudo eius erat digiti, et per totum tam in pede quam supra gemmis erat preciosissimis adornatus. Habebat eciam idem calix duas ansas, que poterant manus replere levantis, sicut solent habere lapides[i] mortarii, in quibus piperata et salsa preparantur. Huius[k] patena talis erat latitudinis et spissitudinis, quod ipsi calici[i] congruebat, et ipsa gemmis per circuitum decorata. Hic calix habebat altitudinem unius ulne et capere poterat dimidium sextarium vini; nec ab omni homine poterat a terra commode elevari[l].

4. Nullus me in hoc scripto arguat, obsecro, falsitatis. Nam ecclesia ipsa et sedes ab omnibus regibus et imperatoribus, principibus, comitibus et[m] liberis[n] et ab[o] omni populo venerabilis habebatur propter pontificum sanctitatem, cleri devocionem, civium pietatem, qui tamen in rigorem pessimum et superbiam modo et duriciam sunt conversi; minus[p] iuste dixi 'conversi', 'aversi' dixisse debueram. O Maguncia[q], Maguncia, felix villa[r], si[s] tu, tot donis[t] inclita, si tu mutares gentem racionis honore[u] egentem!

5. Igitur cum, sicut[v] supra dictum est, sic pontifices se haberent et clericalis disciplina optime servaretur, ita ut plebes clero, clerus prelatis obedienciam et reverenciam[w] exhiberent, invicem honorantes, invicem diligentes, presidente tamen[x] quodam Heinrico archiepiscopo, viro utique pacifico[y] et benigno ac multis virtutibus privilegiato[z], diabulus, qui hoc ferre non valebat, ipsi venerabili viro, quia veritatis ac[a] pacis amator erat, lites et incommoda excitavit. Nam[b] quia semper ei erat cordi, ut clerus honore debito gauderet, populus iusticia regeretur, terra pace publica exultaret, ecce accusatur apud papam, quod[c] somnolentus et inutilis haberetur. Quod vir venerabilis[d] ut cognovit, sollempnes nuncios pro sua excusacione[e] ad Romanum[f] pontificem decrevit protinus destinare. Misit ergo omnium suorum secretissimorum plenissimum[g] cognitorem quendam Arnoldum clericum, quem ipse archiepiscopus ad prepositulam maiorem[1] promoverat iam recenter, tanquam eum qui non posset esse immemor beneficii tam[h] noviter consecuti; preterea[i] eidem Sancti Petri[k] prepositulam contulerat, insuper et camerarium constituerat[l] civitatis[m]. Erat autem idem Arnoldus miri ingenii et facundie excellentis[n] atque congestor pecunie infinite. Is itaque veniens ad curiam Romanam[o] pontificatumque ambiens Maguntinum[o*], primum sibi cardinales pecunia favorabiles acquisivit, deinde duos specialiter pecunia sanctificans[p], qualiter de sua propria promocione ageret et postea[q] consummaret[r], cum illis familiarius pertractabat. Tandem ab illis instructus et de se certificatus, cepit in suum dominum accusacionis iacula dirigere, quem venerat excusare. Breviter in[s] tantum processit[t] in sua audacia et profecit[u], ut duos legatos destinari peteret huius rei cognitores et iudices, obtinuitque eosdem duos quos sanctificaverat[v]. Sed[w] ve illi sanctificacioni que non per Christum sed per commercium fit! Multa[x] hic interveniunt facta et gesta, que, sicut scribentibus onerosa[y], ita et[z] legentibus tediosa[a] forent. Veniunt ergo legati Wurmaciam[b]; Heinricus[c] citatus[d] comparet, nil pretendere poterat pro se, quod admittere vellent iudices predicti[e]. Presidentes igitur[f] iudicio in loco qui Nuhusen vocatur[2], Heinricum, laudabilem virum, ab episcopatu amovent Maguntinensi Arnoldumque[g] substituunt. Dicebatur autem, quod

1142.—1153.

a) cale 2. b) *deest* 2. c) cale auree 2. d) utebatur 2. *IA.* e) ministeria 2. f) enim *ed.* g) v. in p. vero 2. h) liminibus 2. i) *deest* 4. *ed.* k) Hec 2. l) pot. levari a t. c. 4. *ed.* m) baronibus 4. *ed.* n) etc. *add.* 4. o) *deest* 4. p) minus — debueram *des.* 4. *ed.* q) Maguntina Maguntina 2; O Maguntia f. *ed.* r) *litterae* v *et* a *erasae* 1; civitas 4. s) si tu *in marg. suppl.* 1; *des. ed.* t) bonis 4. *ed.* u) honoris 2. 4; ac honoris *ed.* v) iam *add.* 2. 4. *ed.* w) reservacionem 2. x) tunc 4. *ed.* y) pontifico 2. z) dotato 4. *ed.* a) et 2. b) *hic incipit S.* c) qui 2. d) solemnis 1. 2. e) execucione 2. f) summum 4. *ed. S.* g) secretissimum cogn. 4. *ed. S.* h) iam 1. 2. i) et p. (propterea *ed.*) eid. iam pr. S. P. 4. *ed.* k) eciam *add.* 2. 4. *ed. S.* l) constiterat 2; constituit 4. *ed. S.* m) Maguntinensis *add.* 4. *ed.*; Moguntine *add. S.* n) *deest* 4. *ed. S.* o) Romanumque pontificatum ambigens magis pr. 2. o*) Maguntinensem 4. *ed. semper fere.* p) corrumpens *ed.*; sp. certificans *S.* q) postmodum 4. *ed. S.* r) consummaretur 2. s) *deest* 4. *ed. S.* t) in s. pr. 4. *ed.* u) effecit 4. *ed. S.*; et pr. *om. IA.* v) corruperat *ed.*; certificaverat *S.* w) Sed — fit *des.* 4. *ed.* x) Tandem tractu temporis multa intervenerunt facta q. 4. *ed. S.* y) esset onerosum 4. *ed. S.*; referre *add. S* z) *deest* 4. *ed.* a) tediosum 4. *ed. S.* b) Worm. 4. *ed. S.* c) episcopus *add.* 4. *ed. S.* d) citatur 2. e) i. sive legati supradicti 4. *ed. S.* f) autem 2. 4. *ed. S.* g) que *deest* 2. 4. *ed. S*

1) Falsum. Erat enim praepositus maior tunc Hartmannus. 2) Neuhausen prope Wormatiam.

Fridericus imperator huic negocio assensum prebuerat[a], sed occultum. Venerabilis Heinricus[b] vir tam manifesta perversitate[c] turbatus[d], ipsos perversos[e] alloquitur in hunc modum: 'Si[f] ad sedem apostolicam appellarem contra vestrum iniquum processum, papa forsan ipse nil amplius attemptaret, et nihil mihi accresceret[g] nisi labor corporis, amissio rerum et afflictio spiritus, evisceracio[h] mentis et evacuacio gracie. Appello ergo ad dominum Iesum Christum et[i] vos cito ad eius tribunal, ibi mihi[k] coram summo Iudice responsuros[l]. Non enim iuste nec secundum Deum, sed mercede corrupti sicut placuit iudicastis'. At illi: 'Cum tu precesseris, nos sequemur[m]'. Hec[n] autem ridentes et deridentes dixerunt. Acta sunt hec anno gracie 1151[o. 1]. Dominus Heinricus abiit ad quoddam claustrum Cisterciensis ordinis[2], non quidem[p] monachus effectus, sed in consueto habitu vitam ducens. Arnoldus igitur[q] non[r] moram faciens, et[s] cum fuisset, ut moris erat[t], ab imperatore regalibus investitus, Maguneiam venit ibique sollempniter est[u] susceptus. Post annum exin[v] fere[w] et dimidium venerabilis Heinricus[x] defunctus[3], Deo, ad quem appellaverat, totum processum lacrimabiliter assignavit.

6. Arnoldus autem primordia sui consecrans presulatus, purpuram optimam de armario[y] tollens, sibi fecit vestes, tunicam, sorcocium[z] et mantellum, ut in[a] imperatoris curia gloriosior compareret[b]. Sed omnipotens Deus non diu sustinuit illud[c] nefas. Orta enim[d] est dissensio valde gravis inter ipsos cives Maguntinenses[e]. Nam una pars dolebat vehementer venerabilem virum dominum Heinricum ab episcopatu amotum, alia gloriabatur et superbiebat Arnoldum substitutum; erat enim oriundus de ipsa civitatis[f] parte que Selehoven nominatur. Tam gravis autem crescebat de die in diem invidia inter cives, ut tribus diebus in septimana congrederentur et per plateas cum gladiis et[g] contis, cuspidibus et lanceis invicem se[a] mactarent caderentque hinc et hinc tanquam oves occisionis. Nec se Arnoldus interponere curavit pro pace et concordia reformanda, sed suos fautores pocius contra partem adversariam[h] animavit. Propter quod accidit, ut pars illa de Selehoven[i], quam fovebat et animabat[k] Arnoldus, maius monasterium occuparet et[l] illo pro castro uteretur[m] contra adversarios. Durabat hec dissensio dies multos, et clerus graviter oppressus contemptui[n] habebatur, quia iam copia maioris ecclesie eis non[o] concedebatur ad divinum officium exequendum nisi pro illorum libitu laicorum qui illud temere occupaverant; et iam quidem multi venerabilem Heinricum conqueruntur mortis debitum exolvisse[p].

7. Rem refero[q], fratres, omnibus illius seculi hominibus[r] notissimam. Mors venerabilis Heinrici multis innotuit, pervenit et[s] ad aures illorum cardinalium qui ab episcopatu eum amoventes se promiserant secuturos; et ludentes ad alterutrum dixerunt: 'Ecce precessit, precessit[s], suo tempore nos sequemur[t]'. Et ecce transiit tempus breve, et ambo una[u] die moriuntur. Nam unus sedens in sede nature ut purgaret ventrem omnia intestina[v] in cloacam eiecit[w] et animam in infernum[x]; alius manuum suarum digitos articulatim abmordens et de ore exspuens, deformatis manibus, quasi se ipsum devorans, exspiravit. O Deus ulcionum! dominus[y] Deus ulcionum libere[z] egit iustum exercens iudicium, et 'in hiis omnibus non est aversus furor eius, sed adhuc manus eius extenta'. Audita sunt hec in terra nostra et fama celebri divulgata, nec a quoquam aliud dicebatur quam 'Benedictus Dominus, qui venerabilis[a] Heinrici[a], siquidem[b] iuste, iniuriam vindicavit'. Sic sic[b] isti dies suos clauserunt[4].

Ps. 93, 1. Ex 5, 25.

8. Crescebat autem in malum vehemencius odium et pugna civium predictorum. Iamque[c] conducuntur deforis auxiliatores milites ab utraque parte; pervenitur iam ad maiores. Nam quidam comites promissionibus attracti huic prelio se immiscent[d]. Tractatur ab utraque parte de sumptibus acquirendis; et[e] pars quam fovebat[f] Arnoldus festinatum consilium

a) prebuerit 1[a]. 4. *ed. S.* b) v. H. 4. *ed.* c) perversione 2. d) turbatos 2. e) iudices *add.* 2. f) *deest* 2. g) accrescerem 2. h) et e. *ed. S.* i) tanquam iudicem iustissimum 4. *ed. S.* k) *deest* 4. *ed.*; etiam *S.* l) me responsurum exhibeo 4. *ed. S.* m) sequimure 2. n) Hoc 2. o) MCV. *ed.*; MCLVI. *S.* p) quid 4; *deest ed* q) *deest* 2. 4. *ed.*; vero *S.* r) nullam *S.* s) *deest* 4. *ed. S.* t) est 4. *ed. S.* u) et 2. v) *deest* 2. 4. *ed. S.* w) vero 2. x) presul *add.* 4. *ed. S.* y) armaria 4; almaria *ed. S.* z) sorrocium 1. a) *deest* 2. b) appareret 1[a]. 4. *ed. S.* c) istud 4. *ed. S.* d) est en. 4. *ed.* e) Mog. 1 *nonnumquam.* f) p. c. 4. *ed.* g) fustibus ac *add.* 4. *ed. S.* h) adversam 4. *ed. S.* i) Selhoven 1; Selhemen 2; Selehofen *ed. S.* (*etiam l.* 21). k) animavit 4. *ed. S.* l) *deest S.*; illoque *ed.* m) uterentur 2. 4. *ed. S.* n) contemptu 4; contemptus *ed.* o) *hoc loco deest* 4. *ed. S.*, *ubi postea* nonnisi. p) *ita* 1. q) vero 2. r) *deest* 4. *ed. S.* s) eciam 4. *ed.* t) sequimur 2. u) uno *ed. S.* v) sua *add.* 4. *ed. S.* w) reiecit *S.* x) a. miserabiliter exhalavit 4. *ed. S.* y) domine *IA.* z) liber 2; hoc 4. *ed.* a) is *et* ci *in loco raso* 1; venerabilem Heinricum 2. b) *deest* 4. *ed. S.* c) Iam *ed.* d) immiscuerunt 4. *ed. S.* e) *deest S.* f) favebat 2.

1) Immo a. 1153. 2) Amelungsborn prope Holzminden. 3) Ipso anno 1153. 4) Christianum in his valde errasse, Iaffé, Bibliotheca T. V, p. 686, annot. 2, demonstravit.

invenerunt[a] et, ut mutuo acciperent de ecclesie ornatu, secretum[b] habuere tractatum; iam integritas ipsius ornatus in parte est non modica vulnerata. O cardinales carpinales! pacem de terra accepistis, et ut homines invicem[c] se interficiant[d], vos fecistis. Quicquid[e] mali provenit, quecunque[f] fuerint homicidia perpetrata, vestra est in causa perversitas, vestra est iniquitas operata; ut veniat super vos omnis sanguis qui effusus est et effunditur et[g] effundetur! Ecce in omni terra non est qui huic malo velit occurrere ad sedandum, sed crescit et intumescit mare istud plenum fremencium bestiarum, ventis afflantibus utique ex inferno.

9. Iam se immiscet Arnoldus; qui cum esset archiepiscopus loci, fautores plurimos acquisivit in proprie[h] civitatis interitum et iacturam, nolens[i] parcere, ut quidem ei imponebatur[k], nec sexui nec etati. Propter quod consilium[l] iniit pars adversa, ut in mortem sui domini armarentur; longo ergo et secretissimo habito tractatu, in proposito scelere se invicem adhortantur, adhortantes se roborant et coniurant, tacent et abscondunt quicquid pro sua sit malicia perpetrandum. Sed nihil opertum quod non reveletur. Per plures enim admonitus Arnoldus et[m] premunitus[n] ut se caucius observaret, fertur[o] suis monitoribus respondisse: 'Canes Maguntini mordere non norunt nec aliquid[p] valent quam latratibus deterrere; a corde carentibus timeantur'. Erat quidam abbas[1] in claustro Eberbach[q] ordinis Cisterciensis, qui ipsum Arnoldum pro suis excessibus sepe litteris arguit et imminencia pericula intimavit. Erat[r] quedam sancta virgo nomine Hildegardis, que per spiritum vidit ipsum A[rnoldum[s]] cicius[t] moriturum; scripsisse quoque[u] ei dicitur in hec[v] verba: *O[w] pater, prospice tibi, sunt[x] enim funes abstracti canibus qui insequuntur te.* Non autem acquievit monitis aliquorum.

10. Accidit, ut[y] in vigilia beati[z] Iohannis baptiste post prandium[a] de quodam oppido quod[b] Binga dicitur civitati Maguntinensi propinquaret[c] ac se in claustro monachorum iuxta muros civitatis ad Sanctum Iacobum in monte Specioso[d] — sic enim dicitur — se[e] locaret[f]; et[g] ecce Maguntini usque in crastinum occulte[h] se animant et condicunt[i], ut, cum in ipso die Iohannis audita fuerit campana, quilibet sit paratus. Factumque[k] ita. Venit dies, et maturius solito prandent omnes; pulsatur campana, et[a] a maximo usque ad[l] minimum universa civitas congregatur. Presul[m] Arnoldus se dederat[n] iam quieti, et audito[o] campane sonitu, ultra quam credi possit vehementer expavit, et timor irruit super eum, amissoque[p] racionis gubernaculo, quid facere[q] posset ignorabat. Obstruxit autem repagulis[r] et lapidibus et lignis quibus poterat ianuas omnes monasterii memorati. Turba autem turbata ex adverso omnes portas et fenestras vel[s] quoscumque alios exitus[t] observabat, ne evaderet quem querebant. Iam ignem ad officinas admovebant; vix tamen[u] et cum multa[v] difficultate monachi recessum obtinuerunt. Et[w] dum monasterium fumo plenum flammisque per circuitum premeretur, ipse presul turrim monasterii a cendens, misericordiam deprecabatur[x] et[y], si quem verbo[z] vel facto offendisset, satisfacturum se suppliciter pollicetur. Sed turba viso pontifice clamare[a] cepit furiose, nec poterant supplicantis verba propter[b] turbinem turbe turbate intelligi vel audiri; sed admoto igne ad turrim in qua stabat, ipsum de turri[c] descendere compellebant[d]. Flamma iam monasterio dominabatur[e]. Videns ergo monachos obtenta securitate abscedere[f], temptat, si et[g] ipse forte inter eos et cum eis possit[h] evadere; assumpto itaque habitu monastico, occultari[i] temptat[k], ut et ignem qui invaluerat et gladium evaderet quem timebat. Apertis igitur[u] ecclesie valvis cum monachis fere abscesserat, sed a quodam est cognitus et detentus infelix. Quidam primo[w] gladium vibrans collo episcopi immersit; alter in frontem[l] eius percuciens mucrone, ab aure usque ad aurem superiorem partem capitis ab inferiore[m] divisit. Sicque actum[n] est, ut alii contis, alii

1160 Iun. 23

Iun. 24.

a) inveneranl *S.* b) *deest S* c) *deest S.*; se i. 4. *ed.* d) interficerent *S.* e) Quodcunque *ed.* f) quicunque 2. g) deinceps *add.* 2. 4. *ed. S.*, *sed* effunditur et *des.* 4. *ed. S.* h) a. et propter 2. i) volens 2. k) imponebatur *corr* imponebant 4; quidam ei imponebant *ed. S* l) consulunt p. *S.*; c. p. a. ut in m. s. d. a. iniit 4. *ed.* m) *deest* 2; est 4. *ed.* m) premon. 4. *ed. S.* o) qui f. 4. *ed. S.* p) aliud 2. q) Erbach *S.* r) item *add. S.* s) A. *corr.* Arnoldum 1; *deest* 2. 4. *ed. S.* t) arcius 2. u) que *S.* v) hunc modum 2. w) *deest ed. S.* x) can. e. s. f. a. q. *ed.* y) autem 2. z) *deest* 4. *ed. S.* a) *deest* 2. b) opp. Bingen civ. 4. *ed.* c) appropinquaret 4. *ed. S.* d) Speciosa 2 e) *deest S.* f) locare 2. g) at *S.* h) cr. sese armant 4. *ed. S.* i) condunt 4. *ed.*; conveniunt *S.* k) Factaque 2; Et factum est 4. *ed. S.* l) in 4. m) Archiepiscopus se *S.* n) i. d 4. *ed.* o) iam *add.* 2. p) imposque racionis in tanto periculo quid *S.* q) p. f. 4. *ed.* r) repagilis 2; repagulum 4. *ed. S.* s) ac *S.* t) *deest* 2 u) *deest* 2. 4. *ed. S.* v) magna *S.* w) *deest S.* x) deprecatur 4. *ed. S.* y) *sic S. IA*; ut 1. 2; ac 4. *ed.* z) off. v. v. f. 4. *ed.* a) contraclamare 4; conclamare *S.* b) pre tumultu turbate 4. *ed. S.* c) ea *S.* d) compellebat et 2. e) dominatur 2. 4. *ed.* f) abcidere 2. g) f. et i. cum e. et i. eos 4. *ed.* h) posset 2. i) occultare se *S.* k) detemptat 2. l) fronte 4. *ed. S.* m) ad inferius 4. *ed*; ad inferiorem *S.* n) factum *S*

1) Ruthardus.

fustibus, alii gladiis, alii lapidibus ipsum[a*] mactantes solotenus precipitarent[a]. Iacentem sic et vulneribus et sanguine deformatum vulgus nequam et perversum vestibus spoliarunt; quidam anulos de digitis abstulerunt[b]; reliquie quedam[c], quas collo pendentes solitus erat ferre, ab aliis sunt ablate[d]. Hec autem circa horam nonam parum ante vesperas sunt peracta; nec poterant clerici ab ipsis malefactoribus aliquatenus obtinere, ut[e] saltem occisus traderetur[f] in loco debito[g] sepulture. Sic ergo iacebat in campo[h] super fossam[i] civitatis, ubi canum et luporum transitus habebatur, desiderantes eum devorari[k] ab huiusmodi bestiis. Tribus diebus sic nudus toto corpore manens[l], veniunt alique maledicte femine[m], caseorum et ovorum atque olerum venditrices, mercatrices, meretrices, saxisque[n] dentes pontificis contuderunt[o], alie vero stipites ardentes et ticiones fumantes eius gutturi infixerunt, adicientes linguis et labiis maledicta. Post diem tercium canonici Sancte Marie ad Gradus iam incognoscibilem[p] ac[q] fetentem furtim[r] sublatum deferunt atque[s] in ipsa[t] ecclesia lacrimosis suspiriis sepelierunt[u].

11. O[v] furiam Maguntinam[w]! O maledicta gens, [dura[x] corde, gens immitis[y], gens intractabilis, gens] indomabilis, gens[z] inquam[a] invisa celo et terre, impia in Deum, sediciosa in[z] invicem, temeraria in sancta[b]! quam[c] neminem honorantem honorat[d] nemo, neminem amantem amat[e] nemo[f]. Ve tibi, infelix Maguncia, que proprium[g] patrem mactas, ut et in superbiam [ponas[h] et] parias[i] genimina viperarum! Acta sunt hec anno Domini[k] 1160. O cardinales! huius rei vos[l] inicium. Venite ergo, venite; haurite nunc et ferte architriclino vestro diabolo eique offerte cum ea[m] quam deglutistis pecunia[n] eciam vosmet ipsos!

12. Perpetrato hoc scelere, alium[o] sibi creare satagunt scelerati[k], nullam clericis quorum intererat eligendi[p] licenciam concedentes. Assumptoque[q] quodam Rudolfo cognomine Clobelauch[r], fratre[s] scilicet[t] ducis Ceringie[u. 1], eundem[v] in[z] sedem collocant, adhuc occisi presulis sanguine[w] fumigantem[x]. Hoc autem factum est, ut possent ulcionem imperatoriam, quam quidem[y] meruerant[z], evitare. Erat enim[a] idem Rudolfus vir[w] potens in armis[b], ipsius imperatoris[c] consanguineus propinquus. Hic[d] pro investitura regalium et consecracione sua et[e] pallio acquirendo, quod est pontificalis honoris insigne, consilians[f] et pertractans, quia[g] sumptus[h] ad promptum[i] non habebantur[k], unde possint[l] res[m] acquiri, quibus in honore suo acquisita[n] dignitas obtineri et obtenta valeat[o] observari[p], et[q] ad nutriendum ignem sumptuose ambicionis quasi lignorum struem secreciores consiliarii consilia subministrant. Thesaurus ecclesie nimius[r] et inutilis perhibetur[s]: ad[t] quid enim grues argentee[u]? ad fumigandum altare? Possent[v] altaria[t] et ecclesia tota thurificari thuribulis cupreis abundanter. Item ad quid calices aurei et gemmati tante quantitatis, ut in eis non valeant misteria[w] celebrari? Hec et consimilia[x] placuerunt; que[y] eo poterant facilius et cicius adimpleri, quo[z] percusso pastore grex dispersus iam abierat vagabundus. Rudolfus[a] ergo dictus[b] iam episcopus nominatur[c], disponensque[d] itineri suo, brachium ab illa magna cruce, cuius[e] supra fecimus mencionem, que Benna[f] vocabatur*, ad usus necessarios amputavit, fideliter promittens, se reparaturum brachium equalis ponderis et valoris,

*) *Hic addunt codices* 3: quam[a] quondam Willegisus Moguntinensis archiepiscopus, gerens curam regis, videlicet Ottonis tercii, et regni per annos tres, ex tributo Longobardorum sibi deputato, videlicet annuo, mille et ducentis libris auri purissimi fusili opere fieri fecit ex auro purissimo; in cuius summitate elatum erat: *Auri sexcentas habet hec crux aurea libras.*

a*) *deest* 2. 4. *ed. S.*; eum *IA.* a) precipitabant 2. 4. *S.* b) abciderunt 2. c) vero 2. d) ablati 2. e) *deest* 2. f) in l. tr. 4. *ed.* g) debite 2. h) campis 2. i) fossatum 2. k) eum et ab h. b. dev. 4. *ed.* l) mane 2. m) vetule 2. n) que *deest* 2. *S.* o) contundentes *S.* p) ignoscibilem *S.* q) *deest* 2; et 4. *ed. S.* r) fortim 4. s) *deest* 2. 4. *ed. S.* t) ipsam ecclesiam 4. *ed. S.* u) sepeliendo 4. *ed. S.* v) O furiam — viperarum *des. S.* w) Maguntiam 1 *(corr.* 1^{a}*).* x) *haec des.* 1 *(post suppl.* 1^{a}*).* 2. y) *deest* 1^{a}. z) *deest* 2. a) iniqua 4. *ed.* b) pace *add.* 4. *ed.* c) qua *corr. IA.*, nemo *hic add.* 4. *ed.* d) honoret 4. *ed.* e) amet 4. *ed.* f) etc. *add.* 4. *ed.* g) propriam patriam 2. h) *des.* 1. 2. i) paras 2. k) *deest* 4. *ed. S.* l) estis *add.* 1^{a} *(ante* vos*).* 4. *ed. S.* m) eo 2. n) pecuniam 2. o) aliud sibi curare 4. *ed. S.* p) potestas *add.* 4. *ed.*; el. potestatem conc. *S.* q) que *deest S.* r) Klobelauch 2; Clobelouch 4. *S.* s) frater 3^{a}. t) F. 4; Friderici *ed. S.* u) Thuringie 1. 2; Toringie 3. *IA*; Cernigie 4; Zeringie *ed. S.* v) eum 3. *S. IA*; *deest* 4. *ed.* w) *deest S.* x) fumigante 3^{a}. y) *deest* 2. 4. *ed.*; q. q. m. *des. S.* z) demeruerant 2. a) autem 2. b) amicis 1^{a}; annis 2; amicus 4. *ed. S.* c) et *add. S.* d) *reliqua usque in finem cap. des. S.* e) ac 4. *ed.* f) consultans ac *ed.* g) quando *ed.* h) sumpta 4. *ed.* i) non h. in promptu 4. *ed.* k) habentur 2. 3^{a}. *ed.*; haberentur 4. l) possent 2. m) huiusmodi *add.* 4. *ed.* n) acquisitis 4. *ed.*; anquisita *corr. IA.* o) valeret 4. *ed.* p) conservari 2. 3. q) ei 2. 4. r) nimis 2. s) prohibetur 3^{a}. t) *deest* 4. *ed.* u) argentei 2. v) Posset *ed.* w) divina m. 4. *ed.*; ministeria 2. x) consilia 2; similia consilia 3. 4. *ed.* y) quia $3^{b. c}$; qui 3^{a}. z) quod $3^{b. c}$. a) Rudulffus erga 4. b) i. d. 4. *ed.* c) nominatus 3^{c}. d) que *deest* 3. e) de qua 4. *ed.*; c. s. f. m. *des.* 3. f) Genna 3.

1) Bertholdi de Zaehringen. 2) Haec ex Ann. Palidensibus huc illata esse, Iaffé l. l. p. 691, ann. 1, recte docuit et, similia in Ann. S. Disibodi a. 1160. 1161 (SS. XVII, p. 29. et 30) tradi, monuit.

si peracto negocio prosperum iter ei faceret Deus. Proficiscitur versus Romam; sed prevolaverat[a] fama ad curiam, que facta fuerant[b] manifestans, et venerabilis[c] papa, tactus[d] dolore cordis intrinsecus de morte crudelissima archiepiscopi et de insania[e] intrusionis Rudolfi[f] per manum laicam et eorum maxime qui crimen homicidii perpetrarunt, ipsam intrusionem, intrudentes[g] cum intruso excommunicacionis anathemate condempnavit. Rudolfus Clôbelauch[h] ad curiam[i] non pervenit, sed[k] in via diem clausit extremum[1], procul dubio eius Crucifixi occisus brachio cuius ipse[l] brachium amputarat[m].

13. De thesauro hoc sciatur, quod qui olim [successive[n]] affluxit[o], nunc velocius avolavit. Magna[p] eius pars imperatori creditur affluxisse, pars ab aliis ablata, pars Iudeis in[c] pignore obligata, pars furtim subtracta; dispersi sunt lapides sanctuarii, non quidem in capite[q] platearum, sed in bursas[r] furancium. *Threa. 4, 1*

14. Que[s] vindicta secuta sit[t] mortem domini[u] Arnoldi[v], hic credimus non tacendum. Ab imperatore proscripti perpetuo exilio sunt[w] dampnati, hii[x] scilicet qui manu nefanda ipsum facinus perpetrarunt; ipsa civitas omnibus iuribus et libertatibus[y] et[z] privilegiis est perpetuo[a] privata; murus et fossatum et alie[b] turrium municiones sentencialiter condempnata et destructa[c] funditus et eversa, ita ut civitas ipsa deinceps[d] lupis et canibus, furibus et latronibus pateat pervia[e], nec unquam reedificandi habeant[f] facultatem, insuper et[g] plebs ipsa perpetue[h] infamie subiaceat, tocius deinceps expers[i] gracie et honoris. Destructe[k] eciam[l] sunt municiones ipsius ecclesie in diversis locis, et ecclesia multipliciter est[m] afflicta[n]. *1163*

15. Successit post[o] hoc unus nomine dominus Conradus, imperatoris consanguineus, de Bavaria oriundus. Sed suscitavit diabolus inter imperatorem et archiepiscopum inexorabiles[p] inimicicias, quia erat adhuc misera ecclesia Maguntinensis amplius castiganda. Causam istius[q] discordie longum esset enarrare, ideo pretermitto iam[r], et[s] presentem materiam non contingit. Dominus igitur[t] Conradus imperatoris[u] non habens graciam exul et profugus[v] Romam venit ibique [imperatori[w]] quicquid mali poterat fabricavit. Papa pro quadam causa imperatorem excommunicavit, ortumque est[x] grave scisma inter imperium[y] et sacerdotium. In hiis omnibus dominus Conradus [fuit[w]] imperatori adversarius capitalis. Sic ergo iterum[z] ecclesia Maguntina patris[a] spiritualis est solacio destituta. Non erat, qui clericos in ipsa diocesi ordinaret, crisma consecraret, penitentes admitteret, moniales velaret, capellas vel[b] ecclesias consecraret. Hec omnia mala ob venerabilis Heinrici ab episcopatu amocionem, cuius supra memoriam fecimus, pullularunt. O misera ecclesia Maguntinensis, quid pateris! O lugubre et amarum poculum, quod tibi furor ire[c] Dei miscuit ad potandum! *1165.*

16. Videns dominus Fridericus imperator durum sibi fore et contra papam et archiepiscopum certamen gerere, domino Conrado[d] adversarium suscitavit. Instituit ergo dominum Christianum, sue quidem[e] curie cancellarium, loco domini Conradi Bavari, virum utique mire prudencie, in rebus ambiguis et arduis subtilissimi consilii[f] et velocissimi inventorem. Erat eciam[g] vir mire paciencie in adversis; nulla in prosperis superbia extollebatur, vultus benignitate omnibus graciosus et alias honestis moribus adornatus. Hunc[h] ergo, quia tam ecclesiasticarum quam secularium personarum favorem cognovit habere, constituit episcopum Maguntinensem. Duravit hoc scisma annis octodecim[2]. Tandem dominus Christianus se interponens, inter papam scilicet[i] et imperatorem, ambos ad concordiam revocavit[k]; actumque est de episcopatu Maguntinensi, ut dominus Christianus archiepiscopatum Maguntinensem obtineret pacifice et quiete, et dominus Conradus Salzburgensem episcopatum[l] accipiens gubernaret; erat eciam[m] in ipsa ecclesia a puero enutritus. Quieverunt *1177.*

a) prevaluerat 2; prevoluerat 3ª. b) fuerat 2. c) *deest* 4. *ed.* d) perpetratus 2. e) infamia 4. *ed.* f) respondit 2. g) intendentes 1. h) Clobelauch 2. 3. *ed.*; Clobelouch 4. i) Romanam *add.* 3. *IA.* k) *deest* 2. 3; inque 4. *ed.* l) *deest* 3. m) amputavit 1ª. 3. n) *deest* 1. 2. 4. *ed. S.* o) affluit 4. *S.* p) Magna — furancium *des. S.* q) capita 4. *ed.* r) bursis 3. s) autem *add. S.* t) *deest* 2. u) *deest* 2. *S.* v) archiepiscopi 3. w) et *add. S.* x) hii sc. *des. S.* y) liberalitatis 3ª; liberalitatibus 3ᵇ. z) ac 4. *ed. S.* a) perpetue 3ª; est *add.* 1. b) alium 2. c) destructae — eversae *S.* d) dein d. 3ª. e) previa 3ª. f) habeat 4. *ed. S.* g) *deest S.* h) perpetua infamia 2. 3ª. 4. *ed.* i) exsors 3. 4. *ed. S.* k) *sequentia usque in finem cap.* 15. *om. S.* l) enim 2. m) *deest* 4. *ed.* n) *hic desinunt codd.* 3. o) S. unus h. n. 2; u. n. *des.* 4. *ed.* p) immortales 4. *ed.* q) huius 4. *ed.* r) nam 4. *ed* s) quia *corr.* et 1. t) itaque 4. *ed* u) imperatorem 2. v) fuit *add.* 2; fugit *add.* 4. *ed.* w) *deest* 1. 2. x) *deest* 2. y) ecclesiam seu clerum et imperium 4. *ed.* z) tamen 2. a) patri 2. b) et 2. 4. *ed.* c) t. ira 2. 4. d) eidem *S.* e) *deest S.* f) ingenii et cons. v. 2. g) item 2. 4. *ed.* h) Hic ergo qui 2. i) *deest* 4. *ed. S.* k) papam scilicet et imperatorem *add.* 2; *hic desinit S.* l) archiepiscopatum 4. *ed.* m) enim *ed.*

1) Quod falsum est. Rudolfus postea episcopus Leodiensis electus a. 1191. obiit. 2) Immo iam post annos duodecim Conradus anno 1177. archiepiscopatum Salzburgensem impetravit.

1183 mala per tempus modicum, et dominus obiit[a] Christianus; obiit autem sic[b]. Iuxta[c] Romam graviter egrotavit[d]. Vicinus autem erat[e] summus pontifex, qui episcopum[e] ut proximaret paternis literis hortabatur. Cumque dominus[b] papa ad archiepiscopum pervenisset, languor[f] in tantum prevaluerat, ut patri sancto assurgere non valeret. Facta[c] ergo confessione summo pontifici, de manu eius[g] sanctam accepit communionem[h] aliaque ecclesie sacramenta; et[i] dominus papa, facta et dicta indulgencia, in pace abiit, et dominus Christianus archiepiscopus[k] omnipotenti Deo animam resignavit[l]. Audita morte domini Christiani, imperator intimo[m] corde doluit, et ipsius[n] curia universa, et omnes quotquot intellexerunt gravibus suspiriis sunt turbati. Rursum eciam misera ecclesia Maguntinensis plorans ploravit, quod dolor eius renovatus est.

17. Post hec princeps[o] quidam dominum Conradum Salzburgensem archiepiscopum imperatoris[p] Friderici[q] gracie reformavit[r], ita[s] ut idem[t] imperator ipsum[u] rursum[v] ad Maguntinensem ecclesiam redire postularet, quod quidem[w] ipse dominus Conradus multo[x] desiderio affectabat. Suscipitur ergo[y] dominus Conradus in ecclesia Maguntinensi tanquam[z] angelus Dei. In continenti autem postea gravem ponit[a] exactionem in clerum, et mirati sunt universi, et omnes qui audiebant dicebant: 'Qualis est hic qui tributarium facit[b] clerum'? Sed convaluit hec pressura, et exemplum[c] hoc suis deinceps successoribus relinquebat[d]. Modico tempore post imperator Fridericus, dum transiturus esset rivulum parvulum, qui pedibus poterat transmeari, impetu aque tractus[e], quasi stans submersus est. 1190 Ipse dicebatur fuisse aliquando[f] gravis venerabili viro domino[g] Heinrico archiepiscopo et ad ipsius deposicionem occulte consilium ministrasse. Huic filius suus Heinricus sextus successit[h], quievitque terra a preliis.

18. Iam sperabat ecclesia Maguntinensis post tot calamitates[i], miserias, pressuras, iacturas, erumnas, fletus[i], vulnera[k] et dolores ad[l] statum surgere pociorem et pastoris proprii protectione et presencia consolari. Sed adhuc divina hoc[m] ulcio non admisit; nam ignis egressus[n] de foro feni, quem veniens ventus ab oriente detulit super[o] templum, combustaque ecclesia, et libri multi[p] et boni privilegiaque[q] multa et valde utilia sunt consumpta; eciam pars ornatus magna partim ignibus devorata, partim per asportacionem subtracta. Venerabilis autem pontifex dominus Conradus novam monasterii fabricam[r] inchoavit, sed non consummavit. In hiis omnibus nec clerus a suis se lasciviis temperavit, nec laici a sua malicia respirarunt. Post paucos annos ventus veniens ab occidente pinnaculum templi deiecit. Erat autem ligneum et super ciborium antiquum collocatum. Cum tanto autem impetu in ipsam structuram ventus irruit occidentis[s], ut quasdam trabes in Renum mitteret, quasdam ultra Renum ad miliare iuxta villam que[t] Hocheim dicitur[u] in aere deportaret. Certissimum a multis affirmabatur[v], quod non ventus sed diabolus hoc fecisset; erant enim[w] trabes quercine et abiegne quantitatis illius que in torcularibus solent esse. Ego memor sum istud ultimum accidisse. In omnibus hiis non est aversa indignatio[x] Domini[y], sed adhuc manus eius extenta. (Es 5, 25)

19. Post hec concepit[z] idem archiepiscopus transfretare et de manibus Sarracenorum eripere Terram Sanctam atque restituere cultui divino[a] et christiano; se ipsum et alios multos cruce signavit, mare transivit, fere tribus annis militans Domino in partibus transmarinis. 1197 Circa finem tercii[b] Heinricus moritur imperator[1]: heu, heu, ve terre! De partibus Iherosolimitanis redit[c] archiepiscopus, terram reperit desolatam incendiis et rapinis; nusquam enim, ubi rex non est[d] vel potens non est[e], potest a laicis[f] pax haberi. Desideratur ab omnibus Conradi archiepiscopi adventus, et ecce venit desideratus, et terram invenit preliis et incendiis conturbatam, studebatque omni desiderio pacem[g] terris et quietem provincie reformare. Et utique[e] hoc fecisset, si mortis debitum non solvisset. Gravi enim[h]

a) Chr. o. 4. *ed.* b) *deest* 4. *ed.* c) *deest* 2. d) egrotanti v. e. 4. e) ipsum 2 f) sed l. 4. *ed.* g) factam *add.* 2. h) communicacionem s. acc 4. *ed.* i) et — abiit *des.* 2. k) ar. om. *des.* 4. *ed.* l) reddens mortem obiit 4. *ed.* m) intime d. 4. *ed.* n) un. eius c. 4. *ed.* o) principes 4. *ed.* p) imperatorie 2. q) *deest* 2; recuperata 4. *ed.* r) reformant 2. 4. *ed.* s) item 2. t) ipse 4. *ed.* u) eundem archiepiscopum Conradum 4. *ed.* v) *deest ed.* w) *deest* 4. *ed.* x) maximo 4. *ed.* y) igitur 2. z) fuisset *add.* 4. *ed.* a) ponebat 4. *ed.* b) fecit in 2. c) exin 4. *ed.* d) del. 2. e) quasi tr. q. 1; aq. q. s. 4. *ed.* f) aliquantum 4. *ed.* g) *deest* 2. h) recessit 4 i) et *add.* 4. k) vulnera — pociorem *des.* 2; et d *des.* 4. *ed.* l) in 4. *ed.* m) hec 2. n) est *add. IA.* o) supra 2. p) b. et m. 4. *ed.* q) et privilegia 2; priv. quoque 4. *ed.* r) fabricavit 2. s) occidens 4. *ed.* t) *deest* 2. 4. *ed.* u) *deest* 4. *ed.* v) famabatur 4. *ed.* w) autem 2. x) ira 4. *ed.* y) Dei 2. 4. *ed.* z) intercepit 4; iter cepit *ed.*; in se cepit *IA.* a) d. e. *des.* 4. *ed.* b) anni t. 4. *ed.* c) rediit 2. d) gubernator *add.* 4. *ed.* e) *deest* 4. *ed.* f) populo 4. *ed.* g) sibi in *add.* 2. h) etenim 2. 4.

1) Mortuus est eodem anno 1197. quo archiepiscopus in Terram Sanctam profectus.

egritudine fatigatus, dum[a] tamen de die in diem se convalescere speraret, subito et insperate[b] morte preventus, Deo spiritum resignavit[c] anno[d] Domini 1200.

20. Audita morte archiepiscopi, dux Bavarie[1], filius fratris eius, omnem thesaurum et ornatum, quem in calicibus[e] et infulis et cappis habuit copiosum et ecclesie donare disposuerat[f] Maguntinensi, abstraxit[g] violenter; quod tamen omnipotens Deus non reliquit inultum. Nam et ipse dux non[h] post multum temporis a[i] quodam interfectus, turpiter interiit, neque corpori Christi participans neque regno[k]. Equidem iuste satis[l], ut, qui beatum[m] Martinum debito sibi decore spoliaverat et ornatu, ipse quoque[n] celesti ornatu et gloria privaretur. O altitudo et profunditas iudiciorum iusti iudicis Dei, terribilis in consiliis[o] [Ps 65, 5.] super omnes filios hominum!

21. Imperator abierat[p], et surgunt[q] duo reges pro imperatoria[r] dignitate litigantes. Nec[s] est qui a malis imminentibus[t] se abscondat. Maguntinensis archiepiscopus non est, et duo pro eo, quis eorum fiat maior, decertant. Ex utraque parte amici et fautores promissionibus et muneribus acquiruntur; et — turpe est dicere — ipsi clerici electores simonie vicio maculantur, et multiplicantur mala super[u] terram, et scinditur ecclesia Maguntinensis. Qui uni adherent, cum[v] recedente[w] recedunt, alii remanent cum altero. Sufficere poterat ad desolacionem terre unum scisma, sed funes peccatorum[x] dupliciter circumplexi difficilius dissolvuntur. [cf. Ps. 118, 61]

> Pervertunt cuncta simul hec duo scismata iuncta[y]
> Regum, pontificum[z]; nec novit amicus amicum.

Una pars, que remanserat, canonicorum cum[a] suo electo excommunicatur. Sed ipsi[b] hanc excommunicacionem se simulantes ignorare, divina celebrare non omittunt[c]. Duravit hec contumacia annis octo.

22. Contigit post hec, ut rex Philippus, qui fovebat hanc partem interdictam, occideretur[d] in civitate Bambergensi, et hec pars debilitata est, itaque[e] fautores alterius episcopi, qui scilicet[f] de civitate exierant, convaluere, anno Domini 1208. Principes post mortem Philippi regis in Ottonem conveniunt, qui fuerat adversarius Philippi pro imperio, cuius[g] parti tunc[h] papa favebat. Iste Otto maturavit ad papam venire pro imperiali consecracione; sollempniter proficiscitur, consecratur, post annum excommunicatur. Eique filius Heinrici imperatoris rex Sicilie[i] adversarius[k] suscitatur a papa. Redeunt mala, insurgunt[l] incendia, spolia reviviscunt. Fridericus venit de Apulia[m] contra Ottonem; post annos aliquot[n] Otto moritur; Fridericus[o], dispositis prout melius potuit rebus, Romam proficiscitur, in imperatorem consecratur anno Domini 1220. ab Honorio papa. Quo mortuo, Gregorius papa successit[p]; hic eciam Fridericum excommunicavit. Letantur predones, et exultant lictores capta preda, convertunt[q] vomeres in gladios et falces in lanceas; non est qui in[r] latere non deferat[s] chalibem et lapidem in preparacionem incendii et in exustionem[t]. Omnia mala confluunt, specialiter et principaliter[u] super ecclesiam Maguntinensem, et[v] circa[w] partes Reni maxime de civitate Spirensi usque Coloniam[x].

23. Post mortem domini Sifridi archiepiscopi Maguntinensis senioris successit[y] dominus Sifridus, fratris[z, 2] filius. Hic duobus annis laudabiliter vixit, sed quia[a] elati cordis erat et superbie magne, nimis se contra Fridericum imperatorem erexit, non quidem ut divinam, sed ut[b] papalem graciam obtineret. Gravi etenim infamia non solum apud papam, sed[c] apud omnes homines[d] laborabat[e]. Hic[f] vultum et animum leonis induens, leo factus est, et cepit orphanos et viduas facere, villas comburere, civitates destruere, homines devorare, terram in desertum deducere et pape mirifice complacere. Et qui[g] iam inquisicionis literas contra episcopum dederat, ex hiis factis fratrem venerabilem appellabat. Hic Sifridus episcopus malum opus operatus est, qui[h] per flammam ignis terram depauperavit et thesauros

a) et cum de 4. *ed.*; est et cum *IA.* b) inspirante 2; insperata *ed.* c) reddidit 4. *ed.* d) a. D. *des. ed.* e) casulis 4. *ed.* f) deposuerat 4. *ed.* g) abstulit 4. *ed.* h) *deest* 2. 4. *ed.* i) a q. *des.* 4. *ed.* k) ut existimatur *add.* 4. *ed.* l) superque satis *add.* 4. *ed.* m) beato Martino 2. n) ipseque 2. o) terr. iniustis 2. p) obierat *corr. IA.* q) surgent 2. r) d. i. 2; imperio lit. 4. *ed.* s) Non 4. *ed.* t) eminentibus 2. u) supra 2. v) eo *add.* 4. *ed.* w) *deest ed.* x) peccatoris 1. y) *deest* 1; victa 2. z) pontificumque 1. a) uno *add.* 2. b) ipsa 2. c) obmittunt 2. 4. *ed.* d) occidere 2 e) idque 2; atque 4. *ed.* f) *deest* 4. *ed.* g) cui 2 h) tunc eciam 2; eciam 4. *ed.* i) Cicilie 2. k) Fridericus 4. *ed.* l) surgunt 4. *ed.* m) Apulea 2. n) aliquos 2. *ed.* o) Fred. 2. p) succedit 4. *ed.* q) convertuntur 4. *ed.* r) a 2. 4. *ed.* s) differat 2. t) exultacionem 2 u) et p. *des.* 4. *ed.* v) *deest* 2. w) max. c. p. R 4. *ed.* x) ad C. 2; Coloniensem 4. *ed.* y) succedit 4. *ed.* z) eiusdem *add.* 4. *ed.* a) que 2. b) *deest* 4. *ed.* c) et *add. ed.* d) *deest* 2. 4. e) laborat 2 f) ergo *add.* 4. *ed.* g) *sic legendum puto*; quia 1. 2. 4. *ed.* h) quia 2.

1) Ludovicus. 2) Godefridi de Eppenstein.

f. Ps. 110, 3. ecclesie[a] predonibus dispersit, dedit raptoribus; iusticia eius non manet in seculum seculi. 1246. Is itaque lantgravium Thuringie in regem eligi procuravit, sed brevi vivens tempore, et 1247. regnum et animam resignavit.

1241. 24. Interea Gregorius papa moritur; sedes vacat annis duobus vel tribus. Huic autem 1243. pape[b] succedit Innocencius quartus, qui in concilio Lugdunensi contra Fridericum impe- 1245. ratorem deposicionis sentenciam promulgavit. Mortuo lantgravio rege, Wilhelmus comes 1247. Holandie[c] in regem eligitur tantum ab archiepiscopis Coloniensi[d] et Maguntinensi.

cf. Luc. 19, 12. 25. Post breve tempus dominus Sifridus archiepiscopus eciam rebus valedicit huma- 1249. nis, abiens in regionem longinquam; nec tamen ideo cessant mala. Convenerunt ergo fratres de[e] capitulo Maguntino, tractantes de patre spirituali[f], qui posset[g] ipsam[h] tot et tam gravibus oppressam miseriis et tanto tempore iam plorantem paternis affectibus consolari, et concorditer in venerabilem virum dominum Cononem[i] Coloniensem archiepiscopum vota sua transtulerunt, postulantes a sede apostolica, ipsum sibi prefici in pastorem. Sed heu, heu! hoc non poterat obtineri; non est hec postulacio admissa, sed electio[k] capitulo restituta. Et ne Coloniensis episcopus[l] egre ferret suum desiderium non completum, ipsi legacionis dignitas est commissa[1]. Convenere[m] ergo[n] rursum fratres ecclesie Maguntinensis; et[o] eligunt suum prepositum nomine Christianum, qui a cunabulis fuerat in ipsa ecclesia enutritus. Eadem die est legato[p, 2], qui tunc aderat[q], presentatus[r], confirmatus et a rege Iun. 29. regalibus investitus, die Petri et Pauli. Omnia hec acciderunt[s] uno anno, scilicet quod[t] dominus obiit Sifridus[u] Maguntinus archiepiscopus[v], quod dominus Coloniensis est postulatus, quod factus est legatus, quod dominus Christianus factus est episcopus et consecratus, quod pallium est assecutus. Omnes religiosi et qui Deum pre oculis habere credebantur super huius hominis promocione gaudebant, sperantes pacem rebus dari, maxime quia idem bellicis rebus non fuerat[w] assuetus; eciam qui negocio fuerant inimici congratulabantur[x] ei. Sed non stetit diu in episcopatu. Accusatur enim apud papam, quod omnino inutilis esset ecclesie, et quod evocatus[y] ad expediciones regis invitus veniret. Hoc autem verum erat, eo quod fierent incendia, sectiones vinearum, devastaciones segetum. Dicebat etenim[z], nequaquam decere talia sacerdotem; sed quicquid deberet per gladium spiritus, quod est verbum Dei, omnimode[a] se promptum asserebat et voluntarium servitorem. Cumque eius predecessoris[b] sequi vestigia moneretur, respondit: 'Scriptum est: *Mitte gladium* Ioh. 18, 11. *in vaginam*'. Ob hoc in odium regis et multorum incidit laicorum. Qui omnes eum accusantes apud papam, obtinuerant, eum ab episcopatus onere[c] humerum[d] submovere[e]. Cessit ergo anno Domini[f] 1251.

26. Substitutus est autem ab eodem legato adolescens subdiaconus Gerhardus nomine, filius comitis Conradi qui dicebatur Silvester comes. Hunc autem substituit Hugo[d] cardinalis presbiter[3] et legatus, inductus a quodam Heinrico archiepiscopo Ebredunensi[g], qui socius erat ipsius legati. Nec tamen hoc ipse[h] archiepiscopus consuluit sine causa; acceperat enim occulte ducentas marcas pecunie numerate[i] a Gerhardo, quem idem archiepiscopus institui procuravit. Nihil opertum[k] quod non reveletur. Propter[l] has autem ducentas marcas facte sunt multe [destructiones[m] ecclesie Maguntinensis].

a) dedit *add.* 4; ablatos *add. ed.* b) papa 4. *ed.* c) Hollandie 4. *ed.* d) M. et C. 4. *ed.* e) ecclesie Maguntinensis 4. *ed.* f) futuro persuasi 4. *ed.* g) possit 2. h) ipsos — oppressos — plorantes 2. i) *corr. ex* Conrad̄ 1; C. 2. 4. *ed.* k) electo 2. l) archiepiscopus 4. *ed.* m) Consedere 4. *ed.* n) *deest* 2. 4. *ed.* o) *deest* 4. *ed.* p) a 1. *ed.* q) erat 4. *ed.* r) presens *ed.* s) accidere 2. 4. t) quod — archiep. *des.* 4. *ed.* u) S. 2. v) episcopus 2. w) fuit 2. x) congratulantur 4. *ed.* y) evacuatus 4. z) enim 2. a) omnino de 2. b) predecessorum 2. 4. *ed.* c) honore 1[a]; omni *ed.* d) *deest* 4. *ed.* e) submoveri 4. *ed.* f) *deest* 2. g) Ebredenen. 1; Ebrodensi 2; Ebrud. 4; Herburgdunensi *ed.* h) Henricus *add. ed.* i) merate 2. k) occultum 2. l) *corr. ex* preter 1; preter 2. 4. *ed.* m) *uncis inclusa des.* 1. 2; d. m. 4. *ed.*

1) Conradum autem iam die 14. Mart. 1249. sedis apostolicae legatum factum esse, liquet ex Innocentii IV. epistola apud Baluzium, Misc. VII, 495. IAFFÉ. 2) Petro diac. card. Sancti Georgii ad velum aureum. 3) tit. Sanctae Sabinae.

fol. 17'

loris domus officio. quoscumque contrarios sibi invenire potuit, aut exulavit, aut eos trucidavit. Per quos et beatum illum episcopum ab [Leodegarium] luporino abstraxit. et oculis eius emissis. facie detruncata. dentibus labiorum tegmine denudatis. ac deinde lingua radicitus abscisa; licet dominus martiri suo tantam gratiam dicatur contulisse, ut post labiorum abscisionem, post lingue amputationem, verborum et loquele maiorem contulerit, melius quam ante habuisset retti-neret facundiam. Tirannus Ebroinus, post multas et innume-rabiles iniurias et penas, capitalem eum fecit subire sententiam. Cuius antea fratrem Garinum nomine etiam episcopum ad stipitem ligatum

fol. 67'

Preterea idem Videricus officia divina

Jamne detenerant quam predecessor suus consuetudines monastice instituit. Verbi gratia quia cum predictus Henricus huius loci abbas electus est, hore de beata virgine Maria in conventu non cantabantur. Set singuli sacerdotes matutinas canonicas conventus ante altare sancte crucis matutinas de sancta Maria in directum dicebant et laudes de omnibus sanctis. Prima. Tercia. Sexta. Nona. Completorium in conventu minime dicebantur. Vespere vero de domina nostra ante altare sancte crucis sicut et matutine dicebantur

fol. 85

illum invictum veritatis pugilem continuo glorie celestis remunerare vellet raptus est ne malicia mutaret intellectum eius aut fictio deciperet animam ipsius. Et vere raptus est. Nam cum quadam die a civitate cervo veniret et pervicat illum sicut solebat tangere vellet, illi miseri qui arcum iniquitatum tetenderunt quasi sagitta de occultis in

fol. 95

dei non possidere. Secundo quod parentes eius abortivum tam miserabilem perdiderunt sibi futurum successorem et heredem, quia cum unquam natus fuerat masculini sexus puer, tercio vero tam apte castigari a malicia sua cessaverunt. Sed familiam totam monasterii scilicet actatorem carpentarias lavendarium piscatores ita ille diaboli satelles Renaldus ita omnibus bonis spoliavit. Ve-

RICHERI GESTA SENONIENSIS ECCLESIAE.

EDIDIT G. WAITZ.

Codex **Parisiensis** *Lat. Nr.* 10016 *(Suppl. Lat.* 554*), membr. in fol. min.,
5 saec. XIII,* 113 *foliis recentiori manu signatis constans*[1]*, qui Richeri librum continet, sub oculis certe auctoris scriptus est, quamvis num ipsius manum in illo deprehendere liceat dubitari possit. Complures enim in libro conficiendo desudarunt librarii, complures etiam eum castigandum et emendandum susceperunt, ut scripturae specimina in tabula adiecta ostendunt.*

10 *Fol.* 1—10. *calamo forti satis eleganter exarata sunt (*29 *lineae in quavis pagina), fol.* 10′—41 *(usque ad quaternionis V. finem) litteris paulo minoribus et minus firmiter ductis (plerumque* 31 *lineae); fol.* 32′. *et* 33. *maximam partem erasa et sive eadem sive simili manu rescripta; fol.* 28. *postea insertum et manu plane diversa scriptum. Pergit quaternio VI (fol.* 42*) atramento
15 nigriori et calamo ut videtur rudiori; sed in media pagina* 45′. *a novo capitulo (III,* 14*) secundus ille scriptor laborem resumsisse et usque ad finem quaternionis VIII (fol.* 65′*), quamvis non uno ductu, Richeri opus chartae intulisse videtur. Neque hoc silentio praetereundum est, quod quaternio VII. manu coaeva numero eoque rubro signatus est, caeteri posteriori demum tempore alio
20 atramento. Sequitur fasciculus IX. septem tantum constans foliis (fol.* 66—72*), membrana tenui, scriptura negligentiori et minus eleganti, atramento nigro a caeteris plane diversus; numerus quoque alio modo pictus. Quaternionem vero X. et maiorem XI. partem (fol.* 76—87′*) amanuensis quartus exaravit, qui quartum historiae librum absolvit. Quintus liber in media pagina* 87′. *incipitur, cuius singu-
25 lae partes a diversis per vices subiectae sunt, ita ut cap.* 1. *et* 2, 3—5, 6—11, 12—14, 15—17, *denique* 18. *aliis calamis tribuere possis. Haec omnia a Richero post addita esse, facile est intellectu. Sed etiam quartum librum non uno tempore confectum esse, statuamus oportet. Index enim capitum in fine codicis (fol.* 106 —109*) servatus prima manu non ultra IV,* 32. *progreditur; post quaedam erasa et
30 alia, iterum erasis quae scripta erant, addita sunt; in rasura vero etiamnum legi possunt, quae ostendunt, cap.* 33. *antea ea continuisse quae nunc c.* 43. *exstant* (De prioribus de Danubrio *etc.*). *Cap.* 34—42, *quae res a monasterio Senoniensi alienas, miracula sanctae Elisabeth, Iudaeorum maleficia et alias historiolas referunt, post inserta esse, nemo negabit, ideoque procul dubio totum quaternionem X.
35 rescribendum curavit auctor. Index primitus in cap. illo* 33. *desiisse videtur; sequebatur rubrica, ex qua paucae tantum litterae legi possunt* (nes de la). *Qua erasa, scriptum erat rubris litteris:* Incipiunt capitula libri quinti. *Sed his quoque deletis, index continuatur* Cap. 33. De beata Elyzabeth; *cap.* 38—

1) De quo tunc temporis in monasterio Senoniensi asservato v. Montfaucon, Bibl. biblioth. II, p. 1179.

V, 17. in folio post adiecto (fol. 108) scripta sunt. Quae cum ita sint, Richerum non semel tantum libri ordinem mutasse, patet. Etiam librorum distinctionem, iam magna operis parte absoluta, instituisse videtur. Nam initio rubrae quae eam indicant et capitula in marginibus post addita sunt; inde a fol. 83. vero haec suo loco recte posita. — Amanuenses, quibus auctor utebatur, non solum in verborum formis scribendis saepe inter se differunt; etiam auctoris sententiam non raro male intellexerunt, ita quidem ut modo visu modo auditu a vero aberrasse videantur[1]*. Quae magnam partem postea sunt emendata; sed non uno tempore nec eadem manu: una recentior est, cuius nullam fere rationem habui, aliae Richeri tempori suppares, quae modo scribendi rationem, modo ipsa verba emendant, omissa supplent, superflua vel bis scripta delent, nonnumquam etiam ipsam narrationem mutant. In his libenter ipsius Richeri curam agnoscerem et quae calamo rudi, atramento nigro exarata sunt ipsi tribuerem, nisi nonnumquam verbis post adiectis orationem potius turbatam quam emendatam viderem; quare uncis ea includenda iudicavi. Fortasse tamen auctor librum suum relegens non semper quae dicere voluerat satis memoria tenuit. In verborum formis emendandis corrector minime sibi constat; non raro intacta reliquit, quae alibi eliminanda duxit. Quare iam verborum scribendorum rationem in diversis libri partibus valde diversam habemus.*

In fine voluminis fol. 110'—111'. Vita metrica abbatis Senoniensis Antonii scripta est; folii 109. post inserti pagina posterior, folii 110. pagina vacua ut videtur relicta et folium 105. itidem post adiectum carmen continent Francogallica lingua confectum, rubra inscriptum: Ci ancomance le compos de la lune.

Apographum anni 1536, olim Carmelitarum Nanceiensium, a. 1839. in bibliotheca publica urbis vidi[2]*; plura in bibliotheca Parisiensi asservantur, Nr. 12860, 12861 (St. Germain 475. et Baluz. 5, Nr. 2), saec. XVII. facta*[3]*. Aliud saec. XV. olim in bibliotheca Mediani-monasterii fuit*[4]*.*

Ex illo exemplar sumtum erat, quod Dacherius a. 1687 (Spicilegium Vol. III, p. 271 sqq.; ed. 2. II, p. 603) prelo subiecit[5]*; nam quae hic V, 2. in fine leguntur nonnisi in cod. Nanceiensi exstant*[6]*. Multa tamen omisit, quippe quae ipsi futilis esse argumenti et auctoris fidem debilitare viderentur. Breviora tantum fragmenta Calmet historiae Lotharingicae probationibus inseruit (Vol. II, p. 1 sqq.; ed. 2. III, p. 139), alia Mabillon Actis SS. ord. S. Benedicti (III, 2, p. 470—486), Grandidier historiae Alsaticae (II, p. 36—45); maiores partes Brial inter rerum Gallicarum Scriptores (Vol. XVIII, p. 683 sqq.) recepit, alias Böhmer (Fontes III, p. 31—66) denuo imprimi iussit. Saec. vero XVI. liber in Gallicam linguam ex codice ut videtur archetypo translatus est, et hanc versionem I. Cayon a. 1842. Nanceii publici iuris fecit, duobus usus codicibus, altero bibliothecae publicae, altero quem tunc V. D. Beaupré possedit; in appendice vero (p. 231) quaedam editionis Dacherianae supplementa ex codice illo Latino dedit. Quae cum ita sint, nunc primum opus integrum proponere licet; id quod huius collectionis ratio poscit, quamvis ne nos quidem quaecumque Richerus conscripsit inter vera historiae monumenta referenda esse putemus. Quare nonnulla minutioribus litteris exprimenda duximus.*

1) Praesertim in ultima libri parte ita peccatur: legitur enim *manno* pro *magno*, *agno* et *magno* pro *anno*; *diffricti* pro *districti* et quae sunt eiusmodi. 2) Arch. VIII, p. 7. Cf. Vers. Gall. praef. p. VII. 3) Arch. VIII, p. 289. 325. 4) Montfaucon, Bibl. biblioth. II, p. 1180, qui codicem tunc (a. 1739) c. 300 annorum dicit. 5) Ipse ait, Praef. p. 12: 'apographum annos prae se ferens 60 cum archetypo studiose collatum ad me transmisit R. P. Alex. Lescale eiusdem asceterii prior'. 6) Vers. Gall. p. 193 n. — Quae vero in codice erasa sunt, ut vix et ne vix quidem legi possint, apud Dacherium exstant.

Auctor quis fuerit, quid propositum habuerit et unde narrationes suas sumserit, ipse compluribus locis profitetur[1].

Veterum scriptorum, Moysis, Eusebii et Orosii, exemplis excitatus Richerus[2] *monachus coenobii Senoniensis historiam scribendam suscepit eique circumadiacentium ecclesiarum, id est Mediani-monasterii, Sancti Deodati et Bodonis-monasterii, fundationes, praeterea quae de regibus et imperatoribus comperta habuit, necnon alia quae memoria digna ipsi videbantur, inserenda duxit; id quod temporis decursu factum esse, ita ut nonnulla postea demum libro adiicerentur, codicis descriptio ostendit. Narrationis telam usque ad a.* 1264. *deduxit (V,* 18*); maiorem libri partem antea, non tamen ante a.* 1254 *(IV,* 13—16*) vel* 1255 *(IV,* 43*) scripsisse videtur. Anno* 1267. *obiisse dicitur*[3]. Quae, *inquit*, propriis oculis vidi et auditu audivi . . . huic membranae adnotare studui. *Et pleraque sane eiusmodi sunt, sive domi sive in itineribus ea acceperit. Quo tempore natus fuerit, non constat, neque de parentibus vel genere quidquam retulit. Quamvis e Lotharingia procul dubio oriundus et semper imperio Romano addictus, etiam linguae Theutonicae gnarus (I,* 5. 9*), magis tamen Franco-Gallicis quam Germanis (quos Allemannos dicit, III,* 22*) erat addictus*[4]. *Argentinae vero 'scholas frequentavit' (IV,* 41*), ibique librum a beata Hildegarde scriptum vidit (IV,* 15*); et etiam postea res Alsatienses et praesertim Strasburgenses longius prosecutus est (V,* 15 *sqq.). Non solum litteras didicit, sed etiam artem sculptoriam, qua ita excelluit, ut tam abbatis Antonii (II,* 23*) quam comitis Henrici de Albomonte (IV,* 29*) imagines in sepulchris, quae in ecclesia sancti Petri nacti erant, sculpserit, alterique flores et versus addiderit. In monasterio Sancti Dionysii prope Parisios sepulchrum vidit Karoli Calvi (III,* 17*). Anno vero* 1218, *ut videtur*[5], *Wirziburgum venit ad curiam Friderici II, ab abbate Senoniensi Heinrico ad ducem Theobaldum, quem imperator ille quasi captivum secum duxit, missus; ibique per octo dies permansit*[6]. *Complures laudat ex quorum ore res in longinquo gestas recepit: abbatem Murbacensem (VI,* 7*), monachos Sancti Dionysii qui in cella Leberau versabantur (III,* 17*), Seherum canonicum Sancti Deodati et Walterum decanum de Fluns (IV,* 33*), magistrum Henricum Sancti Thomae Strasburgensis (IV,* 41*), sacerdotem qui Ludovici IX. expeditioni Aegyptiacae interfuit (IV,* 12*), peregrinos de Roma revertentes (IV,* 40*)*[6], *Iudaeum quendam Coloniensem qui miraculum ibi actum se vidisse testatus erat (IV,* 36*). Quae audierat quin fideliter retulerit*[7], *non est cur dubitemus*[8]*; sed nimiae credulitatis notam haud evadet, quippe qui miracula satis inepta in chartam referre haud aspernatus sit. Temporum notae ipsi prorsus fere incognitae erant, ut ipse candide profitetur (III,* 23: nescio ante hoc factum vel post); *ideo etiam res suo tempore gestas ordine turbato refert (IV,* 7*); antiquas vero tam parum perspectas habet, ut centum fere anni praetermittantur (II,* 23*) et saeculo XIII. gesta correctoris manu in saeculo XII. ponantur (II,* 28*). Attamen pro hac libri parte annales quosdam*

1) Hist. litér. XIX, 79. breviter de ipso egit, accuratius Böhmer, Fontes III, p. xviii sq.
2) Ita, non Richerius, nomen in codice scribitur.
3) Hist. litér. l. l. Ducangio teste. Minus recte Gall. chr. XIV, p. 1390, a. 1261. mortem subiisse Richerus refertur. Nam certe idem ad finem usque librum composuit.
4) Etiam nomina Germanica Gallico more scripsit vel etiam deformavit; v. IV, 23. Nescio cur Rhenum fluvium 'Rethnum' appellaverit (nisi *Rhin* ita eum pronuntiasse statuas).
5) Dux Theobaldus mense Maio a. 1218. est subiectus, mense Iunio et Iulio imperator Wirzeburgi moratus est; Böhmer, Reg. p. 92 sqq.; cf. 'Notizenblatt' 1852, p. 2.
6) Cf. etiam IV, 14: *sicut a veridicis relatoribus didici.*
7) Cf. V, 1: *nos dubia et ignota pretermittere et certa et cognita scribere curavimus.*
8) Id etiam de verbis dicendum est, quae Philippus rex in pugna celeberrima Bovinensi locutus esse narratur (III, 16). Haec a Brial aliisque reiecta Thomassy defendere conatus est; v. Vers. Gall. p. iv sqq.

ad manus habuisse videtur (cf. II, 29), quibus alibi plane erat destitutus. Ipse scripta laudat versibus composita de 'fundatione ecclesiae, fundatore et succedentibus abbatibus', sed perpauca ea continuisse 'relatu digna' addit (praef.). Nunc tantum Vita exstat sancti Antonii abbatis, qui s. XI. de monasterio bene meruit (II, 23). Quae de sanctis Deodato et Hildulfo narrat, ad Vitas eorum prope accedunt. Praeterea[1] *ex Vitis sancti Clementis (II, 3), sanctae Odiliae (I, 15), sancti Leodegarii (I, 24), libro de successoribus sancti Hildulfi*[2] *in Mediano-monasterio, historia quadam regum Francorum*[3]*, historia fabulosa Karoli Magni (II, 6), primos libros compilavit; etiam Vitas Gerardi Tullensis (II, 13), Leonis IX (II, 15), sancti Francisci (IV, 17), historiam quandam belli sacri (II, 21), acta concilii Lateranensis (IV, 1) et Lugdunensis (IV, 9) adhibuit. Sed nusquam auctorum quos sequitur verba retinuit, quin ipsam narrationem saepe mutavit, ampliavit, quae legerat nonnisi e memoria ut videtur*[4] *reddens, id quod alio loco diserte dicit (IV, 9), cum versus eius tempore latius propagatos alios ad verbum repetat, aliorum vero, quos a memoria dilapsos monet, sententiam referat. Ita factum est, ut ne a foedissimo quidem errore caveret, quo Leonem IX. a Friderico imperatore papam electum dicat (II, 18). Ad monasterii privilegia provocat (II, 5. 23), neque tamen ea ad manus habuisse videtur; certe nullum libro inseruit. Testem vero oculatum (IV, 22:* oculata fide vidimus)[5] *et fide dignum Richerum habemus, ubi res in monasterio Senoniensi et vicinis partibus gestas tradit*[6]*, quas bene compertas habuit. Ab abbate Heinrico, ut supra dictum est, ad curiam imperatoris missus, post cum novus abbas instituendus esset, a conventu cum altero electus, ut eius partes ageret (IV, 26), aliquamdiu prioratui Danubriensi praepositus (IV, 43; cf. 28; 31:* ego vero non eram praesens); *postea cum conventus totus a comite de Salmis oppressus coenobium relinqueret, solus fere relictus (V, 10. 12), omnibus paene interfuit quae fusius postrema libri parte enarrantur de Balduino abbate intruso, de comite Salmensi advocato monasterium affligente, aliis. De illo caute iudicavit, timens ne quae scriberet forte ipsi ad iniquitatem reputaret vel hoc odii causa ipsum fecisse assereret (IV, 27); comitis vero iniurias quam acerrime castigavit. Ubique animum prodit vere monachicum; in magna illa lite, quae tunc inter imperium et ecclesiam agebatur, ab huius partibus stetit; ideo 'nostros' vocat, qui cum Heinrico Raspe contra Conradum IV. pugnaverunt (IV, 11); 'regem nostrum' Wilhelmum a papa Innocentio, ut ait, institutum. Neque tamen monachorum vitia tacet, sed mores depravatos vividis depingit coloribus (I, 18. 19). Lectores rogatos vult, 'quae minus apte conscripta repererint, non praesumptioni vel audaciae asscribant, sed devotionis et bonae intentionis gratia hoc eum fecisse arbitrentur' (praef.). Et modeste sane de ingenio suo ipse iudicavit, cum 'more balbutientis infantis' se res membranae intulisse dicat, non 'philosophando', sed 'rusticando' eas tradendas esse, persuasus.*

Et sane rustico paene sermone usus est, nonnunquam contra grammaticae, saepius contra orthographiae regulas peccat. Sed horum quantum auctori tribuendum sit, dubium esse, codice descripto vidimus. Ipsum Richerum in libris exarandis occupatum fuisse, constat (IV, 40: litteras, *inquit,* quas ego in quodam libro apud Senonias rescripsi); *sed in hoc Gestorum exemplari ubique*

1) Semel (IV, 37) Iosephum laudat. 2) Quod I, 23. narrat de miraculo ibi facto *'prout scriptum reperi'*, unde sumtum sit, non constat. 3) De libro, quem Bedae tribuit I, 2, vide quae in annotatione dixi. 4) Quod II, 1. testatur: *nichil de meo addere presumpsi,* ipsi credere fas est, quamvis minora non curasse videatur. Cf. I, 3: *Quia . . . nichil fide dignum inveniri potui, melius tacere quam aliquod dubium de ipso scribere dignum duxi.* 5) Cf. II, 4: *Vidi enim* etc. 6) Cf. Grandidier l. l. p. 36, qui eius fidem defendit, et quae nuper Wiegand disseruit, 'Studien zur Els. Geschichte' I, p. 5 sqq.

librariorum ope usus esse videtur, qui nec elegantia litterarum nec constanti scribendi ratione se commendant. Neque qui postea librum emendavit, sive ipse Richerus sive alter quidam qui eius operi manum admovit, pari diligentia ubique meliores formas restituit. Multa vero sunt quae etiam apud alios 5 *huius saeculi et regionis scriptores, e. gr. in codice Aegidii Aureaevallensis, in scriptis Cunonis Lausannensis invenias* (cum *pro* con *et vice versa;* ad, adque *pro* at, atque; c *pro* s: trancire, citam *pro* sitam, cero *pro* sero; Metencis, *et alia eiusmodi, etiam* percepicent; *et* s *pro* c: Alsasia, pasificus, resipisseret, sussessit; mpt *pro* nt: tempti = tenti; x *pro* s: locuplex, illuxtrium; *scribitur etiam* 10 exstra, iuxsta; sussequi, sussidium, accettare; aductus, amiratus, tisimus, *sed* subbito, obbediens, accerrime *et alia). Quare ea tantum reiicienda duxi, quae aperta negligentia correctoris manum evaserunt vel certe uni tantum scribae propria sunt, ei praesertim qui ultimam libri partem e schedis Richeri in has pagulas retulit, manu quidem nitida, sed verborum formis peculiaribus plus quam ceteri usus;* 15 *quas annotasse sufficiat, ut litterarum pronunciatio tunc usitata perspici possit.*

Quamvis igitur Richeri liber neque sermone neque rerum quas enarrat gravitate se commendet, multa tamen continet memoria digna; saeculi mores auctor fideliter depingit et res Lotharingicas non parum illustrat. Medio aevo non longe propagatus, sed a Iohanne de Bayono, qui saec. XIV. historiam 20 *Mediani-monasterii condidit*[1], *saec. XVI. a Matheo marschalco de Piperbach et Pappenheim in 'Historia de origine . . . baronum de Geroltzeck', vernacula lingua composita, ex codice Mauri-monasterii*[2], *et fortasse a Wimphelingio in catalogo episcoporum Argentinensium*[3] *exscriptus est.*

Codicem liberalissime Berolinum transmissum summa diligentia exscriben- 25 *dum curavi. Annotationes vero eas adieci, quae vel Richeri narrationi illustrandae vel erroribus ab eo commissis indicandis conducere videbantur.*

Appendicis loco Vitam Antonii adieci, antea a Hugone (Sacrae antiquitatis monumenta II, p. 420) *satis negligenter editam, ex codice emendatam.* *G. W.*

*Incipiunt capitula primi libri. *f. 106.

a) Alsaltiam *c.*

50 1) De quo libro v. quae Arch. VIII, p. 459. annotavi. 2) Wiegand l. l. p. 9. 3) Wiegand p. 10 n., qui de communi fonte cogitavit.

Capit. 20. De monacho qui equum suum de ferro fenestrarum monasterii ferrabat.
Capit. 21. De visione monachi Senoniensis.
Capit. 22. De obscesso et peritissimo demone et sanato.
Capit. 23. De miraculo tempestatis a sancto Hildulfo repulse.
Capit. 24. De rustico a tempestate digne conliso. 5

Incipiunt capitula secundi libri.

Capit. 1. De successoribus abbatibus sancti Gundelberti episcopi.
Capit. 2. De translatione sancti Symonis ad Senonias.
Capit. 3. De sancto Clemente primo Metensi episcopo, et de serpente fugato.
Capit. 4. De sollempnitate sancti Symeonis, et de servitio piscium eiusdem diei. 10
Capit. 5. De potestate abbatis[a] Senoniensis et iure advocati.
Capit. 6. De Karolo Magno, quod Papiam obsedit et Desiderium cepit.
Capit. 7. De Zundeboldo duce et clericis apud Medium-monasterium institutis.
Capit. 8. De fame et Hunis, et de monachis apud Medium-monasterium restitutis.
Capit. 9. De Blidolfo, qui Cellam-Acheri edificavit. 15
Capit. 10. Quod Fridericus dux ecclesiam sancti Deodati abbati Medii-monasterii contulit regendam.
Capit. 11. De translatione corporis sancti Hildulfi.
Capit. 12. Quod monasterium de Bosseriis constructum est.
Capit. 13. De ordinatione sancti Gerardi et miraculis eius. 20
Capit. 14. De ortu sancti Brunonis, postea pape Romani.
Capit. 15. De translatione sancti Deodati *per Beatricem ducissam. *f. 106'.
Capit. 16. Quod Bertoldus episcopus Tullensis monasterium Sancti Salvatoris in Vosago construxit.
Capit. 17. De Adelardo[b] misero abbate Senoniensi, et de miseria eiusdem loci. 25
Capit. 18. Quod Bruno Tullensis ordinatur episcopus, et de miraculo pomorum.
Capit. 19. Quod abbas Humbertus Mediani-monasterii cardinalis in Alpibus vidit Gebuinum episcopum Chatalanensem a diabolis deduci.
Capit. 20. De edificatione ecclesie Longi-maris.
Capit. 21. De expeditione Anthiochie et recuperatione Iherusalem. 30
Capit. 22. De edificatione Domus-maris.
Capit. 23. De Stephano episcopo Mettensi, et de Antonio abbate.
Capit. 24. De translatione sancti Nicholai de Mirea ad Barum.
Capit. 25. De articulo digiti beati Nicholai ad Portum deportato, et de miraculis eius.
Capit. 26. De constructione celle Belle-vallis. 35
Capit. 27. De belua que in territorio Virdunensi apparuit.
Capit. 28. De constructione[c] castri quod Alta-petra dicitur.
Capit. 29. De interfectione civium Metensium a comite Barrensi.

Incipiunt capitula tercii libri.

Capit. 1 De electione Maheri prepositi Sancti Deodati ad episcopatum Tullensem, et de depositione eius. 40
Capit. 2. De eodem Mahero et filia eius.
Capit. 3. De interfectione Renaldi episcopi facta ab eodem Mahero.
Capit. 4. Quod idem Maherus apud castrum quod Biliste dicitur aliquo tempore habitavit, et de morte eius. 45
Capit. 5. De Philippo rege Francie.
Capit. 6. De electione Hanrici abbatis huius loci.
Capit. 7. De Friderico imperatore et Alexandro papa, quorum[d] tempore scisma fuit.
Capit. 8. De penitentia dicti Friderici imperatoris, et de concordia inter ipsum et ecclesiam facta. 50
Capit. 9. De Henrico, filio dicti Friderici, et de morte ipsius.
Capit. 10. De Philippo rege et Octone adversario suo.

a) *e corr. c.* b) Ardelardo *c.* c) constructio *c.* d) quo cum *c.*

Incipiunt capitula quarti libri.

a) *post add. c.* b) De m. *deletum videtur c.* c) *ita c.*

Incipit liber quintus. 35

a) brio — eius *in loco vacuo post add. c.* b) *sequebatur:* Cap. 33. De prioribus de Donubrio . . . . . . [Su]mis. *quae iam deleta sunt. In loco raso scriptum erat rubro:* Incipiunt capitula libri quinti, *sed haec etiam deleta et quae sequuntur alia manu addita.* c) resuscitatā *c.* d) *haec des. c.*

Incipit prologus in gestis Senoniensis ecclesie.

10 Cum ea que de mundi huius creatione et humani generis propagatione[a] per sanctum Moysen necnon et Iesu Nave describuntur, per virum famosissimum Eusebium Cesariensem episcopum initium rudis ecclesie eiusque incrementum sanguine martyrum, doctrina confessorum aliorumque virorum illustrium[b] operum exercitatione fundate declarantur; sed et secundum Paulum Orosium bella Punica et civilia, dissentiones, fames, pestilen-15 tie, signa, portenta, eventus rerum mundanarum describuntur: quid aliud intellegendum nisi secundum apostolum: *Quecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt*, ut (Rom. 15, 4.) alia nos ad iudicii Dei timorem, alia vero ad spem vite eterne informare et sollicitare videantur? Quis enim legat, Cain fratrem ob[c] invidiam interfecisse, universam mundi creaturam pro commissis per diluvium omnino interisse, non formidet incidere in manus illius 20 districti iudicis[d], scilicet Dei summi? Quis vero audiat, tot milia martyrum, non tantum virorum, sed etiam illius sexus fragilis virgines, matronas, senes ac iuvenes in agone certaminis viriliter desudasse, etiamsi habere videatur cor lapideum, statim ad molliciem compassionis et devotionis non convertatur? Si quis vero consideret secundum predicti Pauli Horosii scripta miserias hominum, tot cedes, tantam humani sanguinis effusionem, tanta 25 parricidia, tot spoliorum innocentum direptiones, tantas clades[d] occulto Dei iudicio mundo illatas: quis, inquam, non *abhorreat ipsum Dei iudicium proprio delicto posse incurrere, (*f. 1'.) presertim cum tunc temporis mundus floruerit, et etiam aurea, ut in Daniele legitur[1], tunc secula extitisse, nunc[d] vero non tantum plumbea vel ferrea, immo certe lutea esse[d] comprobentur, in quibus homines potius[e] ad malum quam ad bonum videntur esse promptiores? 30 Si vero illi per tot annorum curricula posteris suis[d] facta priorum, alia abhorrenda, alia vero admiranda, conscripserunt, nos, in quos fines seculorum devenerunt, quia plus solito habundat iniquitas, et nostris temporibus actus priorum, immo enormiora, innovari videantur, ipsos rerum eventus ad posteros destinare debemus, ut et ipsi[f], sicut nos relationibus maiorum, aut malis terreantur, aut certe bonis ad meliora provocentur. Huius rei gratia ego 35 frater Richerus monachus Senoniensis, licet omnium abiectior, nolens successoribus nostrorum temporum eventus occultare, licet inparato stilo et inculto sermone, ea[g] que in quibusdam scriptis versibus adnotatis de fundatione huius Senoniensis ecclesie vel eius fundatore et succedentibus abbatibus reperire potui, licet perpauca sint relatu digna, et ea que propriis oculis vidi et auditu audivi[h], et circumadiacentium ecclesiarum fundationes[i] et construc-40 torum nomina vel dignitates vel etiam aliqua ipsorum miracula, quibusque regibus vel imperatoribus claruerint, more balbutientis infantis huic membrane adnotare studui, tutius arbitrans ipsius narrationis seriem rusticando elucidare quam phylofizando obnubilare; lectores vel auditores per Deum obtestans, ut, si qua in presenti tractatu minus apte conscripta reppererint, non presumptioni vel audatie *asscribant, sed devotionis et bone intentionis gra- (*f. 2.) 45 tia hoc me fecisse arbitrentur.

[LIBER I].

Cap. 1. De adventu Gundelberti archiepiscopi Senoniensis.

Igitur[k] in tempore illo, cum ab incarnato Dei verbo septuagesimus vicesimus ageretur annus[2], fuit vir quidam ex nobilibus Gallie partibus oriundus Gundelbertus nomine, qui, sicut 50 postea ex sui conversatione claruit, Deo dignus et hominibus habebatur. Fuit igitur tante bonitatis et excellentie, ut civitati in Burgundie confiniis site nomine Senonas, que una de

a) propatione *corr.* propagatione *c.* b) illuxtrium *c.* c) ob i. *in ras. c.* d) *in ras. c.* e) *post add. c.* f) ipsa *c.*? g) ea – ecclesie *in ras. c.* h) *in ras. manu altera quam 2 indicavi.* i) fundatione *c.* k) Cum *del. c.*

1) Nescio an de Dan. 2, 38. cogitaverit. 2) Annus plane incertus.

nobilibus illius provintie urbibus habebatur, voto et voluntate omnium subrogaretur episcopus[1]. Qui talentum sibi a Deo creditum ita in administratione officii pastoralis augmentavit, ut, si iam fas fuisset ipsum ab hac vita discedere, statim illud euvangelicum: *Euge, boni servi*, audire mereretur. [Matth. 25, 21.] Sed quia Dominus[a] suum dilectum[b], iam non dicendum servum, sed amicum, ampliori remuneratione dignum[c] fieri decreverat, ut talentum sibi creditum cum fructu multiplicato ad[d] gazofilatium sui domini reportaret et ipsum Dominus tanquam aurum in fornace probatum in thesauris celestis Iherusalem collocaret: hunc, inquam, talem ac tantum virum[e] ad cuiusdam heremi partes, ut post pauca referemus, Domini destinare voluit benignitas.

Cap. 2. Descriptio et situs terre et heremi Vosagi.

Fuit igitur idem servus Christi et eius coheres temporibus illustrissimi[f] regis Francorum Childerici nomine, qui cum progenitoribus eo tempore usque ad fluvii Rethni vada Francie regni terminos ampliaverat, sicut venerabilis Beda presbiter [*f. 2] in libro regum Francorum[2] plenius insinuat; quos imperium Romanum usque adhuc obtinere comprobatur, licet Lotharium regnum, quod ab ipso Romano dependet imperio, infra supradictas sit metas constitutum. Hic itaque Deo et hominibus honorabilis Gundelbertus archiepiscopus Senoniensis, cum videret sibi ad culmen perfectionis, ut obtaverat, conversationem secularium haut satis sufficere, disposuit se omnibus que possidebat abrenuntiaturum; crucem Christi baiulans, secutus est suum Redemptorem. Itaque dimissis archiepiscopatus diviciis et honoribus, solo sibi episcopi officio reservato, quo in tanta[g] et tam vasta solitudine ad ecclesias consecrandas vel personas ad officia divina ydoneas promovendas uti potuisset, valedicens fratribus ac civibus suis, secreta deserti, paucis secum accersitis, petere decrevit. Transmeatis itaque terrarum spaciis, pervenit ad quandam Vosagi vallem, quam idem Dei famulus ita incoluit, uti hactenus cernitur et, Deo adiutorium nobis commodante, loco suo plenius exponemus. Sed quia pluribus terra illa incognita habetur[h], licet a multis ipsius nomen terre frequentetur, ipsius tamen situm et metas lucidius exponere conabor. Est autem terra ista excelsis montibus occupata, rupibus immanissimis veluti quedam castra in ipsorum montium cacuminibus naturaliter positis[i], ipsos montes aspectu suo faciunt horribiliores. Inter ipsos arduos, ut diximus, montes quedam valles profundissime cernuntur, nemoribus abietinis ita consite sunt, ut[b] sua nigredine etiam aspicientibus eas horrorem plurimum incutere videantur. Pretenduntur[k] enim dicti montes [*f. 3] in longum per quatuor dietarum spacium, in latitudine vero vix sex miliaribus vel septem dirivantur. Habent enim dicti montes ab oriente Alsatiam, que pars est Alemannie, cum suo fluvio Rethno nomine, ab occasu vero Lothoringiam et Burgundiam. Extenduntur siquidem a meridie in septentrionem. Ista, inquam, vasta solitudo non tam hominum quam ferarum sevarum habitatio habebatur et quasi quidam laborintus ab hominibus tunc temporis vitabatur. Hanc quam descripsimus terram antiqui Vosagum, moderni Vogia[l] dixerunt. In huius igitur vasta[m] heremi solitudine[m] noster agonista Gundelbertus archiepiscopus primus subintravit; quia vallem, quam nos modo incolimus, sine nomine repperit, eam[b] dulcedine natalis patrie, que cunctos

Ducit, et immemores non sinit esse sui, [Ovid., Ep. ex Ponto I, 3, 30.]

immo civitatis, in qua archipresulatus functus erat officio, que Senonas vocatur, quasi nomine copulativo Senonias vocavit. Unde usque ad presens tempus ipse locus, ubi dictus[n] Domini servus habitavit, Senonias, vallis quoque vallis Senoniensis appellatur. In hac igitur valle, quam super nominavimus, quam iste venerabilis pater Gundelbertus subintravit, quidam locus erat inhabitabilis et a frequentatione hominum remotus; qui soli Deo vacare volens, ad habitandum receptacula quam parva inchoavit; sed ne alieni iuris pervasor esse videretur, cum comperisset, quod dicta Vosagus in regno supradicti regis Childerici con-

a) us *e corr. c.* b) *in ras. c.* c) esse *del.* 2. d) *e corr.* 2. e) *post add. c.* f) illuxtr. *c.* g) ta et tam *in ras. c.* h) haberetur *corr.* habetur *et* l *in ras.* 2. i) s *e corr. c.* k) Preten *in ras. c.* l) Vogiam *deleta littera* m *c.* m) a . . . ine noster *in ras.* 2. n) tus *e corr. c.*

1) Haec fabulam redolent; certe Gumbertus episcopus non ante s. VIII. med. episcopus laudatur, neque tunc certis testimoniis nititur; cf Gall. chr. XII, p. 9, ubi plane omittitur; Dipl. I, p. 182 n. 2) Librum habuisse videtur, in quo Gesta Francorum cum Bedae chronico coniuncta fuerunt, qualem codices Lugdunensis, Monacensis, alii praebent.

sisteret, ipsum ad impetrandam[a] licentiam ibidem commanendi adire disposuit. Igitur data oportunitate regem, quem quondam familiarem habuerat, adiit, interpellat; rex postulata, ut erat animo placidus, concedit, regiis septris data confirmat, metas terre *sibi tradite localiter assignat et ita distinguit[1]: A rupe que Alta-petra dicitur per cacumen montis usque ad villam que Cella dicta est, per ripam fluvioli per eandem villam decurrentis usque lacum[b] qui Mare dicitur; inde ad Grandem Fontanam; inde per rivulum qui Waconos dicitur usque ad fluvium Bruscam[2], et per ripam Brusce usque ad cacumen montis iuxta Sanctum Stephanum, et inde ad fontem Donnous; inde per transversum monticulorum[c] usque ad rivulum qui Petrosus rivulus nuncupatur, qui fluit per claustrum Mediani-monasterii[3]; sed pars terre adiacentis dicto monasterio postea fertur data esse viro sanctissimo Hildulfo, eiusdem loci fundatori[d], sicut postmodum plenius loco suo describemus. Ita noster patronus donis regiis locupletatus ad locum diu desideratum cum gaudio remeavit. Igitur antequam iste noster[e] patronus ad hanc heremi solitudinem devenisset, quedam ad occidentalem plagam super Mortam[4] fluvium edificata habebatur ecclesia Stivagium[5] nuncupata. Quis eius fuerit fundator, vel quo tempore inceperit, non repperi. Ferunt enim, in dicta ecclesia ordinis sancti Benedicti monachos primo extitisse[f], deinde sanctimoniales, postea vero iterum dictum locum [monachos[g]] inhabitasse, exin canonicos seculares, ac deinde ordinis[h] Premonstratensis canonicos, sicut[h*] hactenus ibidem permanent, fuisse institutos. Sed hec de ipsa ecclesia dicta sufficiant. Sed quia idem sanctus Gundelbertus[i] nichil penitus nisi ad nutum Dei agere decreverat, quippe qui sibi nec proprii animi voluntatem[k] retinuerat, quia necdum aliquam in loco alieno, modo suo, adhuc ecclesiam vel monasterium inchoaverat, credidit, divinam voluntatem super hoc vigiliis, ieiuniis et orationibus fore requirendam. Dubitanti enim eo super dispositione[l] officinarum monasterii, quomodo vel quibus[m] numinibus ipsa dedicare deberet, ei in ipsa postulatione persistenti[n] Dei misericordia, quid vel *quomodo vel quibus sanctis ipsa loca consecrari vellet, per visum innotuit. Qui denique revelatione et auctoritate regia, ut supra dictum est, animatus, in honore sancte et perpetue virginis Marie primam construxit ecclesiam, quam et sollempniter dedicavit, et penes illam monasterium cum officinis suis edificavit, in quo beatum Petrum apostolorum principem cum suis coapostolis duxit venerandum. Omnibus itaque Dei nutu dispositis et ordinatis, aliquantisque ibidem fratribus congregatis, sub beati Benedicti regula ipsos militare decrevit, sicut hactenus immutabiliter usque ad tempora nostra Deo regente videntur subsistere; quos ipse episcopus et abbas cum ecclesia sibi credita strenue rexit et religiose.

[*f. 3'.] [*f. 4.]

Cap. 3. Obitus sancti Gundelberti archiepiscopi.

Post inmensos denique et innumerabiles in hac nostra Vosago pro Christo toleratos labores, cum iam suum emeritum militem pro sue milicie meritis Deus remunerare decrevisset, ab hac erumpnosa peregrinatione, non tamen in hoc nostro loco Senoniensi, nescio quo occulto suo iudicio, Deus[o] substrahere voluit. Sed quia de eius sepultura nichil fide dignum inveniri potuit[p], melius tacere quam aliquod dubium de ipso scribere dignum duxi; licet aliqui apud Medium-vicum[6] cum aliquibus sanctis, sancto scilicet Piuntio et aliis sociis suis, eum quiescere contendant. Enimvero de cellis circumquaque positis, quas sancti viri huius nostri[q] fundatoris Gundelberti eo tempore construxerant, mentionem me facturum memini promisisse. Ne indigneris, queso, lector, si a materia disgredi aliquantulum videar, quia non parum utilitatis consequeris, cum tantorum virorum ad hanc Vosagum adventum ipsorumque sanctam conversationem et ecclesiarum fundationes et fundatorum nomina perlegeris.

Cap. 4. Vita et actus sancti Deodati episcopi.

*Fuit[q. 7] igitur eodem tempore cum noster fundator Gundelbertus ad has Vosagi devenisset partes, ut supra memoravimus, in[r] Alvernie partibus in civitate Nevernensi vir egregius nomine et operibus Deo-

[*f. 4'.]

a) impetrandum *corr.* impetrandam *c.* b) lucum *ut videtur corr.* lacum *c.*; locum *ed.* c) montibulorum *c.* d) fundatore *corr.* fundatori *c.* e) i. n. *post suppl.* 1 *(i. e. idem qui hanc libri partem exaravit).* f) extisse *corr.* extitisse 2. g) *deest c.; suppl. ed.* h) inis *e corr. c.* h*) *in ras. c.* i) *post add. c.* k) voluntate *corr.* voluntatem *c.* l) et *post add. c.* m) et *del. c.* n) persistente *c.* o) *post add.* 2. p) potut *corr.* potui *c.* q) *e corr. c.* r) fuit in *c.*

1) V. dipl. suppositicium Dipl. I, p. 182; ubi tamen non hi fines indicantur. 2) Breusch. 3) Moyen-moutier; cuius historiam (librum de successoribus sancti Hildulfi) v. SS. IV, p. 86 sqq. editam. 4) Meurthe. 5) Estival. 6) Moyen-Vic. 7) Haec ad Vitam Deodati, Acta SS. Iun. III, p. 872, accedunt, sed nonnulla sunt peculiaria, omnia propriis auctoris verbis expressa.

datus, eiusdem civitatis episcopus sanctissimus. Hic cum audisset, quia hec Vosagi heremus a tot et tantis sanctis viris inhabitaretur, zelo querentium Dominum ductus, episcopatus sui honoribus simul cum cathedra relictis[a], paucis cum laboratoribus sibi iunctis viam que ducit ad vitam aggreditur tendendo ad solitudinem, ut in deviis montium[b], in cavernis petrarum Deum diu quesitum inveniat. Veniens igitur ad quoddam castellum quod Romont vocatur, itinere lassus[c] cum suis ad pausandum modicum resedit. Quo in loco quendam repperit infantulum ferramenta carpentariorum prandentium[d] servantem; sciscitatus[e] est ab eo, que ibi agerentur, cuiusve domus esset. Cognito quoque ex ordine facto, puer ei de quadam trabe, que pre sui deformitate[f] vel tortitudine ab edificatoribus in fastigio ipsius domus adaptari nequibat, innotuit. Propter quod dominus domus eisdem carpentariis suis non modicum irascebatur, presertim cum silvam et ligna in promptu haberent, in quibus ipsam trabem longiorem vel grossiorem aut certe rectiorem commutare poterant, si voluissent. Quo vir sanctus comperto, ut erat pietatis gracia preditus, laborantium periculo condolens, convocatis discipulis suis, invocato domini Salvatoris nomine, ipsam magne molis trabem ipsius domus in excelso, nulla tortitudine vel deformitate obstante, ubi poni debuerat, collocavit. Cumque isdem sanctus, perpetrato *dicte trabis miraculo, iter ceptum carpere vellet, ecce dominus domus cum operariis suis ad locum operis revertitur, inventumque sacerdotem Dei Deodatum cum suis sodalibus inquisivit, qui essent. Audito vero, qua causa tam insignes viri iter tam laboriosum et difficile aggressi essent, visoque miraculo trabis, nobilis ille labori sanctorum condolens, se et sua eis liberaliter exposuit, dicens, se ibidem requiei sancti locum prebiturum, si vellet, et necessaria vite se donaturum promisit. Sanctus quoque cum gratiarum actione humiliter promissa recusans, quia sui desiderii cursum nondum viderat expeditum, licentiam abeundi quesivit. Videns denique nobilis viri Dei constantiam, ne tanti patroni orationum fraudaretur iuvamine, domum eandem de Romont, quam edificabat, sub titulo quinque siclorum[g] argenti eidem sancto annuatim persolvendorum in memoriam miraculi trabis fertur contulisse. Quos solidos usque ad tempora nostra ecclesie sancti Deodati, que nunc est, a domino de Romont persolutos esse, cognovimus. Beatus igitur Deodatus suo datori valedicens, cum suis sodalibus ceptum iter arripuit, per devia queque Christum querendo gradiens infatigabiliter laborabat. Sed antequam ad obtatum sibi locum perveniret, plurima discrimina vie, importunas rusticorum irritationes, tediose famis inediam, improbam malorum expulsionem pluribus in locis miserabiliter est perpessus.

Cap. 5. De[h] adventu sancti Deodati episcopi ad Alsatiam.

Hiis itaque tot et tantis, ut prediximus, vie et vite impedimentis beatus Deodatus ad quendam locum pervenit, qui *Theutonico idiomate Helygevorst, Latine autem Sancta Silva vocitatur[1], iuxta opidum[i] quod Hagenowia dicitur, in Alsatie finibus situm, ubi se sui voti requiem repperisse credens, aliquanto tempore ibidem delituit. Sed inde invidorum iniuriis propulsus, ad claustrum quod Abresemustre[2] vocatur, in eisdem Alsatie partibus situm, veniens, ipsi loco et fratribus ibidem Deo servientibus non multo tempore fertur prefuisse; ubi cognitionem et familiaritatem memorandi viri Arbogasti, qui de Scotia oriundus[k], non multo ante tempore veniens, Argentine de novo episcopus factus, miraculis fulgens erat, adeptus est. Ac deinde beati Florentii, eiusdem Arbogasti successoris, qui a dicta insula Scotie, sicut et predecessor ipsius, venerat, qui et apud Hasela[3] in introitu Brusce vallis[l], quam prius heremita incoluerat[m], in corpore requiescit, sancto Deodato cumtemporaneus[n] amoris vinculo astrictus fuit. Cernens itaque vir beatus Deodatus, tumultum seculi, quem[o] in episcopatu reliquerat, se iterum incurrisse, decrevit ad secretiora loca transmeare. Veniens igitur ad quandam villam lingua Alemannica Wilra dictam, iuxta villam que Amalrici-villare[4] dicitur, in quadam parva valle resedit et habitacula humano usui apta ibidem eligere[p] cepit. Incole igitur dicte ville cum viderent sancto[q] plura predia a fidelibus et aliquantas conferri possessiones, crediderunt, sanctum illum sibi suas usurpare velle tenuras[r], ab ipso loco ubi habitare volebat inhumaniter expulerunt. Quod factum divina ultio statim est subsecuta. *Nam quodquod in supradicta villa nati sunt infantes, omnes strumoso gutture nati apparuerunt. Quod matrone pariture considerantes, tempore partus insistente rivulum qui eandem villam preterfluit transeuntes, pueros enixe, illius strumositatis vindictam declinabant.

Cap. 6. De beato Deodato et Hunone, compatre eius.

Igitur beatus Deodatus inde progrediens, ad quandam villam que sui possessoris nomine Hunonis-villa[5] vocabatur advenit. Possessor enim dicte ville Huno nomen habebat; cum equivoca uxore sua Huna ex nobilibus orti, Deum verbo et opere, quantum humana fragilitas permittebat, excolebant. Credidit igitur nobilis ille, beatissimum sibi Deodatum a Deo fore destinatum; Christum in ipso honorans, gratanter[s] ipsum cum sodalibus suis, ut erat pius hospitalitatis amator, benignissimeque suscepit et eum aliquandiu, licet invitum, detinuit. In ipso itaque tempore, quo vir Dei apud dictum nobilem moraretur, contigit, dictam Hunam, uxorem ipsius nobilis, quem de ipso conceperat

a) li *e corr. c.* b) mon *e corr.* 2. c) *primum* s *e corr.* 2. d) den *e corr.* 2. e) scicit. *c.* f) deformiditate *corr.* deformitate 2. g) ciclorum *c.* h) *haec in ras. c.* i) op. q. H. d. *in ras.* 1. k) erat *post add. c.* l) lis *e corr.* 1. m) ubi et *add.* 1, *del.* 2. n) us *e corr.* 2. o) *add.* 2. p) erigere *ed.* q) *add.* 2. r) possessiones *corr.* tenuras 2. s) g *e corr.* 2.

1) Ita solus Richerus. 2) Ebermiinster. 3) Hazelach. 4) *Wilra . . inter Amalrici-villare et Ungesi-villam* V. Deodati l. l. p. 873. Nunc Ammersweier et Ingersheim. 4) Hunaweir (Honniville).

filium peperisse; quem beatus ille et baptizavit et de sacro fonte levavit[1]. Reminiscens igitur beatissimus Dei servus Deodatus, se non opum secularium gratia, sed solius Dei intuitu sua cum episcopatu et dulci patria reliquisse, decrevit ad heremi secreta, quod prius desideraverat, properare. Qui hospitibus suis valedicens, datis mutuis inter se amplexibus, cum magno eiulatu ab invicem discesserunt. Aggrediens 5 vero vir Dei ceptum iter, per ardua montium, per concava vallium, per defossa terrarum incessanter laborans, tandem nutu Dei ad quandam pervenit vallem speciosam et spatiosam, *nemoribus undique *f. 6' consitam, aquis irriguis et piscosis copiosam. Quam cum vir sanctus diligenter conspiciendo perlustrasset[a], tandem in quodam loco iuxta montem qui Cumberch dicitur[2] resedit[b] et ibidem oratorium in honore beati Martini, quod usque hodie perdurat, erexit et consecravit. Transiens igitur fluvium Mortam nomine, 10 ad septentrionalem plagam, quia locus decentior ibi ad ecclesias construendas habebatur[c], in clivo monticuli[d] ecclesiam in[e] nomine sanctorum martyrum Mauricii et sociorum eius extruxit[3]. Deinde iuxta illam in honore matris Christi ecclesiam[c] edificavit, et circa illam claustrum cum officinis ad usus monachorum exstruens, fratres sub regula beati Benedicti ibidem militaturos collocavit. Qui usque ad tempora cuiusdam tyranni ducis Lothoringie, sicut postea explicabimus[4], quieta pace permanserunt[e].

15 Cap. 7. De donis sancto Deodato collatis.

Cum igitur circumadiacentium locorum viri fideles et devoti cognovissent, quod sanctus ille episcopus vallem supradictam incoleret, ad ipsum confluxerunt, videntesque eius admirabilem conversationem, predia sua, possessiones, redditus[f] et alia bona ei largissime contulerunt. Cum igitur vir beatus Deodatus in vasta illa heremo laborans agonem suum Domino commendaret, et necessaria victui ei operanti non 20 satis suppeterent, iam eo cum cohabitatoribus suis inedia et fame deficiente, omnipotens Deus, qui sibi servientibus semper presto est, non permisit, sanctum suum tante paupertatis mole diutius coartari. Apparuit siquidem *in visu noctis illi nobili viro supradicto Hunoni, dicens: 'En', inquid, 'famulus meus Deo- *f. 7. datus in illa heremi solitudine magnis detinetur anguoribus[g] fame et inopia laborando, et tamen meis non desinit cotidie inherere serviciis. Tu vero hic bonis tibi a me collatis, quibus habundas, sine misericor- 25 dia delectaris'. Cui ille, ut erat vir providus et discretus: 'Domine', inquid, 'nec locum scio[h], neque viam novi, nec ubi vir Dei lateat scire valeo, et quomodo sui possum misereri'? At ille: 'Honera saumarios et[h] alios portitores tuos, et mane facto sine duce permittas abire, et quo sors ipsos deduxerit, a longe subsequi facias, et ubi eos exhonerari contigerit, ibi scias dilectum meum esse Deodatum'. Qui mane consurgens et[i] visionis sue mysteria considerans, fecit secundum quod ei preceptum fuerat. Onerati 30 quippe portitores diversorum alimentorum et aliarum rerum opulentia, eadem via, licet nondum esset a quoquam frequentata, qua sanctus Domini Deodatus heremum penetraverat, sagaciter gradientes, ad locum ubi vir Dei commanebat recto itinere pervenerunt. Quos ut vidit Dei famulus, cognovit, illum sui curam gerere qui quinque milia hominum quinque panibus pavit in deserto. Iam vix famuli sancti portitores exhoneraverant, cum viri subsequentes eos apparuerunt, qui de inventione viri Deo gratias exibentes, cum 35 licentia sancti episcopi ad dominum suum cum leticia reversi sunt. Extunc quidem fama illius sancti heremite circumquaque ita innotuit, *ut a multis sua eidem largientibus honorabiliter frequentaretur. *f. 7'. Et quia idem sanctus pluribus declarabatur miraculis, et virum sanctum eum esse credebant, et apud Deum multi plura eum posse confidebant, vallem illam quam ille inhabitabat incolere maturarunt. Et quia ipsa vallis spaciosa erat et lata ad colendum, decem et octo ecclesias et mansiunculas in qua habitarent 40 construxerunt. Et ne actuum ipsius sancti prolixitas lectorem onerare videatur, ad finem sui cursus stilum dare curavimus.

Cap. 8. De obitu sancti Deodati.

Peractis igitur, ut prediximus, ipsius loci edificiis, ordinatisque ibidem ad serviendum Deo fratribus ydoneis, dispositisque utriusque vite, scilicet presentis et eterne, subsidiis, levi febre correptus, angelorum 45 cetibus sociandus, letus Deo spiritum reddidit. Sed quia monasterium illud, quod tunc pro coniunctione duorum rivulorum, scilicet Robach et Morte, ille beatus Iuncturas appellaverat, qui modo Sanctus Deodatus vocatur, sine rectore remanserat, beatus Deodatus viro sanctissimo et Deo et sibi amantissimo Hildulfo — de quo postea scribere curabimus — in somnis[k] apparuit, et ei [mandavit[l]], ut curam loci sui et fratrum quos reliquerat, prout videbat expedire, exerceret. Quam amonitionem beatus Hildulfus[m] 50 gratanter suscipiens, 28, quibus post obitum beati Deodati superfuit, annis suam et ipsius Deodati apud Iuncturas strenue et religiose adiuvante Deo rexit ecclesias.

Cap. 9. De miraculo vini et muscarum.

Enimvero[5], ne quis hunc beatissimum Deodatum non credat apud Deum magni non esse meriti, *f. 8. inusitatum unum de multis miraculum huic pagine non pigebit inserere. Erat igitur vir quidam satis 55 locuplex in Alsatie partibus in villa que Theutonice Sigoltesem[6] vocitatur, qui fama sancti episcopi excitatus partem prediorum suorum beato contulit Deodato. In qua parte[c] quidam ager vinee donatus est,

a) perluxtr. *corr.* perlustr. *c.* b) recedit *rec. manu corr.* resedit *c.* c) *add.* 2. d) culi *e corr.* 1. e) *in ras.* 1. f) reditus *corr.* redditus 2. g) ang. *manu rec. corr.* lang. *c.* h) *e corr.* 1. i) *post add.* 1. k) *ita c.* l) *deest c.* m) Hirdulfus *corr.* Hildulfus *c.*

60 1) Cf. etiam Chron. Ebersheim. c. 10, SS. XXIII, p. 436. 2) Ita solus Richerus. 3) Ordine inverso haec narrat V. Deodati l. l. p. 876. 4) II, 7. 5) Haec solus Richerus. 6) Sigolsheim.

qui illi donatori, quia peroptimum vinum gignebat[a], incomparabiliter carus erat. Cumque monachi monasterii beati Deodati aliquanto tempore possedissent eam, ipsius vinee donator considerans se in omnibus vineis sibi relictis tam preciosum vinum nusquam habere, animi cupiditate cecatus, ipsam vineam, quam prius devotus Deo donaverat, iam sue largitatis invasor effectus, in proprios usus iterum resumere presumpsit; quam coluit, vindemiavit, et vinum sollicite in quodam vase collocavit et sibi caute conservari precepit. Denique cum quadam die ad manducandum cum quibusdam amicis suis letus recumberet, vocato ad se pincerna suo, de illo optimo vino suo sibi iubet apportari. Qui concito cursu ad cellarium, ubi vas cum vino habebatur, accepto vase vinario quod cantrum vocatur, accessit. Cumque pauxillum de fundo ipsius vasis ad emittendum vinum retraxisset et vinum se crederet habiturum, mira res! pro vino tanta multitudo muscarum per foramen ebullivit, ut putares, te, si vidisses, in Egypto esse, ubi plaga muscarum Egyptios iussu divino punisse narratur. Videns igitur is[b] qui ad hauriendum vinum venerat hoc mirabile factum, *obstupuit[c], et pauxillum cum cantro, quod manu tenebat, in terram proiecit, cursuque rapidissimo ad dominum suum narraturus que facta fuerant advenit. Statimque examen muscarum cum illo veniens dominum aggreditur et tanto[d] nisu ipsum morsibus et aculeis crudeliter[e] adtrectavit, ut isdem dominus conpunctus et fundum reddere et de commisso veniam petere cogeretur. Restituto siquidem monachis fundo et venia obtenta, illa muscarum multitudo a viri vexatione cessavit; et ita vinea illa usque ad hoc tempus a Deodatensibus possideri dinoscitur. Et ne lectorem fastidire videamur, ad alias stilum reducamus.

Cap. 10. De monasterio Bodonis episcopi Tullensis.

Elapso etenim modico tempore postquam vir beatissimus ille Deodatus in hanc subintravit Vosagum, erat vir eque sanctissimus Bodo nomine, Tullensis episcopus, qui Dei ductus zelo in quodam predio suo, quod eius nomine Bodonis-monasterium appellatur, adunato non modico conventu sanctimonialium, claustrum ibidem statuit[1], et eidem monasterio pluribus collatis redditibus, ordo sanctimonialium multo tempore ibidem perduravit. Sed postmodum a quodam successore suo Berthodo Tullense episcopo[2] idem monasterium deletum est, et in superiori loco, qui modo Sancti Salvatoris dicitur, pro illo ipse episcopus a fundamentis edificavit et ibidem monachos sub norma beati Benedicti abbatis instituit[3]. Qui postea inde expulsi, ordinis sancti Augustini canonici, sicut usque nunc ibidem permanent, sunt intronizati. Enimvero, quia, antequam *ad propositum redeam, cuiusdam adhuc sancti et admirandi viri mentionem, quia in hoc vicino nostro olym resedit, huic libello nostro specialiter adnotare desidero, huius inspectores operis, ne ob hoc irascantur, postulo; quia et eius vita et actus tanto sunt ad legendum delectabiliora, quanto sunt et mirabiliora.

Cap. 11. Vita sancti Hildulfi Treverensis archiepiscopi.

In[4] Bawariorum igitur territorio, in[f] civitate que Regnesporch dicitur duo viri fratres extiterunt, ex nobilibus illius terre genitoribus procreati. Quorum unus Erardus, alter vero Hildulfus vocabatur. Hi etenim fratres litteris liberalibus traditi, se ita clericali ministerio manciparunt, ut, meritis propriis exigentibus, unus eorum, domnus scilicet Erardus, supradicte civitatis Regnesporch sublimaretur episcopus; Hildulfus vero ad archiepiscopatum Treverorum potius est tractus quam electus. Et ita utrique fratres adeo sibi sunt vinculo carnis et gregibus sibi commissis caritate astricti, ut non mercennarios, sed veros sibi ecclesia catholica gauderet adquisivisse pastores. Enimvero cum vir Deo dignus Hildulfus aliquamdiu archiepiscopatui Trevirorum feliciter deservisset, audiens, quod tot et tanti viri de tam remotis partibus ad hanc nostram Vosagum ad serviendum Deo devenissent, non sui tardus provisor effectus, ne suorum compresbiterorum merito in ipsa commorantium fraudaretur, relictis omnibus, vult cum beatis Christi pauperibus pro terrenis celestia commutare.

Cap. 12. Adventus sancti Hildulfi ad Medianum-monasterium.

Inito itaque cuiusdam viri venerabilis Iacob nomine, suffraganei sui Tullensis episcopi, consilio[g], *quo in loco ad serviendum Deo requiem repperire quiret, tandem ad has Vosagi nostri partes beatus ille venire decrevit. Volens igitur inter hos sanctos patres, qui in hac heremo de novo convenerant, habitare, quia ipsorum familiaritatem diu desideraverat, ad locum, ubi postea monasterium quod Medianum-monasterium dicitur erexit[h], applicuit. Sed quia ibidem habitandi spacium non invenit, quia confinia huius nostre Senoniensis ecclesie et monasterii Stivagiensis ibidem iungebantur[i], impetrata ab utraque ecclesia aliquanta terre portione, ibidem habitare decrevit. Et quia de nomine loci, qui antea nomen non habebat, anxius erat, considerata loci positione, quia ab oriente Senoniense monasterium, ab occidente

a) ginnebat *c.* b) his *corr.* is *c.* c) obstipuit *c.* d) o *e corr.* 2. e) r *e corr.* 1. f) in *c. add.* 2. g) *in ras.* 2. h) et *rec. man. add. c.* i) iungebatur *c.*?

1) Bon-moutier. Cf. Gesta epp. Tull. c. 22, SS. VIII, p. 636. 2) Qui sedit a. 995 (996?) — 1019. 3) Cf. Gesta c. 36, l. l. p. 642, ubi Bodonis monasterium et hoc Sancti Salvatoris distinguuntur; et ita noster infra II, 16. 4) Cap. 11—15. ex quadam Hildulfi Vita hausta, cum nulla tamen impressa conveniunt, sed earum narrationem valde amplificant, quod quin a Richero factum sit, vix dubito.

Stivagium, a meridie Iuncturas, que nunc Sanctus Deodatus vocatur, a septentrione autem Bodonis-monasterium habebat, illum sue habitationis locum quasi medium[a] Medianum-monasterium appellavit, quod nomen usque hodie perdurat. Videns igitur beatus Hildulfus, ob religionis gratiam multos ad se confluere, monasterium et officinas monachis[b] habiles in ipso loco edificare studuit. Multitudine equidem 5 magna tam clericorum quam laicorum ad se adunata, qui tot in tam arto loco simul habitare nequibant, statuit in circumadiacentibus locellis cellas construere, in quibus illa fratrum multitudo sub beati Benedicti regula habitare deberent. Destinavit siquidem apud Septem-abietes[1] quosdam, alios ad Sanctum Iohannem[2] et alios apud Horbacum[3], alios autem apud Sanctum Preiectum, *alios apud Visivallem[4], *f. 10 quosdam vero ad Altam-petram[5], que monasterio preminet; alios enim ad quendam locum in summitate 10 montis, qui Roberti-fons dicitur, degere decrevit.

Cap. 13. De Begonis-cella et 300 monachis et obitu sancti Spinuli.

Denique ad locum qui Begonis-cella, nunc vero Sanctus Blasius dicitur, beatum Spinulum, adhibitis secum quibusdam fratribus, conversari precepit. Locum vero illum cum nemoribus et montem qui Fulconis-rupis appellatur cum multo terre spacio adiacente Beggo[c] vir nobilis et locuplex beato viro Hil-15 dulfo ad monasterium suum ampliandum paulo ante contulerat. Fratres quoque qui in supradictis locis habitabant tunc estimabantur numero quasi trecenti sub regimine sancti Hildulfi archiepiscopi et abbatis constituti. Devoluto igitur non multo tempore, beatus Spinulus, cuius superius meminimus, milicie sue donativum recepturus, celo spiritum reddidit. Quod cum Dei servus Hildulfus angelo adnuntiante comperisset, ad cellam ubi vir Domini iacebat properavit[d]. Composito igitur sancti viri corpore in feretro, cru-20 cibus previis et cereis ardentibus, cum ymnis et canticis spiritualibus glebam sancti ad monasterium reportare parabant. Aggredientibus vero illis iter, subito tanta pluvie inundatio et ventorum immensitas exorta est et tempestas, ut non solum minutas arbores, sed etiam grandes quercus et excelsas abietes radicitus evellendo terre prosterneret. Et cum tantus esset seviens turbo et tribulatio abhorrenda, nec portitores sancti sunt lesi nec luminaria cereorum extincta; sed usque ad monasterium corpus sancti ita 25 miraculose detulerunt. *Sed ut[e] omnipotens Deus omnibus innotesceret, qualem isdem sanctus pater et *f. 10' quam religiose instructum famulum ad celos destinasset, ista miranda voluit sancto demonstrare. Cuius exequias rite peragentes, in oratorio beati Gregorii, quod ipse beatus vir Hildulfus cum cimiterio suo edificaverat et consecraverat, in tumulo lapideo illa sancta membra collocaverunt. Et ut divina maiestas dilecti sui Spinuli merita lucidius declararet, tanta ad ipsius tumulum mirabilia ostendere dignata est, ut 30 nulli credenti ad ipsius auxilium reportandum venienti munus sanitatis foret denegatum.

Cap. 14. De miraculis sancti Spinuli et aqua salsa inventa.

His itaque se ita habentibus, ad augmentum glorie sancti tres salinarii fontes in orto penes monasterium sunt inventi. Fama igitur miraculorum et salinarum longe lateque divulgata tantam populi multitudinem ad ipsum locum deduxit, ut locus affluenciam gencium minime capere potuisset. Unde vir ille 35 sanctus Hildulfus[f] sue inquietacionis molestiam, quam ab advenientibus[g] sustinebat, ferre non valebat, licet monasterio suo pro virtutibus sancti et salinarum questu aliquid[c] emolumenti conferri ab illa gente videretur. Vir igitur beatissimus Hildulfus[f], qui pro diviciis mundi acquirendis paupertatis onus sibi non assumpserat, videns se et suos a proposito suo non modicum affluencia[c] populi deviare, auxilium divinum super hoc duxit requirendum. Ecclesiam tandem beati Gregorii, baculo artus sustentante, ut iam 40 erat vigiliis et oracionibus et ieiuniis satis attenuatus, lento gradu pervenit. Doloremque se premencium populorum corde concipiens, cum[c] ad sepulcrum dilecti sui Spinuli pervenisset, oracioni incubuit, et quasi vivo loqueretur, sic ait: 'Gratias agimus Deo Salvatori, o frater Spinule, quod miraculis fidem facientibus te divine magestati astare certissime[h] credimus, et iam naufragia presentis seculi[i] evasisse, te celesti gloria potiri, gaudemus. Sed si frequentia populorum, quam Deus per te huc confluere fecit, aliquandiu 45 pressi fuerimus, non modicum a via regia, que ducit ad vitam, nos declinare videbis. Unde te in illa obediencia, quam dum viveres nobis intediabiliter *exibere[k] solebas, amonemus et exortamur[l] in Domino, *f. 11. ut affluentem et omnium bonorum largitorem Deum pro nobis interpellas, ut, repressa inquietudine gencium et presentis vite fluctuacionibus amotis, cursum celestis vite expedito gressu nobis liceat peragrare'. Videres mortuum quasi viveret magistro iubenti obedire[m]: cessantibus signis miraculorum, aquis salsis in 50 dulcedinem redeuntibus, affluencia repressa populorum, vir sanctus et fratres sui sine tumultus molestia Deo deinde servierunt. Videns vero Deus famulum suum sibi toto corde et non mundo inherere, quia parvum et instabilem questum tam leviter abiecerat, maiora pro minoribus statim ei restituere dignatus est. Nam predia multa in Alsacie partibus necnon in Lotoringia[n] a potentibus et primatibus terre et alia quam plurima a diversis fidelibus, Deo operante, sunt collata, que omnibus supradictis trecentis fra-55 tribus ad victum sufficere possent. Sed postmodum, ut postea referemus, pars maxima a mensa monachorum peccatis[o] exigentibus per quendam nobilem extitit excisa.

a) *post del.* c. b) s h e *corr.* 2. c) *in ras.* 1. d) op. *corr.* prop. 2. e) *post add.* 1. f) *post add.* 2. g) aven. *corr.* adv. c. h) *bis scriptum erat.* i) iam *del.* c. k) exhere *corr.* exibere c. l) exotamur c. m) obbedire c. n) Lothringia *corr.* Lotor. 2. o) corum *rec. man. add.* c.

60 1) Le Ban de Sap. CALM. 2) St. Iean d'Ormont? 3) Urbache. 4) Locus iam destructus prope Raon L'Etape. C. 5) Haute-pierre.

Cap. 15. De adventu sancti[a] Erardi episcopi, et de[a] sancta Odilia.

Cum igitur vir beatus Hildulfus in hac erumpnosa peregrinacione debilem[b] duceret vitam, et fama sue conversacionis longe lateque diffunderetur, cognovit vir sanctus Erardus episcopus, eius germanus, ipsum in hac Vosagi solitudine peregrinari. Qui quantocius iter arripiens, ad partes istas, ut fratrem, quem videre desiderabat, inveniret, accessit. Quem diu quesitum in monasterio, quod iam edificarat, invenit. Qui eum cum ingenti gaudio suscipiens, vitam pluribus diebus duxere celestem. Cum vero hec ita se haberent, contigit, cuiusdam viri nobilis filiam cecam natam ad monasterium dictum deportari[1]. Quam pater eius Ethico nomine, quia ceca nata erat, necari preceperat. Quod cum mater puelle comperisset, per quandam aniculam, que eidem matri familiaris erat, eam[c] exulari maluit potius quam occidi. Comperto vero, quod talium parentum proles erat nec adhuc baptismate regenerata erat, illi duo sancti fratres et episcopi Hildulfus et Erardus eam in nomine Trinitatis *babtizantes, mente et corpore illuminatam de sacro fonte levaverunt et eam Odiliam apellaverunt. Que cum ad annos pervenisset discretionis, frater eius, qui cum patre remanserat, audiens, quod soror eius, que ceca nata fuerat[e], foret illuminata, gavisus est valde, et nunciis accersitis, sororem Odiliam ad se venire mandavit. Quod cum pater comperisset, filium ad se venire iussit, et interrogato eo, quis tantam presumpsisset perpetrare audaciam, ut cecam illam repatriare fecisset; cum filius eius se fecisse[d] spe paterne benignitatis respondisset, pater iratus baculo, quem forte tunc manu tenebat, iuvenem percuciens, et filium trucidavit et hereditatis sue successorem amisit. Videns autem idem vir nobilis se suo orbatum herede, admodum indoluit, ac deinde filiam suam Odiliam, quam ante spreverat, intimo dilexit amore, ita ut postmodum in castro patris quod[e] Hoemborc appellatur claustrum sanctimonialium ordinis sancti Augustini[2] ipsa beata Odilia auxilio et voluntate patris instrueret et proprio ditaret patrimonio. Beata igitur Odilia cum ad se videret populorum turbas[f] adventare, in subdita valle castro domum hospitalem ad supervenientes recipiendos construxit. Sed ipsa hospitalis domus postea ita est aumentata, ut opulentissimum claustrum fieret monialium[3] nec superiori claustro in ullo[g] haberetur subiectum. Sed hec de beata Odilia dicta sufficiant, et ad nostrum Hildulfum revertamur.

Cap. 16. De[h] obitu sanctorum Deodati[h] et Hildulfi.

Beatus igitur Hildulfus cum adhuc Deo donante se sibique commissos strenue gubernaret, contigit, beatum Deodatum ab hac vita migrare ad Dominum. Qui ab ipso sancto[f] Deodato per visum, ut sui monasterii curam gereret, est[e] ammonitus. Quod beatus Hildulfus 28 annis strenue[i] gubernavit et multis redditibus ampliavit. His denique ita feliciter peractis, Dominus carum suum Hildulfum pro suorum meritorum exercitacione remunerare volens, noluit eum diucius huius corporis sarcina detineri, ipsum febre quadam examinatum ad se transvexit. Cuius sacra menbra fratres in oratorio *supradicto a tergo altaris sancti Gregorii in tumba lapidea cum summo honore sepelierunt. Unde postea levate sunt reliquie ipsius et translate in monasterio suo, quod ipse de novo exstruxerat, sicut adhuc ibidem reservantur in scrinio argenteo recondite.

Cap. 17. Quod Medianum-monasterium fuit imperiale.

Enimvero defuncto, ut supra dictum est, gloriosissimo Hildulfo archiepiscopo, alii adque alii ad illius ecclesie regimen successerunt[k]. Qui, prout potuerunt, Deo adiutorium prestante, ipsum monasterium gubernaverunt. Sed quia idem monasterium, sicut et alia circumiacentia, imperio Romano subiacebant et in expedicione imperatoris armatorum cuneos de iure mittere solebant, preliis crebrius innovantibus, ecclesie miserabiliter[l] obprimebantur. Unde contigit, abbatem istius monasterii claustri Medii-monasterii constangiis[4] dictorum armatorum ita attritum, ut ab imperatore ammonitus armatos in redam principis mittere nequiret. Quidam vero dux, qui tunc temporis Lotharingie preerat, ad ipsum imperatorem in armis venerat; qui ab ipso imperatore requisitus, cur abbas Mediani-monasterii armatos non transmiserat, et dux se nescire respondisset, imperator interrogavit ducem, si vellet abbatis vices agere; quo respondente, quia vellet, princeps eius ducis iurisdicioni monasterium Medianense, quod ante imperiale erat, tradere non distulit. Quod factum illi monasterio magne desolationis extitit occasio. Nam duce ipso ad patriam revertente, dominio ducis, quod ante non fuerat, monasterium illud submittitur, res monasterii dissipantur, fratres molestantur, tandem a mensa monachorum mille quingenti[m] et undecim mansi dirimuntur et ducis Lothoringie ditioni[n] subduntur[5]. Quid fieret de monachis, qui fame et inedia la-

a) *absc. c.* b) delibem *c.* c) *post add.* 1. d) *post add.* 2. e) od *e corr. c.* f) *add.* 2. g) nullo *corr.* ullo *c.* h) De, Deo *absc. c.* i) *corr.* strennue 2. k) *in ras.* 1. l) meser. *corr.* miser. *c.* m) mansi *del. c.* n) dictioni *corr.* ditioni *c.*

1) Cf. Vitam sanctae Odiliae, Mabillon, Acta III, 2, p. 455 sqq. Sed ne hanc quidem ad verbum sequitur. 2) De suo tempore cogitavit auctor. 3) Niedermünster dictum. GRAND. 4) i. q. costagiis, constagiis = expensis, v. Ducang II, p. 729. 5) V. librum de sancti Hildulfi successoribus c. 5, SS. IV, p. 89, ubi haec iam in Lotharii tempore saec. IX. collocantur.

borant? Dimittunt cellas, alias victum queritando vagantur, ita ut deni vel duodeni in loco principali vix sustentari queant. Quapropter ipsa abbacia usque nunc et divino officio et sustentacione fratrum inremediabiliter est fraudata, sicut hodie in ipsius statu inveniri potest.

Cap. 18. De dissidio[a] ecclesie Medii-monasterii et dissolutione monachorum. [*f. 11'.]

Fratribus igitur cellarum ita locis suis eliminatis, his quoque qui in abbacia remanserant suis redditibus destitutis, ceperunt a semita[b] recta retrahere pedem; abbates vero segniores effecti, de grege Domini non curantes, secundum prophetam quod crassum erat [Ezech. 34,3.] assumebant et quod macrum erat abiciebant. Monachos nempe, qui sibi, non Christo vivere volebant, diligebant, alios spernebant. Videntes igitur monachi cuncta sibi pro voluntate sua licere, licet non expedire, ad precipicia queque pocius quam ad bona ceperunt esse proniores. Recipientes namque se singuli in tuguriis suis, vitam pro velle ducebant. Ad cumulum siquidem sue dissolucionis, sui obliti propositi, solo sibi habitu reservato monachili, diversis se flagiciis submittebant. Inter cetera vero que pudibunda sunt referre in festivitatibus precipuis sanctorum, in quibus se ad divinum officium preparare debuerant, actu[c] sinistro se ad mortem preparabant. Adunatis nempe secum laicis iuvenibus, ad rupem Alte-petre, que monasterio preminet, relicto tantummodo solo vetulo cum puerulo uno, qui forte ad ludibrium illud perpetrandum minus apti erant, in claustro dimissis, armati non loricis fidei ad pugnam veniebant. Et se ita parcientes, alii rupem ascendebant et eam prout poterant muniebant, alii balistas, fundas et machinas ad eos qui in rupe erant debellandos instituebant. Isti impugnabant, illi repugnabant. Isti fundis insistebant, superiores istos lapidibus obruebant[d]. Isti illos balistis sagittabant, illi istos fudibus[e, 1] acutis confodiebant. Isti ita efficaciter insistebant, ut putares eos non pauca aquisituros. Illi desuper tam affectuose [se[f]] deffendebant, quasi pro vita salvanda laborarent. Ita diem illam sollempnem bellando deducebant. Hora igitur prandii superveniente, inter se treugas dabant, et de monte non cum Ihesu descendentes, de pugna illa inter se[g] tractantes[h], alius vulnus teli se habere dicebat, alius vero capud fractum vel alia membra conlisa ostendebant. Et sic ad claustrum revertentes, ad mensam cum magna exultacione *accubabant, et ibi sui conflictus [*f. 13.] et sue audacie, immo stulticie, non divinam lectionem recitabant. Surgentes deinde a mensa, rapido cursu ad sue dampnacionis iocum revertebantur, et in impugnando et repugnando tota decurrebat dies. Ita in sollempnitatibus sacris sue professionis officia persolvebant. Talibus impliciti ministeriis, peiora peioribus copulabant. Horis namque ad hoc competentibus consideratis, bini vel terni ad domos vel ad rura rusticorum veniebant armati[i], et quicquid reperire poterant, ipsos captivantes rusticos, usque quo se redimerent, auferebant et tali questu se suosque complices sustentabant.

Cap. 19. De monacho qui in ecclesia post completorium se recenabat.

His ita se habentibus, fuit quidam in ipso monasterio monachus, qui sacriste officio fungebatur ibidem. Cui mos inerat, ut nullam noctem preterire sineret qua non se recenaret. Clauso enim monasterio, cum solo clericello, qui secum societatis causa infra ecclesiam iacebat, ea que sibi preparaverat ea hora manducabat. Cum quadam nocte cum clericello suo iurgans ipsum a se expulisset nec sibi que manducaret preparasset, tamen, ne suam perderet consuetudinem, panem et caseum se habere cogitans, lampades reficiendo, assumpto pane et caseo cepit manducare. Veniens vero ante altare sancte Crucis, quod tunc in medio ecclesie habebatur, ita comedendo, apparuit ei mire magnitudinis diabolus. Qui eum per capucium apprehendens, digitum ventri Crucifixi, quod mirabile est dictu, qui desuper altari in trabe consitus erat, apponens, ita monachum alloquitur: 'Abesne', inquit, 'tantum panis ordeacei, quo possis hunc famelicum ventrem saturare'? Monachus vero tam horribili visione perterritus, quasi sensu alienatus, nichil respondit. Ille igitur videns monachum nil velle dicere, pavimento eum allisit, terit pede, verberat, tundit, adque per totam ecclesiam ipsum distrahens, sanguine totum fedavit pavimentum. Monachus quoque ecclesiam ipsam clamoribus replens, fratres qui *dormitum ierant excitavit. Qui concito[k] cursu [*f. 13'] surgentes accurrunt, fores monasterii infringunt, monachum huc illuc[g] queritant, nec inveniunt. Vestigia sanguinis repperiunt, que sequentes usque ad[l] ascensum turris perveniunt, scalam et gradus cruore monachi infectos aspiciunt. Qui turrim ascendentes[m], ipsum in trabe qua campane dependebant iacentem repperiunt. Quem semivivum deponentes, ad infirmariam eum deportaverunt. Monachus vero duobus

a) dicidio *c.* b) mita *post add.* 2. c) *in ras.* 1. d) orrueb. *corr.* obr. 2. e) *manu rec. corr.* fondibus *c.* f) *manu rec. add. c.* g) *add.* 2. h) *e corr. c.* i) arm *e corr.* 1. k) cocito sugentes *corr.* concito cursu surgentes 2. l) a *rec. manu corr.* ad *c.* m) tes *add.* 2.

1) Quid sit, nescio.

supervivens diebus, quantum poterat fratribus ex ordine que ei acciderant cunta exposuit, et ita mortuus appositus est ad fratres suos.

Cap. 20. De monacho qui equum suum de ferro fenestrarum monasterii ferrabat.

Sed quia plura in gestis ipsius monasterii scripta repperi, non omnia, sed pauca de multis huic libello ad edificacionem legencium adnotavi[a]. De quibus aliqua mirabiliora auditu relacione[b] digna recitare studebo. Alter quoque monachus, qui nutriendorum caballorum cure[b*] multum insistebat, quando ad ferrandum equum suum ei non suppetebat facultas, de fenestris vel hostiis ferramenta evellebat et ex his equum suum ferrare[c] non dubitabat. Super quo cum nemo eum avertere quiret, cum quadam die cum equum suum sacrilegio dicto bene ferratum, ut ambulare doceret, ascendisset, eum quasi agnum mitissimum ubi volebat circumducebat. Sed cum aliquantulum per campos debambulasset[d], subito[e] equus ille in tantam versus est rabiem, ut sessor ipsius in dorso equi detineri non valeret[f], set eum a tergo excutiens, ipsum monachum toto corpore elisum ad terram proiecit, adque huc et illuc discurrens, hinniendo et naribus stertendo ad suum nutritorem forte reversus, ubi eum abiecerat, iacentem[g] repperit. Quem dentibus frendens pedibus conculcavit[h], dente momordit, iterum adque iterum ad ipsum revertens eum ita contrivit, ut fere eum morti tradidisse diceretur. Quod cum a fratribus monasterii compertum fuisset, accurrerunt, eum inde levaverunt, et ad monasterium eum reportantes, paucis supervixit diebus, et ita *sue incorrigibilitatis penas recepit. (f. 14.)

Cap 21. De visione monachi Senoniensis.

Cum igitur ipsum monasterium talibus deturparetur possessoribus, qui talibus, immo vilioribus insistebant accionibus, Dominus, qui est conspector seculorum, volens eos ab errore vie sue[b] misericorditer avertere[i], satis miti et salubri ammonicione sub hac forma premonuit. Quidam enim monachus huius nostre ecclesie Senoniensis vidit se in somnis ante fores monasterii Medianensis, que ducunt ad claustrum, stare, et ex monasterio ipso quendam virum facie decorum, canicie decoratum, infula epischopali redimitum, virgam pastoralem in manu portantem atque universas officinas cum suspiriis ingentibus et dolore cordis circumeuntem; et ex omnibus exeundo uberrimas plangendo emittebat lacrimas. Tandem ad cameram abbatis veniens, manibus complosis, pectus tundendo, plus solito uberiores effundens lacrimas, talia in verba prorupit: 'Deus meus, pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem venti'! (Ps. 82, 14.) Et ista sepe repetendo, nusquam comparuit. Quod cum ab ipso monacho, cui hec revelata fuerant, abbas ille et monachi loci comperissent, visioni false ascripserunt. Sed postea exitus rei[b] factum cumprobavit. Imprecacio namque sancti tam celeriter est subsecuta, ut unus post alium mori inciperent, incipientes a senioribus usque ad minorem, ut nullus ex ipsa multitudine, sicut de Egiptiis legitur[k] in mari rubro mersis, excepto abbate solo, superesse videretur. Quod abbas videns, non Dei iudicio, sed casu hoc advenisse, arbitratus est. Circuiens vero civitates, quoscumque invenire potuit qui volebant monachari, secum aduxit, et eos tonsoratos non corde, sed habitu tantum monachavit; et talibus piratis locus ille redimitus non diu est gavisus. Nam sicut alii unus post alium vitam finientes, omnes in modico tempore sunt decucullati; et ita male adunati male dispersi sunt. Abbas vero fuga lapsus ad Alsaciam, unde natus fuerat, repedavit. Et ita monasterium[l] ipsum abbate et monachis diu caruit. Nec aliquando divina ibi agebantur, excepto quod ibidem presbiter ville adiacentis aliquando missam gratis celebrabat, donec a quibusdam monachis Gorziensibus, *ut credo ad hoc a Deo missis, ordo monachorum et officia divina ibi sunt restituta[1]. (f. 14'.)

Cap. 22. De obsesso a peritissimo demone et sanato.

Enimvero quia de miserabilibus[m] eiusdem loci habitatoribus miserabilique conversacione aliqua explicavi, ne michi ad odium imputetur, cum sciant, me[b] ipsum locum sicut me ipsum dilexisse, volentibus audire, de aliis tacendo, miracula que ibi per merita semper reminiscendi Hildulfi omnipotens Deus dignatus est operari, pauca de multis recitaturus, agrediar. Beatissimo igitur patrono nostro Hildulfo adhuc vitam presentem agente, ut erat corpore providus et spiritu, nec que sua erant querens, sed que Iesu Christi, cunta que intra claustrum erant discrete

a) an. *corr.* adn. 2. b) *add.* 2. b*) cura *c.* c) ferare *corr.* ferrare 2. d) hambu *e corr.* 1. e) subbito *corr.* subito *c.* f) v. se (*post corr.* set) e. *in ras.* 1. g) iacetem *corr.* iacentem 2. h) coc. *c.* i) avetere *c.* k) l. exc. *in ras.;* in m. r. *in marg. c.* l) nas *post add.* 2. m) bus *add.* 2.

1) Saec. X. ab abbate Ainaldo Medianum-monasterium restitutum esse, narratur l. l. c. 7, p. 89.

moderans et que exterius cum moderacione disponens, ut Deum offendere timeret et a fratribus sibi commissis[a] plus amari quam timeri affectaret; ordinatis siquidem interius claustri omnia religiose, decrevit domum hospitum, ne fratres a supervenientibus molestarentur, ad portam monasterii edificare, et iuxta illam capellam, in qua hospites ad divina audienda convenirent, in honore beati Iohannis baptiste erexit, quam et nomini eius consecravit. Ad gloriam igitur et honorem Dei omnipotentis et dilectorum suorum magni sui vatis Iohannis et beati Hildulfi archipresulis, ut opinor, tot et tantis amirandis miraculis Deus deorum dignatus est illustrare ecclesiam, ut quocquod[b] energumini, quocquod[b] demoniaci ad ipsum oratorium delati fuissent, statim, a quocumque spiritu vexabantur, liberabantur. Habebatur quippe in ipso oratorio dolium aqua exorcizata plenum, ut energumini et alii a demoniis obsessi in ipso mersi sanarentur; quod et ita fiebat. Cum vero hec ita agerentur, contigit, quendam rusticum a valle Sancti Deodati illuc aventasse, qui a tam potentissimo demone obsessus erat, ut[c] vix catenis[d] ferreis astrictus teneri posset. Qui etiam tante erat sciencie, ut se omnium linguarum iactaret habere noticiam; artium quoque liberalium omnium *eruditus erat prudencia. Omnium denique actuum preteritorum et cogitacionum simultates omnium ad se veniencium evidentissime referebat. Officio misse et aliarum orarum intererat[e] et cum cantantibus cantabat et cum psallentibus psallebat, nec crucem nec crucifixum vitabat. Hic talis ad oratorium dictum aductus, in dolio ipso mersus; quare et circumstantibus insultabat. Monachus vero quidam, qui ad officium energuminorum deputatus erat, audiens quod idem demon secretos actus hominum revelaret, timuit ad illum venire; sed adiens quendam seniorem, omnia quecumque fecerat illi confessus est. Et ita ad demoniacum reversus, ita eum alloquitur: 'O tu mendacissime hominum deceptor, qui tuis mendacissimis assercionibus te dicis scire hominum cogitaciones et actus, dic ea que de me cognoscis'. At ille attonitus, demisso vultu in terram, cogitabat quid diceret. Tandem in hec verba prorupit: 'Nudiustertius rem grandem fecisti, que modo lapsa est a memoria mea'. Quod cum ille responsa demonis audisset, animatus pro confessione, cepit super capud illius sanctum euvangelium Iohannis recitare. Cui ille indignatus dixit: 'Idiota, tace, nonne scis, me melius scire hoc euvangelium? Scias[f], illud plane me scire et eius misterium, nec per ipsum ab isto hospicio me expellere poteris; vade, et tibi quere aliud quod tibi melius placuerit'. Quo audito, monachus ad ecclesiam quantocius[g] properavit, et ibi accepto scrinio, in quo sanctorum plurimorum reliquie[h] erant recondite, ad demoniacum quantocius cum scrinio ipso repedavit. Appropinquante vero illo cum reliquiis, demon cepit clamare: 'Tolle, tolle inimicos meos'! Qui accedens, scrinium cum reliquiis posuit super capud eius. At ille clamans dixit: 'O me infelicem! quantum lapidum acervum super capud meum adunasti! Tolle, queso, a me ista, quia valde crucior'. Quod cum monachus audiret, gavisus est valde, *et tunc cepit eum arcius adiurare. At ille acrius clamabat: 'Tolle, tolle, tolle inimicos[i] meos'! Ille vero interrogans eum, qui essent inimici sui, ait: 'Stephanus et Laurentius[k]; unum lapidavi, alterum assavi; et iam meritis ipsorum oportet[l] me hinc exire'. Et hec dicendo prosiliit ex ore ipsius quasi scarabeus et cecidit in terram et lento gressu, videntibus cunctis, pervenit ad ostium[m] ecclesie, et ita volatu se elevans, miscuit se ventis. Cumque ille interrogatus, utrum aliquid sciret aut non, asseruit, se nichil penitus scire nisi solam maternam linguam, quam a puericia didicerat[n]. Ego vero in ipso scrinio vidi cum pluribus aliis ipsorum martirum reliquias, scilicet de saxo quo lapidatus est sanctus[h] Stephanus et carbones sanguine sancti[h] Laurentii linitos et dalmaticam sancti Leodegarii. Plures etiam utriusque sexus senes et iuvenes, alii canabinis funibus ligati, alii vinculis ferreis astricti, ad locum ipsum ab amicis et vicinis aducebantur, qui statim in dicto dolio mersi curabantur. Et ita Dominus merita servorum suorum mirabiliter declarando nos ad ipsius timorem et amorem cottidie invitat[o].

*f. 15. *f. 15'.

Cap. 23. De miraculo tempestatis a sancto Hildulfo[p] repulse.

Adhuc huius sancti patris nostri Hildulfi facta me scribere[q] delectat, ut ea lecta vel recitata hominibus glorificent Deum patrem, qui in celis est, qui dedit potestatem talem hominibus. Una dierum cum anno revoluto[r] sollempnitas beati Hildulfi evenisset, et fratres Medianimonasterii solito celebrius, ut decebat, festivitati inhererent, contigit, quasi hora tercia magnam imminere tempestatem. Adunata igitur a quatuor ventis crassitudine nubium, coruscationum et tonitruum horribilitatem gestancium, ita ad ima aer dependebat, ut putares, celum cum nubibus super locum illum et totis adiacentibus locis velle fulminare cadendo. Apparebat enim tanta in nubibus horribilis cum turbinum apparatu nigredo, ut aspicientibus multum incuteret timorem. Cumque tale[s] ac tantum immineret exicium, fratres exterriti ad altare cucurrerunt; alii[t] cruces, alii reliquias sanctorum, alii corporalia[u] sancta efferebant, alii *campanas sonabant, atque alii Deum invocabant. Et quanto plus fratres huic officio instabant, tanto plus illa nubium adunacio cladem minabatur. Quare cum monachi viderent, contra hanc molestiam precum instanciam nichil proficere, ad solitum patroni sui refugium confugerunt. Composito quidem feretro, in quo sanctum eius corpus habebatur, altisonis vocibus ipsum inclamantes, expectaverunt. Videres vero in exportacione sanctorum artuum totam illam comminantem nubium molestiam quasi intelligibilem creaturam sui Creatoris famulo cedere imperanti. Solutis nempe illis nubium horribilium adunacionibus,

*f. 16.

a) comissis *corr.* commissis 2. b) *ita saepius c.* c) *post add.* 1. d) *corr.* cathenis 2. e) in | erat *c.* f) me *del.* 1. g) quantius *corr.* quantotius 2. h) *add.* 2. i) inicos *corr.* inimicos 2. k) Lauretius *c.* l) opportet *c.* m) ost. *corr.* host. 1. n) didiscerat *c.* o) invitabat *corr.* invitat 2. p) Hidulfo *c.* q) s. d. *in ras.* 1. r) cum *del.* 1. s) talem ac tantam *corr.* tale ac tantum 1. t) allii *corr.* alii *c.* u) ra *e corr.* 1.

tota illa massa sese in quatuor dedit partes. Et ita retrocedens, quod factura erat ad tempus repressit, et aeris serenitate reddita, fratres cum ingenti gaudio, quasi prelii triumphatores, reliquias patris Hildulfi[a] venerandi ad locum suum reportaverunt, et ita cum summa devocione et cantu missam incoaverunt maiorem. Necdum ipsam finierant, cum subito, quasi insidiatores ab insidiis erumpentes viatores depredari desiderant, ita illa, quam prediximus, vastacionis obpressio a locis in quibus se prius in exportacione sancti occultaverat exiliens, cum inevitabilibus ventorum collisionibus, fulgurum coruscationibus et magnorum tonitruum mugitibus, revertendo super faciem illius loci multo truculencius quam antea accumulavit et ad solum omnia equaturam minabatur. Accurrunt, periculum fratres[b] vident, mirantur, expavescunt, ad securum sibi auxilium recurrunt: glebam sancti cum crucibus et turibulis contra aerias potestates pugnaturam exportant. Quid plura? Adventus famuli Dei sicut prius, sancta eius anima in celis Deo rogante, illam periculosam in quatuor iterum divisit partes, nec mora redditur serenitas; monachi et tota plebs, que ad diem festum convenerat[c], pro tam evidenti miraculo exultant, Deum totis nisibus laudant, corpus sancti cum summa veneracione reportant. Nec mora, locatis reliquiis viri Dei, *tanto labore attriti et pavore, ad mensam tam sero pransuri conveniunt, et inter prandendum de ipso turbine et clade ita inrumpente habetur sermo. Sed nundum a mensa surrexerant, cum tonitruum fragor auditur, ventorum impulsio immittitur[d], fulgurum coruscationes sagitantur, grandinum calculi tectis illiduntur. Quid agere possent monachi? Tam subita illa supervenerat calamitas, ut iam desperati a loco moveri nequirent. Coacti vero tanta turbinis inpulsione, immo quia sibi mortem credebant imminere[b], surgunt[b] a prandio[e]; tota acclamat populi multitudo, ut ille promptus adiutor exportetur; curritur quantocius; ille se leviorem portitoribus prebet; tercium, immo continuum initurus bellum, adest; pugnat; interventu, iussu expugnat. Statim ventus silent, tonitrua obmutescunt, fulgurum sagitte reprimuntur, grando casus suos in altum suspendit, nubium densitas clarescit, et aeris celique tranquillitas adeo emicuit, ut crederes, in tota illa die vel nocte sequenti nec unam pluvie guttam fore casuram. Enimvero quia eadem dicta tempestas nunc recedendo, nunc subito revertendo tociens ipsos terruerat fratres, arbitrati sunt, loculum sancti cum custodibus custodem dimittere, ne illa[e*] nequam impulsio sub noctis silencio loco damna valeret inferre. Ita igitur cuntis dispositis, horas vespertinas perficiunt; dies ad suum finem devenit. Igitur nocte incipiente lassi fratres ad lectulos pausaturi veniunt. Videns vero ille tempestatum ductor, se pro presentia sancti, sui videlicet impugnatoris, nil sue male voluntatis adimplere posse[a], voluit tamen, quid facere, si licuisset, volebat, demonstrare. Nocte vero eadem cum se omnes sopori dedissent, tanta congeries[f] grandinis inter claustrum et domum hospitum in media curte cum summo silencio demissa est, prout scriptum reperi, ut[g] in tanto fervore solis et temporis illa grandinis massa infra quindecim dies liquari nullatenus posset; nec tamen[g] in toto confinio *illo extra ambitum claustri nec una quidem gutta pluvie vel grandinis granum illa nocte visa vel audita cecidisse.

Cap. 24. De rustico a tempestate digne conliso.

Alio quoque anno, quo etiam eius revolucio festum aduxerat, fuit quidam rusticus apud Sanctum Preiectum, qui iuntis bubus feno[g] currum oneraverat, et ad suum domicilium revertendo fenum cum curru iam prope villam minaverat, cum subito aer, qui antea satis clarus et purus apparebat, obtenebratur, tonitrua mugiunt[h], coruscaciones fulminant, atque grandinis tanta influentia inundat, ut vix rusticus ille subsistere valeret. Procella siquidem invalescente rusticus atteritur, concutitur, grandinis globis lapidatur; nichil refugii invenire poterat, nisi quod relictis plaustro et bobus se sub curru protegeret; quod et facere non distulit. Sub plaustro[i] latitare sperat; spes tollitur, quia ex inproviso ventus tam validus insufflavit, ut non tantum currum ipsum everterit, sed etiam fenum totum per lata camporum totaliter dispersit et rusticum sine tecto reliquid. Quid ultra? Vapulat rusticus[k] vento, rebus spoliatur, grandine lapidatur, inundacione[l] pluviarum suffocatur, terretur tonitruo, fulmine iaculatur et ita fere ad extrema perducitur. Illo etenim ita castigato, statim universitas illius villule supervenit, scrutantes, si illa tempestas frugibus terre in aliquo nocuisset. Cumque invenissent quod non, invenerunt illum iuxta currum iacentem semimortuum. Quem ad domum suam deportantes, iudicabant, digna pro meritis evenisse, quia Deo nec[m] honorem nec sancto suo Hildulfo incredulus inpendere cogitaverat; unde ista ei accidisse certum erat. Ita noster adiutor Hildulfus et suos novit contemptores corripere et suos protegere cultores. Considera, o peccator, si Deus omnipotens tam aspera contemptoribus[n], cultoribus vero bona queque in presenti redonare solet, quid de futuris eum facturum extimas, cum ista transitoria, illa vero sint eterna, ista ter*rena, illa celestia. Illa dico celestia promerentibus, ista vero terrena terrenis refundentur. Revertentes itaque ad nostre narracionis[o] ordinem, istius nostre ecclesie eventus suo modo prosequamur. De aliis quoque cellis et earum structoribus circumquaque erectis, prout se locus obtulerit, disseremus. At vero quia de hoc nostro fundatore Gundelberto, quantum adinvenire potuimus, disseruimus, ad posterorum suorum abbatum explicationem et ipsorum actuum publicationem calamum revocemus.

Eo etenim tempore quo ille beatus noster Gundelbertus[p], ut prediximus, ad istas

a) *add.* 2. b) *in ras.* 1. c) coven. *c.* d) imittitur *c.* e) prandi *corr.* a prandio 1. e*) ipsos illa *c.* f) cog. *corr.* cong. 2. g) *post add.* 1. h) unt *e corr. c.* i) plautro *c.* k) cus *add.* 2. l) imund. *corr.* inund. *c.* m) *post add. c.* n) m *add.* 2. o) n. o. i. *bis scripta sed semel erasa.* p) t *add.* 2.

Vosagi partes advenerat, pro[1] dissensione, que inter duos fratres reges Francorum, quorum diebus hoc nostrum monasterium est constructum, Childerici scilicet et Teoderici, habebatur, beatus Leodegarius Augustudunensis episcopus, quia nolebat electioni regum Francorum consentire[a], primo apud Luxovium claustrum, quod tunc famosissimum in toto orbe habebatur, cum Ebruino tiranno, qui antea maior domus 5 in regno Francie extiterat, per ipsum eundem Ebruinum ob invidiam est delatus. Cui idem seductor falsa se coniunxit amicicia, ut putares, te Karolum Magnum et suum Genelonem invenisse[2]. Et ita aliquanto tempore sub tali amicicia latuerunt ibidem. Restituto igitur supradicto in regno Teoderico, idem proditor Ebroinus, tonsura et habitu abiecto, item ad arma cucurrit, et assumpto sibi vi maioris domus officio, quocquod contrarios sibi invenire potuit, aut exulavit aut eos trucidavit. Inter[b] quos et beatum 10 illum episcopum Leodegarium[a] ab Luxovio abstraxit, et oculis eius evulsis, facie detruncata, dentibus labiorum tegmine denudatis ac deinde lingua radicitus abcisa, [deturpavit[a]], licet Dominus martiri suo tantam gratiam dicatur contulisse, ut post labiorum abcisionem, post lingue amputacionem verborum et loquele maiorem contulerit et[c] melius quam ante habuisset restitueret facundiam, tirannus Ebroinus post multas et innumerabiles iniurias et penas capitalem [eum[a]] fecit subire sentenciam. Cuius antea fratrem[d] 15 Garinum nomine etiam episcopum ad stipitem ligatum lapidibus obrui preceperat. Beatus vero Leodegarius, sicut in Vita sua clarius continetur, multis postea virtutibus mundo emicuit. Cuius[e] denique scapula cum brachio apud Mŏrbachum, quod adhuc monasterium imperiale habetur, postea fertur deportata fuisse.

INCIPIT LIBER II.

20 Cap. 1. De successoribus abbatibus sancti Gundelberti.

Quia igitur de beati Gondelberti successoribus vel ipsorum actibus pauca vel nulla ad scribendum invenire potui, exceptis tantum nominibus, nichil de meo addere presumpsi, ne rumorum inciperem novus actor haberi. Primum quidem abbatem, fundatoris successorem, virum moribus sanctis adornatum, domnum Magnerannum huic nostro monasterio Senoni-25 ensi dicunt prefuisse. De quo quia nichil plus inveni, nichil scribere possum. Post hunc Agericus et alii[f], Magemramnus, Bonciolus, Stephanus. Quos quidam vir prepotens et nobilis nomine Angelramnus in amministracione loci huius ita successit. Erat vir ille imperatori[g] tunc temporis ita carus, ut ipsum suum cancellarium[a] efficeret[3]. Cumque tali in aula imperatoris fungeretur officio, contigit, archiepiscopum[h] mori Metensem; que civitas 30 tunc Mediomatrica[i] dicebatur: quia in medio aliarum trium civitatum, Treverensi, Tullensi et Virdunensi, posita erat, 'in medio mater' dicta erat[4], presertim quia tunc archiepiscopatus pollebat honore. Quomodo ad ipsam dignitas[k] illa delata fuerit vel ablata, non repperi. Cumque[l] id ad aures pervenisset imperatoris, statim suum carissimum cancellarium Angelramnum[m] illi honori donari decrevit. Qui postea aliquanto superveniens tempore, feliciter 35 sibi comissum gregem[n] rexit et locum. Igitur Angelramno ita sublimato, contigit, Stephanum huius[o] loci imperialis abbatem ab hac luce migrare. Quod cum archiepiscopus Angelramnus comperisset, statim ad suum cucurrit imperatorem, et ut sue hanc[p] abbaciam subderet dicioni, postulavit. Hic enim locus ab inicio sui ab imperio dependebat. Imperator vero ipsum nolens molestare, eius peticioni assensum prebuit et[q] monasterium predictum 40 cum appendiciis Metensi episcopo, eo iure quo et *imperatores a primo tenuerant, perpe- *f. 18 tualiter concessit. Unde iste noster locus episcopis Metensibus hucusque subiectus esse dignoscitur. Enimvero quia hic locus, ut diximus, suo erat viduatus rectore, idem archiepiscopus Angelramnus et episcopatum et abbaciam [Senoniensem[a]] aliquanto gubernavit tempore. Et ita monasterium, quod prius imperiale extiterat, extunc manu episcopi [Metten-45 sis[a]] degere compellitur. Monachi vero quia a tanto honore, immo melius dicendum onere, se descendisse videbant, gravissime tulerunt. Non enim considerabant, quod, sicut et alie circumiacentes ecclesie, opressione imperiali sepius terebantur et deficiebant, tum pro armatorum cuneis in expedicione mittendo, tum quia ab inimicis imperii crudeliter vexaban-

a) *add.* 2. b) Iter *corr.* Inter 2. c) *post add.* 1. d) eius *add.* 2. e) Cuis *corr.* Cuius 2. f) allii *c.* g) im-50 peratoris *corr.* imperatori *c.* h) archi *et* mori *post add. c.* i) M. d. *in ras.* 1. k) dig *e corr.* 2. l) C. id ad a. p. *in ras. c.* m) Angelrannum *hoc loco c.* n) *in ras.* 1. o) huis *corr.* huius 2. p) hac *corr.* hanc 2. q) et — dignoscitur *erasa c.*

1) Haec ex Vita Leodegarii sive prima sive altera ab Ursino scripta (Mabillon, Acta II, p. 688 sqq.) 55 excerpta sunt. 2) Ex Turpini libro c. 21. 3) Capellanus, non cancellarius. Quae de eo narrantur, dubiae fidei sunt. 4) Ita Gesta epp. Met. praef., SS. X, p. 534.

tur, nec erat qui adiuvaret, quia et imperator multociens aberat, et ecclesie ab inimicis erui non poterant. Vano igitur dolore consumebantur: certe si ab illis temporibus ista omnia monasteria in hac parte Vosagi sita adhuc imperii essent, iam lapis super lapidem in eis non remansisset, quia sub alis adversariorum imperii passim sunt constitute; presertim cum, si que ab inimicis tolerarent, imperatorem non leviter adire poterant, nec per se illa poterant 5 emendare, quod episcopus una vel duobus diebus inventus corrigere potest. Et ita, ut opinor, vano consumebantur dolore.

Cap. 2. De translatione sancti Symeonis ad Senonias.

Archiepiscopus vero Angelramnus[a] et abbas cum videret res se ita habere, proposuit molestiam fratrum actu sagaci compescere. Voluit enim pastorem pro pastore, defensorem 10 pro defensore, patronum pro patrono conferre, sed non similes potestate. Ille ad presens, iste hic et apud Deum potest conservare et tueri. Ille adiutor temporalis, iste sempiternus. Ille corpus tantum, iste corpus et animam salvare sciebat et semper scit. Ille temporalia conferre poterat, iste utriusque vite subsidia sibi famulantibus novit preparare. Contulit quippe huic loco pro momentaneo continuum adiutorem et promptum, beatum pontificem 15 septimum a beato Clemente Mettensem episcopum Simeonem, clarissimum miraculis et ad- *f. 19. iutorem* promptissimum. Suffocatos nanque aquis precibus suis ad vitam audivimus fore revocatos; lampades ante eius sacrum corpus dependentes funibus ruptis super pavimentum lapsas per se super acutam cuspidem plenas oleo mirabiliter stantes illesas reservasse. Ardores febrium depellit. Inundationes pluviarum serenitate commutat, calores estivos no- 20 civos statim invocatus temperat. Horribiles tempestatum comminaciones requisitus depellit. Quid plura? Omnium infirmitatum et dolorum molestaciones, non tardus, sed paratus medicus, novit relevare; ad omnium denique necessitatum importunitatem promptum se semper exibet defensorem. Hunc vero talem ac tantum hoc nostrum Senoniense monasterium meruit habere patronum. Qui ab illo venerabili viro Angelramno huc translatus[1], licet 25 tanti[b], ut diximus, haberetur meriti, tamen, ut audivimus, ab huius loci fratribus minime est susceptus. Dictus vero archiepiscopus et abbas volens illorum ad tempus quasi vir prudens declinare indignacionis seviciam, in clivo montis, qui ad meridiem monasterio preminet, capellam construxit et ibidem illum incomparabilem et sanctum tesaurum collocavit. Cui Deus in ipso locello sancto suo Simeoni tantam[c] contulit[d] gratiam, ut nulli indigenti 30 eius adiutorium ibidem postulanti divina misericordia sui voti subsidium denegaret. Ita tamen per illorum fratrum obstinacionem aliquanto tempore ille sacer Deo dilectus in dicta capella plenus miraculis permansit. Sed quia eum post beatum Clementem septimum episcopum Mettensem superius fuisse descripsimus, quis ille Clemens fuerit, breviter ape- riemus[2]. 35

Cap. 3. De sancto Clemente Metensi episcopo et serpente fugato.

Eo igitur tempore, quo beatus Petrus primus apostolorum Rome kathedram suscepit episcopalem, *f. 19'. quidam alter Clemens in Urbe erat, qui a beato Petro ad fidem instructus, postea *post ipsum Petrum tercius sortitus est sedem. Cum quo multi se fidei katholice subicientes, ad beati Petri iussum verbum Dei ubique missi constanter predicaverunt. Erat enim quidam cum ipso Clemente Clemens, qui disposi- 40 cione magistri sui Petri cum aliis ad partes Gallie missus, Mettensem agressus est civitatem, aliis sodalibus suis loca sibi a Deo destinata fide plenis[e] occupantibus. Cumque invenisset civitatem Mettensem sacrilego ydolorum ritu multo fedatam tempore, indoluit, et aliquantulum[f] loco cedens, in loco ubi postea monasterium quod Gorzias vocatur primus habitator oratorium erexit. Statutis vero temporibus ad civitatem veniens, verbum Dei, de Deo ante tempora natum, de matre vero sub tempore de novo natum, con- 45 stantissime predicabat. Cives igitur novitate sermonis attoniti, alii dicebant: 'Bonus est sermo', alii autem: 'Non, sed contra antiquas tradiciones agit'. Erat autem ante portam civitatis macceria pluribus in locis cavata, que ad ludos[g] suos exercendos quasi teatrum condam fuerat ab civibus illis in girum edificata, in qua draco mire magnitudinis[h] sibi locum et mansionem elegerat. Qui anhelitu[i] fetidissimo ita aerem corrumpebat, ut sua infestacione portam ipsam et fere terciam partem civitatis[k] vacuam habitatoribus 50 reddiderat. Unde ipsa porta ab ipso serpente nomen accipiens, adhuc porta Serpentina[3] appellatur. Cumque vir Dei hoc cognovisset, sciens tantum populum nonnisi miraculis fore convertendum, iussit se ad

a) Angellrāmus *c.* b) n *add.* 2. c) *in ras.* 1. d) lit *in ras.* 1. e) s *add.* 2. f) aliquatulum *c.* g) ludus *corr.* ludos 2. h) magit. *corr.* magnit. 2. i) h *superscr.* 1. k) *add.* 2.

1) Translationem referunt etiam Gesta epp. Met. c. 8, SS. X, p. 536. 2) Vitam quandam Clementis 55 sequi videtur, quae etiam Paulo aliisque praesto fuit. 3) a Serpenna vico (Scarponne) dicta.

serpentem ipsum perduci. Qui cum illuc pervenisset — divina quippe ea die ad hoc faciendum celebraverat — stolam de collo demittens, antrum ubi draco habitabat adiit. Inventum[a] quoque draconem stola ligatum foras eduxit. Eique in virtute Dei altissimi et omnibus venenatis serpentibus et reptilibus precepit, ut se sequerentur, nec in eadem civitate quicquam ipsorum remaneret. Videres insperate tantam multitudinem serpencium supsequi sanctum, ut non *crederes, in tota regione illa tantam habundanciam inmundorum reptilium posse inveniri[b]. Sanctus vero Clemens cum illo suo captivo usque ad fluvium qui Sallia[1] dicitur veniens[c], ipso dracone in ipso demerso, precepit ei in nomine Domini, ut ad locum inhabitabilem cum suis sequacibus sine alicuius lesione[d] abiret; quod et fecit. Unde incole illius civitatis testantur, adhuc nullum venenatum reptile ibidem posse repperiri[2]; et si quoquo modo illic deveniat, meritis sancti sui Clementis non posse aliquandiu vivere, profitentur. Quo miraculo viso, et fidem Christi cives susceperunt et illum sibi episcopum statuerunt. Huius ergo sanctissimi Clementis septimus iste noster patronus Symeon episcopus Mettensis extitit successor. Eliminata denique inde omni diabolice supersticionis versucia, in ipso teatro, quod ante adiri non audebat, ecclesia in honore beati Petri apostoli construitur; ubi et postea, sicut actenus permanet, cella constructa est monachorum, que monasterio Sancti Clementis subiecta habetur.

*f. 20

Cap. 4. De sollempnitate sancti Symeonis.

Igitur[e] archiepiscopus et abbas Angelramnus videns se aliis arduis tam inperii quam archiepiscopatus negociis implicitum, decrevit huic loco abbatem substituere. Inito quoque consilio, virum religiosum Norgaudum prefecit, quem ipse episcopus [huic[f] loco] a nostro fundatore Gundelberto septimus[g] huic monasterio octavum constituit abbatem. Et a tempore illo abbates huius cenobii ab episcopo Mettensi temporalia[h], ab ipso vero episcopo Tullensi spiritualia receperunt, sicut et adhuc[i] contingere[k] videmus. Videntes igitur fratres huius loci, pro[l] imperatoria dignitate, a qua lapsi fuerant, frustra dolore [se[m]] consumi, ne tanto subventore forte privarentur, corpus sanctissimi Symeonis, quod superius in oratorio collis diximus collocatum, ad monasterium reportare maturarunt. Oblataque temporis opportunitate, glebam sancti cum magno populorum comitatu octava ante festum omnium sanctorum die in ecclesia beatorum *apostolorum Petri et Pauli, ubi nunc in theca[n] argentea requiescit, translatum est. In qua die annuatim omnes plebani[o], qui ab abbate Senoniensi tenent ecclesias, servicia piscium ad honorem festi omni occasione amota solvere tenentur. Vidi enim aliquos ab abbate Henrico pro defectu servicii piscium, quod illa festivitate non persolverant, ad presenciam suam vocatos et emendam propter hoc abbati fecisse et persolvisse neglectum servicium. Vidi etiam aliqua illarum festivitate tantam copiam piscium apportari, ut ad decem libras Tullensium valentia illorum computaretur. Sed nunc ad historie seriem revertamur.

*f. 20'

Cap. 5. De potestate abbatis Senoniensis et iure advocati.

Considerans itaque vir venerabilis Angelramnus, se non posse nisi magno labore tot et tantis insistere provisionibus, quia sepius imperiali eum cancellarie oportebat interesse, hunc locum, ut decebat, nequiret defensare, statuit monasterio advocato providere, tali condicione, ut, quicumque advocatus per Mettensem episcopum institutus fuerit, ad quem advocati spectat institucio, terciam partem emendarum, illorum scilicet placitorum ad que ab abbate vocatus fuerit, accipere debebit et ad cetera manus non extendet[3]. Pars quidem dicto advocato terre et hominum, qui adhuc Abaium[4] vulgo appellantur, pro advocacione collata fuit, quos adhuc tempore nostro heredes de Salmis possidebant. Et his contentus, nichil penitus iuris in hominibus, terris, banno, aquis, nemoribus, placitis, iusticiis vel in omnibus monasterii appendenciis amplius sibi usurpare debebit. Sed ubicumque necesse fuerit, pro abbacia et eius rebus et hominibus pro collato sibi advocationis beneficio stare tenetur. Abbas vero homines ad placitum vocabit, iudicabit et per scabinum suum emendas iudicatas sine advocato levabit; et si qua culpa aliis temporibus in banno emerserit, abbas vel eius villicus, qui per ipsum abbatem, et non per alium instituetur, illas tractabit et fine debito terminabit. Quicumque vero abbas sit Senoniensis, villicos, decanos, forestarios, scabinos, *et etiam ecclesiarum sancti Mauricii, sancti Iohannis de Plania[5], de Wipodi-cella[6] matricula-

*f. 21

a) n(—) *add.* 2. b) invenire *corr.* inveniri 2. c) *rec. man. add. c.* d) l. a. q. et f. *in ras.* 1. e) Igitur — tam *in ras.* 1. f) h. l. *add.* 2. g) *in ras.* 1. h) t. ab i. v. e. T. *erasa in c. iam legi nequeunt.* i) abuc *c.* k) contingite *corr.* contingere *c.* l) p. i. d. a q. l. f. *erasa iam legi nequeunt.* m) *rec. man. add. c.* n) h *superscr.* 1. o) plebati *corr.* plebani *c.*

1) Seille. 2) Ita iam Paulus G. Mett., SS. II, p. 261. 3) Haec omnia ex charta posterioris aevi sumta esse, patet. 4) Bayon. C. 5) Plaine? 6) Vipu-celle. C.

rios ponet et deponet et pro voluntate sua sine aliqua contradictione instituet et destituet; nec in villicum et alios ministeriales ecclesie vel abbatis advocatus[a] manum mittere debebit vel in homines; sed omnia in disposicione abbatis ordinanda permanebunt. Si vero quisquam aut advocatus super predictis vel qui alter molestaret ecclesiam, per episcopum Mettensem omnia corrigi et emendari debebunt. Et super[b] omnibus premissis apostolicorum, imperatorum, episcoporum, ducum, comitum et aliorum magnatum privilegiis hec nostra Senoniensis ecclesia fundata esse constat et roborata; ita ut apostolici quatuor, episcopi, archiepiscopi vinculo excommunicacionis privilegiorum ecclesie infractores et offensa divina dignos pronuncient innodatos. Quis sibi vult cavere, caveat, quia multos postea habuit advocatos ecclesia excommunicatos! Hoc denique monasterium omnia suprascripta et alia quecumque possidebat et etiam privilegia inviolata retinuit usque ad tempora cuiusdam Adelardi, huius loci abbatis parve prudencie et sciencie, immo huius ecclesie dilapidatoris[c], ut postea loco suo exponemus[1].

Cap. 6. De Karolo Magno, quod Papiam obsedit et Desiderium regem cepit.

Post hec vero anno Domini octingentesimo secundo incomparabilis vir et famosissimus imperator Karolus regni Francorum gubernacula possidebat. Hic[2] antequam esset imperator, ab Adriano papa rogatus, quia Longobardi[d] et maxime Desiderius rex Romam indebite molestabant, ut sedi et civitati Romane succurreret[e] et ad Italiam veniret, ut erat vere catholicus, cum magno armorum apparatu ad Longobardiam tendens[f], ad Alpium clusas pervenit, ibique viam occupatam gente Desiderii regis et fortissimis municionibus firmatam invenit, ita ut transire. immo etiam ipsas clusas apropinquare[g] nullus suorum auderet. Octo igitur *peractis diebus[h], primates exercitus murmurare ceperunt, quod in tam arduis et sine victualibus montium[d] cacuminibus tantus exercitus delituisset. Quod cum rex audisset, redeundi ad patriam licenciam concessit. Mane autem facto cum exercitus ad viam se[i] prepararet, quidam iuvenes conquerentes, quod tanti regis tantus exercitus nichil relacione[k] dignum in ipsa fecerat via, ad clusas iam dictas armati venerunt, et cum asciis[l] quas secum tulerant[m] portas clusarum clipeis protecti incidebant. Cumque alii qui eos aspiciebant[n] viderent sibi neminem resistere nec in propugnaculis municionis neminem apparere, accurrerunt, et ipsas clusas, quia lignee erant, detruncaverunt. Quod cum rex vidisset, revocato exercitu, clusas transiit. Cumque ad descensum montis pervenissent, viderunt in valle tentoria et pampiliones et equorum multitudinem hinniencium. Appropinquantes enim neminem hominum viderunt nec audierunt. Intrantes autem in tentoriis invenerunt equos, arma, vestes, cibaria in abundancia, argentum et aurum multum nimis. Rex enim Desiderius ea nocte de celo territus, cum suis, relictis omnibus, affugerat et se in Papia civitate recepit. Nostri vero per[o] aliquod dies ibi demorantes, se suosque equos satis delicate refecerunt. Et inde castra moventes, cum cognovissent Desiderium regem in Papia se occultasse, eum in civitate obsederunt. Cumque intenderent expugnare, videns rex Karolus moram, missis in Francia militibus, reginam uxorem suam ad se venire fecit, et ex una parte civitatis eam cum militibus residere fecit; rex vero cum suis ex altera parte sedit; ubi postea rex in suo loco abbatiam monachorum, regina vero ex altera parte, ubi tentorium suum fixerat, claustrum sanctimonialium feruntur construxisse, que usque ibidem permanent. Appropinquante *autem paschali sollemnitate, dimisso exercitu cum regina in obsidione, cum comitatu suo Romam venit, et susceptus honorifice ab Adriano papa et a Romanis, ibi cum summo pontifice sanctam peregit sollempnitatem. Exinde vero disgressus, rediit ad suos, civitatemque capiens, Desiderium regem cum uxore et filiis in Franciam captivos direxit. Rex vero, pacificato toto orbe Romano, Romam profectus est. Et a papa et Romanis cum ingenti gaudio voluntate omnium imperator consecratus et patricius Romanorum appellatus est. Ibique ecclesie Romane omnia confirmavit que pater eius rex Pipinus contulerat sedi apostolice. Ipse autem Karolus imperator ipsi ecclesie Romane munere imperiali[p] ducatum Spoletanum et Beneventanum tradidit. Rediens igitur, Tuscaniam, Lombardiam, Alamanniam, Saxoniam, Yspaniam, Galeciam suo subiugavit imperio. Deinde Ierosolimam peciit et a soldano Babilonie magnis donatus est[q] muneribus. Et inde revertens, sanctas secum attulit reliquias, de cruce Domini porcionem[r] non modicam, clavum[s] et partem corone spinee; quod[t], cum[u] corona integra ad[v] conferendum imperatori a quodam episcopo discerperetur, fertur floruisse, quos flores imperator in wanto suo colligens secum aportavit. Camisiam quoque beate Marie, brachium sancti Simeonis iusti dicitur attulisse. Et hec omnia apud Aquisgranum collocavit[w]. Et ibidem convocato ingenti episcoporum et abbatum conventu, indulgenciam non modicam ibidem statuit requirendam. Sed postmodum dicte reliquie a quodam successore suo rege Francie inde translate in ecclesia beati Dionisii, qua nunc venerantur, partem illarum reliquiarum. videlicet coronam spineam, clavum et lignum Domini collocavit. Postquam denique hec et multa alia miranda perpetraverat, que huic libello[x] pro plura-

*f. 21'. *f. 22.

a) *add.* 2. b) super *corr.* insuper 2. c) oris *e corr.* 1. d) n(—) *add.* 2. e) succureret ad *c.* f) venit *del.* 1. g) re *post add.* 1. h) ceperunt *del.* 1. i) *post add.* 1. k) c *e corr.* 1. l) aciis *c.* m) tulerunt *corr.* tulerant 1. n) ci *add.* 2. o) *in ras.* 1. p) i. d. Sp. et B. tr. *in ras.* 1. q) *post add.* 1. r) porcioem *c.* s) clavem *c.* t) que *corr.* quod *c.* u) a *del. c.* v) *e corr. c.* w) collo *in ras.* 1. x) apponi *del.* 1.

1) II, 17. 2) Quae in sequentibus narrat Richerus ad Vitam Amici et Amelii et ad Turpinum recedunt; sed fortasse ex alio libro sumta sunt (nescio an ex Vita Friderici I. tempore scripta, adhuc inedita?,

litate sui opponi nequeunt, Deo donante, cum 13 annis, mense uno, diebus quatuor Romanum feliciter rexisset imperium, *felici exitu ita migravit ad celum. Revertenti vero eo de Runcea-valle, ubi duodecim pares cum viginti milibus Genelone tradente perdidisset et hoc in interfectores ipsorum et in ipso traditore vindicasset, ad Alamanniam pausaturus redire decrevit. Qui, vocato ad se archiepiscopo Tulpino, quem valde diligebat, ait ad eum: 'Mi carissime, sub amicicia, quam semper inter nos habuimus, te rogo, ut, si te contigerit ante me ab hac luce migrare, disponas, ut michi statim nuncietur, et hoc ipsum ego tibi facere procurabo'. Quod pactum inter se firmantes, ab invicem discesserunt. Tulpinus vero Viennam, Karolus autem Aquisgranum adiit. Transacto[a] siquidem non multo tempore, Karolus imperator ab hac vita plenus dierum decessit. Eadem vero die archiepiscopus apud Viennam in quadam camera sua, quam sibi ad legendum preparaverat, residente, cum in psalterio psalmum *Deus in adiutorium* decantaret, vidit per fenestellam, in qua insedebat, multitudinem demonum ante ipsam fenestram transire. De quibus valde amirans, ait illis: 'Adiuro vos per Deum omnipotentem, ut michi dicatis, quo itis et unde venitis'. Cui unus eorum respondit: 'De morte Karoli'. Ad ille: 'Quid ibi fecistis'? Ille respondit: 'Nichil'. Tulpinus dixit: 'Quare'? Ad ille: 'Quia Galecianus vester sine capite tantam multitudinem lapidum et lignorum in statera apposuit, ut maioris ponderis essent quam omnia mala Karoli, que nos ex altera parte statere apposueramus; et ita per Michahelem deportatum[b] eum perdidimus'. Quo audito, Tulpinus obitum Karoli agnovit. Hec me de Karolo Magno scripsisse, quasi a me sint adinventa, nemo miretur, quia de[c] verbo ad verbum ista, imo maiora et mirabiliora, in vita eius me invenisse scripta cognoscat. Et quia tanti viri actus sub silencio non debent preteriri, hec pauca[d], ut, quo tempore et quod imperavit annis, possit nescientibus intimari. Ea vero que secuntur temporibus *successorum suorum contigerunt.

Eodem igitur tempore quidam vir venerabilis Fortunatus nomine, patriarcha Ierosolimitanus, corpus sancti Ioseph sepultoris Domini, paganos, qui tunc Terram Sanctam vastabant, fugiens, apportavit, et ad Medianum-monasterium deveniens, ibidem cum ipsis reliquiis se collocavit; qui postea ipsius monasterii abbas est ordinatus[1]. Set postmodum ipsum sancti corpus per insolenciam canonicorum, qui illum locum possederunt, a quibusdam monachis peregrinis noctu furatum absportatum est, et ita illud monasterium tali est thesauro[e] viduatum[f]. Postmodum vero predium magnum apud Berchem in territorio Alsacie situm cum ecclesia beate Marie, quod antea vir quidam nobilis pro salute anime sue ecclesie Mediani-monasterii[g] contulerat[2], pro quantitate aliqua caseorum episcopo Basiliensi quasi obligatum per neglegentiam perditum est; et sic de die in diem peccatis exigentibus ecclesia Mediani-monasterii redditibus suis miserabiliter est fraudata.

Cap. 7. De Zundebaldo duce et clericis apud Medium-monasterium.

Contigit deinde, quando annus Domini octingentesimus nonagesimus quartus habebatur, quendam nobilem Zundeboldum nomine ducem Lotharingie extitisse. Qui consilio depravatus pessimo, dolorem dolori addens, Medianum-monasterium cum appendiciis suis cuidam comiti Hasuna nomine iure beneficii tradidit[3]. Qui comes iniquitatem apponens iniquitati, Pipinum, qui tunc illi monasterio preerat, cum monachis omnibus a monasterio depulit et canonicos seculares instituit et eis monasterium et omnia que monachi antea possederant iure perpetuo contradidit.

Cap. 8. De fame et Hunis, et de monachis[h] apud Medium[h]-monasterium[h] restitutis[h].

Secundo vero anno post hec tanta penuria bladi et aliorum alimentorum omnium invaluit, ut, quod auditu est horribile, homo hominem vesci cogeretur. Et sequenti anno Huni* totam Alamanniam et terram istam gladio vastaverunt; civitatem Basileam solo *coequaverunt; ita ut[i] vix in his tribus ecclesiis, Deodatensi, Stivagiensi, Mediani-monasterii, singuli remanerent clerici[k]. Duobus

*) *Alia manu s. XIII. in inferiori margine scriptum est:* Nota, quod Huni fuerunt quidam Sarraceni de Saxonia, qui interfecerunt Gibardum abbatem Luxoviensem. qui et sepultus est cum sociis suis in ecclesia Martini-ville, et fratres Luxovienses similiter interfecti fuerunt, et monasterium cum omnibus edificiis suis combusserunt, et ita fuit locus desolatus per triginta quinque annos, et eciam destructe fuerunt ecclesie, abbacie et prioratus et fere omnes habitaciones virorum

a) s *add.* 2. b) deportatus *corr.* deportatum 2. c) d. v. ad v. *in ras.* 1. d) *deest vocabulum.* e) h *superscr.* 1. f) viduatam *corr.* viduatum 2. g) p *add.* 2. h) chis, um, erium, tis *abscisa.* i) *rec. man. add.* 1. k) *post add.* 1.

1) Cf. Lib. de succ. sancti Hildulfi c. 3, p. 88, ubi vero de sancti Iosephi reliquiis nihil traditur. 2) Dux Fridericus una cum Mediano-monasterio hoc praedium Gerardo episcopo Tullensi dedisse narratur in Chron. Sancti Michaelis Vird. c. 7, SS. IV, p. 81. Quod praedium 'ab iniquis diu possessum' Bertoldus episcopus Heinrici II. tempore recuperare studuit; Lib. de succ. c. 12, p. 92. 3) Liber l. l. c. 6, p. 88, Zundeboldum ducem comiti Hillino abbatiam dedisse, refert.

inde annis elapsis canonici denuo reversi, claustrum Mediani-monasterii iterum occupaverunt. Septuagesimo vero anno, postquam dictus Gondebaldus dux per donacionem monasterii Medianensis Hasuna comiti factam, canonicis[a] depulsis inde, monachos[b] ibidem instituit, quidam dux Lotharingie Fridericus nomine, vir Deum timens, audiens, quod ordinem monachorum a sui fundacione monasterium illud habuisset, decrevit ordinem priorem ibidem restaurare. Unde canonicos depellens, per quendam Adelbertum monachum Gorziensem, qui ordine et regula beati Benedicti satis instructus erat, monachos denuo restituere maturavit in eodem statu quo ante clerici ibidem habitaverant[1], exceptis his, corpore scilicet sancti Ioseph sepultoris Domini et aliis per incuriam clericorum alienatis, que instaurari non potuerunt.

Cap. 9. De[c] Blidolfo, qui cellam[c] Acheri edificavit[c].

Eodem vero tempore extitit quidam Mettensis primicerius Blidulfus nomine[2], vir iustus et prudens, qui, relictis omnibus que possidebat, Deo vacare appetens, locum sue conversacioni aptum querere decrevit. Quem diu quesitum, tandem in valle que Lebrah dicitur[3] intra montes inclusam adiit valliculam, in qua in clivo montis ad meridiem cellam erexit et eam Bellum-montem appellavit. Qui ibidem ecclesiam edificavit et in ea novem altaria cum cancellis et criptis instruxit. Officinas enim circa illam et claustrum pro posicione loci ad usum monachorum erexit; aliquantos vero redditus ibidem acquisivit. Et adunatis fratribus, Deo devotus celibem duxit vitam. Audientes vero multi sanctitatem viri Dei, eius se conversacioni sociare studuerunt. Inter quos extiterunt genere et fide nobiles Willehelmus[d] et Achericus, qui etiam[e] ambo ipsius loci fundatoris meritis coequari potuissent. Unus nempe duorum tam evidentibus et in vita et post vitam claruisse fertur miraculis, ut eius sacrum corpus de loco sepulture in scrinio transferretur. Cuius reliquie postea in teca nova argento et auro ornata tempore cuiusdam sacerdotis, Hesso nomine, reposite, adhuc in ipsa ecclesia reservantur. Alter vero Hachericus, eiusdem Willehelmi successor, aliquamdiu ipsam rexit ecclesiam et locum. Qui tanta extitit fama, ut ipsum, dimisso nomine Belli-montis, quo prius nominabatur, Achericum appellarent locum[4], quo adhuc eo nomine ipsa villa nuncupatur. In qua postea nobiles extiterunt viri, quorum diebus argentarie fosse reperte sunt, in quibus multum argentum esse fertur effossum. De quorum nobilium progenie[f] postea exierunt viri qui temporibus nostris in ipsa valle Lebrah castrum construxerunt, quod nomine supradicto Acherich vocaverunt. Ille vero sanctus Achericus plenus dierum migravit ad Dominum. Cuius corpus in medio cori in ipsa ecclesia ante altare beate Marie sepultum videtur. Ipsa deinde cella Acherich Mediano-monasterio olim per dictos viros fuit attributa. In qua cella monachi Mediani-monasterii fere usque ad tempora nostra feruntur habitasse; modo vero ecclesia parrochialis per neglegenciam monachorum est effecta. In ipsa etiam valle, in inferiori loco, quia spaciosior erat, famosissimus imperator Karolus Magnus cellam in honore beati Dionisii[5] edificavit, in qua corpus sanctissimi pape Alexandri et martiris a Roma delatum collocavit et eam magnis redditibus ampliavit. Cuius etiam ecclesie pavimentum diverso colore marmore artificiose, sicut hodie in aliqua parte sui apparet[6], substravit. Que adhuc cella ad monasterium beati Dionisii Areopagite pertinere dinoscitur.

Cap 10. Quod Fridericus dux ecclesiam Sancti Deodati abbati Medii-monasterii contulit regendam.

Anno igitur Domini 942.[7] Fridericus dux Lotharingie, et de quo superius mencionem fecimus[8], quia divinis libenter providebat ecclesiis, cum monasterium Sancti Deodati proprio

religiosorum in Burgundia, Alsacia et Lotharingia, ita quod milites et alii malefactores invaserint ducatus, comitatus, castella, villas, burcos, abbacias, prioratus, homines liberos et servos, terras et omnes redditus et omnia bona que sanctis patribus et monachis concessa fuerant ab imperatoribus et regibus et ab aliis fidelibus christianis.

a) con. *corr.* can. 2. b) monachis *corr.* monachos 2. c) De B, cell, edifi *abscisa c.* d) Willehlmus *c.* e) ut *del. c.* f) *in ras.* 1.

1) Ita Liber de succ. c. 7, p. 89. 2) Procul dubio idem qui in Vita Iohannis Gorz. c. 69, SS. IV, p. 356, archidiaconus Mettensis dicitur, quamvis Mabillon, Acta V, p. 412, de alio cogitare malit. 3) Leberachthal (Val de Lièvre). 4) Echerich prope Sanctam Mariam ad fodinas; cf. Belhomme, Hist. Med. monast. p. 185. 5) Leberau. 6) Quod anno demum 1586. inde deportatum esse, monet versionis Gallicae nota. 7) 962. corrigendum proposuit Belhomme p. 185. 8) c. 8.

foret viduatum[a] pastore, Adelbertum Mediani-monasterii, quem post canonicos ipsi prefecerat monasterio, adire decrevit et ei, ut dicto *monasterio[b] Sancti Deodati preesse vellet, ammonuit[c]. Qui voluntati ducis obviare metuens, peticioni[d] ducis acquievit. Suscipiena igitur ecclesiam ipsam, credidit, se duabus ecclesiis ad regendum non posse sufficere. Accersito itaque quodam sui monasterii monacho, Encherbertum nomine, illum[e] Sancti Deodati monasterium tradidit providendum. Qui ipsius loci substanciam et universam supellectilem in tam brevi tempore dispersit, ut fratribus ibidem commanentibus victui necessaria non valeret ministrare. Unde dux valde iratus monachum illum ab amministracione[f] amovere cogitavit. Quod cum ille ducem sibi sensisset iratum, credidit, eum munera velle accipere. Conversus vero ad monasterii tesaurum, quia ad quod manus extenderet non habebat, distrahit calices, cruces decrustat, cappas sericas et ornamenta serica et aurifigia[g] vendit ducique precium offerre parat. Cum igitur dux cognovisset, ipsum Enchebertum monacum, ut gratiam eius recuperaret, tam enormiter deliquisse, valde indoluit, quia pocius pro gratia principis rehabenda prius commissum restaurare quam posterum priori adiungere debuisset; non tantummodo[h] in ipso monacho penam commissi[i] retorsit, sed etiam monachos omnes cum illo suo nequam provisore a monasterio propellere non distulit. Et quia ecclesia ipsa Sancti Deodati sub dominio ipsius ducis habebatur, nec ipsum locum diu officio divino carere volebat, quia facta monachorum satis expertus erat, canonicos seculares ibidem, sicut usque adhuc permanent, instituit.

Cap. 11. De translatione sancti Hildulfi.

Quarto decimo post hec anno dictus abbas Medii-monasterii Adelbertus corpus beatissimi Hildulfi, quod adhuc saxea tumba tenebat, convocatis pluribus abbatibus et aliis[k] viris religiosis, cum magno apparatu levavit et in quodam scrinio ligneo, quod ad hoc preparaverat, collocavit[1]. Eo[l] tempore levata sunt corpora sanctorum germanorum Iohannis et Benigni, discipulorum sancti Hildulfi, qui miraculose *in hac[m] luce venientes, numquam ab invicem discesserunt. Una namque hora[n] sunt concepti, una hora in ventre matris formati, simul procreati, una hora nati, simul educati, simul studiis traditi, una die cucullati, simul conversati, una die lecto infirmitatis incubuerunt, una die defuncti, simul celo recepti, tumulo uno collocati; unde de his sane potest dici: et ab invicem non sunt separati. Aliquanto vero elapso tempore, postquam levata sunt istorum sanctorum corpora, contigit, bone memorie Stephanum Tullensem episcopum ad has[o] devenisse partes. Qui cum quadam sollempnitate apud Medianum-monasterium[b] festum peregisset, monasterium Sancti Salvatoris adiit[p] ibique extremum clausit diem; et inde ad[q] Medianum-monasterium reportatus, quia ita ipse vivens preceperat, in eodem tumulo quo levata sunt corpora predictorum sanctorum honorifice est sepultus[2]. Unde postea tempore Nicholai eiusdem loci abbatis inde levata sunt ossa ipsius, cum quibus vidi cruciculam plumbeam, in qua scriptum erat: *Stephanus bone memorie Tullensis episcopus.* Qui etiam eidem loco aliqua predia contulit, que adhuc camerarie deserviunt monachorum.

*f. 24'. — *f. 25. — 995.

Cap. 12. Quod monasterium de Bosseriis constructum est.

Nongentesimo sexagesimo secundo Domini anno quidam vir venerabilis extitit Gozelinus nomine Tullensis episcopus, vir sagax et providus, qui monasterium sanctimonialium quod Bosseriis[3] dicitur a fundamentis[r] primitus edificavit; in[s] quo post huius vite cursum defunctus, ibidem sepultus in pace quievit. Vivente adhuc dicto Gozelino, quedam gens aliena episcopatum[t] Tullensem et ipsam civitatem paciencia Dei adeo vastaverunt, ut in principali ecclesia tres tantum clerici remanserint[u], qui vix ibidem *valebant sustentari. Gozelinus vero venerabilis episcopus videns episcopatum ad tantam devenisse miseriam, indoluit. Adiit[v] quippe magnates, duces, barones et alios Christi fideles, ut eorum auxilio ecclesie inopia relevaretur. Otto itaque tunc imperator Romanus, cum comperisset, dictum

962. — *f. 25'.

a) tum *e corr. c.* b) *add.* 2. c) amon. *corr.* amm. 2. d) ci *add.* 2. e) *corr.* illud 2; *sed illi scribendum erat.* f) amin. *corr.* ammin. 2. g) *littera* m *in fine erasa.* h) n (—) *add.* 2. i) comissi *corr.* commissi 2. k) alii *corr.* aliis 2. l) E. t. l. s. *in ras.* 1. m) *recens manus corr.* hanc lucem. n) *in ras.* 1. o) s *corr.* 2. p) addiit *c.* q) ad Me *in ras.* 1. r) tis *add.* 2. s) in quo *in ras.* 1. t) episcapatum *c.* u) int *e corr.* 2. v) Audiit *corr.* Adiit *c.*

1) Haec narrat Liber de succ. c. 8, p. 89. 2) Liber c. 12, p. 91. 3) Bouxières; cf. G. epp. Tull. c. 31, SS. VIII, p. 639.

Tullensem episcopatum ad tantam inopiam devenisse, pietate motus, industria et sagacitate dicti episcopi ipsum episcopatum reparavit, ut videretur de[a] novo extructum fuisse.

Cap. 13. De ordinatione sancti Gerardi et miraculis eius.

Defuncto denique ipso ut supra dixi Gonzelino episcopo, vir eque beatus Gerardus in episcopatu successit. (963.) Qui cum ad episcopatum[b] electus fuisset et ad civitatem Tullensem ad instituendum duceretur, cum ad ecclesiam que Sancti Mansueti dicitur, quam prius idem sanctus Mansuetus in adventu suo ad civitatem Tullensem pro oratorio sibi exstruxerat, pervenisset — quia eiusdem urbis primus episcopus extiterat Mansuetus —, oratorium ipsum causa oracionis fertur introisse[1] et tamdiu ibidem orasse, usquequo ecclesiam ipsam consensu tocius cleri se vovisset in melius edificaturum; quod et fecit, sicut hodie videtur permanere. (V. Ger c. 5.) Ecclesiam quoque maiorem episcopii, sancti scilicet Stephani prothomartiris, a fundamentis exstruens, picturis et aliis ornamentis decoravit. (cf c. 11. 12.) Quam[2] dedicare volens, reliquias prothomartiris non reperisse fertur. Quare ad Metenses navigio dicitur devenisse. Cum igitur per Mosellam navigaret et super oram navis forte incumberet, contigit, cruciculam, quam ad collum appensam gestabat, nescio quo casu a collo lapsam, in fluvio decidisse. Pro qua re vir Dei valde contristatus est. Cursu siquidem concito Metti pervenerunt. (f 26.) Peciit vir Domini Gerardus, ut episcopus loci et alii suis *interessent enceniis et ei aliquas beati Stephani reliquias darent, si haberent. Qui nullas se habere responderunt, excepto solo saxo, de quo idem Dei martir fuerat lapidatus. Beatus vero Gerardus hec audiens corde gavisus est et, ut ei lapis ille ostenderetur, supplicavit. Quem afferentes, eidem episcopo dederunt in manibus; qui saxum una manu honeste tenens, digitum dextere per saxi cuspidem satis curiose trahens, dixit: 'O, si michi tantula pars de voluntate Dei conferretur, satis me recepisse gauderem'. Quo dicto, statim illa particula per quam digitum traxerat ita ab illo lapide divulsa est, quasi si cultro esset[c] abcisa. Quod cum viderent Mettenses, cognoverunt, sanctum hoc miraculo obtinuisse, quod prece[d] concedere recusabant. Particula[e] quidem saxi accepta, cum ingenti gaudio valedicens illis navimque ascendens, venit ad locum ubi antea cruciculam diximus lapsam fuisse. Quem locum beatus ille prospiciens, suspirando dixit: 'Domine, Domine[f], cruciculam meam peccatis meis exigentibus hic credo cecidisse'. Quo dicto, crucicula illa desuper aquas natando[g] apparuit. Quod cum sanctus videret, porrecta manu apprehendit eam; sicque cum duplici gaudio, saxi videlicet et crucis, ad civitatem suam devenit et ecclesiam, quam restruxerat, dedicavit. Idem vero beatus de die in diem meritum suum augmentare non cessans, ecclesiam in honore beati Gengulfi martiris de novo edificans[3], canonichos ibi instituit et rebus necessariis ampliavit. Deinde sancti Apri corpus, sui predecessoris Tullensis episcopi, de tumulo levavit. Multa quidem et alia signa fecit Deus per merita sancti sui confessoris Gerardi episcopi.

Cap. 14. De ortu sancti Brunonis, postea pape Romani.

Anno igitur Domini 1002.[4] nativitas beati Brunonis, qui postea episcopus Tullensis, deinde papa Rome efficitur. Cuius parentes Hessam monasterium sanctimonialium penes Sareborch edificaverunt[5]. Aliud quoque monasterium construxerunt quod Altorf[6] dicitur, ordinis sancti Benedicti, quod in Alsacia situm est. Tercium etiam, quod Lustrense[7] dicitur. Et quartum sanctimonialium in honore sancte Crucis item in Alsacia, quod Wofenheim[8] nuncupatur. Que monasteria bonis propriis ita ditaverunt, ut ipsorum conventus largissime valeant sustentari. Ac demum cum idem Bruno papa Leo fuisset effectus, ecclesiam Sancti Deodati cum tota valle a iuridicione episcopi Tullensis exemit et sedi apostolice immediate subiecit[9]. Cuius igitur sanctitatis idem Bruno postea futurus esset: cum ad sedem suscipiendam Romam pergeret, in quamcumque civitatem vel castellum, vicum aut villam intraret, galli earumdem villarum, lingua cuiusque patrie per quam transibant, densis clamoribus eum papam futurum clamabant[10]: 'Leo papa, Leo papa', cum sibi nomen imponendum omnes ignorarent; et iterum hoc nomen atque[h] iterum reciprocabant: 'Leo papa, Leo papa'. Quo audito, qui cum eo erant eum in summa veneracione habere ceperunt.

Cap. 15. De translatione sancti Deodati.

Postea vero anno[i] Domini 1003. vergente numero, erat quedam ducissa[11], que viro suo viduata Lothariensem ducatum pro modulo suo regebat. Inter cetera que temporibus suis contigerunt accessit ad ecclesiam Sancti Deodati, et canonicis clericis et vulgo comminata[k] est, quod, si corpus domini sui, scilicet beati Deodati, non ostenderent, quod se iactabant

a) *post add.* 1. b) episcatum *corr.* episcotum 2. c) e. a. *in ras.* 1. d) e *e corr.* c. e) Partila *c.* f) *e corr.* 1. g) natado *corr.* natando 2. h) at *e corr.* 1. i) ano *corr.* anno 2. k) comin. *corr.* commin. 2.

1) Cf. Mir. sancti Mansueti c. 10, SS. IV, p. 511, ubi tamen res aliter narratur. 2) Similia in V. Gerardi c. 11. 12. leguntur. 3) V. Gerardi c. 5. 4) Ita V. Leonis I, 2, ed. Watterich I, p. 129. 5) Hesse; Hissam dicit Vita I, 1. 6) Dioecesis Strasburgensis prope Molsheim. 7) Lure; quod ab eis ampliatum dicit Vita l. l. 8) Woffenheim prope Colmar. 9) Cf. chartam spuriam Calm. ed. 2. II, p. 295 (Iaffé CCCLXXXIII). 10) De psittaco haec narrat Vita c. 4, p. 154. 11) Beatrix, vidua Friderici ducis.

habere, ipsos[a] perpetualiter in propriam redigeret servitutem[b]; quod adhuc tumulo saxeo tenebatur. Minis etenim clerici et populus perterriti, convocatis undecumque viris religiosis, ieiuniis et oracionibus premissis, corpus ipsius sancti[c], loci ipsius primi fundatoris Deodati[d], de tumulo in medio ipsius ecclesie locato ante altare sancte Crucis, quod nunc est[d] parrochiale, levaverunt[e] *et in scrinio novo ad hoc parato pridie ante vigiliam deposicionis eius locaverunt. Unde adhuc singulis annis eius sancti translacio a clero et populo eo die recolitur. Ita extunc ecclesia et vallis obpressione ipsius ducisse exempta fuit. Secundo autem post anno idem[f] monasterium Sancti Deodati pre vetustate corruens, ab ipsa Beatrice et quodam comite Lodwico cum aliquibus aliis adiutoribus fidelibus ampliori et novo edificio est innovatum[g]. Ottone vero imperatore anno Domini 1001[h]. decedente, duo sibi regnum usurparunt, quorum unus Hardwinus Italiam, alter vero Hermannus Alamaniam possederunt. Idem autem Hermannus inter alia mala que gessit sabbato sancto pasce inopinate Argentinam civitatem intravit[1] et totam civitatem in die resurrectionis Domini igne succendit; armati sui matronas, que ad ecclesias fugerant, virgines cum ceteris mulieribus vi violabant; et hoc intra ecclesias fiebat; sacerdotes ab altaribus deiciebant et exutos vestimentis, calices[i] rapiebant, libros, pallas altarium, cruces, capsas cum reliquiis sanctorum per spacium pavimenti quasi quedam stercora expandebant. Quidam vero ipsorum considerantes crucifixum magnum auro puro et gemmis redimitum, ad eum cucurrerunt. Cui ut decrustarent manus inicientes, subitanea[k] morte preventi, ante ipsum crucifixum, diabolo reddentes animas, ceciderunt. Omnis deinde ille exercitus pessima morte diversis modis cito totus interiit. Ille vero eorum[k*] Hermannus[l], ut sue malicie donativum reciperet, [cum[m]] quadam nocte in cubili suo se sanum[n] collocasset, ab illo cui servierat diabolo suffocatus, somno mortem sociavit. Et ita dux cum suis omnibus in brevi inferni castra possederunt.

Cap. 16. Quod Bertoldus episcopus Tullensis monasterium Sancti Salvatoris in Vosago construxit.

Millesimo decimo Domini anno Bertoldus episcopus Tullensis, de quo superius mencionem fecimus[2], monasterium Sancti Salvatoris in Vosago, in clivo montis prope Bodonismonasterium[o], ubi sanctimoniales diximus ab[p] ipso fundatore[q] suo Bodone institutas, a fundamentis edificavit *et ibi monachos, ut predixi, instituit. Monachis vero post aliquod tempus inde expulsis, canonici ibidem instituuntur[r].*

*) *In schedula post inserta additum est alia manu (des. in cod. Nanc.):* Quod quidem monasterium ex suo proprio dotavit patrimonio, videlicet villa cum hominibus de Dompno-Apro, villa de Berthecurte ad Quercus, villa de Auralcourt prope Vicum, in bannis ac fundis earundem, in omni iurisditione nobilium, ex suis liberis alodiis necnon hominum subiectione, absque aliquorum dominorum temporalium reclamatione. Sic multo pacifice abbas quievit tempore possessione. Malicia vero multorum iniquorum urgente virorum idem monasterium cum suis religiosis et pertinenciis vexantium, aliquanto tempore spacii medio, abbas tunc temporis existens, inito sibi consilio, videns se non posse nisi magno labore tot et tantis molestationibus resistere, statuit sibi et dicto monasterio sub modo advocatie de conservatore providere. Tali conditione sic statutum est: ut, quicumque conservator institutus fuerit, scilicet extunc dominus de Albomonte, reditus annuales animalium trahentium in villa et banno de Dompno-Apro simul cum uno grosso semel in quolibet anno persolvendo monete cursibilis ex unaquaque domo in qua ignis fieret, dicti abbatis domo et in dicta villa nomine suo ubi habitantes morarentur dumtaxat exceptis, idem conservator perpetuis levabit temporibus et possidebit, fidelitate ab eodem conservatore sibi abbati pretacta, et hiis contentus nichil penitus iuris[s] in hominibus, terris, banno, nemoribus, placitis, nisi vocatus fuerit ab abbate vel eius ministeriali seu villico, ut vim sibi inferat; pro qua vocatione et viri rei rebellione ipsi, qui reus erit duorum placitantium inventus, poterit idem conservator pro emenda per ministralem seu villicum abbatis exigenda et levanda usque ad viginti solidos postulare, ex quibus abbas quinque recipiet et pro eodem conservatore reliquos quindecim conservabit solidos; in aquis vero, si abbas eas

a) ips *in ras.* 1. b) servitum *corr.* servitutem 2, *qui add.* quod. c) *in ras.* 1. d) *add.* 2. e) levev *corr.* levav. *c.* f) iddem *c.* g) *manus recens addit:* Argentinensis civitas. h) MC. *c.* i) i *add.* 2. k) subbitanea *c.* k*) dux *vel* dominus *supplendum est.* l) Hermanus *corr.* Hermannus 2. m) *rec. man. add.* n) sanus *corr.* se sanum 2. o) *post add.* 1. p) *corr.* a f. 2. q) fundare *corr.* fundatore 2. r) instiuntur *manu rec. corr* instituuntur *c.* s) *supple:* habeat.

1) Haec ita populi ore amplificata esse videntur; ne dies quidem recte indicantur; cf. Hirsch, 'Iahrb. Heinrich II', Vol. I, p. 218 n. 3. 2) I, 10.

Cap. 17. De Adelhardo misero abbate.

His igitur ita se habentibus, cum ecclesiam istam Senoniensem alii post alios abbates rexissent feliciter, contigit, quemdam Adelhardum[1], qui quartus decimus a primo fundatore erat, huius nostri monasterii gubernacula suscepisse. Qui felicibus infelix succedens, huius loci bona, reditus, terras, proventus sua neglegentia dissipavit. Immo, quod deterius est, spiritalium, ordinis scilicet et religionis et religiosorum, ita extitit perversor, ut in loco, qui[a] usque ad tempora eius quasi quidam ortus deliciarum tam in spiritualibus quam in temporalibus floruerat, minime Deus coleretur. Quicumque res ecclesie rapiebat, sine repulsa detinebat. Monachi non ordini, sed perversitati insistebant, ad ludos cicius quam ad ecclesiam conveniebant; refectorium, dormitorium, claustrum quasi interficiencium[b] arma devitantes, inpudicis se actibus, commessacionibus[c], ebrietatibus ac ceteris mundi voluptatibus inremediabiliter implicabant; nec erat qui corrigeret. Quid ultra? Grex Domini lupis exponitur, caule ovium Dei dissipate non valent eas retinere. Ita abbas Adelardus ecclesiam sibi commissam cum grege suo gubernabat. Videntes vero monachi omnia sibi licere, licet non omnia expedirent, statuerunt sibi vivere, non Christo. Quesivit sibi quisque domunculam, ubi non regulariter, sed voluntate propria sibi conversari quiret. Fit congregacio[d] taurorum in vaccis populorum, gloriantes in malicia sua; et[a] ideo tenuit eos superbia; confusi sunt, nec conpuncti, subsannaverunt multis subsannationibus. Et quia maledictus qui ponit carnem brachium suum, quia de carne tantum curabant, non speraverunt in Domino, sed divina contempnentes officia, operti[e] sunt iniquitate et impietate sua. Et ita transientes in affectum cordis sui, perierunt propter inpietatem suam. Victu nempe *deficiente et vestitu, decreverunt more rusticorum agricultores fieri, ut ita saltim possent inopem defendere vitam. Tali etenim congregacione, immo certe segregatione, hec nostra Senoniensis ecclesia pluribus, proh pudor! annis fuit frequentata[f]. Quid plura? Abbates abbatibus succedentes,

(Ier. 17, 5. — * f. 28.)

vendiderit, duas pecuniarum partes habebit et isdem conservator terciam partem; si autem piscare voluerit facere, ponet seu statuet duos piscatores et conservator unum tantum; in placitis et iusticiis nichil habebit, nisi morti deditis, quorum facultates abbati libere remanebunt, et corpus delinquentis a ministralibus ville iudicatum eidem conservatori deliberaretur exequendum; nec in omnibus aliis appendiciis amplius usurpare debebit; sed, ubicumque necesse fuerit, pro abbatia Sancti Salvatoris *et eius pertinenciis licitis pro collato sibi ab ecclesia tali beneficio stare tenebitur. Abbas vero homines ad placitum vocabit et per scabinum suum emendas iudicabit iudicatasque levabit, et si que[g] culpe aliis temporibus in banno emiserint[h], abbas vel eius villicus illas tractabit et fine debito terminabit. Villicos, scabinos, decanos, forestarios instituet. Et eciam ecclesiarum Sancti Salvatoris, villarum scilicet de Dompno-Apro, de Barbay, de Barbesieux, de Herboey, de Syreis et de Blemmerey ac de Bodone-monasterio, matricularios[i] ponet et deponet et pro voluntate sua sine aliqua contradictione instituet et destituet. Nec in villicum et alios quoscumque ministrales ecclesie et abbatis Sancti Salvatoris isdem conservator aut alius manum violenter mittere sive alios homines extraneos qualicumque modo aut causa vincire[k] aut vinctum ducere sive incarcerare potest nec debet. Sed omnia in dispositione abbatis, quia summus in dominio illius ville et eius banno habetur, ordinanda et disponenda permanebunt. Si vero quisquam, aut dictus conservator, qui se cum suis sequacibus ad hoc hora sue prime institutionis ac ordinationis omnino ecclesie Dei iurisdictioni sponte subdidit, super predictis, vel quilibet alter nomine suo, ipsam molestaret ecclesiam, per reverendum in Christo patrem dominum episcopum Tullensem corrigi et emendari debebunt atque excommunicationis sentencia coarctari, in quam eo facto se ipsos noverint incurrisse.

(* f. 28'.)

Quod Symon dux Lothoringie advocatus fuit constitutus in villa de Berthecour ad Quercus.

Anno Domini 1153. ex consensu, ymo pocius ad requestam abbatis per dominum Tullensem episcopum, ut vim ecclesie et abbati Sancti Salvatoris ferret, fuit in villa de Berthecurte ad Quercus dominus Symon dux Lothoringie liber advocatus. Qui pluribus advocaciam annis salubriter in ecclesie favorem rexit ac a suis regere fecit. Quam advocaciam Symoni de Morey, filiolo suo, quem de sacro fonte levaverat, contulit in feodo. Sed anno Domini 1260, duce Ferrico ratificante et laudante, heredes dicti Symonis de Morey abbati et conventui in perpetuum vendiderunt ipsam advocatiam.

a) *post add.* 1. b) cien *add.* 2. c) *e corr.* 1. d) greg *e corr.* 2. e) opperti *c.* f) frequenta *corr.* frequentata 2. g) qua culpa *c.* h) emerserint? i) martic. *c.* k) vincere *c.*

1) Rectius infra Agenaldus dicitur; cf. Mabillon, Acta V, p. 415.

nec se ipsos neque subditos ab hac misera conversacione corrigere curarunt. Hec etenim fratrum miserrima conversacio temporibus sex abbatum incorrecta perduravit, usquequo Deus omnipotens, quia tempus miserendi eius venerat, misereri voluit. Receperat enim duplicia pro peccatis suis. Destinavit enim ei quendam iuvenem Rambertum nomine, huius tamen loci monachum. Qui aliorum non consenciens ludibrio, sancte conversacionis studium quesivit. Erat enim in episcopatu Mettensi quoddam monasterium Gorzias[a] nomine, quod a fratribus Deum timentibus quasi quibusdam flosculis amenissimus[b] paradisus suo desiderio fulgebat. Hanc fratrum congregationem frater Rambertus, huius loci [monachus[c]] evadens naufragium, Deo donante, melior futurus agredi disposuit. Qui ab[d] abbate et fratribus loci benigne est receptus, et[d] tamdiu tamque religiose ibidem conversatus, ut omnibus carus haberetur, et precipue eiusdem monasterii priori, qui Adelbero dicebatur, vir quippe vite laudabilis[e] et honeste conversationis. Rambertus enim, quem divina instruebat benignitas, consideratis religionis et ordinis circumstanciis, adque ipsorum fratrum Gorziensium mores laudabiles et actus, consuetudinem loci et modum tam sagaciter retinuit, ut idem prior et fratres ipsum gratanter, si voluisset pro sue humilitatis et modestie statu, retinuissent. Sed ille, quem Deus sue ecclesie rectorem previderat, ad revisendum locum istum et fratres, quos in tam pravo statu, ut superius dictum est, reliquerat, accepta a priore et fratribus licencia, ad monasterium Senoniense repedavit. Quem domnus Rangerus, qui tunc huic loco preerat, *libenter suscepit, et eum, quia prudens erat et modestus, post pauca monasterii[f] prepositum ordinavit. Qui sue obediencie[g] agendas tam strenue gubernavit, ut ab omnibus amaretur. Rangero itaque huius loci abbate ab hac vita non multo post decedente, eoque prout debuit condecenter sepulto, totus fratrum conventus Rambertum[h] prepositum sibi elegit abbatem. Qui ab episcopo Metensi[i] temporalia, ab episcopo vero Tullensi curam suscepit animarum. Cum igitur Rambertus abbas ad monasterium remeasset, fratres alloquitur eisque verbis benignissimis quod Gorzie didicerat indicavit et ut pro[k] more illorum religiosorum viverent ammonuit. Qui, quia consuetudo altera est natura[1], responderunt, se non aliter velle vivere; sed sicut consueverant orabant ut eos[l] victitare permitteret. Videns vero Rambertus abbas se nichil posse proficere, episcopum Mettensem censuit consulendum. Episcopus vero videns eum zelo Dei duci, ad eius bonam roborandum voluntatem dictum priorem Agenaldum Gorziensem sua fultum auctoritate eidem abbati dedit adiutorem. Venientes igitur ad nostrum hoc monasterium predicti[m] abbas et prior, fratres satis apte sunt allocuti; nunc quidem blandiciis, nunc vero terroribus, ut a dissolucione[n] sua recedendo se discipline regulari sumittere maturarent, hortabantur. Qui omnino nec prece nec minis vel demum districioni[o] regule moti, irati ad contumelias devenerunt. Quod cum viderent abbas et prior, scilicet ipsorum pertinaciam et duriciam cordis, proposuerunt eis unum e duobus eligendum: aut obediendo mandatis regule Deoque serviendo in monasterio disciplinate viverent, aut de monasterio exientes quamcumque[p] vellent viam sibi vivendi assumerent. Quod illi audientes, quidam ipsorum, qui simpliciores erant, se abbatis dicioni subdiderunt. Quatuor vero, qui aliquantulum scioli esse videbantur, alii in sua sciencia, alii stoliditate tumentes, alii in sua iuventute confidentes, latam viam, que ducit ad mortem, *relicto claustro, sunt agressi. Reliqui vero ordini et abbati suo se committentes, Deo pocius servire quam seculo[q] decreverunt. Ordinatis denique fratribus et ordini ac discipline regulari restitutis, ac rebus monasterii sagaciter ordinatis[r], dictus prior Agenaldus valedicens abbati, ad propria est reversus. Rambertus autem locum tam feliciter rexit, ut se amabilem cunctis exiberet et honorabilem[2].

c. 930. *f. 29. *f. 30. c. 940.

Cap. 18. Quod Bruno Tullensis ordinatur episcopus, et de miraculo pomorum.

Anno igitur Domini 1026. obiit Hermannus Tullensis episcopus[3]; cui[s] supradictus Bruno, filius comitis de Dasporch, qui postea Leo papa effectus est, in episcopatu successit. Eodem anno, mirum dictu! in pomis et piris nuclei effigies hominum pro quantitate sui

a) *in ras.* 1. b) imus *e corr.* 2. c) *male add.* 2. d) *post add.* 1. e) laudibilis *c.* f) mo *in ras.* 1. g) obbed. *c.* h) Ramberum *c.* i) M. t. ab e. v. *erasa, manu s. XVIII. suppleta.* k) *del.* 2. l) s *add.* 2. m) p. a. et *in ras.* 1. n) disol. *c.* o) *ita c.* p) quam *e corr.* 1. q) ec *e corr.* 1. r) tis *e corr.* 2. s) successit *add.* 1, *del.* 2.

1) Cicero de finibus V, 25, 74. 2) Cf. diploma ipsi ab Adalberone episc. Metensi a. 938. datum, Gall. chr. XIII, p. 453. 3) V. Leonis I, c. 8, p. 135.

habentes inveniebantur. Sed quid hoc portendebat, non inveni. Eodem tempore Symeon quidam de transmarinis partibus de monte Synai veniens Treveris, in porta Nigra dicta ab archiepiscopo Popone eiusdem civitatis includitur; qui postea miris[a] claruit miraculis. Anno quippe Domini[b] 1044. Humbertus[c] abbas[1] Mediani-monasterii, vir clari ingenii, laudes que responsoria dicuntur sanctorum Ciriaci martiris, Columbani, Odilie virginis, Gregorii pape, Hildulfi[d], Deodati episcoporum, rithmice ac metrice componens, Brunoni episcopo supradicto Tullensi tradidit decantanda[2]. Inde 5 annis elapsis, apud Mogunciam conventus[e] episcoporum ac procerum et aliorum plurimorum cum imperatore Friderico[3] habitus, Bruno Tullensis episcopus papa communi[f] consilio omnium eligitur, ac Rome proficiscens[g], per partes istas transeundo, oratorium sancti Iohannis baptiste ad portam Mediani-monasterii consecravit 11. Kalendas[h] April. Humbertum quoque Mediani-monasterii abbatem secum ducens, archiepiscopum Sicilie ordinavit, deinde Rome cardinalem ad vices suas supplendas secum morari precepit. Millesimo[i] quinquagesimo[i] anno domnus Leo papa ad partes istas rediens, sancti *Arnulfi ecclesiam Metti dedicavit. Secundo anno item Gallias repetens, ossa beati Gerardi Tullensis episcopi de tumba levavit.

Cap. 19. Quod abbas Humbertus Mediani-monasterii cardinalis in[k] Alpibus vidit[k] Gebuinum[k] episcopum Chathalanensem[k] a[k] diabolis reduci[k].

Anno Domini 1052. domnus Humbertus cardinalis, licencia optenta a papa suam patriam visendi, assumptis secum sodalibus, iter arripuit. Cumque ad montes Alpium pervenisset, obviavit ei equitancium multitudo. Videbantur enim quocquod erant equis nigris insedere; quos cum prope intuitus esset, apparuerunt quasi flamma[l] ardentes. Signansque se signo crucis, dixit comitibus suis: 'Cedite istis et sinite eos abire; nescitis enim, qui sint'. Cumque eis abeundi locum dedissent, domnus Humbertus volens scire, unde tanta veniret gentium talis generis multitudo. Conspexitque[m] tres in fine illius exercitus in equis nigris mire magnitudinis sedentes et forcius ceteris ardentes; dixit illis: 'Adiuro vos per ineffabilem Dei potentiam, ut michi dicatis, unde tanta emersit equitancium multitudo, et qui estis, et quo tenditis'. Ad unus illorum trium respondit: 'Vides istos omnes? Angeli Satane omnes sumus'. 'Et unde', ait, 'venitis'? Qui dixit: 'De civitate Cathalanensi venimus'. Humbertus cardinalis dixit: 'Quid ibi fecistis'? Ad ille: 'Episcopum Gebuinum inde adducimus'. Cui ille: 'Quid enim mali fecit'? Satanas respondit: 'Invenimus eum cum sanctimoniali lascivientem[n], et nunc sui meriti nobiscum solvet penas'. Cardinalis dixit: 'Peto a vobis michi dici per nomen Dei altissimi, si qua bona, misse[o], elemosine, ieiunia, oraciones vel alia aliqua eum a manibus vestris eripere possunt'. Ille respondit: 'Nescio, quid dicas. Unum scio, quia, quousque Deus veniat iudicare vivos et mortuos et seculum per ignem, hic nobiscum sine remedio erit'. Erat quippe idem Cathalanensis episcopus inter duos tercius sedens in equo ignito, cappam habens ignitam quasi ferream. Et ita transeuntes dixerunt, se[p] ad ignitum montem Ethne properare. Humbertus vero cardinalis ad Medianum-monasterium[p] veniens, in die epifanie Domini ibidem missas celebravit. *Rediens autem Humbertus cardinalis Romam venit et una dierum, cum a lecto surgeret, radio solis in faciem eius se iactante, statim spiritum reddidit. Cuius corpus a Nicholao papa[q] honeste sepelitur in basilica Constantiniana[r] iuxsta corpora Aufride et Secunde. Isdem Humbertus preter alias virtutes quibus precellebat virtute humilitatis[s] preditus erat.

Cap. 20. De edificatione ecclesie Longi-maris.

Anno Domini 1056. quidam Bilonus, Gerardi ducis servus, in saltu Vosagi qui Longum-mare[4] dicitur locum et capellam in honore sancti Bartholomei primus edificavit.

Cap. 21. De expeditione Anthiochie, recuperatione Iherusalem.

Anno[5] Domini 1075[t], tempore Urbani pape secundi[u], dux Godefridus dictus de Bullun et Tancredus et aliorum baronum multitudo[v] exortacione eiusdem pape de partibus Francie, Normannie, Campanie,

a) s *add.* 2. b) *add.* 2. c) Humberus *c.* d) Hilduffi *c.* e) coventus *c.* f) i *e corr. c.* g) proficiciscens *in ras.* 1, *corr.* proficiscens 2. h) Nonas *corr.* Kalendas 2. i) *in ras.* 1. k) i, v, n, t, a, r *abscisa.* l) flama *corr.* flamma 2. m) Conpex. *corr.* Conspex. 2. n) laciv. *rec. manu corr.* lasc. *c.* o) mise *corr.* misse 2. p) *post add.* 1. q) *post add.:* secundo natione Burgundin. *c.* r) na *add.* 2. s) humilatis *c.* t) *ita c., quod emendare nolui, cum Richerum in annis indicandis valde vacillare videam.* u) *post add. c.* v) multudo *corr.* multitudo *c.*

1) Non abbas, sed huius coenobii monachus. 2) Eadem fere ipsi Brunoni tribuit Wibertus, Vita I, 13, p. 144. 3) potius Heinrico. In Vita II, 2. recte locus electionis Wormatia indicatur; cf. Iaffé p. 367. 4) *que l'on appelle Longe-Mer.* Vers. Gall. 5) Quem secutus sit auctorem, certo indagare haud potui. Complura cum Roberto conveniunt, alia, quae apud eum frustra quaeras, Gesta Francorum, Baldericus alii praebent; sunt vero quae ab omnibus his recedant. Certe etiam hic Richerus quae scripta invenit nimis libere reddidit.

Burgundie et Lotharingie adunati, Ierosolimam petentes, venerunt Romam, et inde per Apuliam transientes, invenerunt ducem Boamundum in obsidione quadam[1] cum suis laborantem; exortacione[a] Francorum crucem cum omni suo exercitu [suscipiens[b]], dimissis inimicis christianis, inimicos crucis Christi Sarracenos se velle impugnare professus est. Qui iter simul arripientes, Constantinopolim applicuerunt. Inde per Greciam iter agentes, multa mala ab invidis sustinuerunt. Tandem Antiochiam venientes, eam obsederunt. Ibique multa prelia immensosque conflictus cum civibus et aliunde sustinentes, fameque et penuria, imbrium et hiemis inundacione, ita ut tentoria ipsorum innatarent, afflicti, tandem per quendam illius civitatis magnatem nocte quadam eis civitas redditur. Sarraceni vero civitatem relinquentes, in castello munitissimo, quod in parte civitatis situm erat, se recipientes, conflictum[c] tam enorme cum Francis habuerunt[d], ut murum contra castellum[e] necessario eos opporteret construere. Ita enim muro protecti tandem castellum per voluntatem Dei obtinuerunt. Amiraldus igitur *Babilonie audiens Antiochiam esse perditam, adunato exercitu innumerabili, accersito[f] quodam primate sibi karissimo [Corbaram[g] nomine], cum filio proprio ad Antiochiam eos destinavit. Venientes igitur christianos nostros in Antiochia obsederunt et eos tam diu intra civitatem quasi iam captos detinuerunt, usque quo nichil penitus haberent ad manducandum[h]. Et tandem adeo oppressit eos fames, ut equos suos et[i] asinos comedere cogerentur. Quidam vero comes Stephanus nomine cum suis noctu fuga lapsus, Christum abnegavit et se paganis sociare non est veritus[2]. Deinde quidam Francigena famis inediam non valens sustinere, de civitate exiens, Corbaram[k] principi milicie paganorum se contulit et ei omnia que in civitate periculosa acciderant, et quia equos suos et asinos comederant et iam fere fame perierant, exposuit. Corbaram vero hec audiens gavisus est valde et eum suum fecit quasi collateralem. Illi vero in civitate angustia famis attriti, inierunt consilium, quid facto opus sit Convocatis igitur baronibus, inter se arbitrati sunt, pocius in bello occumbere velle, quam tam amara morte famis interire. Qui consilio ipso omnes aplaudebant. Ieiunium itaque indicentes, censuerunt super hoc Deum consulendum[l]. Responsum igitur[m] a Domino accipientes, ut in quodam loco lanceam Salvatoris quererent et cum ea securi bellum inirent[n], quia traderet Dominus inimicos paganos in manus ipsorum, sicut eis promissum fuerat invenerunt. Ordinatis itaque in crastino aciebus, lanceam[o] sanctam Podiensi episcopo preferente, portam que ducit ad pontem Ferreum — in quo dux Godefridus, antequam civitatem caperent, Turcum peremit, ab humero[p] ad pectus gladio labente per ventrem medium uno[n] ictu secans, capud cum scapula et dimidio pectore in flumine mergens, furcaturam crurium cum altero humero in equo civibus Antiochenis mirabile monstrum miserat[q] —, quantum potuerunt exierunt ordinati. *Exeuntibus autem illis de civitate, Corbaram econtra suas acies ordinabat et suum Francum, qui iuxta se residebat, de qualibet acie de civitate interrogabat, que esset acies vel cuius erat. Qui quia omnes principes Francorum et signa ipsorum cognoscebat, exponebat illi, qui erant exeuntes de civitate. Cumque Corbaram vidisset Francos ita ordinate de Antiochia[r] procedere, obstupuit et ait ad suum Francum: 'Tu, furcifer, numquit michi dixeras, istos equos et asinos pre inopia manducasse? Ecce video equos et equites non fame atritos, sed ad preliandum paratos de civitate[s] exire. Certe iam tui mendacii exsolves[t] penas'. Et hoc dicto, iussit eum capitalem subire sentenciam. Nostri igitur christiani, ut dictum est, ad bellum properantes, cum Corbaram conflictum habuerunt. Corbaram vero suis dederat signum, quia, quando viderent de herba sicca terre fumum ascendere, omnes in fugam verterentur. Illis itaque pugnantibus, Corbaram, qui ad intuendum preliantes se in loco eminenciori dederat, aspiciens ad montana, vidit de ipsis montibus innumerabilem multitudinem albatorum militum descendere. qui nostris se iungentes paganos[u] prosternebant, et nostri interficiebant. Illius vero exercitus principes erant Mauricius, Georgius, Demetrius[3], cum legionibus suis contra paganos pro nostris preliantes. Cum ergo vidisset Corbaram exercitum suum ita debilitatum, iussit ignem in gramine spargi, ut signum daret fugientibus. Quo viso, omnes fuga lapsi, fugiendo vel capti vel interfecti sunt. Ita nostri campum cum preda et tentoriis omnique supellectili accipientes, illa nocte[v] in tentoriis[w] pernoctaverunt. Corbaram vero fere solus ad dominum suum in Babilonia reversus, narravit ei omnia perdidisse et etiam[x] filium suum in bello interisse nunciavit. Postea vero Corbaram, quia arguebatur de tradicione a domino suo, dictus est per quendam militem christianum contra duos *Turcos fortissimos pugnantem se de tradicione illa excusasse. Franci[y] vero nostri ita potiti victoria, ad civitatem reversi sunt et ibi aliquanto tempore cum gaudio quieverunt. Dux vero Godefridus cum universo exercitu de Antiochia exeuntes, Boemundum, qui diu pro dominio ipsius civitatis decertaverat, ibi relinquentes, iter quod ceperant peragere desiderabant Invenientes igitur in itinere civitates munitissimas et regionem terre illius omnibus bonis opulentissimam, primam civitatem, quam invenerunt, obsidione vallaverunt, et fixis circa eam tentoriis, per ravias et mangonellos, turresque ligneas et alia machinamenta circa ipsam civitatem erigentes, Saracenos, qui intra civi-

*f. 31'. — *f. 32. — *f. 32'.

a) exotacione *c.* b) *deest c.* c) cuflictum *corr.* cūmfl. *c.* d) haburunt *corr.* habuerunt 2. e) castelum *c.* f) acersito *c.* g) *add. in marg.* 2. h) mancandum *corr.* manducandum *manu tertia.* i) *post add. c.* k) Corbanam *c.* l) c. D. *corr.* D. c. *c.* m) *post add. c.* n) *in ras. c.* o) l *in ras. c.* p) emit a. h *in ras. et in marg.* 2. q) serat q *e corr.* 2. r) An *in ras. c.* s) ciutate *corr.* civitate *c.* t) exolves *corr.* exsolves *c.* u) pag *in ras. c.* v) c *e corr. c.* w) s *e corr. c.* x) *e corr. c.* y) *reliqua huius cap. in ras. eadem vel simili manu scripta.*

1) urbis Amalfitanae. 2) Haec nusquam legi. Stephanus comes Carnotensis ad imperatorem Constantinopolitanum se contulit. 3) Sancti hi apud Robertum haud leguntur; alii vero referunt, a christianis visos esse sanctos Georgium, Mercurium et Demetrium; cf. Gesta, Bongars p. 21; Balder. p. 121; Guibert. p. 522.

tatem ipsam erant, viriliter impugnabant. Saraceni vero econtra nostris sudes, sagittas, lapides et ignem Grecum ad machinamenta incendenda inmittebant et multos nostrorum quassabant. Quid plura? Cum tanto labore diu pugnatum est. Cum igitur Franci viderent, se ita incassum cotidie laborare, valde doluerunt, dicentes, Deum se ad Sanctam Civitatem, ad quam properabant, nolle pervenire. Dux vero Godefridus et alii primates exercitus ceteris omnibus dixerunt: 'Aut animas nostras pro civitate ista tradamus', aut eam relinquentes, iter ceptum perficerent Placuit omnibus, ut adhuc semel viderent, si Deo adiuvante civitatem illam obtinere possent Quid ulterius immoror? Omnes Deo se commendantes, currunt ad arma, fundas lapidibus implent, arcus et balistas ad sagittandum preparant, machinamenta iactare faciunt, turres ligneas armati ascendunt et ad murum civitatis applicant et cum civibus cominus pugnant. Alii scalas ad murum levantes, propugnacula civitatis *occupant, et ita uno impetu intrantes, Saracenos, quos ibi invenerunt, omnes interfecerunt[a], et directis[b] spoliis et universis, quibus indigebant, secum tollentes, civitatem igni succenderunt. Et ita ad aliam civitatem venientes, simili modo illam expugnaverunt. Et ipsam spoliantes, ad Sanctam Civitatem tendebant. Venientes autem ad colliculum qui Mons-Gaudii dicitur, videntes Sanctam Civitatem, ad terram omnes corruentes, gloriam Deo dederunt, et ad civitatem venientes, ipsam obsederunt. Et quia deficientibus cibariis affligebantur, ad convalles montium[c], in quibus Saraceni cum peculio suo latitabant, Saracenis occisis, omnia sua cum dificultate magna ad suos reportabant. Aquam[d] vero cum magna difficultate ultra duodecim[d] miliaria querebant. Et ne diu tanto labore affligerentur, turres ligneas, arietes ceteraque machinamenta ad[e] civitatem expugnandam preparare festinabant. Cum subito nuntius adveniens, qui regem Ascalonie innumerabilem exercitum Saracenorum adunasse nunciabat[f], ut Francos expugnaret. Quod nostri audientes, machinamenta erigunt, turres et scalas ad muros applicant, et sicut de illa civitate prediximus, urbem intrant, omnes interficiunt et mane facto Aschaloniam versus pergunt; regem Ascalonie cum exercitu suo interficiunt, et inde reversi, ducem Godefridum regem Iherusalem constituunt.

*f. 33

Cap. 22. De edificatione[g] Domus-Maris.

Tempore Bercheri venerabilis huius loci abbatis fuit quidam Regnerus, qui locum in vasta heremi solitudine positum adiens, ecclesiam ibidem edificavit[h]. Qui locus usque hodie Mare dicitur[1]. Quam videlicet ecclesiolam memorabilis episcopus Tullensis Pibo[2] industria ipsius Regneri[i] Nonas Maii in honore sancte Trinitatis consecravit. Ubi multi ea die sancte Trinitatis, id est in octavis penthecostes, ob festi gratiam convenire solebant. Alii vero adque alii ipsum locum inhabitantes[k], quia abilis ad serviendum Deo habetur, melioraverunt. Locus enim ille monasterio Senoniensi semper subditus extitit.

*f. 33'.

*Cap. 23. De Stephano episcopo Metensi, et de Antonio abbate.

Post[3] hoc autem Rambertus abbas huius[l] loci Senoniensis aliquanto supervivens tempore, cum feliciter ecclesiam suosque[m] rexisset, migravit ad Dominum. Cui vir venerandus Bercherus successit[4]. Qui vestigia sui decessoris regulariter immitando secutus, cunta sibi commissa laudabiliter conservavit, alia vero sagaciter augmentavit. Qui etiam, felici vite cursu peracto, celo spiritum redidit. Defuncto igitur Berchero abbate, civitas[n] Mettensis dicitur eodem tempore presule caruisse[5]. Et quia abbas huius loci ab episcopo Mettensi temporalia recipere tenetur, deficiente episcopo hec ecclesia etiam pastore fere per triennium[o] caruit. Electo siquidem episcopo Stephano in sede Mettensi, fratres huius loci ipsum episcopum, ut eis de abbate provideret, postularunt[p]. Qui, consideratis circunstanciis, necessitati eorum[p] volens consulere, episcopus, accersito ad se priore celle Laci[6] Anthonio, ipsum ad regimen huius nostri loci vocare maturavit. Sed quia hic, de quo agimus, Antonius laudabilibus se actibus, ut postea aliqua referemus, mirabiliter decoravit, quomodo ad nos pervenerit, breviter et succincte[q] edisseram[7]. Hic itaque Antonius de Ticino, que Papia dicitur, in territorio Longobardie[r] sito[s], oriundus fuit; qui se tanto plus honestis decoravit moribus, quanto nobilioribus ortus erat parentibus. Agens vero adhuc annos iuveniles, relictis paren-

c. 950. — c. 1050. — 1120.

a) interferunt *c.* b) *l.* direptis. c) *vocabulum deest.* d) *e corr. c.* e) a *in ras. c.* f) *in marg. add.* 2. g) ca *et* mus *abscisa.* h) *ultimum* t *suppl.* 2. i) Reneri *post corr.* Rengeri *c.* k) inhabitates *corr.* inhabitantes 2, *qui* ipsum locum *iterum addita delevit.* l) huis *c.* m) osq *in ras.* 1. n) ciutas *corr.* civitas 2. o) trienium *c.* p) *post add.* 1. q) cte *in ras.* 1. r) Logob. *corr.* Long. 2. s) site *c.*

1) 'Eglise de la Mer'. C. 2) 1070—1107. 3) Haec ante c. 22. scripta esse videntur, quamvis in codice in eodem folio exarata. 4) Valde Richerus erravit, cum 100 fere annis post Rambertum Bercherus successerit. Inter eos sex abbates recensentur Gall. chr. l. l. p. 1386. 5) Adelberone a. 1116. deposito, Theotgero a multis impugnato, series episcoporum interrupta videbatur. 6) Lay prope Nancy. 7) Cf. Vitam Antonii metrice scriptam, in Appendice additam; hic ab Hermanno episcopo institutus dicitur. Si vero postquam 38 annis abbatiae prefuit a. 1136. obiit, a. 1098. eam susceperit oportet, Popponis episcopi tempore.

tibus rebusque patriis, ad istas devenit partes. Civitatem quoque Mettensem adiens, claustro beati Arnulfi, quod tunc famosissimum habebatur, se familiarem prebuit. Cumque abbas et fratres dicti loci eius viderent modestiam, ipsum in fratrem receperunt et monachum. Deinde celle supradicte Laci, que eorum erat iuridicionis, prefecerunt. Qui cellam ipsam, quia vetustate ruinas minabatur, solo prosternens, de novo et ampliorem edificavit. Redditus *quoque ita ampliavit, ut in introitu suo vix duo vel tres, modo deni vel duodeni ibi valeant sustentari. Antonio vero ipsam cellam ita regente, ab episcopo Mettensi huic loco, licet invitus, rector destinatur. Non multo post tempore quecumque in loco isto erant a priscis temporibus constructa, monasterium, claustrum, refectorium, dormitorium ceterasque officinas intus et exstra ad terram proiecit et omnia honorabilius ac decencius, sicut adhuc videri potest, ampliora et meliora reedificavit. Sumptus ecclesie augmentavit, cellas que ante non erant huic loco aquisivit, cellam iuxta castrum Danubrii[a. 1] adiutorio et devocione reverentissimi Stephani episcopi Metensis construxit. Episcopus vero ei contulit ad sustentacionem fratrum ibidem Deo serviencium pischacionem in aquis suis ad libitum ipsorum, id est quod fratres suos proprios piscatores in aquis episcopi habeant et quando quomodo voluerint, in pascuis, nemoribus similiter ad ignem, ad edificia ad usus suos pro voluntate sua usuarium habeant. Locus enim ubi cella illa constructa est et quedam prata, agri etiam ab episcopo Stephano, sicut in privilegiis ipsius prioratus continetur, collata fuerunt. Cuius[b] celle ecclesia postmodum a quodam cardinali Tiewino[2] nomine in honore beati prothomartiris Stephani fuit dedicata. Cella vero Leonis-montis[3] sagacitate ipsius Antonii huic loco fuit attributa et ab ipso oblacione et subvencione fidelium redditibus et beneficiis satis apte extitit ampliata. Prioratus vero de Suris[4], quem venerabilis matrona Cunegundis huic loco cum[c] reditibus, pratis, terris, nemoribus et aliis bonis pro anime sue remedio contulit, industria eiusdem abbatis Antonii actum perhibetur. Cellam[d] quoque sancti Christofori[5] in clivo collis ante portam Vici sitam per quosdam nobiles viros, qui suas possessiones huic loco pro animabus suis contulerunt, tempore suo construxit et redditibus plurimis ditavit. Cellam[d] quoque de Lorchinge[6] cum appendiciis suis et ecclesiam *in eadem villa munere perpetuo acquisivit. Alia quoque multa, thesauros ecclesie, ornamenta altariorum huic loco Senoniensi laudabili sollertia adunavit. Quid plura? Triginta et octo annis monasterium istud feliciter gubernavit, in quibus nec solum preteriit annum, in quo non edificaret vel aliud aliquod ad augmentum ecclesie acquireret. Decurso[e] itaque felicis vite stadio, migravit ad Dominum anno Domini 1136[7]; sepultusque est in medio ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli ante altare sancte Crucis, in tumulo lapideo, super quo lapis columnulis lapideis sustentatur; in quo ego postea imaginem propria manu sculpsi, quasi abbatis iacentis cum baculo pastorali in manu tenentis Post hunc successit Galterus. Sed quia nichil de ipso legi vel audivi, nichil scribere sum conatus, nisi tantummodo quod vicesimus octavus huius loci abbas fuit ordinatus.

*f. 34.

*f. 34.

Cap. 24. De translatione sancti Nicolai.

Anno igitur quo intravit ad nos reminiscendus pater noster Antonius[8] contigit, quosdam negociatores a Baro civitate Apulie ad Greciam questus causa advenisse, Antiochiamque cum navibus oneratis frumento et aliis mercimoniis devenire volentes, tandem ad Miream, in qua corpus[a] beatissimi confessoris Nicholai septingentis septuaginta quinque[a] annis sepultum delituerat, devenerunt. Qui, inito inter se consilio, quia civitas Mirensis a Sarracenis vastata paucis incolebatur colonis[9], crediderunt sacras illas reliquias se levius pro paucitate habitancium adepturos. Quod et ita factum est. Intrantes itaque ecclesiam, sacrum illud beati Nicholai corpus, a custodibus ecclesie cum magno labore et astucia sibi sub pavimento demonstratum, cum gaudio magno per mare navigantes ad Barum civitatem suam deportaverunt. Ubi per merita ipsius[f] sancti tanta ostenduntur miracula, ut numquam ab aliquo scripto possent commendari.

a) *in ras.* 1. b) *ita corr.* 2; Que 1. c) cun *c.* d) Cella *c.* e) Decursu *c.* f) īpis *c.*

1) Daneuvre. V. chartam Stephani episc. a. 1126. datam, Gall. chr. l. l. p. 489. 2) Qui tempore Lotharii et Conradi III. in Germania fuit. 3) Leomont. C. 4) Xures. C. 5) St. Christoph en Vic. C. 6) Lorching (Lorquin). Cf. chartam a. 1128. datam, Gall. chr. l. l. p. 491. 7) Haec an recte tradita sint, dubitari potest. 8) In a. 1087. ponit Sigebertus, SS. VI, p. 365. 9) Haec aliter in translationis historia, ap. Surium VII, p. 398, quam Richerus sequi videtur, sunt narrata.

Cap. 25. De articulo digiti beati Nicholai.

*f. 35 Eodem quoque fere tempore quidam miles de istis partibus ortus, *translacione sancti Nicholai audita, ad civitatem Bari, ad quam translatus erat, devenit. Ibique vota solvens, ad hoc amore sancti ductus laboravit, ut articulum digiti secum ad partes istas aportaret[a]. Quem ad locum qui Portus dicitur[1] reposuit. Erat enim villula admodum parva, que nunc ad instar magni opidi per merita beati Nicholai iam auctum cernitur. Ubi idem sanctus tantis claret miraculis, ut captivorum, febricitancium, aliarum infirmitatum laborantium frequentatione adeo repleatur, ut, si quis boiarum et cathenarum velit considerare in ipsa ecclesia pondus innumerabile[2], miraculis sancti pocius fidem dare poterit quam narracioni. Frequentatur itaque in eadem villa sanctus ac diligendus Nicholaus a Burgundionibus, a Francis, ab Alamannis et ab universis circumquaque regionibus constitutis et omni gente munera apportante. Et quia omnipotens Deus hanc nostram regionem tanto adiutore ditare dignatus est, ipsum velocem subventorem, ut nostri apud Deum memor esse dignetur, exoremus.

Cap. 26. De cella Belle-vallis.

Eodem quoque tempore dux Lotharingie Maherus[3] et frater eius Gerardus terras suas c. 1070. inter se dividentes, comitatus Wadani-montis Gerardo in sortem devenit. Qui non longe post cellam Belle-vallis[4] in territorio Castrensi[4] sitam satis compendiose extruens, prediis et aliis[b] possessionibus augens, Mediano-monasterio possidendam submisit. Ubi postea se delegit sepeliri, et duas ecclesias Muri-vile et Puris celle Belle-vallis pro anime sue remedio liberaliter contulit. Quod et adhuc ita permanet. Eodem quoque fere tempore ecclesia 1093. Calmosiaci[5] a quibusdam viris fidelibus incoata fieri cepit. Que postea bonis multis aucmentata et in honore perpetue virginis Marie dedicata, a canonicis ordinis sancti Augustini dignanter incolitur.

*f. 35' Cap. 27. De belua que in territorio Virdunensi apparuit.

Eodem quoque tempore contigit, ut in[c] Virdunensi territorio tanta extiterit tempestas, ut antea nulla similis visa est. Qua tempestate durante quedam belua mire magnitudinis[d] ad partes illas fertur devenisse. Que bestia ypocentaurus vocatur. Que ubique vagando quocquod invenire poterat homines devorabat. Quam sequebantur diversi coloris alii serpentes, etiam omnia devorantes. Multitudo vero gencium utriusque sexus in villis habitancium audientes, quod talis bestia fines suos subintrasset, a facie illius fugierunt. Bestia vero inclusos illos[c] in quadam repperit ecclesia. Quam dissipans, quocquod in ipsa repperit omnes devoravit. Et hoc tempestate durante durasse perhibetur. Cum igitur cessavit tempestas, ceteri serpentes disparuerunt, illa sola belua in arvis remanente. Quam videns quidam illius terre potens, ipsam in quadam domo reclusit et ad rei geste probacionem ipsam aliquanto tempore pavit. Sed quid de ea bestia evenerit, non inveni.

Cap. 28. De constructione castri Alte-petre.

Anno Domini 1123.[e] Albertus miles dictus primo de Parreia castrum in rupe que Alta- 1223? petra[6] dicitur erexit; et anno 1127.[f,7] a Matheo duce Lotharingie[g] obsessum ab octavis pentecostes usque ad nativitatem beate Marie, tandem captum et dirutum est.

Cap. 29. De interfectione civium Metensium a comite Barri.

Anno Domini 1153. interficiuntur cives Mettenses ab exercitu Renaldi comitis Barrensis apud Tireium[8] tempore Stephani episcopi eiusdem civitatis. Sequenti anno dedicata est ecclesia beate Marie hic in loco sub abbate Humberto Senoniensi[9]. Cui successit Bernardus abbas anno Domini 1160. Huius Bernardi tempore Senoniensis ecclesia quendam prioratum

a) et *e corr.* 2. b) alliis *c.* c) *add.* 2. d) *primum* i *suppl.* 2. e) *ita pro* 1223. *scriptum fuisse videtur, quod postea male correctum in* MCXCIII. f) MCXXVII. *post corr.* MCCX. *c.* g) h *superscr.* 1.

1) Portus-suavis, Poursay vel Poussey, ut videtur, dioeceseos Tullensis. 2) Catenas ad saec. XVIII. usque servatas esse, testatur Cayon. 3) i. e. Matthaeus. Sed frater Gerhardi primi comitis Wadani-montis (Vaudemont) fuit dux Theodericus (1070–1115), avus Matthaei I. 4) Belle-valle prope Chatel-sur-Moselle. C. 5) Chaumozey; v. Seheri primord. Calmos., SS. XII, p. 325; Duhamel, 'Documents de l'histoire des Vosges' II. p. 1. 6) Haute-pierre. 7) V. IV, 24. Anno 1223. castrum destructum esse videtur; v. chart. ap. Belhomme p. 312. 8) V. Ann. S. Vinc., SS. III, p. 158; Hist. Mett. SS. XXIV, p. 517, ubi pugna in Frigido-monte commissa esse dicitur. Tireium, Calmeto teste II, p. 75 n. (edit. 1) villula erat prope Pont-à-Mousson, in chartis monasterii sancti Michaelis memorata, sed nunc incognita. 9) Ab episcopo Henrico Tullensi d. 24. Ian.; v. Gall. chr. l. l. p. 1387.

in Burgundie partibus in diocesi Bisuntinensi possidebat, quem a priscis temporibus aquisierat, qui[a] dicebatur Sales et alio nomine mansus sancti Benedicti. Tempore huius Bernardi, ut dicitur, venundatus est, nescio pro quanto precio vel quare; et quia de illo nichil repperi, nichil dicere volui. Idem vero Bernardus abbas cum ecclesiam *Senoniensem rexis- *f. 36
5 set 9 annis, migravit a seculo.

Cui Gerardus successit anno Domini 1169. Hic de Valle sancti Deodati oriundus fuit, de militari quidem genere, sed Sancti Arnulfi Mettensis monachus. Ibique sumptus, quia bone conversacionis et moribus honestis habebatur, huic loco preficitur. Qui secundum tempus bene rexisset, nisi parentibus suis ecclesiam hanc nimis onerasset. Parentes nempe sui res
10 ecclesie minus provide dispergebant. Unde monasterium ultra modum ledebatur, nec abbas ipsos a sua vita pessima avertere quibat[b]. Unde contigit, eos captivari. Quod cum vidisset abbas, tanto pro parentibus est dolore perculsus, ut, postquam 31 annis hanc rexit ecclesiam, dignitatem resignavit, et loco cedens, ad cellam Leonis-montis se transtulit; ibique paucis c. 1200. supervivens annis, diem clausit exstremum; ibique fertur esse tumulatus. Cui Teodericus
15 successit, vir simplex et honeste vite. Qui tamen abbas fuit benedictus et a pascha usque festum sancti Simeonis sedit et resignavit; et in cella sancti Christofori penes Vicum com- Oct. 24. moratus, ibidem vitam finivit ibique sepultus est.

HIC[c] INCIPIT LIBER TERCIUS.

Cap. 1. De electione Maheri prepositi Sancti Deodati ad episcopatum
20 Tullensem, et de depositione eius.

In illis diebus[1] erat vir quidam nomine Maherus, imperiali et ducum prosapia procreatus, vir satis in principio sui modestus, elegantis forme et bene placens, ecclesie Sancti Deodati prepositus. Episcopo igitur Tullensi defuncto, idem vir Maherus episcopatus Tullensis cathe- 1198. dram suscepit. Cuius regiminis tempore Cono quidam de Danubrio sacerdos, quia ditissi-
25 mus esse credebatur — vacillabat enim[d] ecclesia hec inopia — propter sua tantum[e] carus, ad hanc regendam domum pastor futurus a fratribus eligitur; regule[f] beati Benedicti ignarus, totus secularis moribus et actu. In quo nulla erat ordinis fiducia; sed credebatur huic loco diviciis[g] suis posse subvenire. Sed quia erat totus *mundanis rebus inplicitus, regula- *f. 36'. ribus disciplinis se minime conformare valebat. Accipitres suos, sicut prius, in claustro, in
30 choro[h] non cucullatus portabat; alumnis et familie, prout solebat, providebat. Attamen prout credebatur huic loco nichil profuit. Nec mirum. Quomodo sciet preesse qui numquam novit[i]? Quis docere potest quod non didicit? Qui magister erit qui numquam extitit discipulus? Ita precipitantur ab insensatis honores. Quid plura? Quinque annis talis abbas hanc rexit ecclesiam. Interea dum hec ita se habent, episcopus Maherus, de quo superius mencionem
35 fecimus, a canonicis suis Tullensibus trahitur ad iudicium. Vocatur ad iudices, accusatur, de epischopatus[k] dilapidacione arguitur; nec tamen causa per iudices valet terminari. Ad papam, qui tum Innocentius tercius erat, apellatur[2]. Archidiaconus quidam Fridericus nomine cum aliis pape se presentat. Episcopus vero iter arripiens, venit Sutrium ad 30 prope Romam miliaria. Adversarii instant, quia dies appellacionis transierat. Papa differt, quia
40 ei parcere volebat; asserebat enim, eum se scire venientem. Episcopus vero de sua salute desperans, retrogrado se committens itinere, ad partes istas infelix reversus est. Adversarii vero eius papam urgentes, cum papa audisset eum repatriasse, contra eum, licet invitus, tulit sententiam[3]. Episcopus vero sciens contra se datam esse sentenciam, bannum Bodonis monasterii duci Lotharingie Friderico[4], fratre[l] suo, titulo pignoris se obligare simulavit.
45 Terra vero illa Bodonis-monasterii iure hereditario ad episcopatum Tullensem pertinere dinoscitur. Fridericus igitur dux ut vidit, quia non sine peccato terram ipsam retinere posset[m], terram illam cuidam abbati Alte-silve[5] Cisterciensis ordinis, qui eidem duci satis familiaris erat, eodem iure, quo ipse eam possidebat, habendam tradidit. Cum ergo abbas ille

a) que *corr.* qui *c.* b) nequibat (?) *corr.* quibat *c.* c) *ita in superiore folii margine c.* d) *post add.* 1. e) n(—) *post*
50 *add.* 2. f) Regula *corr.* Regule 2. g) s *e corr.* 2. h) coro *corr.* choro *c.* i) subesse *vel simile vocabulum deesse videtur;* Comment pourra profiter celuy qui ne l'apprit jamais. *Vers. Gall.* k) h *superscr. c.* l) *ita c.* m) non *ante* posset *del.* 2.

1) Matthaeus a. 1198. episcopatum Tullensem suscepit. Reg. XII, 149. BR.
2) Anno 1202, prout colligimus ex litteris Inno-
55 centii III, lib. V, ep. 12. BRIAL.
3) a. 1210,
4) secundo huius nominis.
5) Haute Seille.

terram aliquanto tempore tenuisset[a], timuit, ne propter hoc ab episcopo Tullensi[b] molestaretur, ipsam possessionem cuidam ballivo comitis Henrici de Salmis, qui *Matheus de Blammut dicebatur, nescio quo pacto habendam contulit. Et ita ille possedit [eam[c]] usque ad Fridericum, filium dicti Henrici comitis de Salmis, totum bannum de Bonmostier. Ita enim vulgo appellatur, de quo nos loco suo loquemur postea. Amoto igitur Mahero ab aministracione Tullensi, Renaldus successit, filius pincerne regis Francie, qui dicebatur de Sanliz[1], nobilis vir beneque morigeratus. Maherus quoque ad preposituram suam ad Sanctum Deodatum est reversus.

*f. 37. — 1210.

Cap. 2. De eodem Mahero et filia eius.

Idem vero prepositus Maherus edificavit[d] domum inter duo monasteria de lapidibus turris Sancti Deodati, que lapsa erat. Habebat enim filiam iuvenem et satis formosam, quam de quadam sanctimoniali Spinalensi genuerat; ipsam in domo, in mensa et, ut dicebatur, in lecto assidue habebat; de qua etiam filios dicitur procreasse. Cumque Fridericus dux, frater eius, audisset[e], fratrem suum talem ducere vitam, venit ad eum et dixit ei, quare ita impudenter se ipsum et totam suam progeniem ita cum filia sua dehonestaret. Ad ille dixit, eam non esse filiam suam. Dux respondit: 'Numquid matrem cognovistis? et tam enormiter cum matre et filia vultis rem habere'? Ille vero confusus nichil respondit. Dux vero iratus accepit eam et misit eam in compedibus in castro Bernsteim in Alsacia, quod filius eius Teobaldus habere dicebatur[f], quia, mortuo comite de Tasporch, idem dux filiam eius filio suo acceperat in uxorem, ut ei idem comitatus cum uxore proveniret; quod et ita contigit[2]. Maherus vero prepositus Sancti Deodati antea anno Domini 1203, tempore Simonis ducis[3], patrui sui, castrum erexerat in quadam rupe penes montem[g] qui Clarus-mons dicitur[4], in valle Sancti Deodati, pro quo tota vallis illa fere destructa et male tractata fuerat. Sed non diu duravit, quia consilio Friderici postea ducis Lotharingie et etiam patris ipsorum Friderici de Vites[5] et aliorum prudentum virorum disruptum[h] fuit. *Et ita pace ordinata, quisque reversus est ad propria. Prepositus vero Maherus, quia dux Simon tempore guerre domum, de qua supra diximus, funditus everterat, et merito, quia de lapidibus monasterii extitit[i] facta, et in atrio ecclesie in ipsa domo multa inutilia acta sunt, quia[k] certum non habebat receptaculum, per montes et nemora cum canibus et venatoribus cottidie discurrebat, et precipue in Claro-monte, ubi eum antea diximus castrum erexisse. Habetur enim in summitate illius montis ecclesia in nomine beate Marie Magdalene constructa cum suis officinulis, solitariis apta; ibi idem prepositus Maherus conversabatur plurimum.

*f. 37'.

Cap. 3. De interfectione Renaldi episcopi Tullensis.

Contigit igitur non multo post tempore, Renaldum episcopum Tullensem, de quo superius dixi, ad partes istas causa visitacionis devenisse. In festo quippe sancte pasche ad monasterium Sancti Salvatoris in Vosago ad festum ibi celebrandum pervenit. Cumque illa die ibidem festivitatem peregisset, ad claustrum hoc Senoniense devenit. Commitabantur vero honesti clerici et viri religiosi, de[l] quorum societate gaudebat, cum eo. Eadem quippe nocte sequente pasche diem quidam speculatores missi advenerunt, quorum unus clericus erat, alter vero laicus. Clericus postea sacerdos effectus est et ipse dives. Hii duo a Mahero preposito missi sunt[m], ut episcopo insidiarentur. Hii ea nocte qua episcopus apud Senonias pernoctavit in camera abbatis comederunt et mane sine licencia recesserunt. Episcopus vero Tullensis Renaldus sequenti feria secunda, missa cantata, facto prandio, cum[n] suis ad Medianum monasterium pervenit, et ibi modicum demoratus, per Stivagium transiens, ad claustrum Alteriacense[6] properabat; ibi enim ipsa nocte pernoctare volebat. Cumque quandam villulam que Berguncia[o,7] dicitur pertransisset, venit ad quendam artum locum, ubi ex una parte vie mons cum nemore denso habetur, ita ut vix quispiam per montem illum eques transire valeat. Ex altera vero parte vie palus profunda cernitur cum arboribus. Idem prepositus cum suis frutices et *ceteras arbores in ipso loco ex utraque parte vie

1217. Mart. 26. — Mart. 27. — *f. 38.

a) tenui *et* timuit *e corr. c.* b) *post add.* 1. c) *post add. c.* d) *e corr.* 1. e) audissed, *littera* d *post add. c.* f) dibebat *c.* ? g) n(—) *post add.* 2. h) dir. *corr.* disr. 2. i) extititit *c.* k) a *add.* 2. l) ut de ipsorum *corr.* de quorum 2. m) *add.* 2. n) c. s. *in ras.* 1. o) Beguncia *superscr.* r 1; n(—) *post add.* 2.

1) Chantilly. 2) Cf. infra c. 21. et chartam ap. Calmet II, p. 427. 3) 1176—1205. 4) Clarmont. 5) Bitsch. 6) Autrey. 7) *Burgonce.* Vers. Gall.

obruerat ad[a] spatium occupandum, ne quis extra viam eques vel pedes transire valeret. Via enim tam arta est, ut vix currus per eam duci potest. Circa illam quippe viam idem prepositus Sancti Deodati insidias paraverat. Cumque episcopus Rainaldus ad locum illum cum suis pervenisset, illi de insidiis salierunt; abbatem Sancti Mansueti Stephanum, virum honestum, de equo proiecerunt; qui etiam despoliaverunt eum, et plagis inpositis in via dimisso, similiter alios spoliaverunt; et quibusdam vulneratis, venerunt ad episcopum, ipsum etiam spoliaverunt et inhoneste tractaverunt. Tandem unus eorum Iohannes nomine iuvenis, servus filie prepositi Maheri — ipsa enim, ut fertur, illi servo preceperat, ut, si ad episcopum veniret, quomodo ipse cum eo ageret, ut gratiam suam retineret, viriliter laboraret; — quod et fecit. Arrepto quidem cultello, quem penes se habebat, episcopum ter in tribus locis[b] cultro perfodit, in pectore et bis a tergo, et mortuum secus viam dimisit. Ita eum et omnes quocquod de comitatu suo habere potuerunt spoliaverunt et ipsum episcopum nudum, quod nefas est dictu, in palude iuxta viam et mortuum reliquerunt. Et ita perpetrato illo nefario facto recedentes, domino suo preposito in equo balistam in manu tenenti obviaverunt. Qui inquirens quid fecerant, duxerunt eum ad locum ubi[c] episcopus mortuus et nudus iacebat. Qui cum illuc devenisset, aliquandiu episcopum intuitus est, ut videret, si quoquomodo adhuc in ipso vitalis calor haberetur. Videns autem, quod non moveretur, versis retro habenis, cum suis satellitibus abiit in montana[d]. Fuerunt enim cum eo quidam clerici, ex quibus unus sacerdos erat nomine Terricus[e] de Sancto Deodato, et plures alii. Set ut vindicta Dei pro[f] hoc enormi commisso[g] in ipsis perpetratoribus celitus illata non tegatur silentio, finem quorundam ipsorum, prout potero, aperiam. Sacerdos vero ille Terricus, de quo superius mencionem feci, *videns quod factum fuerat, et loco remanere formidans, secessit ad partes Polanie. Et domino terre se inferens, dixit, se esse cognatum suum. Mater quippe dicti prepositi Maheri filia domini terre Polanie[1] extiterat. Cumque dominus Polanie audisset, illum esse suum cognatum, libenter eum retinuit. Ille vero Terricus sacerdos dixit, se esse militem. Erat enim homo satis formosus, validum habens corpus et menbra, ita ut persone elegancia fidem eius daret milicie. Ipse verro Terricus talem in milicia se exibuit, ut dominus Polanie[h] quandam nobilem mulierem illius terre ei in matrimonium iungeret. Ille vero cum eadem muliere pauco vivens tempore, in prelio interfectus occubuit; et ita ille, milicia Dei spreta, milicie terrene se ingerens, miserabili fine vitam finivit. Alter vero Cono clericus, quem insidiatorem episcopi supra notavimus, postea a quibusdam crimine illo notatus, monachum se vovit futurum. Set facta dictis non compensans, seculo pocius vivere maluit quam Deo. Talis itaque ad sacros ordines astucia propria promotus, tandem presbiter factus est. Deinde senator, id est decanus christianitatis vallis Sancti Deodati, effectus, ditissimus et plenus omnium bonorum terrenorum fuit[b]. Cum igitur putaret diu in tali felicitate vivere, subito[i] quadam nocte, cum se cubitum dedisset, spiritum reddidit et ea que preparaverat nescientibus se reliquid; et in hoc vindicta Dei apparuit. Alter igitur laicus, qui episcopum interfecit, Iohannes a spiritu immundo correptus et diu miserabiliter vexatus, se ipsum morsibus lanians, tandem miserum efflavit spiritum. Et ita isti tres mala morte multati, quia noluerunt penitere, vitam eternam perdiderunt. Alii quippe, qui in malicia sua gloriabantur, vel paupertate angustiati, vel infirmitatibus et infortuniis temporalibus atriti, delictorum suorum penas exsolverunt[k]. Alii quoque, qui saníoris consilii extiterunt, Romam adierunt et a domino papa, tunc Innocencio *tercio, absoluti[b], penitentes evaserunt. Quod si ita non penituissent, credo, quod aliorum secuti fuissent vestigia. Nunc igitur ad sepe memoratum Maherum prepositum Sancti Deodati revertamur.

(Margin: 1217 Mar 27; * f. 38.; * f. 39.)

Cap. 4. Quod idem Maherus apud castrum quod Bileste dicitur aliquo tempore habitavit, et de morte eius.

Dictus quidem prepositus Maherus, perpetrato tali sicut dictum est scelere, non se loco credens, habiit ad castrum quod Bilestein[2] in Alburiis appellatur; quod est domini de Horborch[2]. Ibi enim habebat milites qui ei familiares erant, cum quibus ad tempus habitavit. Detulit enim quicquid episcopo abstulerat, saumarios, scrinia, in quibus episcopalia, oleum sacrum, crisma et[b] sandalia, ferebantur, et in eodem castro reposuit, que ego pro-

a) at *c.* b) *add.* 2. c) ibi *corr.* ubi 2. d) motana *corr.* montana 2. e) icus *in ras.* 1. f) in *corr.* pro 1. g) *in ras.* 1. h) Polonie *corr.* Polanie 2. i) subbito *c.* k) s *post add.* 1.

1) ducis Miecislawi. 2) Bilstein, Horburg in Alsatia.

1217. Mai. 14. priis occulis ibidem vidi. Sequenti igitur pentecosten idem Maherus, audiens, quod nepos suus Teobaldus dux Lotharingie apud Sanctum Deodatum sollempnitatem ipsam cum magno militum commitatu celebrare decrevisset, advenit, non tamen in palam; non enim se illis credebat. Audierat enim, quod parentes dicti episcopi Renaldi dicebant, ipsum episcopum de consensu ducis fore interemptum; unde dux valde dolebat; et propter hoc Maherus prepositus ante nepotem suum venire non audebat. Et quia alias in valle nullum securum habebat reclinatorium, ad Clarum-montem, ubi et esse solebat, ascendit ibique qualecumque festum cum paucis celebravit; paucos dico, quia pro eius infortunio iam eum omnes aspernabantur. Eadem quippe die pentecostes clanculo ad Sanctum Deodatum veniens, quibusdam fidelibus suis apparens, ab eis inquisivit, utrum se cognato suo duci Lotharingie presentare ad[a] veniam petendam auderet; audivit, quod non, et quia ei, ut dictum est, mors episcopi ab amicis suis inproperabatur, ipse dux animam eius quereret; ille vero hec audiens, in derecedens, ascendit in montem, ubi commorari solitus erat. Dux vero Teobaldus, *f. 39. Mai. 16. *sollempnitate penthecostes apud Sanctum Deodatum peracta, feria tercia penthecostes inde discedens, assumpto secum quodam nobili Simoni milite de Iumvile[1], equos ascenderunt, et per Bellum-montem ad villam Norpateglise[2] dictam venire volentes, in quodam ibi fluente rivulo venientes; et ecce prepositus Maherus apparuit eis, veniens obviam eis. Quem cum dux Thebaldus vidisset, ira accensus, dixit illi militi qui cum eo equitabat: 'Si me', inquit, 'diligis, perfode istum lancea quam tenes'. 'Absit', ait, 'a me, quod unquam talem ac tantum virum interficiam'. Quo audito dux, accepta lancea de manu militis, prepositum peciit. Ille vero cum videret cognatum suum ad se iratum venire, flexo genu misericordiam deprecabatur. Dux vero nichil horum animo concipiens, demissa lancea ipsum prepositum, patruum suum, per pectus transverberatum interfecit. Quo facto, inde recessit[3]. Quidam vero supervenientes ipsum in rivulo iacentem reppererunt mortuum, et eum inde tollentes, ad Sanctum Deodatum attulerunt. Et quia talem meruit exitum habere, nec ei sepulture humanitas fuit iudicata; sed ad locum quem vivens frequentaverat delatus, scilicet Clarummontem, sub tecto ecclesie beate Marie Magdalene exterius in quodam vase ligneo appensus, aliquanto tempore permansit. Tandem, ut fertur, in quadam fossa, ubi fere silvarum precipitate capi solebant, ipse prepositus precipitatus, lignis et lapidibus tectus, talem meruit sepulturam. Et ita episcopus, quem interfecerat, ad locum sue conversacionis, id est ad Tullensem ecclesiam, delatus, honorifice est sepultus; interfector vero eiusdem episcopi ad eum quem incoluerat locum, ut supra dictum est, deportatus, etiam katholica caruit sepultura. Filia vero eius Adledis, de qua prediximus, tandem cuidam balistario de Gilliberti-villa in matrimonium iuncta, postea cum viro Alamanniam peciit[b], et apud castrum quoddam *f. 40. imperatoris Croneberch[4] nomine pauco tempore manens, *tandem mortua, vix sepulturam ecclesiasticam habere meruit. Et ita pater eius Maherus et ipsa filia et mortis episcopi cooperatores sui laboris meritum Dei iudicio receperunt.

Cap. 5. De Philippo Francie rege.

Circa tempus vero illud fuit rex magnificus in regno Francie Philippus nomine, qui pre consortibus suis ad iudicia discernenda, ut de Salomone legitur, valde discretus erat. Et quia eius actus multis scientibus valere credo, pauca de multis, que a veridicis relatoribus didici, breviter annotare curabo[5]. Fuit igitur sub eodem rege quidam ballivus valde locuplex et astutus, qui quendam[c] militem vicinum domui sue habebat, cuius domui vinea iuncta erat,

a) at *corr.* ad 1. b) pecciit *c.* c) quandam *corr.* quendam 1.

1) Ioinville. 2) Nompatelize. 3) Ex notis Errardi, camerarii ducis Theobaldi, quarum vetus versio Gallica exstare dicitur (de qua cf. Noel, 'Memoires pour servir à l'hist. de Lorraine' VI), haec a Cayon referuntur: *Maheu, grand paillardeux et violenteur de garces que fut en son temps . . . Ly duc Thiebaut iura que ly coupable n' auroit grace; luy fit quette et courir sus et feit ordonnance à un sien gentilhomme qu'avoit nom Simon de Ioinville, et qu'étoit en sienne compagnie es chasses toute proche de Rambieller, quand fut appris que li Mathieu étoit en certain lieu prochain, qui pourchassoit certaine menagere d'un moitrieux de ceant, de ly deffaire de cestuy scandaleux Mathieu, encore que fut sien oncle et prêtre. Mais avenant que lidit Ioinville feit refus d'occir lidit prêtre, par cas fortuit trouvé en la traversée de certain chemin qu'étoit dans le bois, et n'eut recours qu'en sien courrier qui n'avoit allure, ce qu'oiant monsignor, piqua le sien et pourtant lance en l'arrêt, ferri son dit oncle Mathieu de deux grands coups qui percerent de part à autre, et lui feit rendre sa sale ame en lieu que fut trouvé.* 4) Kronberg ad Taunum? 5) Similem narrationem v. ap. Radulphum Coggeshalensem, Bouq. XVIII, p. 117, quam Richero notam fuisse, vix putarim.

que dicto militi valde cara habebatur. Ballivus vero idem ipsam vineam, quia eius domui erat contigua, ultra modum concupiverat. Et ipsum militem, ut ei ipsam vineam venderet, pluries convenerat, nec impetrare poterat. Rogabat enim idem multo precatu idem ballivus militem et coram concivibus suis, ut, quantum precii pro ipsa vinea vellet, acciperet. Ille econtra affirmabat constanter, se numquam pro aliquo precio uxorem vel filios exhereditare posse. Ballivus vero omni qua poterat intencione, ut ipsam vineam habere posset, machinabatur. Accidit igitur, ut miles ille moreretur et in cimiterio rite sepeliretur. Audiens autem ille ballivus, quod miles ille defunctus esset, quoddam mirabile dictu pro vinea illa habenda excogitavit. Peciit quippe forum civitatis, ubi sciebat diversarum gencium maneries adventare. Considerans enim huc et illuc, tandem vidit duos viros robustos, vagos et valde corpulentos, qui, si vestiti fuissent — erant enim fere nudi —, satis honesti viri esse crederentur. Quos ballivus accersitos, duxit eos in domum suam et ita eos alloquitur: 'O viri, si consiliis meis aquiescere velletis, ego de meo vobis tantum[a] darem, quod bene paupertatem vestram relevare possetis. Videmini enim satis honesti et corpore et moribus'. Illi vero audientes quod desiderabat[b], promiserunt se facturos omnia pro illius voluntate. *Ballivus vero nocte sequenti, assumptis secum illis duobus conducticiis viris, datis vestibus satis honestis et calciamentis et peccunia, ad tumulum ubi miles ille sepultus erat[c] pervenit; et instrumentis que secum attulerant sepulcrum aperiunt, et militem, quia rigidus erat, supra pedes suos erigentes[d], ballivus, quasi vivus esset, militem alloquitur: 'Ecce', ait, 'multo tempore pro vinea tua te rogavi, ut michi eam venderes, et adhuc coram viris istis, qui mecum sunt, supplico, ut michi eam modo empcionis permittas habere'. Cui ille nichil, quia mortuus erat, respondere poterat. Ad hec unus illorum duorum qui secum venerant[e] respondit: 'Numquid sepius audisti: qui tacet, laudat? Iste bene creantare videtur mercatum; da ergo palmam, quia certum nobis est, quia non contradicit, immo bene forum hoc permittit fieri. Bibamus ergo leti boveragium' — attulerant enim secum vinum — 'ad hoc mercatum confirmandum'. Expleto igitur tam execrabili mercato, militem in fossa sua reposuerunt et eum, ut prius erat,[f] terra cooperuerunt. Et ita peracto tali scelere, ad domum ballivi reversi sunt. Mane autem facto, ballivus, vocatis operariis, conduxit eos in vineam illam. Relicta vero militis, cuius eadem erat vinea, videns operarios ballivi[g] in vineam suam, ultra modum admirata, venit ad ballivum. Et sciscitans quid hoc esset, audivit a ballivo, vineam illam sibi a viro suo milite venditam fuisse. Illa vero hoc audiens valde ingemuit, et quasi fera agilis regem Philippum adiit[h] et ei inquietacionem ballivi, quam pro vinea sua paciebatur, gemens et suspirans aperuit. Rex vero, quia idem miles suus dum viveret extiterat, sciensque se orfanorum et viduarum esse defensorem constitutum, vocavit ballivum ad se. Ille vero veniens aduxit secum illos duos testes, qui secum ad mercatum illud vinee factum fuerant; se regi cum civium suorum et advocatorum pompa presentavit. Vidua vero *relicta militis, quia suum amiserat advocatum, cum paucis, ut moris est pauperum, se etiam regali presentavit curie. Rex vero ballivum satis modeste alloquens, inquisivit, quare mulieris[i] vineam occupasset. Ille vero, ut erat affabilis colloquio, dixit, se vineam illam a milite, viro illius mulieris, sub testimonio prudentum virorum legaliter emisse, asserens[k] per testes idoneos se probaturum. Cui mulier respondit, se numquam vendicionem illam vidisse vel audisse. Rex vero audiens et ballivi responsum et mulieris allegacionem[l], inquisivit a ballivo, qui essent testes, per quos ista probare volebat. Ille obtulit illos duos viros, qui secum facti conscii erant. Quibus rex ait: 'Numquid vos estis, qui huius rei testes estis'? At illi se vidisse et audisse rei geste seriem asseruerunt. Videns igitur rex illos duos satis corpulentos et bene vestitos, credidit, eos viros iustos et approbatos esse. Consideravit enim rex, viduam illam contra ballivum illum, qui cum magno comitatu et talibus testibus ad se venerat, causam suam non posse defensare; ad iudicium confugit[m] Danielis. Vocato quippe uno illorum duorum testium, secessit seorsum in angulo palacii, ita ut ab omnibus audiri[c] et videri potuisset. Alloquens vero illum testem quem secum tulerat, ait illi: 'Amice, tu videris esse sapiencior socio tuo, et propterea te priorem vocavi; sed antequam te de aliis[n] interrogem, dic michi quod melius est, scis tu "Pater noster'? Ille vero admirans, ait: 'Non credo esse cristianum, qui dominicam ignoret oracionem'. Rex vero ait: 'Et si tu scis eam, dicas'. At ille cepit dicere: *Pater noster qui es in*

* f. 40'. * f. 41.

a) ntum *in ras.* 1. b) desiderabat *corr.* desiderabant 2. c) *add.* 2. d) errig. *c.* e) venerat *corr.* venerant 2. f) eum *del.* 2. g) balivi *hoc loco c.* h) addiit *c.* i) s *erasum c.* k) se *del.* 2. l) ga *add.* 2. m) comf. *c.* n) te *del.* 2.

celis. Rex vero exaltans parum vocem, ut hi qui in palacio erant eum audire possent, dixit: 'Per lanceam sancti Iacobi' — sic enim iurare consueverat — 'tu verum dicis'. Et iterum dixit: 'Scis de oracione ista plus'? Ille ait: 'Scio'. Rex ait: 'Dic ergo totum'. Ille prosecutus dixit: '*Sanctificetur nomen tuum, adveniat regnum tuum.* Rursus rex voce alta dixit: 'Per lanceam sancti Iacobi numquam aliquis tam vera dixit'. Illi vero qui in palacio erant credebant, regem processum rei inquirere. Ita et socius illius credebat. Iterum rex interrogavit eum: 'Dicas totum quod scis'. Ille autem totam oracionem illam explicavit. Rex vero ait illi: 'Vade; quia veram veritatem michi dixisti et non es mentitus, scias, te meam gratiam obtinuisse'. Et iussit illum in quadam camera includi. Et advocato alio, dixit: 'Frater, vide, ne michi menciaris, quia socius tuus tam verum michi dixit sicut[a] "Pater noster'. Ille vero audiens hec, credidit a socio suo, regi cuncta que acta fuerant de milite mortuo retulisse. Et corde hesitans nichil dicebat. Rex vero eum sollicitans, ortabatur eum, ut ei veritatem puram diceret, sicut socius eius fecerat, qui ei tam verum dixerat sicut 'Pater noster'; 'et noli', ait, 'timere, quia, si michi similiter verum dixeris, nullum malum pacieris'. Ille vero putans regem factum non latere, dixit: 'Vere, domine mi rex, ita se res habet sicut ille socius meus dixit'. Rex vero dixit: 'Scio, quia socius tuus michi vera retulit; vide et tu, quod non menciaris; audiam, si verba vestra concordant'. Ille vero regi ita omnia de verbo ad verbum retulit, sicut et facta fuerant, ut supra scriptum est. Rex vero vocans alium, qui ei 'Pater noster' dixerat, dixi ei: 'Tu interfuisti, ubi miles ille de sepulcro levatus fuit, et quomodo ballivus cum eo mortuo egit, et quod vineam cum eo emit, et quod boveragium ibi bibitum fuit, et hoc facto eum in sepulcro reposuistis; et ita ballivus habet vineam, et de his omnibus vos testes estis'. Ille vero qui 'Pater noster' dixerat, cum audisset, quod rex factum ita recitaverat, timens offensam regis incurrere, omnia sicut rex dixerat, ita esse asseruit. Quod[b] audiens ballivus, ultra modum admiratus est, quomodo vel qua sagacitate rex ab ipsis viris rei veritatem extorserat, et obstupuit[c]. Rex vero ait illi: 'Numquid tu, miser, negotiorum meorum et totius territorii Parisiensis post me[d] ballivus eras, et tibi divitias magnas et largissimas possessiones[e] inde adquisieras, unde tibi necesse erat, quod tantillum vinee istius mulieris vidue cum tam mala et iniqua calliditate et impietate putenti tibi habere voluisti, presertim cum tu ei potius, que nuper viro suo viduata erat, dare quam auferre debuisses? Enimvero quia in tam enormi facto nec Deum timuisti nec hominem reveritus es, sufficiat tibi, si vitam tibi donavero, cum te potius suppliciis tradere quam parcere debuissem; vade, et sicut in presentia mea stas, cum baculo tuo et uxore et filiis egredere de regno Francie, nichil tecum preter peccatum tuum portans; nec infra metas regni mei in tota vita tua inveniri valeas; quod si inventus fueris, te patibulo appensum, dira morte et pudenda vitam miserabiliter finibis'. Deinde illi nobili mulieri vidue dixit: 'Vade et assume tibi de militibus meis vel civibus istius civitatis quos volueris, quibus precipio, ut te ad domum illius nefarii ballivi perducant; ut, sicut ipse te[d] tua vinea impie spoliare conatus est, ita et dicti milites te in possessionem domus illius et totius hereditatis sue necnon et omnium rerum suarum auctoritate nostra introducere procurent, ita ut ille miser factorum suorum penas exsolvat, et tu de hoc beneficio a nobis tibi iudicialiter collato dolorum tuorum et luctus tui consolationem recipere merearis'. Ita altissimus redditor Deus per famulum suum hunc regem Francie Phylippum diversa utrisque intulit stipendia meritorum. Hec de ipso rege ad presens dicta sufficiant, quia de reliquis actibus suis et obitu postea[d] aliqua referemus.

Et quia de fundatione huius nostre Senoniensis ecclesie et successione abbatum nostrorum vel eorum operibus narrationem nos continuare promisimus, licet ab ipsa materia aliquantulum digressi simus, tamen ad narrationis seriem redeamus.

Cap. 6. De electione Henrici abbatis huius loci.

Anno Domini 1202. Henricus huius loci monachus succedendo Cononi, ut prediximus[1] de clero assumpto, ordinis et regule sancti Benedicti ignaro, subito abbate electo et ab hac vita subtracto, huic nostro monasterio preficitur; qui in introitu suo multa adversa a monachis huius loci passus est; sed a comite Henrico Albi-montis aliquandiu sedata, sicut postea

a) *bis scriptum, sed alterum deletum c.* b) *alia manu (?) quatern.* 6. *pergit c.* c) obstipuit *c.* d) *post add. c.* e) tibi *del. c.*

1) III, 1.

suo loco hec et alios eius actus et alia que temporibus suis acta sunt huic pagine adnotare curabimus[1].

Cap. 7. De Friderico imperatore et Alexandro papa, quorum tempore scisma fuit.

5 Fuit ante illos dies quidam imperator Fridericus nomine, dux Suevie, de cuius genere nemo antea imperator extiterat; fuit enim tempore Alexandri pape. Qui ita inmoderate ecclesiam inpugnare cepit, ut patrimonium beati Petri, ubicumque reperisset, sibi usurparet et sue subderet iuriditioni; unde et ab ipso Alexandro papa cum omnibus fautoribus suis excommunicatus est. Qui cum videret, se ab aliquibus propter sententiam pape evitari, ad 10 augmentum sue malicie, quia ei omnes principes et fere omnes archiepiscopi, episcopi et omnis reliquus clerus adplaudebant, sibi papam constituit et ei apud Mediolanum sedem statuit, ita ut omnis clerus et alii dicto imperatori faventes dicti falsi pape curiam frequentarent; *et quicquid papa Alexander ligabat, iste absolvebat, quicquid ille excommunicabat[a], *f. 43. iste solvebat. Archiepiscopos, episcopos et universum clerum ab honoribus et beneficiis, 15 quando et quomodo volebat, instituebat et destituebat. Et imperator cum eodem misero papa dictum papam Alexandrum tam immaniter oppressit, ut, Romana sede derelicta, ad partes Francie exulare cogeretur. Rex vero Francie cum tota illa occidentali ecclesia ipsum papam cum tanta leticia et exultatione suscepit, ut ipsum in partibus suis omnibus diebus, si liceret, remanere desideraret. Archiepiscopi vero, episcopi ceterique clerici iuriditionis 20 dicti imperatoris ad nutum sui pape non [ad[b]] sacros, sed sacrilegos ordines dicendos promovebantur. Cumque idem impudicus papa tanto fastu[c] elatus se crederet longo tempore tanta uti potestate, rumpuntur fila sororum, dira febre corripitur, digna morte multatur, et pro pontificio sacrilego tam parvo tempore habito pontifex principis inferni Sathane subito 1164. efficitur, non ut potestatem aliquam ibi exerceat, sed ut dignas meritorum suorum penas 25 miserorum miserrimus sine fine recipiat. Fertur enim idem imperator Fridericus ad culmen sue dementie duos alios post istum papas creasse, qui simili infortunio sicut et primus, superviventes[d] parvo tempore, ad tartara migraverunt.

Cap. 8. De penitentia dicti Friderici imperatoris, et de concordia inter ipsum et ecclesiam facta.

30 Videns igitur imperator Fridericus iudicium divinum sue potestati preiudicare, quod dictus Alexander papa provecte etatis, immo certe decrepitus, adhuc superesset[e], et pape sui nondum suos dimidiassent dies, immo iuvenes ad inferos descendissent, penitentia ductus, ad ubera misericordissime matris ecclesie confugit, papam Alexandrum quantocius ad sedem apostolicam revocavit, *indulgentiam postulat, certum penitentem se demonstrat, de male- *f. 43'. 35 factis suis sibi penitentiam iniungi desiderat. Papa vero a sententia in ipsum lata misericorditer absolvit et pro delictis suis viam sancti sepulcri iniungit et statim eum cruce 1178. signavit[2]. Imperator vero papam pro sequacibus[f] suis, ut absolverentur, imploravit; qui eos absolvit et qui ad hoc ydonei erant cum imperatore transfretare precepit. Archiepiscopi vero, episcopi, abbates ceterique clerici tempore scismatis ordinati omnes officio suo caruerunt 40 nec de cetero promoveri potuerunt, excepto solo notario ipsius imperatoris, qui pro eo papam devote rogavit et ipse gratiam obtinere meruit[3]. Imperator denique sibi exercitum magnum coacervans, iter promissum adimplere cupiens, ad partes Cicilie cum comitatu suo adveniens, una dierum, cum quendam fluviolum transire vellet, quem quilibet pedes transvadere poterat, nescio quo occulto iudicio Dei in fluviolum lapsus, aquis suffocatus in- 1190. 45 teriit. De sacerdotibus et clericis, qui tempore illius scismatis ab officiis suspensi sunt, nos tempore nostro plures vidimus et cognovimus.

Cap. 9. De Henrico, filio dicti Friderici, et de morte ipsius.

Fridericus vero imperator adhuc vivens Henricum, filium suum, in regno sublimaverat. Qui satis apte coad vixit imperatoria gubernacula gubernavit[g]; sed non diu supervivens, 50 dignitatem cum vita perdidit, relinquens sibi tamen parvulum filium in Apulia; quem, quia 1197.

a) solvebat *corr.* excommunicabat *c.* b) *deest c.* c) faustu *c.* d) viventes *post add. c.* e) superstes (?) esset *corr.* superesset *c.* f) sequatibus *c.* g) moderavit *corr.* gubernavit 2.

1) Infra IV, 22. 2) Haec quam longe a vero recedant, vix est quod moneam. 3) De Christiano archiepiscopo Moguntino et archicancellario cogitare videtur.

pater eius a baronibus illius terre exosus extiterat, quidam[a] episcopus illius regionis furto sublatum in quodam domicilio suo occulte nutrivit, timens, ne forte ab incolis terre illius inventus ipse puer occideretur.

Cap. 10. De Philippo rege et Octone adversario suo.

Dictus vero Henricus quendam habuit fratrem ducem Suevie nomine Phylippum, quem barones Alemannie in parte sibi regem constituerunt. Alii vero principes inferioris Alemannie quendam nobilem *virum Ottonem nomine de Bruniswich, quia consanguineus regis Anglie erat, in regem sublimaverunt. Et ita inter duos reges aliquandiu conflictus duravit.

Cap. 11. De morte Philippi regis.

1208. Contigit igitur, quendam virum nobilem, qui comes erat palacii, qui dicebatur de Witelinspach, ipsum Phylippum regem adiisse, rogans eum, ut ei filiam suam, quam habebat elegantis forme, daret in uxorem; cui rex, quia adiutorio indigebat, filiam pollicitus est ei dare, sed distulit. Ille vero importune instabat, ut rex promissa impleret[1]. Accidit autem, ut rex Philippus ad civitatem Spirensem[b] veniret et ibi causa quietis cum Conrado eiusdem civitatis episcopo, postea Metensi pontifice facto, aule imperialis cancellario, sibi sanguinem minueret. Cumque quadam die in camera quadam ad confabulandum soli residerent, ecce vir ille nobilis, qui filiam regis postulaverat, ad hostium camere pulsat, intromittitur, regem sic alloquitur: 'Quamdiu', inquid, 'uxorem michi promissam detinebitis'? Rex ait: 'Sustine, o mi amice, quousque dies minutionis mee expleti sint, et promissa dabo'. Ille autem, ut erat animo furibundus, ingratus responsis, foras exivit, et diu secum animo decertans, ita devictus ad thalamum repedavit. Habebat enim, sicut moris est Theutonicorum, gladium sub axella, et intrans cameram, dixit regi: 'Ut video, ego diu promissa vestra expectabo'. Et hoc dicto, evaginato gladio percussit eum in capite, ita ut capud eius in duas partes divideret usque ad scapulas, quarum una in gremio episcopi cadens magnum ei horrorem incussit. Episcopus vero quam cito surgens, quandam intravit cameram. Ille vero, tanto facinore peracto, ascendens equum, ad sua reversus est.

Cap. 12. Quod filia ipsius regis Philippi regi Hispanie nupsit, et de aquisitione civitatis Cordube.

*Post non multum vero temporis ecce nuntii regis Yspanie postulantes, regis Phylippi filiam[2] domino suo dari in uxorem; quod et factum est. Rex vero Yspanie ex ipsa genuit filium. Idem vero rex Yspanie, collecto exercitu, ad regionem Cordube pervenit. Que regio adhuc ritu detinebatur gentili[3]; quam regionem, ut fertur, ipse Karolus Magnus tempore suo domare nequivit. Civitatem vero Cordubam dictus rex Yspanie obsedit 1236. et nutu divino eam expugnavit et obtinuit et quamdiu vixit cultui christiano subiugavit. Mortuo vero eo, filius eius[4] de filia regis Phylippi ei in regnum Yspanie successit. Qui patrixare volens, collectis secum agminibus pugnatorum, supradictam regionem Cordube in- 1248. travit et Sibiliam[5], que erat illius terre munitissima civitas, expugnavit et alias sedecim civitates adquisivit et, interfectis aut expulsis vel captis universis illius patrie Saracenis, christianitati subegit; quas adhuc decem et octo civitates cum oppidis et castellis[c] et universis terre illius munitionibus idem rex possidet. Sed ad regem Otonem Alemannie stilum reducamus.

Cap. 13. De promotione Octonis in imperatorem, et de infortunio quod ei apud Brisac evenit.

Audita igitur rex Otto sui adversarii Phylippi regis morte, assumptis sibi primatibus terre illius, totam regni Alemannie terram sibi subiugavit, quia non erat qui ei resisteret. Inde progressus cum exercitu suo Romam profectus est, preeunte eum tamen Conrado episcopo Spirensi, imperialis aule cancellario, in omnem civitatem et locum quo erat venturus. Qui ubicumque veniebat cum exultatione recipiebatur. Veniens vero Romam, quod inau-

a) qui *e corr. c.* b) *post* Sp. *vocabulum erasum c.* c) et oppidis *del. c.*

1) Etiam haec, ex ore populi ut videtur accepta, cum vera historia parum conveniunt. 2) Beatricem, quae nupsit Ferdinando III. 3) i. e. Machometi cultu. 4) Alfonsus, qui a. 1252. patri successit. 5) Ferdinando rege capta est.

ditum est, a papa et Romanis sine bello vel aliqua sanguinis effusione, quod numquam predecessoribus suis concessum est, cum exultatione recipitur et ab Innocentio III.[a] papa (1209.) *inunctus, in imperatorem Romanum sublimatur. Sed statim postquam septra imperialia[b] (*f. 45.) suscepit, ecclesiam impugnare cepit, patrimonium Ihesu Christi et beati Petri apostoli invasit, diripuit et sue potestati subegit. A Roma vero egrediens, ad Ciciliam et Apuleam profectus est et ubique filium Henrici imperatoris diu quesito[c] non invenit. Sed cum videret terram illam prout volebat sibi[d] non subiacere, regnum Alemannie, excommunicatus tamen a papa, revisere curavit. Transmeatis vero terre spaciis, tandem ad castrum quod[e] Brisach dicitur, super fluvium Rethnum situm, pervenit[1]. Habebat enim secum milites et clientes leves animo, quorum mos erat impudicus, quia, in quacumque civitate vel loco pernoctarent, cum hospitum suorum uxoribus vel filiabus vel ancillis, vellent nollent, gratis vel vi, coibant et eas impudice tractabant. Quod et in eodem castro facere ceperunt. Viri igitur castri illius[f] considerantes, tantum nephas se non posse sustinere, inito consilio arbitrati sunt, se potius una hora velle mori quam tantum dedecus de uxoribus et consanguineis suis tam intolerabiliter sustinere. Dato itaque signo, quod, quam cito campanam maiorem ecclesie loci audirent, statim quilibet eorum, quod consilio privato statuerant, in hospicio suo cum hospitibus suis peragere maturarent. Quod si quis differret, a castro ipso cum tota familia sua sine spe reversionis pelleretur. Unusquisque vero ad domum suam rediens, in cameris clam se armis muniverunt. Adhuc vix se ad arma preparaverant, cum subito clangor campane auditur, et quilibet de latibulis suis armati egredientes, inveniebant alios cum uxoribus, alios cum filiabus vel cum consanguineis vel demum ancillis impudenter luctantes, apprehensos gladiis miserabiliter occidebant *et per propugnacula castri ita detroncatos in Rethno precipitabant. (*f. 45'.) Alii vero volentes gladii[g] mortem fugere, se ipsos per murum castri demittebant, et ita super rupes, quibus insitum est, cadentes, collisi, mortem quam fugiebant invenerunt. Clamor igitur huius facti ad aures imperatoris pervenit, qui in eminentiori domo castri cum domino de Wisemberch[2] et paucis aliis erat. Qui inquirens quid esset, audivit a quodam qui de eadem mactatione effugerat, quod tota gens sua et milites sui interfecti erant, et exposuit imperatori quare. Imperator vero timens, si forte seditio populi eum ibi inveniret, ne[a] ipse interficeretur, rogavit dominum de Wisemberch, ut[a] a castro eum caute educeret; qui eum per posternulam educens, ad Wisemberch[h] pervenit; et ita ille imperator fuga lapsus, ad inferiores partes Alemannie secessit. Et hec fuerunt initia dolorum suorum, quia quamdiu vixit nunquam una die sine dolore et erumpna et periculo corporis et anime permansit.

Cap. 14. Quod Octo imperator ad Brunesvic rediit, et de pugna inter ipsum et regem Frantie facta.

Descendens[i] vero idem Otto imperator ad inferiores partes Alemannie, venit Brunesuwich. Ea vero tempestate rex Anglie habebat garram[c] cum rege Francorum Philipo[k] pro quadam terra, quam ei rex Francorum in regno suo sitam, non tamen sine causa, abstulerat. Rex vero Anglie mandavit Ottoni imperatori, ut collecto exercitu ei veniret in auxilium, quia regnum Francie in armis desiderabat[l] intrare. Erat enim ille Otto propinquus suus et valde carissimus; cui Otto imperator remandavit, ut ex illa parte regnum Francie invaderet, ipse vero a parte Alemannie regionem vastaret. Erat enim quidam comes in Flandria Ferrandus nomine, qui uxorem suam, que erat regis Francie consobrina[3], quam pro ludo scacorum, quo eum ipsa uxor sepius mataverat[4], ipsam *verberaverat et inhoneste tractaverat. (*f. 46.) Que uxor irata hec regi Francorum indicavit; qui comiti Ferrando duriter comminatus est, improperans ei, quod non ei ideo comitatum Flandrensem[m] et cognatam suam dedisset[n], ut eam sic dehonestaret. Comes vero minas regis egre ferens, assumpto[o] sibi comite Boloniensi cum aliis pluribus amicis suis regni Francie, abiit ad Ottonem imperatorem et cum eo tractavit de expeditione, quam idem imperator se facturum dixerat, et ei iuravit, quod ipsum Parisius regem constitueret. Inito denique tali inter se pacto, etiam

a) *post add. c.* b) imperalia *c.* c) *ita c.* d) s. subi. *in marg. c., ubi post* sibi *postea insertum est* ñ (?). e) quo *c.* f) c. i. *post add. c.* g) gladiis *corr.* gladii *c.* h) i *post add. c.* i) *manus* 1 *ut videtur pergit in cod.* k) *add.* 2. l) desiderare intravit *corr.* desiderabat intrare 2. m) Flandressem *c.* n) ledisset *c.* o) assumptis *corr.* assumpto *c.*

1) Hoc a. 1212. Sept. factum est, cum Friderico obviam perrexisset Otto. 2) Usenberg. 3) Iohanna, filia Balduini imperatoris Constantinopolitani; quae minus recte consobrina regis Franciae dicitur. 4) Verbum ludentium ad scacos.

1214. comitatus et civitates et munitiones universas ipse imperator cum dicto Ferrando comite comitibus et baronibus, qui cum eo regnum Francie se intraturos iuraverant, antequam possideret, diviserat[a]. Collecta itaque innumerabili multitudine armatorum, mandavit imperator regi Francie, quod iuraverat se nunquam ad Alemanniam rediturum, nisi prius Parisius sedem suam posuisset, et quia baronibus suis regnum Francie localiter distribuisset. 5 Rex vero Francie hec audiens, missis epistolis duci Burgundie, Normannie[1], Britannie[2] comitibus, et ubicumque milites adunare potuit, exercitum colligit. Filium suum vero Lodovicum adversus regem Anglie ea parte qua regnum Francie intraturus erat cum aliqua parte armatorum direxit. Ipse vero rex Francie contra Ottonem imperatorem acies suas minavit. Et veniens ad quandam planiciem iuxta Valencienes, ad pontem qui dicitur de 10 Bovienes fixit tentoria. Cuius exercitus ad novem milia militum et ad quinquaginta milia peditum estimatus est. Imperator vero Otto pene ad eundem locum pervenit et ibi resedit. Cuius gens computata est ad viginti quinque milia militum et ad octoginta milia aliorum *f. 46' armatorum, et multitudine magna curruum, victualium et armorum honeratorum. *Adduxerat enim secum plures currus funibus honeratos ad Francos ligandos, quia iam putabat se 15 eos tenere captivos.

Cap. 15. De congressione ipsius pugne et exortatione Philippi regis ad suos.

Iul. 26. Venit dies dominica, in qua quilibet christianus feriare et Dei obsequio vacare deberet[b]. Comes vero Ferrandus videns exercitum regis Francie tam parvum esse, dubitabat, ne forte 20 maior gens regi sociaretur, suggessit imperatori, ut ea die dominica cum rege bellum fieret, et ita multitudo imperatoris parvitatem regis Francie superaret ac devinceret, et ad regem Anglie regnum Francorum devastando perveniret. Sed Deo auxiliante res in contrarium versa est. Imperator autem, missis ad regem nuntiis, mandavit ei, ut se ad bellum prepararet. Rex vero dans Deo honorem, ob reverentiam diei dominice bellum in crastinum 25 postulabat prorogare. Comes vero Ferrandus dixit, quia ideo rex pugnam differri volebat, quia aut magnum succursum gentium expectabat aut noctu timore belli fugere disponebat. Imperator vero credulus voluit ea die bellum fieri. Rex autem Francorum Phylippus, convocatis primatibus et militibus sui exercitus, stans in eminentiori loco, sic alloquitur suos: 'O vos, strenui milites, flos Francie, decus corone regie, nos deliberaveramus in hac sancta 30 die dominica[c] Deo deferre honorem et obsequio divino et orationibus vacare. Sed urgente hoste et ad pugnam cogente, ista nobis non licent. Videtis quippe nos coronam regni portantem, sed quia homo sicut et vos et unus sum, nisi vos subportaretis, ipsam minime portare possem. Ego sum rex'; et ita ablata corona de capite suo, porrexit eis dicens: 'Ecce volo vos omnes reges esse, et vere estis, cum rex dicatur a regendo; nisi per vos, regnum 35 solus regere non[d] valerem; isti vero, qui ad nos conterendos venerunt, suis viribus confisi, *f. 47. non solum nos captivare, *sed etiam totum regnum Francie occupare conantur. Scio etenim et vere scio, quia contra adversariorum dispositionem beatissimus ac semper reminiscendus patronus noster Dyonisius hodie cum suis sanctissimis sodalibus pro nobis et pro statu regni nostri misericordissimum Filium Dei gemitibus inenarrabilibus interpellat. Estote 40 igitur securi, quia hodie[e] manifeste precibus beatissimi dicti patroni nostri videbitis auxilium Domini super vos. Estote ergo viri cordati et pugnate contra gentem istam nefandissimam, quia certe hodie Dominus omnes tradet in manibus vestris, nec prevalebunt adversum vos. Et ita eis devictis, ad domos vestras, uxores et filios et filias, quas sibi rapere concupiscunt, cum victoria et gaudio reducemini. Precipio enim universis clyentibus et 45 peditibus, et hoc sub pena suspendii' — preceperat enim ad hoc plurima patibula erigi —, 'ne forte aliquem vestrum cupiditas rerum inventarum decipiat, sed eas pro nichilo reputet, ne ab ipsis in bello impediatur, donec ad finem pugne perveniatur. Et sic victoria Deo adiuvante potiti, quicquid quilibet habere potuerit, dummodo alii iniuriam non faciat, totum suum de permissione nostra erit. Si vero arma vel equos adversariorum habere 50 potuerit, si indiget, ea sibi ad pugnandum accipiat'. At illi una voce clamaverunt, asserentes,

a) *e corr.* 2. b) *post add. c.* c) dominico *c.* d) *add.* 2. e) videbitis *hoc loco del.* 2.

1) Nullus eo tempore comes Normanniae. BR. 2) Qui cum Ludovico, regis filio, adversus Ioannem Angliae regem militavit. BR.

se adhortationi et preceptis regis libenter velle obedire. Rex vero secum de Parisius vexillum Karoli Magni, quod vulgo auriflamma vocatur[1], quod numquam, ut fertur, a tempore ipsius Karoli pro aliqua necessitate a secretario regis expositum fuerat, in ipso bello apportaverat. Qui suis clara voce dixit: 'Quis hodie vestrum hoc vexillum in honore regni Francie in congressu isto portabit?' Cui dux Burgundie respondit: 'Est miles unus hic michi bene cognitus, vir corpore validus et ad[a] bella doctissimus, sed pauper[2], nomine Walo, qui totam terram suam desiderio istius pugne *pro solo equo pignori obligavit. Si cui vexillum vestrum committere velitis, isti committite'. Rex vero, eo ad se vocato, porrigens ei vexillum, dixit: 'Accipe, amice Walo, hodie tibi committo honorem regni Francie'. Cui Walo: 'Quis ego sum, domine, ut hec facere possim'? Cui rex: 'Noli timere, si Deo donante victoria potiti fuerimus, labori tuo amplissime respondebimus'. Cui Walo ait: 'Quia, domine, iussio vestra ad hoc me urget, mandata vestra adimplere curabo. Sed ut video, quod auriflamma ista humanum sitit sanguinem, Deo michi[b] vires prestante, multis videntibus hodie eam sanguine adversariorum potabo'. Rex vero considerans, quod sol radio suo oculos suorum reverberabat, arbitratus est soli terga vertere; quod et fecit. Adversarii vero hec non considerantes, splendori solis se opposuerunt. Rex igitur Francie bucinatores suos, de quibus multos habebat, a tergo exercitus sui stare precepit, ut in prima congressione tubis fortiter clangerent.

1214. * f. 47'.

Cap. 16. De clangore tubarum et initio pugne.

Cumque ista ita se haberent, ecce clamor adversariorum ad pugnam adhortantium fortissimus auditur; quem bucinatores regis Francie audientes, ita uno ictu tubis suis argenteis clangere ceperunt, ut terra sub pedibus eorum tremere crederetur et adversarii pavore magno quaterentur. Ferrandus vero comes Flandrie volens se videri ceteris audatiorem[c], urgens calcaribus equum, scuto amplexo, a suis separatus, cursu equi ad adversarios portabatur. Quem cum intuens Walo miles, qui auriflammam regis Francie portabat, cursu validissimo illi obviam veniens, demisso vexillo lumbos eius perfodit, ita ut ex alia parte totum vexillum sanguineum appareret, et eum de equo ad terram proiecit et ad se vexillum retraxit; et ita, ut predixerat, ipsam auriflammam sanguine potavit; quod et postea sepius fecit. Duo vero clyentes videntes Ferrandum comitem ad terram iacere, *supervenientes eum tenuerunt. Unus vero eorum, girone[d] lorice levato, coxam ipsius ita perforavit, ut testiculos transverberatos alii coxe iungeret; alius vero ictu cultri inter scapulas fortiter vulneravit. Sed lorica eo defendente, non est vulneratus ad mortem, et ita captivus regi oblatus est Francie; qui eum custodie tradidit. Alemanni vero sua signa fortiter inclamantes, viriliter, sicut moris eorum est, Francis resistentes, plures suorum, a Francis de equis suis proiecti, a multitudine equitantium collisi, mortui sunt. Alii lanceis perfossi vitam finierunt, alii gladiis detruncati animas ad inferos premiserunt. Otto vero imperator cum videret, anteriorem partem exercitus sui ita miserabiliter debilitari, in multitudine gentis sue confidens, magnis clamoribus, ut moris est bellantium, suos ad pugnam adhortari cepit. Rex vero Francie et sui omnes Deum et beatum Dyonisium in adiutorium suum invocabant. Walo vero, signifer regis Francie, videns imperatorem cum aciebus suis ad pugnam venientem, ultra moram non sufferens, calcaribus equum viriliter feriens, Deo etiam se commendans et beatum Dyonisium sepius invocans, signo suo in altum elevato, densitatem pugne audacter[e] intravit, et universas acies miles fortissimus cursu suo in duas partes divisit et usque ad aciem ultimam, in qua imperator erat, pervenit[3]; quem subsecuti sunt dux Burgundie cum suis, comes Normannie et comes Britannie cum suis et alii complures armatorum. Nobilis vero vir Agerrannus de Cocei[4] intuens[f] imperatorem a longe, equum calcaribus percutiens, cursu validissimo eum petens, ad terram demissa lancea de equo proiecit. Ipsa eadem hora equus regis Francie offenso pede ipsum regem de dorso[g] suo excussit, et ita cadens ad terram, omnes videntes altissimis vocibus inclamaverunt: 'Currite, currite ad regem, quia rex cecidit'. *Illi vero qui iam imperatorem

* f. 48. * f. 48

a) ab *corr.* ad *c.* b) *e corr.* 2. c) em *add.* 2. d) *una vel duae litterae erasae c.* e) adaucter *c.* f) *bis scriptum, sed alterum deletum c.* g) dorsu *corr.* dorso *c.*

1) Hanc in praelio Bovinensi fuisse, Brial negavit. 2) *Gallo de Montiniaco, miles fortissimus, sed non dives.* Guill. Brito G. Philippi. 3) Quae narrat hoc loco de Walone Richerus, ea Petro de Malevicino tribuit Armoricus. BR. 4) Ingerannus de Cociaco (Coucy).

1214. tenebant, ut eum captum ad regem ducerent, audientes clamorem supradictum[a], dimisso imperatore, concito cursu ad regem suum venientes, ipsum iam in equo sanum repositum invenerunt. Qui de dimissione imperatoris valde dolentes, iterum elevatis lanceis pugnam interrumpentes, quesitum imperatorem, quia fuga lapsus erat, non invenerunt. Invento itaque milite qui imperatorem in equo suo levaverat, tenentes ligatum, cum pluribus aliis ad tentoria regis Francie captum deduci fecerunt. Walo vero sepe dictus signifer cum aliis pluribus insequens inperatorem[b], per devia queque eum fugantes, attingere non potuerunt. Sed cito revertentes, obviabant illis qui de bello fugiebant; quos omnes spoliatos captivaverunt, alios, quia vulnerati aut lassi in bello ire non poterant, abire dimiserunt. Venientes autem ad locum ubi pugna extiterat, invenerunt Francos mortuorum corpora spoliantes, alios captivos de funibus, quos adduxerant ad Francos ligandos, vincientes, alios tentoria Alemannorum colligentes, alios spolia inventa et predas pecudum inter se dividentes; et ita rex Francorum cum paucis tantam multitudinem exercitus Ottonis imperatoris cum traditoribus suis devicit, interfecit. Ibi captus est comes Flandrie, comes Bolonie et alii quam plures equites et pedites, quos de Francia in preiudicium domini sui regis Francie in auxilium Ottonis imperatoris dicti[c] comites adduxerant; qui captivi in Franciam ligati deducti sunt et incarcerati. Ita rex Francie et exercitus eius spoliis magnis honerati et lucris ingentibus, ad regnum Francie omnes, exceptis uno milite et uno clyente, qui in bello interfecti sunt, prospere et gaudentes[d] reversi sunt. De exercitu vero Ottonis ad estimationem triginta milium vel *interfecti vel captivati fuerunt. Otto vero imperator ad Brunisuwich oppidum veniens, tanto dolore et tristicia angustiatus est, ut in lectum decidens

1218. paucis supervixit diebus. Fecit enim quosdam amicos suos adhuc vivens iurare, quod, quam cito mortuus esset, corpus eius coqueretur, et ad papam ossa eius ad beneficium absolutionis obtinendum, quia a papa excommunicatus erat, deportarent. Nescio, si obtinuerit, an non. Rex vero Anglie, qui iam regnum Francie invadere ceperat, audita victoria regis Francie de Alemannis, quasi cancer retrocedens, classibus ascensis, cum exercitu suo in Angliam reversus est. Lodowicus vero, filius regis, ad patrem regem salutandum visitandum Parisius cum suis reversus est. Ibi cum primatibus terre de triumpho victorie Deo et beato Dyonisio gratias affectuosas referentes, plurimos dies festivos cum ingenti leticia deduxerunt. Ita Deus omnipotens timentes se protegere et adiuvare non cessat ubique.

Cap. 17. De obitu Philippi regis Frantie.

Sed quia de tanto rege pauca disserui, saltim de obitu suo, quo ordine ad Christum migraverit, referre non pigebit, sicut a veredicis monachis monasterii Sancti Dyonisii cum fratribus meis apud Lepbra[1] cellam ipsorum, qui morti ipsius regis interfuerunt, de verbo ad verbum audivi. Idem vero rex Phylippus post dictam victoriam sex feliciter supervixit

1223. annis et mortuus est. Qui cum sepeliri deberet, quesierunt in ecclesia sancti Dyonisii, ubi poni posset. Est enim a tergo altaris martyrum beati Dyonisii et sociorum eius quoddam sepulcrum, in quo quidam rex Francorum Karolus Calvus nomine fertur esse sepultus. Qui cum[e] quondam cum fratribus suis pro regno Francie litigaret, nec ei ad conducendos milites facultas subpeteret, *decimas ecclesiarum militibus pro donativo dicitur hereditario iure distribuisse[2]. Unde milites usque ad tempora nostra donationes ecclesiarum cum decimis suis adhuc obtinent. Super quod sepulcrum sarcofagum habetur eneum fusile, longitudine octo pedum[f], latitudine vero trium, super quod sculptus est leo ad magnitudinem sarcofagi, quod et ego propriis oculis vidi. In hoc cum Phylippum regem sepelire disponerent, aperto subteriori sepulcro, nichil penitus preter carbones mortuos, quibus totum plenum erat, inveneruntt[g]. Quod videntes qui illud aperuerant, admirati sunt valde. Dicebant enim, quod carbones illi inventi, quia idem rex ecclesiis decimas, ut dictum est, abstulerat, significarent, illum in carbonibus inferni fore sepultum. Quod recludentes, ita dimiserunt et in alio loco Phylippum regem condigne sepelierunt. Super quem tumbam argenteam deauratam cum ymaginibus plurimis artificiose factam composuerunt. Que usque hodie perdurat.

a) dic *e corr.* 2. b) *add.* 2, *qui* p. d. q. *in ras. scripsit.* c) d. c. *add.* 2. d) in finem Francie *add. sed del. c.* e) Qui quondam cum cum *corr.* Q. c. q. c. 2. f) um *e corr.* 2. g) *add.* 2.

1) *au prieuré de Laidrecelles.* Vers. Gall. Sed Lebrahense monasterium in Alsatia (Leberau) intelligitur.
2) Karolum Calvum et Karolum Martellum confundere videtur.

Cap. 18. De mirabili transitu regis Francie Philippi.

Eadem siquidem die qua dictus rex defunctus fuit erat Honorius papa apud Perusium civitatem Tuscie, qui in ea habebat quendam militem consobrinum suum, qui tam gravi infirmitate diu detentus fuerat, quod ad extremum vite iam perductus esset. Quem Honorius papa visitans[a], invenit eum in quodam virgulto in lecto iacentem semimortuum et a medicis penitus desperatum et derelictum. Cum vero papa eundem militem videret in extremo vite articulo positum et spiritum in summitate pectoris vix palpitantem, exibitis ei exequiarum et absolutionum beneficiis, dispositis custodibus qui exitum suum diligenter considerarent, ipsum Deo commendans, abscessit. Sequenti igitur nocte, cum iam ille mortuus crederetur, prima vigilia noctis tres viri in albis apparuerunt ei[b], quartum secum ducentes. Quorum maior, quia infulis decoratus erat, episcopus esse videbatur. Qui ad lectum egri accedens, eum proprio nomine appellans, ait: 'Nunquid dormis'? *At ille vix labia movens, rauca voce, ut moris est morientium, dixit: 'Quis es, domine'? Episcopus ait: 'Ego sum Dyonisius Ariopagita, quondam Atheniensis, postea vero primus Parisiensis episcopus, et cum his duobus sodalibus meis Rustico et Eleuterio pro Christi nomine ibidem capite truncatus. Iste vero quartus, quem nobiscum habemus, Phylippus est rex Francie, quem iam defunctum per purgatorium ignem transducere proponimus, ut, si qua ei peccata de terrenis contagiis adheserunt, per hunc ignem misericordia divina ea diluat; et ita ad requiem eum nobiscum deducemus. Surge ergo et vade et dic pape Honorio que audisti. Denique subiunge, ut crastina die summo mane hostiam salutarem pro ipso rege Phylippo offerre non differat et ei beneficium absolutionis impendat. Quo facto, sciat eundem regem procul[c] dubio statim eterne requiei donatum. Et ut tibi de predictis melius credatur, surge, et hoc tibi signum: quia, cum esses in articulo mortis iam positus, te ab ipsa morte revoco et ad mandatum meum adimplendum sanitati et viribus melius quam fueras te divina virtute restituo'. Et apprehensa manu eius, eum de lectulo levavit, et ita visio illa disparuit. Miles ille vero custodes suos, qui ea hora visionis casu obdormierant, excitans, vestimenta sua et calciamenta sibi dari poposcit. Custodes vero videntes eum in lecto sedere, immoderate perterriti sunt, nescientes quid factum fuerat. Ille vero videns eos hesitantes, ait illis: 'Ecce, iam sanus factus, video me iuvenilibus annis integraliter restitutum. Expergiscimini[d] ergo et mecum laudate Deum, et eamus ad papam, quia ad ipsum habeo mandata que perferam'. Illi[e] vero timentes cum eo ire; putabant enim fantasma esse. Ille vero confortans eos, abierunt. Venientes vero ad cameram pape, miles pulsans, petit se intromitti. Hostiarius vero sciscitans[f], quis esset, qui tali hora ianuam tam audacter pulsans papam inquietare presumeret, ille ait: 'Ego sum ille miles, cognatus *domini pape, qui usque ad mortem egrotavi; et ecce, Dei gratia sanus factus sum. Aperi, quia habeo ei mira dicere'. Hostiarius vero tremens ad lectum pape cucurrit et ei audita narravit. Papa admirans, tamen hesitans, iussit ei aperiri. Qui veniens ad papam, cuncta ei ordine narravit que a beato Dyonisio audierat et viderat, et quomodo, ut melius verbis[g] eius crederetur, ab ipso sancto pristine sanitati restitutus erat. Papa vero admodum exultans, Deo gratias egit, et data illi benedictione, dimisit eum; et mane facto, sicut ei mandatum fuerat, divina celebrando et dictum regem absolvendo, cuncta fideliter adimplevit.

(Margin: 1223. — *f. 50. — *f. 50'.)

Cap. 19. De Innocentio papa, quomodo Fridericum, filium H[enrici] imperatoris, ab Apulia in Alemanniam misit.

Ne mireris, lector, queso, si finem regis Francie seriatim exponendo [descripsi[h]] ordine prepostero ante Innocentium III. papam de Honorio, cuius tempore dictus rex Francie obiit et visio predicta facta est, mentionem feci; quia melius arbitratus sum, actus ipsius regis et finem de verbo ad verbum sine intermissione adnotare, quam diversis locis diversa componere. Revertamur igitur ad quedam que tempore Innocentii facta sunt, et sic ceteris expediamur. Innocentius igitur papa III[h], audita morte Ottonis[1], misit in Apuliam, et quesitum Fridericum, filium quondam Henrici imperatoris, de quo supra scripsimus, invenit eum iam fere vicesimum[i] sue etatis annum habentem; quem cum epistolis et missis suis satis sub

a) s *e corr.* 2. b) *add.* 2. c) p d. *in ras.* 1. d) Expergicisinini *c.* e) Ille *corr.* Illi 2. f) sciscit *in ras.* 1. g) v. c. *bis scriptum sed alterum deletum c.* h) *post add.* 1. i) iam *del.* 2.

1) Iterum tempora valde turbavit auctor.

1212. tiliter ad Alemanniam transmisit. Fridericus vero, qui infans Apulie, quia iuvenis erat, tunc appellabatur, Basiliam usque deductus est. Lutoldus[a] vero illius civitatis episcopus[1] ex precepto pape usque ad oppidum in Alsatia quod Columbaria dicitur dictum Fridericum conduxit. Dux itaque Fridericus Lothoringie, cum audisset illum ad partes Alemannie *f. 51. venisse, quia cognatus eius erat et sperabat se aliquid ab eo accepturum, venit ad eum *in 5 armis.

Cap. 20. De conventione inter Fridericum puerum de Apulia et Fridericum ducem Lothoringie facta, ut sibi adsisteret.

Fridericus vero[b] rex duci Lothoringie dixit, qui ad eum venerat, si adsisteret ei, ipse daret ei quatuor milia marcharum[c] argenti, et super hoc dedit ei in pignore villam que dici- 10 tur Rotsem[d,2]. Et inde dux cum ipso Friderico Haugenoiam[e] usque pervenit. Repperitque ipsum oppidum a quodam nobili milite domino de Loemberch[3] occupatum. Fridericus enim rex ad inferiores partes Alemannie, ut sibi primates[f] illius terre in amicitiam iungeret, descendere volens, ducem Fridericum cum exercitu in obsidione Hauganoie[g] dimisit. Dominus vero de Loemberch videns oppidum illud diu non posse obtinere, reddidit illud duci. 15 Dux vero genti Friderici. Fridericus itaque[h] cum primatibus illis per industriam Innocentii 1215. pape se concordans, ab illis Aquisgrani in regem coronatur. Dux vero Fridericus[i] pignus suum, id est Rotsem[d], quam ei rex Fridericus pro dicta pecunia contulerat, quamdiu vixit obtinuit.

Cap. 21. Quod dux Fridericus Teobaldo, filio suo, filiam comitis 20 Dasporch[k] accepit in uxorem et cum ea comitatum.

Ea tempestate dux Fridericus Lothoringie filiam[4] comitis Alberti de Taxporch, que sibi unica erat, filio suo Theobaldo accepit in uxorem. Post paucum itaque tempus dicti dux et comes mortui sunt. Ipse vero Theobaldus, filius dicti ducis, ducatum Lothoringie ex parte patris, comitatum quoque de Tasporch ex parte uxoris sue obtinuit. Rex vero Fride- 25 1213. ricus, audita morte ducis Friderici[l], villam de Rotsem[m], quam ei in pignore dederat, sibi resaxivit. Dux vero Theobaldus hoc audiens, adunatis sibi militibus, precepit Lambikino de Arches, qui quasi maior domus ipsius erat, ut cum peditibus ad Bruscam-vallem descenderet et ibi eum expectaret. Sed cum videret Lambikinus ducem non venientem, venit cum suis ad Rotsem[d]. Et quia ibi excepto vallo nulla defensio erat, cito villam intravit. Quod 30 videntes illi de villa, intra ecclesiam loci et atrium se concluserunt. Lambikinus vero cum suis villam occupavit Illi autem spolia multa invenientes, vina et alia quam plurima cyba- *f. 51'. ria *pro voluntate sua quilibet eorum rapuit.

Cap. 22. De interfectione Romanorum[5] apud Rotsem facta.

Cum igitur viderent, quod nullus eis adversaretur, intrantes cellaria, invenientes vina 35 plurima, sederunt, comederunt et biberunt quantum voluerunt. Et sicut illa gens rusticana facere solet, cum copiam vini reppererit, quia in domibus suis raro vinum habent, omnes inebriati sunt, et per pavimenta cellariorum se iacientes, quasi exanimati temulenti iacebant. Quod cum vidisset quidam strenuus miles Otto nomine eiusdem ville, convicaneos suos exortatus est: 'Eia', inquid, 'vos omnes viri cordati, numquid aspicitis rusticos istos 40 vino temulentos? Sumite ergo arma, quia quam cito eos omnes debellabimus'. Illi vero, sicut moris est Alemannorum, furibundi de latibulis suis exeuntes, in miseros illos irruerunt. Illi vero qui pro nimia ebrietate super pedes suos stare non poterant, volentes arma sua capere, non valebant. Alii vero fugere volentes, ad terram decidebant. Alii autem veniam inclamare[n] cupientes, balbucientes verba proferre non poterant. Et quia Alemanno- 45 rum moris est nulli velle parcere cui possunt dominari, in illos miserabiliter sevire ceperunt. Et quia illi ebrii se defendere non poterant, detruncantur, eviscerantur et gladiis

a) Lutodus *c.* b) v. r. *add.* 2, *qui* cum duce L. *corr.* duci L. dixit. c) um *e corr.* 2. d) Rosem *corr.* Rotsem 2. e) Haganoiam *corr.* Haugenoiam 2. f) partes *corr.* primates 1. g) Hagan. *corr.* Haugan. 2. h) se *del.* 2. i) quam diu vixit *hoc loco del.* 2. k) rch *abscisum c.* l) *add.* 2. m) Rosem *c.* n) inclamare *superscr.* i inclamitare 50 *correxisse videtur* 2.

1) 1192—1213. 2) Rosheim. Cf. diploma Friderici ap. Huillard-Bréholles I, p. 222 (Böhmer, Reg. Frid. 44). 3) Quis fuerit, non constat. 4) Gertrudem. Cf. Beaulieu, 'Le comté de Dagsbourg' 2. ed. Par. 1858. 5) Ita milites Lotharingos appellat auctor.

perfodiuntur, ut plus[a] quam 112 interfecti estimentur. Lambikinus vero et aliqui qui cum eo erant providentiores, ascensis caballis suis, per portam que ducit ad Bruscam-vallem exeuntes, fugerunt. Aliqua pars vero istorum videntes tantam stragem suorum, per vallum ville exeuntes[b] ad montana, que ibi prope habentur, se contulerunt. Alii vero usque ad mortem vulnerati, per hortos vino et vulneribus attriti quasi mortui iacebant. Sequenti vero[b] nocte quomodo potuerunt surgentes, per nemora gradientes, ad terram suam reversi sunt. Alemanni vero domos *et cellaria et latibula domorum requirentes, multos adhuc [*f. 52] invenerunt, et ita omnes interfecerunt, ut nec unus de tanta multitudine, qui inveniri potuerunt, vivus remansit. Lambikinus vero cum paucis fuga lapsus, ad dominum suum ducem Theobaldum, qui in continenti cum exercitu suo in Brusca-valle erat[b], apud Wicha[1] tristis advenit. Qui duci cuncta que facta fuerant narravit. Dux autem hoc audiens, tristis retrocessit.

Cap. 23. Quod rex Fridericus Lothoringiam cum armis intravit et Amantie castrum obsedit.

Fridericus vero rex Alemannie, cum audisset, quod gens ducis Lothoringie Rotsem[c] cum armis intraverat, etiam alia vice, nescio ante hoc factum vel post, cum magno exercitu Alsatiam vastaverat[d], collecta non parva multitudine equitum, Lothoringiam penetravit; et [1214.] veniens ad castrum quod Amantia[2] dicitur, illud obsedit[3]. Mandans vero pro comite Barrense[4] et comitissa Campanie[5], ad ipsum properaverunt; qui venientes apud Nanceium, ibidem pernoctaverunt. Mane facto totum oppidum illud igni succenderunt[6]; deinde ad[e] regem venientes, gratanter recepti sunt. Dux vero Theobaldus mittens per universos quos amicos suos esse credebat, ut ei in auxilium venirent, et non est inventus auxiliator. Cumque dux videret, se omni succursu esse destitutum, timuit, ne rex totam Lothoringiam devastaret et sibi eam auferret; quia iam plures, qui ei succurrere debuerant, tam de terra sua quam aliunde, ut eum opprimerent, ad regem venerant: accepto consilio ad regem inermis venit, et se ad pedes eius inclinans, veniam petiit. Rex vero se ei velle indulgere respondit, sed non ex toto; quod[b] ita fecit[7]. Retinuit enim ducem cum quatuor militibus tantum cum eo, et ad Alemanniam revertens, ducem cum eo quasi captivum ducebat in omnem locum quo iturus erat. Et sic eum cum eo diu detinuit[8]. Volebat enim rex, ut secum semper solus in mensa esset, in hoc tantum garcione contemptus[f], *qui ei pallium suum ad curiam [*f. 52']

a) plux quam cxii *linea erasa* 2; iusques au nombre de sept vingtz *Vers. Gall.* b) *add.* 2. c) Rosem *corr.* Rotsem *c.* d) *in ras.* 1. e) a *corr.* ad 2. f) *i. e.* contentus.

1) Wisches. 2) Amance prope Nancy; cf. Ann. Rein. Leod., SS. XVI, p. 676, et quae Böhmer, Reg. Frid. p. 92. annotavit. 3) Ex Errardi commentariis haec afferuntur: *Quand li roi Frederic fut à Gotzlard, à telle fin, que fut couronné, monseignor qu'avoit en son coeur outre cuidance de ce qu'avoit li roi en sien pouvoir, malgré qu'eust promis de rendre certain chastel en Alsace, qu'a nom Roseim, part avec li signor de Bourgogne et reprint li dit chastel, dont fut li roy des Romains en moult grande fureur, dont avint mal a povre peuple, et fut monseignor Thiébaut en grand pourchas et deconfiture, en tant que faillit être prins, et fut sa ville qu'a nom Amance le sien recurs et reconfort, n'en trouvant autre en ses états.* 4) Heinrico II. 5) Blancha. 6) Errardus narrasse traditur, a duce, ne Fridericus imperator urbem teneret, Simonem praefectum cum 50 militibus missum esse, ut eam succenderent: *et ledit capitaine Simon s'acquitta par trop bien de sa mission, et ne resta maison que fut entière et que ne fut en flame dans la ville dudit Nancei, dont fut grandement mal à tous chacun. Aucuns blamoient monseignor, et n'avoient pas tort, disant que c'estoit à lui folie et mal voyance; et advint en outre que li capitaine Simon ne put onc rejoindre Amance, mais fut prins à sortie de Nancei et mis ez prisons.* 7) Errardus ita: *L'Empereur courroucé contre Thiébaut, appela à lui la comtesse de Champagne . . . le duc . . . fut fait prisonnier et enfermé dans la tour dudit Amance, . . . dont ne sortit et n'eut lachance que quand eut dit et promis que se regarderoit tenir en tant que vassal li dit Amance de la comtesse et feroit à ladite dame remise à moment prochain de certaine somme qu'auroit pour meaux et déportements que li duc avoit fait en li Champagne. Li quel susdit traité fut mis en chant de douleur et ne tint li duc que ne le rompit. Le chastel qu'a nom Chastenoy fut en otage à Frederic, dont avisa mal a monseignor quand eut mis a bon point son chastel de Nancei et retabli ce qu'avoit brulé.* 8) Errardus pergit: *Encore que saisit monseignor lesdites reprinses qu'avoit donné en otaige et sureté, étoit cependant en grande simulaire d'amitiance avec li roy Frederic, que fit semblant n'avoir en connoissance la prinse di chastel de Chatenoy, et ne rompit escritures que se faisoient de l'un à l'autre à toutes semaines; mais comme fut en son coeur grand desir et voloir de vengeance à l'encontre di duc, escrivit à telle fin que l'engageat que vint li trouver à Vurtzbourg, ce que monseignor resolut à l'encontre des siens affidés, qui li conseilloient de rester, et étoient lesdits serviteurs moult bien avisez.*

deferebat. Milites vero sui ad hospicium remanebant, nec unus quidem ex eis ad curiam veniebat. Ministrabantur tamen eis a curia regis necessaria universa. Ego quidem tunc temporis ab abbate Henrico Senoniensi ad ipsum ducem Lothoringie missus sum, eo quod Phylippus dominus de Gilliberti-villare dictum abbatem meum in quibuscumque poterat molestabat et ei satis periculose minabatur. Quem cum diu quesivissem, eum cum rege 5 in Erbipoli, que Theutonice Werceborch vocatur, in Hosterfranke inveni, et per octo dies in curia ipsa permansi; peracto negocio meo, considerans, quomodo idem dux et sui a rege tractarentur, reversus sum. Rex vero cum eundem ducem Theobaldum pro voluntate sua detinuisset, dimisit eum. Deliberaverat enim, quid cum ipso ageret. Dux igitur, transvadato Rethno, ad sua gaudens revertebatur. Credebat enim, se gratiam regis integraliter 10 recepisse; sed rex malicie sue non immemor, statim quando cum dux ab eo discessit, quandam meretricem, quam sodariam[a] vocant, post ducem direxit. Que cum duce una nocte hospitans, satis iocosis verbis et motibus, sicut talium moris est, blandiciis alliciens, veneno, quod ei rex ad hoc dederat, vino mixtum, ducem potavit; et sic mane facto meretrix illa 1220. discessit[1]. Dux vero non longe post vivens, mortuus est. Et in claustro Stulteborne[2] 15 Cisterciensis ordinis sepultus est. Cui frater eius Maherus[3] in ducatu successit. Fridericus rex de Apulia[b] uxorem sortitus est, quam secum adduxit, et de ea genuit filium, quem Henricum appellavit. Sed ad reliqua que tempore Innocentii pape acta sunt revertamur.

*f. 53.

*HIC INCIPIT LIBER IV.

Cap. 1. De synodo Lateranensi, cui presedit Innocentius papa tercius. 20

Anno[4] ab incarnatione Domini 1215. celebrata est universalis synodus Rome in ecclesia sancti Salvatoris que Constantiniana vocatur, mense Novembri, presidente domino Innocentio papa III, pontificatus eius 18. anno. In qua fuerunt 400 et 12 episcopi[c]. Inter quos[d] fuerunt de precipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus, Ierosolimitanus; Anthiocenus vero gravi languore detentus venire non potuit, sed misit propter se vicarium 25 Antercidensem episcopum. Alexandrinus vero sub Saracenorum dominio constitutus fecit quod potuit, misit pro se diaconum, germanum suum. Primates[e] et metropolitani septuaginta unus. Abbatum vero et priorum numerus ultra octingentos estimatus est[e]. Archiepiscoporum vero, episcoporum, abbatum, priorum et quam plurimorum prelatorum ecclesie qui interfuerunt[f] non est numerus. Legatorum regis Sicilie in Romanorum impe- 30 ratorem electi, imperatoris Constantinopolitani, regis Francie, regis Anglie, regis Hungarie[g], regis Ierosolimitani Iohannis, regis Cypri, regis Atingonensis[h], necnon et aliorum principum et magnatum, civitatum aliorumque locorum magna affuit multitudo. In qua synodo Luc. 22, 15. dictus Innocentius papa sermonem proprio ore protulit, ita incipiens: 'Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam moriar'. In quo sermone inter ceteros tractatus 35

a) soldariam *coniecit Böhm. Ita Guill. Brit., Philipp. X,* 429. b) Apuli *corr.* Apulia 2. c) *add.* 2. d) *post* quos *vocabulum erasum c.* e) s *e corr. c.* f) non int. non *c.* g) Ung. *corr.* Hung. 2. h) *ita c. pro* Arrag.

Fut li duc, quand fut à l'arrivée, grandement festoyé, mais au matin ne put sortir et fut detenu; et disoit en sa douleur a moy qui l'avoit suit et qu'étois en sien appartement: 'Amis falloit croire'! Et n'étions que six avec li, moi, un sien page, et quatre de sa noblesse, que furent ainsi detenus. 1) Errardus pergit: *Avint à par nous grande souciance et soupçons que fut mal intention et vouloir, dont monseignor fut moult ferru de crainte; et avoit grandement raison monseignor, quand refusoit de toucher certains mets qu'étoient sur la table ez heures d'y repaistre, et ne vouloit y penre que n'eusse vu moi même l'appretement et essai, et disoit à tout meshui qu'avoit grand peur de poison. Que pensoit bien monseignor, et qu'avint par trop malencontreusement en expérience quand reveimmes et que nous fut octroyé liberté et puissance de revenir en Lorraine, ainsi qu'on va voir. Nous feumes à la prime nuitée recors et raccordés par certaine ieunette et agaceante iouvencelle coureuse, comme que voyons en maints lieux, que li roi des Romains avoit voirement apprins et mis en notre pourchas, et icelle sçut si 40 bien faire par belles et agaceantes parolles que plut à monseignor, et de fait avoit charmes et gracieuseté que meritoient, et volit icelle souper avec monseignor, qui li volit benoistement et l'y fit maintes doucettes caresses; car onc ne fut que sache homme 45 au monde que fut plus prochain à faire gracieuseté et douceurs a gentille femelle, que ne fut mon benoist prince. Avint que la susdite en ses cajoleries et blandicies, glissit en son vin poison subtil que but monseignor et porta lengueur que li conduisit à la 50 mort. Et icelle susdite femelle ne fut onc revue, mais bien disparut au lendemain de ladite couchée.* 2) Stürzelbronn. 3) Matthaeus II. 4) Haec ex actis synodi, qualia saepius leguntur, sumta sunt; cf. Winkelmann, 'Philipp und Otto' II, p. 513, qui 55 locos collegit.

et disputationes [de[a]] fidei conservatione, de statu ecclesiarum et personarum eas regentium liquide prosecutus, limpidius de obitu suo, et quod ei iam super hoc Deus signum fecerat in bonum, mirabiliter pertractavit. Et quod mirabilius est dictu, de matrimonio ita efficaciter disputavit, ut[b] ipsos gradus contrahendi matrimonium potius usque ad quartum gradum debere restringere, quam in septimo gradu, in quo antiquitus constitutum erat, permaneret; asserens, quod pro intricata cognationis computatione *minus provide contrahebant et divortia celebrabant. Unde idem papa conubia[c] matrimonii extra quartum gradum tantum fieri decrevit. Et si in quinto gradu ex una parte et in tercio ex altera iuncti fuissent, precepit non separari; et alia multa indixit, quibus iurisperiti adhuc utuntur. Et sic quilibet ad propria reversus est. *f. 53'.

Cap. 2. De exercitatione iusticie a Friderico rege facta.

Rex igitur Fridericus regnum Alemannie sagaciter circuiens[d], quodquod potuit invenire raptores, nocturnos incendiarios, fures et alios regni molestatores, magno studio perquirebat. Inventosque sine aliqua redemptione decapitabat, alios rotis confringebat, alios suspendio dampnabat, alios menbris mutilatos dehonestabat, alios vero diversis suppliciis interficiebat. Quare mercatores, quia regnum et vias et regionum stratas ita pacificaverat, quod securi quocumque volebant pergebant[e], [eum[a]] magno affectu diligebant. Et ita fama sui boni initii ubique diffundebatur. Sed proh dolor! exitus eius in contrarium versus est.

Cap. 3. De pueris volentibus transfretare.

1212. Eodem siquidem tempore tanta agmina puerorum utriusque sexus ex diversis regionibus nescio qua arte collecta sunt, ut in unum conglobati innumerabilis fieret exercitus. Qui ante se vexilla dirigentes sequebantur, dicentes, se transfretare debere, et Terram Sanctam, sicut filii Israel ex Egypto exeuntes terram illam obtinuerunt, ita et ipsi eam sorte possiderent. In qua vero civitate vel terra veniebant, habitatores[f] illarum[f] quasi pusillos et orfanos, sicuti erant, pro Deo suscipiebant et eis alimenta ministrabant et ita eos[g] dimittebant. Illi vero Alpes transeuntes, Langobardiam intraverunt. Et per maritimas civitates, Ianuam scilicet et Pisam, et alias in hora maris sitas se dispergentes, credebant naves ad transfretandum invenire. Et non *invenerunt. Due tamen naves ex ipsis honerate in mare se miserunt; sed adhuc ignoratur, si portum obtinuerunt, vel ad quas regiones delati sunt. Alii vero qui remanserunt ad tantam penuriam devenerunt, ut non ipsos quis hospicio reciperet; ut de ipsis illud Ieremie dici posset: *Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret illis.* Unde per vicos et plateas maxima pars ipsorum fame mortua iacebat, nec erat etiam qui sepeliret. Et sic vere illa parva gens illis magnis innocentibus, qui pro Christo occisi sunt, comparari creditur; quia et ipsa in tam tenera etate labores inmensos et mortem famis, que crudelior est gladio, subire meruit. Unde Ieremias: *Melius fuit occisis gladio quam interfectis fame.* Et vere melius, quia gladius solo ictu occidit, fames vero diu cruciatum interficit[h]. Ceteri quoque qui sanioris mentis et etatis erant per regiones Ytalie et Tuscie dispersi, ad serviendum gentibus illius terre vel ad laborandum se contulerunt. Talis enim illius facti finis fuit. Nec adhuc potest inveniri, quid tam inauditum factum portenderet. Et eodem tempore ordo Predicatorum et fratrum Minorum inchoatus est. De quibus post pauca loco suo apertius disseremus. Eadem vero tempestate non multo post, sicut ipse in sermone synodi sui predixerat, Innocentius papa migravit a seculo. Sepultus Perusii a tergo sepulcri sancti Herculani in theca marmorea satis decenter sculpta. Cui successit Honorius. *f. 54. Thren. 4, 4. ib. 4, 9. 1216.

Cap. 4. Quod Fridericus rex in imperatorem provectus est.

Rex itaque Fridericus, cum totum regnum Alemannie quieta pace et successibus prosperis gaudere videret, ordinatis eiusdem regni agendis, cum exercitu Romam profectus est. Et intrans cum magna difficultate cum sua uxore Apuliensi[1], in inperatorem ab Honorio *papa III.[i] sublimatus est anno[k] ab incarnatione Domini 1222[2], indictione 7. in basilica sancti Petri. Papa vero, ut Terre Sancte succurreret, quia necesse erat, adhortatus; adquievit. Et statim cruce signatus est. Et iura sancte ecclesie se observaturum, prout deberet, *f. 54'. 1220.

a) *deest c.* b) ipsos gradu contraendi matrimonii *corr. ut editum* 2. c) *in ras.* 1? d) i *superscr.* 2. e) securi *del.* 2. f) *add.* 2. g) eo *corr.* eos 2. h) *in ras.* 1. i) *post add. c.* k) anno — Petri *post add. c.*

1) Constantia. 2) Iterum in anno indicando erravit auctor.

iuravit. Inde denique progrediens, valedicens pape, cum exercitu suo secessit ad partes Cicilie et Apulie. Et ibi magnas strages de primatibus et gente illarum regionum, qui sibi et patri restiterant, perpetravit. Alios quippe vivos decoriavit, alios suspendio deputavit, alios menbris omnibus mutilatos vivos dimisit, alios rotis confregit, alios cum asseribus decapitavit[1]. Et ita totas regiones illas iuriditioni et timori suo subdidit. Deinde quendam montem qui Nigra-montana appellatur[2] muris fortissimis munivit et eum Saracenis innumerabilibus implevit, et de ipsis sapientiores, quos matematicos, quos astronomicos vocant, ariolos, divinatores et inspectores volatus[a] avium et alios plurimos christiane fidei adversarios ad se accersivit; de quibus quosdam consiliarios fecit, alios camerarios; quosdam vero, qui in volatu avium et estis animalium augurari sciebant, et sortilogos, qui ei futura predicebant, sibi familiarissimos iunxit; et ita universas gentes illas cum universis regionibus suis sue potestati subiciens[b], sigillum terre illius sibi fieri iussit, cuius superscriptio talis erat[3]:

Ciculus et Calaber, Apulus michi servit et Affer.

Quas regiones diu circuiens[c], sibi, ut supra dictum est, subiugaverat.

Cap. 5. Quod imperator Fridericus vallem Spolitanam et ceteras terras sancti Petri sibi usurpavit.

Cumque hec[d] ita se haberent, cupiens Alemanniam visitare, que ei carissima erat, intrans Tusciam, vallem Spolitanam cum civitatibus suis et vicis et omne *patrimonium et munitiones beati Petri, ubicumque invenire potuit, saixivit[e] et quamdiu vixit obtinuit; asserens, episcopos et alios clericos, qui orationi tantum vacare debebant, civitates et alias munitiones habere non debere. Ipse enim advocatus et defensor ecclesie erat, cui hec competebant. Descendens ad Alemanniam, filium suum Henricum, quem de Apuliensi uxore genitum prius dixeramus, de consensu magnatum Alemannie Aquisgrani in regem coronari fecit, et ei, ut moris est, fidelitatem fecerunt. Et dicto filio ipse imperator filiam ducis Austrie dedit uxorem, de qua duos genuit filios, quos, ut fertur, postea idem imperator interfecit, sicut et matri dicti Henrici fecisse dicitur[4]. Et hec initia sue male conversationis, sicut postmodum lucidius exponemus, usque in finem vite sue extiterunt. In quibus ipse illi fallacissimo Iuliano imperatori Romano [similis[f] fuit], qui ab ecclesia et in ecclesia nutritus et ad honores prius promotus, postea Christum negans, ob ambitionem imperii omni nisu crudeliter ecclesiam impugnavit, et inhumane christianos persequens, quos veri Dei cultores inveniebat, diversis suppliciis interficiebat; qui denique a sancto Mercurio martyre beate virginis Marie iussu dira morte percussus, interiit in Persidam[5].

Cap. 6. De Volfelmo sculpteto[6] Hagonoie, et de munitionibus ab ipso in Alsatia constructis.

Erat quippe his diebus in Hagonoia Alsatie quidam prefectus nomine Wolfellus, rusticus quidem genere, sed sollertia et prudentia preditus. Hic in Alsatia plurima oppida, castra et alias munitiones regno edificavit: castrum scilicet Croneberch[7] iuxta villam[g] Marlei, apud Andelai[8] aliud castrum quod Landeshaoite appellavit. Scelestat quoque, que antea parvissima villa erat, francam fecit, et[h] eam *muris latissimis et burgensibus pluribus ampliavit et ditavit. Oppidum quoque Keseperch[9] cum castello suo[i] de novo edificavit. Columbariam[10] etiam in episcopatu Basiliensi, sicut Scelextat fecerat, construxit. Citra Retnum[k] igitur oppidum quod Nuenborch[11] dicitur similiter munivit et libertavit. Sed imperator pro omnibus his bonis et ceteris aliis, que pro utilitate regni et honore fecerat, mala pro bonis eidem prefecto Wolfello Haganoie inferens, ipsum captivavit et ab eo thesaurum inmensum auri et argenti extorsit[12]. Nec adhuc ei credens, in domo propria ipsum inclusit. Sed postea licentia accepta

a) vocatus *corr.* volatus 2. b) uuiciens *c.* c) i *superscr.* 2. d) se *del.* 2. e) saxivit *corr.* saixivit 2. f) *des. c.* g) ville *corr.* villam 2. h) *post add.* 1. i) suo *bis duabus lineis scr.* k) Renum *corr.* Retnum 2.

1) Haec ad Heinrici VI. tempora pertinere putarim; cf. tamen Winkelmann I, p. 380. 2) Nescio an de Luceria cogitandum sit. 3) Hoc de ense regis Rogeri valere, Böhmer p. XXI. monuit. 4) Quod a vero abhorrere, satis constat; Margaretha, Heinrici regis uxor, postea regi Bohemiae Otokaro nupsit. 5) Ita ex Vita Basilii Ekkehardus (SS. VI, 114) alii retulerunt. 6) i. e. scultetus. 7) Kronenberg prope Marlen. 8) Andlau, in cuius vicinio castrum Landsberg. 9) Kaisersberg. 10) Colmar. 11) Neuenburg. 12) Cf. Ann. Marbac. 1236, SS. XVII, p. 178, ubi Wolf appellatur.

venit uxorem suam visere, et una nocte cum uxore sua dormiens, ab eadem uxore dicitur esse suffocatus, ne divicias, quas ipsa uxor habere credebatur, imperatori revelaret.

Cap. 7. Quod imperator Fridericus filiam Iohannis regis Iherusalem nupsit uxorem.

Inperator vero Fridericus ad Apuliam rediens, accepit sibi uxorem filiam christianissimi
viri Iohannis de Brine[a] regis Iherusalem; de qua genuit filium Conradum nomine. Dictus 1225.
vero Iohannes[b] rex Iherusalem moto exercitu Damiatam Egypti obsedit et miraculose ob-
tinuit; quam statim stulticia cuiusdam legati Romani, qui exercitum christianorum de civi-
tate eadem eduxerat, aquis et multitudine Saracenorum inclusi et in angustia mortis positi,
Damiatam[c] Saracenis reddiderunt, et ita a terra illa christiani exierunt. Imperator vero
Fridericus a papa excommunicatus, eo quod votum crucis nondum persolverat, credens se
ita Deo satisfecisse, accersitis secum paucis et abbate Morbacensi, qui mihi hec omnia
retulit, mare transivit, et Ioppem in littore maris sitam, a Saracenis quondam destructam, 1228.
reedificavit, et inde amirado Babylonie in amicitiam[d] se coniunxit, ita ut totam terram illam,
si voluisset, ut *fertur, christianitati subiecisset; et sic ad Apuliam reversus est. Audiens *f. 56. 1229.
vero imperator Fridericus[b], quod filius suus Henricus rex de consensu magnatorum terre
invito[e] patre regnum Alemannie obtinere satageret, eum ad se accersitum cepit, et eum in 1235.
Cicilie castro includens, ibi mortuus est. Descendens igitur imperator ad Ytaliam, Medio- 1242.
lanum obsedit[1], et duobus annis ibi sedens, nichil profecit. Carrucam tantum ipsius civita- 1237/38.
tis, quam standarium vocant, cum vexillo suo adquisivit, et potestatum[f] Mediolanensem
captivum ad Cremonam ducens, in alta turri patibulo eum suspendit[2]. Deinde Bononiam[g] 1237.
obsedit[3], et ante illam novam civitatem construxit, quam custodiendam[h] filio suo, quem de
concubina genuerat, regem Sardinie[i], dereliquid, et abiit. Illi vero Bononienses de civitate 1249.
sua exeuntes, civitatem illam novam invaserunt, et igne incendentes, funditus destruxerunt,
et regem dictum Sardinie[k], qui eam custodire debebat, in civitatem suam captivum duxe-
runt. Sed quid de eo actum sit, non audivi.

Cap. 8. Quod imperator Fridericus fratrem Gregorii pape apud Hagonoiam suspendio dampnavit.

Igitur imperator tunc[b] ad Alemanniam forte devenerat, et apud Haganoiam veniens, vena-
tioni et piscationi vacabat. Gregorius vero papa IX[l], qui Honorio[m] successerat, habuerat 1227.
quendam nobilem militem fratrem, Apuliensem[4], qui imperatorem aliquando se offendisse
dubitabat; veniens in Alsatia, comitem Sigibertum Alsatie langravium et Conradum[n] tunc[o]
Mettensem episcopum[5], imperatoris cancellarium, rogavit, ut eum ad[p] imperatorem salvum
conducerent; quod et promiserunt. Imperator vero iussit eum in patibulo suspendi. Et
sic male conductus, vitam finivit. Gregorius igitur papa admonens imperatorem per inter-
nuntios, ut Deo et beato Petro satisfaceret. Qui et rennuit[q]. Quem Gregorius papa in toto 1228.
orbe Romano excommunicatum denuntiavit. *Gregorio vero mortuo, sedes diu[6] pastore *f. 56'. 1241.
caruit, imperatore electionem perturbante. Tandem Celestinus electus, decem et septem
diebus supervivens, mortuus est.

Cap. 9. De electione Innocentii pape IV, et de eius adventu ad Lugdunum.

Erat igitur quidam cardinalis Senebadus nomine, de civitate Ianuensi in Italia oriundus[r],
quia imperatori aliquantulum familiaris erat, papa effectus est. Qui eodem anno, simulata in- 1243.
firmitate, dicens se velle aerem nativitatis sue, ut sanaretur, invisere, venit Ianuam; inde clam
per terram comitis Savoie progrediens, pervenit Lugdunum et ibi per septem annos conti-
nuos demoratus est. Volens igitur papa[s] cum Friderico imperatore de rebus ecclesie, quas

a) Briut *scriptum esse videtur; sed litterae ut non satis perspicuae.* b) *add.* 2. c) Damiatan *c.* d) amiticiam *c.* e) invitto *c.* f) postatum *c.* g) Boloniam *corr.* Bononiam *c.* h) custodiændam *c.* i) Sardi *in ras.* 1. *(littera g videri potest).* k) . . . gonie *corr.* Sardonie *c.* l) *post add.* 1. m) Honori *corr.* Honorio 2. n) *corr.* Conradum 2. o) *post add. c.* p) *e corr. c.* q) renuit *corr.* rennuit 2. r) erat *del. c.* s) *add.* 2.

1) De Brixiae obsidione cogitare videtur. 2) Haec post pugnam apud Curtem-novam facta sunt. 3) Parmae obsidionem intelligit, et victoriam de exercitu Friderici ante hanc urbem reportatam et cladem Entii a Bononiensibus acceptam confundit. 4) Gregorius e familia comitum de Signia oriundus fuit. 5) Obiit iam a. 1224. 6) Per duos menses; Richerus de sede post Coelestini mortem per duos fere annos vacante cogitasse videtur.

rapuerat, agere[a], ipsum per legitimas ferias ad curiam citavit. Imperator vero legistas et doctissimos viros iurisperitos pro se mittens, dicens, se in Longobardia[b] esse occupatum. Tandem asseruit, se esse venturum. Fertur etiam quosdam versus, nescio[c] a se vel ab alio compositos, interea pape demandasse, ita scribens:

Fata[1] notant, stelleque vocant aviumque volatus:
Totius et subito malleus orbis ero.
Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Decidet et mundi desinet esse capud.

Quibus papa versibus respondit. Sed a memoria mea dilapsi sunt; sed hic est sensus. Fata tacebunt[d], et stelle silebunt, et volatus avium[e] non loquentur[f]; tu vero malleus orbis ad tempus esse poteris, sed non diu; Romam vero, quam dixisti esse casuram, ecclesiam, id est naviculam Petri, advertimus; potest enim in fluctibus huius maris, id est mundi, fluctuare, sed numquam mergi. Tercia igitur citatione, ut prediximus, facta, interea papa Innocentius quartus — ita enim in papatu vocatus est — concilium archiepiscoporum et episcoporum regionum circumadiacentium* convocavit. Ad quem Fridericus vocatus venire noluit, sed suos nuntios misit. Presidente igitur Innocentio papa in facie ipsius concilii, de commissis ipsius et heresibus, quibus implicatus esse dicebatur, per sexdecim capitula hinc inde diu disputatum est. Tandem per sententiam ipsum anathematizavit et a dignitate et honore imperii alienavit et ipsum vel heredes suos ad dignitatem imperii Romani numquam posse venire iudicavit. Et sub interminatione anathematis districte inhibuit, ne quis[g] de cetero eum pro imperatore haberet, nec imperatorem, sed Fridericum tantum de Stoupha[h] appellaret; et hoc mandatum per universas imperii Romani regiones papa divulgari fecit. Sed hoc rex Francie approbare noluit, quia idem Fridericus quondam iuratus suus extiterat.

*f. 57. — 1245.

Cap. 10. De bello transmarino, quod Ludoicus rex Francorum in extremis vidit.

Rex igitur Francorum gravi detentus infirmitate usque ad mortem egrotavit; cui talis apparuit visio. Videbat se in transmarinis esse partibus constitutum; ibi enim nostri christiani et Saraceni ad pugnam parati erant, et congredientes, acrius inter se pugnabant. Et postquam diu pugnatum est, Sarraceni nostros vicerunt et omnes aut interficiebant aut captivos ad terram suam deducebant, ita quod de tanta multitudine nostrorum vix quindecim milites de bello fugientes remansisse dicerentur. Quod cum rex Francie videns[i], valde indoluit; cui fertur dictum fuisse: 'Rex Francie, hoc inrecuperabile dampnum vindica'. Rex vero ab hac visione reversus, vovit se ad Terram Sanctam post duos annos properaturum; et statim crucem sibi dari precipiens, invita[k] matre domina Blancha[l] cruce signatus est. Pugna quippe ab ipso rege intuita *accidit in festo sancti Andree[2], et sicut viderat verum fuit.

*f. 57'. — 1244. Nov. 30.

Cap. 11. Quod papa Innocentius dampnavit[m] Fridericum imperatorem.

Friderico quoque quondam imperatore[n], ut prediximus, depulso, Innocentius papa regem creavit filium comitis palatii de Turingia; qui assumpto sibi exercitu intravit territorium de Nuereiberch[3]. Papa vero misit ei archiepiscopos et episcopos cum militibus multis. Conradus vero, filius dicti Friderici prius imperatoris, qui tunc in Suevia erat, accersita[o] sibi magna multitudine armatorum, venit obviam novo regi. Et congressus cum eo, victus est, et multi de exercitu suo perierunt interfecti, alii capti, alii fugerunt. Conradus vero in Nueremberch fugit. Novus vero rex ad sua, et omnes adiutores sui cum multis spoliis redierunt. Solus tantummodo garcio de tanta multitudine nostrorum ibi mortuus est. Novus quoque rex non multum post diem[p] clausit extremum. Et papa alium instituit, comitem scilicet de Holande. Qui exercitum colligens, venit Aquisgrani, et eam obsidens, tandem cum magno labore expugnavit, et ibi coronatus est, et inde ad sua rediit. Episcopus

1246. — 1247. — 1248.

a) ageret *corr.* agere *c.* b) Lang. *corr.* Long. 2. c) nescia *post corr.* nescio *c.* d) tabunt *corr.* tacebunt 2. e) a *e corr.* 2. f) uen *e corr.* 2. g) eum *del.* 2. h) Stoupha *corr.* Stopha 2. i) *ita c.* k) invicta *c.* l) Biancha *corr.* Blancha *c.* m) dampnato *corr.* dampnavit *c., ubi post* d. F. i. *deleta.* n) imperare *corr.* imperatore 2. o) accercita *c.* p) *bis scriptum, sed alterum deletum c.*

1) Cf. SS. XXIV, p. 219. et quae ibi adnotavi. cf. Wilken VII, p. 18 n.
2) Hoc die nulla commissa est pugna; sed de Gazensi d. 18. Oct. 1244. commissa Richerus cogitare videtur;
3) Anno 1246. exeunte post victoriam de Conrado reportatam Heinricus Nuremberg venit.

vero Argentinensis duo castra, que regi nostro adversabantur, Wigresem[1] et[a] Croneberch, funditus destruxit et totam terram sui episcopatus vice regis sibi subegit; Scelestaz vero obsedit, sed nichil profecit. Conradus vero supradictus, viribus resumptis, subito Alsatiam intravit, et recto itinere, nichil aliud faciens, cum suis incedebat. Episcopus autem Argentinensis usque[b] ad ripam Rethni eum[c] secutus est. Conradus vero Rethnum transiens, in Sueviam fugit, et episcopus in[d] sua reversus est. 1249.

Cap. 12. Quod rex Frantie mare transiit, et quod Damiatam miraculose obtinuit, in fine perdidit.

Rex itaque Francie cum magno apparatu mare intrans, applicuit Cyprum, et ibi aliquandiu moram faciens, multi de suis ibi mortui sunt. Deinde ad portum Acharon volens venire, vento flante contrario ad litus Damiate proiectus est. Naute vero valde admirantes dixerunt, civitatem quam videbant Damiatam esse, que in introitu Egypti sita est; nostri vero valde perterriti ad arma currunt, litus occupant, Saracenos ad bellum paratos inveniunt; qui a nostris oppressi, Damiatam redire compulsi sunt. Nostri igitur christiani tentoria figentes, ibidem pernoctaverunt. Mane autem facto ad portas civitatis venientes, apertas eas quidem invenerunt, sed nullum civium intus repperemnt. Intrantes vero, civitatem mundaverunt, et ecclesiis compositis, cultui christiano subdiderunt. Post paucos itaque dies rex cum suo exercitu subgestione comitis de Artois, fratris sui, terram Saracenorum intravit, et ibi reperto exercitu Saracenorum, cum eis confligens[e], victus est. Ibi quippe mortuus est dictus frater regis. Ceteri vero omnes aut capti aut interfecti sunt ibidem, excepto rege et quibusdam aliis paucis qui in quodam monte fugerunt. Expleta denique tanta cede, montem, in quo rex erat, Sarraceni[f] circumdederunt. Rex vero videns sibi nusquam fugam patere, tradidit se illis. Pagani siquidem cum rege ad Damiatam venientes, minati sunt se regem interfecturos, nisi Damiata eis redderetur. Dux vero Burgundie et regina cum aliis pluribus videntes inrecuperabile dampnum de rege, civitatem Saracenis reddiderunt, ita tamen quod universi captivi, qui a Saracenis tenebantur, regi restituerentur; quod et factum est. De quibus nos unum sacerdotem vidimus, qui hec omnia nobis narravit. Rex vero cum suis ad Accaron venit. c. 58. 1248. 1250.

Cap. 13. De amiraldo de Coine, qui regem Babylonie interfecit et Damiatam funditus evertit.

Igitur amiradus de[g] Coine, qui a rege Babylonie ad dictam pugnam vocatus fuerat, dicebat, se debere Damiatam habere et etiam medietatem captivorum et spoliorum, quia ipse maiorem exercitum habebat quam rex. Rex vero non adquievit. Unde amiradus in ipsum insurgens, eum interfecit[2] et exercitum eius in fugam convertit et Damiatam obtinuit. Sed amiradus, quia Damiata longe a terra sua distabat, timens, ne filius interfecti regis Damiatam, que ei prope erat, aliquando obtineret et ita suam gentem, quam in ea civitate dimiserat, perderet, inito consilio Damiatam funditus evertit nec in ea lapidem super lapidem reliquid. Et ita illa delicata civitas, que quidam paradysus esse dicebatur, a nostris bis miraculose adquisita et bis, nescio quo occulto iudicio Dei, satis miserabiliter perdita, finem accepit. Rex vero Francie Cesaream civitatem quandam, que a Saracenis antea destructa fuerat, satis compendiose instauravit et gente et edificiis copiosam reddidit. Et sic vix duobus[3] annis in terra illa degens, in Franciam rediit. 1254.

Cap. 14. De misera morte Friderici imperatoris, et de nece Conraldi, filii sui, et de obitu Innocencii pape.

Cum igitur res[h] ita se haberet et Fridericus quondam imperator in Apulea moraretur, adhuc in infidelitate sua perseverans, ut fertur, contra Deum blasphemias, que non sunt etiam referende, loqueretur, decidit in lectum et mortuus est. Sepultusque in Palerno[i], ubi dicebatur plurimos habere thesauros. Post hec Apulienses, nescio quo zelo, sed ut rei exitus 1250.

a) e *corr.* et *c.* b) que ad ri *in ras. c.* c) *post add. c.* d) in sua *et* sus est *e corr. c.* e) li *e corr. c.* f) *add.* 2. g) do *c.* h) es *e corr. c.* i) *ita c.*

1) Wietersheim et Kronenburg; v. Closener chron. p. 38. et quae Hegel ibi adnotavit. Closener haec in tempore regis Heinrici Raspe collocare videtur. 2) Emir Oktai princeps Mamlukorum occidit Turanschah d. 2. Mai. 1250; Wilken VII, p. 236. 3) Potius 6 annis.

*f. 59. probavit, malo, Conradum, dictum filium Friderici, qui in Suevia *degebat, ut regnum patris 1254. acciperet, ad se adsciverunt. Qui non multo post veneno potatus interiit. Innocentius vero papa IV[a], cum septem annis apud Lugdunum mansisset, Romam reversus, in Apulea diem clausit extremum.

Cap. 15. De beata Hiltigarde sanctimoniali et prophetiis eius.

Ante hos annos ferme triginta fuit in inferioribus Alamannie partibus sanctimonialis quedam inclusa sanctissime conversationis et vite Hiltigardis[b] nomine, cui Deus inter cetera etiam gratiam prophetie contulerat, et quod mirum est dictu, quod numquam, ut fertur, antea didicerat, lingua loquebatur Latina et scribebat. Prophetavit quippe de statu regnorum et eventibus rerum futurarum et inde libros propria manu conscripsit. Scripsit etiam librum medicinalem ad diversas infirmitates, quem ego Argentine vidi. Scripsit siquidem de ordine futurorum Predicatorum et fratrum Minorum, qui temporibus nostris primum esse ceperunt. Dixit quippe aperte, quosdam fratres venturos alte tonsoratos in habitu religioso, sed inusitato, qui in principio sui quasi Deus ab omni populo reciperentur; nec aliquid proprium habituros predixit, sed tantummodo elemosinis fidelium victitarent nec de his elemosinis in crastino reservarent, et ita tali paupertate contempti[c] civitates et castella et regiones predicando circuirent; et ita in primordio suo Deo et hominibus cari haberentur; sed cito a proposito suo decidentes, viliores haberentur. Hec Hiltigardis de Predicatoribus et Minoribus fratribus fertur predixisse; quod postea verum actus ipsorum esse probavit[1].

Cap. 16. De principio ordinis Predicatorum.

Quidam quippe Dominicus nomine de Thuscie[2] partibus oriundus tempore Innocentii pape tercii ordinem[d] incepit Predicatorum; sicut et eodem tempore Franciscus quidam, *f. 59'. *de quo postea dicemus, ordinem fratrum Minorum inchoavit. Dictus siquidem Dominicus fratres sibi collegit et secundum regulam beati Augustini vivere constituit; et ita a Gregorio papa confirmati, dispersi sunt per[e] universas regiones, et quamdiu in proposito suo permanserunt, cari ab omnibus habiti sunt. Sed mirum est, quod tanti viri in divinis sermonibus probabiles in civitatibus opulentissimis habitare ceperunt, in quibus splendide vivitur, et habitatores earum civitatum deliciis et diviciis habundant, et ibidem luxus et ambitio rerum secularium vigent, et usuris et publicis rapinis impudenter insistunt: quomodo nostri Predicatores a talibus et cum talibus conversari et vivere et dona ipsorum recipere gratulantur? Sed quia prophetia illius venerabilis sanctimonialis Hiltigardis ne fieret preteriri non poterat, in primordio sui nostri Predicatores omnibus in bono satis claruerunt; multos quippe ab erroribus suis et a via sua mala averterunt, et hereticos, quibus universa terra iam prope occupata erat, represserunt et multos eorum igni dari[f] fecerunt, et adeo in exercitatione sua valuerunt, ut etiam quidam eorum miraculis claruisse referantur. Sed quia, ut dicitur, nova placent et usitata vilescunt, quia iam a proposito aliquantulum declinabant, immo etiam de se presumendo quedam inepta sibi usurpabant, a populo iam non tanti precii haberi[g] ceperunt. Divites quippe et raptores et usurarios publicos circumeundo visitabant, et si qua invenirent ambitione secularium vel rapto et denique fenore ab illis acquisita[h], ad monasteria sua, que permaxima edificare ceperant, donarentur[i], et ita per interpretes illas res in edificiorum suorum vel victualium usus convertebant; licet non ignora- *f. 60. rent, *rapinas vel usuras nisi eis, a quibus extorte erant, reddi debere. Illos vero qui eis talia dona conferebant, quod papa facere non potest, a peccatis rapinarum et usurarum absolvebant et mortuos in cymiteriis suis sollempniter sepeliebant, et ob hoc viliores plurimum esse ceperunt.

Cap. 17. De ordine fratrum Minorum.

Franciscus igitur, quem superius primum ordinis fratrum Minorum esse[k] diximus, de Assisia civitate vallis Spoletane oriundus fuit. Filius quidem cuiusdam divitis civis dicte civitatis

a) *add.* 2. b) H. n. *post add.* 1. c) *i. e.* contenti. d) *corr.* ordo 2. e) et *superscr.* per *c.* f) tradi *superscr.* dari *c.* g) habere *corr.* haberi *c.* h) invenirent *iterum add. c.* i) efficiebant ut d. *suppl. Dach.* k) e. d. *post add. c.*

1) V. hac de re Salimben. chron. p. 338. 389. et saepius. 2) Nota auctoris errorem.

extitit, qui eundem Franciscum causa mercimonii ad partes Francie frequenter mittere solebat. Unde a Francia Franciscum nuncupatum fuisse referunt[1]. Qui Franciscus bone indolis iuvenis existens et sapiens, sicut mos est mercatorum, ambitionem rerum secularium insectatus est; sed de mercimonio a patre sibi credito ecclesiis et pauperibus largissime erogabat. Contigit igitur, ipsum Franciscum ad partes suas quodam tempore redire, et a patre libenter receptus, paucis diebus cum ipso mansit. Quadam vero die cum pater eius quendam sollempnem ageret diem, Franciscus iuvenis laudabilis quandam cameram intrans, vestibus suis omnibus exuitur; quadam tunica, in qua caputium consutum erat, et tamen vilissimi panni, se induens, cordella nodata precingitur, et ita sine calceis et[a] tonsoratus ad patrem exiit, et patri valedicens, asseruit, se potius Deo servire velle quam mammone. Circuiens[b] igitur regionem illam, plures sibi fratres et ordini suo sociavit. Veniens igitur ad papam Gregorium, sicut Predicatores ab eo auctorizati sunt. Et ita per diversas regiones collocati sunt. Franciscus vero cum paucis fratribus per civitates et castella circuiens[b], predicando ad quandam civitatem fertur devenisse; et ibi verbum Dei volens predicare, cives loci illius *in tali habitu eum cum suis considerantes, quasi stultum a civitate sua eum expulerunt. *f. 60. Ipse vero extra portam ipsius civitatis iuxta stratam[c] publicam stans, conspexit in campo diversi generis aves pascentes; quasi hominibus loqueretur, ipsas ad se vocavit, et statim ad vocem ipsius tanta multitudo diversarum avium circa eum adunata est, quanta numquam in partibus illis visa fuisse feratur. Quas beatus Franciscus admonens, quia gens intelligibilis et sensata verbum Dei audire contempneret, saltim aves indiscrete mandata Dei audire non obmitterent. Ille vero colla erigentes, et capita et visum, quasi eum intelligerent, porrigebant ei. Ille vero hortabatur eas, vocibus et cantibus suis Deum, qui eas creaverat et pascebat, glorificare et laudare; et sic diu eas alloquens, quasi cum[d] racionabilibus creaturis de verbo Dei cum eis disputabat. Videntes autem transeuntes ignotum virum in tam extraneo habitu avibus quasi hominibus predicantem, nuntiaverunt hec in civitate. Ad quem tota civitas exiens, admirans super miraculo avium, rogabant[e] eum, ut, quia eum expulerant, civitati indulgeret. Ipse vero avibus benedicens, iussit eas abire, et convertens se ad populum, improperabat ei, quod populus intelligibilis et racionabilis verbum Dei audire[f] contempneret, aves vero sine racione cum gaudio magno illud susciperent. Cumque gentem illam diu allocutus fuisset, sermone finito, et dans benedictionem, a loco discessit. Fertur etiam transfretasse et ad Babyloniam devenisse et a rege illius terre licentiam predicandi obtinuisse. Videns itaque beatus Franciscus gratiam dicti regis et gentis ipsius *terre se habere, *f. 61. paucos[g] de discipulis suis[h] relinquens, ad partes suas reversus est, volens pluriores illuc ad predicandum dirigere. Sed quia non est laborantis vel currentis, sed volentis Dei cursum hominis dirigere, nescio quo impedimento detentus, ad Babyloniam ultra non est reversus. Cumque plures sui ordinis fratres ubique disseminasset et pluribus in vita sua claruisset miraculis, ad civitatem Assisie revertens, infirmitate detentus, ibidem bono fine in Domino quievit, et ibidem sepultus est. 1226. Illorum[i] siquidem et conversatio et vita semper melius et sanctius quam[k] Predicatorum usque ad tempora nostra perduravit. Quam plures igitur ambos ordines[l] viri et mulieres imitantes, conversationi eorum se contulerunt. Nobiles quippe clerici et bene literati prelationes suas, dignitates, divicias parentumque consolationes contempnentes, se eis pro Deo sociaverunt. Mulieres vero, alie virgines, alie matrone continentes[m] vidue, alie vero meretrices, nobiles et ignobiles[n], magisterio ipsorum et religioni se[o] submittentes, pusilla[p] sibi habitacula erexerunt. Sed pro dolor! plurimi[p] utriusque sexus, qui iam aratro Dei manum salutis[p] apposuerant, miserabiliter retro respicientes, luxui[p] et voluptatibus seculi, quasi canis ad vomitum[q] redientes[r], Prov 26,11 denuo se[o] tradiderunt. De quibus melius arbitror silere quam loqui. Sed quia invidia diaboli[s] in agro Dei semper zizania seminare non cessat, redeamus ad illos qui sub pretextu religionis, in vestimentis ovium lupi rapaces existentes, populum mirabiliter deceperunt.

Cap. 18. De magistro Roberto Parisiensi[t] ordinis Predicatorum et fallaciis eius.

*Fuit itaque his diebus Parisius vir doctissimus et eloquio clarus Robertus nomine de ordine Predicatorum, qui tantam habuit gratiam, ut nullus ei tunc secundus haberetur. *f. 61'. Sed, ut ferebatur, totus glorie mundi et luxurie deditus erat. Qui quadam arte cartulam sibi composuerat, ut, si quando eandem cartulam capiti alicuius superponeret, quecumque ille volebat, vellet nollet, fateretur. Quadam quippe die cum in predicatione sua quandam formosam mulierem conspexisset[u], eam animo concupivit, mandans ei, ut post sermonem sibi loqueretur. Que ad quendam locum secretum veniens, ubi sibi velle confiteri expectabat, illam alloquitur et, ut voluntatem suam faceret, verbis minacibus et blandis ipsam coartabat.

a) *in ras.* 1. b) i *superscr.* 2. c) stratem *corr.* stratam *c.* d) *post add. c.* e) rogabat *corr.* rogabant *c.* f) *bis scriptum, sed alterum deletum c.* g) paucis *c.* h) ibi *del. c.* i) Illorum — semper *in ras. c.* k) q. P. *in ras. c.* l) *in ras.* 2. m) continentinentes *c.*, inentes *in ras.* 2. n) i. m. *in ras. c.* o) *add.* 2. p) *in ras. c. (fortasse codice maculis asperso, quae antea scripta erant repetita).* q) mitum *in ras. c.* r) es *e corr.* 2. s) boli *in ras. c.* t) si ordinis *e corr. c.* u) comspexisset *c.*

1) Vitam aliquam Francisci sequitur, sed cum editis (Acta SS. Oct. II) non ita convenit, ut certo indicari possit, qua usus sit. De nomine in Append. ad vitam priorem (l. l. p. 724) narratur, patrem e Francia reversum filium Iohannem ita nominasse.

Quid plura? Illa negat; iste instat, minatur: si non faciat, ei heresim opponet et igne comburi faciet. In crastino nempe coram cunctis mulierem illam ad se venire fecit, et manum ei imponens, alta voce interrogat: 'Numquid ex secta hereticorum es'? Illa dixit: 'Sum vere'. 'Vis redire ad fidem catholicam'? Illa autem ait: 'Non'. Ille dixit: 'Vis potius comburi quam sectam illam abnegare'? Illa respondit: 'Volo'. Ille dixit: 'Audistis, quomodo ista mulier confessa est turpitudinem suam'? At illi admirantes dixerunt, se de ea numquam[a] tale quid audivisse; et ita tradita est custodie. Habebat enim illa matrona filium clericum, bone indolis adolescentem, qui dolore matris tactus circuibat vicinos et affines, consulens eos, si quoquo modo matrem a periculo mortis liberare valeret. Cui quidam, qui illi Predicatori familiaris erat, valde condolens, dixit ei: 'Vade cras ad publicum consistorium, quia mater tua iterum examinabitur. *Tu vero sta iuxta eam; et cum magister Robertus matri tue manum imposuerit et eam de fide interrogabit, tu, quia fortior es eo, manum eius viriliter apprehende et cartulam quam in ea inveneris tolle et eam tibi reserva, et alta voce roga magistrum Robertum, ut iterum matrem tuam de fide interroget'. Quod et ita factum est. Cumque ille clericus dictam cartulam de manu illius Predicatoris tulisset, matrona illa ut prius interrogata iuravit coram omnibus, se nunquam illa verba audivisse nec unquam a magistro Roberto de fide interrogatam fuisse nec ei in aliquo respondisse nec quid esset heresis unquam audivisse. Filius vero eius cartulam illam omnibus ostendit, et quia arte diabolica idem Predicator per cartulam illam quos volebat decipiebat et morti tradebat. Populi vero hec audientes nitebantur eum interficere; sed raptus a clero, missus est in carcerem lapideum perpetualiter clausum. Et quia patrem et matrem et multos alios insontes velut culpabiles arte supradicta ad suam iniquitatem velandam comburi fecerat, Deus ei talem penam in presenti vita imponere decrevit, si forte vivens a malicia sua convertatur.

Cap. 19. De Sibilla Beguina de Marsal et actibus eius.

Sed quia de magistro Roberto tanto viro versutia diaboli decepto satis[b] compendiose narravimus, de quadam iuvencula muliere, que plurimos sua subtilitate decepit, dicturi accingamur. Quia tota ista regio actus ipsius cognovit[1], audacius de ea loqui non pigebit. In episcopatu itaque Metensi, in oppido quod Marsal dicitur illa supradicta muliercula degebat. Que videns plurimas mulieres sub doctrina dictorum Predicatorum specie religionis florere, que Beguine appellantur, volens ipsas imitari, dictis et factis suis simplicitatem suam pretendebat. *Ecclesias etiam hora matutinarum et missarum, sicut moris est Beguinarum, maturius frequentabat. Quid dicam? Adeo magnificavit fimbrias suas, ut etiam Lodowico tunc plebano, viro discreto, et omnibus habitatoribus ville de Marsal gratissima haberetur. Quedam vero matrona illius ville cum viro suo simulationibus eius credens, eam hospicio receperat; cui etiam ipsa iuvencula suggerebat, se etiam angelos vidisse. Cui matrona illa cameram quandam concesserat, ubi orationes et vigilias secretius agere posset. Cumque ipsa iuvencula videret famam sue religionis ubique diffundi, ad maiorem presumpsit audatiam properare. Fatebatur quippe, se in spiritu rapi in celum, et ita in lectulo suo iacens quasi dormiens, non manducans neque bibens, totam diem deducebat. Hospita igitur sua verum esse credens, cameram claudebat nec aliquem ad eam introire patiebatur. Aliqua quippe hora noctis, ut spiritus eius ad eam reversus crederetur, lenta voce planctum emittebat. Quod

a) *e corr. c.* b) s. c. narra *in rasura* 1.

1) Cf. narrationem ex notis Errardi, ut dicitur, servatam (Cayon p. 231): *Avoit monseignor un sien frère qu'avoit nom Iacques, que fut evêque de Metz, qu'estoit un des plus grands et des plus vertueux prélats qu'eut cette eglise; qu'estoit voirement bon, de sain jugement, et que fut en grande colère pour ce qu'avoit été induit en grande tromperie et souciance par certaine garce qu'avoit nom Sybille, et qu'estoit en demeure au lieu qu'est dit Marsal: avoit la susdite accointance et privauté avec certain quidam qu'estoit prêtre, et pour mieux mettre à couvert ses susdites amours, la susdite garce fit de la sainte autant que furent jamais beguinards et beguinettes, et fut monseignor Iacques moult deçu par forfanteries et jactances de la susdite. Icelle disoit avoir privauté avec chérubins et séraphins que enlevoient icelle en dixième ciel, et demouroit la sainte en pamoison dévotieuse, à ce que disoit, à trois nuits et journées, sans que ne but et mangeat, et avoit grandement ladite débats et rixes avec monseignor Lucifer. Parquoi pour voir vérité d'icelle, monseignor Iacques avint audit Marsal, et joua si bellement la susdite garce, que ne fut onc en la ville, que ne la crut mieux en sainteté que n'y crut lidit évêque. Or, à certain jour que la Sybille jouoit dispute diabloteuse à huis clos, en tant, qu'on croyoit qu'avoit grande rixe avec Lucifer, certain beguinard qu'estoit en moins bon vouloir d'avoir croyance à iceux miraculeux efforts, osit viser par certaine fente qu'estoit en l'huys de la chambrette, et vit que Sybille n'avoit garde de jonner comme disoit on, voir même avoit sous sa conduite chose de bon appétit que mangeoit par bien. Quand eut bien vu li susdit, volit aussi que monseigneur Iacques ne fut sans voir, et ly fit savoir; que vint, et quand eut vu par la susdite fendresse, fait foncer l'huys et apprehender la susdite, qu'avoua que certain jeune gars, qu'estoit prêtre et qu'aimoit bien, avoit souciance de l'y fornir fruiterie et viandes fraiches et succulentes que mangeoient par ensemble, et n'avoit dispute ez deduits d'amour que trouvoit merveilleusement bon. Et quand sçut tout monseignor Iacques, fit penre la povre Sybille et li donna chétive demourance entre quatre murailles, ou n'avoit ni chair ni bon gars à son point, dont avint que morit de dépit et doléance, sans que monseignor Iacque volit, en quoi que ce soit, bailler allégeance à la pénitence que fit faire à la Sybille. Que fut venu son sien galant? n'en sçavons, en tant que n'avons plus voir ny oir nouvelle d'iceluy.* Nescio an haec ex Richeri narratione facta sint.

cum hospita sua audiret, protinus accurrebat, et ei cybum volens dare, illa renuebat, dicens se epulis celestibus ita refectam, ut carnalibus cybariis de cetero uti nollet. Dictum est enim post, quod quidam sacerdos eiusdem ville iuvenis, qui ei familiaris erat, secreto noctu ad eam veniebat et eam delicatis[a] cybariis reficiebat. Et species bene redolentes ad supervenientes decipiendos ei afferebat, ita ut tota
5 camera illa odore specierum repleretur, ut odor ille in adventu angelorum ad se venientium ibi fieri crederetur. Sacerdos igitur que illa sumere non poterat sub stramento lectuli sui sagaciter recondebat, *quod eidem tribus diebus vel quatuor ad victum sufficere poterat. Et ut dictus presbiter secretius et tutius ad eam venire posset, illa[b] dicebat hospite[c] sue, ne aliquando timeret, si noctu ostia domus aperiri vel aliquem alium strepitum audiret, quia a diabolo[d] de nocte immoderate molestaretur. Cumque
10 cunctos ita deciperet, fratres Predicatores et Minores fratres ad eam veniebant, et observantes eam, fallatiam ipsius numquam percipere poterant. Sed de ipsa et sanctitate et actibus eius iam in publico predicabant. Quid plura? Episcopus ipse Metensis Iacobus[1] ad eam venit, comites quoque et milites, clerici, monachi et utriusque sexus universus populus ad eam confluebat; sed non dabatur omnibus copia videndi eam, quia, cum audiret tot et tantos ad se venisse, simulabat in spiritu, sicut facere solebat, in
15 celum esse deductam, et etiam predicebat, in tribus diebus non reversuram; et ita nulli aditus ad eam patebat. Illi vero qui ad eam videndam venerant nec viderant, audientes ab incolis que faciebat, ad sua revertentes, mira de ea nescientibus narrabant. Unde de Alemannia et circumadiacentibus regionibus ad eam currebant. Episcopus vero Mettensis cum clericis suis et Predicatoribus qui cum eo erant, volens experiri, si ita non manducaret neque biberet, et si in spiritu raperetur, ut ipsa[b] dicebat, fecit eam in
20 aliam domum transferri. Ipsa vero in camera in qua iacebat nullum secum noctu patiebatur manere, quia angeli eam custodiebant, cum diabolus eam ita importune infestabat. Sed cum ita custodiretur, ut nec posset manducare vel bibere, et, ut verbis suis de diabolo fidem faceret, simulans se de die in celum raptam, noctu surgens, accepit plumas de pulvinaribus *in quibus iacebat, quasi diabolus hoc faceret, per cameram ipsam et per domum, in qua custodientes eam iacebant, dispersit. Videntes vero credebant,
25 propter molestiam ipsius a diabolo hoc fieri. Dixerat quippe pluries, se a diabolo nimium inquietari. Et hoc ibi et alias sepe fecisse dicebatur. Et ita in illa domo tribus mansit diebus et tribus noctibus, non manducans neque bibens. Et cum videret se ulterius famem sustinere non posse, rogavit episcopum, ut eam ad priorem suum locum reportari faceret, quia in visione, ad quam his tribus diebus rapta permanserat, audierat, si ulterius in ipso loco, in quo diabolus eam plus solito infestabat, moraretur[e], totum
30 corpus eius diabolus in frusta[f] discerperet. Episcopus vero credulus[g] eam ad priorem locum reportari fecit. Videns autem Sibilla — ita enim ei nomen erat —, quod episcopus, Predicatores et fratres Minores et alii qui eam observabant factis suis fidem darent, ad maiorem se contulit audatiam. Fecit quippe, ut fertur, tunicam nigram fieri et hispidam et caputium vultum diabolicum habentem, qua induebatur, cum ad celum[h] simulabat se translatam, et loquens rauca et horrida voce, audientibus magnum incutiebat
35 timorem. Et quandoque noctu de camera exiens, in illo diabolico et horribili habitu multis apparebat et cum eis loquebatur. Et quod mirabilius est dictu, per vicos et plateas de Marsal discurrebat, et obviantibus sibi dicebat, se esse diabolum, qui Sibillam illam nefandam et impiam virginem impugnabat, et ita ab illis fugientibus relicta, ad cameram suam secreto revertebatur. Contigit enim quadam die, unum de civibus illius ville mori, qui a plurimis non multum bonus homo habebatur. Quod cum Sibilla
40 ab his qui erant in domo audivisset, nocte sequenti larva sua se induens — sic enim talis habitus appellatur —, venit ad hostium camere et his qui in domo erant, quasi diabolus esset, rauca voce dixit: 'Heu! heu! quantum dampnum ista mala mulier *Sibilla michi hodie intulit, quia amicum meum, qui hodie mortuus est, michi violenter abstulit. Ipsa enim hodie ad celum rapta est et usque ad terciam diem non revertetur, et ita suffragiis suis et orationibus sibi eum[i] retinuit. Ego enim credebam, eum meum
45 esse, et volebam eum ad speciosum[k] pratum meum[e] deducere'. Illi vero audientes interrogabant, ubi esset pratum illud. Quibus respondit: 'Ego habeo pratum valde speciosum et delectabile, in quo ego amicos meos ad spaciandum deduco. Pratum illud semper rore sulphureo et igneo conspargitur; ibi sunt michi iocosa reptilia et animalia viperea et serpentina et angues bufonesque et alia plurima pusilla cum magnis; cum quibus amicos meos dilectissimos conversari et iocari facio. et in illo sulphureo rore
50 ab angelis meis pro deliciis voluptantur. Sed quia ista mulier michi hodie tantum amicum abstulit, libenter eam in frusta[f] discerperem; sed non audeo, quia angeli custodiunt eam. Heu michi misero! quare ista contra me et malo meo vobis adnuntio? quia, quam cito ad magistrum meum Sathanam revertar, ipse me ob hoc fetidissimis cruciatibus tradet. Sed non audeo propter istam malam mulierem dimittere[l], ut[m] vobis ista adnunciando[n] vobis caveam. Vobis etiam dico episcopis et audientibus me,
55 ne in illud speciosum pratum meum veniatis'. Episcopus itaque et alii audientes vere credebant, esse diabolum, qui eis talia referebat. Sequenti enim die cum episcopus et Predicatores tantum ad eam videndam intrassent, quia aliis non licebat, invenerunt eam in lectulo suo iacentem rubicunda facie quasi dormientem et subtilissimos pannos et candidos circa se habentem, et coopertorium capitis sui tam subtile erat, ut diceretur numquam a manu humana tale fieri posse. Iacebat enim quasi dormiens, habens
60 anhelitum tam subtilem, ut vix ab aliquo percipi posset, utrum anhelaret an non. Et quia nemo *eam

*f. 63 — *f. 63'. — *f. 64. — *f. 64.

a) li *e corr. c.* b) *add.* 2. c) e *e corr. c.* d) se *erasum c.* e) *post add. c.* f) frustra *c.* g) cred *in ras. c.* h) e *deletum c.* i) um *e corr. c.* k) spac. *corr.* spec. *c.* l) dimit *in ras.* 2. m) num *corr.* ut 2. n) ad *post add.* 1.

1) Qui sedit a. 1239–1260.

audebat tangere, hospitam eius interrogabant, unde tam candidi panni et bene redolentes venerant; respondebat, se pluries, quando a superis revertebatur, eam in tali statu invenisse. Et quia ipsa ei sepius dixerat, ab angelis lectum suum refectum fuisse, et ab iis ornamenta ipsa recepisse. Asserebat etiam, ei ab eis aquam benedici, qua[a] versutias diaboli ipsam impugnantis superare valeret. Erat[b] enim ad capud ipsius satis pulcrum vasculum positum, in qua ipsa minserat[1], de qua ipse episcopus et Predicatores et alii quam plures, ut se a diabolo tutarent, se aspersisse et ex ipsa olida aqua bibisse feruntur. Quid plura? Iam episcopus ecclesiam edificare deliberabat, in qua, quia non comedebat neque bibebat nec humanitus vivebat, ipsam ponere volebat, ut ad eam confluentes talia mirabilia in ea delectarentur aspicere: cum subito illud euvangelicum: *Nichil occultum quod non reveletur*, apparuit. Namque[c] cum una die se ad superna rapi predixisset, et hostia camere bene serrata[d] essent, et hii qui in domo erant se pausatum dedissent, illa de lecto suo surgens sibi sternere cepit, et diversas voces emittens quasi obponentis et respondentis, unam habens horribilem quasi diaboli, aliam vero subtilem quasi angeli, audiebatur quasi[e] conflictus duorum; quod[f] quidam Predicatorum conflictum illum volens subtilius audire, accessit ad parietem camere, et circumspiciens, casu tenuissimam invenit rimam, et aspiciens per eam, vidit illam, quam credebant raptam fuisse, lectum suum reficientem; et advocans episcopum, ostendit ei, quid illa interius faciebat. Episcopus vero cum aliis ad ostium venientes, illud fregerunt. Quod illa videns, proiecit se in lecto imperfecto. Illi vero introeuntes, levaverunt eam de lecto, et cogentes eam, omnes actus suos, sicut suprascripti sunt, illis[g] exposuit, *et quod haberet sub lecto suo escas absconditas, quibus pascebatur. Quod et ibi inventum est. Episcopus vero et Predicatores et alii omnes qui aderant videntes se tamdiu a tali muliercula fore deceptos, ineffabiliter doluerunt. Videbant enim occulata fide larvam illam, scilicet indumentum illud diabolicum, escas absconditas, quibus illa vescebatur, et ornamenta lecti sui et alia utensilia, quibus illa tot et tantos viros et mulieres[g*]; et qui credebantur esse sapientiores, magis ac magis confundebantur. Alii clamabant, ut combureretur; alii, ut aquis suffocaretur; alii, ut viva defoderetur. Beguine vero, que ad hoc spectaculum convenerant, ista audire vel videre non poterant. Coopertis capitibus, flentes et eiulantes, quia neminem pre pudore videre poterant, in sua revertebantur. Episcopus vero pudibundus suas iniurias non ferens[h], voluit eam interficere; saniore tamen usus consilio, mulierem illam incarceravit, concessa ei tamen parva fenestella, per quam ei modicum panis et aque porrigebatur. Pauco enim supervivens tempore, in ipso carcere mortua est[i]. Sic Deus, ea que per ipsum non fiunt breviter dissolvuntur[k].

(Margin: Luc 12, 2. — *f 65)

Cap. 20[l]. De gente quadam horrida que Tartarina dicebatur, que multas regiones et regnum Hongarie vastavit.

Contigit ante hoc, quasdam gentes nescio unde ebullire. Inmensus siquidem erat eorum exercitus et innumerabilis, facie quidem sordidi, cultu horribiliores, Tartarini appellati. Unde quidam eos a Tharso Cilicie[m] nominatos dicebant. Alii vero asserebant, eos Iudeos illos esse quos ferunt ab Alexandro rege Magno intra Caspios montes quondam fuisse inclusos; sed adhuc ignoratur, unde tanta multitudo gentium ebullierit. Venerunt quippe per Bulcariam et Polaniam et per alias plures orientis regiones, universa queque inveniebant vastantes et perimentes, et omnes quos inveniebant sine *misericordia interficiebant; sicut Gothi et Wandali in his occidentalibus partibus quondam fecisse leguntur. Intrantes denique regnum Hungarie, ut breviter dicam, ita illud[g] depopulati sunt, ut nec civitas vel vicus vel munitio aliqua, homo vel mulier vel demum aliquot pecus salvum remaneret; excepto quod rex in interioribus silvarum locis, quibus terra illa habundat, cum paucis se occultaret. Denique usque ad Danubium fluvium venientes, Alemanniam totam et etiam Frantiam totam se debere occupare, iactabant. Sed quidam ferunt, instinctu Friderici tunc imperatoris eos Hungariam intrasse, eo quod rex Hungarie regnum suum ab eodem imperatore recipere nollet; quod rei exitus postea comprobavit[2]. Nam rex Hungarie compulsus dominio imperatoris[n] se subdidit et regnum Hungarie ab ipso recepit. Et ita illi Tartarini a regno Hungarie exeuntes, nescio quo ad sua reversi sunt.

(Margin: *f 65'. — 1241.)

Cap. 21. De pastoribus per quosdam ludifactores deceptis.

1251. Contigit igitur post non multum temporis, in partibus Lothoringie, Burgundie et Francie quosdam aventare incantatores, qui omnes pastores diversi generis ita ad se adunaverunt, ut nullus pastor in circumadiacentibus regionibus inveniri poterat, qui tantummodo audito rumore illius adunationis statim non accurreret. Asserebant enim, se debere transfretare,

a) *e corr. c.* b) E. e. ad c. *in ras. c.* c) que *add.* 2. d) serata *c.* e) *post add.* 1. f) cum *del. c.* g) *add.* 2. g*) *supple:* decipiebat. h) n(—) *add.* 2. i) *in ras.* 2. k) *ita c.* l) *in cod. Nanc. hoc cap. omissum est.* m) Cicilie *corr.* Cilicie 1. n) s *add.* 2.

1) *ipsam aquam miserat* ed. Editor translationis Gallicae huius auctorem minus recte castigat, quod scripsit: *dedans quoy elle pissoit.* 2) Fabulas vendit auctor.

et Terram Sanctam a iugo Saracenorum per se fore liberandam. Unde tanta multitudo pastorum in unum est conglobata, ut civitates et oppida intrantes[a], que gratis non dabantur vi rapiebant. Dicebant enim, quod plurime naves in littore maris eos expectabant. Qui venientes prope litus, ab incolis terre illius ductores ipsorum pastorum vinctos, custodie 5 tradiderunt, et vim facientes eis, illi ordine cuncta aperuerunt. *Asserebant quidem dicti *f. 66. incantatores, quod tales pastores, quia simpliciores esse creduntur, arte sua ita deludere volebant et ad transmarinas partes ipsos deducere conabantur et populis illius terre ipsos pastores venumdare moliebantur, sicut in superioribus de pueris huic pagine adnotavimus[1]. Magnates vero illius terre hoc audientes, iam dictos incantatores suspendio dampnaverunt. 10 Illi quoque pastores hec videntes et considerantes se esse deceptos, alii ad propria redierunt, alii per diversas regiones, ut vivere possent, dispersi sunt Et ita sicut beatus Gamaliel, doctor beati Pauli apostoli, de apostolis, cum in Ierosolimis a Iudeis tenerentur, attestatus est, dicens: si essent a Deo apostoli, regnum ipsorum staret, si secus, dissolveretur: sic et Act. 5, 38. 39 de istis pastoribus, quia a Deo actus eorum non erat, sicut supra diximus, statim dissolutus 15 est. Set quia satis curiose a materia nostra aliquantulum digressi sumus, scilicet de serie et actibus abbatum nostrorum huius Senoniensis ecclesie, ad pauca que de reliquis abbatibus dicenda sunt stilum reducamus.

Cap. 22. De Henrico abbate huius loci et actibus eius.

De Henrico quidem, de quo superius mencionem aliquantulum fecimus[2], huius loci abbate, 20 quia nostris temporibus oculata fide actus ipsius et vidimus et cognovimus, huic pagine adnotare non pigebit. Fuit equidem idem Henricus de civitate Metensi oriundus, persona quidem satis honestus, aliquantulum litteratus, moribus monasticis, ut etas illa exigebat, admodum ornatus. Officio divino libenter insistens, sollemnitates sanctorum in officio diurno cantando, legendo, ordinando satis compendiose decorabat; sed in rebus conservandis ali- 25 quantulum ultra metam sollicitus erat. Hic in principio sue ordinacionis monachis huius loci satis parce ministrabat, ita ut inter ipsum et[b] monachos lis ingens oriretur; abbas vero videns se a monachis urgeri, comitem Henricum de Psalmis et comitissam adiit, et se eis tanta iunxit[c] familiaritate, ut pro voluntate sua dictum comitem[d] et comitissam haberet. Adduxit nempe eos ad claustrum, et tanta instancia predictos per[b] comitem et comitissam 30 monachos adgressus est, ut ipsi monachi vel prece vel precio vel demum minis coacti abbati se submiserunt. Unde idem abbas dicto comiti et comitisse extunc subiectus fuit, ut, quidquid idem comes in valle Senoniensi vel in cunctis appendiciis suis agere volebat, nutu et voluntate ipsius abbatis fiebant universa sine contradiccione aliqua; ita ut in talliis et aliis exaccionibus, quas idem comes in hominibus vallis agere volebat, sine repulsa, quod ante 35 non fuerat, exercebat. Unde sepe *idem abbas pectus pugno[e] tundens nobis referebat ita *f. 66'. dicendo: 'Ve michi! Quid feci? Quia cum ego abbas ad hunc Senoniensem locum electus fui[f], in tota valle advocatus loci istius vix quatuor libras vel centum solidos Tullenses accipiebat, quod precaria dicebatur; et ego sustinui, quod illi centum solidi libre facti sunt'. Et sic inolevit[g], quod advocatus extunc pro voluntate sua tallias et ceteras rapinas exegit. 40 Veniamus vero ad ea que bene fecit, et deinde malefacta referemus. Videns igitur idem abbas, quod voluntati sue nullus monachorum suorum contradicere audebat, quomodo vel quando volebat, erat pro racione voluntas[3]. Bona igitur voluntas eius prima hec fuit. Construxit apud Archum[4] molendinum super Mortam fluvium situm. Adquisivit eciam ecclesiam sancti Hilarii Metensis ad pontem Renmonis. Edificavit quoque apud Roitsei domum lapi- 45 deam in curia nostra sitam. Fuit denique ecclesia Senoniensis et omnis domus cum appendiciis suis tempore suo locuplex et omnibus bonis plena. Set unum erat in eo, quod ecclesiam Senoniensem valde oppressit, prepositura m de curte omnino delevit, elemosinarium amovit[h], camerariam in manu sua tenuit, omnes obbedientias fere ita sibi retinuit, ut nullus monachorum statum monasterii intus vel extra scire[i] posset. Unde in aliis locis quecumque 50 habebat commendabat. Postquam vero viginti et uno[k] annis Senoniensem rexit ecclesiam, infirmitate detemptus, apud Bellum-pratum[5] diem sortitus est extremum, et ad monasterium deductus, in capitulo nostro sepultus est. 1225?

a) in *in ras.* 1. b) *post add. c.* c) iuxit *corr.* iunxit *c.* d) c. et *post add. c.* e) puno tond. *c.* f) *vocabulum* (non?) *deletum c.* g) t *post add. c.* h) admovit *c.* i) exire *corr.* sire *c.* k) unno *corr.* uno *c.*

55 1) IV, 3. 2) III, 6. 3) Iuvenal. 6, 223. 4) Arc-sur-Meurthe. 5) Beau-pré.

Cap. 23. De comitatu de Dasporc, quomodo dissipatum est.

1220. Contigit igitur eo tempore, ducem Lotoringie[a] Theobaldum ab hac vita migrare, qui sortitus fuerat filiam comitis de Daxporc in uxorem. Unde ei comitatus ille provenerat. Erat enim idem comitatus castris et municionibus et opidis ditissimis et terre fertili admodum ditatus. Set dictus dux non dimidians[b] dies suos iuvenis obiit, et ita uxorem cum 5 comitatu reliquit. Comes vero Campanie[1] adhuc adolescens audiens comitatum illum tam opulentum, relictam ducis Lotoringie accepit in uxorem, et hoc causa comitatus. Set cum *f. 67. eam aliquandiu habuisset, quia sterilis erat, eam repudiavit; *ipsa vero comiti de Lignigne[2] 1225. nupsit. Set non post multos annos anbo mortui sunt; ita comitatus de Dasporc herede caruit. Mira res et inopinata, quia, ut fertur, mulier illa de qua agitur fuit a nobilissimis 10 et christianissimis progenitoribus procreata; nam beatus Leo papa, cuius vita et moribus sancta illustratur ecclesia, de eius stirpe natus fuit, cuius pater fundator ecclesiarum exstitit clementissimus. Edificavit quippe monasterium sanctimonialium iuxta opidum Saleborc, quod Hessa[c] vocatur, et propriis ditavit sumptibus. Aliud quoque monasterium monachorum sub regula beati Benedicti degencium in Alsacia construxit, quod Altorf vocatur. 15 Tercium quoque item monialium in episcopatu[d] Basiliensi extruxit, quod Wffenhem dicitur[3]. cf. Ps. 72, 9. Si fas esset os[e] ponere in celum, dicerem, quare tam nobilis progenies et tam sancta per sepe dictam mulierem herede caruit[4], immo idem comitatus nomine tam famoso caruit. Nam Metensis episcopus Iohannes[5] audiens defectum heredum illius comitatus, quedam castra, scilicet Hernestem[6] et Turquestem[f], et quedam opida peroptima, videlicet Albam[7] 20 et Saleborc[8], et comitatum civitatis Metensis et terras et homines, que omnia comes de Daxporc a priscis temporibus nomine feodi possederat ab eodem episcopo, ad ius et proprietatem Metensis episcopii resumpsit et xaxiit[9]. Frater vero dicti comitis defuncti ad castrum Daxporc cum armis veniens, ipsum obtinuit. Mirum dictu! ut melius dilaceraretur, etiam hii, ad quos nichil penitus de comitatu ipso pertinebat, municiones et terras sibi 25 usurpare presumpserunt. Episcopus namque Argatenensis Bertoldus, cum videret sibi adiacere duo castra fortissima, Guirebade[10] scilicet et Vernestem[11], cum appendiciis eorum, 1228. sollerti industria adquisivit et obtinuit. Et ita comitatus de Daxporc celebre nomen cum rebus amisit.

Cap. 24. De Widerico abbate et actibus eius. 30

Mortuo quippe Henrico abbate, de quo superius mencionem fecimus, successit[g] ei Widericus, vir honeste persone et ornatus moribus, de parentela militum de Scovagio generatus, in hac nostra ecclesia et nutritus et doctus secundum morem monachorum ad legendum et cantandum satis aptus. Moribus predecessoris sui se conformans, officio divino insistebat; intus et exterius providus, que invenit diligenter observavit. Huius anno secundo 35 *f. 67'. castrum[h] Alte-petre destruitur. *Preterea idem Widericus officia divina, inmo[i] decentius quam[k] predecessor suus consuetudines monasterii instituit. Verbi gratia quia, cum predictus Henricus huius loci abbas electus est, hore de beata virgine Maria in conventu non cantabantur, set finitis matutinis canonicis conventus ante altare sancte Crucis matutinas de sancta Maria in directum dicebant et laudes de omnibus sanctis. Prima vero, tercia, sexta, 40 nona completorium in conventu minime dicebantur. Vespere vero de domina nostra ante altare sancte Crucis, sicut et matutine, dicebantur. Henricus vero abbas effectus, instituit, ut, decantatis matutinis canonicis, conventus responsorium de beata virgine cantando cum lumine ad[l] ecclesiam sancte Marie properaret et ibidem matutinas celebraret[m]; cetere vero hore in ecclesia beati Petri post canonicas horas decantarentur, excepta vespera, que sicut 45 et matutine in ecclesia beate virginis cantarentur. Matutinalis vero missa, que antea ad Sanctum Simeonem in conventu cantabatur, ad Sanctam Mariam cum[n] tercia precedente

a) *post add. c.* b) dimidios *corr.* dimidians *c.* c) Hersa *corr.* Hessa 2. d) epicop. *corr.* episc. *c.* e) hos *corr.* os *c.* f) Tusqueltem *c*; Hernestain, Turquestein *Vers. Gall.* g) sussessit *c.* h) c. A.-p. d. P. i. W. o. d. *post add. c., ubi nunc oratio claudicat.* i) Inmo decencius *nova pagina pergebat c.* k) *e corr.* 2. l) *bis duabus* 50 *lineis scriptum c.* m) conventus *del. c.* n) c̄o *c.*

1) Theobaldus. 2) Leiningen. 3) Eadem supra II, 14. relata sunt. 4) Ex Errardo haec afferuntur: *Moult elle aimoit, ebas d'amoureux et menées d'intrigues, dont ne se fit faute.* 5) Sedit a. 1224—1238. 6) Herrenstein, Turkestein; cf. 'Chron. de la ville de Metz', ed. Huguenin p. 28. 7) Saaralben. 8) Sarbourg (Sarbrück) intelligi videtur. 9) i. e. sasivit. 10) Girbaden. 11) Bernstein; v. Ann. Marbac. a. 1228, SS. XVI, p. 175. 55

decantarent. Constituit eciam idem abbas Henricus, ne beati Simeon missa fraudaretur; voluit, ut ibi privatim missa fieret et qui eandem cantaret mensuram vini preter porcionem cotidianam de celario acciperet. Ita ista omnia quamdiu vixit diligenter observata sunt. Succedente[a] autem ei dicto Widerico, preter ea que iam dicta sunt de ordinatione ipsa, quam 5 dictus Henricus abbas instituit, de horis beate Marie iste Videricus[b] ex aliqua parte decencius constituit. Considerans quippe, quod canonice hore ex integro in maiori ecclesia non cantarentur, voluit, ut missa matutinalis cum tercia precedenti, que[c] a predecessore suo ad Sanctam Mariam cantanda instituta fuerat, ad Sanctum Simeonem in conventu sicut prius decantaretur. Terciam vero missam ad Sanctam Mariam instituit cottidie celebrari, ita ut 10 omnibus diebus anni, excepto die parasceve, ibidem missa de sancta Maria sollempniter celebraretur, set non a conventu; immo qui ebdomadarius[d] maioris misse et matutinalis esset, hanc terciam missam ad Sanctam Mariam cum coadiutore[e] celebraret, et mensuram illam vini, que pro missa sancti Simeonis dabatur, iste qui missam sancte Marie celebraret, cottidie de celario acciperet; quod et tempore nostro perduravit. *Claustrum quoque columnis et *f. 68. 15 testudinibus edificavit ab hostio monasterii, quod ducit ad capitulum, per partem illam que conventus dicitur, per partem dormitorii usque ad refectorium, sicut hactenus apparet. Emit denique quandam possessionem apud Regisvillam[1] in Alsatia[f] octoginta marcis argenti; que postea perdita fuit tempore Balduini abbatis, sicut in sussequentibus exponetur.

Cap. 25. De lite Widerici abbatis et Henrici comitis de Psalmis.

20 Cum igitur iste abbas[g] Widericus rem publicam quam strenue gubernaret, subito oritur contra eum satis miserabile bellum. Comes quippe Henricus de Salmis litem[h] iniit cum quibusdam fratribus ipsius abbatis, Iohannem[i] scilicet et Iofridum milites et Rodulfum de Oucrois, dicens eos esse de familia sua; quod illi inficiebantur. Unde comes iratus abstulit eis universa que in comitatu suo possidebant. Quod abbas valde egre ferens, comitem 25 super vexacione istius ecclesie coram Metensi Iohanne et Tullensi episcopis convenit, et diu hinc[k] inde sine terminacione litigatum est. Hoc cum videret abbas, credens comitem cicius ad pacem posse evocare, conventum totum a monasterio discedere fecit, et partem monachorum secum apud Ranberti-villare[2] ad commorandum duxit, alios vero ad cellam Leonis-montis misit. Inito eciam consilio, corpus beati Simeonis de cassa[l] argentea extra-30 entes, ad ipsam cellam deportaverunt; tamen quinque monachi remanserunt in monasterio, qui comiti favebant; qui comes eis necessaria ministrabat. Quod cum abbas videret, dictos quinque monachos in malicia sua perseverare, episcopos Metensem et Tullensem adiit, et eis intimavit, quomodo dicti monachi contra voluntatem suam et conventus locum Senoniensem occuparent; episcopi vero in hoc consenserunt, quod ipsi monachi captivarentur; 35 quod et factum est. Episcopus quippe Metensis precepit cuidam preposito suo Richero Spinalensi, ut dictos monachos in turri apud Ranberti-villare captivaret. Unde quatuor ipsorum inventi sunt, de quibus actum est sicut episcopus precepit; quintus vero, qui aberat, non est temptus[m]. Cum se res ita haberet, quidam considerantes, quod numquam comes et abbas pacificarentur, nisi[n] prius fratres abbatis pacem cum comite haberent; unde 40 comes pacem cum iis iniit et universa que eis abstulerat restituit et ipsos libertavit et super hoc eis litteras patentes contulit. Tractatum quippe est de pace inter comitem et abbatem, promisitque comes abbati, quod universa, quecumque[o] ipse comes ecclesie Senoniensi *abstulerat, restitueret. *f. 68'. Sed abbas talibus promissionibus deceptus, ad monasterium cum suo conventu reversus est; et ita sub tali facto extunc amici facti sunt. Monachi vero, qui captivi 45 tenebantur antea, dimissi sunt. Edificavit quippe idem Widericus[p] abbas cameram inter portam interiorem et monasterium sitam[q].

Cap. 26. Quomodo Widericus abbas Senoniensis ad regimen monasterii Sancti Apri Tullensis transivit, et de electione Balduini abbatis.

Elapso quippe non parvo tempore, cum hanc ecclesiam satis competenter rexisset, 50 ecclesia Sancti Apri Tullensis tunc temporis orbata est proprio pastore. Fratres vero illius

a) Susced. *c.* b) *ita hoc loco c.* c) *post add. c.* d) edom. *c.* e) con quo adi. *c.* f) Alsasia *c.* g) et conventus *del. c.* h) littem *c.* i) *corr.* Iohanne . . . Iofridu . . . militis *c.* k) c *post add. c.* l) *i. e.* capsa (*'caisse'*). m) *i. e.* tentus. n) si *e corr.* 2. o) in quibus *corr.* quecumque *c.* p) idem *iterum add. c.* q) citam *c.*

1) Königsstadt? 2) Rambervillers.

loci ad adquirendum sibi pastorem diu laborantes, episcopum Rogerum, qui tunc temporis sedem obtinebat[a] Tullensem[1], ut de abbate eis provideret, adierunt. Episcopus vero, quia valde abbatem Videricum[b] huius loci diligebat, consuluit[c], ut ipsum Videricum sibi peterent in abbatem; quod et fecerunt. Abbas vero quosdam cognatos suos monachos in hoc loco habebat, de quibus unum ad regimen huius loci promovere studebat. Quod conventus 5 omnino recusavit. Cumque videret eo se nichil proficere, episcopum Metensem et Tullensem, scilicet Iohannem et Rogerum, necnon et abbatem Willermum Sancti Mansueti Tullensis, qui ei familiarissimus erat, et alios quam plures magistros et clericos huc secum adduxit, credens per tot et tantos viros conventum huius Senoniensis loci ad desiderium suum inclinare posse[d]. Qui satis sagaciter exhortacionibus, precibus et minis personas sigillatim et 10 conventum in unum aggredientes[e], nullo modo ipsum conventum ab intencione sua amovere[f] potuerunt. Dicebat enim conventus, se eleccione velle gaudere. Abbas vero econtra dicebat, quod nondum[g] resignaverat, set volebat in hoc loco abbas remanere. Quid plura? Omnes imperfecto negocio recesserunt. Abbas vero Videricus videns, se ita nichil proficere, aliud iniit consilium, credens personas maiores muneribus ad se adtrahere[h] posse. 15 Contulit namque uni elemosinam[2], alii camerariam, alii tessaurariam, alii prioratum huius loci; aliis vero exteriores obbediencias promittebat, dummodo votis suis favere vellent. Illi autem obbediencias sibi oblatas[i] libenter susceperunt, set nullo modo voluntati sue adquieverunt. Quid conventus faceret, qui tot inpulsionibus terebatur, quia cunctis diebus aut per episcopos aut per abbates seu etiam per milites et laicos, ut voluntati dicti abbatis ad- 20 *f. 69 quiesceret, admonebatur? Set nec sic voluntas conventus[k] est *inmutata. Ipse vero abbas cum videret, quod desiderium ipsius effectum non haberet, laboravit, ut eleccio nostra duobus dictis episcopis, quia ipsos propicios habebat, absolute conferretur. Et die assignata apud Bellum-pratum convenimus. Episcopi vero instanter petebant, ut voluntati ipsius abbatis consentiremus; quod minime contigit. Episcopi vero videntes conventum nostrum 25 in hoc tam constantem, abbatem nobis nominaverunt, elemosinarium scilicet Sancti Vitoni[l] Virdunensis; qui venire contempsit. Aspirabat enim ad abbaciam loci illius, quia abbas ille decrepitus erat et valde debilis. Cumque abbas Widericus[m] videret, quod dictum elemosinarium habere non possemus, rediviva instancia nos sollicitare cepit, ut intencioni ipsius manus daremus; nec impetrare potuit. Sed forcius eleccionem nostram impediebat. Nos 30 vero in tanta angustia constituti, necessitate coacti, penes nos deliberare cepimus, si quoquo modo insaniam[n] ipsius mitigare possemus: cellam nostram Leonis-montis ei contulimus et super hoc litteras sigillo conventus sigillatas dedimus. Et ita diem eleccionis constituimus. Qui ad ipsam veniens, partem suam monachorum consuluit[o]. Habebat enim septem vel octo de fratribus conventus qui parti eius favebant; unde nos in eleccione pro- 35 cedere non poteramus. Demum de eleccione tractantes, arbitrati[p] sumus, melius esse, ut inter tres personas componeremus, quam per scrutinium vel alio modo in eleccione procederemus; quod et ipse abbas et conplices sui concesserunt, ita tamen, quod unus illorum trium de parte sua acciperetur. Conventus vero nonnum Iohannem et me fratrem Richerum elegit. Abbas vero et fautores sui Fridericum priorem de Xures nobis duobus iunxerunt. 40 Nos vero eidem F[riderico] omnes personas idoneas huius loci nominavimus; quas omnes recusavit. Obtulimus[q] ei etiam priores et alios idoneos viros; quos eciam repudiavit. Quod cum idem F[ridericus] abbati W[iderico] omnia verba nostra retulisset, idem abbas fertur dixisse: 'Si monachi isti nolunt consentire, ego faciam, quod ipsi miserum abbatem habebunt'; et ita in Balduinum consensit, qui tunc de novo prior de Weringi-villa effectus erat; 45 quem nos, ut debebamus, postulantes, eum episcopo Tullensi Rogero presentavimus. Qui *f. 69'. cum ingenti *difficultate recepit et tandem vix ipsius eleccionem confirmavit. Qui ad sedem Febr. 2. sibi de novo concessam circa purificacionem beate Marie virginis veniens, cum grandi sollennitate[r] et processione a conventu receptus est. Abbas vero Widericus ad regimen, ad quod postulatus erat, perrexit[s], et quidquid in hoc nostro loco et in appendiciis habere 50

a) obstin. *corr.* obt. *c.* b) *ita c. in hoc capite saepius.* c) consiluit *c.* d) posset *corr.* posse *c.* e) tandem conventum *del. c.* f) adm. *c.* g) nūdum *c.* h) adstraere *corr.* adtrahere *c.* i) s *e corr. c.* k) entus est *in ras. c.* l) Victoris *corr.* Vitoni *c.* m) dictum elemosinarium *del.*, videret *post add. c.* n) am *e corr. c.* o) consiluit *c.* p) trati *e corr. c.* q) Obitul. *c.* r) *ita hoc loco c.* s) perrex | xit *c.*

1) 1231—1252. 2) i. e. elemosinarii officium sive praebendam. 55

potuit, asportavit[a], quia ei necessaria fuerunt in introitu ad Sanctum Aprum. Nichil quippe in eodem loco in superlectili reperire potuit, excepto solo asino qui ad coquinam monasterii cottidie ligna afferebat. Invenit vero universam superlectilem ipsius monasterii Sancti Apri ex toto alienatam: calices, cape serice et ornamentum ecclesie cuidam mulieri Metensi invadiata erant. Curtes eciam et alia bona vel pignori detinebantur vel ex toto alienata erant. Sed Deus omnipotens ei tantam in oculis omnium contulit gratiam, ut hec omnia supradicta solerti prudencia et sagacitate ad ius et ad proprietatem ipsius ecclesie Sancti Apri in brevi revocavit; et ita parvo tempore ipsam ecclesiam bene rexit. Sed quia tali viro mundus dignus non erat, ab hac vita sublatus est. Sepultusque est in ecclesia Sancti Apri in tumba elevata lapidea satis decenter sculpta, ad dexteram partem iuxta parietem ecclesie; cui Deus omnipotens det eterna gaudia in celis per infinita secula, amen[b]!

Cap. 27. De Balduino abbate et[b] moribus et actibus eius.

Revertamur[c] igitur ad nostrum Balduinum, qui iam sedem obtinet Senoniensem, adhuc adolescens etate, moribus velox* ad audiendum, nec tardus ad loquendum, nec tardus ad iram; proprio utens consilio, nulli nisi garrulis et adulatoribus credens, propriam gloriam querens semper extitit. In primordio quoque sui talis erat usus ad nos loquendi: 'Fratres, vos videtis me esse iuvenem, et adhuc mores vestros vel usum monasterii vel demum statum rerum minime cognovi; si qua indecenter dixero vel fecero, arguite me et docete'. Sed tamen admonitus[d], pauca aut nichil emendabat. Tamen com[e] primo anno sui ingressus ad nos cognovisset, quod abbas Sancti Apri, tunc adhuc vivens, cellam Leonis-montis, sicut ei contuleramus, obtinere vellet, statim ad visitatores provincie ordinis sancti Benedicti in provincia Treverensi constitutos festinanter cucurrit, et ab eis inpetravit *literas ad abbatem Widericum Sancti Apri, ut statim visis literis cellam Leonis-montis, quam occupabat, ecclesie Senoniensi restitueret; aliter sciret se excommunicatum. Ita cella illa ad ius et ad proprietatem ecclesie Senoniensis reversa est. Ecclesiam quoque de Columbario, que prius ad donacionem huius ecclesie pertinebat[f], tempore suo adquisivit. Similiter et ecclesia[g] de Fonteniers tempore suo adquisita est. Set sub nomine celle sancti Christofori de Vico, licet idem abbas Balduinus ipsam semper tenuerit et fructus acceperit et ipsam pignori obligaverit, conventu non consenciente, immo contradicente: set nichil pro contradiccione ipsius obmissum est. Preterea in edificiis[h] domorum erigendis et construendis satis sollicitus erat. Partem quippe claustri, que coram ecclesia sancte Marie est, sicut decessor suus Videricus abbas partem alteram construxerat, cepit edificare. Habebat enim duos lapicidas, unum conversum et alium familiarem prebendarium, qui operibus huius monasterii diligenter insistebant. Construxit eciam quedam molendina de novo, alia vero vetera restauravit, unum scilicet apud Reclonvile, pro quo instruendo quidam Simon canonicus Sancti Deodati cognomento Diabolus — quia filius esse dicebatur cuiusdam nobilis militis, qui Terricus Diabolus dicebatur, hoc cognomen Diabolus acceperat — quindecim libras abbati contulit, ut[i] partem in eodem[k] molendino quamdiu viveret acciperet. Set morte preventus, dictas quindecim libras pro remedio anime sue adquitavit. Abbas vero annuatim instituit in anniversario dicti Simonis de ipso molendino conventui Senoniensi pro pitancia quinque solidos Tullenses dari. Set quia incertum erat, quod in futurum dicti quinque solidi conventui ordinate darentur, constitutum est, quod domus de Ogiviler ad dictum molendinum sine motura[1] moleret, et dominus domus, id est pitanciarius[l], singulis annis in anniversario dicti Simonis canonici Sancti Deodati quinque solidos Tullenses conventui Senoniensi pro pitancia persolveret. Aliud vero construxit molendinum apud Chaneseres, quod pertinet ad elemosynam. Tercium quoque instauravit, quod prius erat, sed debilitatum, iuxta Mourviler situm[m]. Quartum denique apud Lorefingue[n] situm[m] perfecit; quod Petrus bone memorie *prepositus de Anpsalmi-villare[2] prius inchoaverat. Alia eciam edificia per domos instruxit. Si vero universos alios actus eius, sicut predecessorum suorum feci, scriberem[b], forte

*) preceps in verbis de ferventi cerebro *corr. ut edulum est* velox — iram.

a) apport. *corr.* asport. *c.* b) *post add. c.* c) Revertamus *corr.* Revertamur *c.* d) adductus (?) *corr.* admonictus *c.* e) *ita c.* f) *e corr. c.* g) ecclesiam *corr.* ecclesia *c.* h) suis *del. c.* i) et *c.* k) edem *corr.* eodem *c.* l) pintanc. *c.* m) citum *c.* n) Lorestingue *Vers. Gall.*

1) i. q. molitura, moltura, molta; Ducange IV, p. 472 sq. 2) i. q. Anselmi-villare; *Anserville* Vers. Gall.

michi ad iniquitatem reputaret vel hoc odii causa me fecisse assereret. Unde melius arbitror silere quam loqui, dicente Domino per Moisem: *Verenda patris tui non revelabis.* Set si cum hiis que bene gessit mores ordinis copulasset, monachos suos paterno affectu dilexisset et eos tam indiscrete non blasfemasset[a], si officio divino libenter interfuisset et divina ipse celebrasset plus solito et in agendis monasterii sollicitior[b] fuisset et demum conventus sui frequentius usus fuisset consilio[c], et in pluribus aliis articulis non tantummodo monachum, set et abbatem religiosum se[d] demonstrasset, nullum preter eum sedi Senoniensi obtaremus presidere. Set quia plurima secus fiunt, necesse est, ut ad tempus supersedeamus, presertim quia idem abbas eo tempore, cum ego hec scribebam. adhuc vivebat. Unde futura[e] scribere nequibam. Tamen quadam virtute prefulgebat, hospitalitatem[f] sectabatur, et precipue milites et clientes aliasque honestas personas letissime hospicio suscipiebat, et eciam ioculatores gratanter videbat, ut hospites suos iocundiores redderet. Set quia de donno Balduino satis compendiose scripsimus, quod de vita sua superest, et quid in futurum acturus sit, Deo[g] hoc relinquamus, qui vitam ipsius et actus et etiam omnium nostrum bono potest concludere fine.

cf. Lev 18,7

Cap. 28. De Hanrico de Donubrio, filio[h] comitis de Salmis.

Sed ne malefactores huius nostre ecclesie preterire videamur, aliqua facta ipsorum et vindictam quam meruerunt brevi stilo huic pagine adnectere curavimus. Incipiamus igitur a comite Henrico qui dictus est de Salmis, qui et contemporaneus noster fuit, qui tempore Henrici abbatis, de quo supra diximus, tallias et exactiones in hominibus ecclesie plus solito, de permissione tamen ipsius abbatis Henrici, exercebat. Cuius tempore castellum in Brusca valle in fundo huius ecclesie, quod Salmis dicitur, tempore dicti abbatis Henrici[i] constructum est[1]; quod nomen a quodam castro quod in territorio Ardene situm[k] est[2], unde idem comes et predecessores sui orti sunt, accepit. Hic uxorem sortitus est, scilicet sororem[3] Friderici ducis Lotoringie; de qua genuit duos filios, primogenitum scilicet Henricum nomine et alium nomine Fridericum. Cum igitur dictus Henricus ad perfectam *f. 71. *etatem pervenisset, accepit sibi uxorem de stirpe comitis Barrensis. Deinde petivit a patre sibi dari partem comitatus. Qui contulit ei superius castrum de[l] Vivario cum terra ad ipsum castrum pertinente, scilicet centum mansos, qui quondam a mensa monachorum Senoniensium abscisi sunt et collati sunt advocato huius loci, ut ad[m] cetera manum non extenderet. Quod tamen castrum comes de Salmis ab episcopo Metensi[n] obtinet. Idem vero Henricus diu cum uxore sua sine liberis fuit. Quod mulier egre ferens, quendam capellanum suum, qui se de phisice artis pericia iactabat, rogavit, ut, si quid[o] posset, laboraret, ut de viro suo concipere posset. Capellanus vero pociones quasdam dedit eis; illa concepit; vir quoque in infirmitatem incidit[p]; de qua, ut fertur, postea interiit. Idem vero Henricus quamdiu vixit isti ecclesie valde molestus fuit. Erat quippe vir bellicosus et superbus, in iuventute sua et virtute ultra modum confidens, ita ut ad regnum Almannie aspiraret[4]. Debitis magnis obligatus. Unde ubique quaquaversum poterat ecclesias molestabat et earum res ut poterat diripiebat. Unde contigit, Videricum abbatem huius loci ad eum venisse. Postulabat enim, ut res quasdam sibi ablatas restitueret. Unde miles iratus respondit ei, iurando per beatum Nicholaum — eramus quippe in capella sancti Nicholai cum eo, que in castro Danubriensi habetur —, dicens, quod ante festum sancti Remigii et in persona et in rebus ita molestaret ipsum abbatem, quod mallet esse citra[5] mare numquam reversurus; quod omnipotens Deus quodam occulto suo iudicio vindicare dignatus est. Sed non multo post luce clarius patuit; nam circa festum beati Remigii, quo tempore minatus fuerat dictum abbatem enormiter se lesurum, ipse infirmitate predicte pocionis adgravatus, decidit in lectum et mortuus est. Idem vero Henricus, cum adhuc viveret, inter cetera mala que facere cogitabat[q], proposuerat comitem Henricum, patrem suum, et matrem comitissam de comitatu totaliter expellere et in aliquo monasterio detrudere, ut[r] ipse terram possideret. Cum igi-

1240. Oct. 1.

a) blaf. *c.* b) sollicior *c.* c) cumsilio *post add. c.* d) *post add. c.* e) *vocabulum non satis perspicuum;* facta *Duch.* f) hospitalitates *corr.* hospitalitatem *c.* g) de *corr.* deo *c.* h) filo *c.* i) Henri *c.* k) citum *c.* l) dæ *c.* m) *add.* 2. n) Miten *e corr. c.* o) d *e corr. c.* p) insidit *corr.* incidit *c.* q) gi *e corr. c.* r) et *post add. c.*

1) Ober-Salm. 2) Nieder-Salm. 3) Iudith. 4) Descendit ex rege Hermanno, qui contra Heinricum IV. electus erat. 5) i. e. ultra, ut saepe *cis et citra* coniungitur.

tur mater ipsum Henricum, filium suum, mortuum esse scivisset, rumore iam dicto mota, ipsum filium suum quantocius apud Altam-*silvam[1] ferri et statim sepeliri fecit[a]. Sequenti vero nocte audita est vox quasi plangentis in sepulcro. Mane autem facto aperientes sepulcrum, invenientes eum, quem resupinum altera die sepelierant, versa facie ad terram iacere. Et sic cognoverunt, quod quando sepultus[b] fuerat nondum ex toto expiraverat. Unde cognosci[c] potest, quod qui superbe contra Deum agunt vix aut numquam dimidiabunt dies suos, quia frangit Deus omnem[d] superbum.

* f. 71'. — cf. Ps. 54, 24.

Cap 29. De Henrico comite de Albo-monte et malis que Senoniensibus fecit.

Veniamus igitur ad comitem Henricum, de quo superius scripsimus; qui tempore Viderici abbatis ecclesiam Senoniensem intolerabiliter[a] oppressit[e], et patrimonium Ihesu Christi sibi usurpare presumens, homines Sancti Petri diversis molestiis affligebat. Unde ipse a proprio filio a domo propria[f] expulsus est et potestate. Nam cum filius eius Fridericus miles effectus fuisset et videret, comitem, qui pater suus dicebatur, pre senio debilitari, quod frater ipsius, de quo iam mencionem fecimus, molitus est facere, si vixisset, iste effectui mancipavit. Expulit eum quippe a castro de Albo-monte[g, 2], et, quod nephas est dicere, solo garcione contemptum, pedetemptim usque ad castrum quod Piere-percie dicitur ire coegit; et inde usque ad castrum Salmis eodem tenore perrexisset; set abbas Balduinus ei equum[h] concessit; et ita a filio[i] honore et potestate privatus est. Nec ab illa die, qua cum abbate Viderico litigavit, potestatis vel honoris sui dignitate gavisus est. Inmo quamdiu postea vixit in egestate et miseria exhereditatus perduravit; et sic Deus sibi adversantes remunerare[k] consuevit. Postea non multis supervixit[l] annis. Sepultusque est in ecclesia sancti Petri iusta sepulcrum venerabilis abbatis Antonii, ubi eciam postea uxor domini Henrici militis[a] de Baion sepulta est. In quibus sarcofagis ego propria manu sculpsi imagines et flores et versus, sicut hactenus apparet. Contulit quippe idem Henricus comes pro remedio anime sue 30 solidos Tullenses accipiendos in tallia vallis Senoniensis annuatim, quousque terra assignata fuerit valens singulis annis precium supra *dictum. Contulit etiam decimas Nove-ville penes Fonteniers site[m] et quosdam census; que omnia adhuc ecclesia Senoniensis minime possidet, et hoc propter negligenciam nostram tantum.

* f. 72.

Cap. 30. De Matheo preposito de Albo-monte.

Erat igitur tempore istius comitis apud Album-montem vir quidam nomine Matheus, satis locuplex, set valde maliciosus; qui prepositus[3] erat in tota terra ipsius comitis, qui omnia prout volebat disponebat, et sine ipso nichil in tota terra illa fiebat; quem multi dixerunt esse patrem illius Friderici, qui comitem, ut supra dictum est, tam inpudenter a sedibus suis expulit. Ille, quamdiu vixit, cum dicto comite ecclesiam Senoniensem et rusticos ecclesie intolerabiliter molestavit et oppressit. Unde Deus in presenti seculo eidem Matheo condignas penas pro malefactis suis redonavit; nescio, quomodo in alio seculo habeat. Enimvero cum dictus Fridericus potestatem regnandi post Henricum comitem, suum putativum patrem, accepisset, et idem Fridericus circumquaque ecclesias sibi adiacentes immoderate vexaret et molestaret, Altam-silvam scilicet, quam inique et indicibiliter oppressit, ecclesiam sancti Salvatoris[4] necnon et istam Senoniensem gravissimis iniuriis lacessivit, ipsum Matheum semper in hiis omnibus habuit consiliarium et adiutorem. Sed in hiis actibus malis sibi Deum opposuit adversarium. Erat quippe tot et tantis debitis honeratus, ut vix aut numquam in tota vita sua ab hiis absolvi potuisset. Deus enim pro maleficiis suis quodam occulto suo iudicio opprimebat. Quid plura? Manus misit in Matheum et custodie tradidit et ab eo quandam summam pecunie extorsit, et quod a potestate sua non discederet vel a terra, fideiussores pro ducentis libris sibi dari fecit. Matheus vero videns, quod sub tam iniquo domino diu degere non posset, furtive se ad Metenses contulit, et quod ei remanserat expendit; et sic ad opidum Saleborc se transtulit; et ibi pauper et dolens infirmitate detemptus, mortuus est, nichil secum preter peccata asportans. Sepultus est apud Sanctum[a] Salvatorem.

a) *post add. c.* b) fuit *del. c.* c) cogniti *corr.* cognitit *c.* d) ome̅ *c.* e) *e corr. c.* f) a *e corr. c.* g) mote *c.* h) eqū *c.* i) a *corr.* ab, *sed post del. c.* k) remunare *corr.* remũnare *c.* l) pervixit *corr.* supervixit *c.* m) cite *c.*

1) Haute-Seille. 2) Blankenberg (Blamont). 3) quod Gallice 'prevot' dicitur. 4) i. e. Bon-moutier.

Cap. 31. De Friderico, filio Henrici comitis.

*f. 72' *Igitur cum Fridericus de Albo-monte potestatem regnandi accepisset, cunctis sibi subditis et vicinis nequam et iniuriosus, sicut patri et ceteris extiterat, sic adhuc esse non desinit. Gravavit quippe ecclesiam Senoniensem pluribus iniuriis, ita ut necessitate urgente oportuit ecclesiam istam ipsum super iniuriis ab eo illatis convenire. Quod idem Fridericus grave ferens, tanto impetu abbatem Balduinum et conventum adgressus est, ut non tantum cedere compulsi sunt, immo etiam totam causam et querelas universas in manum ipsius Friderici resignarent et se arbitrio ipsius et voluntati submitterent et se peccasse contra eum assererent. Ille hoc audito gavisus est valde, et diem super hoc assignantes, etiam litteras super hoc conscripserunt, continentes, quod ecclesia Senoniensis duos carpentarios haberet, unum coquum[a], adcrantatorem unum, lavandarium unum, sutorem unum, piscatores duos; ceteri autem omnes in valle Senoniensi ei pro voluntate sua servirent; et ita abbas et conventus pusillanimes et defeminati tam cito victi, voluntati advocati se miserabiliter subdiderunt. Ego vero non eram presens, nec adhuc vellem interfuisse. Mirum, quod in tali actu non consideraverunt abbas et conventus, quod ecclesia Senoniensis episcopi est Metensis cum appendiciis suis, et quicumque sit[a*] abbas Senoniensis, ab ipso episcopo temporalia recipere tenetur, et ob hoc homagium sibi facit. Ergo non licuit eis tam miserrimam transaccionem de feodo episcopi sine ipso episcopo facere. Attamen usque ad tempora Henrici dicti de Salmis, nepotis dicti Friderici, quicquid abbas et conventus de omni familia[b] sua et piscatoribus facere voluit, sicut antea sine contradiccione fecit. Set Deus omnipotens, qui reddit unicuique secundum opera sua, isti Friderico immoderate malicie sue in presenti seculo condignas rependit vices. Nam a tempore quo incepit comes appellari usque ad extremum diem vite sue nunquam[c] uno anno compos sui esse potuit: aut pro debitis suis Meti a creditoribus per aliquos annos detinebatur, vel valida febre aut aliis infirmitatibus intolerabiliter vexabatur, vel a nepote suo *domino[d] de Raiposteim[1], quia exigebat partem hereditatis, captivus detentus est. Deinde, quia videbat se ita debitis obligatum, castrum de Albo-monte cum burgo suo, quod allodium suum prius erat, episcopo Metensi[e] pro aliquanta pecunia vendidit et ab eo in feodo ipsum recepit. Et ita Deus ipsum de casu in casum corripiebat. Ad[f] demum suscitavit ei Deus adversarium fortem Hanricum, silicet nepotem suum, filium fratris sui Hanrici, qui petebat secum dividi partem comitatus de Albo-monte. Ille vero per multas ambages nepotem illudebat; tandem compulsus partem suam ei dedit, silicet Morehenges[2] et Viviers et castrum Piere-percie et Salmis. Ipse vero Fridericus sibi retinuit Album-montem et superius castrum de Danubrio, quod tamen mater dicti Hanrici quamdiu vixit obtinuit, quia dos eius erat. Fridericus vero tot adversis et calamitatibus oppressus, in nullo est correptus, sed de die in diem deterioratus, paucis supervixit annis, et iuvenis mortuus est, dicente propheta: *Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies suos.* (Ps. 54, 24)

Cap. 32. De Hanrico, filio Hanrici de Danubrio dicti de Salmis.

Hanricus vero de Salmis[g] — ita enim appellabatur — advocaciam vallis Senoniensis et de Plannia et Vypodi-cella[3], que ei sorte devenerant, satis inepte tractare cepit, et homines illius terre acerrime[h] talliis et exaccionibus, serviciis et aliis oppressionibus affligere cepit, adeo ut vix sustentari possent. Nec mirum, quia debitis permaximis detinebatur. Nam, sicut patruus eius Fridericus sepe fecit, a quodam cive Metensi[i] creditore suo sepius in ostagiis detinebatur, nec habebat unde redderet. Unde coactus est iuramentum, quod dicto creditori suo super hoc prestiterat[k], impudenter infringere. Nam quadam die equum suum ascendit, illicentiatus[l] furtim de civitate recessit. Et sicut patruo de Albo-monte contigit, ita et iste ob inopiam castrum suum de Morehenges, quod allodium erat, *pro pecunia duci Lotoringie dedit et ab ipso in feodo recepit. Ecclesiam denique istam Senoniensem[m] tantum oppressit, quod in nemoribus nostris et aquis et etiam in valle tota forestarios[n] suos poneret et piscatores. Nobis vero non licebat nisi solum habere piscatorem, quod ante numquam fuerat, sed [tamen[o]] quotquot volebamus in aquis nostris habebamus piscatores.

a) coqū *c.* a*) fit? b) famulia *c.* c) n̄quam *c.* d) *alia manu quatern.* 10. *pergit c.* e) Metenci *corr.* Metensi *c.* f) *i. e.* At. g) Psalmis *corr.* Salmis *c.* h) accerrime *c.* i) Metenci creditori *c.* k) pest. *post corr.* prest. *c.* l) dilic. *corr.* illic. *c.* m) Senoniencem *c.* n) forasterios *c.* o) *add.* 2.

1) Rappoltstein (Ribeaupierre) in Alsatia. 2) Morhanges. 3) De quibus v. II, 5, p. 271.

Homines etiam cogebat de fundo ecclesie coram eo vel coram ballivo suo placitare. Sed quis rusticorum ecclesie adversum nos aliquam querelam haberet, pro ipsis litigabat et eos contra nos fovebat. Si quis vero ipsorum conversus volebat fieri, ab ipso securitatem accipiebat, quod conversus non fieret. Si vero contingeret quemquam illorum conversum fieri, vel si de hac vita sine heredibus discederet, vel si de valle ad habitandum alias exiret, quicquid de mobilibus talium invenire poterat, omnia vi rapiebat. Placita vero que abbas sine advocato, sicut actenus fecerat, tenere debet, impediebat, dicens, se debere interesse pro vi facienda. Villicos vero, decanos, forestarios et alios ministeriales nostros, quos abbas instituere et destituere pro voluntate sua debet, sicut et alios rusticos sibi servire cogebat; quod facere non debuerat. Tandem in quodam monte iuxta villulam que Grandifontana dicitur minam ferream idem Hanricus de Salmis, quibusdam adulatoribus referentibus, reperit, et ibi fornaces ferrarias erigi fecit et fabros qui ferrum conficerent instituit. Quod audientes abbas et conventus, ipsum advocatum adierunt, scire volentes, quare in fundo ecclesie Senoniensis[a] fornaces illas contra iusticiam construxerat; respondit, montem illum sui iuris esse, quia advocatus erat loci; unde supersedere neglexit. Abbas enim hec audiens, episcopum Metensem[b] Iacobum adiit et ei hec omnia exposuit. Episcopus vero fabricas illas statim confregi fecit. Ipse autem Hanricus ante hos dies fontem salis iuxta castrum de Morehanges invenit et ibi puteum fodit, volens ibidem ad quoquendum *sal sedes salinarias constituere. Quod idem episcopus fieri prohibuit et omnia sicut inchoata erant penitus destrui fecit. Et quia de isto Hanrico nichil dignum relatione repperi, nisi quod adhuc ecclesie Senoniensi adversari non desistit[1]: et ita ad audiendum ad[c] delectabiliora transeamus.

*f. 74

Cap. 33. De beata Elysabeth, et de conversione eius.

Citra Rhenum in regno Alamannie quoddam castrum situm est quod Marporch appellatur, quod quidam miles nobilis possidebat[d]. Ille habebat uxorem generositate sibi non imparem nomine Elysabeth. Que tanta morum honestate, tanta ad Deum devocione tantaque elemosinarum largicione pollebat, ut pocius sanctimonialis quam alicuius dominii dignitate predita dici poterat. Hec duos de viro suo filios genuerat, quos magnarum suarum possessionum[e] et diviciarum [heredes[f]] uterque parens fieri gaudebat. Contigit enim illum nobilem virum extreme sue diei debitum persolvere. Cumque igitur illa nobilis matrona Elysabeth sui iuris fuisset effecta, tanto se Deo amore constrinxit, ut nec mandatorum Dei unum iota auderet preterire. Enimvero temporibus illis ordo Predicatorum et fratrum Minorum per universum mundum incipiebat cognosci. Nova enim tunc erat eorum plantacio. Erat enim temporibus illis quidam frater de ordine fratrum Minorum Conraldus nomine, satis honestus et religiosus. Hic illi felici matrone familiaris erat, qui eam ad viam salutis cotidie animabat. Cuius consilio[g] illa benigna Elysabeth freta et promissis divinis diligenter intenta, dicentibus: *Si quis relinquerit patrem aut matrem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam eternam possidebit*[h], statim relictis filiis et municionibus in quibus dominabatur et possessionibus[e] universis, habitum fratrum Minorum sibi assumsit[i]. Erat enim sub castro illo Marporch quoddam hospitale, quod a predecessoribus[k] suis *constructum fuerat; in quo se illa devota matrona conferens, vigiliis, ieiuniis et orationibus intenta, pauperibus, claudis et omnibus indigentibus supervenientibus propriis manibus pedes lavabat et cibaria, prout cuique videbat expedire, preparabat et eis distribuebat. Quid plura? In tantum illi officio insistebat[l], ut mirum esset, ut mulier tam delicata in tanto labore tot supervenientibus serviendo perseverare[m] poterat. Et cum officio divino ita insisteret, Deus eam remunerare volens, quia multo plura quam dixerim pro Christo sustinuerat obprobria, ab hac vita subtracta[n], migravit ad Deum. Sepultaque est in capella que in eodem hospitali habebatur; et non multo post ille idem Conraldus, qui eam converti fecerat, ab hac vita discedens, in ipsa capella in alio latere sepultus esse dicitur. Extunc igitur innumerabilis multitudo ad sepulchrum beate Elysabeth undique confluere cepit; et inter illam multitudinem claudi, ceci, surdi, muti et aliarum infirmitatum

1227. — Math. 19, 29. — *f. 74'.

a) Senonienci *c.* b) Metencem *c.* c) *post add.* 1. d) poscid. *corr.* possid. 2. e) poscess. *corr.* posses. 2. f) *deest c.* g) concilio *c.* h) poscid. *c.* i) assunsit *corr.* assumsit *c.* k) predecesoribus *c.* l) incist. *c.* m) percev. *corr.* persev. *c.* n) subtraxta *c.*

1) Haec postea fusius exposuit V, 6 sqq.

utriusque sexus homines oppressionibus detenti ibi curabantur. Post hec cum vix duobus annis illa beata mulier, prius nobilis vivendo[a], modo Deo nobiliter in sepulchro iacuisset, famaque vite eius et miraculorum, que omnipotens Deus eius interventu in populis operabatur, ad dominum papam magnatibus referentibus pervenisset, dominus papa corpus eius de sepulchro levari permisit et ipsam in cathalogo sanctorum ascribi fecit, et ut in ecclesia catholica celebris haberetur. Eadem vero die, qua eius sanctum corpus de tumulo levatum [1236.] est, ex omnibus regionibus circumadiacentibus[b] multi magnates convenerunt, archiepiscopi, episcopi et alii nobiles viri, marchiones, principes et etiam multi abbates et communis vulgi innumerabilis multitudo. Interfuit interea ille Fridericus condam imperator, quem Innocencius quartus papa congregata synodo episcoporum et abbatum apud Ludunum ab imperatoria dignitate deposuit. Hic cifum aureum, in quo solitus erat bibere, obtulit beate *Elysabeth, [* f. 75.] in quo et caput eius reconditum est. Ipsa enim beata Elysabeth cognata ipsius Friderici fuisse dicebatur. Ubi extunc illa sancta matrona tantis miraculis clarescere cepit, ut nullus sanctorum in partibus illis secundus ei esse videretur. Unde ex illis miraculis dua perpulchra huic nostro libello adnectere non pigebit. Que a duobus viris discretis Sehero nomine canonicho Sancti Deodati et Waltero quondam decano christianitatis de Fluns me audisse recordor. Qui causa peregrinationis ad eandem beatam matronam accesserant et de reliquiis corporis eius ad has partes attulerunt.

Cap. 34. De muliere pregnante mortua et per beatam Elysabeth resuscitata.

In territorio Alamannie erat vir quidam potens et dives. Hic accepit sibi uxorem iuvenem, ut sibi filios procrearet, quibus divicias suas et possessiones, cum moreretur, relinqueret. Sed Deus, ut post patuit, illud dilecte sue Elysabeth reservare voluit. Nam uxor illius diu sterilis[c] permanens, vir ipse per eam herede consolari non valebat. Et cum ita multis annis sterilis[d] permansisset, et fama miraculorum beate Elysabeth etiam exteras naciones[e] sollicitaret, vir ille quadam die cum uxore sua de dictis miraculis confabulabatur; qui mox suspirans ait uxori sue: 'Certe si omnipotens Deus nobis per merita istius benignissime matrone heredem bonorum nostrorum[f] contulerit, ego te et ipsam prolem illi beate matrone presentabo'. Et ita de hoc facto tacuerunt. Sed non post multum temporis coniunx illius boni viri in utero concepit. Sed cum iam tempus partus appropinquaret, vir ille timens, ne desideratus sibi ille conceptus aliquo modo deficiendo eum molestaret, disposuit matrem et prolem adhuc non natam beate Elysabet, sicut promiserat, presentare. Et ita necessaria itineris preparans, iter arripiunt, iste eques, illa in carruca. Et cum prope locum ubi illa sancta matrona veneratur appropinquassent, *necessitate[g] [* f. 75'.] compulsi ad quandam villam diverterunt. Nam uxor ipsius viri dolore partus cepit anxiari. Et cum ad hospicium devenissent, vir ille cepit inquirere, si mulieres que obstetricandi periciam haberent in villa inveniri possent. Que cum diu quesite invente fuissent et ad uxorem dicti viri pervenissent, invenerunt eam iam morti proximantem. Sed cum vidissent se nichil proficere, abcesserunt. Mulier vero illa aliquantulum in illa infirmitate laborans defuncta est. Obstetrices vero ille cum audissent eam mortuam, quantocius reverse sunt, scire volentes, utrum infantem de ventre matris mortue eripere possent, et accepta licentia a viro, ventrem uxoris eius novaculis apperierunt, et Deo annuente et beata Elysabeth volente, puer vivus repertus est. Et eum de ventre matris levantes, patri novum[h] heredem obtulerunt. Pater vero duplici causa movebatur. Ex uno latere de promisso sibi a beata Elysabeth herede gaudebat, et ex alio latere de uxore perdita animo torquebatur. Sed cum de uxore rehabenda nulla spes superesset, heredis suscepti[i] leticia dolorem uxoris perdite aliquantulum alleviabat. Tamen cum dolor uxoris a corde eius funditus evelli non valeret, infantem nutrici commendans, ad lamentandam[k] uxorem convertitur. Obstetrices autem eam fasciis[l] restrictam in feretro reposuerunt. Vir vero eius famulis suis precepit, ut luminaria magna accenderentur[m]. Et ita eam ad ecclesiam, que in illa villa habebatur, deportari iussit. Et cum feretrum in ipsa ecclesia compositum fuisset et cerei habundanter circa illud fuissent accensi[n], mulieres illius ville, sicut in partibus illis moris est, ad exequias funeris illius convenerunt[o]. Vir vero ille, doloris coniugis adhuc non immemor, ad feretrum accessit et multiplicibus[p] singultibus, ora perfundens[q] lacrimis, miserabiliter lamentans, in hec *verba [* f. 76] prorupit: 'O pie Deus et omnium mortalium psalmator, qui de terra formatos ad terram redituros, cum Adam formares, predixisti, si, inquam, hanc michi predilectam uxorem in terra mee cognationis inter propinquos et affines patriis sarcofagis tumulare licuisset[r], ut saltim cotidie sepulchrum eius aspiciendo dolore cordis et lacrimarum ubertate semel saciari possem[s], dolor ille quodammodo michi refrigerium esset. O clementissima matrona, o nobilis Elysabeth, o que peticionibus meis tam celeriter annuisti, o, inquam, beatissima, que michi desideratam donando prolem etiam gaudiis meis tam intollerabilia lamenta miscuisti, quid michi proles proderit, dum uxoris perdite dolor toti vite mee compar a me abici[t] non poterit! O quare filium cum matre quantocius non delesti, ut dolor[u] filii dolori matris[v] sociatus miseros dies meos abbreviando me miserum funeri

a) *e corr.* 2. b) aiac *corr.* adiac. 1. c) sterillis *c.* d) sterillis *corr.* sterilis *c.* e) nasciones *corr.* naciones *c.* f) nobis *del. c.* g) necescitate *c.* h) novus *corr.* novum *c.* i) susseptí *corr.* suscepti *c.* k) lamementandam *c.* l) fassiis *corr.* fasciis *c.* m) assenderentur *c.* n) accenssi *c.* o) comv. *c.* p) l *alterum ead. m. superscript. c.* q) perfondens *c.* r) liquisset *c.* s) posset *corr.* possem 2. t) abissi *corr.* abici 2. u) donor *corr.* dolor 2. v) matri *corr.* matris 2.

ipsorum adunaret. Quid michi proderit vita, cum me sciam tam dulcissima tamque predilecta socia dissociatum? Quas grates, piissima Elysabet, tibi referre potero, cum ante prolem a te michi datam felici fruerer vita,[a] nunc in uxore perdita perpetua afflictione me miserabiliter munerasti? Quas laudes virtutum tuarum ad terram meam reportare potero? Ego tibi matrem cum prole presentare devovi. Quod tibi promisi faciam. Sed que communio gaudii ad fletum? Scio, quid faciam: gaudium cum luctu[b], id est filium vivum cum matre mortua, tibi derelinquam, et solus velut turtur pari perdita ad propria revertar, et ita canos meos cum dolore deducam ad inferos'. Et ita se conquerendo omnes qui aderant ad fletum provocabat. Et cum iam noctis medium pertransisset et vir ille itinere et dolore lassatus resedisset, sopor eum arripuit. Illi vero qui circa feretrum sedebant videntes eum dormire, ipsi etiam dormitare ceperunt. Et cum sic fere per dimidiam horam ita dormitassent, mulier *illa que in feretro iacebat mortua subito mediocri voce cepit clamare, dicens: 'Deus, quid est? Quare ita ligata sum, quare hiis pannis ita stricte involuta sum'? Et cum hec diceret, vir eius, quem dolor non sinebat ad plenum dormire, audiens per somnum[c] vocem uxoris sue, quam sepius audierat, cum tanto strepitu surrexit, ut omnes qui circa feretrum dormitabant excitaret[d]; qui concito cursu ad feretrum veniens, sensit, uxorem suam moveri, que se ipsam solvere non poterat, quia, ut ita sepeliretur, pannis erat involuta. Ille autem accedens inquirebat, quid vellet; illa, ut solveretur, poscebat, quia mirabatur, quare ita ligata erat; ignorabat enim factum. Mulieres vero audientes eam vivere, alie timentes fugiebant; credebant enim, fantasma esse. Alie vero sanioris mentis statim accesserunt ad eam, et solventes eam, levaverunt eam sedentem in feretro. Ipsa vero inquirebat, ubi esset et quid ei acciderat. Vir vero eius stupefactus in excessu[e] mentis deciderat; ad se reversus, videns uxorem suam in feretro sedentem, cepit habundantissime flere. Et eam amplectens, pre gaudio loqui non poterat; uxor vero interrogabat, quare ita fleret. Cui matrona quedam ceteris prestantior accedens, exposuit ei omnia que de ea gesta fuerant. Uxor vero viri audiens, quod puer ille de ventre eius excisus fuisset, sensit[f] ventrem et reperit cicatricem vulneris, que sicut coccineum filum apparebat. Palpans etiam circumquaque uterum, nichil in eo se sensit habere conceptus. Et cum inquireret, quid de puero factum fuisset, mox nutrix, que presens erat, infantem in linteo mundo matri obtulit. Mater vero cum vidisset filium, quem ante in manibus tenebat quam ipsum genuisset, milies deosculabatur[g] eum, et de feretro descendens, filium, quem in brachiis tenebat, nutrici prebuit tenendum. Ipsa[h] vero preciosis vestibus, quas secum attulerat, induta est, et accersito[i] sibi viro suo, accipiens puerum suum in manibus, sequente *eam non modica multitudine virorum ac mulierum, pedetentim ad locum illum, ubi illa sua clementissima liberatrix in corpore quiescebat, leto gressu pervenit. Et intrans ecclesiam, se ipsam et prolem suam beatissime Elysabeth obtulit. Et donaria multa illi loco contulerunt utrique parentes, et Deo gratias agentes et beate Elysabeth, cum gaudio magno ad propria reversi sunt. Et sic vir ille optato herede cum uxore sua potitus, multos postea letos pariter duxere dies.

*f. 76'. — *f. 77.

Cap. 35. De duobus demoniacis qui in ecclesia beate Elysabeth altercabantur[k].

Quia in scripturis divinis demones hominibus invidere legimus, tamen sibi in invicem zelari et dissidere non reperimus, sicut duobus energuminis in ecclesia beate Elysabeth contigisse audivimus. Duo quippe obsessi[l] a demoniis ad ecclesiam illius beate Elisabeth causa curationis adducti fuisse feruntur. Et quia duo sepulchra, beate silicet Elysabeth ex una parte et fratris Conraldi ex altera parte, in ipsa ecclesia posita esse videntur, unus illorum duorum energuminorum ad sepulchrum beate Elysabeth ligatis pedibus et manibus applicatus est, alter vero ad sepulchrum fratris Conraldi similiter ligatus ductus est. Et cum resedissent, alter alterum torvis oculis inspectans, dentibus fremendo quasi leones rugiebant. Mirabantur omnes qui aderant, quare ita in invicem dentibus striderent. Quod cum hoc diu fecissent, ille qui ad sepulchrum beate matrone iacebat alii sic fertur dixisse: 'Quare in me tam torvis oculis fremere non cessas'? Ille ait: 'Ego irrideo te'. Qui ait: 'Quare'? Alter respondit: 'Quia te video ad sepulchrum illius mulieris iacere, credens tibi ab ea subveniri posse'. Ille ait: 'Immo michi potest subvenire, quia nobilis est et apud Deum multum potest. Sed tu numquam ab illo converso, ad quem tu sedes[m], iuvaberis, quia ipso Deo non ita idonee servivit'. Alter ait: 'Numquid dominus meus frater Conraldus *tuam dominam convertit, et ideo dominus meus maior debet esse quam domina tua'. Alter dixit: 'Sepius contigit, quod discipulus maioris est dignitatis quam magister suus, et ideo quia domina mea maioris dignitatis est apud Deum quam magister tuus, michi potentius poterit subvenire, si vult'. At contra ille: 'Unum tibi deest, quia meus homo est et domina tua mulier. Et quia homines forciores sunt quam mulieres, magister meus fortitudinem suam in me exercebit'. Alter dixit: 'Si magister tuus forcior est, fac ut ipse te cras curet, et sic tu victor eris. Et si hoc non contigerit, scias, te esse victum, quia domina mea cras me curabit'. At ille obmutuit. Mane autem facto, clerici qui ibidem Deo et beate Elysabeth serviebant ceperunt pro infirmis qui aderant orare. Ille vero qui ad sepulchrum beate Elysabeth iacebat cepit altis vocibus clamare: 'Domina, me primum cura, ut ille miser socius meus victus et mendax inveniatur'. Et cum hoc dixisset, statim spiritus immundus discessit ab eo. Alter vero videns quod de illo factum fuerat, cepit amare flere et petebat, ut ad sepulchrum beate matrone deportaretur.

*f. 77'.

a) cum *del.* c. b) lutu *corr.* luctu 2. c) sumnum c. d) ci *e corr.* 2. e) c *post add.* 1. f) sencit c. g) deobsculabatur c. h) *e corr.* c. i) accercito *corr.* accersito 2. k) atercabantur c. l) obcessi c. m) numquam iterum *add.* c.

Et cum hoc factum fuisset, vix duabus horis ibi iacens curatus est. Ita hii duo et alii quam plures infirmi interventu beate Elysabet a langoribus suis curati sunt in nomine domini nostri Ihesu Christi.

Cap. 36. De Iudeis Coloniensibus[a], et de miraculo Crucifixi.

Cum per universum mundum plurima flagicia a Iudeis, etiam postquam Christum crucifixerunt, facta fuisse comprobentur, adhuc tamen, si non audent ore, corde et horrendis operibus ipsum dominum nostrum Ihesum Christum et suos christianos incessanter blasfemare[b] et vituperare contendunt; unde de quibusdam Iudeis tria horribilia et inaudita[c] facta huic nostro libello *inserere non pigebit. In civitate Coloniensi[d] Iudeorum multitudo habitare dicitur. In eodem vero vico quidam civis christianus domum fertur habuisse, que domibus Iudeorum inserta[e] erat. Nullus tamen in ea habitabat. Quod cum quidam textor, non de civitate, sed extraneus, comperisset, accessit ad civem illum cuius illa domus erat, et conventione cum ipso facta, quod per annum in ea maneret, cum familia sua ipsam domum intravit. Et in quadam stupa eiusdem domus ea que ad ministerium suum pertinebant erigens, cepit operari et texere. Sed quia domus illa inter domos Iudeorum sola stabat et a conversatione christianorum et ab ecclesia longe erat, ultra modum indoluit, presertim quod non poterat ad officium divinum tam celeriter sicut volebat accedere. Quid faceret ille christianus qui inter inimicos Christi solus habitabat? Cogitat enim intra se, si non posset ad ecclesiam cum vellet accedere, tamen, si posset aliquam memoriam de Christo habere, securius in eadem domo habitaret; accersito[f] sibi pictore, ymaginem Crucifixi in loco ubi operabatur in fronte[g] parietis depingi fecit et hinc inde duas ymagines Marie et Iohannis, sicut mos est christianorum, adaptavit[h]. Et ut ymagines ille honestius tegi possent, pannum mundum desuper appendi fecit, et hostiolum, sub quo ymagines ille servarentur, diligenter adhibuit. Nolebat enim, quod omnes ingredientes eam tangerent vel inspicerent, ne forte deleretur aut vilior haberetur. Sed cum orare volebat, hostiolo aperto et linteo levato, genu flexo et ymagini capite inclinato Deum celi in ipsa ymagine exorabat. Et oratione facta, ipsam ymaginem[i] linteo et hostiolo diligenter contegebat. Et sic ad opus suum revertebatur. Sed cum annus[k] preteriisset, nolens ulterius inter illos infideles habitare, sibi domum prope ecclesiam et inter christianos comparavit. Deus enim, quia iustus et fidelis *erat homo ille, sibi substanciam multiplicaverat. Ipse vero, relicta domo in qua per annum habitaverat, sumptis universis utensilibus[l] suis, domum illam quam emerat, ut ibi habitaret, intravit, relicta tantummodo imagine[m], quam secum portare non poterat. Accidit autem, eodem tempore quendam Iudeum de extraneis partibus ad habitandum Coloniam devenisse. Et cum inter Iudeos venisset, inquirebat, si domum ad habitandum invenire posset. Alii vero Iudei leti effecti monstraverunt[n] ei domum, in qua ille christianus habitaverat. Ille vero ad civem illum accedens, convenit eum eo, ut ibi habitaret; et congregata multitudine Iudeorum, introivit in domum illam et cum eis cum magno tripudio epulatus est. Sed cum in eadem stupa in qua textor ille texere solebat post prandium residerent, quidam eorum aspiciens hostiolum sub quo[o] ymago illo latebat, mirabatur, quid esset. Et concito surgens, ad hostiolum accessit. Et aperto[p] hostiolo levatoque linteo, vidit ymaginem nostri Crucifixi; torvis oculis eam respiciens, conspuit eam et altis vocibus clamare cepit: 'Accedite', inquit, 'Iudei, et conspicite illum proditorem, qui vos de terra vestra expulsos in universum orbem exules dispersit'. Illi, clamore audito, omnes accurrunt, et visa cruce cum Crucifixo, fremebant dentibus in eum. Quid plura? Christus in cruce a Iudeis iterum irridetur, iterum conspuitur, iterum pugnis et alapis ceditur. Quid dicam? Ipse mulieres Iudee, quod in prima crucifixione facere non audebant, in ista secunda tam proterve ibi operabantur, ut turpius ymaginem illam conspuerent, furiosius pugnis tunderent[q], sevius unguibus dilacerarent, quam umquam patres eorum in[r] illum verum Crucifixum prius fecissent. Et cum ita illi infelicissimi Iudei et Iudee tam letaliter in illam sanctam imaginem[s] Crucifixi desevirent, unus eorum, qui audacior ceteris erat, *dixit eis: 'Sustinete et discedite omnes, quia ego iam vindicabo vos omnes de isto nefario Ihesu'; et accepto cultro acuto, quem penes se habebat, ad ymaginem[t] Crucifixi accessit, et vibrato ictu Crucifixum illum in latere percussit, in eodem loco in quo latus nostri Salvatoris lancea perfora-

a) Coloniencibus *c.* b) blaffem. *c.* c) inauditata *corr.* inaudita *c.* d) Colonienci *c.* e) incerta *corr.* inserta *c.* f) accercito *c.* g) fonte *corr.* fronte 2. h) adopt. *c.* i) ymamaginem *corr.* ymag. *c.* k) magnus *corr.* annus *c.* l) utencilibus *c.* m) immagine *corr.* imag. *c.* n) mostr. *c.* o) quod *corr.* quo *c.* p) apperto *c.* q) tond. *c.* r) *post add.* 1. s) immag. *corr.* imag. *c.* t) ymmag. *corr.* ymag. *c.*

tum est. Cumque ille Iudeus cultrum ad se traxisset, ut iterum feriret, tanta habundancia sanguinis de vulnere illo effluxit, ut vultum illius Iudei et cunctas vestes eius conspergeret. Cumque Iudei illi tam evidens miraculum vidissent, timuerunt timore magno: alii in terram ceciderunt, alii pectora tundebant[a], alii exeuntes quod factum fuerat silere non poterant. 5 Mox rumor facti civitatem occupat; accurrunt magnates, accurrunt clerici, accurrunt senes cum iunioribus, viri cum mulieribus, cernere cupientes, que per Deum tam nova facta sunt mirabilia. Christus enim ibi sue passionis miracula innovaverat. Venientes autem clerici et cives ad locum illum ubi hec fiebant, videntes eam ymaginem[b] Crucifixi, invenerunt adhuc sanguinem de latere eius manantem; et ut illi magno miraculo cercior fides adhiberetur, 10 sanguis ille tam diu de latere huius ymaginis manare non cessavit, quousque non modicum vasculum de eo impleretur, et ita manare desiit. Universitas[c] vero illius civitatis tam clerici quam layci habito consilio[c*] omnes Iudeos illos, quodquot invenire potuerunt, captivaverunt et substantiam ipsorum diripuerunt[d]. Si qui eorum converti voluerunt, baptizati sunt, alii vero trucidati; ceteri enim fuga lapsi, in civitate ultra non sunt visi. In loco vero ubi 15 hec acta sunt ecclesia in honore sancte crucis preclaro opere fabricata est[1]. In qua ipsa ymago[b] Crucifixi, per quam hoc miraculum factum est, in summa veneratione habetur, et a fidelibus in ea Christus adoratur. Hoc igitur miraculum a quodam Iudeo, qui *eidem facto Colonie interfuit, qui etiam viso miraculo christianus effectus est, audivi. Et sicut illud michi de verbo ad verbum retulit, ita et huic pagine adnotare curavi. Sed quia de perfidia 20 Iudeorum aliquid narrare incepimus, adhuc de ipsis huic libello aliquid addere[e] studebimus.

* f. 79'.

Cap. 37. De horrendo facto Iudei de Sancto Deodato.

Iozepho testante[2] didicimus[f], quod Salomon rex Ierusalem sortilegia et incantationes et auguria adinvenerit, quibus demonia et dracones monstraque[g] venenata voluntati hominum parere noscuntur, quibus incantacionibus[h] gentem Iudeorum dicit esse peritam, ita ut adhuc eisdem incantationibus[i] utantur, 25 sicut in subcedentibus[k] quisque audire poterit. Apud Sanctum Deodatum temporibus nostris multitudo Iudeorum habitabat, inter quos unus erat qui talibus incantationibus et auguriis a contribulibus suis peritissimus habebatur. Huius Iudei domum quedam pauper iuvencula frequentabat et in eadem domo que agenda erant agebat, ut sustentationem victus[l] ibi accipere posset. Enimvero cum quadam die ipsa iuvencula domum ipsius Iudei, ut solebat[m], intrasset et Iudeus ille iuvenculam illam vidisset, gavisus est 30 valde, quia solus cum sola in domo erat. Et accersita[n] ea, dixit ei: 'Veni et comede paululum, quia te opportet operari'. Et cum illa comedisset et bibisset, ita est incantata, ut dormire videretur nec aliquid sentiret; et cum Iudeus videret, incantationes suas effectum habere, obseratis[o] hostiis accepit utensilia[p] sua ad hoc quod facere volebat preparata, et ad iuvenculam illam accedens, divaricatis cruribus eius, quibusdam ferramentis folliculum[q] illum qui matrix appellatur, in quo infantes concipi solent[r], de 35 utero illius per naturam extraxit. Hoc facto, matricem[s] illam sibi reservavit. *Sed quid inde volebat facere, adhuc nobis incognitum est. Iuvencula vero illa cum per horam ita iacuisset et Iudeus ille quod sciebat ad hoc necessarium esse circa illam fecisset, iuvencula ipsa surrexit, et senciens se[t] intus in corpore lesam, cepit flere. Iudeus vero multa ei promittebat[u], ut rem silencio tegeret. Illa vero flens domum exivit. Mulieres vero christiane cum vidissent eam de domo Iudei exivisse ita plorando, acces- 40 serunt[v] ad eam et interrogaverunt eam, quare fleret. At illa respondit eis, quod Iudeus ille nescio quid cum ea egerat, unde in ventre torqueretur Mulieres vero ille eam in domum ducentes, studiose eam cirsumspexerunt et invenerunt[w] quod ei acciderat. At vero cum cives illius ville hoc cognovissent, presentaverunt eam cuidam Philipo, qui eo tempore prepositus ducis Lothoringie constitutus erat. Prepositus vero ille vocavit Iudeum ad iudicium, proponens ei factum. Ille negat; at contra christiani instant et ei 45 iuvenculam illam lesam ostendunt. Quid plura? Convincitur Iudeus, fatetur se peccasse; iudex inquirit, ad quid hoc volebat; ille noluit confiteri, et sic morti adiudicatur. Equus[x] preparatur, et ad caudam ipsius alligatur. Et cum ita ad patibulum traheretur, Iudeus magna voce clamavit: 'Cessa, cessa, ego aliquid volo dicere'. Ille vero qui in equo sedebat velocius cum equo Iudeum trahebat; quia alii Iudei illi pecuniam promiserant se daturos, ut non permitteret[y] eum aliquid loqui, ne forte aliquid in obprobrium 50 Iudeorum loqueretur. Et ita raptus ad patibulum, capite ad terram verso suspenditur. Sed post biduum a Iudeis redemptus, de patibulo deponitur et nescio ubi tumulatur. Sed credibile est, quod anima eius in inferno sit sepulta. Verumptamen adhuc de nefandissimis Iudeorum actibus[z] aliquid dicamus.

* f. 80.

a) tond. *c.* b) ymmag. *corr.* ymag. *c.* c) Univercitas *corr.* Universitas *c.* c*) concilio *c. saepius.* d) dirup. *c.* e) adere *c.* f) didiscimus *c.* g) mostraque *post corr.* monst. *c.* h) ibus *e corr. c.* i) adhuc *add. c.* k) *fortasse* 55 subsequentibus *scribere voluit.* l) vitus *corr.* victus *c.* m) quadam die *iterum add. sed del. c.* n) accercita *c.* o) obceratis *corr.* obseratis *c.* p) utencilia *corr.* utensilia *c.* q) foliculum *corr.* folliculum *c.* r) solent *iterum add. sed del. c.* s) a *post add. c.* t) ce *corr.* se *c.* u) promitebat *c.* v) accescerunt *c.* w) invenientes quid *corr.* invenerunt quod *c.* x) equs *c.* y) permiteret *c.* z) auctibus *c.*

1) De hac alibi nihil legi. De Iudaeis baptizatis v. Ennen I, p. 472. 2) Antiq. Iud. VIII, 2.

Cap. 38. De Iudeis qui apud Haguenowiam in prestigiis suis tres pueros interfecerunt.

Cum Iudeorum nefandissimos actus[a] nemo tacere debeat, ut ea que in Salvatore nostro egerunt semper ad mentem redeant, ad correctionem hominum et edificationem cottidie retractare convenit, ut presumptio ipsorum merito confutetur et gloria laudis Christi augmentetur. In opido quod Hagnowia dicitur in territorio Alsacie multi Iudei habitabant. Eo[1] tempore quo Fridericus quondam imperator regni Romani monarchiam obtinebat, qui postea ab Innocencio papa quarto dictante[b] iusticia a dignitate imperii apud Ludunum depositus est, cum idem Fridericus apud Haguenowam moraretur, contigit, Iudeos qui in eodem opido manebant eorum festum pasche[c] secundum legem celebrare eo tempore quo et nos pascha[d] nostrum celebramus, non tamen illa die, sed quartadecima luna, qua et Christus crucifixus est. Illi vero Iudei nescio quomodo procuraverunt, quia acquisierunt sibi tres pueros septennes et cristianos. Et cum festum eorum celebrarent, de ipsis quedam ludibria[e] in domibus suis egerunt. Sed inter hec idem pueri mortui sunt. Sed cum cristiani hec forte percepissent, intrantes domos Iudeorum, invenerunt pueros nudos, sed mortuos. Imperator vero Fridericus forte non erat presens; cristiani igitur pueros illos usque ad adventum imperatoris decreverunt reservare. Iudei quippe cum viderent sibi periculum imminere, inito consilio disposuerunt imperatorem placare muneribus. Et accedentes ad imperatorem, tantis muneribus eum excecaverunt, ut gratia ipsius potiti ad domos suas leti redirent. Cum igitur imperator ad Haguenowiam redisset, cristiani illos tres pueros ei presentaverunt et intimaverunt ei, quia Iudei ita eos interfecerant. Imperator respondit: 'Si *mortui sunt, ite, sepelite eos, quia ad aliud non valent'. Cristiani vero hoc audientes, confusi ab eo discesserunt. Et ita ille infelix imperator unum sue infidelitatis articulum promulgavit, quia et Iudei in pace dimissi sunt et cristianis de tam nefario facto nulla est exibita iusticia. Et hec de Iudeis dicta sufficiant, quia, si iste miser imperator Iudeos pro tam iniquo facto non punivit[f], ille potentissimus Arbiter et hunc et hos in claustris inferni punire[f] non obmittet[g].

1236. — *f 81.

Cap. 39. De quodam spiritu qui apud Spinal conversabatur, qui loquebatur, sed non videbatur.

Quia ea que temporibus nostris facta sunt, que digna sunt relatu[h], huic libro proposui inserere[i], unum pre ceteris mirabilius hic adnotare curabo. Contigit igitur, in opido Spinalensi[k] in domo Hugonis eiusdem opidi civis, qui Ugo de la Court dicebatur, quendam, ut credo, demonem advenisse, qui a nativitate Domini usque ad festum sancti Iohannis in eadem domo conversatus est. Omnibus loquebatur quadam rauca voce, sed ab omnibus bene audiebatur. Multa mira in domo illa fecit, et cum ea faceret, a presentibus videbantur, sed ipse penitus ab aliquo videri non poterat. Credo, eum unum de his spiritibus fuisse qui incubi vocantur. Nam idem civis Ugo quandam filiam formosam habebat, quam cuidam Stephano contulerat in uxorem, que etiam in eadem domo cum viro suo morabatur. Demon vero ille dicebat, se quendam iuvenem fuisse de quadam villa que Clusentenes vocatur, et famosam uxorem habuerat. Quadam die interrogatus ab ipso Ugone, quare ad uxorem suam non reverteretur, respondit: 'Nolo magis ad eam venire, quia sacerdos illius ville est ei nimium familiaris'. Et civis ille iterum dixit: 'Et quid tibi videtur de filia mea Hadeyde'? Ille respondit: 'Multum est honesta mulier *et bene faciens et laudabilis nimis, sed unum facit quod michi displicet. Nam nimis libenter cum familia sua causatur'. Et ille dixit: 'Quare cum ancilla mea non iaces, est enim formosa'. Ille respondit: 'Ipsa quatuor cruciculas in quatuor angulis lecti sui erexit, et ideo inter illas non possum iacere'. Quadam vero die civis ille equitare volebat et ante prandium dixit servo suo: 'Da equo meo parum pabuli et pone sellam[l] in eo, quia statim post prandium equitare volo'. Servus respondit: 'Quancito de villa revertar, ego faciam'. Demon vero, accepto pabulo quod quatuor equi usque ad noctem comedere non possent, posuit ante illum equum[m], deinde stravit eum, et freno super sellam[l] posito, dimisit eum. Servus autem, cum[n] rediisset et facere vellet quod dominus suus imperaverat, invenit equum[m] ita preparatum[o], ut quod servus facere debebat ille iam fecerat. Et cum civis ille recessisset, vocavit demon generum illius civis: 'Stephane, Stephane'! Ille respondit: 'Quid vis'? 'Da michi', inquid, 'denarium, quia ego eum beato Goerico promisi'. Stephanus vero porrexit ei veterem Provisinum, dicens: 'Accipe'. Ille dixit: 'Pone eum super limen hostii'. Et cum Stephanus hoc fecisset, demon reiecit eum illi, dicens: 'Da michi unum

*f 81'.

a) auctus *corr.* actus c. b) dictantante *corr.* dictante c. c) passce *corr.* passche c. d) passca *corr.* pascha c. e) ludubria c. f) pugnire c. g) obmitet c. h) s *vel* i *eras.* c. i) incerere *corr.* inserere c. k) Spinalenci c. l) cellam *corr.* sellam c. m) equm c. n) com c. o) um *e corr.* c.

1) Cf. Ann. Marbac. 1236, SS. XVII, p. 178, qui rem aliter narrant.

bonum Tullensem[a], quia iste non valet'. At ille bonum Tullensem[b] super limen posuit, et statim nummus disparuit. Sequenti vero nocte custodes ecclesie beati Goerici audierunt eum ea nocte per ecclesiam ambulantem et ita strepere, ut vere crederent, illum demonem esse. Alia vero die quoddam ieiunium erat, et emptos pisces[c] coxerunt coctosque in arca servaverunt. Demon vero pisces[c] accepit et in quodam ortulo, quod retro domum habetur, eos portavit et medietatem illorum in mortario ibi invento posuit, aliam vero partem in cindula super arborem misit et alios in *mortario ita comminuit, ut si quis salsam vel piper conficere vellet. Et cum hora prandii advenisset et dominus domus cum familia sua ad prandendum discubuisset, petiit sibi pisces[c] afferri. Ancilla vero aperta archa eos non invenit; dixit domino suo, quod non inveniret pisces[d]. Dominus dixit: 'Forte ille infelix eos deviavit'. Demon dixit: 'Verum est, ego accepi eos'. 'Et quid', inquit ille, 'de eis fecisti'? Ille respondit: 'Quia vos salsam non habebatis, ego de medietate piscium bonam vobis salsam feci; porta vinum tecum et distempera eam in mortario, quia peroptime est trita. Et alios pisces[d] super arborem invenies'. Et ita invenerunt. Et mirabantur, quia tam evidenter operaretur et loqueretur, nec videri posset, et quod tam familiaris erat. Quadam vero die cum dominus domus sibi sanguinem minuere vellet, peciit[e] a filia sua sibi vittam preparari. Ille vero demon hoc audito abiit in quadam stupa in eadem domo et ibi invenit camisiam novam et eam totam dilaceravit[f] et de ea multas vittas fecit, et aperiens hostium stupe, porrigebat eis vittas, dicens: 'Ecce vitte multe, accipite vobis meliores'. Filia vero domini domus, credens vittas illas esse de camisia sua, intravit stupam, et querens camisiam suam, invenit eam totam dilaceratam, et licet mulier illa de camisia sua graviter moveretur, tamen cum aliis de factis illius[g] iocose loquebatur. Altera vero die ancilla domus minora utensilia[h], linea pepla silicet et vittas et discriminalia et linteola et cetera quibus mulieres capita sua adhornare solent, lavaverat et ea ad siccandum[i] ad solem in orto composuerat; cum iam exsiccata[k] essent, demon ille illa omnia collegit et simul complicata omnia clam austulit et in cenaculo domus diligenter abscondit[l]. Cumque hora nona esset, *filia illius[m] hospitis illa sibi auferri iussit. Ancilla vero currens credidit ea ibi invenire ubi ad siccandum[n] deposuerat; sed non invenit, et revertens ad dominam suam, dixit, se ea non invenisse. Domina vero, ut dira erat animo, cepit increpare ancillam et dure cum ea loqui, quia credebat, quod furto sublata essent. Demon vero ille, cum videret eam ita in ira commotam, dixit ei: 'Mala femina, quare ita ancillam tuam increpas? Ipsa inculpabilis est; ego omnia austuli; vade in cenaculum, et ibi invenies omnia melius complicata, quam tu vel aliqua mulier in tota villa ista subtilius posset complicare'. Illa vero ascendens cenaculum, reperit omnia pepla sua et cetera omnia ita subtiliter composita, ut non crederet, quod aliqua mulier illa ita decenter aliquando componere posset. Sed si omnia que ibi gessit[o] vel dixit huic pagine inserere[p] vellemus, forte lectori fastidium ingerere videremur. Sed mirandum est, quo modo isti spiritui concessum sit, quod talia ageret et ita evidenter loqueretur et tamen nulli aliquam in corpore molestiam inferret; presertim cum tanto tempore, id est a nativitate Domini usque ad festum beati Iohannis baptiste, in una domo et cum una familia fuerit conversatus.

Cap. 40. De miraculo quod in terra paganorum in civitate Mecha dicitur convenisse.

In terra Sarracenorum citra mare in partibus orientis quedam civitas esse fertur que Mecha nuncupatur, in qua templum dicitur esse, in quo Machomus in theca ferrea inter adamantinos lapides in aere pendere videtur. In territorio, inquam, illius civitatis ferunt tantam tempestatem inhorruisse[q] eo anno quo terminus incarnacionis Domini habebatur millesimus ducentesimus quinquagesimus sextus, inter festum sancti Remigii et *festum beati Martini, quia ab inicio mundi usque ad diem illam tam horrida tamque crudelis numquam in terris visa est evenisse tempestas. Nam tantus tonitruum mugitus, tanta fulgurum choruscacio tantaque grandinum et pluviarum inundacio in terra illa fertur inhorruisse, ut vix aut numquam aliquis homo sustinere valeret. Et si forte in domibus lapideis vel in cavernis terre abscondi possent, tanta vis ventorum tamen et violencia totam regionem illam tam crudeliter vastavit, ut non tantum arbores, sed etiam turres permaximas et lapideas domos funditus evertendo ad terram proiceret, ita ut cavernas subterraneas, in quibus Sarraceni se occultaverant, in abyssum confringeret. Tantus enim erat cum istis tribulacionibus terre motus, ita ut nulli esset spes vivendi sub terra neque super terram. Enimvero cum illa horrida tempestas multis diebus totam illam terram devastasset, ut ira Dei plenius perciperetur, ingens globus igneus subito de celo cadere visus est; et tam sevus[r] et tam ardens, ut in momento et in nutu oculi totam civitatem illam in cinerem redigeret, et etiam terram ipsam usque in abyssum[s] consumpsit. Preterea retulerunt nobis illi qui de Roma venientes asserebant, dominum papam a transmarinis partibus Templariorum litteras super

a) Tullencem *corr.* Tullensem *c.* b) Tullencem *c.* c) pices *corr.* pisces *c.* d) pices *post corr.* pisces *c.* e) *s corr. c.* f) disl. *c.* g) cum aliis *del. c.* h) utencilia *c.* i) sicand. *c.* k) excicata *c.* l) abcondit *corr.* abscondit *c.* m) ilius *corr.* illius *c.* n) sicandum *c.* o) iecit *corr.* iescit *c.* p) incerere *corr.* inser. *c.* q) inorruisse *corr.* inhorruisse *c.* r) cevus *corr.* sevus *c.* s) habyss. *corr.* abyss. *c.*

hoc recepisse, quod ignis ille in circuitu illius civitatis consumpte per quindecim dietas totam terram illam cum edificiis suis usque in abyssum[a] devorasset. Sed quia quod postea evenerit non audivi, non ulterius scribere presumpsi. Verumptamen in hoc facto adventus Anticristi prope esse potest existimari, quia bene memini, me quasdam litteras habuisse, que de transmarinis partibus venerant, quas ego in quodam libro apud Senonias[b] rescripsi, in quibus continebatur, quod quam cito turris Babel, *quam gigantes edificaverunt, rehabitaretur[c], et fluvii Ethan, qui in psalmo leguntur exsiccati[d] fuisse, iterum fluerent[e], et Machomus, qui inter adamantinos lapides pendebat, caderet, Anticristus vel nasci vel predicare inciperet. Sed quia de hiis certi non sumus, tamen quia, ut dixit Dominus in euvangelio: *Quia habundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum,* iam plus in perverso mundo perverse contingere videmus, adventus Anticristi prope esse credi potest. Sed hec omnia Deo discucienda relinquamus.

Cap. 41. De quodam milite Rambaldo nomine, heretico de Kercevelt in partibus Alsacie.

Cum essem[f] in Argentina et scolas frequentarem, erat quidam magister ad Sanctum Thomam nomine Hanricus, qui etiam fisica arte inbutus erat. Hic cum prior apud Trouthenhouze[g,1] effectus fuisset, narravit michi, quod quidam miles Rambaldus nomine de Kuercevelt[h], cum grandi infirmitate teneretur, ipsum priorem, ut sui curam gereret, invitavit. Ille vero cum ad eum venisset, invenit eum fere iam ad extrema propinquantem. Cui prior ait: 'Si michi creditis, domine, vos prius confitebimini peccata vestra, et recipietis corpus Christi, antequam ego apponam manum ad curandum vos, quia illud erit vestra maior curacio'. Cui ille: 'Ego multociens confessus sum et multa talia corpora comedi'. Magister Hanricus respondit: 'Ha! nolite ita loqui, quia, ubicumque consecretur corpus Christi, non plura corpora sunt, sed unum corpus Christi'. Ille respondit: 'Quomodo potest hoc fieri, quia, si illud corpus tam magnum fuisset sicut ingens mons, iam milies a populo devoratum fuisset'. Magister Hanricus dixit: 'Bone domine mi, ego iam vos video graviter infirmitate opprimi; rogo vos, ut quidquid hucusque credideritis *obmittatis[i] et corpus Christi fideliter credendo recipiatis, et sic salvus eritis'. Cui ille ait: 'Et quomodo illud tantillum panis me salvare poterit? Sed quia michi infestus estis, ego amore vestro paniculum illum manducabo, et tunc videbitis, quomodo me salvare possit'. Et verum dixit, quia post pauca manifestavit Deus, qua credulitate ille sacratissimum suum corpus auderet percipere. Magister vero Hanricus, qui eius salutem desiderabat, credens aliquid fidei in eo remansisse[k], accersito[l] presbitero qui cum corpore Christi advenerat, fecit ei corpus Christi dare. Ille vero os aperuit[m], et sacerdos corpus Domini in os ipsius misit. Sed ille os claudere non potuit. Corpus vero Domini ita iuxta palatum stetit, ita ut plane palatum non tangeret nec ad linguam descenderet. Cum[n] subito ille balbuciendo, quia os claudere non poterat, magna voce clamare cepit: 'Subvenite, karissimi, subvenite, quia iam ardeo, iam me infernus tenet; afferte aquam et refrigerate os meum'. Et hoc sepius clamando, illi attulerunt aquam et in os eius miserunt aquam. Ille vero multo magis clamabat: 'Tollite, tollite aquam, quia dupliciter ardeo'. Illi vero qui aderant, quia fere tota villa advenerat, amarissime flebant; pugnis pectora sua tundentes[o], lamentabantur[p] eum, quia videbant eum tam infelici morte mori. Nam securi erant, quod anima eius eternis traderetur suppliciis. Et cum iam per duas fere horas ita torqueretur, inter ipsas angustias emisit spiritum. Et cum sacerdos ita videret eum mortuum, mittens[q] manum, corpus[r] Christi[s] ita incontaminatum et inviolatum de ore illius extraxit, sicut prius illud imposuerat; et repositum in picide[t] cum summa reverencia, comitantibus viris et mulieribus, ad ecclesiam, prout debuit, reportavit. Cuius facti fama per totam Alsaciam innotuit *ad confusionem hereticorum, ad laudem vero et gloriam domini nostri Ihesu Christi.

Cap. 42. De sancto Petro Mediolanensi novo martyre.

Quia temporibus nostris et novissimis seculi diebus, sicut per prophetam promisit Dominus, Deus innovat signa et inmutat mirabilia, unum de hisdem novis signis mox recitare non pigebit. In Longobardia est quedam civitas que Mediolanum appellatur, in qua fratres Predicatores habitare feruntur. Cum illis vero quidam Predicator Petrus nomine habitabat, vir egregius et ad predicandum doctissimus. Hic etiam Petrus, ut talentum sibi creditum cum multiplici fenore Domino suo reportaret, cottidie officio predicacionis insistebat. Enimvero quia apud Mediolanum a priscis temporibus heretici habitare consueverant, iste frater Petrus, quia adhuc videbat in eadem civitate quosdam tribulos hereticorum pululare, cottidie eosdem hereticos in predicatione sua viriliter[u] impugnabat. Et ut eos ad viam veritatis reduceret, modo blandimentis vel exortationibus, modo increpacionibus vel vituperiis corripiebat. Sed quia dicente

a) apyss. *corr.* abyss. *c.* b) Cenon. *c.* c) inhabitaretur *corr.* rehabitaretur *c.* d) exicati *c.* e) iterum fluerent *al. m. addit c.* f) esset *corr.* essem *c.* g) *ita c.;* Tronthenhouye *Vers. Gall.* h) *ita e corr. c.;* Kerseuelt *Vers. Gall.* i) obmitatis *c.* k) remancisse *corr.* remansisse *c.* l) accercito *corr.* accersito *c.* m) apper. *c.* n) Consubito *c.* o) tond. *c.* p) laument. *corr.* lam. *c.* q) mitens *corr.* mittens *c.* r) ut c. *c.* s) de ore illius *hoc loco del. c.* t) *i. e.* pyxide. u) virilliter *c.*

1) Truttenhausen circ. Schlettstadt.

scriptura: *In malivolam animam non intrabit sapiencia*, [Sap. 1, 4.] cordibus induratis sicut aspis surda contra incantatorem, ita et isti heretici contra predicacionis incantacionem obturabant aures suas. Sed sicut Iudei in beatum Stephanum, ita et isti in fratrem Petrum dentibus fremebant. Et si eum extra[a] civitatem invenire potuissent, non minus quam Iudei Stephanum, isti Petrum lapidarent. Quid plura? Intenderunt arcum suum, ut sagittarent in occulto immaculatum, id est insidiabantur ei, ut eum morti traderent, si possent. Verumptamen, quia in aperto ei nocere non audebant, disposuerunt ei insidias[b] ponere. Erat enim quidam vicus in civitate, per quem ire et redire solebat, cum ad predicationem iret vel rediret. Et cum Deus famulum suum *illum [*f. 85.] invictum veritatis pugilem donativo glorie celestis remunerare vellet, 'raptus [Sap. 4, 11.] est, ne malicia mutaret intellectum eius[c], aut fictio deciperet animam ipsius'. Et vere raptus. Nam cum quadam die a civitate sero[d] reverteretur et per vicum illum, sicut solebat, transire[e] vellet, illi miseri, qui arcum insidiarum[b] tetenderant, quasi sagitta de occultis insidiarum[b] prosilientes, sagittaverunt Petrum illum immaculatum, id est armis suis eum interfecerunt. Et ita 'consummatus in brevi complevit [Sap 4, 13.] tempora sua; placita enim erat Deo anima ipsius'. [1252.] Fratres vero Predicatores, audita morte ipsius, ultra modum indoluerunt; quia potencior omnibus erat in sermone[1]. Et peractis debitis exequiis[f], tumulo honesto cum canticis et ymnis spiritualibus eum sepelierunt. Et ut Deus martyris sui merita mundo declararet et ut illi infelicissimi heretici confunderentur, tantam ei gratiam conferre dignatus est, ut, quicumque debiles quibuscumque infirmitatibus detenti ad tumulum ipsius martyris accederent, a malis omnibus liberarentur. Et ita Deus temporibus nostris servos suos magnificare non dedignatur.

Cap. 43. De prioribus de Danubrio, et de Mervavile, et de Xuris.

Cum divina scriptura quoslibet ad benefaciendum invitet, et Dominus in euvangelio nos[g] admoneat, ut homines 'videant opera nostra[h] bona et glorificent Patrem nostrum[i] qui est in celis', [Matth. 5, 16] etsi nos desides bonis operibus insistere[k] non valemus, bona tamen ab aliis facta et diligenter considerare[l] et ad lucem producere debemus. Unde quedam bona opera, que quidam fratres nostri in cellis nostris egerunt, scripto commendare debemus, ut legentes zelo illorum ducti bonis operibus insistere et ea iugiter adimplere festinent. Quidam igitur monachus noster Senoniensis[m] Hugo nomine prioratum *de [*f. 85'.] Danubrio vinginti et eo amplius annis rexit et prioratum ipsum muro circumdedit et in eo muro inclusit stagnum et molendinum et furnum et capellam sancte Katherine; que omnia ego, cum essem prior eiusdem loci, construxi. Fecit enim ille Hugo cameras satis ad habitandum habiles. Potuisset etiam fecisse, si ei fuisset datum desuper, multa alia bona, que omnibus diebus illi loco potuissent profecisse, quia multas adunaverat pecunias, que in non necessarios usus converse sunt; et sic sine effectu mortuus est.

Revertamur igitur ad prioratum de Mervavile, cui vir discretus Rennerus septem prefuit annis, qui etiam illi loco infra istos septem annos multum profuit; nam maiorem partem ecclesie beate Marie, excepto[n] cancello construxit, altare maius a venerabili Gilone[2] episcopo Tullensi[o] in honore beate Marie consecrari fecit et cymiterium benedici. Curiam quoque muro optimo circundedit. Agros, prata[p] multa illi[q] loco adiecit. Et advocatos de Aseraule a frequentacione loci de Meravile quantum potuit restrinxit. Et adhuc eo tempore ad meliora hanelabat.

Veniamus igitur ad prioratum de Sures, cui prefuit vir nimium exerciciosus Fridericus nomine. Hic cancellum ecclesie sue ampliavit et pulchro opere ad perfeccionem perduxit et picturis fenestrisque vitreis decoravit. Maius quoque altare sancti Iacobi in ipso cancello erexit. Et illud ymaginibus sculptis auro et coloribus in circuitu adhornavit. Claustrum quoque ex latere cocto et plumbato inusitato opere construxit[r]. Domos et omnia edificia[s] lapidea erexit; curiam ipsam muro forti clausit; parrochias omnes ad prioratum ipsum pertinentes de lateribus cooperuit. Sedes etiam salinarias ipsius prioratus apud Mediumvicum in domibus *lapideis [*f. 86.] inclusit. Et cum hec omnia bona fecisset, invidia et odio medi-antibus, immerite sunt ei reddite vices, quia humana miseria ita bonos remunerare solet.

Cap. 44.[t] De lite[u] inter Predicatores et clericos Parisius orta.

Superius[3] de ordine Predicatorum secundum[v] propheciam sancte Hyltegardis sanctimonialis aliquantulum digessimus, qui in principio sui magne auctoritatis habiti sunt. Sed

a) exra *corr.* extra *c.* b) incid. *corr.* insid. *c.* c) *post add. c.* d) cero *c.* e) trancire *corr.* transire *c.* f) exceq. *corr.* exeq. *c.* g) *e corr. c.* h) vestra *c.* i) vestrum *corr. ut videtur* nostrum *c.* k) in *e corr. c.* l) concid. *corr.* consid. *c.* m) Senoniencis *c.* n) exepto *c.* o) Tullenci *c.* p) pratra *corr.* prata *c.* q) huic *corr.* illi *c.* r) constuxit *corr.* construxit *c.* s) o. e. omnia *c.* t) XLVII. *corr. ut videtur* XLIIII. *c.* u) litte *c.* v) scecundum *c.*

1) Cf. Chron. univ. Mett., SS. XXIV, p. 523. 2) Idem qui Aegidius, sedit a. 1255–1271. 3) IV, 16.

deinde a proposito paulatim declinantes, processu temporis a statu suo paululum decidere visi sunt, sicut multifariis modis ipsorum actibus[a] comperiri[b] potest. Et precipue in controversia quadam, que Parisius de novo exorta est. De qua, si placet, in hoc opusculo nostro aliquid inserere[c] curabimus. Contigit igitur, inter clericos Parisius commorantes antiquitus et Predicatores de novo venientes de difinicione questionum et magistrorum legentium aprobatione periculosam controversiam emersisse[d]. Nam Predicatores dicebant, ab eis questionum diffiniciones debere proferri, quia pocior sciencia in personis ordinis ipsorum vigeret et dignitas predicacionis eis auctoritatem difiniendi prerogare videbatur. Clerici vero econtra asserebant, se antiquitus magistros et difinitores habuisse, qui scolarum et scolarium rectores extiterant; quos etiam dominus papa eis scribendo rectores scolarum eos appellasse comprobatur; nec eorum ordini aliquid aliud[e] commissum sit, nisi ut predicationi et animarum saluti sine intermissione intendant. Sed cum aliquamdiu fuisset inter eos decertatum, cum inter se pacificari non possent, ad papam appellaverunt. Predicatores vero quendam librum euvangeliorum compilaverunt. In quo aliqua dicebantur contineri[f], que contra fidem esse videbantur. Clerici vero nescio qua arte procuraverunt, ut copiam ipsius libri haberent, ex quo omnia *capitula fidei contraria decerpserunt et ea scripto commendantes sibi retinuerunt. Elegerunt quoque sibi quendam virum discretissimum Willermum nomine[1], qui pre ceteris magnus philozophus habebatur; quem cum libro illo ad curiam mittentes, procuratorem suum contra Predicatores statuerunt[g]. Et cum coram papa venissent, diu inter se disputaverunt, et inter cetera magister Guillermus librum illum, quem Predicatores conscripserant, domino pape fertur porrexisse. Papa vero cum librum legisset, statim eum dampnavit et comburi iussit; magistro Guillermo, quia facundissimus orator erat nec ei aliquis in sermone resistere poterat, silencium imposuit, et nondum[h] adhuc causa illa finem acceperat. Sed clerici omnes qui Parisius studebant tunc ab ipsa civitate recessisse ferebantur. Ea siquidem[i] tempestate, qua, ut dictum est, Predicatorum status deteriorabatur, non minus infortunium eis evenisse peribetur. Rex etenim Francie, qui alio anno a transmarinis partibus reversus fuerat, eisdem Predicatoribus valde familiaris erat. Et cum cottidie, quia valde religiosus erat, domum ipsorum Predicatorum frequentaret, cogitaverunt, eum ad religionem suam posse devenire. Et cum quadam die de divinis scripturis et de Filio Dei confabularentur[k], unus eorum, qui pre ceteris audacior erat, dixit regi: 'Numquid, domine, velles tantum de Filio Dei inter manus tuas cottidie posse tenere, quantum uterus beatissime virginis Marie quondam in se comprehendisse peribetur'? Rex hec audiens et admirans, ait: 'Quis est qui hoc recusaret'? Ignorabat enim, quod de sacramento corporis Christi diceret. Predicator respondit: 'Si placet, docebo te, quomodo tibi hoc concedetur'. Rex respondit: 'Placet plane'. Frater ille dixit: 'Numquid audis Dominum in euvangelio dicentem: *Si quis reliquerit patrem aut matrem *aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet et vitam eternam possidebit*[l]'? Rex ait: 'Audio et bene scio'. Frater dixit: 'Domine mi rex, tu habes heredes, filios et fratres, qui regnum tuum bene regent; tu etiam pro Deo multos labores sustinuisti et etiam vitam tuam periculis mortis exposuisti; et ita nichil aliud restat, nisi quod relinquas omnia et assumas tibi crucem nostram, id est habitum nostrum; et ita de gradu in gradum ad sacerdocium promoveberis et Filium Dei in manibus accipere mereberis'. Rex vero hoc audiens, consternatus intra se cogitare cepit, proponens sibi tribulaciones huius mundi et inmensos labores et etiam regni sollicitudinem. Econtra occurrunt ei ille supradicte euvangelice promissiones et illud dominici corporis desiderabile et delectabile sacrificium, et ad se revertens, dixit fratribus: 'Si ista vera sunt que audio, immo quia verissima esse credo, consiliis vestris acquiescam. Sed prius vadam et indicabo regine et ab ea impetrabo huius facti licenciam'. Rex vero cum ad pallacium venisset, introivit ad reginam et omnia narravit ei, quod ei et filiis suis regnum relinquere vellet, et quod habitum religionis suscipiendo sacerdos fieret et pro ipsis et pro statu regni Deum exorare non cessaret. 'Unde peto, ut ad hoc faciendum licenciam michi donare velis'. Regina vero mirabiliter stupefacta nichil

*f. 86'. — 1257. — *f. 87. — Matth. 19, 29.

a) auctibus *corr.* actibus *c.* b) comperi *c.* c) incerere *corr.* inserere 2. d) emercisse *corr.* emersisse 2. e) alius *c.* f) conteri *corr.* congeri *c.* g) :stat. *c.* h) nudū *c.* i) equidem *c.* k) comf. *c.* l) poscid. *c.*

1) Willelmum de Sancto Amore, qui scripsit librum *De periculis novissimorum temporum adversus mendicantes;* cf. Cave, SS. eccl. saec. schol. p. 301.

respondit ei; sed statim mittens, fratrem regis comitem de Anio[a] [1] ad se vocari iussit, filiosque accersitos[b] ita fertur alloquta fuisse: 'Quod melius eligitis, an appellemini filii sacerdotis vel filii regis'? Illi audientes, stupefacti nesciebant[c], quare hoc diceret. Mater statim subsequta est, dicens: 'Illi nefandissimi Predicatores regem ad hoc induxerunt, ut, nobis relictis et[d] regno, Predicator et sacerdos fiat'. Comes vero, cum hec audisset, in furorem versus, eum impudentissime obiurgabat *et Predicatoribus minabatur. Filius vero regis primogenitus, qui post regem regnare debebat, Predicatores etiam quomodo poterat vituperabat. Rex vero conviciis illorum commotus, filio suo fertur alapam dedisse. Filius vero ait patri: 'Domine, quia pater et dominus meus estis, non sum vobis ingratus; sed iuro per beatum Dionisium patronum nostrum, si aliquando me contigerit Deo annuente gubernacula regni obtinere, ego omnes istos nefandos Predicatores a regno expelli faciam'. Cumque rex hoc iuramentum audisset, ultra modum indoluit, quia sciebat, eum animo ferum esse. Comes vero, frater regis, precepit[e], ne Predicatores in toto regno Francie de cetero predicare presumerent. Fertur etiam precepisse, ne quis Predicatoribus aliquid conferre auderet. Illud etiam regem potissimum offendisse dicebatur[f], quod omnes scolares, qui in civitate Parisiensi[g] morabantur, exeuntes de civitate, per diversa loca se collocaverunt, et hoc in opprobrium ipsius regis. Enimvero quia hec superscripta facta eo tempore quo hec scribebamus ad nullum certum finem devenerant, aliquid ulterius scribere nequivi.

* f. 87'.

INCIPIT LIBER V.

Cap. 1. De sacerdote aput Zaberniam interfecto.

Sicut[h] nota et certa scriptis commendata legentibus et audientibus edificationem generant, ita incerta et dubia scriptoribus et auditoribus in vicium esse comprobantur. Unde et nos dubia et ignota pretermittere et certa et cognita scribere curavimus. Fuit igitur in Alsacie partibus, in episcopatu Argentinensi in opido quod Zabernia nuncupatur, quedam matrona iam quodam milite viro suo viduata, sed prole satis nobili admodum locupletata. Abebat enim quatuor filios, quorum duo militaribus sacramentis impliciti erant. Alii vero duo ad hunc honorem nondum pervenerant. Et licet ipsa matrona tali prole gauderet, tamen lascivo[i] adhuc[k] detinebatur animo. Abebat enim quendam sacerdotem, quem sibi capellanum fecerat, qui eidem matrone *inhonesta familiaritate, ut se fama habebat, inepte iungebat. Cumque ipsa fama ad aures filiorum suorum pervenisset, nimio tacti dolore, matrem suam dictam matronam ad hoc induxerunt, ut ipsum capellanum a domo sua eliminaret. Ipse vero capellanus ad alias partes secessit. Peracto itaque aliquanto tempore, cum idem capellanus infamiam illam, quae de se et de matrona illa abita fuerat, totaliter crederet esse sopitam, disposuit ipsam matronam visitare iterum, sed non in habitu quo cognosci posset[l]. Decrevit igitur indui non sacerdotalibus, sed vestimentis quarundam muliercularum, que in partibus istis Beguine, in Alimannia vero ruhęrin[2], id est penitentes, apellantur, domine sue, ut non agnosceretur, presentari voluit. Assumptis quippe dictis vestimentis, domum dicte matrone clam subintravit et in ea aliquanto tęmpore sub specie mulieris habitavit. Alie siquidem mulieres ipsius religionis domum dicte dominę intrare solebant. Inter quas una sacerdotem illum, qui eisdem vestibus erat indutus, ut diximus, subtilius intuens, cognovit, quod ipse sacerdos esset, de quo ipsa domina erat diffamata. A quo petivit, ut aliquid ab eo acciperet[l*]; capellanus vero ei inepte quod petebat denegavit. Beguina vero illa irata ad filios illius matrone accessit, et quod capellanum illum sub specie muliebri in domo matris illorum invenerat, intimavit. Qui nimia[m] verecundia commoti, domum matris cum magno strepitu intraverunt et ipsum sacerdotem tam enormiter fustibus et pugnis tuluderunt[n], ut fere spiritum exalaret. Et tandem ipsum de domo eicientes et eum per vicos intollerabiliter deducendo, etiam nasum[o] amputaverunt et ipsum extra portam ipsius opidi in colliculo quodam semivivum proiecerunt. Qui parvo tempore in ipsa mortis angustia supervivens[p], ibidem mortuus est et sepultus. Cum igitur fama referente hoc factum ad aures episcopi Argentinensis Henrici[q] pervenisset, ipse episcopus nimio dolore perculsus, ultra modum ingemuit. Et statim accersitis nuntiis, dicte matrone filios ad se vocari precepit; quos[r] ipse episcopus, licet inviti venissent, ita alloquitur: 'O viri stolidi sed stulti, quis ad hoc vos animavit, ut manum in christum Domini mittere presumeretis et ipsum interficere et inepte sepelire auderetis'? Illi vero consternati matris iniuriam et suum pudorem proponebant. Episcopus ergo interrogabat, si ille sacerdos matri ipsorum vim[s] *aliquam intulisset. Illis econtra dicentibus, si vi vel voluntate hoc factum fuisset, tamen eis ingens dedecus et pudibunda[t] fama per

* f. 88.

* f. 88'.

a) *in lacuna post suppl. c.* b) accercitos *c.* c) nessiebant *c.* d) *post add.* 1. e) precepi *corr.* precepit *c.* f) duceb. *corr.* diceb. *c.* g) Parisienci *c.* h) *alia manu pergit c.* i) lasivo *c.* k) aduc *corr.* adhuc *c.* l) poscet *c.* l*) acip. *c.* m) nimio *c.* n) tutulerunt *corr.* tuluder. *c.* o) *in loco vacuo suppl.* 2. p) vivens *in ras.* 1. q) *post add.* 2. r) quod *corr.* quos 2. s) vi *corr.* vim 2. t) pudab. *corr.* pudib. *c.*

1) Aniou. 2) Quid hoc sibi velit vocabulum, nescio. Fortasse *buzerin* amanuensis ita deformavit, ut iam Henschel, in Ducangii nova editione I, p. 638, coniecit.

eundem sacerdotem exorta fuisset et illata. Episcopo vero dicente, quod non eis iusticia defuisset, si ab eis de sacerdote illo aliquod proclamatum fuisset, presertim cum ipse in eodem opido in spiritali et materiali potiretur iusticia. Opidum quippe Zabernia sui iuris est et in episcopatu Argentinensi[a] situm. Illis igitur nichil contra respondentibus, quesivit, si pro facto illo mandato ecclesie et suo vellent obedire. Illi considerantes, quod ipse episcopus et[b] spiritalis et temporalis eorum dominus erat, et quod iudicium ipsius declinare non possent, ipsius episcopi se subdiderunt mandato. Episcopus vero eis, iuramento prestito, precepit, ut sine mora in eodem loco, ubi idem[c] sacerdos inhoneste, ut diximus, sepultus fuerat, sepulcrum honestum propriis sumptibus construerent[d] et ibidem capellam edificarent et illi capelle de suis redditibus tantum conferrent, ut presbiter aliquis in eodem loco divina in perpetuum celebrare possit; quod et factum est. Igitur episcopus fratres dictos[e] iterum ad se vocans et sagaciter de salute ipsorum tractans, ait: 'Vos, filioli, qui tam enorme factum sub iuramento vos expiaturos promisistis, ut video, mandato ecclesię satis parati estis obedire; iam satis competenter pro interfecti sacerdotis remedio aliquid actum est, de peccato tamen commisso quę vobis incumbit penitentia nulla adhuc iniuncta est; quia vobis in spiritali et temporali iusticia providere tenemur, sub iuramento ecclesie et nobis super hoc prestito districte precipimus, quatenus vos quatuor fratres pro tanto peccato diluendo transfretare et sepulcrum Domini visitare maturetis. Et inde, antequam mandatum nostrum acceperitis, ad propria non redeatis[f]'. Dicti vero fratres, quia nullam penitus aliam viam sine ingenti dispendio sui et rerum suarum invenire potuerunt, et iter adgredientes, ad transmarinas partes properaverunt; sed de reditu ipsorum nichil audivi. Considera, lector, quo zelo Dei et ecclesie et cleri ille magnus[g] episcopus dictos[h] fratres tam divites tantoque genere pollentes tam materiali quam spirituali gladio coegerit, ut ipsos non in ipsa regione, sed ad partes Orientis exulare et ibi penitere compulerit, nec sine mandato suo aliquando reversuros. Sed antequam scribendi finem dederim, de alio etiam sacerdote interfecto ab eodem episcopo prudenter vindicato legentibus indicare conabor.

Cap. 2. Item de alio sacerdote interfecto.

In Alsacie partibus, in episcopatu Argentinensi habetur quedam villa que Barra dicitur, viris honestis referta. In qua quidam sacerdos degebat iuvenis et honestus, qui in eadem villa Barra[i] deserviebat. Manebat itaque in eadem villa quidam vir, qui plus debito gule deserviebat. Erat quippe ei mos, ut, si quando adventus Domini vel quadragesima vel alii ieiuniorum dies in revolutione anni occurrerent, ipse nullo modo ieiunare volebat[k], sed adsumebat sibi duos vel tres, qui etiam gule illecebris detinebantur: tabernam intrabant et ibidem in aperto coram omnibus commessabantur usque ad ebrietatem. Cumque dictus sacerdos, qui curam illius barrochie gerebat, hanc in eo consuetudinem videret, voluit eum[l] prius inter se et ipsum solum arguere, ut a tam nefario facto abstineret, quia ipse alios secum peccare[m] faciebat et multi in eum scandalizabantur. Ipse vero econtra sacerdoti dicebat, quod ieiunare nollet, quia[n] Deus panem et vinum et cetera cibaria fecerat, ut homines eis, ut vellent, uterentur. Cum igitur sacerdos eum sepius super hoc ammonuisset, nec ammonicionem suam aliquid videret proficere, ad ecclesiam ipsum vocare decrevit, ut in facie ecclesie de commisso illius a parrochianis iudicaretur. Ille vero ad ecclesiam veniens, nichil excusationis pretendit, sed dicebat, se velle uti bonis sibi a Deo collatis, quando vellet et quomodo vellet et ubi. Quod cum milites et alii viri prudentes, quibus tunc ecclesia referta erat, hec verba ab eo audissent, eum arguebant, quod tam inepta verba in facie ecclesie proferre auderet. Sacerdos igitur eidem viro precepit, ut mandato ecclesie stare deberet; et eum semel, secundo et tercio diligenter ammonens, cum videret, quod nichil proficeret, secundum morem ecclesie ut inobedientem excommunicavit et eum ab ecclesia exire compulit. Contigit deinde non multum post temporis[o], in vigilia scilicet apostolorum Symonis et Iude, sacerdotem ad ecclesiam pergere, ut ibi divina perageret. Erat autem prope ecclesiam[p] taberna sita, ubi ille excommunicatus cum quibusdam complicibus[q] suis in introitu cellarii illius taberne manducans et bibens, et de sentencia in illum lata inter se conferebant. Cumque sacerdos per ipsum locum transisset et in cimiterium introisset, quidam illorum qui cum illo excommunicato commessabantur improperabat illi, quare sentenciam in ipsum datam in sacerdotem non vindicaret. Excommunicatus vero circumspiciens dixit, se non habere armaturam pre manibus, qua[r] sacerdotem molestare posset. Cui unus ex illis diabolico veneno *inflammatus dixit: 'Accipe telum meum, quod ad hoc perobtimum est'. Excommunicatus vero ille accipiens telum, concito cursu[s] ad sacerdotem venit. Et antequam sacerdos illum venientem percepisset, miser ille sacerdotem telo perfodit. Sacerdos vero senciens se intollerabiliter vulneratum, manu telum tenuit. Et cum videret percussor, quod telum ad se nequiret retraherę, ut iterum feriret, dimisso[t] telo, cultellum acutum[u], quo erat accintus, de vagina extrahens, sacerdotem etiam[v] miserabiliter vulneravit, quousque ad terram cadens mortuus putaretur. Miser ille sacrilegus omicida a loco et villa discedens[w], non comparuit. Sacerdotes igitur circumadiacentes hoc factum audientes, accurrerunt, et adhuc eum palpitantem invenientes, corporis et sanguinis Domini sacramentis eius exitum munierunt. Qui, accepto sacramento, non multum post[x] vere martir celo spiritum reddidit et in eadem ecclesia in qua deserviebat tumulatus est. Quidam enim cognatorum suorum qui aderant tunicam ipsius sacerdotis telo et cultro[y] pluribus in locis perforatam[z]

*f. 89'.

a) Argentinensis *c.* b) *e corr. c.* c) *post add. c.* d) obstr. *corr.* constr. 2. e) dictis *corr.* dictos 2. f) tis *e corr.* 2. g) magna *spatio vacuo relicto, corr.* magnus 2. h) s *e corr.* 2. i) Barron (?) loci, *deletis littera* n *et vocabulo* loci 2. k) nolebat? *c.* l) e. p. i. *in ras.* 1. m) re faciebat *in ras.* 2. n) *e corr.* 2. o) is *e corr. c.* p) *in ras.* 1. q) compl. *c.* r) qui *corr.* qua 2. s) currsu *corr.* cursu *c.* t) dimiso *c.* u) accutum *c.* v) *deletum videtur c.* w) dissed. *c.* x) *in loco vacuo suppl.* 2. y) ro *e corr.* 2. z) perforatum *corr.* perforatam 2.

1258.

et ipsius sanguine infusam sibi reservant, arbitrantes debere eam episcopo Argentinensi monstrare. Quod et factum est. Nam in crastino animarum[1] synodus omni anno Argentine celebratur. Ad quam illi cum tunica sacerdotis venientes, in qua ipse episcopus cum canonicis[a] suis et sacerdotibus et clero multo militibusque et aliis plurimis viris residebat. Silencio igitur facto, illi cum tunica extensa perforata et sanguinolenta flebilibus vocibus hunc versum, episcopum intuentes[b], decantabant: *Vide, si tunica filii tui sit, an non?* (Gen. 37, 32 sq.) Quibus episcopus perfusus[c] lacrimis: *Tunica filii mei Ioseph*[d] *hec est.* Et statim omnes qui aderant cum ingenti clamore et gemitu responsum subiungentes cantaverunt: *Videns Iacob vestimenta filii sui Ioseph ait: 'Fera pessima devoravit meum filium Ioseph'.* Quantum ibi lacrimarum effusum est, quantus dolor et timor omnes qui presentes erant invaserit[e], vix lingua[f] aliqua edocere posset. Facto tamen quoquo modo silencio, episcopus clero hinc ita loquitur: 'Fratres mei dilectissimi, iam diabolus peciit nos, ut temptaret et cribraret sicut triticum, ut de morte fratris nostri dolentes et timentes et scandalizatos nos redderet. Nos vero in deitate Dei patris spem fiduciamque habentes, qui 'non permittit vos temptari super id quod potestis, sed dabit cum[g] temptatione proventum, ut possitis sustinere', (1 Cor. 10,13) cum ipsius *adiutorio (*f. 90.) disponamus, quomodo in perpetuum hoc factum cum vindicta sua ad posteros transmittatur. Decernimus quippe, ut ille actor sceleris[h] a gremio sancte atque catholice ecclesie cum complicibus[i] et fauctoribus suis excommunicetur[k], exclusus separetur et cum Iuda traditore eternalibus penis, nisi satisfecerit[l], obnoxius sine fine teneatur. Matricem vero illam ecclesiam, infra cuius atrium ille dilectus noster sacerdos, qui pro iusticia[l*] usque ad mortem persecucionem passus est, honore suo privamus[m], ita ut honor[m*] pariter et nomen matricis ecclesie ad capellam suam Berchem transferantur, nec in ipsa ecclesia divina de cetero celebrentur, excepto quod ob reverentiam illius felicissimi sacerdotis, qui pro iusticia occubuit et ibidem[n] sepultus est, a plebano de Berchehm procuretur, ut ibi divina ter in ebdomada celebrentur'. Consideret itaque quilibet, quo[o] zelo idem episcopus duceretur, cum illum de quo prius diximus sacerdotem viriliter vindicavit et pro isto ita discrete de honore illius matricis[p] ecclesie et nominę ordinaverit et utrique sacerdoti, licet meritis impares esse videantur, officia divina pro animarum ipsorum remedio[q] annuatim celebrare constituerit. Acta sunt hec tempore[r] illo quo annus Domini volvebatur 1258.*

Cap. 3. De clerico a milite captivato et ab episcopo Henrico clementer liberato.

Quia[s] de venerabilis episcopi Argentinensis[t] Henrici factis quedam nostro libello adnotare curavimus, tamen adhuc unum dignum memoria legentibus aperire[u] maturabimus. Erat quidam clericus in dicto episcopatu Argentinensi[v], qui quendam nobilem virum eiusdem diocesis, qui super quibusdam rebus ei iniuriabatur, trahebat in causam et ipsum militem in ecclesiastico foro valde molestabat et eum multipliciter ad iudicium trahendo satis eum vexabat. Quod idem nobilis vir valde moleste ferebat, sed nesciebat, quomodo hoc in ipsum clericum vindicare posset. Qui diu ita vexatus[w] animo torquebatur et inter multimodas cogitationes animo fluctuabat. Cum igitur diu hac[x] et illac excogitasset, tandem corde audaciam concipiens, ipsum clericum inmisericorditer molestare disposuit. Tandem oportunitate accepta, accersitis secum sociis, armata manu inimicum sibi clericum hac[y] et illac queritat. Tandem clericus invenitur, ceditur, spoliatur et vinctus ab ipso milite deducitur. Sed quia idem miles dictum clericum captivum in ipso episcopatu Argentinensi detinere non audebat, ad quosdam amicos suos *in episcopatu Basiliensi[z] (*f. 90'.) longe manentes ipsum clericum vinctum captivum custodiendum deduxit, quatinus in vinculis offensas et vexationes, quas ei intulerat, miserabiliter lueret. Sed quia Deus ipsius militis maliciam et famuli sui, scilicet clerici dicti, captivitatem diucius occultari noluit, fama, quę velocior est vento, hoc enormę factum illius venerabilis episcopi Argentinensis auribus innotescere maturavit. Cum igitur idem episcopus seriem rei audivisset[a], accersito[b] notario, dicto militi[c] scripsit, ut clericum suum, quem male tractaverat, cum universis rebus ablatis ipsi episcopo restitueret et de iniuria tam presumptuose illata ad ipsius episcopi presenciam veniendo satisfaceret et condignas[d] penas de tam enormi facto merito reportaret. Perlectis igitur miles episcopi litteris, nimio terrore perterritus, non est ausus[e] ad

*) *Dach. et cod. Nanc. add.*. Hec sunt acta ut supra sub episcopo Henrico de Strahelerb[f] antiqui Suevie comitatus tertio[g]. Sub eodem Predicatores fuerunt fundati subterraneo fundamento ab Argentinensibus canonicis; in quo fundamento primarium lapidem ipse Henricus episcopus[h], et sub eo Henrico sunt recepti Predicatores intra menia urbis Argentinensis in locum quem hodie habitant; quibus[i] dederunt locum monasterii in domibus Fridericus et Havalo prepositus, Uldaricus de Thalmasigen et Iohannes de Alba, uterque canonicus Argentinensis.

a) canicis *corr.* canonicis *c.* b) intuenentes *corr.* intuentes *c.* c) perfuso *c.* d) Iosehf *hoc loco c.* e) evas. *c.* f) linguam *corr.* lingua *c.* g) 9 *c.* h) celeris *c.* i) cumpl. *c.* k) excommunicatur *corr.* excommunicetur *c.* l) satisfecerint *corr.* satisfecerit *c.* l*) *supple:* occubuit. m) privamur *c.* m*) honorem *c.* n) ibi *corr.* ibidem 2. o) qui *corr.* quo 2. p) m. e. *in ras.* 1. q) remedia *corr.* remedio *c.* r) t. i. *e corr. c.* s) *alia pergit manu c.* t) Argentinis *corr.* Argentinensis 2. u) apperire *c.* v) Arget. *c.* w) vexatur *c.* x) ac at i. *c.* y) ac *c.* z) Basilienci *c.* a) audi vovisset *corr.* audivisset *c.* b) accercito *corr.* accersito *c.* c) milite *corr.* militi 2. d) cum dignas *c.* e) venire *del. c.* f) *lege:* Strahelech. g) tertii *ed.* h) *hic deest* posuit. DACH. i) qui *ed.*

1) Id est diei 2. Novemb., in quo ecclesia preces fundit pro fidelibus vita functis. DACH.

presenciam episcopi, ut preceperat, accedere. Sed nec accessit, nec ipsum clericum, ut ei iniunctum fuerat, episcopo restituit. Episcopus siquidem memorandus, cum audisset scripta[a] sua in hoc facto nichil prodesse, cogitavit, quod, si ipse dictum militem in foro ecclesiastico conveniret, ille captivus clericus in vinculis diu torqueretur, et ob hoc ei salubriori succursu moras prevenire decrevit. Adunato siquidem non modico pugnatorum excercitu, dimisso foro[b] ecclesiastico, materiali mucrone ad voluntatem suam maturandam uti voluit velociori. Vertens siquidem ad domum militis gradum cum excercitu suo, cum adhuc non longe esset, militum suorum usus consilio, misit ad dictum militem, mandans et precipiens, ut ei clericum suum restitueret et de tam pessimo facto ad ipsum veniret satisfacturus, alioquin[c] ipsum militem digna captivitatis pena multaret[d] et universa sua ubicumque inventa inmisericorditer diriperet. Quo audito, dictus miles cum magno timore episcopo se velociter[e] presentavit et ipsum clericum et sibi ablata restituit et causam ipsam, pro qua idem clericus captivatus fuerat, in manus ipsius episcopi resignavit, et quod ipsi episcopo iuxta formam ecclesie satisfaceret et obediret, securitatem, quam episcopus dictavit, coram omnibus affirmavit. Si quidem quis velit huius facta episcopi diligenter perscrutari, statim invenire poterit, quo spiritu ducebatur, qui tam celeriter[f] inimicos sancte ecclesie et cleri cum tanta discrecione Deo satisfacere compelleret[g], cum ita aspere illos duos sacerdotes, de quibus superius men- *f. 91. tionem fecimus, satis aperte vindicaverit *et pro solo clerico et armatos adunaverit et militem illum, qui ipsum clericum captivaverat, non quasi episcopus, sed quasi princeps milicie ad satisfactionem condignam compulerit. Sed de ipso episcopo, cum alia plurima memorie digna opera scribi possint, hec dicta sufficiant.

Cap. 4. **De rustico qui Deum fallere voluit et pecuniam suam perdidit.**

Cum divina potencia orbem terrarum diversis calamitatibus obprimat et pro peccatis hominum homines corripiat et admoneat, pauci tamen sunt, qui hec sibi provenire pro correctione[h] peccatorum estiment[i], sed nunc inequalitatem aeris, nunc intemperantiam maris, nunc sterilitatem terre, nunc inundantiam pluviarum, nunc ventorum violentiam, nunc solis ardorem culpare solent, non[k] considerantes, omnia elementa divine potestati esse subiecta, cum ipsa bona vel mala sine iudicio Dei mundo inferri minime valeant. Sed quia peccatis exigentibus universe pestilentie mundo evenerunt, iram Dei pro commissis nostris nos vexare dubium non est, sicut in subsequentibus invenire quis poterit, si lectioni intellectum apponere[l] voluerit. Contigit anno ab incarnatione Filii[m] Dei 1258, in inicio anni illius tanta bestiarum, scilicet boum et vaccarum, in circumadiacentibus[n] regionibus mortalitatis cursum[o] desevisse[p], ut nullus hominum assereret[q], tam generalem tamque sevissimam in terris nunc aliquando apparuisse[r]; in bobus equidem et vaccis quedam ulcera sub lingua tam seva apparebant[r], ut, licet pingues viderentur, et tamen crasse, subito moriebantur. Et mirum dictu, cum boves ad aliquem laborem curribus vel aratris iungebantur sani et incolumes, tamen in ipso itinere sub iugo expirabant. Nec tamen talis pestilentia eo anno cessavit[s], sed duobus annis continuis totam terram bobus et vaccis fere vacuam reddidit. Unde quidam iram Dei se posse fugere credentes, cum viderent vicinas villas illa miseria vastari, boves et vaccas suas, quas adhuc sanas habebant, vel ad interiora nemorum vel ad loca solitaria deducebant. Sed nec Deum intencio illorum vel ars latere poterat, sed universe bestie que ad supradicta loca causa refugii deducte[s*] erant cicius aliis peribant. Et quid dicam de illius miserrima[t] intemperantia[u] anni, cum nullus viventium talem aliquo[v] anno recogitet evenisse? Sed quia, ut supra diximus, iram Dei nullum effugere posse et ipsius verbera evitare, unum dictu mirabile exemplum huic scripto annectere volo. Quo- *f. 91'. dam sacerdote *fide digno narrante cognovi[w], quod quidam vir erat in Alsacie partibus, qui ea tempestate, quam supra notavimus, multum in bobus et[x] vaccis locuplex erat. Cum videret sibi circumadiacentes ipsa mortalitate[y] peccorum miserabiliter affligi, cogitabat, si, antequam pestilencia illa ad se usque deveniret, quoquo modo flagella divina dicte cladis declinare posset. Assumpsit quippe universos boves et vaccas, quas habere poterat, et ad forum deducens, vendidit, et pecuniam inde acceptam[z] in saculo reposuit, dicens: 'Certe mortalitas illa pecudes istas[a] de cetero michi auferre[b] non poterit'. Et domum revertens, cogitabat, quid de peccunia illa emere possit, quod ei calamitas illa bestiarum demere nequiret. Tandem in hoc consensit, quod inde vinum emeret, quod mors aliqua non interficeret. Quid plura? Saculum cum pecunia accepit, navim ascendit[c], volens ad locum venire ubi vinum emere posset. Sed cum aliquandiu navigasset, homo ille, qui preterita nocte vigilaverat cogitando quid de peccunia sua ageret, somno[d] lapsus obdormivit. Cum statim vidit somnium valde terribile. Putabat enim, quoddam

a) scrita *corr.* scripta *c.* b) segniori e. gladii *corr.* foro e. 2. c) alioquim *c.* d) militaret *corr.* multaret *c.* e) veloter *corr.* velōter *c.* f) scel. *c.* g) cump. *c.* h) correptione *superscr. littera* c *c.* i) extiment *c.* k) nunc *corr.* non *c.* l) aponere *c.* m) fili *c.* n) circumaiacentibus *c.* o) sevissime abstinentiam *corr.* cursum *c.* p) *e corr. c.* q) acsereret *corr.* assereret 2. r) apar. *c.* s) sessavit *corr.* cessavit *c.* s*) deducta *c.* t) micerrima *corr.* miserrima 2. u) intemperanti *corr.* intemperantia 2. v) aliquando *corr.* aliquo *c.* w) connovi *c.* x) in *del. c.* y) li *in ras. c.* z) abc. *c.* a) ista *corr.* istas 2. b) aufere *c.* c) assendit *c.* d) o *e corr.* 2

reptile, quod rana vel bufo vocatur, in sinum suum[a] intrasse et mamillam suam tam fortiter morderet, ut vix dolorem illum sustinere posset. Et cum ita diu torqueretur, nec sopor, qui eum obpresserat, ad plenum evigilare[b] permitteret, tamen dolore nimio tactus, semivigilans manum in sinum misit et reptile illud, quo se putabat ita torqueri, volens de mamilla sua eripere et a se proicere, credens se bufonem[c] 5 tenere, tenuit saculum cum pecunia, quem ante in sinum miserat, et de sinu extrahens, ultra oram navis saculum ipsum cum pecunia in aqua proiecit. Qui saculus pecunia ponderosus ad fundum aque devenit nec ultra visus est. Homo vero ille ex toto evigilans mirabatur, quid ei evenisset, et mittens manum in sinum, volens scire[d], si bufo ille eum aliquantum lesisset, senciensque mamillam, nichil invenit lesionis. Sed cum sentiret, si saculum suum cum pecunia inveniret, non invenit, et statim cognovit, quod pro 10 bufone saculum cum pecunia in aqua proiecisset. Et ad se reversus cepit clamare, dicens: 'O me miserum, quare volui obviare voluntati divine, quare iudicia eius et flagella declinare volebam, cum nemo sit, qui me de manu sua possit eruere? O me infelicem, cum ingenio meo, non confidens in eo, totum volui salvare, *quod habebam, totum perdidi quod sine ipso salvare putabam! Ergo infelix homo est, qui non iactat cogitatum suum in Domino et qui ponit carnem brachium suum'. Et cum hec et[e] alia conquerendo 15 diceret, videns se nichil proficere, mestus et dolens reversus est ad propria[f]. Ex[g] quo cognoscere[h] possumus, quia Deus ubique est et omnia perspicit, dicente propheta: *Si ascendero in celum, tu illic es; si descendero ad infernum, ades.* Ibi liquido David ostendit, quod nemo manus potestatis divine, qui etiam abscondita[i] cordium novit, effugere potest[k].

*f. 92. — cf. Ier. 17, 5 — Ps. 138, 8

Cap. 5. De inmaturitate vindemie et congelatione.

20 Quid igitur dicam de fructibus illius anni, cum tanta eiusdem anni intemperies extiterit, ut vix calor solis etiam terram aliquantulum[l] tangere posset, ut fruges illius anni ad aliquam maturitatem parum aut nichil devenire possent[m]? Nam tanta nubium densitas per totam illam estatem celum obduxerat, ut, si estas vel auctumnus esset, vix aliquis cognoscere posset. Nam fenum illius anni vi pluviarum indesinenter infusum exsiccari non valuit, quia 25 solis calorem pre densitate nubium habere nequibat. Messis vero tanta intemperantia aeris eodem anno retardata est, ut nullo modo tempore suo colligi posset, sed usque ad Septembrem prorogata est, ita ut etiam in spicis segetum ipsa grana germinarent, quia ita seges illa humida[n] in horreis collocata ex maiore parte sui computruit. Et quid dicam de illa odibili vindemia illius anni, cum nemo de ipsa aliquid boni[o] referre queat, nec etiam in scripturis ali-30 quit tale inveniri valeat? Quid miserius dictu, quam quod in tota illa estate solum racemi granum ad vescendum gratum inveniri non[p] potuerit? Sed tota vindemia illa in festo sancti Remigii, circa quod festum vindemia grata et maturata haberi solet, ita[q] dura inventa est, ut etiam duriciam calculorum imitari diceretur. Quid facerent vindemiatores? colligerent vindemiam suam, que in se ipsa[r] nullum habebat maturitatis humorem? Veruntamen cum in tali dubio 35 homines de colligenda[s] vindemia ita hesitarent, ut infelicitas illius anni usque ad finem perduceretur, ipsi coloni vindemiarum spe quadam vindemiare distulerunt. Nam quedam serenitas apparuisse cognoscitur, que vindemiam ipsam aliquantulum maturiorem reddere deberet. Cum subito circa terciam *ebdomadam Octobris[t] borea flante tantum gelu inhorruit, ut tota vindemia in una glacie congelaretur. Nec tantum in regione ista, sed etiam in longe positis 40 et remotis partibus mundi hoc infortunium fertur contigisse[u]. Sed quid de hac miserabili vindemia evenerit, tacere non possumus. Nam cum viderent cultores vinearum vineas ipsas cum botris suis esse congelatas et cottidie vi frigoris ad maiorem duriciam perduci, spe maturitatis fraudati, ipsam vindemiam cogitaverunt colligere. Et ita collectam in saccis ad domicilia sua deportabant, et quomodo poterant in stupis vel in aliquibus locis calidis 45 ipsos racemos degelabant et ita in torculari quantum poterant liquoris[v] exprimebant et in vasis collocabant. Sed unum interfuit, quod vindemia illa eo anno bene defecata[w] est, sed vinum illum potatum quandam amaritudinem et duriciam preferebat. Sed mirum dictu, in vasis ita maturescere cepit, ut, cum ad estatem pervenit, abilius potari poterat. Sed adhuc infelicitas illius anni non desinit esse; nam in hortis, ut breviter loquar, aliqua olera semi-50 nata non creverunt, pira, poma ad grossitudinem solitam non pervenerunt neque saporem, quem aliis annis reddere solebant, non habebant. Ita annus[x] ille per totum sui spacium ex omni parte miserabilem habuit decursum. Sed tamen pestilentia pecorum ipso anno finiente non finivit, sed per totum sequentem annum regiones plurimas bobus et vaccis

1258. — *f. 92'.

a) *add.* 2. b) *vocabulum* (non?) *erasum c.* c) bufunem *c.* d) cire *corr.* sire *c.* e) *post add.* 2. f) patria 55 *corr.* propria *c.* g) Et *corr.* Ex 2. h) cognocere *c.* i) ascondita *c.* k) novit effug. potest *add.* 2. l) cum aliquatule me *corr.* aliquantulum *c.* m) posset *corr.* possent 2. n) hu *spatio vacuo relicto c.* o) bo *e corr. c.* p) *add.* 2. q) *alio atramento pergit c.* r) ipsam *c.* s) h. recoll. *c.* t) Ohtobris *c.* u) cognosce *corr.* contigisse *c.* v) licoris *c.* w) deterata *corr.* defecata *c.* x) a. i. *in loco vacuo suppl.* 2.

penitus vacuavit. Sed sequens annus tam temperatus et fertilis extitit, ut adeo bonis habundaret, ut iam nemo preteriti anni inordinationis non reminisceretur. Unde quilibet cognoscere potest, quod non obliviscitur misereri Deus et non continet in ira misericordias suas, sed cum iratus castigat, sicut pater filiorum miseretur[a] et parcit.

Cap. 6. De conflictu inter ecclesiam Senoniensem et dominum Henricum de Salmis.

Anno[b] Domini 1251, tempore Iacobi Mettensis episcopi donnus Balduinus et conventus Senoniensis convenerunt dominum Henricum dictum de Salmis coram dicto episcopo super iniuriis quas inferebat[c] ecclesie Senoniensi. Ille vero volens declinare iudicium, dixit, quod ipse vel predecessores sui pro ipso episcopo vel predecessoribus eius nichil umquam defecerant. Et ita a iudicio discessum est. Dictus igitur H[enricus] dominus de Salmis tali excepcione fultus, multas et graves ecclesie Senoniensi intulit iniurias. Habebat enim quendam fratrem, quem pater eius in partibus *Burgundie[d] de quadam muliere fertur genuisse, qui ad omnia mala et actus perversos valde exerciciosus erat. Idem quibus poterat machinacionibus ecclesiam Senoniensem sedulo obprimebat. Unde donnus B[alduinus] abbas ipsi episcopo Iacobo dictas molestaciones quoactus est sepius intimare. Quapropter[e] idem episcopus cuidam preposito suo Terrico nomine per litteras suas patentes districte precepit, ut, quociens querimonia abbatis Senoniensis ad ipsum perveniret, tociens de rebus ipsius domini de Salmis acciperet, si gratiam ipsius episcopi vellet retinere; quod et ipse prepositus facere studuit. Sed de his omnibus in utilitatem ecclesie Senoniensis nichil devenit.

*f. 93.

Cap. 7. Quod dominus Henricus de Salmis Friderico iuniori duci Lothoringie alodium suum Morbanges vendidit.

Igitur cum hec ita se haberent, contigit dominum de Salmis magnis[f] debitis detineri. Et cum non haberet unde redderet, necessitate coactus Friderico duci Lothoringie[g] iuniori castrum suum Morehanges dictum pro septingentis libris Mettensium[h] vendidit; quod alodium suum prius erat, et hoc ab eodem duce in feodo recepit, ut, si quando ipsi duci necessitas occurreret, dictum castrum absque ulla contradiccione redderetur[1]. Quod cum[i] episcopus[k] Metensis audisset[l], maiori extunc indignatione exarsit contra ipsum de Salmis dominum, et extunc cepit eum durius inpellere. Contigit preterea dominum de Salmis penes Morehanges fontem salinarem reperisse[m], in quo edificando multas expendit pecunias. Et licet ab episcopo prohibitus fuisset, tamen ad conficiendum sal ille fons nichil valuit. Sed nec debitorum pondere nec expensarum dicti fontis perditarum castigatus, ad deteriora spirans, ecclesiam Senoniensem quomodo poterat molestare non cessabat. Nam consilio Renaldi supradicti, qui et ballivus ipsius domini de Salmis tunc temporis erat, in quodam monte in[n] possessione ecclesie Senoniensis sito iusta Grandem-fontanam fabricam[o] ad ferrum conficiendum fieri iussit[2]. Nam ibidem lapides[p] reperiuntur de quibus fit ferrum, quos vulgo minam ferream apellant. Abbas vero cum[i] hoc comperisset[q], statim episcopo Metensi indicare maturavit, *dicens, quod dominus de Salmis fundum ecclesie sue invaserat, sicut predictum est, quod antea nullus predecessorum suorum fecerat. Episcopus vero iratus precepit preposito supradicto, sine mora penitus destrueret; quod et factum est. Nam ipse prepositus non tantum fabricas[r] ipsas delevit, sed universa utensilia fabrorum et ferrum quod fecerant secum asportavit. Et sic dominus de Salmis vivente episcopo Iacobo in fabricis illis non est ausus quicquam operari. Attamen in quibus poterat ecclesiam Senoniensem cottidie non cessabat molestare[3].

*f. 93'.

Cap. 8. De eo quod idem Henricus de Salmis indigentia ductus episcopo Iacobo Metensi duo castella sua, Pirrepercie scilicet et Salmis, vendidit.

Igitur cum hec ita fierent, videns dominus de Salmis sese triplici modo intolerabiliter vexari: primo quia episcopi Metensis iram sibi senciebat plus solito incessanter imminere, secundo quod a creditoribus suis tediabiliter urgebatur, tercio quia facultas non suppetebat,

a) *bis scriptum c.* b) *alia manu perg. c.* c) inferebas *c.* d) Burdie *corr.* Burgundie 2. e) Qua proter *c.* f) mannis *corr.* magnis *c.* g) h *superscr.* 1. h) Mettencium *c.* i) cō *c.* k) *bis scriptum, sed alterum del. c.* l) audiset *c.* m) reperise *c.* n) possione *corr.* in possessione 1. o) frabricam *c.* p) l. ibi *c.* q) comperiset *c.* r) frabricas *corr.* fabricas *c.*

1) V. supra IV, 32. 2) Locus teste Calmetó post Framont (i. e. ferratus mons) dicebatur. 3) V. supra l. l.

qua posset et domini sui episcopi iram mitigare et creditoribus suis satisfaceret et egestatem suam relevaret; cum[a] igitur idem dominus de Salmis tot affliccionibus quateretur nec aliquam evadendi viam reperire posset, consideravit, sibi duo tantum castella[b] superesse, Pierepercie scilicet, quod alodium esse ferebatur, et aliut castellum Salmis dictum, quod comes Henricus de Albo-monte, avus istius Henrici de Salmis, in fundo ecclesie construcxit, de quibus angustias suas se credidit posse mitigare. Adiit siquidem dictum episcopum Metensem et ei ipsa castella vendidit eodem tenore quo et Morehanges duci Lotharingie[c] antea vendiderat[d]. Episcopus autem, acceptis[e] secum viris discretis, ad utrumque castellum accessit et ibi pernoctavit[f] et custodes turrium et portarios portarum instituit, et super his omnibus privilegia confecta ad episcopium[g] suum reportavit. Et ita episcopus domino de Salmis extunc micior[h] fuit. Sed tamen reparandi fabricas ferreas licenciam non accepit. Sed de die in diem nunc huc, nunc illuc, nunc coram ipso episcopo, nunc coram consiliariis episcopi, ad pacem componendam nos invitabat. Et cum nos pluries de loco ad locum pertraxisset[i], nichil tamen de pace fuit ordinatum. Et cum inter *dominum de Salmis[k] et B[alduinum] abbatem et conventum Senoniensem fere per quatuordecim annos ita fuisset decertatum, nec ipsum certamen peccatis nostris exigentibus ad nullum finem devenisset[l], omnipotens Redditor delicta nostra durius ferire voluit. Nam permittente Deo dominus de Salmis tam crudeliter opprimere non timuit, ut crederes, eum esse Narbuzadam principem cocorum regis Babilonis, qui muros Ierusalem destruxit, sicut postea plenius exponemus.

*f 94. — cf 4 Reg. 25, 10.

Cap. 9. De demissione sacrarum ymaginum, et de proclamatione que cottidie fiebat pro domino de Salmis et fautoribus eius.

Cum igitur dominus de Salmis ecclesiam nostram Senoniensem tam miserabiliter affligeret, nec ipsa aliquem verum haberet defensorem, habito venerabilis patris Gillonis episcopi Tullensis et aliorum prudentum virorum consilio, cum magno[m] fletu et altis suspiriis[n] sacratissimas[o] imagines Redemtoris nostri et etiam beatissimi[p] Simeonis confessoris[q], septimi a beato Clemente Mettensis episcopi, multis in miraculis decorati[r], de locis suis ad terram super spinas deposuimus, cum lacrimis ad Dominum clamantes et dicentes: 'Sustinuimus pacem, et non venit; quesivimus bona, et ecce turbacio. Cognovimus, Domine, peccata nostra, ne in eternum irascaris nobis, Deus Israhel'. Deinde quia privilegia apostolicorum virorum Romanorum pontificum omnes malefactores ecclesie nostre excommunicant et a gremio sancte ecclesie separant et a communione sacratissimi corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi alienant et in die districti[s] examinis divine ulcioni[t] subiciunt, ita et nos dominum de Salmis et omnes fautores suos singulis dominicis diebus et festivis in facie ecclesie ipsas sentencias manifestabamus incurrisse. Ac demum ad maiorem missam ante *Agnus Dei* omnes pariter genua flectentes, a diacono cottidie ante altare proclamacio illa in spiritu humilitatis recitabatur; in qua ipse H[enricus] dominus de Salmis cum adiutoribus[t'] suis aperte nominabatur. Qua finita, chorus responsorium *Aspice Domine* cum versu decantabat. Deinde omnes prostrati psalmum **Deus misereatur nostri, kirieleyson*, et *Pater noster* devote dicebant. Presbiter vero qui missam celebrabat flexis genibus ante corpus et sanguinem Domini subiungebat deinde versum *Exurgat Deus* et collectam *Ecclesie tue preces* vel aliam tempori tribulacionis competentem; deinde missa finiebatur; nec adhuc propter hoc dominus de Salmis cum suo Renaldo a lesione nostra cessabat.

cf Ier. 14, 19 20. — *f 94'.

Cap. 10. De morte Iacobi Metensis episcopi.

1260. Enimvero quia nondum tempus miserendi nostri advenerat, ut nobis clarius[u] patesceret[v], quia melius est confidere in Domino quam confidere in homine (Ps 117, 8), et quia maledictus est qui ponit carnem brachium suum (cf Ier 17, 5), dicto cicius auxilium episcopi Iacobi nobis extimplo subtractum[w] est. Et quia in ipso episcopo plurimum confidebamus, experti sumus plane, quia bonum est sperare in Domino quam sperare in principibus[x] (Ps 117, 9). Nam cum nos speraremus de manibus domini de Salmis ab ipso liberari, ipse episcopus decidit in lectum, et fluxu ventris ingravescente[y], mortuus est, et nos ita spe adiutorii fraudati sumus[z]. Cum[a] igitur canonici Metenses mortem episcopi sui percepissent[b],

a) Com *c.* b) castalla *corr.* castella *c.* c) Lathar. *c.* d) vendidirat *c.* e) accettis *c.* f) pernot. *c.* g) episscopium *c.* h) *fortasse* amicior *c.* i) pertraxiset *c.* k) a *e corr.* 1. l) deveniset *c.* m) manno *c.* n) susspiriis *c.* o) sacratisimas *c.* p) beatisimi *c. et similiter semper fere.* q) conffessoris *corr.* confess. 2. r) decoratis *c.* s) diffricti *c.* t) ulcionis *c.* t') aiut. *c.* u) a *e corr.* 1. v) patesseret *c.* w) suptr. *c.* x) princibus *c.* y) ingravessente *c.* z) u *superscr.* 1. a) Con *c.* b) percepicent *c.*

1260. tulerunt corpus eius et sepelierunt illud ante quoddam altare in ecclesia beati prothomartiris Stefani. Sed quia de mortis[a] eius vilitate vel paupertate diucius loqui pudet, breviter tamen dico, quod, qui in vita sua cuntos in potestate sua positos, clericos, monachos, laicos, rebus propriis spoliaverat, ipse in morte sua ita spoliatus inventus est, ut circa eum vix inveniri potuisset, ut audivi, quo corpus eius valeret cooperiri. Quedam tamen de ipso episcopo, 5 dum adhuc viveret, laudabilia facta referuntur. Precepit siquidem, ut omnes captivi tempore suo detenti laxarentur. Et rapinam salis, non quod rapuerat[b], sed quod secum ferre non poterat, reddi iussit. Et de reddicione ipsa privilegia conscribi fecit, que parvo tempore valuerunt, sicut in subsequentibus[c] clarius patebit. Cum igitur dominus de Salmis mortem[d] episcopi comperisset, credidit, se posse monasterium nostrum et res eius sue sub- 10 *f. 95 icere potestati; cepit nos *et res nostras durius inpugnare. Accersito quippe suo Renaldo cum quibusdam aliis, misit eos ad nos. Et convocatis fratribus, sic ait: 'Dominus meus me misit ad vos[e], ut, si vos vultis, ipse proteget vos contra omnes; et super hoc habeatis consilium'. Nos vero intrantes capitulum, et alia pro aliis reddebamus. Quidam nostrum dicebant, quia abbas non erat presens, bene poteramus hanc proteccionem[f] ad tempus 15 acceptare, si[g] abbati placeret. Alii[h] vero non acceptaverunt. Et ita quod nobis bonum erat recusavimus; quod postea vere sensimus. Milites vero illi indignanter recedentes, abbaciam ipsam et omnes grangias nostras saxiverunt. Canonici[i] vero Mettenses convenientes, ut episcopum eligerent; sed non sunt concordati, licet sepius ad eligendum convenirent, quia comes Barrensis, ut ferebatur, eorum inpediebat eleccionem. Tandem convenientes, duos 20 elegerunt. Pars vero elegit quendam Philipum qui dicebatur de Florehanges, qui et cognatus[k] ducis Lotaringie erat et prepositus Sancti Deodati et tessaurarius Mettensis. Altera[l] autem pars[m] elegit quendam concanonicum[n] suum Teobaldum[o] nomine de Porcellis, divitem nimis, sed grossum et gravem corpore. Inter quos diu de episcopatu[p] litigatum est. Dominus quippe de Salmis, cum videret sibi tempus malefaciendi arridere, fabricas, que prius fracte fuerant, 25 instauravit, et nemora nostra ad prunas conficiendas incidi fecit et fabros ad ferrum faciendum ibidem instituit. Econtra conventus noster supradictas excommunicationes[q] et proclamaciones in ipsum dominum de Salmis et in quoadiutores suos non cessabat promulgare. Quod ipse dominus de Salmis ultra modum egre tulit. Et mittens satellites suos cum suo Renaldo armatos, et tulerunt omnes res nostras quas invenerunt, equos, boves, 30 oves, vaccas et porcos, et ea quo voluerunt deduxerunt. Similiter et in grangiis nostris idem[r] fecerunt. Sed et eadem die cellam nostram in Bruscha-valle et domum nostram *f. 95'. Anselmi-villare idem tirannus eadem die omnibus bonis spoliari iussit. *Et hoc factum est 1261. Febr. 19. sabbato[s] proximo ante septuagesimam. Sed cum crederemus eis sufficere quod fecerant, cum[t] mane facto idem Renaldus cum complicibus suis venientes, invenerunt portas et hostia 35 claustri clausa. Et petentes se intromitti, non est eis concessum. Sed scalis muro applicantes, transierunt. Et descendentes ante cameram abbatis, claustrum intraverunt. Et tollentes sibi claves ecclesie et claustri et cellarii, universam monasterii suppellectilem potestati sue subdiderunt. Deinde accersitis curribus, pulvinaria, ollas hereas[u] et patellas coquine, omnia que in elemosinam pauperibus distribuenda erant, in curribus suis asporta- 40 verunt. Deinde vassallos suos ad turres custodiendas ordinaverunt, alios cellerarios fecerunt, alios portarios aliosque custodes curie deputaverunt. Matheus vero prior, bone indolis iuvenis, et ceteri fratres hec videntes, consideraverunt, se hic locum manendi non habere; cruce previa omnes ordinate monasterium[v] exierunt, plorantes et deprecantes, ut Deus omnipotens gressus ipsorum in viam salutis dirigeret. Et sic procedentes, ea nocte aput 45 Medianum-monasterium pernoctaverunt. Deinde ad preceptum abbatis ad diversa transierunt. In claustro quippe Senoniensi nemo monachorum remansit, excepto[w] me et quodam fratre nostro Bertramno, qui gravi detinebatur infirmitate. Sed quia Deus non vult mortem Ezech 33,11. peccatoris, sed ut convertatur et vivat, hunc dirum ecclesie nostre vastatorem satis digna[x] correctione amonere voluit. Nam uxori sue pregnanti[y] tempus pariendi advenit, et 50 peperit filium, proh dolor[z]! antequam nasceretur mortuum. Unde a pluribus hoc[a] infor-

a) morte *corr.* mortis 1. b) e *superscr.* 1. c) sups. 1. d) tem *e corr.* 1. e) et *del. c.* f) profess *scribi coeptum c.* g) *bis scriptum, sed alterum del. c.* h) Allii *c.* i) Canici *c.* k) us *e corr. c.* l) Alltera *corr.* Altera *c.* m) pras *c.* n) cumcanicum *c.* o) Teobabaldum *corr.* Teobaldum *c.* p) episscop. *c.* q) excommunicicationes *corr.* excommunicationes *c.* r) iddem *c.* s) *alterum* b *superscr.* 1. t) cō *c* u) haereas *corr* 55 hereas *c.* v) manast. *c.* w) excecto *c.* x) a *ante* corr. *del. c.* y) die *del. c.* z) prohodolor *c.* a) pa hoc *c.*

tunium, immo luculenta Dei vindicta[a], maxime a parentibus plangenda fuit triplici modo. Primo, quia abortivus natus et non baptizatus creditur regnum *Dei non possidere. Secundo, quod parentes eius abortivi[b] tam miserabiliter perdiderunt sibi futurum successorem et heredem, quia eis numquam natus fuerat masculini[c] sexus puer. Tercio, nec tam aperte castigati a malicia sua cessaverunt. Sed familiam totam monasterii, scilicet acrantatorem[d. 1], carpentarios[e], lavendarium, piscatores[f], ita ille diaboli satelles Renaldus omnibus[g] bonis spoliavit, ut vix in domibus illorum parietes erecti subsisterent.

*f. 96

Cap. 11. De sententia a Gilone episcopo Tullensi in dominum de Salmis promulgata.

Denique cum cor nostri vastatoris contra nos sicut cor Pharaonis contra populum Dei in Egipto fuisset induratum, nos in tanta tempestate non inveniebamus consolatorem. Quid plura? Canonicos Mettenses consuluimus[h], auxilium eorum instantissime inploravimus. Et quid[i] dicam? Non fuit qui adiuvaret. Igitur cum dominus de Salmis nos et[k] ecclesiam nostram, ut supra dictum est, instanter molestaret, post diutinas altercaciones electi Metenses, Philipus scilicet et Theobaldus, ad presenciam archiepiscopi Treverensis vocati sunt. Cuius industria nescio quo pacto dicti electi ita pacificati[l] sunt, ut ipse Theobaldus cederet et Philipus confirmaretur episcopus. Et postea consecratus episcopatum[m] optinuit. Domnus vero abbas B[alduinus] et quidam fratrum nostrorum ipsum episcopum adierunt et ei omnes calamitates nostras de verbo ad verbum, sicut supra dictum est, intimaverunt. Qui episcopus ita rudis et segnis a nostris inventus est, ut crederes, eum nullius vigoris esse virum. Set tamen quedam verbis promisit, que facta non fuerunt. Fratres vero nostri venerabilem Gillonem episcopum, quem Deus omnipotens[n] sancte sedi[o] Tullensi rectorem concesserat, dolentes petierunt et ei que facta fuerant exposuerunt. Episcopus hec audiens valde indoluit. Et accersito notario scripsit Alexandro abbati Mediani-monasterii, ut ad domicilium domini de Salmis personaliter accederet et eum diligenter ammoneret: et de perpetrata tam enormi iniquitate resipisceret[p] et ablata[q] restitueret et de tam inpio facto Deo et ecclesie satisfacere non differret. *Accepto[r] igitur abbas mandato episcopi, non segniter, sed zelo domus Dei spoliate ductus, sibi iniunta accelerare properabat. Veniens igitur ad villam que Baudoviler, invenit illum angelum Sathane Renaldum, ballivum domini de Salmis, in malicia nimis exerciciosum. Qui interrogavit abbatem, quid quereret. Abbas vero indicavit ei mandatum episcopi sibi commissum. Ille igitur audiens, iratus misit manus in eum et tenuit eum. Et tradidit eum satellitibus suis in domo quadam custodiendum; qui sedentes custodiebant eum. Et expensas magnas[s] in custodiendo abbate faciebant, ita ut in duobus diebus et noctibus 8 solidos Tullensium expenderent. Putabant enim, quod abbas omnia persolveret[t]. Fratres igitur Mediani-monasterii audientes, quod abbas ipsorum captivus teneretur, cucurrerunt ad prepositum ducis Lotharingie Godefridum nomine et indicaverunt ei, quod abbas ipsorum captivus teneretur. Prepositus vero, assumtis secum armatorum cuneis, properabat ad illam villam ubi abbas tenebatur. Sed media via consuluerunt ei, ne ulterius procederet, nisi prius[u] inquireret, si adversarii ei abbatem domini sui reddere[v] vellent; alioquin[w] quod vellet racionabiliter facere posset. Prepositus enim consilio eorum acquiescens[x], misit duos milites, qui abbatem requisiverunt. Ballivus quippe audiens, quod prepositus ducis cum armatis ad se veniret, timuit et abbatem dimisit. Abbas vero mandatum quod acceperat sollemniter exposuit, denuncians ab episcopo Tullensi excommunicatum, et secundum statuta concilii[y] Treverensis item ipsum dominum de Salmis excommunicatum et terram suam sub interdicto positam affirmavit, excepto viatico mortuorum et babtismate[z] puerorum. Et sic abbas et prepositus cum suis ad sua redierunt. Episcopus quippe Tullensis, qui se semper consuevit[a] pro domo Domini murum ponere, zelo divino animatus, domino episcopo Mettensi supplicavit, ut quod ipse contra dominum de Salmis et terram ipsius in episcopatu[b] Tullensi pro ecclesia Senoniensi exercuerat, hoc ipse in episcopatu[c]

*f. 96'.

a) vinedicta *c.* b) abortivis *c.* c) massculini *c.* d) ta *superscr.* 1. e) carpentarias *c.* f) pisscat *c.* g) ita *o. c.* h) consil. *c.* i) quit *c.* k) in *corr.* et *c.* l) pasif. *c.* m) episscop. *c.* n) omes *corr.* omps *c.* o) sedis *c.* p) resipisseret *c.* q) aplata *c.* r) Accetto *c.* s) magnus *corr.* magnas *c.* t) persoveret *c.* u) procederet *del. c.* v) redere *corr.* reddere 1. w) aliquin *c.* x) acquiessens *c.* y) consilii *c.* z) babtissmate *c.* a) se *del. c.* b) episscop. *c.* c) episscotu *c.*

1) Quid sit nescio; neque apud Cangium eiusmodi vocabulum legitur.

suo contra dictum dominum denunciare satageret. Episcopus igitur domino Nemerico plebano de Vico ad hoc faciendum cum litteris suis aput Morehanges *destinavit. Qui cum ad castrum ipsum devenisset, perlectis litteris episcopi, ammonuit, ut dominus de Salmis ecclesie Senoniensi ablata restitueret et de commissis satisfaceret, alioquin ipsum dominum et totam familiam suam et fautores et coadiutores[a] ipsius excommunicatos denunciabat. Et terram eius auctoritate episcopi Mettensis et statuti Treverensis sub[a*] interdicto positam constanter affirmabat. Familia igitur ipsius castri hec audiens, iniecit manus et tenuit eum, et mittens eum in compedibus ferreis, vinctum custodiebat. Plebanus vero nolens longius ita detineri, hostagiavit se pro 60 libris, et sic recessit. Et veniens, nunciavit hec episcopo. Excommunicato quippe domino de Salmis, et terra sua sub interdicto posita, ita ut nec mortuis katholica concederetur sepultura, nec sententia in ipsum vel fautores suos et in terram suam data ab archiepiscopo Treverensi, ut sperabat, non est infirmata. Et cum[b] super hoc ultra modum torqueretur, ille sue perdicionis ballivus, immo certe antichristi, Renaldus inopinata damna et molestias contra ecclesiam nostram excogitare cepit. Nam adveniente tempore veris[c], quo agricole ad colenda arva et ortos procedere solent, ille malorum adinventor Renaldus proibuit, ne homines ecclesie Senoniensis croadas debitas persolverent nec agros vel ortos prout solebant excolerent. Audi, o lector, adinventionis nefas permaximum[d]! Legimus in annalibus historicis quarundam civitatum agros et terras in circuitu suo adiacentes ab aliarum civitatum obsessoribus et hostibus sale seminatas, ut in ipsis terris ardor salis nullum semen germinare permitteret aut crescere, ut, cum[e] agri sale steriles effecti nullum fructum proferrent, habitatores illarum civitatum fame adtriti se ipsos et urbes suas inimicis suis tradere cogerentur[f]. Sic et iste nequissimus ballivus ideo agros nostros et ortos coli prohibuit, ut nos et ecclesia nostra penuria afflicti voluntati domini sui velocius subiceremur. Sed in hoc dictus ballivus sua opinione[g] fraudatus est. Nam cum[e] vir ille semper venerandus dominus Gilo Tullensis episcopus supradictam proibicionem audivisset, statim datis litteris precepit, eundem dominum de Salmis et omnes adiutores *et fautores et etiam ballivos ipsius singulis dominicis diebus et festivis per totum episcopatum Tullensem excommunicatos denunciari[h].

Cap. 12. De tractatione pacis inter ecclesiam Senoniensem et dominum de Salmis.

Cum igitur ipse dominus de Salmis videret, quod neque per maliciam suam, neque ecclesiam nostram et nos opprimendo, neque per archiepiscopum Treverensem, in quo plurimum confidebat, neque per ipsum episcopum Mettensem, qui eundem dominum de Salmis invitus offendebat, neque demum per iurisperitos et advocatos, quorum copiam amplissimis[i] donis et muneribus sibi acquisierat, supradictam sentenciam non posse revocari; considerans[k], se in periculoso statu esse constitutum, cepit de pace tractanda anxie cogitare. Sed quia ea que in his agendis competebant videbat esse difficilima, tum pro ablatarum rerum restitucione, tum quia in his reddendis ad plenum ei facultas non suppetebat, et preterea[l] quia de tam nefario facto Deo et ecclesie Senoniensi et nobis eum satisfacere pudebat, diversis cogitacionibus[m] animo fluctuabat. Quia dux Lottaringie Fridericus[n] iunior, qui tunc temporis de novo post patrem Maherum regnum Lottaringiense[n*] regendum acceperat, necnon et comes Wadani-muntis iuvenis et alii quam plures milites, sua iuvenilia corda sequentes, ipsum dominum de Salmis ad mala pocius quam ad bona instigabant. Denique cum[o] idem dominus de Salmis consideraret, quod nec nos nec ecclesiam nostram molestando nec dominum abbatem et fratres nostros per diversa loca ad componendum de die [in[p] diem] trahendo pacem sibi competentem non posset obtinere, dominum episcopum Mettensem Filippum pro ipsa pace rogaturus adire decrevit. Episcopus vero ipsum nolens[q] offendere, parti ipsius magis favere cepit quam nostre. Habebat enim quendam militem secum peritissimum loquacem, qui Albertus de Otonis-villa dicebatur, qui aliquando domini de Salmis consiliarius exstiterat. Huius consilio pacem qualem voluit ordinavit. Et comminatus est nobis, quod, si contra illam ordinationem venire vellemus, ipse contra nos et ecclesiam nostram, immo certe beati Stefani et suam, semper *et in omnibus[r] se acturum affirmabat. Quid igitur contra hec facere

*f. 97. — *f. 97'. — *f. 98.

a) coaiut. *c.* a*) sup *c.* b) com *post add.* 1. c) mense Sepptembri *del.* *c.* d) ximum *e corr.* 1. e) com *c.* f) cogentur *c.* g) oppin. *c.* h) d. precepit *c* i) amplisimis *c.* k) cumsid. *c.* l) et *del* *c.* m) cogitatac. *corr.* cogitac. *c.* n) *post add.* 1. n*) Lottarig. *c.* o) com *c.* p) *haec des.* *c.* q) i. n. eum *c.* r) ommibus *c.*

possemus, ignorabamus. Inmisit tamen Deus in cor domini abbatis, ut firmiter assereret, 1261. se numquam ea que episcopus de pace componenda ordinaverat velle consentire, nisi prius dominus de Salmis ablata restitueret universa; quod et episcopus acceptavit, et data securitate de reddicione facienda, dominus de Salmis diem etiam assignavit. Unde in continenti beneficium absolutionis peciit; quod et episcopus Mettensis libenter annuit. Semper vero reminiscendus[a] dominus G[ilo] Tullensis episcopus asseruit, se numquam eum velle absolvere, nisi prius daret caucionem, quod pro tam oneroso excessu mandato staret ecclesie. Dominus vero de Salmis videns se nullam declinandi viam invenire posse, coram[a*] ipsis episcopis et clericis, militibus et aliis quam pluribus corporali iuramento sollempniter prestito, promisit se mandato et voluntati domini G[ilonis] dicti Tullensis episcopi velle libenter obedire. Et ita beneficium meruit absolucionis[b], et eius terra ab interdicto est liberata. Deinde dominus de Salmis credens, quod conventus statim et thesaurus et res alie monasterii, que ad alia loca pro metu guerre translata erant, in continenti ad claustrum reduci deberent, precepit, ut homines ecclesie nostre croadas et ortos, sicut antea solebant, excolerent et ea que ecclesie debebant persolverent. Hoc preceptum datum est ultima septimana Aprilis, que fuit illo anno[c] proximior pasche. Ballivus igitur predictus ad claustrum veniens, Apr. eiecit[d], sicut promissum fuerat a domino suo episcopis, custodes turrium et monasteriorum, et universam familiam domini sui a curia monasterii expulit. Et hoc factum est proxima feria 6. ante pascha, que parasceue apellatur. Sed de rebus ablatis nichil est restitutum. Apr. 22. Unde dominus abbas satis sagaciter[e] hoc fertur egisse, quod ante restitucionem ablatarum rerum noluit concedere, quod conventus ad monasterium non reverteretur. Et ita in monasterio Senoniensi divina omnino siluerunt a die parasceue usque ad subsequentem vigiliam nativitatis Domini, et[f] in claustro nostro nullus monachorum degebat, excepto me, Richero scilicet, et Bertramno, qui gravi detinebatur infirmitate, et quodam commonacho[g] nostro, Ugo nomine, qui *valde astute dispersa recolligebat et aratra boum et caballorum satis *f. 98'. sagaciter instruebat, et omnia que[h] obediencie sue competebant[i] ita prudenter disposuit, ut nichil de omnibus agendis pro posse suo sineret deperire.

Cap. 13[k]. De exercitu Phylippi episcopi Mettensis contra dominum de Listemberch[1].

Enimvero, quia occasio se ingerit, ut a materia aliquantulum disgrediamur, et retrogrado cursu a morte bone memorie Iacobi[l] condam Mettensis episcopi ea que explicare volumus iniciare curavimus. Igitur defuncto dicto episcopo, et sede Mettensi adhuc vacante, 1260. quidam tiranni suis viribus confisi terras episcopatus[m] invadere et depredari non timuerunt. Sicut supradictus dominus de Salmis ecclesiam nostram Senoniensem crudelissime pro posse suo, ut supra dictum est, obprimere, immo ad nichilum redigere conatus est, similiter et dominus de Liestember, credens, quicquid[n] in ipso episcopatu mali facere voluisset, perpetualiter inultum permanere. Idem quippe dominus de Liestember videns episcopatum[m] Mettensem sine defensore esse, accersitis secum satellitibus suis, accessit ad claustrum quod Novum-villare apellatur[2], et fraude opidum, quod ante ipsum[o] claustrum situm est, armata manu intravit. Promiserat quippe se illis nichil mali facturum. Sed promissione sua impudenter oblitus, ipsum opidum rebus omnibus spoliavit et domos funditus destruxit et lapides et ligna[p] domorum et universa spolia ibi inventa in curribus et in equis secum asportari[q] fecit, et cum his omnibus quendam montem ascendit, qui situs est iusta castrum quod Herneste apellatur[3], ibique in fundo episcopatus[m] castrum erexit et de lapidibus et lignis que de supradicto opido tulerat illud edificari iussit. Similiter et quam plures alii tiranni res et bona episcopatus[m] diripere non timuerunt.

Cap. 14. De introitu Phylippi episcopi cum exercitu suo in terram ipsius domini de Listemberch.

Igitur cum[r] ita res se haberent, et Filipus, de quo supra diximus, episcopatum[m] Mettensem obtinuisset et castra et municiones et terram sibi rite vendicasset, vocatis ad se magistratibus civitatis Mettensis, ab ipsis requisivit, quid de tirannis illis, qui *episcopatum[m] *f. 99.

a) remisendus *superscr.* ni 1. a*) quo coram *c.* b) assol. *c.* c) agno *c.* d) egecit *c.* e) sagatiter *c.* f) nec *corr.* et 1. g) commonachum *corr.* commonacho *c.* h) *post add.* 1. i) ut nichil de his *del. c.* k) III. *corr.* XIII. *c.* l) Iacabi *superscr. littera* i *c.* m) epissc. *c.* n) quiquid *c.* o) *post add.* 1. p) et *del. c.* q) absp. *c.* r) com iam *plerumque c.*

1) Lichtenberg; cf. de hac lite Wiegand, Bellum Walth. p. 53. 2) Neuweiler. 3) Herrenstein.

1260. ipso absente invaserant, fieri deberet; et responsum est ei, quia hec iniuria episcopatui[a] illata ipsos[b] cives Mettenses sicut episcopum tangere deberet, ipsi pro iniuriis illis vindicandis et se et sua, prout deberent, exponere parati erant. Episcopus vero statim missis nunciis mandavit duci Lothoringie Friderico iuniori, cognato suo, ut cum exercitu[c] ad se veniret, quia dominus de Liestemberch ei multa damna et iniurias intulerat, quas in eum vindicare conabatur. Dux cum hec audisset, satis ei placuit, et missis nunciis accersivit sibi Burgundionum et aliarum gencium grandem multitudinem. Episcopus vero mandavit comiti Barrensi, ut in armis ad ipsum veniret. Qui misit episcopo cuneum armatorum; sed in propria persona non venit. Id ipsum rex Naverre fecit. Congregato igitur exercitu[d], episcopus terram illius de Liestemberch cum gente sua intravit et fixit ibi tentoria. Existimatus est quippe exercitus[c] ille super omnes exercitus[c] qui nostris temporibus in Lotharingia exstiterunt. Dominus igitur de[e] Liestemberch[f] videns terram suam a gente ista occupatam, valde expavit. Et adiens episcopum Argentinensem, rogabat eum, ut ei succurreret. Quod cum audisset episcopus, timuit, ne dux cum tanto exercitu terram illam intraret. Sic quippe fama se habebat. Idem vero episcopus videns sibi et terre ingens periculum imminere, missis nunciis adunavit sibi non modicam multitudinem armatorum. Et etiam ab Argentinensibus adiutorium peciit; qui non adquieverunt. Sed dicebant, civitatem suam se velle custodire. Episcopus iterum mandavit eis, ut saltim exercitui[c] suo mercatum ministrarent. Cives responderunt, quod ad custodiam civitatis[g] sue rerum facultas vix eis sufficeret. Episcopus denique videns se a civibus suis fore derelictum, misit in civitatem, ut quasdam res suas, quas intus habebat, ad se deduci faceret; quod et cives non consenserunt, sed nuncios episcopi ad dominum suum vacuos remiserunt. Quod ipsis et toti Alsacie grande scandalum fuit. Denique episcopus Argentinensis desiderans copiam armatorum habere, misit ad archiepiscopum Treverensem, qui ei cognacione proximus erat, ut ei veniret *in auxilium. Cum igitur ipse episcopus adunasset quos potuit convocare[h], videns quod ipse exercitui episcopi Mettensis resistere non valeret, cepit de pace tractare. Que sic, ut fertur, est ordinata[1]. Dominus quippe de Liestemberh contulit se dicioni et voluntati episcopi Mettensis; erat enim homo eius. Denique promisit episcopo, quod oppidum illud quod ante claustrum de Novo-villari situm, quod ab eo superius diximus fuisse destructum, a fundamentis in meliorem statum per omnia reedificaret et spolia ablata restitueret et castellum quod edificaverat penitus destrueret. 1261. Hac[i] igitur paccione per magnates[k] illius terre ordinata et per litteras inde confectas, prout debuit, confirmata, etiam condignam[l] satisfactionem domino episcopo de perpetrato scelere, datis fideiussoribus, se facturum repromisit. Unde et castellum, quod in fundo episcopatus[a] erexerat, in continenti totaliter eversum est et destructum. His igitur omnibus, ut supra dictum est, ordinatis, exercitus[c] ab invicem separati ad sua redierunt. Sed quia de Argentinensibus[m] et episcopo eorum superius mentionem feci, de cruenta[n] guerra, que modica occasione inter ipsos postea invaluit, sicut a veridicis relatoribus didici, partem relacione dignam ad posteros destinare curabo. Nam si universa que in ipsa guerra a pluribus et in diversis locis gesta sunt [narrarem[o]], timeo, ne prolixa narracio lectori fastidium generare videatur.

Cap. 15. De inicio werre Walteri episcopi Argentinensis contra cives eiusdem civitatis[2].

Igitur cum guerra domini de Liestemberch talem ut dictum est percepisset finem, Walterus episcopus Argentinensis[p] ad propria revertens, cepit Argentinenses duriter calumniari, quare in tanta necessitate ei non succurrissent, cum viderent, eum contra adversarios patrie voluisse bellum committere. Qui Argentinenses responderunt: si episcopus pro defensione[q] episcopatus[a] sui aliquam pateretur necessitatem, ipsi pro viribus ei succurrere festinarent. Res igitur episcopi ideo detinuerunt, quia audierant, ducem Lottharingie Alsaciam in manu forti velle intrare, ut, si forte dux eis nocere vellet, res ille tam episcopo quam etiam civitati[r] in subsidium[s] forent. Episcopus vero hec audiens, responsum illorum non acceptavit[t], *sed missis nunciis omnes cives excommunicatos

*f. 99. *f. 100.

a) epissc. *c.* b) ipso *post corr.* ipsos *c.* c) exersit. *c.* d) exersito *corr.* exersitu *c.* e) *post add.* 1. f) Liestemhech *c.* g) civitati *c.* h) cumv. *c.* i) Ac *c.* k) mannates *c.* l) condignas *corr.* condignam *c.* m) neu *superscr.* 1. n) cruenti *c.* o) *deest c.* p) Artinensis *post superscr. littera* g *c.* q) defencione *c.* r) sed etiam *del. c.* s) sussid. *c.* t) accettavit *c.*

1) Cf. Wiegand p. 54. 2) Cf. Bellum Waltherianum, SS. XVII, p. 105 sqq.

denunciari precepit et civitatem illorum interdicto[a] supposuit et[b] clerum universum de civitate exire coegit. Argentinenses quoque cum hoc audissent, miserunt Predicatores, fratres Minores et alios discretos[c] viros ad episcopum, si forte aliquam formam pacis ab eo habere valerent, nec obtinere potuerunt. Sed consilio domini[b] de Geroltseke[d], qui et pater ipsius erat episcopi, hec omnia fiebant. Erat quippe in substancia et argento opulentissimus et dives valde nimis. Habebat enim idem de Geroltseke[d] citra Renum montes in terra sua, e quibus argentum abundanter effodiebatur, cuius adiutorio etiam ferebatur in episcopatu[d*] Argentinensi filium suum Walterum intronisasse. Idem vero episcopus verbis patris animatus Argentinensibus bellum indixit. Et quod civitatem obsideret, satis acriter comminatus est. Argentinenses vero propugnaculis[e] et aliis defensionibus[f] necessariis civitatem suam munierunt. Episcopus quippe adunato exercitu civitatem obsedit ea parte qua de civitate itur ad vicum qui appellatur Kungushove[1] et ibi tentoria fixit. At[g] ubi episcopus vidit sibi exercitum in tanto negocio non sufficere, missis nunciis mandavit archiepiscopo Treverensi, ut in armis ad se veniret. Qui veniens adduxit secum cuneum armatorum satis honestum[2]. Qui cum venisset iusta civitatem, credidit aliquos de civitate elicere, ut cum eis confligeret. Illi vero de civitate, cum vidissent Treverenses[h] dictum vicum Kungushove in equis intrasse, gavisi sunt valde, quia ipsi trabes grandes ex transverso vici ipsius composuerant, ita ut equitantes ad pedites[i] venire non poterant, pedites vero cum equitantibus pugnare valebant. Unde ipsi Argentinenses ad arma cucurrerunt, et intrantes domos per hostia aut per fenestras, alii persubtus trabes lanceis equos perfodiebant. Balistarii vero sessores equorum sagittis perforabant. Videntes igitur Treverenses se intolerabiliter lesos, alii pedes, alii in equis[k] ad mortem vulneratis vix vicum exierunt; et venientes in campum, quorundam equi vulnerati sub se mortui cadebant. Feruntur siquidem in ipso conflictu Treverenses 140 equos perdidisse. *Archiepiscopus vero cum vidisset se tantum damnum suorum et rerum ipsorum tam inoppinabiliter incurrisse, episcopo Argentinensi valedicens, ad propria est reversus cum suis. Episcopus igitur Argentinensis considerans, quod nichil in obsidione ipsius civitatis[l] proficeret, cum suo exercitu ab ea recessit. Adtamen episcopus in villis quibusdam adiacentibus civitati armatorum cuneos [posuit[m]], qui exitus civium de civitate diligenter observarent. Unde contigit[n], ipsos Argentinenses de civitate incaute exire. Quos milites episcopi invadentes, quosdam trucidarunt, quosdam vero captivaverunt; reliqui vero fugientes ad civitatem suam reversi sunt. Igitur Argentinenses considerantes[o] suos ideo cecidisse, quia sicut oves errantes sine duce ad prelium exierant. Unde coacti sunt cum comite Rodolfo de Habesporc convenire[p]. Quem sibi dominum et ducem belli prefecerunt. Videns igitur comes Rodolfus, quod episcopus Argentinensis quedam oppida et villas regis Alimannie in Alsacia custodiendas occupaverat, molitus est ea sibi vendicare. Unde quidam comes Godefridus nomine, cognatus ipsius Rodolfi, eius[q] fultus consilio[o], oppidum quod Columbaria appellatur in episcopatu[d] Basiliensi[r] armata manu intrans inoppinate, ita sibi illam villam subegit. Quam episcopus Argentinensis sibi cupiens reaquirere, cuneum armatorum signis armorum comitis Rodolfi fraudulenter indutum misit Columbarie, ut ita per signa que acceperant non possent agnosci, quod milites essent episcopi. Milites vero ipsius episcopi ita dolose venerunt ad portam Columbarie; mencientes se esse milites comitis[s] Rodolfi, petierunt se intromitti. Columbarienses igitur cognoscentes[t] signa armorum comitis Albertis[u], aperuerunt eis portam. Qui relinquentes equos ante portam, pede tenus Columbariam intraverunt. Episcopus autem a longe cum exercitu suo sequebatur eos, ut, cum illi villam introissent, ipse subsequendo[v] ipsam sibi subiugaret. Sed episcopus opinione sua fraudatus est. Nam cum Columbarienses deprehendissent, illos non esse quos se esse simulabant, Columbarienses[w] ad arma currentes illos invaserunt. Quidam vero Columbariensium[x] timens, ne plures in adiutorium illorum subintrarent, ascendit portam et portam coliciam[u] ab alto ad ima dimisit. Et ita Columbarienses[w] cum militibus episcopi confligentes[y], universos interfecerunt. Episcopus autem tandem veniens invenit portam[z] *obstructam, et audiens voces pugnantium[a] intra oppidum, confusus recessit. In quo conflictu de gente episcopi plus quam 50 feruntur interisse.

1261.

* f. 100'.

* f. 101.

a) interdictos *corr.* interdicto *c.* b) *post add.* 1. c) disscr. *c.* d) Geroltfeke *c.*? d*) epissc. *c.* e) propun. *c.* f) defenc. *c.* g) Ad *c.* h) Treverences *c.* i) penites *post corr.* pedites *c.* k) eques *corr.* equis 1. l) nichil *add. c.* m) *deest c.* n) cumtigit *c.* o) cums. *c.* p) cumv. *c.* q) stultus *del. c.* r) Basiliensis *c.* s) comiti *c.* t) cognossc. *c.* u) *ita c.* v) sups. *c.* w) Columbariences *c.* x) Columbariencium *c.* y) cumf. *c.* z) obstutam, *superscr.* l, *sed post del. c.* a) pugnatium *c.*

1) Königshofen; cf. SS. XVII, p. 106 n. 6. 2) cf. G. Henrici archiep. c. 2, SS. XXIV, p. 459.

Cap. 16. De obsidione oppidi de Mulnehuse a Rodulfo comite facta.

1261. Comes igitur Rodolfus videns sibi favere fortunam, adunato non modico exercitu obsedit opidum quod Mulnuhuse apellatur, in episcopatu[a] Basiliensi situm, quod et rex Alamannie episcopo Argentinensi commiserat custodiendum. Homines vero illius opidi obsidionem[b] illam egre ferentes, comiti Rodolfo se ultro contulerunt. Qui eos gratanter suscepit. Sed milites episcopi et balistarii, qui erant in castello quod opido preminet, valde opidanos molestabant. Sed comes Rodolfus nolens hoc diutius sustinere, cepit castellum inpugnare; quod tandem expugnavit[c], et castellanos deducit captivos, et spolia multa, que a circumadiacentibus villis in castello illo recondita[d] erant, fecit asportari[e], et deinde ipsum castellum funditus destrucxit. Et ita comes Rodolfus Mulnuhusu optinuit. Episcopus igitur Argentinensis, cum audisset, quod Mulnuhusu[f] et Columbariam et milites suos et terram quam a rege Alamannie custodiendam receperat tam infeliciter perdidisset, habito consilio misit fratrem suum[1], ut terram comitis Rodolfi ubicumque positam occuparet et penitus devastaret. Appellabatur enim idem frater episcopi advocatus Alsacie. Qui, adunato exercitu non modico, intravit Alberti-vallem[2]. Sed[g] tempore incompetenti. Erat enim vigilia octavarum[h] Christi. Dispersitque[i] exercitum suum per triphariam divisionem vallis illius, et ita in valle illa pernoctavit[k]. Mane autem facto domos et omnia que in eis erant igne combusserunt. Et ita vallem totam destruxerunt. Eadem nocte multitudo nivium super terram cecidit. Eadem etiam nocte gens episcopi de Brussca-valle armati terram comitis Rodolfi, silicet Sales[3] et Bruscam et alias villas in montibus illis, invaserunt, et quecumque spolia invenerunt, secum asportare curabant. Set rustici illius terre adunati in quodam monticulo substiterunt predonum suorum reversionem[l] prestolantes. Et cum viderent eos spoliis honeratos, ita ut vix discederent, irruerunt in eos et interfecerunt ex ipsis 35, exceptis[m] vulneratis, qui volentes fugere mortem, mortem invenerunt. Nam in vepribus et silvis se abscondentes[n], a nivibus congelati mortui sunt. *Set infortunium tam inrecuperabile hominibus episcopi evenisse creditur, quia tam enorme factum in tam sacra sollemnitate octavarum[o] Domini perpetrare presumserunt; sicut fratri contigit episcopi, qui totam Alberti-vallem[p] eadem sollemnitate expoliavit et igne consumpsit. Igitur milites episcopi dolentes super his qui in supradicta terra interfecti sunt, adunato armatorum cuneo[q], venerunt ad villam que Novum-castrum[4] dicitur, et illam igni tradiderunt. Inde ad Sales venientes, et fecerunt similiter, et postea villam Bruscam incenderunt. Quid dicam? Laberne, Lasaci[5], Stampoimont, Ramru cum ecclesia sancti Vincencii et Coretum totaliter igne consumserunt[r]. Et ita ad propria redierunt. Non multo post ex utraque parte, silicet Argentinenses in terram episcopi et adiutorum suorum, et episcopus in Argentinenses et eis faventes, ita rapiendo, spoliando[s], insidiis sevire ceperunt, ut tota Alsacia ita depopulata et vastata diu sedere[t] in tristicia cognoscatur[u]. Si enim universa incommoda, conflictus, incendia villarum, depredaciones, terrarum vastationes sigillatim huic paginule nostre inprimere vellem, certe lectori fastidium incutere viderer. Ipsa enim Alsacia tot calamitatibus oppressa suam miseriam omnibus innotescere[v] gemitibus inenarrabilibus[w] non cessat. Sed quia de infortunio guerre Argentinensium et episcopi ipsorum Walteri aliqua digessimus[x], veniamus ad malleum ipsius guerre, quod miserabiliter ipsius tutudit episcopi[y].

(Dec. 31. — *f. 110')

Cap. 17. De conflictu episcopi Walteri cum Argentinensibus, et de interfectis et captivis ab Argentinensibus.

1262. Cum igitur Walterus episcopus in quodam castello suo quod Dappuckeste[6] appellatur[z] cum suo exercitu undecumque adunato ad tutelam sui degeret, Argentinenses quadam die de civitate parati ad bellum exierunt. Episcopus hoc audiens[a], cum suis armatis Argentinensibus bellum indixit. Argentinenses vero contra episcopum processerunt. Et ita bellum inierunt. Argentinenses igitur sibi ascias[b] fecerant fabricari, quas Franci 'haches Danaises' appellant, quibus Argentinenses exercitum episcopi ita detruncaverunt, ut nec scutum nec galea neque lorica nec demum aliqua alia armatura durare posset. *Preterea cum pugna ita ingravesceret[c] et cede intolerabili inter se configerent[d], exercitus tamen Argentinen-

(*f. 102)

a) episse c. b) opsid. c. c) expun. c. d) recumdita c. e) has portari c. f) Mulnhusu *hoc loco* c. g) hore *del.* c. h) ottav. c. i) Dissp. c. k) pernotavit c. l) revercionem c. m) excettis c. n) asscond. c. o) ottav. c. p) valdem *corr.* valem c. q) cunoco *corr.* cuneo c. r) cumsuns. c. s) spoliendo c. t) cedere c. u) cognosscatur c. v) innotesscere c. w) innotescere *iterum add.* c. x) disg. c. y) *ita* c. z) appellato c. a) ad. *corr.* aud. 1. b) acias c. c) ingravesseret c. d) confligeret c.

1) Hermannum. 2) Hodie Weilerthal; Wiegand p. 69. 3) Saales, Breuscheburg. 4) Neuburg. 5) la Salcée, Stampoumont, Ranrupt. 6) Dachstein.

sium crescebat. Nam quia prope bellum erat civitati, illi qui in civitate causa custodie remanserant[a], videntes suos in agone certaminis viriliter laborare[b], zelo victorie moti[c], cum civibus suis in succursum venire festinarunt. Et in exercitum episcopi cum furore irruentes, quodquot coram se invenerunt morti tradiderunt. Videntes igitur magnates exercitus episcopi et precipui milites de eodem conflictu[d] non posse evadere, elegerunt sibi pocius Argentinensibus[e] captivi vivere quam cum ipsis confligendo mori. Et ita Argentinenses illos armis spoliatos captivos in civitatem suam transmiserunt. Igitur Argentinenses considerantes sibi Deum in hoc conflictu[f] favere, irruentes in aciem, in qua episcopus erat considerans suorum interitum, ipsam totam deleverunt, et equum[g] episcopi interfecerunt, ita ut ipse episcopus ad terram corrueret. Quidam autem milites, qui circa ipsum erant, eum in equo levaverunt et de bello eum [exire[h]] compulerunt. Argentinenses igitur quos voluerunt ex illis occiderunt et alios in civitatem secum captivos deduxerunt[i]. Igitur in crastino Argentinenses[k] de civitate exeuntes, ad locum certaminis ad spolianda cadavera mortuorum devenerunt[l]. Et quidquid[m] unusquisque sibi assumere potuit, secum asportavit. Cum igitur Argentinenses[n] per campum interfectorum ad rapiendum discurrerent, contigit, quendam ipsorum quendam militem invenisse in campo iacentem armis preciosis armatum. Cumque[o] apropinquasset, vidit, adhuc animam in ipso esse, et interrogavit eum dicens: 'Quis es tu'? Miles vero respondit[p]: 'Ego sum frater episcopi Argentinensis dictus advocatus Alsacie', et subiunxit[q]: 'O si me ad tutum locum velles deducere et michi vitam reservare, ego te omnibus bonis ditarem[r]'. At ille dixit: 'Vere ego mallem potius hic iam mori quam te dimittere vivum'. Et ita ipsum interfecit. Et cum illum armis spoliaret et lorica qua erat indutus ex everso ipsum exueret usque ad manus, invenit ipsas catenulis[s], sicut mos est armatis manus ligare; timuit, ne malo suo ibi diucius remaneret, illi militi ambas manus cum lorica abscidit[t], et ita militem illum detruncatum mortuum reliquit in campo et secum manus ipsius militis[u] *cum armis suis ad civitatem deportavit. Et ita Argentinenses[v] alios mortuos rebus omnibus spoliatos[w] reliquerunt. Alios autem in civitatem captivos secum deduxerunt[x] et in claustro maioris[y] ecclesie in compedibus[z] ferreis missos detinuerunt, obstruentes fenestras et hostia, ita ut nulli daretur exeundi vel introeundi facultas, exceptis his qui ipsis captivis ministrabant. Captivorum igitur numerus fertur[a] octoginta[b] exstitisse, igitur exceptis[c] his qui in bello occubuerunt, quorum certus numerus inveniri non potuit. Sed quia episcopus de fratre suo sollicitus fuit, cum diu quesitus fuisset, tandem ita manibus abscisis[d], sed vix cognitus, invenitur inter quam plures interfectos, qui in eodem campo iacebant. Quem episcopus in quodam hospitali[e] iusta villam que Toroholtse dicitur[1] cum quam pluribus militibus et aliis iuvenibus, qui in supradicto bello interfecti sunt, sepeliri fecit. Sed adhuc Argentinenses[v] ipsa victoria non fuerunt contenti, sed terram domini de Geroltuceche et etiam ipsius episcopi et universa bona militum eis faventium spoliis, depredacionibus et rapinis et tandem incendiis omnia vastaverunt[f]. Econtra episcopus Argentinensium[g] bona et[h] omnium fautorum ipsorum similiter depopulatus est, ut ignis omnia consumeret et gladius carnes hominum devoraret. Sed cum fortuna in tantis maliciis partibus arrideret, benignitas divina dictis bellatoribus aliquantulum parcere[i] volens, ipsum episcopum infirmitate detineri toleravit. Et sic aliquo tempore eadem infirmitate detentus, viam universe carnis ingrediens defunctus est. Et ita guerra illa ex una parte finem accepit. Sed quia cum hec scriberemus de futuris nichil adhuc perceperamus, pocius silere quam falsa cudere voluimus[k].

1262. — *f. 102. — 1263.

Cap. 18[l].

Igitur quia fallatie comitis Barrensis pluribus note sunt, quedam huic libello nostro inserere[m] curavimus. Cum igitur comes Barrensis electioni Phillippi Metensis resistere non valeret, mirabilem nocendi viam adinvenit. Et quia Urbanus papa de novo sedem *apo-

a) remancerant *c.* b) labore *post corr.* laborare *c.* c) motu *c.* d) cumf. *c.* e) Argenticibus *c.* f) sibi *add. c.* g) equm *c.* h) *voc. erasum c.* i) deducerunt *c.* k) Argentinences *c.* l) deverunt *corr.* devenerunt *c.* m) ḍquit *c.* n) Artinences *superscr.* gen 1. o) Cunque *c.* p) ressp. *c.* q) supiuncit *c.* r) ditalem *c.* s) catetnulis *corr.* catenulis *c.* t) abcidit *c.* u) militi *post corr.* militis *c.* v) Argentinences *c.* w) spoliator *c.* x) deducerunt *c.* y) maiori *c.* z) cump. *c.* a) fertus *c.* b) occt. *c.* c) excettis *c.* d) abcisis *c.* e) hossp. *c.* f) vastata sunt vastaverunt *c.* g) Argentinecium *c.* h) *post add.* 1. i) *e corr.* 1. k) curavimus *post corr.* voluimus *c.* l) *alia pergit manu c., ubi neque hic neque in indice rubra legitur. Versio Gallica ita:* comment un comte de Bar voulut empescher à l'election de Philippe evesque de Metz. m) in scelere *corr.* inscerere *c.*

1) Dorlisheim.

1261. stolicam occupaverat, cui idem comes plurimum confidebat, eo quod cum idem papa episcopus fuisset Virdunensis, quo tempore idem episcopus compater dicti comitis effectus est. Qui comes latenter iter arripiens, Romam profectus est. Quem ipse papa libenter excepit. Sed quia idem comes noluit publice se episcopo Metensi obicere, per quosdam canonicos Metenses ipsum episcopum de vitio simonie aggressus est. Et super hoc archiepiscopum Remensem[1] inquisitorem a papa obtinuit. Et sicut nichil profecisset, cum silentio ad propria rediit. Canonici vero qui hanc causam procurando susceperant ad archiepiscopum Remensem venerunt et omnia ei indicaverunt. Archiepiscopus vero, prout potuit, ipsam inquisitionem fine debito non terminavit. Sed ad favorem comitis quecumque voluit domino pape rescripsit[a]. Sed antequam causa ipsa finiretur, ipse archiepiscopus iudicio Dei lecto decubuit et mortuus est. 1263. Similiter et unus canonicorum illorum qui causam terminandam susceperant, qui inter illos[b] maior videbatur, etiam in curia domini pape mortuus est. Episcopus vero Philippus videns sibi episcopatus et honoris sui periculum imminere, presertim quia dux Fridericus Lothoringie iunior ipsum episcopum super magnis expensis, quas pro ipso episcopo se fecisse asserebat, valde infestaret, inito consilio, ut breviter loquar, totius episcopatus custodiam comiti Barrensi contulit; et ita Metenses cum episcopo et comite Barrense, corporali iuramento interposito, dictum factum confirmarunt. Quo audito, dux Lothoringie, inito consilio cum cognatis episcopi, qui etiam aliqua ab ipso episcopo exigebant, quasdam munitiones episcopatus occupaverunt, scilicet castra Homborc *et de Trikestei. Enimvero quia dux Lothoringie credebat comitem Barrensem sibi velle adversari, secessit in partes Colonie, ut ibi a parentibus suis[c], quibus illa terra habundat, auxilium postularet. Sed antequam comes Barrensis custodiam episcopatus susciperet, contigit, comitem Wadani-montis cuneum armatorum adunasse. Et quia terra episcopatus nondum comiti Barrensi commissa erat, dictus comes Wadani-montis terram episcopatus cum suis satellitibus invasit. Gens vero episcopatus et etiam ducatus adunati venerunt ad villam que Wassoncort[d.2] dicitur: cum subito comes Wadani-montis cum suis ordinatis aciebus illos invaserunt, et alios quidem vulneraverunt, alios interfecerunt, alios vero captivaverunt. Et quod deterius est, rustici illi fugientes mortem occurrerunt morti, et cum crederent se in aquis salvari, in hisdem aquis submersi sunt, ita ut centum quadraginta Mosella diglutivit; et sic illi ad propria reversi sunt. Ballivi vero ducis et episcopatus audientes hoc infortunium, adunantes[e] non modicos cuneos armatorum, intraverunt terram Wadani-montis, et sic eam totam igni tradiderunt, et quidquit spoliorum invenire potuerunt, deportaverunt. Comes vero versa vice, quicquid invenire potuit circa Bruiere[3] et circa Spinal, totum igni consumpsit. Sed quia aliquantulum ab hystoria digressi sumus, ad depositionem Philippi episcopi revertamur. Cum igitur comes Barrensis iam potestate episcopatus totaliter potitus fuisset, subito adversarii ipsius episcopi cum litteris suis ipsum Philippum de sede sua detruderunt[e*]. Quid plura? Philippus, accersitis sibi paucis, curiam petiit; sed quid sibi profecerit, ignoramus. Papa vero cuidam clerico[4], comitis Barrensis consanguineo, *Metensem episcopatum 1264. contulit et cum litteris papalibus, ubi vellet et quando vellet, in episcopum promoveri fecit. Comes vero Barrensis cum videret se et terram suam et episcopatum a gentibus ducis Lothoringie tam miserabiliter vastari, igne cremari et villas solo tenus irrecuperabiliter destrui, adunato exercitu magno, castrum ducis Lothoringie quod Priney[5] vocatur obsedit, et ibi quinque septimanas sedens, nichil profecit, licet multa ibidem in vanum expenderet. Sed cum comes videret ducem Lothoringie terram episcopatus et suam miserabiliter delere, considerans etiam, quod magnatibus Francie et aliis militibus, [quos[f]] ad id opus asciverat[g], maxima donativa et victus necessaria oportere dari, expavit. Mandavit, ut fertur, episcopo Metensi, si placeret tantum exercitum cum tam magnis sumptibus diutius retinere. Cui ille respondit, quia tota terra episcopatus in manu sua esset, quod expedire videret, hoc faceret. Comes vero hec verba silentio premens, mandavit amicis suis, [qui[f]] in exercitu ducis erant, ut de pace tractarent. Quod et factum est. Sed de modo pacis vix aliquis certitudinem referre potest. Et sic ista ita relinquamus. Sed tamen quoddam infortunium[h] silentio subprimere non arbitramur. Comes quippe Wadani-montis, accersito sibi quodam milite

a) ressc. *corr.* rescr. *c.* b) ipsos *corr.* illos 1. c) au *erasum c.* d) t *superscr.* 1. e) addun. *c.* e*) *ita c.* f) *deest c.* g) acciv. *c.* h) infortuũ *c. quod librarius corrigere voluit.*

1) Thomam. 2) Vassoncourt. 3) Bruyeres. 4) Wilhelmo. 5) Perny ad Mosellam.

de Burgondia, qui in furandis oppidis, villis, castris peritissimus latro erat; adibitis etiam aliis satellitibus, in forma mercatorum arma sua in saumariis suis occultaverunt, et ita sparsim, non in una atie, sed globatim, quasi mercatores venientes, interrogabant quislibet hospitium; et ita domos Novi-castri[1] intraverunt, et sarcinas armorum in secretioribus cameris, 5 sicut moris est mercatoribus deputari. Cum igitur hospites intenti essent *ad necessaria *f. 104' procuranda, milites ad arma [in[a]] interioribus[b] cameris cucurrerunt, et signo facto quislibet hospitium suum spoliare cepit. Et mirum, cum burgenses omnes illius oppidi presentes essent et inermes, quod nullus in eis misit manus. Illi autem effugerunt. Borgondiones vero asportantes quecumque invenerunt, bigas et currus suos onerantes, ad terram suam 10 redire ceperunt. Sed cum prope terram ducis devenirent, quidam homines ducis ibi adunati[c], adventum ipsorum prestolantes, in ipsos irruerunt et quos voluerunt vulneraverunt et quos voluerunt interfecerunt et quos voluerunt ligatos duxerunt.

APPENDIX.

VITA ANTONII ABBATIS SENONIENSIS.

15 O Deus eterne[c*], lucis Splendorque paterne
Flamine[d] cum sancto[2] mihi, queso, famina danto[e]!
Fluctibus inlidor, dum contra tendere nitor;
Menteque[f] dum parva feror, expeto naufragus arva.
5 Sed qui dat velle, spero, dabit et[g] mihi posse,
20 Suggeret[h] et verba dilectio vera paterna.
Nam cupio nostri describere gesta magistri;
Quis fuit, aut unde, quo venit, quid fueritve.
Clara progenie civis[i] fuit iste Papie.
10 Imbutus primo scriptis, que cordis in imo
25 Condidit, et factus iuvenis maioraque nactus,
Mox alias ire discendi gliscit amore.
Nec mora, consensu patrie, sumpto quoque censu[k]
Dimissoque vale, postponit castra Papie,
15 Monteque transcenso, Metim[l] se tramite recto
30 Contulit et studio sudavit tempore parvo.
Nam qui cuncta videt, cui vana scientia sordet,
Ecclesie murum noscens hunc esse futurum,
Qui tot prodesse poterat, sic noluit[m] esse.
20 Ergo metu mortis percussus viscere cordis,
35 Amodo iam sancte se dicit vivere velle.
Sancti cenobio tunc illo tempore Walo
Arnulfi preerat, vir clarus et inclitus abbas;
Devia sectari nullo modo fas erat ulli.
25 Hoc ubi cognovit, intus se tradere vovit,
40 Ac habitu[n] sumpto, veitur[o] mox culmine summo;
Ardet et ut lampas; libuit sibi nulla voluntas.
Quid moror in multis? Melius si noscere vultis,
Cuius fervoris fuerit cuiusve rigoris,
30 Indicat ecclesia mira constructa[p] sophya
45 Cuiusdam celle Lacum de nomine dicte,
Quam pater illustris hic a fundamine struxit.

a) *deest c.* b) intioribus *post corr.* interioribus *c.* c) addun. *c.* c*) eternae *c.* d) Flammine *c.* e) danto *corr.* dato *c* f) *versum in loco vacuo suppl. c.* g) *deletum videtur c.* h) *e corr. c.* i) cui⁹ *corr. ut videtur* civis *c.* k) sensu *c* l) Meti *corr.* Metim 2. m) noluit *corr.* voluit 2. n) u *e corr. c.* o) veitur *corr.* vehitur 2. p) constracta *corr.* 50 constructa *c.*

1) Neuf-château. 2) i. e. Deus, Filius cum Spiritu sancto.

Accidit interea, Senonim pastore carere,
Ob mortem cuius valde patriamque dolere;
35 Cancrino[a] more, lucri sed turpis amore,
Retro[b] cedebant, qui tunc ibi forte degebant; 5
Quisque cibum rastro licto querebat aratro.
Lumina post flectunt, non que sunt ante capescunt.
Quosdam paupertas tristisque premebat egestas;
40 Pellitur hinc pietas, sibi lex est queque voluptas.
Sed mihi quid prodest horum recitare tepores? 10
Stilum vertamus, que coepimus enucleemus.
Tanti fama patris volitans secat aera pennis,
Spargitur ac[c] illac, miratur eiusque maiestas[d].
45 Vitam quam plures laudant, quidam quoque mores,
Et quidam mitem predicant quidamque sagacem. 15
Eius enim[d*] laudes vulgarat fama per omnes,
His nec disparibus pollebat vir venerandus.
Metensis presul fulgebat tunc Herimannus[e],
50 Cura loci cuius erat tunc[f] specialiter huius.
Hic accersiri, cuius supra memoravi, 20
Abbatem iussit, cui talia famina dixit:
'Convenit, ecclesie[g] statum me remige stare,
Augmentumque[h] gregis est maxima doxa regentis.
55 Sed[i] non cambuca pastor fruitur sine causa,
Scilicet ut quemque iuxta discrimina vite 25
Aut trahat aut pellat, sapienter hec omnia iungat:
Partibus in Vosagi nostro subposita[k] iuri
Adiacet ecclesia pastoris funerę mesta,
60 Torto[l] conventus incedit tramite cuius.
Ast volo mittatur Laci prepositus illuc, 30
Cuius doctrina resipiscat concio[m] prava'.
His pater auditis, misso fit lumine tristis,
Et tamen assensit, quia presul iusta poposcit.
65 Intronisatus Antonius ergo beatus,
Fratribus et sumptis sibi caro federe iunctis, 35
Expetiit Sancti Senonensis limina Petri.
Mox[n] plures cleri linquentes frivola mundi,
Currunt certatim sub tanti remige[o] patris;
70 Qui prius inlicite vivebant[p] et sine lege,
Linquere nota gemunt, incognita discere plangunt[q], 40
Vivunt sub norma; nulli licet ire per ampla.
Et quoniam iustis non fit concordia pravis,
Ilico depellunt patremque parem sibi querunt.
75 Displicet indigenis tanti discessio[r] patris;
Post illum mittunt cathedreque sue revocarunt. 45
Non opis est nostre, fari moderamina vite
Istius, utque cibis cum potibus adque loquelis
Extiterit parcus, humilis, sapiens, moderatus,
80 Incessuque gravis, necnon sermone suavis,
Grandevus visu, iam celebs incola vultu, 50
Adque bonis mitis, acer extitit[s] adque superbis,
In psalmodia fervens in legeque[t] sancta.
Et quicumque sibi voluissent associari,

a) Tantrino *corr.* Cancrino 2. b) *in loco vacuo suppl. c.* c) *corr.* hac 2. d) *corr.* potestas 2. d*) Laus etenim *c.* e) *e corr.* 1. f) huic *post add. c.* g) que *add.* 2. h) *in loco vacuo suppl. c.* i) Sed cum *in loco vacuo suppl. c.*; cum *del. et* qui *corr.* quia 2, *quod sensu caret.* k) b *post add. c.* l) Porto *corr.* Porro 2. m) continuo *corr.* concio *c.* n) Vox *c.* o) i. e. remigio *c.* p) vivebat *corr.* vivebant 2. q) *corr.* plaudunt 2. r) dicessio *c.* s) estitit *corr.* extitit *c.* t) *post add. c.* 55

85 Dives vel pauper, aut miles plebeiusve[a],
Fundebat cunctis gazas large[b] pietatis.
Multos premisit, post se multosque reliquid.
Hauserat huic senio sibi lumen ceca caligo,
Nec poterat coram se stantem noscere quemquam[c].
90 Par fuit huic[d] nullus, nec post per secla futurus,
Ut[e] monstrant opera necnon et cetera plura.
Cernitur utque modo, sancti fabricavit ab imo
Ecclesiam Petri, miri variamine metri,
Bisque cruces trinas, auro gemmisque choruscas,
95 Et calices geminos, tabulam, textus quoque quinos
Cum totidem cannis, altaria bina reliquit
Et duo turibula. Iam cesso dicere plura,
Queque vel argento fiunt aut ere vel auro,
Que semper totis studuit conquirere votis.
100 Quid referam cappas et pallia sive tapetas,
Que pater hic emit venerabilis adque redemit,
Cum fuerint vetera que repperit, ipsaque rara?
Item cortinas studuit conquirere binas,
Mirifice pictas, nullis ut spero secundas.
105 Fert lapis haut[f] lapidem, quem non construxerit idem;
Curia vallatur muro portisque seratur.
Lingula vix fatur, quot[g] libros hic gratulatur
Se[h] conquisisse, sibi gaudia quos cupit esse.
Fer[i] michi presidia, specialis[k] virgo Maria,
110 Ferque[l] tuo famulo: lugeat pro crimine nullo,
Qui tibi tam bellam studuit componere cellam,
Que sic stat firmis, patet ut, subnixa columnis!
Inque modum conche cella deducitur arce,
Turris et hanc ornat et firmo scemate[m] firmat;
115 Inque suo senas[n] conquirit tempore cellas[o],
In quibus et monachis, ut spero, bis duodenis
Constituit victum; que sint, puto, dicere dignum:
Curia, Danubrium[p] cum Vico, Monsque Leonis
Adque Loringia, pauper Alingia preda latronis.
120 Cum fugiat scire, per singula quid iuvat ire?
Et tamen hoc dicam, quod novi dicere quosdam,
Abbatia suo quod crevit tempore duplo.
Et quidam dicit: 'Nemo sine crimine vivit'.
Inde Dei pietas, disponens ponere metas
125 Vite dilecti, disposuit hic mage plecti,
Ne qua foret macula, quam quiret lambere flamma,
Insertus[q] lapis summi diademate Regis,
Cundior[r] argento, fulvo rutilaret et[s] auro.
Namque dolore pedis perpessus spicula mortis,
130 Numquam plangebat, neque se sentire dolebat,
Immo Deo grates referens, ait: 'Eia, fratres,
Pignora cara michi, que iuxta famina Pauli (1.Cor 4, 15.)
In Christo genui, precibus succurrite patri,
Ne michi pestifera fiant que porto flagella
135 Subsidiumque magis michi sint et causa salutis!'
Filius hic non est, qui patris verbera non fert.
O felix anima, iam celi culmine digna!

a) vel *c.* b) largire *corr.* large 2. c) quequam *corr.* quemquam 2. d) hinc *c.* e) Et *corr.* Ut 2. f) aut *corr.* haut *c.* g) quod *corr.* quot 2. h) S *e corr.* 2. i) Fert *corr.* Fer 2. k) specialialis *c.* l) Fertque *corr.* Ferque 2. m) semate *e corr. c.* n) seras *c.* o) celas *c.* p) brium *e corr.* 2. q) *forte* Insertusque. r) *ita c., sed quid sit nescio;* candidior *ed., quod cum metro pugnat; forte* clarior? s) *e corr. c.*

Verberibus Domini se presumebat amari.
Interea nimius serpit per viscera morbus
140 Cunctaque membra premit, vultus pallore tabescit,
Palpitat et pectus, mortem veneque fatentur.
Tandem, suscepto cum sanguine corpore Christi, 5
Migrat ad etherea, victurus iam sine meta.
Omnes concurrunt et pugnis pectora tundunt,
145 Ora madent lacrimis, clamant ululatibus[a] acris:
'He miseris nobis pro tanti funere patris!'
Interea corpus pulcre de more lavatur, 10
Utque[b] decet veste talem vestitur honeste.
Ponitur et feretro, defertur postea templo.
150 Conveniunt plures ibi tunc ex undique patres;
Hinc resonant ymni, cantantur et undique psalmi;
Are curantur donisque sacris cumulantur. 15
Omnibus expletis ac ut mos est celebratis,
Ponitur in tumulo consumptus fine beato
155 Anno milleno centeno necne triceno
Septeno, flore nitet ex quo stips sine rore[1],
Sole Novembernas quinto preeunte Kalendas, 20
Nulli septenus equandus, bis quoque denus[2];
Hicque[c] quaterdenis septenis rexit et annis
160 Ecclesiam Senonis vir nobilis adque fidelis,
Situs in ecclesia coram sancte Crucis ara,
Flamine[d] cum sancto regnante Deo benedicto. 25

a ululautibus *e corr.* 2. — acris *i. q.* acribus, *nisi legere malis* atris. b) Atque *c.* c) que *add.* 2. d) Flammine *c.*

1) i. e. ex quo Christus natus est. 2) Hic versus quid sibi velit nescio.

CHRONICON RHYTHMICUM AUSTRIACUM.
EDIDIT W. WATTENBACH.

Huius chronici auctor, qui ante Rudolfi regis tempora, vivente et regnante 5 *Otakaro (v. 600), scripsit, sed post a. 1268, quo Conradinus occubuit, id sibi proposuit, ut res per centum annorum spatium gestas adumbraret, quarum, si versus admodum obscuros, in principio libelli positos recte intelligo, eas quae ultimis quinque lustris evenerant, ipse aequalis perceperat. Priora fama nuntiante didicit, librorum omnino nescius; nam et annorum numeros et res ipsas ita* 10 *confudit, ut nullis praeter hominum sermones auxiliis eum usum fuisse appareat. Orditur a Friderici I. electione a. 1152. facta, quam anno 1190. attribuit. Nec minus misere res ipsas deformavit; sed cum rumor per ora hominum traditus mire mutatum hunc habitum rebus induisse videatur, utilitate non prorsus caret. Inde progrediens multa breviter tangit, praecipue vero res Austriacas* 15 *et Hungaricas; Colocensis ecclesiae ita meminit, ut aliquo vinculo cum ea nostrum coniunctum fuisse putare possis, sed hoc incertum est. Austriacum potius existimo, qui Gallias studiorum causa visitaverit, clericum indubie, et qui versu 345. decretalium notitiam se habere prodat. Non desunt in postrema opusculi parte, quae aliunde nota non sunt, digna sane quae accuratius excu-* 20 *tiantur.*

Legitur chronicon in duobus bibliothecae palatinae Vindobonensis *codicibus, quos olim ibi contuli:*

1) 506, *olim hist. prof.* 638, *saec. XIV. (Arch. X,* 473*).*

2) 364, *olim hist. prof.* 72, *et ipse saec. XIV. (Arch. X,* 461*). Hic ex* 25 *monasterio Claustroneoburgensi in bibliothecam palatinam delatus est.*

Unicam quae extat editionem a. 1790. dedit A. Rauch in Rerum Austriacarum Scriptorum vol. 1, p. 149 *sqq. e cod.* 2. *admodum mendoso, licet cod.* 1. *eo vetustiorem esse ipse iudicaret. Verum neque hoc codice usus est, neque alterum satis accurate expressit; quae dedit, plurimis locis sensu plane carent,* 30 *et sententiarum divisionem omnino neglexit. Nos collato codice* 1, *ex quo* 2. *descriptus esse videtur, multis locis mederi potuimus; aliis coniectura sensum scriptoris assequi conati sumus, nam et cod.* 1. *mendis scatet. Tum vero ipse scriptoris sermo is est, quem saepe vix intelligas; sed quae alicuius utilitatis sunt, lectori in hac nostra editione patere confido. Rubricas, quaenonab ipso* 35 *auctore appositae esse videntur, in margines reieci.*

Versuum qui ordinum sacrorum initia tangunt, aliqui reperiuntur in Auctario Vindobonensi SS. IX. p. 723, *i. e. inter ea quae ineunte saeculo XIV. in codicis Vindob.* 352 *marginibus scripta sunt. Etiam quod ad a.* 1153. *ibi de Friderici*

electione dicitur, eundem fontem sapit. Praeterea cum Enenkelii chronica quaedam intercedit similitudo, e. g. ubi de Richardi regis captione et civitatum muris pecunia inde accepta constructis agit; sed non ea est, ut alterum altero usum esse dicas. *W. W.*

ANONYMI CHRONICON RHYTHMICUM.

Etas nostri temporis brevis non senescit,
Veterata temporum reminisci nescit.
Ob hoc stupet[a] sapiens stultusque timescit,
Dies mali subeunt, malumque crebrescit.
5 Crede consequencia stilum redolere
Cursilem, non metricum: metra viluere.
'Que caritatem[b] vulnerant verba non valuere',
Quisque dicat sapiens, et hec abolere
Studeat et moribus cuique conplacere.
10 Queque[c] solum moribus res sunt metuende,
Fama conscientia sollerter colende[1].
Unde gesta veterum si bene notentur,
Propter hec conscribimus si non sinistrentur.
Gesta que temporibus meis[d] scio vere,
15 Quinque lustris antea michi notuere,
Locis quibus studui pleraque tenere,
Vellemque memoriter posteris manere,
Scribamque, dum vixero que spero valere.
Hec quippe presencia[e] iam preteriere,
20 Infra centum circinos prorsus evenere.
'Retroacta respice' docti notavere.

[Anno[2] milleno centeno septuageno
Anglorum primas corruit ense Thomas.
Anno milleno centeno terque triceno[3]
Ierusalem Franci capiunt virtute potenti.
His sex adiectes, Bernhardi tempora disces,
Cui theoloica scriptaque mystica signa dedere,
Magna preconia Clarevallensia que valuere[4].
Priscis temporibus postea sat puto plus amando sat.]

1152. Anno nonagesimo, M⁰. C⁰. cyrcinante[5],
Alexandro tercio papa presulante,
Maguncia, ut eligant imperio vacante,
25 Principes conveniunt, papa demandante:
In electo discrepant fortuna nutante.
De Staufa vir inclytus quovis discrepante
Prorumpit ad hostia, palacium[f] vallante,
Iunctis balistariis, milite stipante.
30 Pulsat, intromittitur, dicunt pie satis
Principes: 'Quid queritis?' dixit: 'Eligatis
Virum clarum genere, doctum largitatis,
Consultum, fidum, strennuum; tantum cur tardatis?'

a) stupit 2. b) caritate 1 *et* 2, *ubi corr. est.* c) Que *et v.* 11. solerterque *codd.* d) in eis 2. e) peñia 2. f) palāciū 1. 2.

1) Correctione facta rhythmus emendatur, sed verborum obscuritas manet. 2) Hos versus memoriales aliunde irrepsisse, in margine fortasse adscriptos, vel metrum docet. Primi leguntur etiam in Auctario Vindobonensi, SS. IX, 723. 3) Excidisse videntur tres versus, quos videsis in SS. IX, 724, cum versu illo notissimo *Anno mill. cent. quo minus uno* de capta urbe Ierusalem. 4) Hos versus alibi non vidi; sequentem non intelligo. 5) Poetam immaniter errasse patet.

Dicunt omnes territi: 'Quod vis faciemus.
35 Sed quis orbe talis sit, plane non[a] videmus.
Clarus, doctus, strennuus, fidus: hunc vellemus.
Omnes mundi terminos si consideremus,
Talem qualem consulis non inveniemus'. —
'Si per fidem dicitis, quod hunc eligatis,
40 Si quem demonstravero clarum, largitatis
Doctum, fidum, strennuum, virum probitatis,
Credo quod inveniam, hunc si approbatis'.
Fidem dant unanimes, nam necessitatis
Datur obtestacio. De Staufa sic fatur
45 Friderich magnificus: 'Michi quis equatur?
Doctus sum et strennuus, Francus hoc testatur
Michi, nec in omnibus vobis comparatur[a*],
Swevia, Duringia, si bene queratur,
Fidus et magnificus quod reperiatur
50 Non credatur similis: ergo conscribatur
Decretum'. Hoc iubet; primo sic iuratur.
Scribunt tandem lucide scriptumque signatur.
Ob hoc dux de Brounsweich voto se retraxit.
Idem dux Bawarie[b] dixit quoque: 'Pax sit,
55 Donec sim in Brounsweich; gravatus apello[c]
Ad Romanum presidem; nequeo duello
Iura nunc imperii per me defensare'.
Tunc electus concito latus militare
Sibi dat cum sumptibus, et ducatum dare
60 Parat ac virtutibus se exercitare.
Alii concorditer sibi federantur
Principes et protinus Nuremberch vocantur.
Ex edicto publico Saxones citantur,
Qui pro contumelia Bawaria fraudantur.
65 Hinc de Schirow nobiles rite feodantur
Ducatu Bawarie et palatinantur[1].

Romani[d] quod faveant electo rogantur,
Sed[e] quo magis precibus hi interpellantur,
Tanto pervicacius cordibus durantur.
70 Papa bulla fulminat, Tusci concitantur,
Syculus et Apulus Romanis iugantur.
Contra Theutunicos Romani conantur:
Nisi dent pecuniam, mactare minantur.
Electo Teutunici[f] solum sociantur.
75 Itur per Ytaliam, Tuscorum[g] necantur
Infinita milia, Lombardi tristantur,
Parant resistenciam, sed subpeditantur.
Atroces Theutunici mire debachantur,
Pugnant et Ytalici, cultris iugulantur.
80 Primo tunc Theutunici furere probantur,
De quorumque furia cantus derivantur[h].
Hinc forti milicia Roma[i] convallatur,
Omne municipium mire dissipatur,
Capitur, destruitur, urbs humiliatur.
85 Omnis de presidio miles furcis datur,

a) ne 1. 2. a*) coparatur 1. 2. b) Bowarie 1. 2. c) apollo 1 *et* 2, *ubi correctum est.* d) Roma 1. 2. e) Si 1. 2. f) Tertunici 2. g) Tuschorum 2. h) *ita Rauch*; deviantur 1. 2. i) Romo 1. 2.

1) Miram omnium rerum confusionem verbo tangere sufficit.

Non parcentes sexui[a], Germanus duratur.
Inde lamentabilis luctus innovatur,
Roma rodens roditur, et patibulatur
Senator, et nobilis quisque tunc necatur.
90 Fame languet, ferro squalet flammaque crematur
Urbs, probrosa redditur: que pridem mundi datur
Caput, tunc conticuit et aspernabatur.
Clerus passim moritur, murus dissipatur.
Alter papa ponitur, vel cesar consecratur.
95 Mundus totus quatitur[b], malum instauratur,
Iurantque residui: sic urbs reparatur.[1]
Per partes Hespereas tantum roboratur,
Orbis quod principibus nulli secundus datur,
Audax, largus, perspicax[c] semper hylaratur,
100 Superbos humilians prudens prosperatur.

1162. Alexander latitat apud Ianuenses;
Ianua non sustinet vires excrescentes,
Et in gyro vineas omnes succidentes.
Galearum copia mari collocatur:
105 Papa si evaserit et non capiatur,
Malum cunctis imminet, publice luatur.[2]
Papa per carnifices hinc licenciatur[d],
Mense tamen amplius viris occultatur:
Papa sanctus habitu muliebri latet.
110 Post hec extromittitur, et carina patet.
Pyratis divinitus nube sic velatur
Papa, quod[e] non capitur nec his preda datur.
Quintum in navicula nullus consolatur;
Quod evadat laqueos, Christo supplicatur.
115 Transit per insidias, quisque conspicatur.
Pergunt ut hunc rapiant, sed is[f] obumbratur.
Nil pirate faciunt, casso quis conatur.
Christus papam protegit, conans excecatur.

Nocte sancta subiit hora matutina
120 Magolum[3] cum quatuor gracia divina,
Protectus nubecula; voce repentina
Lectionis termino mente columbina
Ecce sacerdos precinit, puer increpatur,
Et dum vellet aliud, idem iteratur.
125 Insperate concinunt, quisque suspicatur,
'Papa cappa rubea' responsum cantatur.
Puer versum concinit, nolens consolatur.
Chorus reverencia digna veneratur
Papam, qui ab unico clerico iuvatur
130 Necnon camerario solo sociatur;
Duo[g] naute faciunt turbam: nunciatur
Statim regi Francie, papa[h] tranquillatur
Suis in confinibus sanus, et narratur[i]
Modus per quem venerit: hinc rex contristatur.
135 Vocat doctos consules, docte sciscitatur

a) sexu 1. 2, *quod rhythmo repugnat.* b) quatitus 1. 2. c) prospicax 1. 2. d) lecenc. 1. 2. e) quod *addidi.* f) his *corr.* is 2. g) Due 1. 2. h) papa *addidi.* i) variatur 1. 2.

1) Romanorum et Mediolanensium clades hic confusas esse apparet. 2) Et haec et quae in sequentibus leguntur, vulgi rumoribus tradita esse videntur et ab eius aevi auctoribus non narrantur. 3) Magalonam venit d. 11. Aprilis, quarta feria post pascha.

Francie baronibus verbum salutare,
Qualiter ecclesie patrem defensare
Valeat et cathedre sue reformare.
Inter hec concilium Turonis gregatur, [1163.]
140 Qui[1] prelatis Francie rite celebratur.
Imperator audiens quod hunc conservare
Rex deliberaverat, viribus armare
Se parat et Franciam prorsus extirpare.
Rex Francorum principes[a] studet congregare,
145 Queritat consilium, qualiter salvare
Se et suos[b] valeat, qui responsum dare
Visi sunt communiter: 'Non est tutum stare
Locis in campestribus, et hunc propulsare
Omnes nos nequibimus, audimusque clare:
150 Fortes de Ytalia turres coequare
Terre cesar potuit, Romam[c] pessumdare,
Que se mundi principem semper prerogare
Suevit; quam si potuit sic subpeditare,
Nobiles et humiles funibus nodare,
155 Urbes, castra, menia prorsus complanare
Quivit, nec est veritus[d] sacra prophanare,
Damus hic consilium: papam exulare
Paciaris alibi; nam si vis obstare
Friderico cesari, sic vos is conpescet,
160 Gens et generatio nostra sic stupescet,
Quod mingens ad parietem e nobis non canescit'.
Panditur consilium; quo vadat papa nescit.
Sperat[e] adiutorium Christi, qui consuescit
Non tarda molimina: oportune datur,
165 Alexander protinus papa consolatur.

Ecce dux de Bruneswich[f] proscriptus, audito,
Quod fugaret[g] Francie papam rex tam cito,
Convocat miliciam et pro papa vadit,
Quem ducit ad Saxones nec ab eo cadit.
170 Infra lustra quattuor scisma[h] malum crescit,
Spargit multifarie vepres et crebrescit.
Octavianum statuit cesar papam, cessit
Miser morti[i] subito, Gwidoque successit.
Ille nec catholicum finem morti solvit.

175 Unde cesar stupidus animo[k] revolvit, [1177.]
Quid esset quod fecerat, fidem quod resolvit.
Perpendit, quod devius nimis temeravit,
A salutis regula prorsus deviavit,
Quod rex Babylonie sibi comparavit,
180 Induratus Pharao fine quo signavit,
Exitum quiescere[l] corde destinavit.
Obedire victima magis reputavit,
Nam salutis ianuam e scriptis notavit
Tunc obedienciam, quam virtutum viam
185 Augustinus indicat et salutis sciam;
Mortem[m] quoque criminum ista videns pavit.
Dolet quod averterat se tantum, vocavit

a) princeps 1. 2. b) suo 2. c) Rome 1. 2. d) virtus 1. 2. e) Spirat 1. 2. f) Brunsweich 1. 2. g) fugari 1. 2. h) cysma *codd. nonnunquam.* i) morti *addidi.* k) anno 1. 2, *emendavit Rauch.* l) que querere? m) Morte 1. 2.

1) Et hic et infra v. 361. *concilium* tanquam masculini generis sit, occurrit.

Principes Venecias: causam se dedisse
Scandalis confessus est et se deliquisse
190 In matrem ecclesiam. Papa revocatur,
Omnisque scismaticus publice dampnatur.
Pastor Aquilegie palam confitetur[1],
Salzburga, Maguncia[a], quevis reveretur
Alexandrum tercium; scisma complanatur
195 Hoc pacto, quod clericus quisque deponatur
Ordinatus scismate[2], papaque sic fatur,
Cum occurrit inclitus et humiliatur:
'Pede[b] tangens humeros cesaris ambulabo[c]
Super basiliscum, aspidem, leonem calcabo[c, 3].
200 Non tibi, sed imperio parco, cesar clare'!
Hiis verbis parat illico sic responsum dare:
'Nec tibi obedio, sed Petro reverendo.
Siste pedem, stemus simul, tibi metuendo
Obediam dum vixero. Credo prophanasse,
205 Creando pontifices, qui interierunt
Et lamentabiliter finem signaverunt'.
Tandem scisma taliter rite complanatur,
Principes conveniunt, et pax informatur.
Gwerrarum turbinibus cladeque constante,
210 Pre timore cesaris mundo titubante,
Scismate durissimo huic insultante,
Dignam penitentiam[d] papa acceptante,
Iter Ierosolimam cunctis preparatur.
Imperator maximus sic confederatur,
215 Devotus ecclesie ad iter armatur,
Ungaris et Bulgaris, Grecis inpugnatur,
Et a Parthis denuo, sed non superatur.
Infestus milleartifex[4] contra eum datur:
Potitus victoriis amne balniatur,
1190. 220 Et carecto pedibus herens suffocatur.
Flet, dolet ecclesia, tam victorioso
Se privatam principe, nam se glorioso
Fine consignaverat, pridemque famoso
Triumpho Lombarticos Romamque nodoso
225 Manciparat nexui, Mediolanum stravit,
Et probrosis ficubus probra cumulavit,
Gestaque perpetua lege consignavit,
Quos muris, presidiis publicis privavit.
Disciplinam vereor, qualiter mulctavit,
230 Fedum puto scribere, illos et mactavit.

Hoc tempore Bela rex regnavit in Ungaria[e]

Bela per Ungariam tercio regnante,
Laudes ac victorias suis cumulante,
Tandem[f] fato concite sibi demandante,
Moritur, et filio primo discordante
1199. 235 Cum germano, vincitur et exheredatur[5].
Nec mirum si religas scriptum quod testatur:

a) Mogoncia 2. b) Sede 1 *et* 2, *ubi correctum est.* c) ambulabis, calcabis 1. 2. d) Digna penitentia 1. 2. e) *haec desunt* 1. f) Laudem 1. 2.

1) Udalricus Aquileg. patriarcha dudum Alexandro faverat, Salzburgensis Adalbertus tanquam eius fautor pulsus erat; solus Christianus Moguntinus Venetiae se subiecit. 2) Hoc aperte falsum est. 3) Haec, quae papa dixisse fertur, verba, primo occurrere videntur in Innocentii III. bulla inter formulas Boncompagni; v. Winkelmann, 'Otto IV.' p. 257. 4) i. e. diabolus. 5) Andreas per fratrem Henricum vel Emericum a. 1199 expulsus est.

Roma fratris sanguine[a] pridem dedicatur.
Non est passus Romulus Remum, sed necatur.
Sic pro[a*] Zara[1] primitus bellum innovatur,
240 A regno latissimo frater effugatur.
Andreas ivit ad Austriam, Heinrico micante
Solo regni solio, eoque migrante — 1204.
Patris lege, denuo regno titubante,
Ungari superstitem querunt et gaudenter
245 Revocant ab Austria[2] locantque decenter.
Circumquaque queritant reginam[b], procantur
Nobili prosapia, sic consiliantur;
Nobiles ex Austria proci destinantur,
In ducis Meranie[3] nata prosperantur,
250 Gerdrudisque, filia dicti, palliatur,
Et Andree coniugis vite consors datur.
Cuius frater inclitus vir magnificatur
Perchtoldus, Colocie tandem cathedratur[4].
Andreas natos genuit tres: primus vocatur
255 Bela, alter Andre, Coloman; his soror generatur
Elizabeth non sterilis, que Duringo[5] datur,
Ubi sanctimonia sic mirificatur
Per plurima miracula, quod sanctificatur,
Tandemque sollempniter hec canonizatur[6],
260 Et iocundo tytulo celis coronatur.
Invidus successibus regni laceratur
Ille vetus oriens[7], quod sic tranquillatur
Dolet, et Colocie presul inflammatur,
Et regine suggerit, quod vi[c] pociatur
265 Banci viri nobilis uxore. Tristatur
Et anxietatibus male moriatur
Regina; quid faciat rumpere[d] consternatur.
Ducta muliebriter fratrem medelatur,
Unde post exicium multis propinatur.
270 Banca participibus suis querelatur;
Furit, fremunt pariter, sicque conspiratur.
Campestri tentorio regina necatur — 1213.
Et in monasterio Plis[e] hec tumulatur[8].
Post succrescit ulcio, fallanx dissipatur.
275 Ve plorant innocui, Bela coronatur[9].
Postquam pater simulat nec mortem zelatur
Matris eius, concite dolos machinatur,
Contra patrem cogitat et exasperatur,
Tandem ad concordiam patris revocatur. — 1224.
280 Quo defuncto, curia Albe celebratur, — 1235.
Regale convivium cunctis preparatur,
Sed conviva plurimus[f] capite truncatur[10].

a) sanguinem 1. 2. a*) phares *codd., quod sensu caret et cum rhythmo pugnat.* b) reginaque 1. 2. c) ī 2. d) *plura hic corrupta esse apparet.* e) Phys 1; Phis *cum abbreviandi signo* 2. f) plurimis 1. 2.

1) Iaderae (Zarae) Andreas praeerat. 2) Andreas dudum reversus erat, et novo inter fratres bello exorto, in Croatia captivus servabatur. 3) Bertholdi; sed ea multo ante Andreae nupserat. 4) A. 1206. electus, a. 1212. consecratus est. 5) Ludowico landgravio. 6) a. 1235. 7) Diabolum indicare videtur, qui alias Lucifer appellatur. 8) i. e. in monasterio Pilisiensi ord. Cist. inter Budam et Strigonium sito. 9) Iam a. 1207. coronatus est; a. 1224. patri reconciliatus Dalmatiae praefectus est. 10) Nihil alibi hac de re scriptum inveni.

Hic vide peregrinacionem puerorum et qualiter per incantaciones sunt decepti [a].

Illis in [b] temporibus stupendum quid crevit,
Mundoque mirabilis truffa inolevit,
285 Nam sub boni specie malum sic succrevit.

Hic est carmen quod ubique cantabatur

Arte quidam [b*] magica ista late sevit:
'Nycolaus famulus Christi transfretabit,
Et cum innocentibus Ierusalem intrabit.
Mare siccis pedibus securus calcabit,
290 Iuvenes et virgines caste copulabit.
Ad honorem Domini tanta perpetrabit,
Quod pax, iubilacio, Deo laus sonabit.
Paganos et perfidos omnes baptizabit,
Omnis in Ierusalem carmen hoc cantabit:
295 Pax est nunc christicolis, Christus proximabit,
Et redemptos sanguine mire collustrabit,
Nycolai pueros omnes coronabit'.

Talis devocio ante hec non [c] est audita.

Aures cunctis pruriunt, virgines ornantur,
Annos infra sedecim euangelizantur.
300 Concurrentes pueri certant, ut sequantur
Et rubrum mare videant [d]; casso consolantur.
Ungarus, Theutunicus, Francus sociantur,
Boemus, Lombardicus Brittoque conantur.
Flandria, Westfalia, Durinch [e] federantur,
305 Friso cum Norwagia, cuncti conglobantur.
Prurit pes et oculus, pueros venantur
Illi de Prandusio, virgines stuprantur,
Et in arcum pessimum passim venumdantur.
Risum luctus occupat, digne lamentantur.
310 Plorant matres ut Rachel, nati morti dantur.
Vanitates hauriunt pueri, fraudantur.

Conclusio

Mundus vanitatibus sordet et stupescit,
Verum spernit populus, clerusque tabescit.
Adulacionibus quisque dum consuescit,
315 Pax, fides, concordia stabiliri nescit.
Omnis homo laudibus effert hoc preclare
Augens, quod debuerat pocius [f] increpare.
Propheta nos redarguit, qui videmur stare,
Nutantes ypocrisi scimus colorare,
320 Pulvillos consuere et cervical dare [1].
Large consuescere voluit et amare.

Primum ecclesia luxerat [g] mortem tam strennui imperatoris Cogitaverunt de substitucione

Porro cesar inclitus natos tres habebat,
Heinricum, qui Apulis totum se credebat,
Chunradumque Suevie ducem, quem transfixit
325 Faber adulterio, hicque brevi [h] vixit.
Tercius in filiis Philippus donatur.
Heinricus, imperio qui et prosperatur,
Iungitur hinc Apule [i,2], per quam generatur
Puer de Apulia qui cognominatur.

1194.

330 Mediolanum denuo huic contrariatur
De probrosis ficubus [3] ulcisci se conatur
Cesaris in filio; tandem superatur.
Plus quam pater filius in his debachatur [4].

a) *deest* 1. b) *deest* 2. b*) quidem 1. 2. c) *deest* 1. 2; *addidit Rauch.* d) rumare viderant 1. 2; *emendavit Waitz.* e) Ourinch 1. 2. f) post 2. g) ecclesiastis luxurat 1. 2; *cf. supra v.* 221. h) breve 1. 2. i) Apulie 1. 2.

1) Cf. Ezech. 13, 18; sed quae sequuntur non intelligo. 2) Constantiae, iam a. 1186. 3) V. v. 226. 4) Mera fabula.

Venit in Germaniam victor et laudatur.
335 Iurant cuncti principes, si premoriatur, — 1196
Puer de Apulia quod substituatur
Friderich imperio; post hoc captivatur,
Postquam pater inclitus dolo toxicatur. — 197
Natum petunt principes, sed his denegatur.
340 Tandem in discordia duo eliguntur: — 1198.
Otto dux de Bruneswich[a], Philippus dicuntur,
Ambo clari principes; sed interlocuntur
Fratres cum Innocencio, Ottoni iunguntur. — 1202.
Duci de Zeringia[b] littere scribuntur,
345 Scripte decretalibus[1]: si[c] bene leguntur,
Horum casu singula plene perpenduntur.
Otto fidens[d] viribus leo[d*] consignatur,
Dignus et imperio rite coronatur.
Ferrinando comiti Flandrie sociatur — 1209.
350 Contra regem Francie, et infatuatur. — 1214.

Per hunc sic Theutunicus pudor deviatur[e], — *Hic fugatur per regem Francie Otto.*
Magnus fortis stolidus campis effugatur.
Ferrinandus Flandrie comes vinculatur,
Pro quo turris maxima Parisius paratur.
355 Philippus Coloniam intrare conatur[2],
Babinberch occiditur; Otto consecratur, — 1208.
Et per eminenciam stature laudatur.
Tyranizat, clericus per hunc blasphematur; — 1210.
Manum dans ad vetita[f], excommunicatur.

360 Magnus Innocencius late predicatur, — *Hic generale concilium Rome celebratur* 1215.
Quo generalissimus[3] Rome celebratur
Concilium, quod omnibus priscis prerogatur
Celebratis antea, per quem illustratur,
Quidquid ante[g] latuit, scriptis decoratur.
365 Lumen hic ecclesie, cleri flos ornatur
Rite laudum tytulis et magnificatur.
Prodit constitucio iusque limitatur:
Clericus ecclesia sit contentus sola,
Unitatem[h] fidei docet Christi scola.
370 Post hec magni cesaris nepos evocatur. — 1212.
Hic eiusdem nominis puer nominatur
Friderich conspicuus, Ottoque fugatur.
Hic[4] per Innocencium cesar consecratur.
Anno ducentesimo milleno notatur.
375 Clerus[i] cum imperio mire tranquillatur.

Post hoc anno septimo[5] surgunt Iacobite, — *Hic considera adventum Predicatorum qui Iacobite Parisius vocantur Anno Domini 1212*
Nigras cappas deferunt, spargunt verbum vite.

Nonoque Gregorio[6] sed et Cordelite — *Hic fratres Minores.*
Nudum[7] Christum predicant ut Israhelite
380 Veri nudis pedibus; omnes miserantur
Et per Christi famulos pie provocantur.

a) Brownweich 1; Brownwich 2. b) Heringia 1. 2. c) sed 2. d) videns 1. 2. d') *forte:* oleo signatur. e) derivatur 1. f) fetida 1. 2. g) antea 1. 2. h) Unitatis 1. 2. *Versum hunc Rauchius omiserat.* i) Clericus 1. 2.

1) Coll. III. decret. lib. 1. tit. 6. de elect. c. 19. 2) A. 1206. urbem cepit. Vides quam misere omnia hic sint confusa. 3) Cf. supra v. 140. 4) Otto IV; siquidem ordo Praedicatorum septimo abinde anno confirmatus est. 5) In Auct. Vindob., SS. IX, 723. ad a. 1207. legitur: *Anno in presenti* etc. 6) Iam a. 1208; regula autem confirmata est per Honorium III. a. 1223. 7) *Minores Chr. pr. ut Isr. Sub Innocencio sed et Cordelite.* Auct. Vind. Sequuntur versus 384. 385; deinde 408. 409.

Prodit sapientia, scismata dampnantur.
Per hos duos ordines Begine velantur.
Isti civitatibus[a] solum commorantur
385 Et de euangelio vivunt et lucrantur.
Desperatos plurimos euangelizantur.

Hic venit regula sororum de sancta Magdalena.

Post non multum temporis[1] surgit Magdalena
Cum suis sororibus, Christi laude plena.

Isti solum in Lonpardia sunt.

Adhuc[b] in Italia sunt Humiliati,
390 Qui iurare rennuunt et sunt uxorati.

Hic fratres cum duplici stella, hic illi de spata[c]

Veniunt et alii fratres Constellati.
Dehinc Christi milites surgunt Gladiati,
Fortes atque strennui, sic[c*] legitimati,
Qui exacti debitum bis ebdomadati[d]
395 Solvunt et sunt alias caste coniugati.

Hic Sacciti qui Bononie sub Alexandro IIII se locarunt[e].

Nova demum concio consurgit Saccorum,
Alexandro preside quarto Romanorum.
Saccum foris, deintus vestitus pannorum
Deferunt; hi rennuunt usum calciorum.

Hic fratres sanctorum martyrum.

400 Fratres de Martyribus surgunt rubricati,
Signo crucis pectore manuque signati,
Cappis clausis, alias vestibus albati.

Hic fratres virgulati

De Carmelo veniunt fratres virgulati:
Hii, ut vulgo dicitur, fratres sunt beati.

Conclusio de horum varietate

405 Cuncta iam religio sic varietati
Differt ab extrinseco, intus[f] unitati
Conformis, quod placeat Christi veritati[g].
Dicimus[h] communiter pie recolentes,
Quod[i] nati sunt[k] pro patribus filii accrescentes.
410 Ad culturam fidei simus revertentes,
Habitu monastico[l] quoscunque tegentes.
Nil facit diversitas hic capuceorum,
Ubi manet unitas fidei iunctorum,
Sed dat efficaciam virtus collatorum:
415 Fides unum bravium monstrat diversorum.

Dux Leupoldus redit a Terra Sancta

Ante dictos ordines uno lustro pono:
Leupoldus dux Austrie fortis Dei dono,
1190. Postquam suo milite Thamiat[m] prostravit[2],
1192. Terra Sancta rediens, regem captivavit
420 Richardum de Anglia, sterlingis dicavit.
Quosque muros Austrie prudens instauravit,
Opere mirifico[n] claustrum consummavit
1194. Liliveld[3], et unico lustro post migravit
(1230). Ad celos. Ecclesie pacem reformavit,
425 Discordes imperio pace tranquillavit.
Hic perennem tytulum sibi comparavit,
Pacis hic nutricius lites complanavit,
Discordantes principes pure concordavit;
Ecclesias in Austria dux hic non gravavit,

a) tunicatibus 2. b) Ad hinc 1. 2; Sunt et in Ytalia fratres h. *Auct. Vind.* c) pata 1. 2. c*) sunt *Auct. Vind.* d) ebdomati 1. 2. e) locabunt 1. 2. f) iuncta 2; Differt ab ex *desunt* 1. g) beritati 1. 2. h) Dicunt hii *Auct. Vind.* i) *ita Auct.*; Qui 1. 2. k) sint *Auct.* l) monasterio 1 *et* 2, *ubi correctum est.* m) Thameat 2. n) murif. 1. 2.

1) *Isto quidem tempore* Auct. Vind. ad a. 1214, ubi versus 387—395. leguntur. 2) Immo Acconem. Sed binos et Leupoldos et Fridericos auctor confudit. 3) scil. Leupoldus VI. dictus Gloriosus.

430 Neque[a] vectigalia petere curavit,
Sed collapsas inclitus iudex instauravit:
Illibata cuique iura conservavit.

Hinc successit unicus Friderich, ut David, — Hic de duce Friderico.
Qui potenter principans terras gubernavit — 1230.
435 Hic vicinos principes dire circinavit,
Non patrissans terminos suos ampliavit.
Armis militaribus se magnificavit,
Iuvenili motui supra modum favit;
Ex hoc famam propriam crudelis nigravit.
440 Baronum instancia cesar invitatur,
Ex edicto curia Wienne celebratur. — 1237.
Concors cohors militum convociferatur,
Absens dux clamoribus multis accusatur,
Suorum sententia morti reus datur[1]:
445 Pauper dux efficitur et exheredatur.
Principes et milites huic contrariantur,
Clerici cum rusticis bonum[b] imprecantur.
Dolis ut venabulis sic acuminantur,
Latent in insidiis, mortem machinantur,
450 Temptant, vadunt, veniunt, sed non prosperantur.
Catervatim exeunt, nemora secantur,
Secantes militia Styrie tutantur.
Prorumpit[c] de Medlich[2] dux[d], cui commitantur
Fortes pauci numero: secantes fugantur,
455 Resistentes eminus dire vinculantur.
Wiennenses et principes demum anxiantur, — 1239.
Nuces, edificia coquinis cremantur,
Extra muros ludere stultum arbitrantur.
Animantur pariter, exire conantur.
460 Fames, tribulacio Wienne geminantur,
Panis, caro deficit, canes venumdantur.
Principes cum cesare sic consiliantur:
Prelati, milicia tota concedantur.
In triginta milibus civitas vallatur
465 Nova[3], de qua prosilit dux et gratulatur,
Cum quingentis insilit et his debachatur;
Occurrens cum gaudio fallanx dissipatur,
Claraque milicia terra consternatur.
Frisingia, Patavia patribus fraudatur.
470 Utraque quivis abicit arma, levigatur[4],
Wiennamque deproperat, campus venustatur
Clypeis, toracibus; cesar conturbatur,
Abire principibus cautum[e] reputatur.
Abeunt, sed sarcina pignus obligatur,
475 Duxque fortis robore per vim roboratur.
Omnes proni redeunt, facies ornatur
Plathearum[f] omnium, Wienna[g] renovatur.
Gaudenter ab omnibus rite veneratur,
De triumpho nobili dux hic collaudatur.
480 Urbes, castra, menia, Wiennaque donatur.

a) Nec 1. 2. b) *ita codices.* c) Prorupit 2. d) *deest* 2. e) tantum 2. f) Palth. 1. 2. g) Wienne 2

1) Haec minus accurate relata esse patet. 2) Moedling; qui inde cognomen traxit, erat Heinricus, frater Friderici II. 3) Wienerisch Neustadt. 4) i. e. relevatur armis abiectis.

Pacem cesar federat et congratulatur
Duci quem offenderat: simultas temptatur.
Vadit, nec revertitur, sed nec serenatur.
Regno laudum tytulis dignum cesar fatur,

1245.

485 Sicque pacis federe Veronam vocatur,
Ubi claro[a] milite fultus decoratur.
Ab eventu dubio dolus instauratur
Duci, nam crepusculo bellum intentatur.
Dolosus Ytalicus falera stipatur,
490 Cumanus[b], Theutunicus[c], duxque mox armatur,
Et in pontis medio festum celebratur
Iaculis et ensibus; lanceis[d] foratur
Latus tunc Ytalicum, tandem quies datur.
Graciosus rediit, paxque simulatur.
495 Ars ut artem falleret, dux exhilaratur,
Cesaris ad palacium palam cuncta fatur.

De aducatu Tartarorum. 1214.

Post hec[1] anno tercio malum innovatur:
Omnibus exicium Tartarus minatur.
Anno quadragesimo Christi prenotatur
500 Ducentis millesimus, quo depopulatur
Polonus, et Ungarus tunc exterminatur.
Esse papa desiit[2], et sol obscuratur.
Credo, corda saxea, si bene cunctantur[3],
Tartarorum rabiem scissa miserantur.
505 Nam vicissim coniuges misere vorantur,
A parente filii dire iugulantur.
Filie tenerrime matri cibus dantur,
Bestiarum dentibus quique lacerantur.
Quodam nam tugurio pingues tres salsantur
510 Sacerdotes cogniti: ab uno necantur
Ungaro, et piscium[e] vicibus vorantur.
Idem, ut confessus est captus, subterravit
Sexaginta capita iuvenum, non expavit
Contrectans atrociter, carnemque voravit
515 In trienni circulo: miser non negavit.
Que de latitudine regni conscribantur,
Cum hec in tugurio parvo perpetrantur?

Comparacio luctus Ieremie ad luctum in ceci pnarcorum[f] perTartaros.

Quid Ieremias lugeat natos Sedechie:
Ierusalem destruitur, lugent Syon vie,
520 Quod non sint qui veniant ad sollempnitatem.
Matrum mammis[g] queritur esse nuditatem,
Lactaverunt lamie catulinitatem[4].
Si cunctanter videas, fantasietatem[h]
Advertes, ne dixerim non mortalitatem.
525 Comparatam reputa Babylonitatem
Ad Tartarorum rabiem et crudelitatem
Nil fuisse: panibus illi saturantur,
Parvuli de panibus edunt si frangantur:
Prochdolor! hi parvuli dente masticantur.

a) clero 2. b) Cummanus 2. c) Thetunicus 1. d) lancis 2. et l. *uterque.* e) *ita Waitz emendavit;* ipsum 1. 2. f) *an* in cede parvulorum? in esu parvulorum? g) in animis *codd.* h) fantascitatem *codd.*

1) scil. post Wiennae obsidionem. 2) Anno 1241. Gregorius IX. et Celestinus IV. mortui sunt sedesque diu vacavit. 3) i. e. percontantur. 4) Cf. Thren IV, 3: *Lamiae nudaverunt mammam, lactaverunt catulos suos.* Sed multa hic sunt, quae vix intelligas, vel quae sensu careant.

530 In trimatu milia multa sic vorantur,
A parentum manibus verubus assantur.
Omnes agri[a] bestie in lupos mutantur.

Roma lustri medio papa viduatur,
Post hec Innocencio quarto gratulatur.

Hic vacavit sedes duobus annis et dimidio.

535 Lugduni concilio hic magnificatur,

1243.

Edicto peremptorio cesar evocatur,

1245.

Qui pro contumacia rite premultatur,
Diffinitiva denuo contra eum datur.

Iure favet fronesis patri tam clementi,
540 **N**otat quem synderesis[1] tytulo fulgenti.
Nominis discrecio prebet spem gementi.
Omen das terrigenis, pater Innocenti.
Corde carens carie carmina cunctare:
Erus eris eligans dyogenizare,
545 **N**ota meque dubium statum declarare.
Cleri tu presidium, speculum solare,
Incunctanter diceris iubar salutare[f].
Virtutum progressibus[g], vox veri, vos veneramur.
Sydus sincerum modulamen suscipe verum.

Hic aplaudo[a*] Innocencio magnifico[b] vide[c] capita, et nomen utriusque Innocencii[d] et Frederici[e] invenies

550 **F**raus, simultas, odium, furor germinavit,

Nomen Friderici

Rampnus[h] in ecclesia spine pullulavit.
Immo[i] gazas farciens rampnos ampliavit;
Dorcadis[2] officium per hunc exulavit[k].
Erumpnoso stipite probra cumulavit
555 **R**adix virus[l] siciens, quod et propinavit.
Idrus[m] hic cuspidibus cultros cruentavit.
Codex astro labitur[n], nares perforavit[3].
Umbram legis coluit, sacra prophanavit.
Sevit hic viperee, natos dum necavit.
560 Id quod propinaverat bibens, sauciavit
Cultores ecclesie. Fortem hunc prostravit
Quartus Innocencius, cui Deus favit.
Diffinitivo calculo illum reprobavit,
Qui victus in Victoria se humiliavit,

1248.

565 Preceptis ecclesie finem consignavit.

1249.

Ad hec de Sardinia Bononiam pulsavit

Hic Heinricus rex de Sardinia capitur.

Rex, sed hunc[o] Bononia pugnax vinculavit.
Vinctum quoque vinculis pacto mancipavit,
Quod vinctus perpetuo sit, et hoc iuravit.

570 Abhinc[4] lustri termino Franci consignantur,
Terram Sanctam adeunt, sed subpeditantur,

Anno Domini 1224

Superire desinunt, cum sic subsannantur.
A pagis rex et Francigene[p] quique captivantur.

1250.

Pastores Parisius euangelizantur,

1251.

Hic introitus pastorum[q].

575 Nonaginta milibus clerici fugantur.
Tandem de moneriis[r] ulcioni dantur
Brugis[5], et Burdegalis prorsus extyrpantur.

a) agni 2. a*) a plando *codd.* b) *ita uterque.* c) inde 2. d) hō 2. e) franci 2. f) sabitare 2. g) pregressibus 2; *sed versus claudicat.* h) Fampnus 2. i) Iuno 1. 2. k) exultavit 2. l) virtus 1. 2; *emendavit Rauch.* m) Ydibus 1. 2. n) labitus 1. 2. o) huic 1. 2. p) *forte:* A paganis rex et Franci. q) intritus pastor 2. r) *ita uterque.*

1) superior pars rationis, v. L. Diefenbach, Glossarium p. 536. 2) V. Acta Ap. IX, 36. 3) Cf. Iob. XL, 19. 4) Synodum Lugdunensem respicere videtur. Numerus in margine positus sensu caret. 5) i. e. Biturica (Bourges).

Hic mors Friderici ducis[a] et victoria 1246.

Post hec quintodecimo mense[1] debachantur
Cumani per Austriam, mala suscitantur,
580 Et hinc inde prelium forte trutinatur.
Terga vertit Ungarus, duxque victor datur.
Fraus antiqua pullulat, dolus non celatur:
Dux per suos milites heu! clam neci datur.
Hoc comperto, protinus malum instauratur,
585 Ungarus regreditur, Austria vastatur,
Flet, dolet et eiulat, iuste lamentatur,
Quod sic orba principe tanto viduatur.[b]

Hic Hermannus de Badin. 1248.

Tandem casualiter neptis copulatur,
Heinrici ducis[2] filia, marchioni datur
590 De Badin, quo filius tandem generatur[3].
Fato mortis denuo principe privatur
1250. Terra, rursus petitur soror et vocatur
Predicti ducis inclyti[4], que regina data
Erat, et imperio fuit[c] destinata,
595 Imperatoris filio est tunc copulata
Heinrico, sollempniter Aquis coronata.
Heinricus a cesare patre neci datur[5].

Hic Margareta regina 1252.

Porro per hanc Austrie ut subveniatur,
Otacharo[d] Boemie regi copulatur,
600 Per quam pax et gloria terris augmentatur.

Hic Moravia vastatur.

Hunc heredem Ungarus dolens suspicatur,
Fremit, it[e] Moraviam, quam depopulatur.
Moravus, Australicus, passim venumdatur,
Sacerdos occiditur, sacrum prophanatur.
1254. 605 Redimitur vexacio, Styria donatur
Ungarus, et Styria mire dominatur;
Thorus prostituitur, virgo violatur,
Clamor it[e] ad sidera, sexus maculatur.

Hic campestri pugna conveniunt. 1259

Post hec anno tercio mala renovantur,
610 Ungari presidio Styria[6] fraudantur,
Per quos ibi plurima mala perpetrantur.
Cumani cum Ungaris iaculis armantur;
Boemus, Theutunicus[f] mutuo iuvantur,
Marchio in Brandenburch[7], fortes sociantur;
1260. 615 Inhumani denique campis effugantur
Cumani, cum Ungaris dire pessumdantur,
Et in Marcha fluvio plures suffocantur.
Sed et neci flebili primo preda dantur
Austrie prenobiles, comites necantur
620 De Ardek[8] cum ceteris, gladiis mactantur,
Insperate[g] plurimum telis iaculantur.
Tandem surgunt strennui, ex hoc concitantur,
Ad vindictam properant, sicque superantur
Cumani, cum iaculis minime curantur.
1261 625 Fusim singuli proclamant; Deo grates dantur.

a) duo 1. 2. b) induatur 1. 2. c) *verbum rhythmi gratia addidi.* d) Otakaro 2. e) id 1. 2. f) Theutenicus 1. g) Insuperate 2.

1) Minime, nam tumultus ille pastorellorum, ut dicebantur, a. 1251. accidit. 2) dicti de Medling, Friderici II. fratris, Gerdrudis vocata. 3) Fridericus a. 1249. 4) Friderici II. 5) Hoc falsum esse scimus. 6) i. e. in Styria. 7) Otto. 8) de Hardeck, Otto et Chunradus.

Grave post excidium tandem federantur:
Regis neptis Ungara[1] regi copulatur, — 1261.
Maguntino presule[2] Prage coronatur.
Hinc regina sterilis sic repudiatur,
5 — 630 Margionis[a] filia Leupoldi, solatur
Suo patrimonio, Chriminowe[b] locatur.

Hic dux Bawarie suam[c] occidit uxorem. 1256.

Si effectus videas hic detraccionis,
Consequenter sencies et suspicionis
Ambo sunt molimina desperacionis,
10 — 635 Peccata penalia et perdicionis,
Formam tenent cupide licitacionis.
Amor est materia licitacionis,
Zelotopiam generans moderacionis
Nesciam, sed credulam male accionis[d].
15 — 640 Inquietum animal[e] criminacionis
Furor atrox dominans semper temeravit.
Hec ducem Bawarie[f] species notavit
Illusum, dum coniugem suam iugulavit[3].
Et per eum titulo probra cumulavit
20 — 645 Pervicax suspicio, que non quietetur
Pauperem, dum principem sic pacatum vocetur[g].
Caro militantibus istis signis dare
Solet tale premium; stude procul stare!

Hic ordo flagellancium sese. 1260.

Prodit a Perusio secta que laudatur,
25 — 650 Crescitque devocio, fides instauratur.
Cedit usurarius et humiliatur,
Potens in potencia quivis miseratur,
Reus homicidii reconciliatur,
Pax, misericordia nulli denegatur.
30 — 655 Catervatim populus omnis flagellatur.
Cantus hinc attollitur: mater imploratur
Ihesu Christi, canticum sic multiplicatur.
Cerdo, pistor, carnifex euangelizatur,
Contra clerum clanculo scisma suscitatur.
35 — 660 Sutor penitenciam dans confessor datur,
Textor, faber predicat et sacrificatur.
Large tuba canere scit molendinator,
Cantus novos promere scit et gladiator.

Comparatio.

Hic serenum delubrum recte simulatur,
40 — 665 Facies feminea cauda venenatur.
Secta hec principio mire dulcoratur,
Doctores Bononie prorsus consolatur.
Fervent, sese lacerant, forcipe sulcatur
Dorsum, et urticibus urunt ventrem; fatur
45 — 670 Quisque conscientiam[h]: istos detestatur
Quelibet religio nec his inclinatur.
Miles it[i] et clericus, quisque sauciatur;
Doctor cum discipulo pro Christo nudatur,
Sed obducta facie, finis improbatur.
50 — 675 Habent[k] zelum Domini, sed infatuantur,

a) Margrauii 1. b) Chruninowe 2. c) suarum 1. 2. d) credula male lacionis *codd.* e) animum? f) Boucarie 1; Baucarie 2. g) *haec corrupta esse patet.* h) ream *addunt codices, quod cum rhythmo pugnat.* i) id 1; hic 2. k) Hunc 2.

1) Chunigunda dicta de Matschowe. 2) Werinhero Dec. 27. 3) Ludowicus comes palatinus Mariam de Brabantia.

Sine sapiencia casso gloriantur.
Dum sulcantur tergora, euangelizantur
Cerdones pro pastoribus: hi non consecrantur,
Nec hos misit Dominus, ergo reprobantur.
680 Boni cleri dogmate conscandalizantur.

Anno Domini 1224 1247.

Postquam anno unico imperium vacasset,
Wilhelmum de Holandia papa demandasset
Coronari, Frisones nolunt subiugari.
Tandem victi precibus precioque, parari
685 Spondent armis bellicis; sibi sociati[a]
1248.
Aquisgrani[b] veniunt, ubi lanceati
Iaculo confodiunt plures. Coronatur,
Capto burgo, Frankenfurt[c], satis prosperatur.
Rex Chunradus prelio per hunc superatur[1].
1256.
690 Redit, it[d] ad Frisones, per quos neci datur.

Nota de uredine istarum terrarum. 1262.

Post hec anno septimo[e], dum esset sol leone,
Austria, Boemia, concremacione
Aeris, incendium sic[f] e regione
Solis spera detulit arefaccione,
695 Quod flammas emicuit et sterilitatem
Satis multam prebuit et anxietate.
Altis terris accidit reverberacione
Radiorum[g] firmiter: si de racione
Horum te inmisceas costellacione,
700 Sompniabis forsitan cyrcinacione[h].
Si per nares circulus revolucione
Se patenter prebeat[i], fit hoc aversione.
Nubium contrarium fit[k] complosione,
Que humores deferent terras et irrorant,
705 Ac satorum[l] copiam spirant et odorant.

Nota de stella cometa quod[m] commentum ducit. 1264.

Post non multum temporis fervor parturivit
In humore aeris, quando nox abivit,
Quinque comas lucidas, stellamque vocavit
Comatam quisque sciolus, que nares perforavit
710 Plurium dogmatibus: quisque masticavit
Portentis pronosticis, doctus sompniavit.

De causalitate[n] precedentis

Ex natura calidi et vaporis stare
Credas, vapor calidus siccus dum ascendit,
Ad incensum aeris natura non descendit,
715 Sed rursum ad terminum ignis inflammatur,
Et ex orbis motibus comis radiatur.
Si vis hec perfectius, vide metheororum[2],
Quo modo galaxia et assub vaporum
Prebeant ymagines, ut perpendicularis
720 Ignis lignis insitus longus et stellaris.
Linque vaticinia de his: tunc probaris
Veritatis famulis et iustificaris.

Hic fugatur Otto[o] rex prope[p] Mogonciam per Wilhelmum regem et abbatem Sancti Galli[3].

Cunradus per Apulos heres invocatur.
Princeps favet facie cordeque tristatur.

a) sociari 1. 2. b) granon 1. c) Franfurt 1. 2. d) id 1. 2. e) decimo et s. 1. 2. f) incendio si 1. 2. g) Rediorum 1. 2. h) cyrimacione 2. *Haec Oedipum poscunt.* i) prebe prebeat 1. 2. k) sit 1. 2. l) sacorum 1. 2. m) quam 1. 2. n) caritate 1. 2; *emend. Rauch.* o) *leg.* Cunradus. p) per Mogonciam Wilh. *codd.*

1) Hoc falsum est; Heinrici landgravii victoriam respicere videtur. 2) scil. in libro Aristotelico. 3) Hoc neque auctor dicit, nec verum est.

725 Convocat miliciam, Neapolis vallatur. — 1253.
Dolet hoc ecclesia, quod sic prosperatur.
Plena bonis civitas tandem subiugatur
Neapolis, et dominus rex intoxicatur. — 1254.

5 Anglicus, Yspanicus, rex esse temptavit. — Iste pecuniam magnam casso Coloniensibus[a] distribuit.
730 Quivis se pro viribus casso fatigavit.
Meinfridus spurius sibi vendicavit
Christi patrimonium[b]; diu prophanavit,
Quia cardinalibus aurum propinavit.
10 Cardinalis principem hunc iustificavit,
735 Propter quod ecclesiam nemo relevavit[c].

Karolum de Francia Francus papa vocat, — Clemens papa IIII. de Francia invocat Francos. Anno 1266.
Apuliam, Siciliam, iure sibi locat,
Si Meinfridum principem sic exheredaret,
15 Regnum et imperium sibi coaptaret.
740 Qui temptavit pluries ut hunc[d] superaret,
Miles ut Ytalicus se exercitaret,
Accidit in Benyamin vice culpa staret,
Romanus cum Karolo crebro terga daret.
20 Cernas hic historiam, peto lector a te.
745 Postquam culpe Karoli sic sunt expiate, — 1266.
Suos Francos invocat, et humiliate
Crucis Christi tytulum predicatum late
Pretendit, quo titulo turme sunt signate.
25 Prosternuntur Apuli cum anxietate,
750 Et stipendiarii iacent desolate.
Extirpatur Beniamin cum rapacitate.
Hoc magnum est, Ytalia[e] quod sic prosperatur
Karolus: in Iunio[1] sic magnificatur.

30 Post hec in[g] Ungaria malum perpetratur — Hic Smaragdus archiepiscopus Colocensis[f] occiditur eodem anno
755 Facinus, in Iulio Smaragdus necatur
Archipresul inclitus, dire trucidatur[2].
Colocensis prochdolor! patre viduatur
Ecclesia; quo reliquis malum[h] hoc minatur.
35 Cleri flos et inclitus doctor[i] decretorum,
760 Impiorum manibus cecidit servorum.
Lugeat ecclesia! Laus apostolorum,
Gloriosus artifex, spectator celorum
Et invisibilium doctor secretorum,
40 Paulus Colocensibus scribens[3] desolatur.
765 Nam votivo tytulo his patronus datur,
Quibus ipse tytulus pridem iam nudatur,
Cum pastore taliter tanto nunc orbatur.
Sancte Paule, primitus per te instituta
45 Colocensis cathedra, Grecis tunc imbuta,
770 Nunc collapsa fluctuat, Hunis attributa.
Gregem flentem visita, mater destituta
Patroni presidio quomodo sit tuta!
Nisi tu provideas, spata bis acuta
50 Iugulabit filios matris desolate.

a) Colonie 2. b) matr. 1. 2. c) revelavit 2. d) hō 1. 2. e) *i. e. in Italia;* Ytal. *codd.* f) Colonie 1; Colom̄. 2. g) *deest codd.* h) male 2. i) docto 1. 2.

1) Iam d. 6. Feb. Manfredus occisus est. 2) Solus noster huius rei auctor esse videtur. 3) Colossenses cum Colocensibus confudisse videtur.

775 Respice propitius: vindicetur a te
Sanguis hic innoxius! tibi sunt delate
Lacrimarum stillule nondum consolate.
Sola cum ecclesia tibi cathedretur,
Nec sciam quod alia Pauli tytuletur 5
780 Nomini[a], quin eminus ipsa consoletur
Colocensis domina, mater instauretur
Per te, Paule, nobile lumen et letetur!

Anno Domini 1253 Ante hec Maguncie sic exasperatur[b]
1256. Archipresul[1], prochdolor! quod duci minatur 10
785 De Prounsweich[2]: conveniunt pugna, vinculatur
Moguntinus, Ebersperch comes furcis datur.
Parvipendit inclitus dux, si moriatur
Comes in patibulo, presul redimatur
Per regem, qui noviter Aquis coronatur, 15
790 Wilhelmum[3], qui precio ducem exhortatur
Ut det archipresulem, et sic liberatur.
1257. Anno post hec decimo dux hic captivatur[4]
1263. Pugnax a pugnantibus, Misne cathenatur.
Tandem centum milibus marcis liberatur. 20

1266 795 Clemens papa Karolum Apulis prefecit,
Regnaque finitima[c] Francis hic subiecit.
Karolus odibilem incolis se fecit,
Manum stringens, ritibus horum se obiecit.
Tumet Francus solito, regnum conturbatur, 25
800 Queritat refugium, querens anxiatur.
Tandem pro subsidio spes Lombardis datur,
Mittunt et circumstrepunt, heres invitatur,
Chunradi regis filius, in quo gratulatur
Lombardus, et Apulus ex hoc provocatur. 30
805 Papa cum Francigenis sic consiliatur:
Puer cum complicibus excommunicatur,
Innocens sentencia tali condempnatur.
Heres hic Apulie crebris excitatur
Nunciis, muneribus animus paratur 35
810 Iuvenilis, proch dolor! et sic inclinatur.
Ad partes Hespereas Veronam vocatur,
1267. Occursu magnifico fallanx[d] augmentatur.
Cum turmatim confluunt, puer honoratur,
Puer puerilia cernens delectatur, 40
815 Nec etatis racio huic suffragatur.
A suis relinquitur et Lombardis datur,
Civium rumoribus crescens elevatur.
Hunc heredem Karolus dolens suspicatur.
Consors ipsi puero puer sociatur 45
820 Friderich[e] de Iudenburch clarusque speratur
Austrie legittimus heres et notatur.
Ambo simul strennue sic exercitantur
Annis puerilibus, Franci quod tristantur:
Fama mundo celebri sic tyrones dantur. 50

a) Paulo . . . nono 1. 2. b) excaspatur 1. 2. c) finitiva 1. 2. d) fallax 2. e) Fridreich 1. 2.

1) Gerhardus. 2) Alberto. 3) potius Richardum. 4) In proelio iuxta Wettinum commisso, a marchionibus Misnensibus.

825 Quivis puerilibus armis decorantur,
Resistentes sepius campis effugantur.
Sors hec brevis, proch dolor! fama venustantur,
Sed sorores properant, filo[a] sinistrantur,
Dubiis eventibus votisque fraudantur.
830 Fridericus signifer primus advocatur.
Puer talis puero senescalcus datur.
Ordinantur acies, sepe prosperatur. 1628
Inexpertus Teutates[1] iuvenes conatur,
Predam non victoriam Francis subsannatur.
835 Avidus Teutunicus predando[b] predatur,
Et cum predam contigit, cohors dissipatur.

Quis sit innocencie locus dubitatur,
Cum pro culpa patris[b*] filius iudicatur.
Denuo Francigene prudenter armantur,
840 Pueri recordibus Lombardis iugantur,
Suis complicibus[c] campis sociantur.
In congressu strennui Karolo stipantur,
Qui cum fugam simulant, predam suspicantur[d].
Iuvenes hinc Gallici mire debachantur,
845 Insperate denique victi roborantur.
Teutunici Francigenis preda mortis dantur,
Laudes et preconia iuvenum fuscantur.
Quo sese presidio pueri tueantur?
Pueri lugubriter stipe desolantur.
850 O fraus et dolositas Iude proditoris!
Lugeo[e] dispendia fidi senatoris[2].
Simultas et odium latens sunt doloris
Causa, pestilencie[f] castrum furoris,
Portus Thome[3] comitis castrum proditoris;
855 Nefandi iusticia sit ultrix conditoris!
Heu! lex nunc Cornelia cur flagiciosa
Taces[f*], de sycariis ultrix gloriosa,
Dissimulans flagicia diis odiosa,
Thome si sic crimina ultra quam probrosa
860 Ultorem effugiant prorsus lamentosa,
Thome dicti, fidei cuius committuntur?
Ambo clari iuvenes Karolo traduntur.
Idem papam[g] consulit; inter hec coluntur
Irrisive[h] iuvenes, culte vestiuntur,
865 Responsoque curie gladio plectuntur,
Latronum cum sociis iugulo subduntur.
Senator arteriis[i] vivus enervatur.
Karolo cupiditas furor dominatur,
Quo matrona nobilis virtutum iuvatur[k],
870 Fides cum constancia in yma mergatur,
Que virtutum anchora casso predicatur,

a) filio 1. 2. b) preciando *codd.* b*) *an* patria? c) *lege* cum compl., *nisi forte alio modo emendandum est.* d) *nescio unde hoc verbum Rauchius sumserit; deest* 1. 2. e) Lugio 1. 2. f) *fort.* et *addendum, ut rhythmo succurras* f*) Tacens 1. 2. g) papa 1. 2. h) Irti sive 1. 2. i) arceriis 1. 2. k) *verbum corruptum esse videtur.*

1) Gallorum deus, a Lucano I, 440. commemoratus. 2) Henrici de Castilia, Romanorum senatoris, qui fugiens captus erat. 3) Huius Thomae alii non meminerunt; portus Astura vocatur, et qui eos cepit, Iohannes Frangenspanem.

Exspirare[a] cominus spes iam censeatur.
Honestas, que publice mater morum datur,
Querit ex nunc latebras et obtenebratur.
75 Patitur sentenciam nec iam appenatur,
Quia per hoc facinus palam religatur
Honestas, que actenus est patrocinata.

a) Exspitare 1. 2.

CHRONICI RHYTHMICI COLONIENSIS FRAGMENTA.

Qui res saeculo XIII. gestas versibus conscribere sibi sumsit Coloniae vixisse putandus est, civibus patricii ordinis in lite contra archiepiscopum Conradum acta toto animo addictus[1]. *Neque res breviter narrare, sed vividis coloribus depingere, iram et studium ubique depromere suum habuit; etiam poetica quadam licentia usus alia fusius exposuit, alia prorsus praetermisit. Nonnulla tamen tradidit quae alibi frustra quaeras, ea praesertim quae Coloniam spectant*[2].

Quare dolendum est, nonnisi parva fragmenta esse servata, quae res inter a. 1204. *et a.* 1260. *gestas continent; neque constat, a quo tempore opus suum inceperit auctor quove anno narrationi finem imposuerit. Attamen non diu post a.* 1260. *eum scripsisse, verisimile est, cum se quae tunc gesta sint vidisse profiteatur*[3].

Versus ita disposuit, ut saepius quaternos iungeret, signo apposito quo strophas indicaret; quas litteris pinguioribus incipiendas duxi. Neque tamen in hac re sibi constans fuit. Modo binos, modo plures versus eodem exitu (*'Reim'*) *concludit, modo singulorum versuum partes ita distinguit.*

Quae exstant ter bina sunt folia, formae minoris, saec. XIII. ex., ut videtur, negligentius exarata; A et B olim inter schedas Kindlingeri, nunc in archivo publico Dusseldorfensi, *C in bibliotheca regia* Berolinensi *Lat. oct. nr.* 101. *asservata. A et C eundem calamum aperte ostendunt; B alio atramento, litteris paullo maioribus, sed eadem, ut videtur, manu scriptum est et ad alterum fasciculum pertinuisse videtur. A et C vero ita iuncta fuisse, ut hoc inter illius folia inserendum sit, ex narrationis serie facile est intellectu. Et duo folia C* 1 *et* 2 *se excipiunt, sed inter A* 1 *et C* 1, *C* 2 *et A* 2 *unum vel duo folia exciderunt* (*A* 1. . *C* 1. *C* 2. . *A* 2), *neque B prope ad A* 2 *accedit; et inter B* 1 *et B* 2 *saltem duo folia desunt. Fol. B* 1 *integrum servatum est, ceteris foliis una vel plures lineae infra abscisae*[4]; *fol. A* 2 *ita decurtatum, ut paginae secundae pars anterior sit deleta. Versus nonnulli post suppleti et verba in rasura scripta auctoris autographon indicare videntur*[5]; *neque talibus offendimur erroribus, qui vetent, ne ipsi has pagellas tribuamus.*

1) Pertz, qui dissertatione infra laudanda p. 142. eum Bonnae vixisse putavit et de praeposito Godefrido cogitavit, nonnisi minorem chronici partem cognovit. 2) Nimis dure de his fragmentis indicavit Cardauns, 'Städtechroniken. Köln' I, p. LXXIII. 3) Fragm. 5, v. 59. 67; cf. v. 81; 4, v. 47. 4) Minime vero 26, ut Pertz statuit, sed Deycks, ap. Lacomblet, Arch. II, p. 354, iam refutavit. 5) Aliter Pertz p. 140; sed minime scriptoris negligentia hos versus omissos et post suppletos putarim.

Paginis A 1. 2′, *B* 2, *C* 1. 2′ *partim rubigine affectis, partim detritis, scriptura multis locis ita evanuit, ut multa legi nequeant. Quae editores saepe sagaciter restituere conati sunt. Nonnulla vero oculis apprehendere sibi visi sunt quae nunc prorsus latent. Quare uncis inclusi quae sive ex illis recepi sive ipse probabili coniectura restitui, alia in notas reieci, sed quae contra apertam codicis scripturam edita sunt adnotare nolui.*

Folium C b. m. G. H. Pertz ea qua excellebat diligentia imprimi fecit in dissertatione actis academiae Berolinensis a. 1855. *insertis ('Ueber eine rheinische Chronik des* 13. *Jahrhunderts'), folia A et B a.* 1857. *Deycks publici iuris fecit (Lacomblet, 'Archiv für die Geschichte des Niederrheins' II, p.* 359 *sqq.), multa acute perspiciens, nonnulla vero, ut videtur, temerarie supplens. Nunc foliis his ex archivo Dusseldorfensi benevole Berolinum transmissis, omnia iterum, a Wattenbachio nostro adiutus, quam accuratissime potui examinavi.*

G. W.

1.

. . . .
. . . .

A f. 1
Nam fuerant tanti probitate per omnia, quanti
Sufficerent turbis rectores orbis et urbis.

Hiis et[a] per multa licet urbe iuvamina [ful]ta,
Diviciis culta, vicit sententia stulta.
5 Dum gens inpatiens pacis per tempora fiens
Bellis iniecit se, quod mala conc[io] fecit.
1197. Cum Sathan invidit, regnum lascivia scidit.
Lis furit, Ottone ius defensante corone
Contra per martem Philippi . em . . .[b] partem.
10 Posseque partito, per . . . . . . fav[ore] petito[c],
Divisos proceres tunc [mili]ciasque videres,
Urbes et gentes varias adversa tenentes.
In tan[tis]que malis discriminis imperialis
Urbi, si scisset, fore non[d] partem, licuisset.
15 Sed quis vicisset, res expectanda fuisset,
Tunc . . . . . b . . sset [iu]ngi qui[e] prevaluisset;
Nec prevenisset, quid et omnipotens voluisset
Vel Pater in terris, et mansisset sine guerris,
Que male finales sunt urbibus exitiales.
20 Consilium capitur, cui pareat urbs; reperitur
Orans* predicta; sententia spreta, relicta
Eius erat fletum per fictum flectere cetum;
Alter** maiorum potuit pariterque minorum,
Ut simul Ottoni faveant bellando Coloni.
25 Cur, bone Saphire, facis hos discrimine mire,
Quod non Parfusi cives sunt sensibus usi.
1204. Papaque[3] profecto, Philippo forte reiecto,

*) R. Parfusus[1].
**) . . Causiffus[2].

a) et p. *in loco raso c. sed haec minime leguntur.* b) demere *coniecit ed.* c) perito *ed.* d) nam *ed.* e) *vel* quia; regi et ius *ed.*,

1) Ita glosa in margine. Memoratur Richolfus Parfusus civis Coloniensis a. 1188. et 1189. apud Lacomblet I, UB. p. 514. 519, a. 1208. in litt. Theoderici archiepiscopi ap. Miraeum, Op. dipl. I, p. 406, et in Dynteri chron. l. IV, c. 70. D. De curia Parfusenhof v. Ennen, Hist. Col. II, p. 195 n. 2. 2) Fortasse idem qui ap. Godofr. Hagenum (v. 888 sqq.) appellatur (Bruin) Cause (Cuesin). D. 3) Archiepiscopum intelligere videtur, qui a. 1204. ad Philippi partes transiit.

Pretulis[a] Ottonem. Ruit urbs in seditionem;
Orbis quassatur, casum fortuna minatur.
30 Adveniunt Suevi de montibus utique sevi, 1205
Assunt postremis de regn[o iuxta] Bohemis
5 Franci, Saxonici, ne qu ....
Urbem, quam prone circumdant [obsidione].
Patria turbatur; mars muros [circa vagatur],
35 Crebro pugnatur: cadit hic [et ille necat]ur,
Ille sagittatur, obit alter, precipitatur
10 Tertius; instatur, gens ense vel igne [necatur[b]];
Undique spectatur dolor; hic fugat, ille fugatur.
Terra cruentatur, furor hosticus accumulatur.
40 Urbs defensatur; obit ignis, aqua[c] vigilatur. A f. 1'.
Demon letatur, animabus et insidiatur;
15 Mucro fatigatur, nec sangwine Mars saciatur;
Corpus lassatur, animus non debilitatur;
Quo magis erratur telis, cor plus animatur.
45 Mane rebellatur pueris, fundis iaculatur,
Inde balistatur, accursus utrimque minatur
20 Horrida; pulsatur tandem campana; paratur
Quivis ad arma; datur locus equitibus; rubricatur
Herba, cruore satur tellus, paciens lacrimatur.
50 Is ferit, ille terit, alius predam sibi querit;
Hic secat, iste necat, hunc ensis fulgure cecat;
25 Is punctare vetat, acer ictibus ille monetat;
Iste ruit stultus, non ceditur alter inultus.
Sincopat[d] hic[e] partus dolor, alter apocopat[1] artus.
55 Saucius iste cadit, alium truncatio radit.
Unus iners capitur, redit alter, honore potitur.
30 Sic sunt per plana certamina cotthidiana.
Insuper insultus facit ad fossata tumultus.
Obsistunt cives, pariter cum paupere dives.
60 Hostes aptatis reprimuntur ad yma rotatis.

Ex urbis parte probat in dubio bene marte
35 Se Limburgensis Walrami iugiter ensis[2].
Sed pater Henricus fuit urbi dux inimicus.
Insidias illi dum tendunt sicut Achilli
65 Hostes, perque dolum cupiunt hunc perdere solum,
Vulnera ter dena capit ultra sanguine plena
40 Et redit incaptus; sed obit vexillifer aptus
De Mons intrepidus, raucinus[3] ei[f] quoque fidus,
Quem doluit multum cecidisse, licet satis ultum.
70 Inter burgenses non comparo tela vel enses.
Qui plus duxerunt, omnes laudes meruerunt,
45 Officium quivis dum perficit utile civis
Et pro communi re ceu sibi proficit uni.

Dum sic cinguntur per et hostica tela premuntur,
75 Agrippinenses dant larga stipendia; menses
Per multos igitur exactio crebra subitur.
50 Armis insistunt laici Suevisque resistunt.

a) *tla c.* b) crematur *ed.* c) et vigilatur *ed.* d) *hic et sequens versus in margine suppleti.* e) hec *corr.* hic *c.* f) et *ed.*

1) Syncopare et apocopare medicorum videntur esse verba de membris praecidendis vel amputandis. D.
55 2) Cf. Chron. reg. cont. I, SS. XXIV, p. 10. Patrem Heinricum Philippus a. demum 1206. 'in gratiam suscepit', ib. p. 11. 3) idem quod rocinus, runcinus, esse videtur, equus, Gallice 'roncin'; v. Ducange V, p. 826.

Ad Regem celi se vertunt corde fideli
Clerus, matrone cum tota religione.
. . . .

2.

c. 1. Que tunc tanta fuit, quod ad instar presbiterorum 5
In peccata ruit crebro populus laicorum.
Nam contra votum clerum corrupcio totum
Tunc fere possedit, plerosque superbia ledit,
5 Et luxus talis, populi quod obinde locuntur;
Nec secreta malis loca, sed manifesta petuntur. 10
Ducunt uxores publice qui canonicantur,
Arma ferunt, mores laicales communicantur,
Plebis pastores mulieribus associantur,
10 Nec iuris memores sunt; cure multiplicantur.
Ut taceam, quanta fecerunt religiosi 15
Fetida: vix tanta poterant glutire gulosi
Ventre, Deo sancta fedabant luxuriosi
Vertice, cum planta vix sunt sani viciosi.
15 Hos summus primus, qui pro nobis homo factus
Est, magnus minimus, tribularum eliminat actus, 20
Dum nos peccantes purgando per aspera bella
Attrahit errantes, adhibens pietate flagella.

1239. Quid plus? iuratis sibi papa[1] Theotonicorum
20 Mandat prelatis, ut cum probitate virorum
Invadant artem per belli denique partem 25
Cesaris, austero que corde sit obvia clero;
Defendant humiles fidei, sint mente viriles,
Ne male perdantur, armis sua, se tueantur,
25 Vel bona, castra, viros frustra videantur habere,
Hostes tam diros fidei studeant removere. 30
1241. Tandem prelati per papam sollicitati
Sic Germanorum, bellum capiunt; reliquorum
Sunt bini flores[a] virtutibus anteriores
30 Maguntinensis et presul Coloniensis[2];
Quos sibi pacificos [habuit[b]] prius inter amicos 35
Cesar maiores, modo sensit eos graviores[2].
Quorum Sifridus primus fovit quasi nidus
Conradum natum tunc cesaris ac v[eneratum]
35 . . . .
. . . .[c] 40

c. 1. 1242. Post hec accedo nostris eventibus, edo
Nobis vicina, quantum fuit ista ruina.
Munera cesarea comitem sibi Iuliacensem
40 Armant interea donis in Coloniensem
Prelatum[2]; guerra vastantur et omnia rure; 45
Turbatur terra Rheni per bellica dure.
Maguntinensis fert hostes anteriores;
Agrippinensis quoque sustinet inferiores;
45 Gens furit in gentem; contradicunt sibi turbe,
Flens agit in flentem; sunt partes qualibet urbe. 50

a) floras ? *c.* b) tenuit *ed.* c) *duae lineae abscisae videntur.*

1) Gregorius IX. Litterae a. 1239. intelligi videntur; Böhmer, Reg. p. 348. Pertz p. 133. de aliis a. 1241. cogitavit. 2) Cf. Ann. S. Pant. 1242, SS. XXIII, p. 536.

Quivis invitat[a] vassosque ministeriales;
Proximus irritat vicinos atque sodales;
Omnia turbantur, nemo securus habetur,
50 Pravi lucrantur, iustis nec treuga tenetur.
Quis dolor antiquus queat hunc equare dolorem?
Dum nec pacificus est maior ad inferiorem,
Frater odit fratrem, non parcit amicus amico,
Filius in patrem gerit arma, favetur iniquo.

55 Tandem conveniunt vir ut unus cesareani,
Perdere concipiunt terram metropolitani
Agrippinensis, opidi sevi Veronensis[1]
Facti predones, patrie quoque vispiliones.
Cumque suis urbis intrando suburbia turbis
60 Omnia vastabant possessoresque fugabant;
Horrida fecerunt et multis dampna dederunt,
Raro pepercerunt sacris; miseri perierunt.
Inde suo capite ductore redire volentes
Predicto comite, nichil adversi metuentes,
65 Dum sic grassati redeunt spoliis honerati,
Castraque metati Brůle, pernoctare parati:
Illos prelatus soporatos premeditatus
Visitat armatus, ita milicia comitatus,
Quod populus stratus fuit, et comes ante fugatus.
70 Qui gemit iratus et turpiter exspoliatus;
Est infamatus, per eum quod sit trucidatus,
Traditus, orbatus exercitus, immo gravatus.
. . . .
. . . .[b]
75 Sed quidam notus vir prudens atque fidelis — Cf. 2.
Capto[2] devotus, multis divesque sequelis,
Hunc voluit capere, qui pro domino veniebat[3],
Quod potuit facere, sed detentore carebat.
Si consangwineum fidumve sibi reperisset,
80 Cesaris ydoneum pignus natum tenuisset,
Ut, qui captivum dominum sic insequeretur,
Donec eum vivum quitasset, idem pateretur.
Sed per defectum retinentis et hoc remanebat;
Et manet[c] id tectum, quia res[c] fructum nec habebat.

85 Cum sic ecclesia summo pastore careret,
Sanctaque Colonia capto de patre doleret,
Et mundus pariter quasi lapso sole gemebat,
Per mare navis iter nauta velut orba timebat,
Nemoque clamantem: Salva! Petrum relevaret
90 Eius nutantem vel naviculam repararet;
Cernens[d] tardari presul sibi quodque iuvamen
Et desolari patriam nimis, hinc relevamen
Cogitat ipse sibi: comitem rogat, ut redimatur,
Cum sit parvus ibi fructus, quod plus teneatur.
95 Astat consilio de Diist Arnoldus eidem[4],
Ut domino proprio capto parcatur ibidem.

a) quis invi *e corr.* (incitat *fuisse videtur*). b) *duae lineae abscisae videntur.* c) m. *et* r. f. n. *in rasura c.* d) *qui sequuntur 12 versus in margine suppleti.*

1 Bonn; Ann. l. l. 2) Archiepiscopo Coloniensi a comite Iuliacensi mox capto; cf. Ann. l. l. 3) De Conrado rege sermo esse videtur, qui tunc Coloniam venit. 4) Saepius his annis in chartis (Lacomblet II) nominatur.

Mense nono cedit precibus comes; ante nequivit;
Milia quinque dedit marcharum[1] presul, abivit.
Fertque: 'Moram cohibe!' scribenti pacta petitus;
100 'Quidquid vult scribe comes, ut sim carcere quitus'!
Consulit ecclesie rerum per dampna sibique
Non minus et patrie, licet alter sumpsit inique.
1243. Tunc eternalis ovium pastor generalis[a]
Finem dando malisque tyrannidis imperialis
105 Ex insperato miserans custos animarum
Patrum patre dato gemitus tulit ecclesiarum
Christus, qui propriam sponsam non deserit umquam
Et sinit ecclesiam sanctam subcumbere numquam.
Sit licet in celis secum Petrus ille fidelis,
110 Per successores ad oves videt inferiores.
Scito suum nomen: 'In' — iunge — 'nocencius'; iste
Quartus, habens omen, te dante, nocencia. Christe,
Tollere de mundo, pacem per bella mereri,
Omine fecundo[a] superare pericula cleri.
115 Quem velut antiquum dum cesar sperat amicum,
Inveniens durum pro iure Dei quasi murum,
Plus indurescit, monitis mansuescere nescit;
Totus inardescit clero, nec obesse pavescit.
Undique pacatis et amore sibi solidatis
120 Trans mare soldanis summis reliquisque paganis,
Grecis scismaticis, blasphemis ac inimicis
Christi sive crucis, pleno conanime ducis
. . . .[c]
c f 2'. Dum sic augustus nec erat miserans neque iustus
125 Ipse per Ytaliam, Germanam filius eius
Opprimit ecclesiam, facit omni tempore peius.
Pellit in exilium prelatos, religiones
[Oppri]mit; auxilium pape regesque barones
Sepe requisiti non dant populique petiti,
130 Preter prelatos in Theutonia tribulatos.
Ecclesie partem per vim seu cesaris artem
Papa timet pressam nimium subcumbere fessam.
Quamvis divinum summum quoque presidiorum
Credat vicinum sibi, non tamen auxiliorum
135 Despicit humanum, certus quod Rex dominorum
Mittet ei sanum tamen officio populorum,
Quo gens et cleri plus possint iure mereri.
Pensans difficile regem sine vincere rege,
Miliciam facile sub Christi ducere lege,
140 Tempus mutare quandoque locum variare,
Utile, migrare disponit et expatriare.
Clam facit optatum, palam sibi forte negatum;
Pacis tractatum simulans, peragit meditatum.
Hunc dum colloquio spectabant cesarienses,
145 Leti[d] navigio cito suscipiunt Ianuenses.
Per mare Lugdunum ductus, mox mandat in unum
1245 Concilium patrum, prelatorum quoque fratrum,
Ut simul unati faciant et posteritati
Ecclesie fesse que dictat agenda necesse.

a) Tunc . . . gener *in rasura c.* b) *ita c.* c) *una tantum linea abscisa videtur.* d) *deinceps primae versuum lineae a bibliopega charta oblectae sunt; sed Pertz eas legere potuit.*

1) V. chartam ap. Lacomblet II, p. 139, ubi 4000 marc. indicantur.

150 Tum se delusum cesar dolet, auget abusum
Ense potestatis, multis de parte necatis
Ecclesie, publicum se demonstrans inimicum,
Predecessorum superans mala cesareorum:
Herodi similis, qui, non redeunte magorum
155 Cetu, fit fragilis turbe lictor puerorum.
Sic parat invasum papam, sed eum cito casum
Noscens, Francorum Ludewicus rex dominorum
Surgit ab opposito, collecto milite trito
Obviat, et pape mandat, constanter habere
160 Se pa[pam], scire, [sibi succurr]endo venire,
Augustum mire faciens cepto retroire.
[Tunc in Parmenses] .... deficientes. 1247.
. . . .

3.

Se reserant mentes que sunt secreta tenentes, A. 2. 1256?
Quilibet ad volitam partem volat ante cupitam,
Non sibi vindictam Sapiens[1] capit, immo relictam
Iusticiam querens, ut iuri semper adherens.
5 Concio colligitur, domus et communis aditur,
Prudens auditur; lepido sermone potitur,
Cives alloquitur; iniuria mox aperitur.
Displicet hec igitur cunctis; pro pace subitur
Consilium tale, scelus ut ruat exiciale,
10 Omnibus equale pateat ius imperiale,
Quod pariter puri iurant assistere iuri,
Hoc defensuri, quod sint vel ob id morituri.
Istis confisus Sapiens, ius sumere nisus,
Credit inesse fidem reliquis, quam sustinet idem.
15 Constans prosequitur ius; oppositum reperitur.
Nam dum finalis aderat lux iudicialis
Ac expectanda fuerat sententia danda,
Pars rea diffisa de iure doloque renisa,
Armis munita, latet, et racione sopita,
20 Ut necet actores, satagit; pro iure furores
Fert, contra mores cupiens augere dolores,
Non emendare, sed prava malis cumulare.
Nostros maiores se viribus inferiores
Cernit, obesse dolis studet, hiis quoque vincere solis
25 Sperat, si capiti det mortem, fine periti
Hoc genus opprimere nec ulteriora timere.
Sed Deus hec aliter disponit et ordinat, iter
Per mala dando bonis, fortes ditando coronis.
Heu scelus! exemplo mala res, iniuria templo
30 Petri fit, quando gens arma gerens stabulando
Intrat equos ede sacra; patracio cede
Ex hoc procedit, anime quo vita resedit.
Heu scelus! hic pacis locus est spelunca rapacis,
Dum furibunda chorum plebs implet canonicorum.
35 Fit circa regum[2] tumbas violacio[a] legum,
Pro votis castis effractio lampadis hastis.
Heu scelus! in iure fit iuris lesio, dure
Instant pressure, dum lex non est sibi cure;
Ius ubi rite datur, transgressio predominatur,

a) *e corr. c.*

1) De Theoderico Sapiente sermo esse videtur. 2) Trium regum Coloniam translatorum.

40 Et pax turbatur, [nec] ius in pace paratur,
Sed premunitus discessit iure peritus
. . . .
A f. 2'. . . . . . . [H]enricus ibi frater seu Ludewicus[1]
. . . . ctore cognato iuris[a] et hore 5
45 . . . . res aderant aliqui iuniores
. . . . i sunt inveniendo scabini.
. . . . ni latitant hostes inopini
. . . . cantes concludendi queritantes
. . . . sent actores, dum iugulassent 10
50 . . . . pugiles olim ceu d . . . . . iles
. . . . orum trucidati progenitorum
. . . . rgit quod fors ad tristia vergit
. . . . entus latitare nec ad mala lentus
. . . . atus licet hiisque not . . . . . atus 15
55 . . . . matus Hermannus ad ista . . . atus
. . . . est dictus in nostros . . . .
. . . . ipitur ab inermibus et reperitur
. . . . fustis prodest def . . . . . . [u]stis
. . . . fatur, ut abinde ma[gis ti]meatur 20
60 . . . . natur hos ledere, tunc . . . . atur.
. . . . ucinus Nycholaus . . . . .[b] . . .
. . . . inis ferit illum cuspide . . . . . is[c]
. . . . capite, fit ei mox punct . . . . e.
. . . . sortem, sic solvit sangwine mortem. 25
65 . . . . c infl[atur] . . . . sis inferre minatur
. . . . t avidis vim vi propellere, divis
. . . . tutum reperitur lege statutum
. . . . eodem pena feratur
. . . . atur gladio, male digladiatur, 30
70 [Corpus ei]us rapitur in templum nec sepelitur;
. . . . itur cognacio, planctus initur.
. . . . [cam]pana pulsatur ad . . . . .[d] fana.
[Plebs fr]emit urbana, capit arma quasi male sana.
. . . . postes pariter [feruntur] ad hostes. 35
75 . . . . impletur armatis . . . . . . timetur
. . . . ingentis uti . . . .[e] . . . nus[f] Sapientis
. . . . pars nostra[g] salute . . . .
. . . . eti fuerant mer[cede] repleti
. . . . erunt quesiti disparuerunt. 40
80 . . . . . . lebat, et quisque do[mum] repetebat.
. . . . . [ma]teriam sic . . . . . philosophiam
. . . . [min]istravit . . . . sse[h] paravit.

4.

B f. 1 **S**ic tibi, gens stulta, veniunt incommoda multa, 45
Consilio fulta non ens, racione sepulta.
Sunt tibi nempe viri duo, presul[2] cum Sapiente,
Ambo quidem miri, factis hic, illeque mente.
5 **A**mbos nutristi; diversa per hos meruisti;
Istum iuvisti, reliquum[i] gratum pepulisti; 50
Hunc exaltasti te nunc violente[k] prementem,

a) *vel* ruris. b) pape *ed.* c) finis *ed.* d) omnia *ed.* e) incepto *ed.* f) *vel* mus (domus?). g) persimili salute *ed.* h) posse *ed.* i) reliqū *c.* k) *ita c.*

1) Filii ut videntur Hermanni Sapientis. D. 2) Conradus.

Illum vexasti te semper iure tuentem.
Fertur adhuc iuvenis presul clamasse sopore:
10 'Colonie penis ero certa ruina dolore'.
Annis septenis Sapiens puer est pene mutus,
Sensibus hinc plenis bona plurima sepe locutus.
Sic Sapiens natus bona subticet et nocitura;
Ille soporatus ait a se prava futura.
15 Felix Colonia, si nunc vel acumine mentis
Hec tibi presagia[a] venisse per aspera sentis!
Dum tibi tutor abest sapiens, quem despiciebas,
Ac oppressor adest; quem tanquam mater alebas,
Hic te depressit; a te prius ille recessit,
20 Qui quasi te gessit humeris. Tibi sors mala cessit:
Nutris lesores, expellens utiliores;
Hinc tibi merores merito metis atque pudores.
Dum te prudentem mala non faciunt aliena,
Saltem lugentem doceat modo propria pena!
25 Quid magis? Elatus dum taliter urbe potitur,
Omnia prelatus presumit, ibique sopitur
Lex et libertas, sed totum velle subitur,
Nec metas certas nec ius servans reperitur.
Tollitur impune, domino datur ad pene plenum,
30 Per quam commune dandum fuit es alienum.
Tunc, que facta prius publico cogente necesse,
Preda patens pocius assisia dicitur esse,
Dampnis debebat belli cessare solutis[1],
Hanc protendebat presul populis quasi mutis;
35 De qua marcharum recipi bis milia sena
Ius erat, archarum sunt postea milia plena.
Nec modus aut finis erit hanc predam rapiendi,
Velle prius dominis nisi desit res cupiendi;
Quam predam publicam[b] qui posse tenent capiendi,
40 Ut verum dicam, quid non et habent faciendi?
Quondam subtrahere bona publica fit peculatus; B f. 1
Nunc neque concutere vi creditur esse reatus.
Unde quid ecclesie de predis venerit istis,
Urbi seu patrie recitat post pagina tristis.
45 Regis principio Wilhelmi queque novata
Abiurata scio theolonia[2]; re publicata,
Vidi pontifices tres una Coloniensi,
Cesaris artifices[3], Maguntino, Treverensi,
Magnates, proceres simul abiurare rapinas,
50 Ad leges veteres pacis reparare ruinas;
Urbis Agrippine quod novit sala[4] repleta.
Sed celeri fine fuit hec iuracio spreta.
Dum per prelatos nec abit mercatio tuta,
Est male versatos raptorum turba secuta.
55 Aurifer et Rhenus, speculo crescente, rapinis
Fit cito tam plenus, quod nec modus est neque finis.
Postea legatus Hugo[5] pape veneratus
Hos obiurgatus, culpam pandendo reatus,

a) prestigia *e corr. ut videtur c.* b) pblicam *c.*

1) Cf. 2, v. 76. 2) De hac re cf. Weizsäcker, 'Rhein. Bund' p. 151 sqq. 3) i. e. electores? 4) Sala palatium est episcopi Coloniae. D. 5) Annis 1251—1260. in his partibus versatus est; Lacomblet II, p. 376. 485.

Monstrat precisos a papa talia nisos,
60 Concordes visos absolvit obinde[a] recisos.
Pontifices dictos facit abiurare rapinas,
Et sic astrictos monet inde timere ruinas.
Qui dum discessit, morbus radice recrescit;
Pax patrie cessit, iterata rapina virescit.
65 Fiunt peiora, dum sperantur meliora,
Omnibus absque mora; multos nudat brevis hora,
Et non maiores tantum, sed et inferiores
Fiunt raptores; corrumpunt crimina mores.
1257. Post hec adveniens rex Richardus, sapienter
70 Tollere vim cupiens, nequiens regnare potenter,
Invocat auxilium pape, quod spiritualem
Exercens gladium iuvet illo materialem.
Mandat papa volens, magnos vetat atque pusillos,
Vectigale dolens, magis excommunicat illos.
75 Que licet est lata sententia seu publicata,
Est occultata, ne sint ea visa vetata,
Que dedit et prestat assisia non moderata,
Qua ius[b] infestat res publica fitque gravata.
Si presul scisset, quot abinde fuere futura
80 Pessima, pressisset hanc, nec esset nocitura[c];
Et quotcumque malis dedit et confert alimenta,
[Dum fue]rat talis exactio, dat nocumenta.

5.

Bf 2 Quo[1] [poci]us potuit eius sapiencia victis
Parcere, cum potuit signis nocuisse relictis,
Pseudo permisit tamen has[d] habitare scabinos
Partim, dimisit (?) nimis illos esse lupinos.
5 Qui tunc vidissent sic cedere vilibus aulas
Urbis, ris[issent] solitos sibi fingere caulas.
Antea s[arc]inas operantes qui latuerunt,
Nunc [spar]gunt iuncis cameras, quas incoluerunt.
Antea bis binos calcant ewangelizantes,
10 Nunc Agrippinos dominos se glorificantes.
Antea se pedites inopes formidine fingunt,
Aurea nunc equites veluti calcaria stringunt.
Antea qui suberant, pedibus quasi pressa scabella,
Nunc hiis qui preerant audent indicere bella.
15 Antea nulla sonis hos concio scire solebat,
Nunc splendent thronis, ubi nobilitas residebat.
Antea cum paribus qui consuevere subesse,
Nunc quasi principibus est hiis parere necesse.
Antea quos patres medio de plebis alebant,
20 Nunc viciant matres et conspicuas faciebant.
Antea pro donis quem cirpea[e] tela tegebat,
Nunc de pavonis pennis frons vela ferebat.
Antea qui modicis tegmentis templa petebant,
Nunc variis sericis fulgentes veste tumebant.
25 Antea per natas, socias quoque lanea nebant,
Nunc has ornatas generosis anteferebant.
Antea qui victum querebant arte, labore,

a) *ita c.* b) Quamvis *ed.* c) nocititura *c.* d) *bis scriptum, sed alterum del. c.* e) *i. e.* scirpea.

1) De rebus a. 1260. sermo est; v. Hagen v. 1223 sqq.

Nunc dant edictum publicoque fruuntur honore.
Antea quam ville gradus inferior retinebat,
30 Nunc veluti Sille plebs tempore cuncta premebat.
Antea dampnati sceleris quidamque fugati,
Nunc sublimati fiunt, meritis quasi grati.
Antea discreto conscendebatur in altum,
Nunc penitus spreto faciebant ordine saltum.
35 Antea maiores iuveniles ius docuerunt,
Nuncque per errores dictant que non didicerunt.
Antea prelati digno sub honore fuerunt,
Nunc inhonorati nostrum casum doluerunt.
Antea nobilitas pia predominatur in urbe,
40 Nunc mala rusticitas viget et vis tradita turbe.
Antea non nota magnis plebs est operatrix,
Nunc claret tota prelati consiliatrix.
Antea florebat virtus . . . . . . sos,
Nunc h . . . .[a]
45 Hinc equitum nati fratres de Sande[1] vocati (B f. 2'.)
Hiis captivati, sunt illico decapitati;
Quando preces dire festinant morte preire,
Parentes ire, dant hos sine iure perire.
Dantes se sceleri, cupiunt magis inde timeri,
50 Sed plus augeri patet hinc odiumque mereri.
Vindicat id clara cognacio, cui fit amara
Mors sibi[b] non cara, necis ac illacio rara.
Tandem de publico sumptu scelus hoc redimentes,
Tempore post modico facinus peius facientes,
55 Sic Hircelinum Gerardum[2] rebus ementes,
Dampnant, festinum per opus mox interimentes.
Nec valuere preces empto deferre cruori,
Nil siciendo neces potuit satis esse furori.
O tam suppliciter rogitantem vidimus illum,
60 Ut sibi mortis iter vellent differre pusillum,
Quo sua peccata posset purgare luendo
Trans mare, curata racione viam faciendo.
Presentes aderant ibi fratres Theutonicorum,
Qui prompti fuerant hunc ordinis esse suorum.
65 Quod licet iratum non vulgus, iure movere
Urbis prelatum debebat parcere; flere
Vidimus hunc ob idem, sed factum dissimulavit;
Non turbare quidem plebem vult, que sibi favit.
Aures obturant precibus; fert unus eorum*: (*) Theodericus Bein[3].)
70 'Cur tantum durant hec? si sic unicus horum
Tam de difficili per nos modo mortificatur,
Tardius ex simili reliquis hec pena paratur'.
Nil iuvat oblatum; vox prevalet impietatum;
Tamquam dampnatum ducunt hunc decapitatum,
75 Sanctos orantem, pro nunc rogitare precantem,
Crimina plorantem, scelerum veniam rogitantem.
Sic alias meritum pro culpis antea factis

a) *reliqua abscisa.* b) *e corr. c.*

1) Qui alibi de Sandkule. D. 2) Cum aliis a. 1259 (1260, Ennen II, p. 148 n.) proscribitur, Lacomblet II, p. 476. 496; sed de eius nece alibi nihil traditum est. 3) Idem est quem post illam seditionem scabinosque eiectos cum aliis scabinum facit Conradus archiepiscopus d. 17. Apr. 1259; v. Lacomblet II, p. 466. D.

Vir capit interitum; formam dedit exitus actis,
Sed cor contritum salvat, spem dando salutis.
80 Hec ortum subitum dant pravis inde secutis.
Summo dicta scio tunc talia verba priorum:
'Cur ex officio modo non obsistitis horum
Nisibus, ecclesiam qui tot privando ministris
. . . .[a] sinistris.

a) *haec abscisa sunt*

GENEALOGIA EX STIRPE SANCTI ARNULFI DESCENDENTIUM METTENSIS.

EDIDIT IOH. HELLER.

Haec genealogia primum condita fuit a. 1164. *Mettensi ut videtur in urbe*[1]. *Ex Genealogia domus Carolingicae*[2] *aliisque fontibus antiquiora colligens, auctor inde a tempore Hugonis Capet proprio marte propinquitatem, qua imperatores, reges Francorum, duces comitesque Lotharingiae et Flandriae, alii, cum stirpe sancti Arnulfi coniuncti erant, luci dare tentat; qua in re graviores quoque non vitavit errores. Postmodum a.* 1261. *alius item Mettensis*[3] *nonnulla addidit ac genealogiam ut nunc est redegit. Proponimus eam ex codice* Parisiensi *nr.* 5989, *membr., ubi fol.* 1 *sqq. manu saeculi XIV. exarata est*[4]. *Contulimus etiam editionem Pithoei, qui genealogiam 'ex vetusta membrana inter Metensis quondam scolae reliquias reperta' primus vulgavit*[5], *et editionem Chesnii*[6], *qui praeter libellum Pithoeanum 'aliam', ut ipse confitetur, 'vetustiorem membranam' ad manus habuit. Neque enim codex Mettensis neque Chesnianus ubique cum Parisiensi concordant; praesertim ex Chesnio semel lacunam nostri explere licuit. Ex Chesnio postea genealogiam denuo sumserunt Calmet, 'Histoire de la Lorraine' I, probat. p.* 97 *sqq.; Butkens, 'Trophées de Brabant' I, probat. p.* 3 *sq.*[7] *Fragmenta collectioni suae inseruerunt Bouqueti continuatores (tom. X, p.* 273 *sq., XI, p.* 369 *sq., XIII, p.* 646*), qui etiam codicem Parisiensem consuluerunt. — Genealogiae nostrae saeculo XVI. superstructae sunt quae in codicibus Bruxellensibus nr.* 6138. *et* 6955. *leguntur ampliores.*

Berolini, mense Iulio 1879. *Ioh. Heller.*

Genealogia beati Arnulphi Metensis episcopi, que ex regibus Francorum sumpsit initium et post ipsum in tantum crevit, ut ex ipso genere imperatores Romani crearentur: necnon principes, duces, comites, marchiones et multi alii barones dicuntur ex ipsius consanguinitate fere per totum imperium christianorum processisse.

1) Vid .c. 3: *Theodericus, filius Theoderici de Monceons, genuit . . . Theodericum, nunc electum Metensem* (i. e. a. 1164). 2) SS. II, p. 308 sqq. 3) Vid. c. 3: *Iste Lodowicus genuit Lodowicum qui modo regnat, anno scilicet Domini* 1261; c. 4: *. . venerabilis domnus Philippus episcopus Metensis, qui modo tenet sedem cathedralem, scilicet anno Domini* 1261. 4) Cf. Catalog. codic. manuscr. IV, p. 188; Archiv VII, p. 65. 5) Annalium et Historiae Francorum SS. coaetanei, Paris. 1588, I, p. 303—311. 6) Duchesne, Historiae Francorum SS., Paris. 1636, II, p. 642—644. 7) Hic textum genealogiae proprio periculo emendavit, ne dicam falsavit.

1. Anafledes[1] regina Gothorum genuit filios Childebertum regem, Clotharium[a] regem, Clodomerum regem, Theodericum regem et filiam Malabergam reginam Thoringorum. Hec genuit filium Lotharium. De fratribus Maleberge Clotharius rex[b] genuit filios Guntharium, Childericum, Grannum, Heribertum, Gunterannum regem, Cilbericum regem, Sigibertum regem et filias Blitildem et Clotildem. Clodomerus rex, frater Clotharii regis, genuit Clodoaldum. Theodericus rex, frater Clodomeri regis, genuit Tiebertum; Tiebertus Theobaldum. Guntrannus rex, filius Clotharii regis, genuit filios Clodomirum, Clodoveum[2], Lotharium regem; Lotharius[3] rex Dagobertum et Charibertum. Dagobertus genuit Clodoveum et Sigibertum reges. Clodoveus genuit Childericum, Lotharium, Theodericum reges. Theodericus rex genuit Clodoveum et Hildebertum reges. Hildebertus rex genuit Dagobertum regem. Cildericus, filius Clotharii regis, genuit Theodobertum et Meroveum. Sigibertus, filius Clotharii, genuit Childebertum regem; Childebertus rex Theodericum regem et Theodobertum. Horum Theodericus genuit Childebertum, Corberum, Meroveum. Sigibertus[4] genuit Dagobertum regem. Gen. dom. Car. Bliotildis[c], filia Clotharii, habuit Arnualdum comitem palatinum ex Ansberto[d]. Arnualdus comes genuit beatum Arnulphum comitem palatinum, qui postea fuit episcopus Metensis. Hic Arnulphus genuit Anchisum ducem et comitem palatinum et Glodulphum episcopum et Walgisum. Anchisus genuit Pippinum maiorem domus ex Begga, sorore sancte Gertrudis de Nivella. Hic genuit Grimoaldum, Drogonem, duces, et Carolum regem Martellum dictum ex Alpade, sorore Dodonis, qui sanctum Lambertum episcopum Leodinensem martyrizavit. Carolus Martellus genuit Pippinum Nanum regem et Charlomagnum, post monachum. Pippinus rex genuit Charolum Magnum, regem Francie et post imperatorem, et Carlomannum regem. Karolus imperator genuit Pippinum, Charolum, Lodowicum Pium imperatorem, Hugonem et Dodonem episcopum. Charolus[5], filius Karoli imperatoris, genuit Berhardum; Berhardus Pippinum; Pippinus Berhardum, Herbertum et Pippinum. Lodowicus Pius, filius Karoli imperatoris, genuit Karolum regem et imperatorem Francorum, Lotharium imperatorem, a quo dicta Lotharingia, et Lodowicum regem Germanie, fratres. Inter hos tres fratres facta est divisio regni. Ex his primus Karolus imperator genuit[6] Charlomannum, Charolum et Lodowicum regem Francorum. Hic Karolus rex genuit Leodericum[e] regem. Hic genuit Lotharium regem Francorum et Lotharium[7] ducem. Hic[8] genuit Lodowicum regem Francorum. Hoc mortuo sine liberis, translatum est regnum ad Hugonem Capet, filium Hadewidis[f], de quo postea dicemus. Lotharius imperator, filius Lodowici Pii imperatoris, genuit Lotharium — hic excommunicatus fuit — Lodowicum imperatorem, Karolum, fratres. Horum Lodowicus genuit Ermingardam et Lodowicum regem. Lodowicus, filius Lodowici imperatoris, rex[g] Germanorum, genuit tres filios reges Germanorum, Charlomannum, Lodowicum et Karolum. Horum Charlomannus genuit Arnulphum imperatorem. Hic[h] genuit Lodewicum imperatorem et Cendeboldum. Lodewico defuncto sine liberis, translatum est imperium ad quendam Conrardum de stirpe ipsius, et de Conrardo ad Henricum, qui de genere Saxonum primus fuit imperator, de quo postea dicemus. Sed prius[i] de Hugone, ad quem regnum Francorum translatum est.

2. Hadewindis[k], Giberga[l], Bruno episcopus et dux Colonie, Otto imperator et Henricus dux fratres et sorores fuerunt. Horum Hadewindis genuit[9] Hugonem regem Francorum et Beatricem, uxorem Friderici ducis[10]. Hugo genuit Robertum regem Francie; Robertus regem Francie Henricum et Adelam; Henricus Philippum regem Francie et Hugonem comitem magnum[11]. Philippus genuit Lodowicum regem Francie. Hugo Magnus genuit Rodulphum et Henricum et tres sorores eorum. Adela, soror Henrici regis Francie, genuit[12] Mathildem reginam Anglorum, Balduinum comitem et Robertum comitem[13]. Matildis genuit Gillelmum et Henricum reges Anglorum et Adelam comitissam[14]. Balduinus[15], frater Mathildis, genuit Balduinum comitem[16] et Arnulphum. Arnulphus genuit[17] Balduinum comitem. Robertus, frater Mathildis, genuit Robertum comitem ex Gertrude. Hic Robertus genuit Balduinum comitem ex Clementia.

3. Beatrix, filia Hadewindis superioris, genuit Theodericum ducem[18]; Theodericus Fridericum ducem[19], Adelada. Fridericus dux genuit Beatricem et Sofiam. Beatrix genuit Mathildam ex Bonifacio[20]. Sofia genuit[21] Theodericum de Monceons[m, 22] et Fredericum, fratres. Horum Theodericus genuit Rainaldum, Theodericum, Fridericum, Willelmum et Stephanum episcopum[n] Metensem[23], fratres. Fridericus, frater Theoderici de Monceons, genuit Petrum de Luscelenborc[o]. Theodericus, filius Theoderici de Monceons, genuit Theodericum. Rainaldus, frater Stephani Metensis episcopi, genuit Rainaldum, Hugonem et Theodericum,

a) Clotharum *P. D.* b) *deest P.* c) Blithildis *D.* d) Atisberto *c.* e) Lodowicum *rectius D.* f) Haderidis *c.* (*v. i.*) g) regem *c.*; rege *P.* h) H. g. L. i. *des. P.* i) primus *c.* k) Hadewidis *semper D.* l) Girberga *semper P. D.* m) Monconz *semper D.* n) e. M. *des. P.* o) Luscebenborc *P*

1) Error apertus; nam Audefleda, uxor Theoderici Magni, erat soror Chlodovei I. Uxorem Chlodovei Chrotechildam fuisse, notissimum est. 2) Corrige: Gundobadum. 3) Falsum. Pater sequentium fuit Clotharius II, filius Chilperici I. 4) filius Dagoberti I. 5) Pippinus potius. 6) Falsum. Karolus genuit Ludovicum, patrem sequentium. 7) Corrige: Carolum. 8) scilicet Lotharius rex. 9) de Hugone Magno, duce Franciae. 10) Lotharingiae superioris. 11) Verumandorum. 12) de Balduino V. comite Flandriae. 13) Frisonem. 14) Blesensem, uxorem Stephani II. 15) VI. Flandrensis. 16) II. Hanoniae. 17) Falsum; Arnulphus liberos non habuit. Balduinus III. erat filius Balduini II. 18) Lotharingiae superioris. 19) secundum. 20) marchione Tusciae. 21) de Ludovico de Monte-Belligardi (Mümpelgard). 22) Castrum prope Pont-à-Mousson. 23) Obiit d. 29. Dec. a. 1163.

nunc electum Metensem[1], et quatuor filias. Fridericus, frater episcopi Metensis[2], genuit Lodowicum. Adela, soror Friderici ducis, genuit[3] Fulconem et Gallerannum[4] et filiam unam, quam habuit[5] Henricus de Liemborc, pater Pagani[6] de Arluns. Rainaldus, frater Theoderici electi Metensis, genuit Theobaldum comitem de Monceons ex filia[7] comitis Campanie[8], que fuit soror regine Francie[9]; que regina genuit Philippum[10] de Gonesse regem Francie ex Lodowico rege. Philippus rex genuit Lodowicum, qui mortuus fuit apud Monpancier[11] in reditu de Avenione. Iste Lodowicus genuit Lodowicum, qui modo regnat, anno scilicet Domini 1261. Theobaldus comes de Monceons habuit duos fratres, Henricum comitem de Bar, qui mortuus fuit[12] sine liberis, et Rainaldum episcopum Carnotensem[13]. Ipse vero Theobaldus genuit ex Loreta, filia comitis de Los[14], Thomascetam[15], uxorem Friderici ducis Lotharingie; ex qua idem dux genuit Iacobum episcopum Metensem[16] et Theobaldum[17] et Matheum[18] duces Lotharingie.

4. Giberga, soror Hadewindis superioris, genuit[19] Lotharium regem Francie et Karolum ducem[20], Mathildam et Aberadam[a], fratres et sorores. Horum Lotharius genuit Lodowicum regem Francie. Karolus dux genuit Ermengardam, Othonem ducem et Gerbergam, fratres et sorores. Horum Ermengardis genuit[21] Albertum comitem [et[b] filias duas, Hadewidem et Emmam de Los. Horum Albertus genuit Albertum comitem]. Albertus genuit Fridericum episcopum[22], Godefridum, Henricum[23] et[c] Albertum, fratres. De sororibus Hadewindis[d] Theodericum ducem[24] et Gerardum comitem[25], fratres. Horum Theodericus genuit Symonem[e] ducem. Symon genuit Matheum ducem; Matheus Symonem ducem ex sorore[26] Friderici imperatoris et Fridericum de Bittes[27]. Fridericus autem[f] de Bittes genuit Fridericum ducem Lotharingie, qui fuit gener Theobaldi comitis Barensis et habuit [ex[g] filia eius[28], sicut prediximus.] Iacobum Metensem episcopum, Theobaldum et Matheum duces et Regnaldum comitem de Castres[29]. Processit etiam ex eadem stirpe imperiali domnus Robertus[30] de Florenges[31]; ex cuius consanguinitate descendit venerabilis domnus Philippus episcopus Metensis, qui modo tenet sedem cathedralem, scilicet anno Domini 1261. Gerardus, frater Alberti[32], genuit Giselam et Hugonem[33] ....[h. 34] et Lambertum[35]. Lambertus genuit Henricum[36] comitem Lovaniensem. Hic Henricus genuit Henricum et Godefridum[37] fratres. Henricus[38], filius Gerberge, genuit Adeleidam, Chunegundem et Adelam. Mathildis, filia Gerberge, genuit[39] Eustachium comitem Boloniensem et Gerbergam, Friderici ducis[40] uxorem. Eustachius comes genuit Balduinum regem Hierusalem, Godefridum ducem et post regem Hierusalem ex Ida. Gerberga, soror Eustachii comitis, ex Friderico duce habuit filiam Iuttam[i]. Hec genuit[41] Henricum de Lemburc.

5. Mathildis, soror Lotharii regis Francie et Karoli ducis, genuit[42] Rodulphum regem Burgundie, Bertham, Guepam et Mathildam. Horum Bertha genuit[43] Othonem comitem Campaniensem. Hic Otto genuit Theobaldum comitem. Theobaldus genuit Stephanum, Othonem, Hugonem, fratres, comites. Guepa, soror Berthe et Mathildis, genuit[44] Giselam,

a) Albeadam *P.*; Albradam *D.* b) *haec omissa in membrana Metensi* (*et Paris.* 5989) *ex alia vetustiore nunc primum addita sunt. DUCHESNE.* c) *deest D.* d) *supple:* genuit. e) Symomonem *c.* f) F. de q̄' B. *P.* g) ex f. e. s. pr. *des. c.*; eius *deest P.* h) *in codice nulla lacuna.* i) mutam *c. edd.*

1) Electus a. 1164. 2) Nimirum Stephani. 3) de Walramo comite Arlonensi. 4) II. comitem Limburgensem. 5) Error. Henricus nepos fuit Adelae, filius Walrami II; neque igitur amitam habuisse potest in matrimonio. Uxor eius fuit Adelheidis, filia Bothonis de Botenstein. 6) Walrami III (┼ 1139). 7) Agnete. 8) Theobaldi II. 9) Adelae. 10) i. e. Philippum II Villa Gonesse (départ. Seine-et-Oise, arrond. Pontoise) erat patrimonium Philippi, quod ipse postea abbatiae Sancti Dionysii Parisiensis dedit. Cf. Chron. Turon., ap. Bouquet XVIII, p. 304. 11) Montpensier, départ. Puy-de-Dôme, arrond. Riom. 12) a. 1191. 13) Sedit a. 1182—1217. 14) Ludovici I. 15) Haec nominatur Agnes ap. Albricum, SS. XXIII, p. 851. 899. 16) Obiit d. 24. Oct. 1260. 17) I, defunctum a. 1220. 18) II, defunctum d. 24. Iun. 1251. 19) de Ludovico IV. 20) Lotharingiae inferioris. 21) de Alberto I. Namucensi. Cf. Geneal. comit. Bulon., SS. IX, p. 300. 22) Leodiensem. 23) comitem de Rupe (La Roche ad fl. Ourthe). 24) Lotharingiae, filium Gerhardi de Alsatia. 25) Vadanimontis (Vaudemont, arrond. Nancy). 26) Juditha sive Bertha. 27) Bitsch. 28) Thomasceta sive Agnete. 29) Bliescastel, a Zweibrücken ad occidentem. 30) filius Simonis I. 31) Fleurange prope Diedenhofen. 32) Theoderici potius, filii Gerhardi et Hadewindis (v. s.). 33) Obiit c. a. 1167. 34) Initium generis Gerbergae, filiae Caroli ducis, hic deesse, ex sequentibus apparet. 35) i. e. Lambertus II, filius Lamberti I. Lovaniensis et Gerbergae, filiae Karoli ducis. 36) secundum. 37) quintum (cum barba). 38) primus. 39) de Eustachio I. 40) Lotharingiae inferioris. 41) de Walramo II. 42) de Conrado rege Burgundiae. 43) de Odone I. 44) de Hermanno II. duce Sueviae.

uxorem regis Conrardi. Hec habuit ex Conrardo Henricum imperatorem tertium. Hic Henricus genuit Henricum quartum imperatorem cesarem augustum ex Agnete. Mathildis, soror Guepe et Berthe, genuit Arnulphum comitem Flandrensem, Godefridum ducem, Gozelonem ducem, fratres[1]. Horum Arnulphus genuit Balduinum. Hic genuit Balduinum ex Chunegunde[2]. Hic genuit Balduinum et Robertum ex Adela. Gozelo, frater Arnulphi et Godefridi, genuit Godefridum ducem, Odam et Regelindam. Horum Godefridus dux genuit Godefridum Gipposum et Henricum[3] comitem Lovanie. Regelindis, soror Godefridi ducis et Ode, genuit Albertum[4] comitem Namucensem. Hic Albertus genuit Godefridum, Fridericum, Henricum et Albertum, fratres.

6. Albrada, soror Lotharii regis, Karoli ducis et Mathildis, genuit Ermendrudam. Hec genuit[5] Agnetem. Hec[6] aliam Agnetem. Hec genuit Henricum quartum imperatorem ex Henrico imperatore tertio. Hic Henricus imperator genuit Conrardum et Karolum cognomento Henricum ex Berta.

7. Otho imperator, frater Brunonis Coloniensis episcopi et Henrici ducis, genuit Hudicam[7] et Othonem secundum imperatorem, fratres. Horum Hudica genuit[8] Othonem ducem[9]; Otho Henricum et Chononem, fratres. Horum Henricus genuit Conrardum. Hic[a] genuit Henricum tertium imperatorem et Lidulphum, fratres. — Henricus dux[10], frater Othonis primi, genuit Henricum ducem. Hic genuit Henricum imperatorem et Giselam, uxorem Stephani regis Hungrorum. Hec[11] genuit Bernardum. Hic genuit Idam Namucensem et reginam Francorum, uxorem Angelberti marchionis[b] et Gertrudem comitissam Flandrensem[12] et reginam Nacorum[13].

a) Hic — tertium *des. D.* b) marchonis *c.*

1) Falsum. Horum mater Mathildis non fuit Conradi filia, sed Hermanni Billungi ducis Saxonum, ut testantur Witgerus sub ea degens (SS. IX, p. 304), Genealogia com. Flandr. Bertiniana a. 1111. conscripta (p. 306) et Albricus ad a. 1005 (SS. XXIII, p. 778). 2) Otgiva potius. 3) Falsum. Henricus II. fuit filius Odae, sororis Godefridi Gipposi. 4) tertium. 5) de Odone comite Burgundiae. BRIAL. 6) de Wilhelmo Magno duce Aquitaniae. BR. 7) Corrige: Dudicam, i. e. Liutgardam; cf. SS. III, p. 215; VI, p. 32. 8) de Conrado duce Lotharingiae. 9) Karinthiae. 10) Bavariae. 11) Quae sequuntur valde a vero recedunt. Mater Bernhardi II. ducis Saxoniae fuit Hiltigardis. 12) Gertrudis, uxor Roberti I. Frisonis, erat filia Bernhardi II. ducis Saxonum. 13) Corrigendum videtur: Dacorum; auctor fortasse de Adela, filia Gertrudis et Roberti Flandrensis, cogitat, quae nupsit regi Canuto II. Altera Gertrudis filia de Florentio I. comite Hollandiae regi Francorum Philippo I. nupsit. Ida, quae et Ragelinda, uxor Alberti II. Namucensis, erat filia Gozelonis I. ducis Lotharingiae inferioris. De Angelberto marchione nihil compertum habemus.

GENEALOGIAE DUCUM BRABANTIAE.

EDIDIT IOH. HELLER.

I. GENEALOGIA DUCUM BRABANTIAE HEREDUM FRANCIAE.

Genealogiae ducum Brabantiae quas novimus omnes ortae sunt paullo post a. 1268, *cum Iohannes I, dux ille praestantissimus, post Henrici fratris sui imbecilli abdicationem ducatum obtinuisset laudemque patrum novis rursus laudibus augeret. Tunc quidem, cum inter omnes Lotharingiae principes Brabantinorum domus et potentia et divitiis procul dubio longe excelleret, non defuerunt qui historiam ducum scribendam susciperent inque memoriam hominum revocarent, genus eorum per Gerbergam, filiam Karoli ducis Lotharingiae, usque ad Karolingos ascendere: scilicet ut clarius pateat, duces non solum totius Lotharingiae, sed etiam regni Francici legitimos esse heredes. Quod evidentissime apparet ex hac quam primo loco lectoribus propposituri sumus genealogia, quae expressis verbis*[1] *Iohannem I. 'heredem regni Francorum hereditario iure, sicut primogenitum Karoli Magni stirpis', appellat.*

Auctor fortasse in coenobio Affligemensi[2] *vixit. Prae omnibus enim laudat istud monasterium utpote 'decus in ordine nigro' atque fusius quam solet, Henricum, filium Godefridi Barbati, illic fundum dicasse posteaque sepultum esse, narrat*[3]. *Accedit, quod etiam Genealogia II. hic conscripta esse videtur. Porro 'Nomina sanctorum e stirpe ducum Babantiae descendentium', quae infra post II. dabimus, hic compilata sunt, ut scriptor ipse tradidit. Itaque genealogias I. et II. eodem loco ortas esse, putarim; quocum convenit, quod eodem fere anno scriptae sunt*[4] *et arctissime inter se cohaerent. Scimus etiam, monachos Affligemenses res gestas ducum Brabantiae tunc diligentissime perscrutasse. Affligemii enim vivebat Willelmus, postea abbas Sancti Trudonis*[5], *qui 'Historias Brabantinorum' metrice composuit, quorum fragmentum Iacobus de Guisia servavit*[6].

1) c. 9; cf. c. 4: *Hic cessavit stirps Karoli Magni regnare in Francia et in Lotharingia . ., cum tamen essent heredes utriusque regni;* et saepius. 2) Inter Aalst et Assche. 3) c. 5. Nota tamen, quod haec versibus tradit, quos aliunde hausisse potest. Sed versus saltem Affligemii conscriptos esse, contenderim. — Villae Baisy et Genappe, quae eodem capitulo laudantur, ad possessionem monasterii Affligemensis pertinuerunt. Cf. Chron. Affig. c. 17, SS. IX, p. 415; et 'Nomina sanctorum e stirpe ducum Brabantiae descendentium' infra p. 399. 4) Post a. 1268. et ante finem anni 1271, ut infra accuratius probabimus. 5) a. 1277—1297. 6) Quae Iacobus de Guisia (ed. Fortia IX, p. 402 sqq.; cf. I, p. 34: *abbas Sancti Trudonis [scripsit] historias Brabantinorum*) ex Willelmi opere servavit, hic exscribere iuvat: *Ex historia domini Guillermi abbatis Sancti Trudonis Hasbaniensis in* 225. *versu libri secundi chronicarum suarum: 'Lambertus, filius Ragineri comitis Montensis, fuit comes Lovaniensis. Hic Gerbergam, filiam Karoli ducis Lotharingie, postmodum regis Francie, desponsavit. Ab his enim descenderunt*

Fundamentum operis posuit auctor Genealogiam comitum Buloniensium[1], *cui alia ex Genealogia domus Carolingicae*[2] *et ex Sigeberto hausta inseruit. Postea ipse vel interpolator fabulas quasdam de Karolo Magno et nonnulla ex Vita Landradae*[3] *et ex Vita Gudulae*[4] *excerpta addidit. Inde a tempore Gerbergae plurima certe proprio periculo composuit, stemma ducum satis ieiune usque ad a.* 1268. *deducens. Non multo post hunc annum etiam scripsisse videtur, quamquam c.* 9. *narratur, Philippum III. regem Franciae Mariam, filiam Henrici III, uxorem duxisse*[5], *quod demum a.* 1274. *factum est. Sed haec postea interpolata esse, persuasum mihi habeo, cum Genealogia II, quae post a.* 1270. *et ante finem a.* 1271. *composita est, ex hac hauserit.*

Genealogia exstat in codicibus

1) *Vindobonensi nr.* 3445, *chart. in* 4°, *ubi manu saec. XVI. fol.* 1—3. *diligenter exarata est. Codicem benevole Berolinum transmissum ipse evolvi.*

2) *Leodiensi nr.* 77, *olim* Sancti Trudonis, *membr. in* 4°. *Post Physiologum saec. XII. scriptum continet manu saec. XIV. exaratam Historiam naturalem, Albertum de lapidibus, Palladium de agricultura, quibus eadem manus in duobus foliis adiunctis hanc genealogiam addidit, ex antiquiore codice sat negligenter descriptam. Apographon viri b. m. Bethmann postea V. Cl. Arndt et ego ipse denuo contulerunt. Ex hoc codice Genealogiam accuratissime vulgavit V. Cl. St. Bormans, 'Compte rendu de la com. roy. d'histoire, 3. série (Bruxelles* 1869*),'* X, *p.* 68 *sqq. — In codice* 2 *tria prima capitula interpolationibus, de quibus supra dixi, fabulis scilicet et excerptis ex Vitis Landradae et Gudulae, ampliata sunt. Etiam narratio plerumque longius a Genealogia Buloniensium recedit. Cum tamen cod.* 2 *quibusdam locis cum Gen. Bulon. concordet, ubi* 1 *aliam praebet lectionem, utramque recensionem usque ad c.* 3. *imprimi feci; inde a c.* 4. *codice* 1 *tamquam fundamento usus sum, menda eius ex* 2 *emendans. — Genealogiae in* 1 *adiuncta sunt brevia excerpta ex Continuatione genealogiae comitum Buloniensium*[6] (Qui voluerit scire, quomodo disiunctum sit regnum Francorum — — ubi manebat Karolus), *quibus in cod.* 2 *interpolator rursus addidit centones ex Vita Gudulae c.* 30—33. *depromptos et alios ex Continuatione gen. Bulon.* (Lodovico autem rege Francorum mortuo — — ex qua originem traxit). *Haec omnia utpote nullius prorsus pretii et nihil ad rem facientia omisi*[7]. *Capitum distinctionem ipse institui.*

comites Lovanienses et duces Bracbantie'. Hec in interlineari glosa versuum. Versus vero reperi tales, ubi, postquam multa de Hugone dicta sunt, sic dicit:
'Sic tua res agitur, dux Karole, sicque ducatum
Lotharicum perdis, dum tua regna petis.
Filius Otto tamen tibi dux succedit in illo,
Quem sibi confirmat imperialis apex.
Huic quoque germanam dant chronica scripta sororem,
Nomine Gerbergam, que michi visa fuit.
Hanc sibi Lambertus despondit, quem Raginerum
Hannonie comitem progenuisse ferunt.
Huic quoque Henricus successit, filius Otto
Quem sequitur frustra, nam sine prole fuit.
Hunc quoque subsequitur Lambertus, patruus huius,
Qui regit has terras Lovanioque preest.
Nonne vides igitur, quam clari sanguinis istos
Vena venustavit? Troyca quippe fuit'.
Actor. In toto secundo libro preallegato nititur ostendere predictus abbas, prout patet clare speculanti, quod duces Brabantie descenderunt a Troianis et a Francis et hoc per Raginerum comitem Montensem, qui genuit primum ducem Lovaniensem Lambertum. Igitur sic patet clarissime ex testimonio historiarum predicti historiographi, qui magnus compositor et poeta fuit, quod comites Hannonienses a verissima vena Troianorum et maxime Priami primi ducis Francorum descenderunt, quia 'propter quod unumquodque, tale et illud' magister dicit Aristoteles. De Willelmo cf. Gest. Trud. cont. III, SS. X, p. 404: *vir magne literature . . . bonus metricus* etc. Paucis de eo egerunt Wilmans, 'Archiv' IX, p. 358; Hirsch, 'Heinrich II', I, p. 330; Wattenbach, 'GQ.' II, p. 117. Willelmus, qui tamquam praesens loquitur, auctorem aequalem exscripsisse videtur. Idem facit auctor Genealogiae duc. Brab. metricae. Vid. infra praefationem p. 400.

1) SS. IX, p. 300. 2) SS. II, p. 309. 3) AA. SS. Iul. II, p. 624. 4) auctore Lamberto, AA. SS. Ian. I, p. 514 sqq. 5) c. 9: *Mariam . ., que postea facta est regina Francie et coronata, quia regi Francorum est nupta.* 6) Dachery (ed. I) II, p. 803 sqq. Cf. SS. IX, p. 299, B. 7) Quae videas apud Bormans l. l.

INCIPIT[a] GENEALOGIA KAROLI MAGNI SUCCESSORUMQUE[b] EIUS, DUCUM BRABANTIE, HEREDUM FRANCIE.

1.

1. Priamus[c] primus rex Francorum genuit Marchomerum. Marchomerus genuit Pharamundum. Pharamundus genuit Clodionem regem. Clodio rex quia sine filio fuit, successit ei in regno Meroveus[d], nepos eius; a quo stirps ista Merovingi fuerunt nominati. Meroveus vero genuit Hildricum[e] regem. Hildricus[e] genuit Clodoveum[f] regem, quem sanctus Remigius baptisavit, et in baptismate mutato nomine eum Ludowicum appellavit. Mater istius fuit Basina Thuringorum regina. Ludowicus genuit Clotharium regem et tres fratres eius ex Crothilde, filia Cilperici regis Burgundie. Clotharius genuit Cilpericum regem et fratres eius. Cilpericus genuit Lotharium Magnum. Lotharius genuit Dagobertum regem et Blitildem. Ad cuius progeniem translatum est regnum. Dagobertus genuit Sigobertum regem et Clodoveum. Clodoveus genuit Clotarium, Hildericum regem et Theodericum regem successive. Theodericus genuit Hildebertum regem et Clodoveum regem successive. Hildebertus genuit Dagobertum iuniorem. Ille Dagobertus iunior genuit Lotharium *et Theodericum reges, scilicet mediante Daniele, electo tunc nominato Chilperico, per Francos in regem voluntarie constituto, quamvis alienus a successione, sed tamen genere. Post quem dictus Theodericus regnavit. Post eum Hildericus; in quo genealogia Merovingorum finit[g].

Hic Merovingorum cessavit linea recta
In regno regnare suo, probitate carendo[1].

2. Biltildem duxit uxorem Ansbertus vir illustris, Romanus genere, et genuit ex ea Arnoldum. Arnoldus genuit Arnulphum, postea Metensem[h] episcopum Arnulphus, qui post fuit episcopus. genuit Angisisum. Angisisus duxit uxorem sanctam Beggam, filiam Pipini primi ducis Austrie inferioris, sororem sancte Gerdrudis. Pipinus dux, pater istarum, fuit maior domus in Francia. Angisisus genuit ex sancta Begga duxissa Pipinum secundum ducem Austrie et maiorem domus Francie. Pipinus secundus[i] genuit Karolum Martel ducem Austrie et maiorem domus Francie. Karolus Martel genuit Pipinum Parvum ducem Austrie et maiorem domus Francie hereditario iure.

Austria dicta fuit, que nunc Brabancia fertur,
Terra iacens inter Scaldi[k] Renique fluenta.

2.

1. Priamus genuit Pharamundum regem. [Gen. c. Bul.] Pharamundus genuit Clodionem[l] regem. Clodio[l] quia sine filio fuit, successit ei nepos eius Meroveus, rex probus, ex quo regalis prosapia Merovinga per longum tempus nominati sunt. Meroveus genuit Hildericum regem. Hildericus genuit ex Basina Thuringie regina Clodoveum regem, cui similis rex hactenus non fuit; quem sanctus Remigius baptizavit et oleo celitus misso consecravit, et in baptismate mutato nomine Lodovicum eum appellavit. Ludovicus duxit uxorem Crotildem[m], [cf. Sig.] reginam orthodoxam et christianissimam, per quam ipse rex, omnium regum Francorum primus, et omnis Frantia baptizari meruit. Fuit autem hec regina filia Cilperici regis Borgundie et amita sancti Sigismundi regis Borgundionis et martiris. Lodovicus rex genuit Clotarium regem et fratres eius ex gloriosa Crotilde regina. Clotarius genuit Cilpericum regem et sanctum Guntrammum et duos fratres eorum. Uxor Clotarii fuit sancta Radegundis, regina Thuringie. Cilpericus genuit Lotharium Magnum. Lotharius rex genuit Dagobertum [*cf. Fred. cont.] regem et Blitildem, sororem eius, ad cuius propaginem translatum est regnum. Cuius progenies duces erant Austrie, terre scilicet iacentis inter Scaldam[n] et Renum, que nunc Brabantia vocatur. Erant autem ipsi duces maiores domus in regno iure hereditario, antequam reges fierent. Reges vero solo nomine regio regnabant; [cf. Sig. 662.] sed duces Brabantie gladium regni portabant et potenter regnum regebant. Dagobertus rex genuit Sigisbertum[o] et Clodoveum regem. Clodoveus genuit Theodericum regem. Theodericus genuit Hildericum[p] regem. Hildericus genuit Dagobertum regem.

Hic Merovingorum cessavit linea recta
In regno regnare suo, probitate carendo[1].

2. Blitildem, Dagoberti primi sororem, duxit Ansvertus uxorem, vir illustris, ex genere Romanorum imperatorum genitus, qui genuit ex ea Arnoldum. Arnoldus genuit Arnulfum sanctum, postea Metensem episcopum. Sanctus Arnulfus genuit Ansigisum[q], qui duxit sanctam Beggam, filiam Pipini primi ducis Brabantie, qui erat etiam maior domus in regno et genuit [cf. Gen. dom. Car.] ex sancta Yduberga sanctam Beggam et sanctam Gertrudem gloriosam virginem, que

Culmen honoris erat tocius stirpis eiusdem[2].

Iste sanctus Pipinus primus, Karlomanni filius primi, et sancta Yduberga, soror[3] sua, ac sancta Gertrudis, ipsorum filia, monasterio Nivellensi[4] quiescunt; quod monasterium ipsi in allodio suo, scilicet in Brabantia, in honorem Dei et sancti Petri apostoli devote fun-

a) *rubrum deest* 1, *spatio vacante*. b) s. e. d. Br. h. *supra abscisa sunt, ut vix legi possint*. c) *littera initialis deest* 1, *spatio vacuo relicto*. d) Meroneus *semper* 1. e) Hilderic. *corr.* Hildric. 1. f) Clodon. *semper* 1. g) fuit 1. h) Mtensem 1. i) senior *Gen.* k) Scladi 1. l) Cled 2. m) Crotillem 2. n) Sclaldam 2. o) Silgisbertum 2. p) Hildebertum *Geneal. c. B.* q) Ansigisinum 2.

1) Iidem versus occurrunt infra in Genealogia metrica. 2) Cf. versus in Genealogia metrica. 3) Uxor potius. 4) Nivelles.

Sig. 750. a. 752. Iste dux Pipinus Parvus auctoritate apostolica et Francorum electione a sancto Bonefacio Maguncie archiepiscopo in regem ungitur, ac postea a Stephano papa cum filiis suis Karolo et Karolomanno in regem consecratur; ac per eos omnis eorum generatio in hereditatem regalis successionis in perpetuum benedicitur, et omnis alienigena ab eius invasione apostolico anathemate interdicitur.

daverunt. Per sanctam Beggam, ipsorum filiam, Ansigisus, maritus eius, factus est dux Brabantie post mortem Pipini primi, et genuit ex sancta Begga Pipinum secundum ducem Brabantie gloriosum et maiorem domus in regno. Pipinus secundus[a] genuit Karolum Martel ducem Brabantie et maiorem domus in regno. Karolus Marteil genuit Pipinum Parvum ducem Brabantie, que tunc Austria vocabatur; qui[b] etiam erat maior domus in regno iure hereditario. Iste Pipinus Parvus dux Brabantie apostolica auctoritate et Francorum electione a sancto Bonefatio Maguntie archiepiscopo in regem ungitur, ac postea a Stephano papa cum filiis suis Karolo et Karlomanno in regem consecratur; et[c] per eos eorum generatio in hereditatem regalis successionis in perpetuum benedicitur, et omnis alienigena ab eius invasione[d] apostolico anathemate interdicitur. Sig. 750. a 752.

3. Francorum rege[e] tonsorato et in monasterium truso, Pipinus ex duce rex factus, genuit Karolum Magnum gloriosum cesarem. Karolus imperator, rex et dux Austrie, genuit Ludowicum piissimum augustum et ducem Austrie. Ludowicus genuit Lotharium imperatorem, regem totius Ytalie, comitem totius Provincie, ducem totius Austrie, que ab ipso *Lothario mutato nomine est vocata Lotharingia. Ludowicus genuit etiam Pipinum et Ludowicum ex Ermengarde regina et *Karolum Calvum regem. Karolus Calvus genuit Ludowicum Balbum regem. Ludowicus genuit Karolum Simplicem regem. Karolus genuit Ludovicum regem. Ludovicus genuit Lotharium regem, Karolum ducem Lotharingie[f]. Lotharius rex genuit Ludovicum ultimum regem huius stirpis, qui mortuus est sine herede. Cui successisse debuisset Karolus, patruus suus, dux Brabancie recta linea secundum heredes; sed Hugo Capet regnum Francorum fraudulenter intravit et posteris hereditarie suis reliquit. Karolus autem dux Brabancie illustris inter cetera bona que gessit corpus gloriose virginis Gudile de Morcella transtulit in Bruxellam. Qui dux heres Francie, nec tamen possessor, genuit Gerbergam comitissam Bruxellensem, heredem Francie et ducatus Lotharingie, que simul amisit et nomen regine et nomen *duxisse, sed nomen[g] tantum obtinuit Bruxellensis comitisse.

Gen. Bul. cf Sig. — *V. Landr.[1] — *V. Gud. 18. c. 31. — cf Sig. 986 sq. — cf. V Gud. 37. — *Gen. Bul.

3. Rege Francorum Hildrico tonsorato et in monasterium truso, Pipinus ex duce Brabantie factus[h] rex Francie, huius stirpis primus, genuit Karolum Magnum gloriosum cesarem, quem Leo papa consecravit et in imperatorem unxit die natalis Domini. Qui etiam erat dux Brabantie. Hanc terram ipse Karolus, scilicet patriam suam, precipue dilexit. *In ipsa terra, scilicet in Belisia[i], nomen suum Magnum[k] coram sancta Landrada acquisivit. Consanguineam etiam suam *sanctam Gudulam, quiescentem apud Morcellam tunc temporis regis, regiis muneribus ditavit. [Sepulta enim erat apud Ham in[l]] Brabantia, vicum[m] iuxta Sanctas, unde translata fuit ipsa virgo a primatibus et episcopis et palatinis regni in Morcellam, et ipsum fundum Morcellensem et predia in Brabantia iacentia eidem virgini devote obtulit et ecclesie in qua sancta iacebat in perpetuam hereditatem delegavit et conventum sanctimonialium ibidem congregavit; que singula testamento commendavit et ibidem scriptis assignavit, sicut dux et heres ac possessor terre Brabantie. In ipsa etiam terra, scilicet Aquisgrani, tronum imperialem instituit; ibi mansit, ibi mirabilia operatus est, ibi in pace quiescit. Et erat vir Teuthonicus. Pater autem suus Pipinus et mater sua Bertrada cum ipso Karolo, filio suo, mansisse leguntur apud Haristellium, ducum Brabantie quondam palatium. *Karolus Magnus genuit Lodovicum piissimum augustum. Lodovicus genuit Lotharium, Pipinum et Lodovicum ex Ermegarde regina, et Karolum Calvum regem ex Iudith. Karolus Calvus genuit Lodovicum Balbum[n]. Lodovicus genuit Karolum Simplicem regem Francie et ducem Brabantie. [Karolus genuit Lodovicum[o]] ex filia[2] regis Anglie. Lodovicus genuit Lotharium regem Francie et Karolum ducem Brabantie ex Gerberga, filia Henrici imperatoris, que etiam erat soror Ottonis senioris imperatoris. Lotharius rex genuit Lodovicum iuvenem, huius stirpis ultimum regem, qui regnavit anno uno et mortuus est sine herede. Cui successisse debuisset Karolus, patruus suus, dux Brabantie recta linea secundum heredes. Sed Hugo Capit regnum Francorum fraudulenter[p] intravit et posteris suis hereditarie reliquit. Karolus autem dux Brabantie illustris inter cetera bona que gessit corpus[q] beate Gudile virginis de Morcella transtulit in Bruxellam. Qui dux heres Francie, nec tamen possessor, genuit Gerbergam[r] comitissam Bruxellensem et heredem Francie et ducatus Lotharingie, que simul amisit et nomen regine et nomen duxisse, sed nomen tantum optinuit Bruxellensis comitisse; que Nivelle sepulta est.

cf. Sig. 986 sq. — cf. V. Gud 37.

a) senior *Gen.* b) que 2. c) Ex 2. d) invacione 2. e) rego 1. f) Burgundie *corr.* Lotharingie 1. g) nō 1. h) *bis scripsit* 2. i) Besilia 2. k) magm 2. l) *uncis inclusa supplevi ex Vita Gudulae. In 2 parvus locus vac. rel.* m) vitā 2. n) album 2. o) K. g. L. *des.* 2. p) fradulenter 2. q) cor9 2. r) Gerbertam 2.

1) Cf. AA. SS. Iul. II, p. 624. 2) *Ogiva* Genealogia com. Bulon.

4. Hic cessavit stirps Karoli Magni regnare in Francia et in Lotharingia; sed tantum[a] comites vocabantur Bruxellenses et Lovanienses per longum tempus, cum tamen essent heredes utriusque regni. Gerberga genuit ex Lamberto Cum-barba Henricum Seniorem comitem de Bruxella, heredem Francie, et Lambertum[1] comitem et Machtildem Boloniensem, aviam Godefridi de Bulion[b] et Balduini et Eustacii. Lambertus comes genuit Henricum[c] comitem Lovaniensem, quem Hermannus interfecit[2]. Henricus[c. 3] genuit Henricum[c] et Reinerum, qui in Asbania[d] occisus est. Henricus[c] comes genuit Henricum[c] comitem Lovaniensem[4], qui apud Tornacum interfectus[e], Nivelle[f] sepultus est, et Godefridum[g] comitem Lovaniensem, dictum Cum-barba, in quo stirps Karoli restituta est in gradum pristinum, scilicet in ducatum Lotharingie, in quo regnabant antequam reges fierent. Postea vero et regnum et nomen ducatus amiserunt, sed nunquam terram Brabantie[h]. Temporibus enim istorum comitum a tempore Lamberti Cum-barba, qui duxit Gerbergam, heredem Francie et ducatus Lotharingie, sed tantum comitissam Bruxellensem — qui Lambertus Florines[5] interfectus est, qui etiam Lovanii ecclesiam construxit — usque ad tempus Godefridi ducis Cum-barba Ardenenses nomen ducum Lothariensium adepti sunt; sed possessores terre Brabantie non erant, sed stirps Karoli Magni recta linea secundum heredes, comites scilicet Bruxellenses et Lovanienses predicti. Nam tempore Gerberge [comitisse[i] Bruxellensis] Godefridus Ardenensis adeptus est ducatus Lotharingie honorem. Cui successit Gozelo dux, frater eius, qui genuit Godefridum ducem et Stephanum papam et Odam, uxorem[k] comitis Lovaniensis Lamberti[6] dicti Balderici, qui ambo prebendas instituerunt[l] in Bruxella et in Lovanio. Isti etiam transtulerunt corpus sancte Gudile de ecclesia sancti Gaugerici[m] Bruxellensis[n] in ecclesiam superiorem[7] ibidem.

Gen. Bul. — 1012 — 1047

5. Godefridus dux genuit Godefridum Gibbosum ducem et sanctam Ydam Bononiensem comitissam, matrem Godefridi de Bulion, ducis Lotharingie post mortem Godefridi Gibbosi et regis[o] Iherusalem, et matrem Balduini regis [Iherusalem[p]] et Eustacii comitis Bononiensis; qui licet nominati fuerint[q] de Bulion, nati tamen et nutriti fuerunt in Brabantia, scilicet apud Baisiu[8] iuxta Genapiam, castrum ducis Brabantie. Godefrido de Bulion duci Lotharingie successit Henricus[c] Lemburgensis[r] in ducatum Lotharingie; quo deiecto culpis suis exigentibus[9], ducatus Lotharingie datur Godefrido Cum-barba comiti Lovaniensi[s] ab imperatore.

1101. — 1106.

Qui dux[10] Lotharici fuerat[t], qui marchio regni
Lovaniique comes, decus alti culminis ipse[u];
In quo stirps Karoli proprium sit[v] adepta ducatum.
Pacis amans, clarus armis, ad prelia felix,
Iusticia nituit, sed[w] pietate magis.

Iste fuit heres regni Francorum.

Quo iacet in claustro, locus est Afflictio[x. 11] dictus,
Qui locus esse decus iam fertur in ordine nigro.
Corpore discedens proprio, fundum[y] decoravit,
Quem Christo vivens proprio de iure dicavit[z]
Filius illius Henricus Lovaniensis,
Tunc comes[a] et miles, monachus quoque[b] factus ibidem,
Mundum contempnens; ibi cum genitore quiescit.

a) *ita* 1. 2. b) Boilon 2 *semper*. c) H. 1. 2. d) Hasbania 1; Albania 2. e) i. est 2. f) Nivellie 2. g) Ged. 1. h) Brabantinam 1. i) c. Br. *add.* 2. k) u. comitissam Lovaniensem 2. l) i pr 2. m) Gangerici 2. n) Bruxelle 1; Bruxellis 2. o) regem 2. p) *add.* 2. q) fuerunt 2. r) Lemburgis 2. s) ilm *corr.* ltm 2. t) fuerit 2. u) ppc 2. v) fit 1. w) se 2. x) Afflixio 2. y) fundat 1. z) ditavit 1. 2. a) T. etiam m. 2. b) tunc 2.

1) secundum; in Genealogia com. Bulon. hic false filius Henrici Senioris nominatur. 2) a. 1038. teste Anselmo apud Sigebertum, SS. VI, p. 357. At hic Henricus (Senior) non fuit filius Lamberti II, sed Lamberti Cum-barba. 3) Error. Lambertus II, frater Henrici Senioris, genuit Henricum II. et Reinerum. 4) tertium, interfectum a. 1095. 5) Fleurus, a Charleroi ad septentrionem (a. 1015). 6) secundi. 7) Cf. chartam Lamberti II. ecclesiae S. Gudulae a. 1047. datam (Miraei, Opp. dipl. I, p. 57) et Vitam II. Gudulae c. 33, AA. SS. Ian. I, p. 530. 8) Baisy (inter Nivelles et Genappe) erat patrimonium Idae. Cf. Chron. S. Hub. Andag. c. 82, SS. VIII, p. 615; Miraei Opp. dipl. I, p. 76. 9) i. e. quia Henrico IV. fidelis exstitit contra filium rebellem. 10) De his versibus, qui mutilati etiam in Genealogia metrica leguntur, vide supra praef. p. 385 n. 3. et praef. ad Gen. metr. 11) Afflighem.

6. Henricus, frater Godefridi Cum-barba, genuit quatuor filias, quarum una attavia[a] fuit Beatricis[b. 1], que uxor fuit imperatoris Frederici. Godefridus dux Cum-barba genuit Godefridum ducem et tres filias, quarum una Alaida fuit Anglorum regina[2]; secunda vero comitissa de Cleves, Ida[3] nomine; tercia vero Clarissia virgo permansit. Godefridus huius nominis secundus dux genuit Godefridum huius nominis tercium ducem ex Ludgarde[c] ducissa de Saltzebach[d. 4]. Godefridus secundus Lovanii sepultus est. Godefridus tercius genuit Henricum[e] ducem Lotharingie huius nominis primum ex Margareta, filia[f] Henrici[e. 5] de Lemborgh[g], et Albertum episcopum Leodiensem, qui prope civitatem Remensem occi-sus[h], (1192.) in ecclesia beate Marie Remensis sepultus est[i]. Quorum pater Godefridus dux Lovanii sepultus est cum uxore sua.

7. Henricus dux, inclitus moribus ac[k] genere et heres Francie recta linea secundum heredes stirpis Karoli Magni, genuit ex Machtilde, comitis[l] Boilonensis Mahiu[m. 6] filia, Henricum ducem Lotharingie, egregium principem ac utilem[n], et Godefridum de Lovanio et quatuor filias, quarum prima Maria imperatrix Romanorum; secundam[7] vero duxit[o] comes Gelrie[8], ex qua genuit Ottonem comitem de[p] Gelre et Henricum episcopum Leodiensem et comitissam Iuliacensem[9]. Terciam[10] duxit comes de Alvernia[11], qui genuit ex ea Robertum comitem Bolonie et Alvernie[q] et fratres eius et sorores. Quartam duxit Florentius[r] comes Hollandie[s], Machtildim nomine, et genuit ex ea Willelmum regem Romanorum et Florentium et Aleydem comitissam Hanonie[12] et Margaretam comitissam de Hinneberga[t. 13]. Horum[u] Machtildis Lovanii sepulta est. Postea Henricus[e], maritus eius, duxit aliam uxorem, (1213.) Mariam nomine, filiam Philippi regis Francie, et genuit ex ea unam filiam, quam[14] duxit (1238.) filius comitis[15] de Cleve, [Thomas[v. 16] nomine]. Maria ducissa Affligemi[w] sepulta est; que fuit filia Philippi regis Francie. Henricus[e], maritus eius, Colonie moriens[17], Lovanii sepultus est, huius nominis primus dux. Solebant enim antecessores sui aliis nominibus vocari, scilicet Pippinus vel Karolus, Lodowicus[i] vel Lotharius, et in utroque regno dominari, scilicet in ducatu Lotharingie et in[i] regno Francie, cuius regni heredes sunt ipsi duces[i] Brabantini recta linea secundum heredes et iuxta primogenita stirpis Karoli Magni, qui tronum imperialem instituit Aquisgrani, scilicet in patria sua, quam precipue dilexit.

8. Henricus huius nominis secundus[x] dux genuit ex Maria, filia Philippi Romanorum regis, Henricum[e] ducem huius nominis tercium et quatuor filias; quarum prima Machtildis (1237.) nupsit Roberto comiti Attrebatensi, filio regis[18] Francie, et genuit ei Robertum comitem Attrebatensem et unam filiam. Post mortem autem[i] mariti[y] sui nupsit comiti Sancti Pauli[19] et genuit ei filios et filias. Secunda filia Maria nupsit duci Bavarie[20]; que ipso vivente[z] impie et crudeliter occisa est. Tercia Beatrix nupsit lantgravio Turingie[21] et post[k] Willelmo comiti Flandrie; et utroque marito mortuo, remansit sine liberis. Quarta Margareta, abbatissa Vallisducis[22] Deo[a] consecrata, in ordine Cisterciensi Christo ancillatur. Maria, mater istorum[b], moriens Lovanii sepulta est, et Philippus, filius eius, in[c] infantia moriens, ibidem sepultus est, [scilicet[d] inter tumbam matris et gradum altaris sancte Crucis]. Henricus idem[e] (1239.) dux post mortem uxoris sue aliam duxit uxorem Sophiam nomine[e], filiam lantgravii[23] Thuringie et sancte Elizabet, nobilem genere et moribus, et genuit ex ea Henricum[f] heredem Thuringie et Elizabet ducissam[24] de Brunswickh[g], que mortua est sine liberis. Henricus secundus dux Lovanii[h] moriens, (1248.) in monasterio Vilariensi sepultus est.

a) artavia 1. 2. b) imperatricis 1. c) Lutharde 1. d) Saltenbach 2. e) H. 1. 2. f) filii 1. g) Lemborch 1; Leitborgh 2. h) o. est 2. i) *deest* 2. k) *deest* 1. l) comitissa Bonnoensi 1. m) *ita* 1. 2. n) *loc. vac. rel.* 1: utilem 2; illustrissimum *Gen. ampl. c.* 12. o) c. G. d. 2. p) Gelrie 2, *ubi* de *deest.* q) Avernie 2. r) Florensius 2. s) Hollendie 2. t) Henneberghe 1. u) *ita* 1 (*cf infra n.* b *et p.* 396 *l.* 15 *et* 30), *deest* 2. v) Th. n. *des.* 2. w) Hafflig. 2. x) d. s. 2. y) Roberti n. Machtildis c. S. P. 2. z) vidente 2. a) tunc 2. b) *ita* 1, istarum 2. c) ib. s. e. in inf. m. 2. d) scil. — Crucis *des.* 2. e) *deest* 2. f) H. 1. 2. g) Brunsvich 2. h) Lotharingie 2

1) filiae Rainaldi III. comitis Burgundiae. 2) uxor Henrici I. 3) uxor Dieterici III. 4) filia Berengarii de Sulzbach. 5) secundi. 6) Vox Gallica; i. q. Matthei. 7) Margaretam. 8) Gerhardus III. 9) Margaretam, uxorem Wilhelmi IV. 10) Adelheidem. 11) Wilhelmus X. 12) uxorem Iohannis de Avesnes. 13) uxorem Hermanni I. comitis de Henneberg. 14) Elisabetham. 15) Theoderici V. 16) Theodericus potius. 17) a. 1235, m. August.; cf Albricum, SS. XXIII, p. 937. Sed vide de Ram, 'Recherches sur les sepultures des ducs de Brabant à Louvain' p. 9, ubi d. 5. Sept. obiisse dicitur secundum epitaphium. 18) Ludovici VIII. 19) Guidoni II. de Châtillon. 20) Ludowico II. 21) Henrico Raspe. 22) Val-duchesse in oppido Auderghem prope Bruxellam. 23) Ludovici IV. 24) uxorem Alberti I.

9. Cui successit[a] filius eius Henricus[b], huius nominis dux tercius, qui duxit uxorem filiam ducis[1] Burgundie, Aleidim nomine, bonis moribus ornatam, sed[c] multa et maxima infortunia passam[d]. Que genuit ei[e] tres filios et unam filiam: primogenitum Henricum[b] [fatuum[f] et insensatum, debilem et deformem], impotentem tam sensu quam viribus; secundum Iohannem elegantem et egregium, [gratiosum[g] et magna probitate coruscum[2]]; tercium Godefridum, qui ambo Bruxelle nati fuerunt; et Mariam speciosam atque gratiosam, que[h] postea facta est regina Francie et coronata, quia regi[3] Francorum est nupta. Iohannes autem propter inpotentiam Henrici[b], fratris sui primogeniti, adeptus est ducatus honorem; qui dux effectus est Lotharingie et marchio imperii et advocatus Aquisgrani anno ab incarnatione Domini 1268. 1268.

Hec est prosapia regum Francorum a tempore Priami primi regis Francie usque ad tempus[i] Iohannis ducis Lotharingie huius nominis primi, qui est heres regni Francorum hereditario iure, sicut primogenitus Karoli Magni stirpis. Cuius stirpis generatio non derelinquetur in secula. Nam multi sancti et plurime[k] sancte procreati sunt ex ea.

a) succedit 2. b) H. 1. 2. c) hec 2. d) passa est 2. e) *deest* 2. f) fatuum — deformem *des.* 2. g) gr. e. m. p. c. *des.* 2. h) quam Philippus rex Francie duxit in uxorem 2. i) tempora 2. k) plurimi 1, *ubi* sancte *deest.*

1) Hugonis IV. 2) Nota finem hexametri. 3) Philippo III. (a. 1274). De hoc loco cf. praefat. p. 386.

II. GENEALOGIA DUCUM BRABANTIAE AMPLIATA.

Genealogia I. non diu postquam scripta est rursus ampliata et mutata est, ita ut novum prorsus opus fieret. Auctor multa ex Sigeberto addidit, alia ex Genealogia domus Carolingicae et Continuatione genealogiae Buloniensium, ex Vita Landradae, Gudulae, Amalbergae[1]. *Etiam fabulas de Karolingis confictas non contemsit. Iure fortasse coniicias, auctorem huius genealogiae eundem fuisse qui Genealogiam I. interpolavit, cum non solum ex eisdem fere fontibus hauserit, sed etiam narrationes illic insertas continuaverit omissaque suppleverit. — Denique versus finem libelli quaedam ex suo de stemmate ducum eorumque propinquorum adiecit. Scripsit post a.* 1270, *cum Stephanum V. 'regem Hungarie modernum' afferat, et ante finem a.* 1271, *cum Isabellam, primam Philippi III. uxorem, adhuc inter vivos laudet*[2].

A. Principalem formam operis praebent

1) *codex Parisiensis nr.* 6222, *chart. in* 4°. *saec. XVI, fol.* 1—12[3].

2) *Vindobonensis nr.* 3445, *supra p.* 386. *laudatus, fol.* 4—9.

B. Secundae familiae eos codices dicimus, qui textum deturpaverunt, hic illic nonnulla omittentes vel verborum ordinem mutantes. Sunt

1) *Parisiensis nr.* 14194, *membr. in fol., qui praeter alia varia*[4] *fol.* 213—214. *et* 218—223. *hanc continet genealogiam manu saec. XV. exaratam. Fol.* 223—224. *addita sunt* Nomina quorundam sanctorum et sanctarum prosapie illustrissimorum ducum Lotharingie et Brabantie, *quae monachus Affligemensis, ut ipse testatur*[5], *conscripsit. Haec 'Nomina', quae arctissime cum Genealogiis I. et II. cohaerent*[6], *post Genealogiam infra vulgabimus.*

1) AA. SS. Iul. III, p. 69. Etiam alias vitas, e. gr. Gertrudis et Pippini, auctorem cognovisse, certa sunt indicia. Cf. c. 1. 2. 3. 2) c. 13. 3) Cf. Catalog. cod. mss. IV, p. 216. Codices Parisienses contulit V. Cl. Schöne. 4) Cf. Delisle, 'Inventaire des mss.' (St. Germain) p. 131. 5) *Hii . . . dederunt monasterio nostro Haffligem decimas Genapi et Hugolini curiam.* 6) 'Nomina' ab interpolatore

2) *Codex bibliothecae gymnasii* Confluentini *nr.* 139, *chart. in* 8°. *saec. XV, de quo cf. Archiv VIII, p.* 615. *Adiuncta est genealogiae brevis Continuatio tempore Iohannis III, qui a.* 1312. *patri successit, composita.*

3) *Bruxellensis nr.* 10953, *membr. in* 4°. *saec. XIV—XV, continet Genealogiam Karolingorum, Vitam Gertrudis et Idubergae et nostram genealogiam. Cf. Archiv VIII, p.* 536. *Addita est Continuatio usque ad a. circa* 1322. *Ex hoc codice opus sub titulo 'Chronici genealogici Nivellensis' edidit Chiflet, 'Le faux Childebrand relegué aux fables'. Brux.* 1669; *Senckenberg, Selecta iuris III, p.* 181 *sqq.*

Capitum distinctionem secundum A 1 *et* 2 *servavi. Ex recensione B nonnisi lectiones gravioris momenti infra indicavi; aperta amanuensium menda neglexi*[1].

INCIPIT[a] GENEALOGIA ILLUSTRISSIMORUM DUCUM LOTHARINGIE ET BRABANTIE, PROSAPIA SCILICET KAROLI MAGNI[b].

Gen. d. Br. 1. Priamus primus rex Francorum a Priamo rege Troianorum nomen et genus trahens, genuit Marcomirum regem[c] secundum. Marcomirus rex[d] genuit Pharamundum regem[e] tertium. Pharamundus[f] rex genuit Clodionem[g] regem quartum. Cui successit Meroveus rex quintus. Meroveus rex genuit Hildricum regem sextum. Hii[h] sex reges gentiles erant. Hildricus rex genuit ex Basina Thuringie regina Clodoveum[g] regem septimum. Hic duxit Chrotildem[i], filiam Cilperici[i] regis Burgundie, reginam orthodoxam et christianissimam, per quam ipse rex cum omni gente Francorum[k] baptizari meruit; quem sanctus[l] Remigius baptizavit et oleo celitus emisso consecravit, et eum in baptismate Ludovicum appellavit. Ludovicus[m] rex genuit Clotharium regem octavum[d]. Clotharius rex[n] genuit Cilpericum regem nonum[d]. Cilpericus rex[n] genuit Lotharium Magnum regem[o] decimum[i]. Lotharius Magnus[i] rex[n] genuit* Dagobertum regem undecimum[i] et Blitildem, ad cuius progeniem, ad duces scilicet Lotharingie et Brabantie, translata est tandem corona[p] Francie. Blitildem duxit Ansbertus princeps illustris genere Romanus, ex imperiali prosapia ortus. Qui genuit ex ea Arnoldum principem et sanctum Ferreolum et[l] sanctum Modericum et sanctam Tarsiciam virginem. (cf Gen dom. Car.) Arnoldus genuit ex sancta Oda sanctum Arnulphum principem, tandem episcopum Metensem. Sanctus Arnulphus genuit ex sancta Doda sanctum Clodulphum Metensem episcopum et Walcisum, patrem sancti Wandregisili, et Ansgisum, quem pater suus Sanctus[l] Arnulphus benedixit et progeniem eius, prophetando[q] de ipsis, quod ipsi essent futuri reges Francorum hereditarii et imperatores Romanorum excellentissimi, et factum est ita. Hec benedictio cum unctione descendit in nobilissimam et sanctissimam prosapiam ducum[r] Lotharingie et Brabantie, que tunc Austria vocabatur. (Gen. d Br) Quorum generatio et gloria non derelinquetur in secula, nam multi[s] sancti et sancte procreati sunt ex ea. Quorum vite[t] ista testantur et historie et cronica.

2. Ansigisus duxit sanctam Beggam ducissam recta linea secundam Lotharingie et Brabantie; cuius avus[u] Karlomannus princeps illustris genuit sanctum Pipinum primum ducem Lotharingie et Brabantie et sanctam[v] Amalbergam comitissam[o] cuiusdam comitatus[w] in Brabantia; que[x] mansit apud Ham iuxta Sanctas in Brabantia. (V Amalb.[2]) Hec genuit ex Wigero[y] sanctum Ablebertum[z] Cameracensem episcopum, qui in monasterio Malbodiensi quiescit, et sanctam Reineldem virginem, que apud Sanctas in Brabantia martyrizata[a] ibidem quiescit in[b] allodio suo, et sanctam Pharaildem et sanctam Ermelendem et sanctam Gudilam de Bruxella, patronam ecclesie maioris ibidem. Sancta Amalberga Lobis[c] quiescit. Sanctus Pipinus dux duxit sororem sancti Modoaldi[d] Treverensis archiepiscopi et sancte Severe**, sanctam[e] scilicet Idubergam, que peperit ipsi duci Grimoaldum, qui occisus fuit et[f] in Ioppilia iuxta Harstellium[g] quiescit, et sanctam Beggam[h], que fratri successit in ducatum Lotharingie et Brabantie, et sanctam Gertrudem[i], que predia portionis patrimonii sui contulit[3] monasterio suo Nivellensi[k]; que

*) ex Beretrude regina *add. A* 2. **) abbatisse ibidem *add. A* 2.

a) *rubrum deest A* 2; Incipit genealogia ducum Brabancie *B* 2. b) M. imperatoris *B* 3. c) r. s. *des. B* 3. d) *deest B* 1. 2. e) r. t. *des. B* 2. f) tertius *add. B* 3. g) Glodoveum *B* 2. h) Hii — erant *des. B* 3. i) *deest B.* k) sua *B* 3. l) *deest B* 3. m) Hic L. g. *B* 3. n) r. g. *des. B* 3. o) *deest B* 2. p) c. regni Fr. *B* 3. q) prophetando — et cronica *des. B* 2. r) dudum *B* 1. s) m. et multe *B* 3. t) *deest A* 2. u) *deest A* 1. v) A. s. *A* 2. w) com. cu. *A* 1. x) que — Brabantia *des. A* 2. y) Witgero *A* 1. z) Albertum *A* 2. *B* 2. a) m. fuit et *B* 3. b) mollodio *B* 2. c) Lobio *A* 1; qui *B* 2. d) Odoaldi *B* 1. 2. e) s. sc. *des. B* 2. f) *deest B* 2. 3. g) Harstellum *A* 2; Haistallum *B* 2; Harstallum *B* 3. h) Gerbergam *B* 2. i) virginem *add. B* 3. k) Nyv. *A* 1 *semper;* Nivialensi *B* 1.

Genealogiae I. et ab auctore Gen. II. conscripta esse, putarim. Cf. ultima verba Genealogiae I: *Nam multi sancti et plurime sancte procreati sunt ex ea* (scil. ex stirpe Karoli Magni); Gen. II. c. 1: *Quorum generatio et gloria non derelinquetur in secula, nam multi sancti et sancte procreati sunt ex ea. Quorum vite ista testantur et historie et cronica.* 1) A posterioribus Genealogia saepius exscripta est idque primum quod video ab auctore 'Historiae Hanoniensis in vulgari', quam infra proponemus. 2) AA. SS. Iul. III, p. 69. 3) Cf. Vitam Gertrudis, AA. SS. Iul. II, p. 595.

ibidem cum patre et matre quiescit. Hii manserunt apud Landenen in Brabantia, ubi[a] ipse Pipinus Nivellensis primo sepultus diu quievit, sed corpus eius postea inde translatum est in Nivellam Brabantie. Erat et ipse sanctus[b] Pipinus maior domus in regno, et posteri sui iure hereditario, gladium regni portantes et super omnes principes regni[b] ipsum regnum gubernando principantes; nam reges temporibus ipsorum ducum[c] solo nomine regio regnabant. Sed maiores curie, duces scilicet inferioris Austrie, suscipientes redditus et opes regni, ipsum regnum regebant *(Gen. d. Br)*

3. Sancta Begga, ducissa Lotharingie et Brabantie secunda[d], genuit ex Ansigiso[e] Francigena Pipinum iuniorem, ducem Lotharingie et Brabantie tercium, avo suo consimilem[1], cuius sicut erat heres nominis et[b] possessionis ac dignitatis, ita iusticie et religionis vir: acer consilio et manu strennuus, qui totam potentiam suam ad exaltandam[f] sanctam[g] ecclesiam convertit. Hic duxit sanctam Plictrudem, que peperit ei tres filios, Drogonem[h] scilicet Campaniensem[i] principem et Grimoaldum, qui martyrizatus fuit Leodii et ibidem apud Sanctum Iacobum in altari cripte quiescit, et sanctum Silvinum, qui Chinace[k, 2] quiescit in ecclesia sancti Petri, quam mater sua fundavit; que Colonie quiescit in monasterio sanctimonialium Sancte Marie, quod ipsa construxerat. Huius filii vivente patre et matre mortui sunt. Pipinus etiam genuit de Alpayde* Karolum Martellum ducem Lotharingie et Brabantie quartum, virum elegantem et egregium, ducem invictum, immo victoriosissimum; qui patrios limites transgrediens, multa regna sibi subegit. Qui requisitus rex Francie fieri noluit, gloriosius ducens regibus imperare, quam rex esse. Hunc, ut dicitur, avia sua sancta Begga nutrivit apud Andennam[l, 3], in cuius confinio ipse Karolus in iuventute sua occidit ursum in loco qui adhuc ob id Urcella[m] vocatur. Huius pater Pipinus Medianus mansit apud Ioppiliam iuxta Harstallium[n]. Karolus Martellus genuit Pipinum Parvum[o], archiducem Lotharingie et Brabantie quintum, virum sapientia et iusticia ac fortitudine clarum, et Karlomannum regem, postea monachum Cassinensem, et sanctum Remigium archiepiscopum Rothomagensem et[p] Landradam[4, **]. Pipinus autem ex duce auctoritate[q] apostolica et Francorum electione iussu Zacharie pape a sancto Bonifacio Maguncie archiepiscopo in regem Francorum ungitur et postea a Stephano papa cum uxore sua Bertrada et filio suo Karolo in regem consecratur, ac per eos omnis eorum generatio in hereditatem regalis successionis in perpetuum benedicitur, et omnis alienigena ab invasione regni apostolico anathemate interdicitur

4. Hildrico[r] rege Francorum tonsorato et in monasterium[s] Sancti Medardi Suessionis truso, Pipinus tercius[t] genuit ex Bertrada regina Karolum Magnum, huius stirpis imperatorem primum, regem Francie in hac[b] recta linea secundum, hereditarium vero[g] Lotharingie et Brabantie archiducem sextum, de quo viro nescias, utrum in eo virtutem bellicam an sapientie naturalis claritatem an omnium liberalium artium periciam religionisve christiane magis mireris observationem[u]. Pipinus rex et Bertrada regina, uxor sua, manserunt[v] apud Harstallium, ducum[w] Lotharingie et Brabantie quondam celebre palatium, quod dicitur fuisse caput Brabantie. Apud quod manens Karolus cum patre et matre, tunc temporis adolescens spectabilis elegantie forme, virium et animi magnitudine prestantissimus, occidit[5] ursum immanim apud Belisiam in presentia sancte Landrade[x], abbatisse eiusdem cenobii, que ipsum ob[y] id Karolum Magnum appellavit; quod[z] nomen ei hactenus permansit. *(V. Landr)* Belisia[6] sita est inter urbem Tungrensem et Traiectum. Karolus omnes artes liberales didicit et studiosissime coluit; libris divinis continue intentus fuit. *(Sig. 790 sq)* Karolus[a] legendi et psallendi divinum officium disciplinam correxit. Erat enim in utroque peritus et cantare et legere cum clericis in choro solebat. *(cf. Einh.)* Karolus[b] inchoavit grammaticam patrii sermonis, id est Theutonici; mensibus anni iuxta patriam linguam vocabula imposuit Theutonica, ventos etiam 12 propriis nominibus Theutonice[g] nominavit, cum ante ipsum quatuor tantum cardinales venti nominarentur***. Karolus elemosinas, virtutes et magnalia coram Deo et hominibus gloriosa operatus est modernis

*) Dodonis de Aurois sorore *add. A* 2; sorore Dodonis, eius concubina *add. B* 3
**) abbatissam cenobii de Bellisia *add. B* 3.
***) *B* 1 *add. in marg :* Hic[7] vir Theutonicus et flos Theutonicorum
Theutonice ventos et menses nominat anni.

a) ubi — Brabantie *des. B* 3. b) *deest B* 3. c) i. et d. *B* 1. d) *deest B* 1. e) Ansgiso *A* 1. f) exaltandum *A* 1; exaltand' *A* 2. g) *deest B* 2. h) D. *deest B;* scil. *deest B* 1. i) Campiniensem *A* 1; Campanensium *B.* k) Chruace *A* 1; Chunate *B* 2; Chimate *B* 3. l) Antennam *A* 2; Ardemam *B* 2; Audennam *B* 3. m) Ursella *A* 2. *B* 2. 3. n) Harstellium *A* 1. o) scilicet P. *B* 1. 3; P. *deest B* 2. p) et sanctam *A* 2. q) ap. auct. *A* 2. *B* 1. 3. r) Cildrico *A* 1. s) monasterio *B* 2. 3. t) t. rex *B* 2. u) *hic inserit B* 1 *Genealogiam duc. Brab. metricam.* v) construxerunt H. *B* 2. w) d. L. e. Br. *des. B* 2. x) sue matris *add. B* 3. y) ideo *B* 3. z) q. n. e. h. p *des. B* 2. a) Ipse enim *B* 2. b) Karolus — inusitata *des B* 2.

1) Eadem verba in Vita Pipini ap Duchesne I, p. 599. 2) Chiny. 3) Andennes ad fl. Mosam. 4) De hac consanguinitate, fabulosa nimirum, cf. AA. SS. Iul. II, p. 620. 5) De hac fabula postea in Vitam Landradae inserta cf. AA. SS. Iul. II, p. 624. 6) Bilsen. 7) Cf. infra Genealogiam metricam.

Gen. d Br. tam incredibilia quam inusitata. Karolus imperator incomparabilis monarchiam regens christia-
nitatis, patriam suam, ducatum scilicet[a] Lotharingie et Brabantie, precipue dilexit, terram scilicet nati-
vitatis et hereditarie possessionis ipsius patrumque suorum, principum scilicet ipsius[b]
terre prescriptorum; qui cetera regna, que tandem possederunt, ex acquestu adepti sunt.
Hanc terram ipse frequentius inhabitando coluit et precipuis reliquiis, privilegiis[c] et digni- 5
Sig 795. tatibus sublimavit. Qui in ipsa terra, scilicet Aquisgrani, basilicam construxit, ad cuius dedicationem
ipse Karolus Leonem papam, primates, archiepiscopos, episcopos[d], duces, marchiones, prin-
cipes et quasi consilium tocius christianitatis congregavit[1]. Quorum omnium auctoritate,
Gen d Br sed precipue sua et apostolica, ipse Karolus ibidem tronum imperiale instituit[e] in perpetuum, quod
quilibet imperator Romanorum futurus Aquisgrani esset coronandus. Ibi ipse Karolus mansit, 10
cf Einh. 30 ibi mirabilia[f] operatus est, ibi in pace quiescit. Ibi etiam ab seculo sanctissime discessit[g] anno etatis sue 72, anno vero[a]
regni sui 46. et anno imperii sui 13; quo moriente, sol obscuratus est, et fiebant ibi miracula[b]
magna.

Gen. d Br 5. Karolo Magno successit filius eius Ludovicus piissimus augustus, qui Metis apud Sanctum Arnul-
phum quiescit cum matre sua Hildegarde[i] regina et pluribus sui generis. Ludovico Pio suc- 15
Sig 844 cesserunt tres filii eius, Lotharius scilicet, Ludovicus et Karolus Calvus. Hii tres fratres partiti sunt inter
se regna paterna; et[k] Ludovicus quidem obtinuit Thuringiam, Saxoniam, Austrasiam, Baioariam,
regnum[l] Hunorum, orientalem Franciam, que est Alemannia. Hec est sita inter Danubium
et Renum; in qua ipse Ludovicus regnavit annis 54[m]. Karolus Calvus obtinuit totam Neustriam, Britan-
niam et maiorem partem Burgundie, Gociam[n], Wasconiam, Aquitaniam, occidentalem 20
Franciam; in qua ipse Karolus Calvus[k] regnavit annis 39[o]. Lotharius vero imperator, qui maior natu erat, obti-
nuit omnia regna Italie, id est Lumbardie, cum ipsa Roma, et totam Provinciam et totam Austriam, medi-
anam[p] scilicet Franciam, que sita est inter Scaldum[q] et Renum et inter Burgundiam et mare Frisonum;
in qua terra[r] tres archiepiscopatus continentur[b], Colonia scilicet, Treveris et Maguntia.
Hec terra quondam Austria dicta fuit, que ab ipso Lothario mutato nomine vocata est Lotharingia, id 25
ib. 855 est Lotharii regnum. Qui Lotharius relinquens monarchiam, cum ipse imperasset annis 33[s] [2],
factus est monachus apud Prumiam in Lotharingia, ibique monasticam[t] vitam religiose consummans,
quiescit in pace.

ib 871. 6. Lothario[u] imperatore mortuo, successit filius eius Lotharius iunior. Quo mortuo sine
liberis, patrui eius partiti sunt inter se regna ipsius Lotharii, Ludovicus scilicet rex Alemannie et Karolus 30
Calvus rex Francie gloriosus[a]. Qui Karolus[a] imperator mortuus est et apud Sanctum Dyonisium in
ib. 878. Francia sepultus. Cui successit filius eius Ludovicus Balbus, qui[v] regnavit in Francia annis duobus et mortuus
ib 880 est sine liberis; sed ipse[a] discedens[a] uxorem suam[b] gravidam reliquit, que tandem peperit Karolum Sim-
plicem regem Francie et ducem Lotharingie. Qui duxit Ogivam, filiam regis Anglie. Huius Karoli
tempore disiunctum est[b] imperium Romanorum a regno Francorum[w], et duces Saxonie 35
ib 922 sqq. adepti sunt imperium. Karolus Simplex cum auxilio Lothariensium occidit Robertum tyrannum, avum[x] Hugo-
nis Capet, quia ipse Robertus contra ipsum Karolum regnum Francorum[y] iniuste invaserat. Hic Karolus postea
captus est a Heriberto comite Viromandorum et Perone in captivitate martyrizatus. Cui successit filius[z] eius
Ludovicus rex Francie, qui duxit Gerbergam, filiam Henrici primi imperatoris de germine[a] Saxonum. Qui etiam
genuit[b] Brunonem[c] archiepiscopum Coloniensem et primum Ottonem[c*] imperatorem, qui industria sua 40
invenit venas auri et argenti in Saxonia et civitatem Madeburgensem[d] fundavit. Ludovicus[e] rex[f] captus est a Normannis
consilio nequissimo Hugonis comitis Parisiensis, qui[g] fuit filius Roberti tyranni et pater Hugonis Capet, qui
postea regnum usurpavit iniuste.

Gen. d Br. 7. Ludovicus rex[c*] tandem a captivitate liberatus est, qui genuit ex Gerberga regina Lotharium regem Francie
et Karolum ducem Lotharingie, possessorem[h] Brabantie. Cuius specialis possessio Bruxella 45
V. Gud. c. 32 fuit. Hic Karolus dux[c*] sanctam Gudilam de Morcella transtulit in Bruxellam; cui[i] ipse dedit partem ville que vocatur
Molembeka[k] iuxta Bruxellam, et alia bona et familias ibidem ipse Karolus eidem virgini contulit. Cuius frater
Sig 955 Lotharius rex regnavit in Francia annis 31 et mortuus est Remisque[l] apud Sanctum Remigium sepultus. Cui suc-
Cont. gen. Bul.[3] cessit filius eius Ludovicus rex ultimus Francie de stirpe Karoli Magni. Hic enim regnavit anno uno[m] et
cf Gen d Br mortuus est sine liberis et apud Sanctum Cornelium Compendii sepultus. Cui successit patruus eius Karolus, dux 50
Lotharingie et Brabantie prescriptus. Eodem anno rebellavit contra Karolum ducem Hugo comes Pari-
siensis dictus Chapet. Cuius antecessores maliciose conati[n] sepe fuerant prosapiam Karoli

a) *deest B* 2. b) *deest B* 3. c) et pr. *B* 2. d) *deest B* 2; et ep. *B* 3. e) constituens *B* 3. f) miracula *B* 2.
g) dec. *B* 2. 3. h) mirabilia *A* 2. i) Bertrada *B* 2. k) *deest B.* l) et r. *A* 2. m) *ita codd.; procul dubio* 34
corrigendum est. n) Scotiam *A* 1. *B* 2. o) 34 *Sig.* p) meridianam *A* 2. q) Scaldam *A* 1. r) t. sunt *B* 3. 55
s) 34. *B.* t) v. m. *B* 2. 3. u) Cui successit f. *B.* v) hic *B* 2. w) Francie *B* 1. x) qui fuit pater *B* 2.
y) Francie *A* 2. z) f. e. *des. A* 2. a) genere *A* 2. *B* 2. 3. b) Brationem a. C. genuit *A* 2. c) Branonem *B* 3.
c*) *deest B* 2. d) Magdeb. *B* 1. e) Hic L. *B* 3. f) c. r. *B* 1. g) q. Hugo *B* 3. h) et p. *B* 3. i) cui —
contulit *des. B* 2. k) Molenbeke *A* 2; Molenbecca *B* 1. 3. l) Remis et *B* 3. m) 11. *Gen.* n) c. sunt s. f. *A* 1.

1) Idem narrant Gesta epp. Leod. abbreviata, supra p. 130. 2) Nota errorem immanem. 3) ap. 60
Dachery (ed. 1) II, p. 803.

Magni regno Francorum exhereditare[a]. Hic etiam Hugo noluit pati, quod Karolus dux ungeretur in regem, cum tamen Franci[b] conarentur regnum transferre ad ipsum Karolum, regni heredem.

Sig. 987 sqq.

8. Igitur Karolus dux Lotharingie et Brabantie obtinens primogenita prosapie Karoli Magni, petit regnum Francorum ex paterna et avita[c] successione sibi debitum, Laudunum capit, Montem-acutum expugnat, civitatem Remensem aggreditur et occupat, archiepiscopum quem Hugo prefecerat et quosdam primates capit et Lauduno relegat, et[d] Laudunum multa cum preda revertitur. Hugo hoc moleste ferens, collecto exercitu copioso, valde obsedit Karolum in Lauduno, ubi ipse Karolus[d] mansit cum uxore sua. Secundo autem[e] obsidionis mense Karolus et sui in Lauduno obsessi prosilientes, irruerunt super exercitum Hugonis. Qui turpiter fugiens vix evasit, plurimis suorum peremptis[f], et Karolus dux[g] cum triumpho reversus est in[g] Laudunum. Igitur Hugo cernens, quod[h] non posset Karolum vincere, consilium habuit cum Anselmo Laudunensi episcopo, vetulo traditore, qui erat consiliarius Karoli ducis. Tradens autem Anselmus Laudunum Hugoni in nocte una, quiescentibus civibus et hanc tradicionem clam factam ignorantibus, ingressus est Hugo Laudunum et cepit Karolum[i], quem vinctum misit Aurelianis in captivitatem et uxorem suam. Igitur Hugo[k], capto Karolo, qui fuit heres regni Francorum, accessit ad Remensem civitatem et fecit se ungi in regem. Non enim[l] erat Karolus unctus in regem, resistente ei Hugone. Eodem etiam anno Robertus, filius Hugonis, rex ordinatus est[g]. Isti non fuerunt de progenie Karoli Magni*; qui[m] regnum Francorum fraudulenter intraverunt et posteris suis hereditarie reliquerunt. Horum[n] Hugonidarum regum decimus est Ludovicus rex Francie** modernus[1] et Iohannes dux Lotharingie et Brabantie etiam modernus, duodecimus[o] Karolidarum a Karolo duce, qui Franciam amisit sibi debitam. Et sic cessavit stirps Karoli Magni regnare in Francia, in qua ipsa confirmata fuerat hereditarie apostolica auctoritate et Francorum electione, lata etiam[p] sententia anathematis*** in omnes alienigenas regnum[q] Francorum[r] contra ipsam prosapiam invasuros.

Cont. gen. Bul. Sig. 988. — Cont. gen. Bul. — Gen. d. Br.

9. Hec stirps gloriosa[s], per quam exaltata fuerat sancta ecclesia et lex christiana, principando permansit in Brabantia, ex qua originem traxerat, scilicet ex avo et patre sancte Gertrudis virginis[t]. Nam Karolus dux genuit Gerbergam comitissam Bruxellensem, que Nivelle quiescit. Cuius omnes antecessores in recta linea positi a Priamo primo rege Francorum usque ad ipsam Gerbergam reges fuerant Francie preter tres principes et tres archiduces, qui ponuntur inter Lotharium Magnum regem et Pipinum Parvum regem. Sed pater Gerberge dux[u] Karolus, heres regni Francorum, amisit ipsum. Gerberga[v], filia eius, amisit etiam Lotharingie ducatum, et posteri sui, qui solummodo optinuerunt Brabantie principatum[w] usque ad ducem Cumbarba[2], quintum a Gerberga, cum[x] hi ipsi[y] essent obtinentes primogenita Karolidarum et secundum ipsa primogenita utriusque regni heredes et Francie et Lotharingie. Hii utroque regno orbati, principes tantum[z] Brabantini et marchiones imperii, vocabantur comites Bruxellenses vel Lovanienses. Gerberga genuit Henricum Seniorem comitem de Bruxella, marchionem imperii, cuius pater erat Lambertus Cum-barba, frater Ragineri comitis Haonie. Hic Lambertus fuit princeps Brabantie ex parte uxoris sue Gerberge. Qui Lovaniensem ecclesiam construxit et Baldricum Leodiensem episcopum et exercitum eius in bello vicit apud Hogardis in Brabantia. Hic Lambertus postea apud Florines preliando occubuit. Cui successit Henricus[a] marchio, filius eius, qui genuit Henricum[b] et Lambertum dictum Baldricum, comitem Bruxellensem, imperii[c] marchionem, et Mathildem, que peperit Eustachium comitem Boloniensem, qui genuit ex sancta Ida Eustachium comitem Bolonie et Godefridum ducem Lotharingie et Balduinum. Hii reges fuerunt Iherusalem christianorum primi et virtutibus excellentissimi. Qui nati ac nutriti fuerunt in Brabantia, scilicet apud Basiu iuxta Genapiam, castrum[d] ducis Lotharingie et Brabantie. Hii dicti fuerunt de Bulion, quia[e] ipsi adepti sunt principatum de Bulion post mortem avunculi sui Godefridi Gibbosi. Lambertus marchio prescriptus et Oda, uxor[f] sua, transtulerunt sanctam Gudilam de ecclesia sancti Gaugerici Bruxelle in ecclesiam superiorem ibidem; cui[g] et[h] dederunt decimas Bruxelle et[i] alia[k] bona et instituerunt ibi duodecim prebendas. Sub[3] hoc etiam Lamberto statute sunt septem prebende primitus in Lovanio.

cf. Sig. 959. — Gen. d. Br. cf. Sig. 1013. — cf. Sig. 1015. Gen. d. Br.

*) sed Saxonici generis *add.* *A* 2

**) *B* 2 *pergit:* qui in Tune moriebatur anno Domini 1271, et feria 6. ante penthecostes eodem anno apud Sanctum Dyonisium est sepultus. Et hic stirps K. M. cessavit *etc. ut supra*

***) perpetui a Stephano papa *add.* *B* 3.

a) exheredare *A* 1; exhereditare *corr* exheredare *B* 3. b) Francigene *B* 3. c) avita *corr.* avitaque *A* 1, *ubi* et *deest.* d) *deest* *B* 2. e) aut *A* 2. f) interemptis *B* 3. g) *deest* *B* 3. h) quia *A* 2. i) *loc. vac. rel.* *A* 2. k) *deest* *B* 2; *post* accessit *ponit* *B* 3. l) enim *superscr.* *A* 1; nondum *B* 3. m) qui — reliquerunt *des.* *B* 2. n) Horum — debitam *des.* *B* 3. o) d. est *B* 1. p) etiam est *A* 2. q) qui r. Fr. invaserunt *B* 2. r) Francie *A* 2. s) gloriosa — principando *des.* *B* 2. t) *deest* *B.* u) *deest* *B* 1. v) G. etiam *B* 3. w) ducatum *corr.* principatum *A* 2; ducatum *B* 3. x) cum — orbati *des.* *B*, *ubi* Hii principes *pergitur.* y) cum tamen ipsi *A* 2. z) *deest* *A* 2. *B.* a) H. secundus *B* 2. b) *deest* *A* 1. c) i. m. *des.* *B* 2. d) c. d. L. e. B. *des.* *B* 2. e) quia — Bulion *des.* *B* 2 f) soror *B* 3. g) ubi *B* 3. h) etiam *B* 2. i) *deest* *B* 3. k) a. b. *des.* *B* 3.

1) nonus (— a. 1270, Aug. 25). 2) Godefridum. 3) Cf. confirmationem Godefridi II. a. 1140. datam, Miraei Op. dipl. I, p. 388.

Gen. d. Br. et S. g. 1038.

10. Lambertus genuit Henricum comitem Lovaniensem, marchionem imperii, quem Hermannus, captivus eius, occidit. Hic Henricus genuit Reynerum, qui in Hasbania occisus est[a], et Henricum comitem Lovaniensem, marchionem imperii; qui genuit Henricum comitem Lovaniensem et Godefridum Cum-barba. Henricus marchio genuit quatuor filias, ex[a] quarum una procreata est imperatrix Romanorum, que fuit uxor[b] Frederici[c] imperatoris. Hic Henricus apud Tornacum occisus, Nivelle quiescit cum patribus suis. Nam septem principes Brabantie Nivelle quiescunt, scilicet sanctus Pipinus, primus dux Lotharingie[d], et sancta Iduberga, uxor sua, et[a] sancta Gertrudis, eorum filia, Gerberga quoque[a] comitissa Bruxellensis et[a] Henricus et[a] Lambertus et Henricus, principes[e] Brabantini. Henrico apud Tornacum occiso, successit in principatum Brabantie frater eius Godefridus Cum-barba, princeps excellentissimus, qui primogenita optinens stirpis Karoli Magni, industria sua meruit restitui in ducatum Lotharingie, quem rexerant patres sui, antecessores scilicet Karoli Magni, antequam fierent[f] reges Francie hereditarii.

11. Godefridus dux[a] Cum-barba genuit Godefridum ducem Lotharingie et Henricum comitem Lovaniensem, tandem monachum Haffligensem, et Aleidem Anglorum[g] reginam et Idam comitissam Clevensem et Clariciam, que virgo permansit. Horum pater in monasterio Haffligensi quiescit et filius eius Henricus, cuius fundum ipse dux sancto contulerat[h] Petro[1]. Godefrido Cum-barba successit filius eius Godefridus, dux Lotharingie[i] huius nominis secundus; qui duxit Lutgardem ducissam de Salchbach illustrissimam, que fuit soror imperatricis[k, 2] Romanorum. Godefridus[l] secundus[a] quatuor tantum annis dux fuit. Cui successit filius eius Godefridus, huius nominis dux Lotharingie et Brabantie tercius, infans anni unius[3]. Hac de causa multas adversitates diu passa est Brabantia et multa amisit predia, que ad duces Brabantie amplius non sunt reversa. Hic Godefridus tercius duxit Margaretam de Limborch, que peperit ei duos filios vita et forma egregios, Henricum scilicet seniorem ducem et Albertum episcopum Leodiensem, qui martyrizatus[m] iuxta civitatem Remensem, Remis[n] quiescit. Horum pater secundam duxit uxorem, Ymaginam scilicet de Los, que peperit ipsi duci Willelmum, ex quo processit stirps de Perues[o, 4].

12. Henricus dux Lotharingie et Brabantie huius nominis[p] primus duxit Machtildem, Bolonie heredem et prosapie regum Anglie nobilissimam, de qua ipse dux genuit Henricum iuniorem, ducem illustrissimum, et Godefridum de Lovanio et Mariam imperatricem Romanorum et comitissam Gelrensem et Aleidem comitissam Bolonie et Alvernie[q] et Machtildem palatinam comitissam Reni[r 5], postea comitissam Hollandie. Horum pater Henricus dux[a] secundam duxit uxorem, Mariam scilicet, filiam Philippi regis Francie, que Haffligem[s] quiescit; de[t] qua ipse dux[a] genuit unam filiam. Ex hiis filiis et filiabus Henrici[u] ducis[v] senioris maxima posteritas potentum procreata est. Maria imperatrix Lovanii quiescit cum patre et matre et avo et avia et proavo.

13. Henricus dux Lotharingie et Brabantie huius nominis secundus[w] duxit Mariam, filiam Philippi regis Romanorum. Qui rex, filius[x] Frederici primi imperatoris Romanorum de genere Suevorum, duxit filiam[6] imperatoris Constantinopolitanorum; de qua ipse Philippus rex Romanorum genuit hanc[y] Mariam ducissam Lotharingie et Brabantie et reginam Hispanie[7] et reginam[a] Boemie[8], que genuerunt modernos[a] reges Hispanie et Boemie[9]. Maria ducissa genuit Henricum ducem Lotharingie[z] et Philippum[10] et Machtildem comitissam Atrebati et Sancti-Pauli et Mariam palatinam Reni[11] et Beatricem electam Romanorum imperatricem[12], lantgraviam Thuringie, postea comitissam Flandrie, et Margaretam abbatissam Vallis-ducis, que[a] Deo consecrata in ordine Cisterciensi Christo ancillatur. Horum mater quiescit Lovanii et ambo filii sui[b]. Quorum[c] prior, Henricus scilicet, in Lovanio apud Predicatores sepultus est; secundus vero, scilicet Philippus, in[d] infantia moriens, in ecclesia beati Petri Lovanii sepultus est, scilicet inter tumbam matris et gradum altaris sancte Crucis. Horum[e] pater Henricus dux secundam duxit uxorem[f], Sophiam scilicet Thuringam. Cuius avus rex Hungarorum[13] genuit Belam[14] regem Hungarie et sanctam Elizabeth lantgraviam Thuringie et reginam de Arrogoen[15],

a) *deest B* 3. b) *deest A* 1. c) Frederico imperatori *B* 3. d) et Brabantie *add. B* 3. e) princeps *B* 1; *deest A* 1. f) r. f. *B*. g) r. A. *B* 1. 3. h) contulit *B* 1. i) et Brabantie *add. B* 3. k) imperatoris *B* 3. l) Iste G. *B* 3. m) m. est *A* 2. *B* 2; m. fuit *B* 3. n) et R. *B* 2. o) Perueis *B* 1; Perweis *B* 2. p) *deest A* 2. q) Avernie *A* 1. r) R. p. c. *des. B* 2. s) apud Haffligenses *B* 2. t) de — filiam *des. B* 2. u) scilicet H. *B* 2; H. d. S. *des. B* 3. v) *deest B* 2. w) primus *A* 2. x) fuit f. — qui duxit *B* 2. y) *deest A* 2. *B* 3. z) et Brabantie *add. B* 3. a) que — ancillatur *des. B*. b) *deest B* 3. c) Quorum — Crucis *des. B*. d) in Francia *A* 2. e) Quorum *B*. f) ux. suam *B* 2.

1) Cf. versus in Genealogia duc. Brab. c. 5, supra p. 389. 2) Gertrudis, uxoris Conradi III. 3) Cf. Sigeb. auct. Gembl. ad a. 1142, SS. VI, p. 392. 4) Peruwelz, arrond. Tournai. 5) Qua de causa hanc ita dicat, nescio; cf. n. 11. 6) Irenem, filiam Isaaci. 7) Beatricem, uxorem Ferdinandi III. regis Castiliae. 8) Kunigundam, uxorem Wenceziai I. 9) Alphonsum X. (a. 1252—1284) et Otakarum (a. 1253—1278). 10) V. infra de morte eius. 11) Ita dicta, quia Ludovico II. duci Bavariae nupserat. 12) Quae Henrico Raspe nupserat. 13) Andreas II. 14) quartum (a. 1235—1270). 15) Iolendem, uxorem Iacobi I.

que genuit iuniorem[a] reginam Francie[1], modernam uxorem Philippi iunioris[b, 2], regis Francie moderni[c], qui[*] iam habet de ipsa liberos. Bela[d] rex genuit regem Hungarie modernum[b, 3]. Sancta Elizabeth genuit Sophiam ducissam Lotharingie, que peperit Henrico secundo Henricum[e] heredem Thuringie et Elizabeth ducissam de Brusewich[f]. Henricus secundus dux[g] et princeps illustrissimus Lovanii[h] moriens, in monasterio Villariensi[i], ordinis Cysterciensis, sepultus est. (Gen d Br)

14. Huic[k] successit Henricus, filius eius, dux inclitus[b] Lotharingie et Brabantie huius nominis tercius, qui pacifice[l] principabatur velut[m] alter Salomo et iuvenis moriebatur[4]. Hic duxit Aleidem, ducis Burgundie filiam, ex imperiali et[n] regali stirpe modernorum[b] Francie regum progenitam, que peperit Henrico duci tres filios et unam filiam nomine Mariam[**]: primogenitum Henricum, impotentem tam[o] sensu quam viribus, secundum Iohannem, elegantem[p] et egregium, tercium Godefridum. Henricus[q] et Maria Lovanii nati fuerunt, Iohannes et Godefridus Bruxelle Iohannes autem propter defectum[r] fratris sui Henrici primogeniti adeptus est ducatum Lotharingie et Brabantie[***], terram nativitatis et hereditarie possessionis patrum suorum, Karoli Magni et[s] antecessorum suorum. Hic[†] Iohannes effectus est dux Lotharingie et princeps Brabantie, marchio et gladiator imperii et advocatus Aquisgrani anno dominice incarnationis 1268, regnante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Hec[t, u] est prosapia modernorum regum Francie, qui dominati sunt Francis, ex quo stirps Karoli Magni[v] in Francia regnare cessavit.

Robertus marchio, quem Normanni occiderunt, genuit Robertum tyrannum; quem occidit Karolus Simplex rex Francorum. Robertus genuit Hugonem comitem Parisiensem. Hugo genuit Hugonem dictum Chapet, qui regnum Francorum usurpavit et posteris suis hereditarie reliquit, cum tamen ipse non esset de stirpe Karoli Magni nec filii sui. Hugo rex genuit Robertum regem. Robertus rex genuit Henricum regem. Henricus rex genuit Philippum regem. Philippus rex genuit Ludovicum regem[w], qui rex ordinatus est anno Domini[x] 1108. Ludovicus rex genuit Philippum et Ludovicum et maiorem Robertum, comitem de Druse[y, 5], proavum Alaidis ducisse Lotharingie et Brabantie moderne[6]. Philippus maior natu unctus in regem, dum Parisius equitaret in platea, offensus in (Cont gen Bul. [14])

*) *B 3 add.:* Qui Philippus rex preliando Petrum regem Arragonensem condempnatum a Martino papa occubuit in Arragonia et apud Sanctum Dyonisium in Francia quiescit cum patre suo et pluribus suorum predecessorum, eundemque Petrum vulneratum ad mortem debellavit. Bela rex *etc. ut supra.*

**) *B 2. 3 add.:* quam Philippus rex Francie duxit (accepit sibi *B* 3) in uxorem [et ex ea genuit Ludovicum comitem *B* 3].

***) *B 2 pergit:* Hic autem Henricus, pater istorum, cum sua uxore sepulti sunt in Lovanio apud fratres Predicatores. Iohannes autem, filius Henrici medius, effectus est dux et princeps Brabancie, marchio et gladiator imperii et advocatus Aquisgrani. Qui cepit in bello archiepiscopum Coloniensem[7], comitem Gelrensem[8] in Worinc. (1288. 5 Iun.) Hic apud Baren in hastiludio mortuus est et sepultus in Bruxella apud fratres Minores. Cui successit filius eius Iohannes, qui duxit filiam[9] regis Anglie; hic sepultus[10] est in Bruxellam apud Sanctam Gudulam cum eius uxore. Cui successit filius eius Iohannes nomine, qui adhuc vivit et cetera. Et sic est finis genealogiarum[z] ducum Brabancie.

†) *B 3 pergit:* Hic Iohannes dux Lothoringie et Brabantie, princeps, marcio et gladiator imperii, et tandem dux de Lembourch[11] effectus est. Qui duxit Margaretam, filiam sancti Ludovici regis Francie, ex qua genuit filium; que post modicum cum filio suo defuncta est. Postea duxit Margaretam, filiam Guidonis comitis Flandrie, ex qua genuit duos filios, Iohannem et Godefridum — qui quidem Godefridus in annis pubertatis est defunctus — et duas filias, videlicet Mariam comitissam Sabaudie et Montium, et Margaretam, quam duxit Henricus comes de Lusselebourch, qui postea factus est Romanorum imperator; ex qua genuit Iohannem regem Boemie et Mariam, uxorem Karoli[12] regis Francie. Horum autem pater Iohannes dux predictus Barri in hastiludio defunctus fuit, et in ecclesia fratrum Minorum in Bruxella una cum uxore sua requiescit. Cui successit Iohannes, eius filius, dux et princeps illustrissimus, qui duxit Margaretam, filiam Eduardi regis Anglie. Que genuit Iohannem ducem huius nominis tercium. Qui duxit[13] Mariam, filiam domini Ludovici, fratris regis Francie, et ex ea genuit filiam nomine Iohannam.

a) i. r. Fr. m. *des. B* 3. b) *deest B* 3. c) *deest B* 2. 3. d) Beila *A* 1. *B* 1. e) Henredem Th. *corr.* heredem Th. *A* 2 f) Bruengewich *A* 2. *B* 1; Brunswich *B* 2. g) d. e. *des. B* 1; princeps *deest A* 1; pr i. *des. B* 2. 3. h) L. m. i. m *des. B.* i) Vilariensi *A* 1; Villari quiescit *B, ubi* o. C. *desunt.* k) Cui *B.* l) pacifice — Hic *des B* 3 m) v. a. S. *des. B* 1. 2. n) e. r. *des. B* 1. o) t. s. q. v. *des. B* 2. p) el. et e. *des. B* 2. q) Henr. — Bruxelle *des. B* 2. r) def. fr. s. H. ad. *B, ubi* pr. *deest.* s) scilicet et *B* 1. t) *sequentia des. B* 2; *in B* 3 *ante Genealogiam leguntur.* u) Hec — cessavit *des. A* 2. v) archiducis Lothoringie et Brabancie *add. B* 3. w) *deest B* 1. x) *deest A* 1. y) Ruse *A* 1. z) genealogiū *c*

1) Isabellam (a. 1262—1271). 2) tertii (a. 1270—1285). 3) Stephanum V. (a. 1270—1272). 4) d. 29. Febr. a. 1260. 5) Dreux. 6) uxorem Henrici III. Obiit d. 23. Oct. a. 1273. 7) Sigfridum. 8) Rainaldum I. 9) Vid. infra. 10) Obiit a. 1312, 27. Oct. 11) a. 1283. 12) quarti; duxit eam a. 1322, 24. Aug. 13) a. 1313. 14) apud Dachery (ed. 1) II, p. 803; cf. Bouquet XVII, p. 433.

porcum, equo decidit et mortuus est. Cui successit Ludovicus rex, frater eius, qui genuit Philippum regem Sensatum; qui genuit Ludovicum regem et Mariam ducissam Lotharingie et Brabantie, que Haffligem quiescit. Ludovicus rex duxit Blancam, filiam Adefonsi regis Hispanie, que peperit ei Ludovicum regem*, qui genuit Margaretam ducissam Lotharingie et Brabantie modernam[1].

*) *B 3 pergit:* Sanctus Ludovicus rex genuit Philippum regem et Margaretam, uxorem primam Iohannis ducis Lothoringie et Brabantie huius nominis primi. Philippus rex genuit Philippum regem, qui duxit Iohannam, filiam unigenitam Henrici regis Navarre; ex parte cuius rex etiam Navarre ipse et heredes sui effecti sunt.

NOMINA SANCTORUM E STIRPE DUCUM BRABANTIAE DESCENDENTIUM.

(e cod. Paris. 14194*).*

Hec sunt nomina quorundam sanctorum et sanctarum prosapie illustrissimorum ducum Lotharingie et Brabantie.

Sancta Crothildis. Hec fuit filia Cilperici regis Burgundie. Quam duxit uxorem Clodoveus rex Francie, per quam ipse omnium regum Francorum primus baptizari meruit. Sanctus Sigimundus rex Burgundie et martyr. Hic fuit filius Gondebaldi regis, patrui Chrotildis regine. Sancta Baltildis regina Francie. Hec fundavit monasterium Corbeiense. Sanctus Guntramnus rex Aurelianensis, filius regis Francie Sancta Scaliberga. Hec fuit uxor sancti Arnulphi, qui ambo apud Crispinium quiescunt. Hii genuerunt sanctam Anstrudem. Sancta Anstrudis virgo. Hec Laudini quiescit in monasterio sancti Iohannis. Sanctus Pipinus primus dux Lotharingie et Brabantie. Hic genuit ex sancta Iduberga sanctam Beggam ducissam et sanctam Gertrudem virginem. Sancta Iduberga ducissa Lotharingie et Brabantie. Hec cum marito suo et filia sua sancta Gertrude quiescunt in Brabantia in monasterio Nivialensi. Sancta Begga ducissa Lotharingie et Brabantie. Hec ducissa fundavit monasterium Andanense, in quo ipsa sepulturam accepit. Sancta Gerthrudis virgo gloriosa. Hec in monasterio Nivialensi quiescit. Versus:

Filia sanctorum Gertrudis virgo beata
Culmen honoris erat generosi germinis huius.

Sanctus Modoaldus Treverensis archiepiscopus et sancta Iduberga ducissa Lotharingie et sancta Severa fratres et sorores fuerunt. Sancta Amalberga comitissa. Hec fuit soror sancti Pipini; que genuit quatuor sequentes. Hec requiescit Lobias. Sanctus Ablebertus Cameracensis episcopus. Hic frater fuit quatuor sanctarum hic sequentium. Hic episcopus quiescit in monasterio Malbodiensi. Sancta Reineldis virgo et martyr. Hec[a] quiescit apud Sanctas in Brabantia. Sancta Pharaildis virgo. Sanctam Gudilam, horum sororem, transtulit de Morsella in Bruxellam Karolus dux Lotharingie et Brabantie, qui Franciam ex paterna et avita successione sibi debitam amisit. Sancta Ermelendis. Sancta Gudila Bruxelle quiescit, patrona ecclesie maioris ibidem[b]. Sancta Gudila virgo. Per hanc quidam rex paganorum cum uxore sua regina et filia sua unica omnique populo regni sui, abiectis ydolis, baptizatus est. Hanc Karolus dux Lotharingie de Morcella transtulit in Bruxellam. Sanctus Sigibertus rex Francie, filius Dagoberti regis. Hic dum baptizaretur infans 30 dierum, amen respondit; qui 20 monasteria fundavit. Sanctus Dagobertus rex et martyr. Sancta Aldegundis virgo de Malbodio. Hec [et[c]] sancta Waldetrudis sorores fuerunt. Sancta Waldetrudis de Castriloco. Hec fuit uxor sancti Vincencii de Sonniaco, qui ambo genuerunt sanctam Madalbergam et sanctam Altrudem. Sancta Madalberga apud Leodium. Hec Leodii quiescit in ecclesia maiori iuxta sanctum Lambertum. Sancta Altrudis. Hec fuit filia sancti Vincentii et sancte Waldetrudis. Sanctus Adalbaldus[d]. Sanctus Maurontus[e] de Duaco[f]. Hee[g] tres que secuntur quiescunt in monasterio Marcianensi[h]. Sancta Gertrudis, sancta Eusebia, sancta Rictrudis. Sanctus Trudo in Hasbania apud Sanctum Trudonem quiescit in cenobio suo. Sanctus Trudo. Sancta[i] Hiltrudis de Licies[2]. Hec fuit filia Guiberti de Andernaco, fratris Guilelmi de Oringe. Sanctus Bavo comes. Sancta Landrada[k]. Hii duo Gandavis quiescunt in monasterio Sancti Bavonis. Sanctus Wandresigilus. Hic Gandavis quiescit in monasterio Blandinio. Sancta Amalberga virgo. Hec et Gandavis quiescit in monasterio Blandinio. Sanctus Ferreolus episcopus et martyr in Urtitia. Sanctus Modericus episcopus quiescit in Ansido. Sancta Tarsitia virgo. Hec Rodanis quiescit. Sanctus Arnulphus princeps illustris, tandem episcopus Metensis, ibidem quiescit[l]. Sancta Oda. Hec apud Amanium quiescit iuxta Hoium. Hec genuit sanctum Arnulphum. Sancta Doda. Hec fuit uxor sancti Arnulphi, qui ambo genuerunt sanctum Clodulphum et Ansigisum et Walcisum. Sanctus Clodulphus Metensis episcopus. Hic fuit frater Ansigisi, sancte Begge mariti, et Walchisi, patris sancti Wandrigisili abbatis. Sancta Berlendis. Hec fuit filia Adelardi comitis cuiusdam in Brabantia. Sancta Berlendis apud Merbece[3] in Brabantia quiescit; cuius pater predia sua sancte Gertrudi contulit. Sancta Ermelendis. Hec in Brabantia quiescit apud Meldert, que[m] in partibus illis per longum[n] tempus heremiticam duxerat vitam. Huic sanctus Pipinus primus dux Lotharingie cenobium fundavit apud Meldert in Brabantia. Sancta Adilia apud Orp iuxta Geldoniam quiescit. Sancta Rolandis[o] apud Gerpines quiescit iuxta Dinantum. Hec fuit filia regis

a) Hic *c.* b) ibi,em *c.* c) *supplevi.* d) Adalbadus *c.* e) Maururus *c.* f) Auaco *c.* g) Hec *c.* h) Marosianensi *c.* i) Sanctus *c.* k) Landrana *c.* l) quiescunt *c.* m) qui *c.* n) lungum *c.* o) Rolandie *c.*

1) Quam a. 1268. Iohannes duxit uxorem. Obiit a. 1272. 2) Liessies in Hanonia. 3) Meerbeke.

Francie. Sanctus Karolus Magnus, Saxonum apostolus. Hic Aquisgrani quiescit in basilica sancte Marie virginis, quam ipse construxit et precipuis reliquiis et privilegiis et honoribus sublimavit, dum ibidem thronum imperialem instituit. Sanctus Hugo episcopus. Hic fuit filius Karoli Magni imperatoris. Hic sanctus Hugo quiescit apud Haspre in prioratu iuxta sanctum Aicadrum. Sancta Ragenulpha apud Aicuriam. Hec fuit filia Ansfridi[a] comitis Bratusbantie[b], cuiusdam comitatus in Brabantia. Hec fuit temporibus sancte Gertrudis virginis. Sanctus Goericus rex. Hic fuit rex Aquitanie et postea Metensis episcopus. Sancta Gengolena. Hec fuit soror sancti Goerici regis et episcopi. Sancta Iuventia Colonie quiescit. Sanctus Silvinus filius fuit sancte Plictrudis ducisse Lotharingie et Brabantie. Hec Colonie quiescit in monasterio Sancte Marie, quod ipsa construxit. Sanctus Silvinus. Hic fuit filius Pipini iunioris ducis Austrie inferioris, que nunc Lotharingia vocatur. Sancta Adalsensis. Sancta Licia. Sancta Berta. Sancta Ida Boloniensis comitissa. Hec fuit uxor Eustachii comitis Boloniensis, qui fuit filius Mathildis Bruxenlensis. Hic Eustachius genuit ex sancta Ida Eustachium comitem Bolonie et Godefridum ducem Lotharingie et Balduinum. Hii dicti fuerunt de Bulion. Hii reges fuerunt Iherusalem christianorum primi. Hii et mater eorum sancta Ida, soror nostra, dederunt monasterio nostro Haffligem[c] decimas Genapie et Hugolini-curiam. Sanctus Albertus Leodiensis episcopus et martir. Hic fuit filius Godefridi ducis Lotharingie et Brabantie et frater Henrici ducis senioris. Hic episcopus, vir mire innocentie, gratie et pulchritudinis, martyrizatus est iuxta civitatem Remensem. Hic in ecclesia sancte Marie Remis quiescit. Sanctus Adelhardus[d] abbas Corbeiensis. Hic Corbeie quiescit in cenobio suo, cui dedit bona sua in Brabantia iuxta Lovanium sita. Hic fundavit Corveiense cenobium in Saxonia. Sanctus Remigius archiepiscopus Rotomagensis. Hic et sanctus Karlomannus rex et monacus Cassinensis fratres fuerunt et filii Karoli[e] Martelli. Sanctus Karlomannus rex et monacus. Huius soror Landrada genuit sanctum Crodegangdum Metensem episcopum, qui fundavit[f] Gorgyam.

a) ai *c.* b) Brubatie *c.* c) Haffli^5 *c.* d) Adebardus *c.* e) Karolo *c.* f) fudavit *c*

III. GENEALOGIA DUCUM BRABANTIAE METRICA.

Haec Genealogia primum nihil aliud fuisse videtur ac versus, qui nominibus ducum Brabantiae stemmatis instar enumeratis vel, quod maluerim, picturis eorum subterpositi erant[1]. *Sed apographa quae iam exstant illum ordinem minime servaverunt. Sunt:*

1) *Codex Parisiensis nr.* 6222 *(vide supra p.* 391*), ubi versus post Genealogiam II. fol.* 12 *sqq. leguntur. Cum hoc convenit*

2) *Vindobonensis nr.* 3445, *supra p.* 386. *et* 391. *laudatus, ubi iidem post Genealogias I. et II. eadem manu exarati sunt. Hi codices praebent versus usque ad Godefridum I. Barbatum.*

3) *Parisiensis nr.* 14194 *(vide supra p.* 391*), qui hanc metricam continet genealogiam (f.* 214—218*) Genealogiae II. insertam. Usque ad Godefridum Barbatum cum* 1 *et* 2 *satis convenit; tunc addit versus de sequentibus ducibus usque ad Iohannem I. Hisce posterioribus versibus intermixta est narratio pedestri sermone scripta, quae ex Genealogiis I. et II. sumta est*[2]. *Versus ipsi plerumque confecti sunt secundum Genealogiam II, exceptis illis qui iam in Genealogia I. occurrunt quique hic descripti sunt*[3], *sed mutilati et falso loco inserti, ita ut dubitari non possit, quin re vera ex Genealogia I. fluxerint. Fortasse coniicias, auctorem carmen de ducibus Brabantiae adhibuisse, quod iam auctor Genealogiae I. cognoverit. Quae coniectura confirmari videtur eo, quod Dynterus in 'Brevi chronica ducum Brabantiae', quam a.* 1445. *con-*

1) Cf. initia versuum: *Hic Karlomannus; Iste Pipinus; Ecce Brabantinus; Hic rex; Filius huius; Hec stirpis* etc. 2) Narratio pedestri sermone scripta, quae Genealogiae metricae praecedit, ex Genealogia II. excerpta est. 3) Sunt praecipue versus de Godefrido I. eiusque sepultura in monasterio Affligemensi, quos Genealogia metrica Godefrido III. attribuit.

scripsit[1], *versus tradidit, quorum pars tantum cum nostris concordat. Re tamen accuratius excussa, facile apparet, versus Dynteri non solum cum tenore aliorum non omnino concordare, verum etiam semel multo posterius tempus indicare*[2]. *Initio igitur saeculi XIV, ni fallor, genealogiae nostrae additi sunt secundum 'Chronicam de origine ducum Brabantiae'*[3], *quam infra lectoribus proponemus. Recensio versuum ut nunc in codice* 3 *invenitur certe post a.* 1285. *confecta est, cum iam Philippi IV. regis Francorum mentio facta sit*[4]. *Nihilominus auctor Genealogiam II. tam presso pede sequitur, ut verba:* Margaretam ducissam Lotharingie et Brabantie modernam *versu exprimat:* Margareta . . . duci nunc associata Iohanni. *Caveas autem, ne ex his verbis auctorem iam a.* 1272. *scripsisse concludas.*

Excerpta ex Genealogia metrica postea rursus alius quidam cum excerptis ex Genealogia II. valde ieiunis coniunxit, quod opus in codice Leodiensi nr. 77.[5] *post Genealogiam I. servatum, cum nullius prorsus pretii sit, hic typis dare noluimus.*

Gen d Br ampl.

Priamus[a] primus rex Francorum. Hic a Priamo rege Troianorum nomen et genus traxit
Marcomirus rex secundus
Pharamundus rex tercius.
Clodio rex quartus.
Meroveus[b] rex quintus.
Hildricus rex sextus.
} Hi sex reges erant gentiles

Clodoveus rex septimus. Hic Clodoveus cum omni gente Francorum per exhortationes[c] uxoris sue christianissime Chrotildis[d] a beato Remigio baptizari ac Ludovicus appellari atque sancto oleo celitus emisso meruit consecrari.
Clotharius rex octavus
Cilpericus rex nonus.
Lotharius Magnus rex decimus.
Dagobertus rex undecimus. Huius Dagoberti erat soror Blithildis subscripta
Blithildis. Ad huius Blithildis progeniem, ad duces scilicet Lotharingie et Brabantie, translata est corona Francie.
Arnoldus princeps. Huic erat uxor sancta Oda et filius sanctus Arnulphus episcopus. Huic[e. f] etiam Arnoldo erant duo fratres, sanctus scilicet Ferreolus et sanctus Modericus, cum sorore eorum Tarsitia virgine.
Sanctus Arnulphus. Huic[g] erat uxor, antequam fieret Metensium episcopus, sancta Doda; ex qua genuit sanctum Clodulphum Metensem episcopum et Walcisum, patrem sancti Wandregisili[h], et Ansgisum.

INCIPIT[i] GENEALOGIA PRINCIPUM BRABANTIE.

Karlomannus[k] princeps illustris.
Hic Karlomannus[l] princeps fuit inclitus, ex quo
Prosapie Karoli Magni processit origo.
Secundus Pipinus, primus[m] dux Lotharingie et Brabantie.
Iste[n] Brabantinus princeps dux Lothariensis
Primus[o] erat maiorque domus, regni gladiator.
Hic[p] genuit ex sancta Yduberga sanctam Beggam et sanctam Gertrudem*.

*) 2 *add.:* virginem gloriosam *et pergit:*
Angisus Lotharingie et Brabantie dux.
Hic erat dux ex parte scilicet uxoris sue Begge.

a) Priamus — Wandregisili et Ansgisum *multo brevius ap.* 3, *ubi nil nisi nomina leguntur.* b) Moroveus 2. c) exhortationem 2. d) Chrotilde 2. e) Huic - virgine *infra post* S. A. *exhibet* 2. f) Huic sancto erant 2. g) Etiam huic sancto 2. h) Waldregisili 2. i) Hic i. 3; *rubrum deest* 2, *spatio vac. rel.* k) Karolom. 2. l) Brabantinus 2. m) pr. d. L. et Br. *des.* 3. n) Hic 1. o) Pipinus 1. 3. p) Hic Pipinus 1.

1) Edidit de Ram, 'Chroniques Belges inédites' I, 1, p. 17 sqq. Ultimi versus apud Dynterum agunt de Henrico III, patre Iohannis I. 2) (Iohannes) *fit tripharius primus dux nominis huius.* 3) Quae de Lothario I. et II. et de pugna contra Grymbergos narrantur, cum Chronica fere ad verbum conveniunt. De Grymbergis cf. Chronicam c. 49. 4) Versus finem genealogiae series regum Francorum ex Gen. II. descripta et nomen Philippi IV. additum est. 5) Vide supra p. 386. Vulgavit Bormans, 'Compte rendu de la Commission Royale d'histoire, 3. série', tom. X, p. 81—86.

Sancta Begga ducissa[a] secunda.
Begga ducissa fuit genitrix quoque germinis huius,*)
Que[b] fuit Ansgiso felici federe iuncta.**)

Pipinus iunior dux tertius[c].
Iste Pipinus erat dux tercius Austrasiorum:
Austria dicta fuit tunc regnum Lothariense[d];
Quod tunc[e] inferior Austria dicta fuit.

Karolus[f] Martellus dux quartus.
Ecce Brabantinus dux quartus in orbe triumphat:
Malleus in mundo, specialis victor ubique,
Dux dominusque ducum, comitum quoque, rex fore sprevit[g];
Non vult regnare, sed regibus imperat ipse.

Pipinus Parvus rex[h].
Iste[i] Brabantinus dux quintus Lothariensis
Ex duce rex primus fit tandem germinis huius.
Hic Merovingorum[k] cessavit linea recta
In regno regnare suo, probitate carendo;
Inde Brabantini sunt sceptri culmen adepti,
Stirps Ansigisi Nivialensisque[l] Pipini.

Karolus Magnus rex[m] et augustus.
Hic rex cesar erat, dux sextus Lothariensis
Atque Brabantinus, in cuius iure[n] quiescit.***)

Ludovicus[o] rex et augustus.
Iste Brabantinus dux septimus Austrasiorum
Et[p] pius augustus possedit plurima regna.
Terra Brabantina genitrix, nutrix et origo
Germinis huius erat, et adhuc possessio durat.
Hoc[q] huius stirpis testatur linea recta,
Postea principio fraude redacta suo.†)

Karolus Calvus rex et augustus.
Hic rex Francorum pro parteque Lotharicorum[r]
Dux, Romanorum fit cesar more suorum.

Ludovicus Balbus rex Francie.
Nomen habens a re, Balbus fuit iste vocatus;
Anno regnavit uno[s], modicum quoque[t] fecit.

Karolus Simplex rex Francie.
Hic rex Francorum fuit et dux Lotharicorum[r];
Perone vinctus et ibidem martirizatus.

Ludovicus rex Francie.††)
Filius huius erat Karolus dux[u] Lothariensis,
Regni Francorum Karolique propaginis heres.

*) *Dynterus (I, 1, p. 21) add.*:
Fratri succedens Grimoaldo prole carenti.

**) *Dynterus add.*:
Filia sanctorum Gertrudis, virgo beata,
Culmen honoris erat generosi germinis huius.

***) *Dynterus add. (p. 25)*:
Hic Karolus Magnus, decus ingens Theutonicorum,
Theutonice ventos et menses nominat anni.

†) *Dynterus add. de Lothario I. et II*:
Lotharius cesar fuit et rex Lotharicorum.
Filius equivocus regno successit eidem;
Coniuge spreta, pelice ducta federe turpi,
Qui perit, et presules, plantores sceleris huius,
Degradantur Coloniensis et Treverensis.

††) *De hoc Ludovico leguntur ap. Dynterum (p. 28) versus*:
Hic Karolum sequitur tandem Simplex Ludovicus,
Cui soror Ottonis primi Gerberga fit uxor:
Lotharium regem Karolumque ducem parit illa.

a) secunda duc. Lotharingie et Brabantie 1. b) Hec 1. c) t. Austrasiorum 1. d) Lotharingie 3. e) *ita* 3. *D*, *deest* 1. 2. f) Karlomannus 3. g) spernit 2. h) quintus *add.* 2. i) Iste Pipinus erat dux quintus Austrasiorum *D*. k) Merevingorum 1(?). 3. l) Nyvialensisque 1; Nivalensisque 2; Landenensisque *D*. m) *deest* 2. n) rure *D* o) pius *add.* 1. p) Terra — origo Et — regna *corr. ut editum* 3. q) *duo sequentes versus des. hoc loco D, qui infra lin. 41. post* heres *leguntur*. r) Lothariorum 3. s) bino *D*. t) que 3. u) duxque 2

Karolus dux Lotharingie, princeps et possessor Brabantie et heres Francie.*

Hic Bruxellensis comes et dux Lothariensis
Germinis[a] eiusdem generosi summa remansit.
Hic[b] in Bruxellam[c] Gudilam[d] dux transtulit almam.
Francorum regna sibi debita perdidit iste[e].
Extunc stirps Karoli cessat Francis dominari;
Hanc tamen[f] optinuit Brabantia[g] stirpis origo.

Gerberga[h] Bruxellensis comitissa.

Hec stirpis[i] Karoli permansit summa[k] Brabanti
Illustris domina Bruxellensis comitissa.**

Henricus[l] senior comes Bruxellensis.

Henricus senior Bruxellensis dominator
Mathildem[m] genuit[1] parituram Boloniensem[n, 2],
Egregius, nulli de nobilitate secundus.
Hic fuit Henricus Romani marchio regni;
Qui primogenita[o] Karoli de germine Magni
Optinuit[p], sed ei Brabantia sola[q] remansit.
Ex hoc processit stirps regia Bullionensis,
id est regis[r] Iherusalem[s].

Lambertus comes Bruxellensis[3].

Marchio cesarius[t] Lambertus, regia proles,
Prebendas statuit Bruxelle Lovaniique.

Henricus[u] comes Lovaniensis[4].

Henricus genuit Henricum Lovaniensem:
Quilibet istorum Romani[v] marchio regni.

Henricus comes Lovaniensis[5].

Henricum genuit Henricus[6] marchio regni
Lothariumque[w] ducem Godefridum, nobile germen.

Godefridus[x, 7] Cum-barba dux Lotharingie et Brabantie senior.

Henricum comitem fratrem Barbatus habebat;
Ex[y] quo[8] processit Frederici cesaris uxor.
Princeps[z] preclarus, caput[a] et flos germinis huius,
Moribus egregius fuit hic senior Godefridus,
Qui dux Lotharici fuerat, qui[b] marchio regni

*) *De Ludovico V, filio Lotharii, add. Dynterus:*
Regnans per annum Ludovicus lilifer ymus,
Prole carens moritur Karoli de germine Magni.
Patruus huius erat Karolus *etc. ut supra p.* 401. *lin.* 40.

**) *De Ottone, filio Karoli ducis, add. Dynterus (p. 31).*
Ottonem genuit et Gerbergam Karolus dux;
Qui rex Francorum verus de iure fuisset,
Si non cepisset Capet Hugo fraudibus ipsum.
Otto pius tandem patrios adeptus honores
Colonie moritur, nulla sibi prole relicta.

Et de Gerberga:
Inclita Gerberga Bruxellensis comitissa
Ex Karoli stirpe Magni tunc sola remansit;
Cui coniunctus erat sacro nexu maritali
Belliger egregius Lambertus Lovaniensis.
Proch dolor! hiis regno spoliatis atque ducatu,
Lovanium tantum necnon Bruxella remansit.

a) terminus 1; terminis 2. 3. b) Hic druxellam 3. c) Bruxella 2. d) Gudulam 2. e) ipse 1. f) *deest* 2. g) Brabatia 3. h) G. Br. c. *post versum* I. d. Br. c. 2. — G. c. Br. 3. i) styrps 1. k) *erasum* 3; origo *D.* l) H. s. c. Br. *infra post* i. e. r. Ih. 3. m) Magth. 2. n) Bolonienses 3. *D.* o) progenita *D; deest* 3, *spat. vac. rel.* p) Opt. — remansit *post* r. Ih. 2. q) *deest* 3. r) regni 2; reges 3; i. e. r. I. *des. D.* s) scilicet Godefridus de Bullion *add.* 1. t) cesareus 1. u) H. c. L. *des.* 3. v) m. R. *corr.* R. m 2. w) Lotharicumque 3. *D.* x) Godefridus — senior *infra post* culminis ipse 3. y) Ex — uxor *des.* 2. z) *hic versus deest D.* a) c. et f. *des.* 3, *spat. vac. rel.* b) quoque *D.*

1) Falsum; erat soror Henrici I, filia Lamberti I. et Gerbergae. 2) Eustachium II. 3) secundus, frater Henrici I. 4) secundus, filius Lamberti II. 5) tertius. 6) secundus. 7) primus. 8) scilicet ex Henrico.

Lovaniique comes, decus alti culminis[a] ipse;
Idem[b] obtinens primogenita[c] Karoli Magni.*

Alaidem[d, e] genuit Cum-barba dux Godefridus,
Que fuit Anglorum regina piissima morum.

Godefridus Cum-barba restitutus est ab imperatore in ducatum Lotharingie, quem regebant antecessores scilicet Karoli Magni, antequam reges fierent Francie hereditarii. Unde versus: *Gen. d. Br. ampl.*

In[1] quo stirps Karoli primo relocatur honori,
Dum sit[f] Lotharicum per eum readepta ducatum.
Quo[g] iacet in cripta[h], locus est Afflixio dictus,
Quem Christo vivens proprio de iure[i] dicarat[k]
Filius ipsius Henricus Lovaniensis,
Tunc comes et miles, monachus quoque factus[l] ibidem,
Mundum[m] contempnens; ibi cum genitore quiescit

Godefridus iunior huius nominis dux Lotharingie.

Cesaris[2, **] uxoris[3] duxit dux iste sororem[4];
Cui dedit hanc cesar et fixe iura paterna.

Godefridus huius nominis tercius dux Lotharingie.

Presidis*** Alberti[5] pater occisi fuit iste
Henricique ducis senioris nominis huius.

Henricus senior huius nominis dux Lotharingie et Brabantie.

Hic longevus erat, animo pius, ore pudicus
Milicieque decus, castus, bonitate choruscus,
Egregie[n] forme, vite quoque dux fuit iste;
Germanusque suus Albertus martyr opimus.

Hic Henricus senior duxit illustrissimas uxores, quarum prima fuit Mathildis, filia comitis Boloniensis Mathei, prosapie regum Anglie et comitum Flandrie ac Bolonie nobilissima. Hec peperit Henricum ducem Lotharingie egregium et Godefridum de Lovanio et Mariam imperatricem Romanorum et comitissam Ghelgrensem et Aileidem comitissam Bolonie et Avernie et Matildem palatinam comitissam Reni, postea comitissam Hollandie. Secunda uxor huius ducis fuit Maria, filia Philippi regis Francie, que Affligheni sepulta est. Secundus Henricus duxit duas illustrissimas uxores: prima fuit Maria, *Gen. d. Br. ampl.*

*) 2 *haec add.*:

Mundi terrorem marmor tegit hoc et honorem,
Qui Brabantinus dux fuit et dominus.
Quem Deus huc misit, sub quo Brabantia risit,
Quo vixit tota sua gens, plebs altera muta;
Submisit magnum quemcunque velut lupus agnum.
Hoc probat Angensis, Dolhensis[6], Iuliacensis.

```
Princeps sens\      /          regali sanguine n\
              >atus<                             >atus.
Miles honor  /      \probus, audax, nec super   /
Cis mare, cis R\     /pomposo robore pl\
                >enum<                  >enum.
Multitudo     s/     \se timet et iuv  /
Nobil                venerabil                duce nullus hab\
Asper—>ior<—reprobis° grav >iorᵖ<—         vix inveni——>etur.
Util                 monachis mel             neque quis perhib/
Nemo viril   \   /ac sapient\   /hoc domin\
              >ior<           >ior<          >atur.
Cis mare fort/   \ac animos /   \esse prob/
Corde D\   /rogitemus  \   /cito glorific\
        >eum<           >eum<              >are.
Ut per /   \caput ether/   \valeat saci  /
Summa potent\  /celica gaud\  /donet e     \
             >ia<            >ia<            >idem.
Cui Brabant /  \totaque patr/ \subdita pr  /
```

**) *Dynterus add.*:

Filius equivocus patrios adeptus honores,
Cesaris *etc. ut supra*

*** *Dynterus add.*:

Hic iacet in cunis, Grymbergos[7] quando prostravit;
Presulis Alberti *etc. ut supra*

a) sanguinis 1. b) Id est 1(?); Idem — Magni *infra lin.* 36. *post* iura paterna 3; *des. D.* c) pr. stirpis 2. d) *sequentia des.* 1. 2. e) Alaidem — quiescit *praebet c. post lin.* 39: Henricique d. s. n. huius. *Post* quiescit *statim versus sequuntur de Iohanne duce, quos ad finem posui.* f) fit *c.*; sic *D.* g) Qui *D.* h) inscriptus *c.*; in scriptis *D.* i) rure *D.* k) dotarat *D.* l) fĉe *c.* m) *hic versus deest D.* n) egregieque *c.* o) reprobus *c.* p) meior *c*

1) Cf. Gen. duc. Brab., supra p. 389. 2) Konradi III. 3) Gertrudis. 4) Liutgardem. 5) Leodiensis. 6) Dahlen. 7) Cf. infra Chronicam de origine ducum Brabantiae.

Gen. d. Br. ampl. filia Philippi regis Romanorum. Hec peperit tercium Henricum ducem et Matildem comitissam Attrebatensem et Sancti Pauli et Mariam palatinam Reni et Beatricem langraviam Thuringie, postea comitissam Flandrie, et Margaretam abbatissam Vallis-ducis. Secunda uxor Henrici secundi fuit Sophia, filia sancte Elyzabeth. Hec peperit Henricum heredem Thuringie et Elyzabeth ducissam de Brunsvich.

Henricus secundus huius nominis dux Lotharingie et Brabantie. 5
Hic fuit invictus bellator, victor herilis;
Stadingos constravit[a] hostesque suos superavit.
Huic dominus papa decus contulit[b] imperiale.
Quem voluit tandem, dux hic fecit sibi regem

Henricus huius nominis tercius dux Lotharingie et Brabantie. 10
Hunc genuit clarum geminum genus imperatorum,
Romano iunctum Constantinopolitanum.
Inclitus hic princeps, habilis, probus[c] ac speciosus*.
Mortuus est iuvenis, heu! dux dominando quietus;
Cui tum oblatum sceptri[d] decus imperialis. 15

Gen. d. Br. ampl. Henricus tercius duxit Alaidam, filiam ducis Burgundie et regali prosapia modernorum regum Francie progenitam, que peperit Henrico duci tres filios et unam filiam: primogenitum Henricum impotentem tam sensu quam viribus, secundum Iohannem elegantem et egregium, tercium Godefridum, et Mariam. Iohannes autem propter defectum Henrici, fratris sui primogeniti, adeptus est ducatum et dux effectus est Lotharingie, princeps Brabantie, marcio et gladiator imperii et advocatus Aquisgrani anno ab incarnatione Domini 1268. 20

Hic secuntur versus de Iohanne duce Brabantie.
Ecce Brabantinus princeps dux Lothariensis,
Marcio Romanus, cesarius gladiator,
Dux princepsque ducum, comitum quoque Lothariorum.
Nam dux hic archidux est, ut cronica dicunt, 25
Et augustorum satus hic est stirpe duorum
Stirpeque Francorum nunc regum . . .[e] priorum;
Nam Karoli stirpis hic ius . . . .[e]
Optinet, in cuius patribus styrps ipsa remansit.
Hunc dat honoratum probitas sua, gratia gratum; 30
Quem fortunatum faciat Deus atque beatum!
Egregiam prolem genuit Bruxella Iohannem
Germanumque suum Bruxellensem Godefridum;
Lovanium claram genuit postremo Mariam.
Hiis fuit orbatis[f] semper Bruxella fidelis, 35
Que quondam Karoli fuerat possessio clari.
Qui rex Francorum verus de iure fuisset,
Si non cepisset Capet Hugo fraudibus ipsum.

. . . .[g]

Margareta ducissa Lotharingie et Brabantie. 40
Filia Francorum regis fit Lotharicorum
Archiducissa, duci nunc associata Iohanni.
Hanc Margaretam genitricis nomen adeptam
Rex Lodovicus genuit, virtutis amicus.

*) *Dynterus (p. 38) pergit:* 45
Burgundia genuit ex Adaleydi Iohannem,
Qui fit tripharius primus dux nominis huius.

a) stravit *D.* b) obt. *D.* c) pius *D.* d) ceptri *c.* e) *spatium vac. rel.* f) orbatie *c.* g) *ante* Margareta *omisi nomina regum Francorum secundae stirpis* (Robertus marchio — — Philippus modernus rex pulcer), *quae nil ad rem faciunt.*

IV. CHRONICA DE ORIGINE DUCUM BRABANTIAE.

Postquam Iohannes I. dux Brabantiae a. 1294. *in hastiludio apud Barrum subita morte correptus est, rursus quidam exstitit, qui 'Chronicam de origine ducum Brabantiae', ut ipse ait, conscriberet simulque res a duce gloriose gestas posteritati traderet. Antiquiorum temporum historiam, 'prout ex diversis illustrium virorum scriptis et cronicis coniungere potuerit'*[1], *enarrat, i. e. magnos centones ex Sigeberto, continuatione et auctario Gemblacensi, auctario Affligemensi exscripsit. His addidit excerpta ex Genealogia ducum Brabantiae heredum Franciae et ex Genealogia ampliata. Semel etiam Chronicon Affligemense*[2] *in auxilium traxit. De rebus saeculi XIII. auctorem secutus est, quem continuator tertius Gestorum Trudonensium ante oculos habuisse videtur. Aliis locis ad similitudinem Annalium Parchensium*[3] *prope accedit. De pugna apud Woringen carmen Iohannis de Heelu adhibuit*[4], *neque tamen ad verbum transsumsit*[5]. *Affert etiam initia versuum quorundam ad laudem Iohannis I. post obitum eius compositorum*[6], *qui alibi non inveniuntur. Scripsit temporibus Iohannis II. (a.* 1294—1312*), et quidem post a.* 1298, *cum Adolfum comitem de Nassau 'postea electum in regem Romanorum' laudet*[6], *et fortasse ante a.* 1304, *cum memoret, Iohannem I. Mariam filiam comiti Clevensi desponsisse; eam autem re vera a* 1304. *Amadeo V. comiti Sabaudiae nupsisse, nescire videtur.*

Damus Chronicam ex codice Bruxellensi *nr.* 8037—8050, *chart. in* 4°, *ubi manu saec. XV. diligenter exarata est. Cf. Archiv VIII, p.* 508 *sq. Codicem contulit V. Cl. Arndt. Ex hoc codice descripti sunt* Bruxellenses *nr.* 6058. *et nr.* 17033, *quos ipse Bruxellae evolvi. — Prologum et capitula* 37—53. *integra imprimenda curavi; cap.* 1—36. *resecui rubris exceptis, cum nuda tantum excerpta ex fontibus laudatis continerent. — E posteris nostrum in usus suos verterunt de Klerk, 'Brabantsche Yeesten'*[7], *et anonymus qui Chronicon ducum Brabantiae usque ad a.* 1485 *(edidit Matthaeus, Lugd. Bat. a.* 1707*) compilavit. Capitulum* 53. *vulgavit Willems, 'Jean van Heelu, bylagen' p.* 374—379.

INCIPIT PROLOGUS CRONICE DE ORIGINE DUCUM BRABANTIE.

Originem regum[a] Francorum, ex quo duces Lotharingie processerunt, prout ex diversis illustrium virorum scriptis et coronicis[b] eam coniungere[c] potuimus, ut compendiosius valebimus, exprimere satagemus, ut postea ad descriptionem stirpis ducum Lotharingie, quibus in hoc opusculo deservire intendimus, ex qua radice videlicet ex quibusve progenitoribus processerint, qui vel quot fuerint, que vel qualia suis temporibus gesserint, et qualiter sibi unus post alium[d] in regno Francorum, in imperio Romanorum, in maioritate domus, in ducatu Lothariensium necnon et in comitatu Lovaniensium successerint, fideli et veridica narratione stilum convertere valeamus.

a) *sic corr. ut videtur ex* regni *c.* b) *ita c.* c) coniungere *corr. postea* colligere *c.* d) *in marg. add. c.*

1) Cf. Prolog. 2) SS. IX, p. 407 sqq. 3) SS. XVI, p. 598 sqq. 4) Edidit Willems, 'Coll. des chroniques Belges inédites', Brux. 1836. 5) Laudat c. 53. carmen Iohannis van Heelu his verbis: . . . *testantur qui viderunt et secundum ea que oculata fide didicerant postea de bello Worongico copiosa volumina conscripserunt.* 6) c. 53. 7) Ediderunt Willems et J. H. Bormans, 'Les gestes des ducs de Brabant', 3 Voll. Brux. 1839—1863.

37. De Hugone Capet rege.

Anno Domini 998[a]. Karolus dux regnum Francorum ex paterna et avita successione sibi debitum contra Hugonem regem, nepotem suum, repetit, eumque bello perurgens, Laudunum[b] urbem capit. Hugo vero rex Karolum in Lauduno obsidet, sed secundo obsidionis mense obsessi prosilientes castra obsidentium incendunt, et ipse rex Hugo, plurimis suorum peremptis, turpiter fugiens, vix evasit. Sequenti vero anno Karolus dux Montem acutum expugnat, Suessionis usque vastando peraccedit, inde Remim aggreditur, et Laudunum[c] multa cum preda revertitur. Sequenti iterum anno Karolus dux Remim occupat, archiepiscopum, quem Hugo rex prefecerat, et quosdam primates capit et Lauduno relegat[d]. Anno 3. regni Hugonis Hugo virtutem et potentiam Karoli suspectam habens, concilium habuit cum Ancelmo Laudunensi episcopo, vetulo traditore, qui erat unus ex consiliariis Karoli ducis; qui Ancelmus, consilio inito cum Hugone, nocte quadam, ut inter se Hugo et Anselmus clam conduxerant, portas civitatis, dormientibus civibus, et ipso Karolo nil malo suspicante, aperuit. Karolus vero cum uxore sua vinctus deportatus est in custodia Aureleanis; et sic regnum Francorum, quod olim Pipino regi, patri Karoli Magni imperatoris, a Stephano papa in hereditatem regalis successionis in perpetuum confirmatum fuerat, et omnis alienigena ab eius invasione apostolico anathemate interdictus exstiterat, a stirpe ipsius Pipini ad Hugonem et eius heredes translatum est usque in hodiernum diem. Anno 5. regni Hugonis Karolus dux Aureleanis in captivitate Hugonis exul moritur. Hic reliquit post se tres liberos, Ottonem postea ducem Lotharingie[e], Gerbergam comitissam Lovaniensem et Ermengardem comitissam Namucensem.

38. De Ottone duce.

Igitur post mortem Karoli Otto, filius eius, succedit ei in ducatu Lotharingie. De hoc historie nichil recitant nisi hoc solum, quod patri successit in ducatu, in quo principabatur post patris obitum annis 14; unde et creditur, liberos non habuisse, de quibus in historiis mentio fieri potuisset. Abhinc ergo lineam ducum Brabancie protrahemus, incipientes a Gerberga, filia Karoli ducis, comitissa Lovaniensi, ostendentes per ordinem, qui ex eius posteris fuerint comites Lovanienses tantum quive duces, et qualiter et quo tempore ducatus Lotharingie post mortem Ottonis ducis translatus fuerit ad comites Ardennenses ac deinde ad

a) *ita c.* b) Laudinum *corr* Laudunum *c.* c) Laudinum *c.* d) relocat *corr.* relegat *c.* e) Lotharinge *c.*

comitem Lemburgensem; ad ultimum vero, qualiter et quo tempore ipse ducatus reversus sit ad rectam lineam Karoli ducis et heredis regni Francorum. Duces etiam qui medio tempore principabantur in ducatu Lotharingie, qui et quot fuerint a tempore Ottonis, filii Karoli, usque ad Godefridum Barbatum comitem Lovaniensem necnon et aliqua de gestis eorum per ordinem exprimemus.

39. De Godefrido comite Ardennensi, cui datus est comitatus Lotharingie, et de Lamberto comite.

Igitur anno Domini 1005. mortuo Ottone duce, filio Karoli, ducatus Lotharingie datur comiti Godefrido, filio Godefridi Ardennensis. Gerberga, filia Karoli, comitatum Lovaniensem tenente cum Lamberto comite, marito suo, filio Raineri Longicolli, quondam Hannoniensis comitis; qui comitatus Montensis eo tempore dicebatur. Anno 8. ducatus Godefridi Henricus imperator Godefridum ducem Lotharingie cum excercitu in fines Brabantinorum mittit ad obsidendum castrum Lovanium; sed Brabantinis viriliter resistentibus, inefficax rediit. Anno ducatus Godefridi 12. Godefridus dux comitatum Montensem depopulatur; quem Rainerus comes cum patruo suo Lamberto Lovaniensi comite insecutus, apud Florinas pugnam conserunt, ubi plus quam 400 viri occisi sunt, et ipse Lambertus occubuit. Ubi res mira contigit. Cum Lambertus spem victorie iam haberet — habebat quippe philacterium in collo usque ad pectus pendens sanctorum reliquiis refertum[a], quorum patrocinio se in periculis fore tutum credebat — instante ei termino vite, philacterium illud a collo eius exiliens, super tumulum campi exilivit, et mox comes antea invictus perimitur. Quidam vero militum philacterium accipiens, in caliga abscondit; sed coxa eius et crure intumescente, rem prodidit et philacterium domino suo Hesteloni, fratri[b] ducis, dedit. Sequitur de Henrico.

40. De Henrico comite Lovaniensi.

Anno Domini 1015. mortuo Lamberto comite Lovaniensi, qui per Gerbergam comitissam, filiam Karoli ducis Lotharingie, comitatum Lovaniensem adeptus fuerat, succedit ei Henricus, filius suus, in comitatu Lovaniensi. Anno ducatus Godefridi 15. in Fresonia Theoderico comite Flandrensi, filio Arnulfi Gandavensis[c], debellante Fresones in vindictam patris sui ab eis occisi, Godefridus dux ad auxiliandum ei ab imperatore mittitur; et conserto prelio, repente voce nescitur unde emissa 'Fugite, fugite'! cunctis fugientibus, multi a paucis Fresonibus perimuntur, dux vero capitur. Anno 16. ducatus Godefridi Godefridus dux, impetrata Fresonibus ab imperatore totius iniustitie inpunitate, a captivitate solvitur, et non multo post moritur. Frater vero eius Gocelo in ducatu substituitur. Anno 17. ducatus Goselonis Frederico Mosellanorum duce mortuo, quia mares filios non habebat, quibus ducatus competeret, Gocelo dux, impetrato ab imperatore etiam Mosellanorum ducatu, in Lotharingia potentius principatur

41. De Ottone et Lamberto comitibus.

Anno Domini 1039. Henricus Lovaniensis comes domi sue perimitur a captivo suo Hermanno, eique succedit filius suus Otto. Cui inmatura morte prevento successit patruus eius Lambertus, qui et Baldricus. Huius soror Machtildis genuit Eustacium comitem Boloniensem, patrem Godefridi de Bullion. Hic Lambertus duxit Adelam[1], filiam Gocellonis ducis Lotharingie; qui ambo coniuges transtulerunt corpus beate Gudile de ecclesia beati Gaugerici Bruxellensi, ubi olim repositum fuerat a duce Karolo, in ecclesiam sancti Michaelis, que nunc ecclesia sancte Gudule dicitur; cui etiam dederunt decimam ipsius oppidi et instituerunt ibi 12 prebendas.

42. De Godefrido rebelli.

Anno Domini 1045. Gocelo dux obiit; cuius filius Godefridus, dum ei ducatus Mosellanorum denegatur, altero ducatu repudiato, contra Henricum III. imperatorem rebellat. Anno 2. rebellionis Godefridi Godefridus hortatu quorundam fidelium Dei ad recipiendam imperatoris graciam adductus, ab imperatore capitur et custodie mancipatur; sed filium suum obsidem dans relaxatur. Quo defuncto, in obsidatu iterum ad rebellandum grassatur. Eius quoque instinctu Balduinus Insulanus comes Flandrensium contra imperatorem rebellat. Anno 4. rebellionis Godefridi Godefridus palacium Neomagi irreparabiliter destruit, urbem quoque Virdunum cum maiori sancte Marie ecclesia incendit. Anno 5 rebellionis Godefridi Albertus, qui ducatum Mosellanorum Godefrido negatum susceperat, a Godefrido perimitur. Ducatum eius Gerardus de Alsacia, alterum vero ducatum, scilicet Lotharingie, Fredericus optinet Et extunc usque in hodiernum diem utrique istorum ducatuum principes duces Lotharingie se nominant. Anno 11. rebellionis Godefridi Henricus imperator contra Balduinum comitem Flandrensem proficiscitur. Qui Scaldam fluvium, Balduino fugiente, transiens, omnia depopulatur, et insuper apertis sibi Clausule portis, multam cedem inimicorum facit, et ultra progressus, Lambertum Lovaniensem comitem Balduino auxiliantem cum multis perimit.

43. De Henrico comite.

Anno Domini 1053. mortuo Lamberto Lovaniensi comite, qui et Baldricus dictus est, succedit ei in comitatu filius eius Henricus ex Adela comitissa, filia Gocelonis, quondam ducis Lotharingie. Anno 12. rebellionis Godefridi Balduinus Flandrensis cum Godefrido Fredericum ducem Lotharingie, avunculum suum, intra Antwerpiam obsidet, sed concurrentibus Lotharingis, ab oppugnatione desistit. Anno 18. ducatus Frederici, vigesimo vero secundo rebellionis Godefridi, Frederico duce mortuo, Godefridus tandem ducatum recepit et a rebellione cessavit. Anno 6. ducatus Godefridi ipse dux Godefridus moritur. Succedit filius

a) refectum *c.* b) fratris *c.* c) Gandavenses *c*

1) Quae et Oda nominatur.

Sig 1071. ib. 1076.

eius Godefridus Gibbosus, etsi corpore exiguus, tamen animo eximius. Anno 3. ducatus Godefridi Gibbosi Godefridus cum manu valida et multitudine armatorum Fresoniam intrans, Fresoniam pene usque ad internecionem delet. Anno 7. ducatus Godefridi sicarius in Fresonia Godefridum ducem perimit. Quo mortuo, vacavit ducatus annis 14.

44. De fundatione monasterii Haffligeniensis et de Godefrido de Bulion[a].

Auct. Afflig. 1083. cf Chron. Afflig. Sig 1089. Gen. ampl. c. 9

Anno[1] Domini 1083. Haffligeniense cenobium tale, auxiliante Deo, sumpsit exordium. Predicante in Alostensi opido Wederico, monacho Sancti Petri Gandensis, qui quasi stella matutina in medio nebule effugandis obscuritatibus erroris apparuit, conversi quinque milites in loco ubi nunc monasterium situm est, per multa tempora latrociniis insistentes suis, integre renunciant et a rapiendis alienis desistunt, doctorisque sui consilio animati, archiepiscopum Coloniensem, virum sanctum, Annonem nomine, adeunt et hoc in remissionem peccatorum suorum mandatum ab eo recipiunt, ut in loco, quem antea rapinis et cruore fedaverant, domum Dei et oratorium ad serviendum in eo perpetuo omnipotenti Domino construant. Quod mandatum gratanter accipientes, ad prefatum locum revertuntur, facturi quod a sancto pontifice receperant in mandatis. Igitur in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli in dicto loco conveniunt, omnibus mundanis rebus posthabitis, ita nudi, ut nichil secum preter panes tres, dimidium caseum et pauca ferramenta detulerunt. Divina vero propiciante clementia, in tantum in exequendo hoc pio opere perfecerunt, ut, vix tribus annis exactis, virum eximie probitatis Gerardum[b] Cameracensem episcopum ad dedicandam ecclesiam sui monasterii evocarent; quam venerandus pontifex in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli predictorum dedicavit. Comitissa vero Adela cum duobus filiis suis Henrico et Godefrido ad edificandum inibi cenobium eundem locum libertati donavit, et mox predicti solitarii monachos, a quibus monasticum ordinem discerent, sibi associaverunt. Anno 15. vacationis ducatus Lotharingie Godefrido, Godefridi Gibbosi ex sorore nepoti, tandem datur ducatus Lotharingie. Iste est Godefridus de Bullion. Huius mater fuit Ida Boloniensis comitissa, pater vero Eustacius comes Boloniensis, filius Machtildis, sororis Lamberti, qui et Baldricus, Lovaniensis comitis.

45. De Godefrido comite et procinctu vie Iherosolimitane.

Auct. Afflig. 1095. Gen. ampl. c. 11. Sig 1096.

Anno Domini 1095. Henricus comes Lovaniensis secundus huius nominis Tornaci perimitur. Succedit frater eius Godefridus Cum-barba, postea dux Lotharingie, qui in Haffligenio sepultus est. Anno Domini 1097, ducatus vero Godefridi de Buillon anno 9, occidentales populi dolentes, loca sancta Iherosolimis a gentibus prophanari et Turcos eciam terminos christianorum iam multa ex parte invasisse, innumerabiles una aspiratione moti et, multis signis sibi ostensis, alii ab aliis animati, duces, comites, potentes, nobiles et ignobiles, divites et pauperes, liberi et servi, episcopi et clerici, monachi, senes et iuvenes, etiam pueri et puelle, omnes uno animo undique concurrunt, ab Hispania, a Provincia, ab Aquitania, a Britania, a Francia, a Scocia, ab Anglia, a Normannia, a Lotharingia, a Burgundia, a Germania, a Longobardia, ab Apulia et ab aliis regnis; et virtute et signo sancte Crucis signati et armati, ultum ire parant iniurias Dei in hostes christiani nominis. Eminebant in hoc Dei exercitu dux Lotharingie Godefridus et fratres eius Balduinus et Eustacius, Balduinus comes Hannonie, Robertus comes Flandrie, Stephanus comes Blesensis, Hugo, frater regis Francorum, Robertus comes Normannie, Reimundus comes Sancti Egidii, Boemundus dux Apulie.

46. De Henrico de Lemborgh.

Sig. 1101. ib 1106.

Anno Domini 1101. Henricus III. imperator Henricum Lemborgensem comitem adversantem sibi debellat, et expugnatis eius castellis, eum ad dedicionem cogit Sed imperator ei multa summa pecunie graciam suam redimenti eciam ducatum Lotharingie donat. Anno 9. ducatus Henrici Lemburgensis ipse dux Henricus, qui ab imperatore Henrico ad filium eius contra patrem rebellantem animo transiens, eum contra patrem suum concilio armavit, et a filio ad patrem rediens, partes filii debellavit, mortuo patre, se ut reum maiestatis filio dedidit, et ab eo captus custodie traditur; de qua ipse per industriam suam evasit. Ducatus autem eius datur Godefrido comiti Lovaniensi. Extunc tamen usque in hodiernum diem Lemburgenses non comites, sed duces se nominant.

47. De ducatu Lotharingie dato Godefrido Lovaniensi.

cf Sig. 1106. Gen. ampl. c. 11. Sig. 1107.

Anno[2] Domini 1110. Godefridus Cum-barba comes Lovaniensis ex dono Henrici imperatoris, expulso Henrico Lemburgensi, ducatum Lotharingie adipiscitur. Hic post centum et 7 annos, per quos Ardennenses comites ducatum Lotharingie tenuerunt, connumeratis 9 annis ducatus Henrici Lemburgensis, primus de stirpe Karoli ducis et heredis Francie ducatum Lotharingie recepit. Hic genuit quinque liberos, Godefridum postea ducem, Henricum, qui in monasterio Haffligemensi religionis habitum suscepit ibique cum patre quiescit, Aleidem, Henrici regis uxorem, Anglorum reginam, Idam comitissam de Clevis et Clarisciam, que innupta permansit. Anno 2. Godefridi ducis Henricus dux affectans repetere ducatum Lotharingie, oppidum occupat Aquisgrani contra Godefridum ducem. Sed hoc non ferens dux Godefridus, dux oppidum Aquense violenter irrupit, oppidanos a favore Henrici violenter exterruit, aliquos comites et multos potentes et nobiles cepit. Ipse Henricus cum filiis suis vix fuga evasit, uxorem eius capere dux indignum duxit. Comites et honoratiores eorum, quos ceperat, per condicionem sub se militandi sibi conciliatos[c] ad fidelitatem suam adduxit.

a) Bulym *c.* b) Gerando *c.* c) consiliatos *c.*

1) Auctarium Affligemense, quod exscripsit, auctor hic rursus ex Chron. Afflig. (SS. IX, p. 407 sqq.) interpolavisse videtur. 2) Haec iam supra in fine c. 46. ex Sigeberto exscripsit. Nimirum *a.* 1106. corrigendum est.

48. De Godefrido huius nominis secundo duce Lotharingie.

Anno Domini 1139. Godefridus dux Lotharingie, magnum patrie sue decus, vir suo tempore et tempori et honori sciens se decenter conformare[a], moritur et Haffligemensis templi sepultura honoratur. Succedit ei in ducatu Godefridus, filius eius, quem[b] Conradus rex Germanorum tercius huius nominis facit paterni honoris successorem, ea maxime pro causa quia sue coniugis sororem Lutgardem, ducissam de Salsbach, ei dederat uxorem. Anno 2. ducatus Godefridi iunioris Henricus comes Lemburgensis, dolens se privatum honore ducatus, quem pater suus habuerat, Godefrido duci rebellis erat, contiguos sibi possessionum redditus eius invadebat et, sicubi prevalebat, nulli amicorum eius parcebat. Godefridus vero dux graviter ferens insolenciam eius, opidum Sancti Trudonis cum multo equitum peditumque exercitu obsedit, cives ad dedicionem coegit, obsides promisse sibi fidelitatis accepit. Deinde cum eodem exercitu progressus et oppidum Aquisgrani ingressus, cum multo potentatu per biduum in sede[c] iudiciaria resedit, exactiones, quas ducem Lotharingie exigere decebat, exegit, opidanos sue fidelitati astrinxit et, ne Henrici comitis fautores essent, ostentacione potentie sue deterruit

Cont. Gembl. 1138. cf. Gen ampl c. 11. — ib 1140

49. De Godefrido tercio huius nominis duce Lotharingie.

Anno Domini 1143. Godefridus medianus dux Lotharingie quarto anno sui ducatus immatura morte preripitur et Lovanii in templo tumulatur. Succedit filius eius equivocus, primum adhuc agens etatis annum. Anno 2. ducatus Godefridi pueri Conradus rex Germanorum concessit ei adhuc puerulo[d] quicquid beneficii vel honoris antecessores eius habuerant de manu imperatoris. Hoc in cunabulis adhuc reposito, optimates terre nobili viro Waltero Bertaut, qui contra ducem eo tempore rebellabat, se fortiter opposuerunt, castrum Grimberse[e, 1] fortissimum obsederunt obsessumque funditus destruxerunt; quod quante fortitudinis fuerit, acervus[f] terreus in excelsum montem erectus, in quo olim situatum extiterat, adhuc hodie ipsum cernentibus innotescit. Ad cuius eversionem ipse dux cum cunabulis eius a suis deportatus, cooperante sibi divina potentia, hostes deterruit et ad dedicionem coegit. Anno 17. ducatus Godefridi ipse Godefridus Margaretam, filiam Henrici comitis Lemburgensis, in coniugio sortitus est; per quod tandem, rebus omnibus pace compositis, contentio longo tempore protracta ea conditione finita est, ut Godefridus confirmatum sibi ducatum sine ulla contradictione, advocatiam Sancti Trudonis et castellum Rode optineat, atque omnium que possidet idem comes post decessum eius medietatem accipiens, hereditario iure successor fiat. Hic[g] Godefridus huius nominis tercius dux Lotharingie genuit ex Margarita de Lemborch Henricum huius nominis primum ducem Lotharingie et Albertum episcopum Leodiensem, qui iuxta civitatem Remensem martirizatus est. In ecclesia sancte Marie eiusdem civitatis quiescit. Hic Godefridus post obitum uxoris sue Margarete de Lemborch secundam duxit uxorem, de qua genuit Willelmum de Perweis. Hec Ymaina vocata filia fuit comitis de Los. Hic in ecclesia sancti Petri Lovaniensis cum Margareta, prima uxore sua, sepulturam adeptus est.

Auct. Gembl 1142. — Cont Gembl. 1143. — cf. Auct Affl. 1159. — Auct. Affl. 1155. — Gen ampl. c 11. — cf Gen d Br 6.

50. De Henrico primo huius nominis duce Lotharingie.

Anno Domini 1183. dux Godefridus Ierosolimam proficiscitur[2]. Succedit ei in ducatu Henricus, filius eius, primus huius nominis. Hic duxit Machtildem, filiam Mathei comitis Boloniensis; que peperit ei Henricum postea ducem Lotharingie, Godefridum de Lovanio, Mariam Romanorum imperatricem, Alcidem comitissam Avernie, [Margharetam[h]] comitissam[i] Ghelrie et Machtildem, primo quidem comitissam palatinam Reni, postea vero comitissam Hollandie Horum pater Henricus dux secundam duxit uxorem Mariam, filiam Philippi regis Francie; que peperit ei unam filiam, quam duxit Theodericus, primogenitus comitis Clevensis. Ex hiis filiis et filiabus Henrici ducis magna posteritas potentum procreata est, comites scilicet Hollandie, Gelrie, Alvernie, Hannonie, quorum precipuus fuit Willelmus Romanorum rex, qui a Fresonibus interfectus est; nobiles etiam viri Henricus dominus de Harstallio, Walterus Bertaut dominus de Machlinia; comites etiam Clevenses et eorum posteritates per multa terrarum spatia iam diffuse. Anno 2. ducatus Henrici Henricus dux castrum Duraz destruit[3]; 7[4]. vero anno ducatus sui illud reedificat, terram Gerardi comitis Lossensis comburit et devastat, oppidum Sancti Trudonis propter advocatiam eiusdem ville obsidet et oppugnat. Anno 13. ducatus Henrici Conradus episcopus Moguncie et Henricus dux Lotharingie[5] et alii innumerabiles Iherosolimam proficiscuntur, a quibus civitas Barut, fugatis paganis, optinetur. Anno 18. ducatus Henrici Henricus dux comitem Hollandie bello aggreditur in Batua, que nunc Uten[6] vulgariter dicitur, ubi Florencius comes Hollandie et Otto comes Ghelrie capiuntur; inter quos tandem pax eo tenore firmatur, ut quilibet istorum unam de filiabus Henrici ducis ducat uxorem. Anno[7] ducatus Henrici 28, anno vero Domini 1212, in ascentione Domini, Henricus dux Lotharingie in multitudine gravi hora diei tercia Leodium expugnat et infini-

Gen. ampl. 12. — 1189. — Mai 3.

a) confirmare *c.* b) *sic corr. rec. man. ex* cui *c.* c) se *c.* d) puerilo *c.* e) Grimb'se *c.* f) acuus *c.* g) *in loco raso c.* h) *in marg. addidit manus alia.* i) *post* com. *delet* quoque *c.*

1) Grimberghen a septentrione Bruxellae. Cf. Ann. Parch. a. 1159, SS. XVI, p. 606. 2) Cf. Ann. Parch. 3) Haec eisdem fere verbis in Gest. Trud. cont. III, p. II, c. 2, SS. X, p. 390. Ad rem cf. Gisleberti Gest. com. Hanon., SS. XXI, p. 567. 4) *tertio* corrigendum videtur. 5) a. 1197. secundum Ann. Parch., l. l. p. 606. 6) Heusden. Cf. Ann. Parch. a. 1203; Ann Egm. a. 1202, SS. XVI, p. 473. 7) Sequentia leguntur eisdem fere verbis in Gest. Trud. cont. III, c. 5. 6.

1212. tam tam in auro quam argento et omni quicquid preciosum est genere aufert suppellectilem. Clerici et sacerdotes nudantur et illuduntur, ecclesiastica quoque diripiuntur, altare sancti Lamberti sanguine contaminatur, et in ecclesia sancti Petri tres viri interficiuntur. Inter mulieres et parvulos captivorum et submersorum fuit non modica multitudo. Quibus ita patratis, Hugo Leodiensis episcopus, Hoii celebrata synodo, ducem excommunicat. 5
1213. Anno ducatus Henrici 29. Henricus dux Walevam[1], Warennam[2] et ceteras episcopatus villas concremat, Tungris eciam incendit, illesa ecclesia sancte Marie. Hugo vero episcopus Leodiensis et Ludowicus comes Losensis ducem insequuntur manu forti, initaque pugna[a] die
Oct. 13. dominica 2.[3] Idus Octobris apud Steps, pauci de parte episcopi [et[b] comitis], plures de exercitu ducis corruerunt, ut interfectorum numerus circa duo milia sit estimatus, vulnera- 10 torum, captivorum et fuga lapsorum non modica multitudo. Landen et Lewis[4] incendio sub-
1218. vertuntur. Anno ducatus Henrici 34. Hugo Leodiensis episcopus et Henricus dux Lotharingie Leodii in amicicia reformantur. Anno ducatus Henrici 48, anno vero Domini 1234. Henricus, primogenitus Henrici ducis Lotharingie, Florencius comes Hollandie et alii plures principes terre ad expugnandam hereticam pravitatem cruce signantur contra Stadingos[c]. 15 Cum quibus commissa pugna 7.[5] Kal. Iunii, pauci de exercitu catholicorum, 4 vero milia Stadingorum in ore gladii ceciderunt, exceptis mulieribus et parvulis submersis et fuga
1235. Sept. 5. elapsis; terra vero eorum incendio penitus subversa est. Anno ducatus Henrici 49. obiit pie memorie Henricus dux Lotharingie in Colonia civitate; cuius corpus reportatum Lovanii,
cf Gen. ampl. 12. sepelitur in ecclesia sancti Petri, ubi et Maghtildis, uxor sua, et Maria imperatrix, filia 20 eorundem, tumulate sunt. Maria vero secunda uxor sua Haffligenii quiescit.

51. De Henrico secundo huius nominis duce Lotharingie.

Gen ampl. c 13. Anno Domini 1235. mortuo Henrico primo huius nominis duce[d] Lotharingie, succedit in ducatu Henricus equivocus, miles fortis et strennuus. Hic duxit Mariam, illustrissimam filiam Philippi regis Romanorum; que peperit ei Henricum postea ducem Lotharingie, Maghtildem comitissam Attrebatensem et 25 Sancti-Pauli, Mariam comitissam palatinam Reni, Beatricem lantgraviam Thuringie, postea comitissam Flandrie, et Margaretam sanctimonialem, postea abbatissam in Valle-ducis. Post hoc secundam duxit uxorem Sophiam, filiam sancte Elizabeth quondam lantgravie Thuringie; que peperit ei Henricum de Thuringia et Elizabeth ducis-
ib. c. 8. sam de Brunswick. Horum pater quiescit in monasterio Villariensi.

52. De Henrico tercio huius nominis duce Lotharingie. 30

Anno Domini 1246.[6] mortuo Henrico duce Lotharingie, succedit ei Henricus huius nominis tercius. Hic duxit Aleidem, filiam [Hugonis[e]] ducis Burgundie; que peperit ei quatuor liberos: Henricum, Iohannem, Godefridum et Mariam postea Francorum reginam. Horum pater una cum Aleyde, uxore sua, requiescit in ecclesia fratrum Predicatorum in Lovaniensi opido. Huius filiam Mariam duxit Philippus rex Francie; cuius Philippi sororem Margaretam Iohannes, filius Henrici ducis, dux Lotharingie, 35 antea duxerat. Hic quoque Henricus tercius huius nominis addidit ad titulum suum nominando se ducem Lotharingie et Brabantie, cum omnes predecessores sui se solum duces Lotharingie nominaverint, et hoc satis consulte actum esse probatur, cum[f] per hanc additionem a duce Mosellanorum, qui eciam ducem Lotharingie se nominat, non incongrue discernatur. Et licet uterque ducatus intra terminos Lotharingie concludatur[7], verus tamen 40 tytulus ducatus Lotharingie non ducum Mosellanorum, sed Brabantinorum esse dinoscitur; sicut et manifeste patet ex cronicis illustris viri Sigeberti quondam Gemblacensis[g] monachi,
Sig. 1034. ubi dicitur, quod tempore Gocelonis ducis Lotharingie, mortuo Frederico duce Mosellanorum sine maribus liberis,
ib. 1044. datus est ducatus eius Goceloni. Ipso vero mortuo et Godefrido, filio suo, rebellante, divisi sunt iterum ab invicem ducatus Mosellanorum et Lotharingie, et datus est ducatus Mosellanorum primo Alberto, quem interfecit Godefridus, 45
ib. 1048. filius Gocelonis. Deinde Alberto mortuo, datus est Gerardo de Alsacia et suis sequacibus, qui sibi extunc usque nunc titulum ducatus Lotharingie asscripserunt. Ducatus vero Lotharingie, sub uno et eodem tempore
ib. 1053. rebellante Godefrido, datus est Frederico, et eo mortuo, redditus est Godefrido, filio Gocelonis. In ducatu Mosellanorum
ib. 1065. successit Gerardo de Alsacia filius suus Theodericus, et sic deinceps. Godefrido vero successit in ducatu Lotharingie
ib. 1070. filius Godefridus Gibbosus; cui iterum successit Godefridus de Bullion, nepos suus ex Ida Bolonie comitissa. Post cuius 50
ib. 1089. decessum datus est Henrico comiti Lemburgensi; sed tandem eidem ablatus, redditus est Godefrido Barbato comiti Lovaniensi
ib. 1101. ib. 1106. et usque in hodiernum diem sibi et suis heredibus confirmatus. Hec in superioribus

a) pungna *c.* b) *add. alia manus in marg. c.* c) Stardingos *c.* d) ducis *c.* e) *add. ut videtur al. m. in marg. c.* f) tum *c.* g) Gemblatensis *c.*

1) Waleffe prope Huy. 2) Waremme prope St.-Trond. 3) tertio potius. 4) Leeuw prope St.-Trond. 5) 6. *Kal. Iunii* Ann. Parch. 6) Cf. Gest. Trud. cont. III, p. II, c. 3. Ann. Parch. p. 607. laudant a. 1247. 7) Cf. Gest. Trud. cont. III, auct. p. 387. 55

descripta plenius hic idcirco repetivimus, ut cunctis liqueat, titulum ducatus Lotharingie ab antiquissimis temporibus usque nunc ad duces Brabancie specialiter pertinuisse et adhuc pertinere debere.

53. De Iohanne primo huius nominis duce Lotharingie.

Anno Domini 1260. obiit egregie memorie Henricus dux tercius huius nominis; cui successit in ducatu Henricus huius nominis quartus; qui non multo post Iohanni, fratri suo, ducatum resignavit de consilio Aledis ducisse et optimatum suorum, eo quod esset invalidus corpore et animo insufficiens ad ducatum Lotharingie gubernandum. Hic non multo post habitum religionis in Divionensi[1] monasterio suscepit et terrene dignitatis honorem in celestem miliciam commutavit. Succedit ei in ducatu Iohannes, frater eius secundo genitus, qui quante probitatis quamque eximie strennuitatis in suo tempore fuerit, testantur eius gesta pro sui magnitudine per universa mundi climata latissime divulgata et in diversis voluminibus ab historiographis perpetue legencium memorie commendata. Hic duxit primo Margaretam, filiam Ludowici piissimi regis Francorum. Qua defuncta in puerperio cum prole quam genuerat, postea contraxit cum Margareta, filia Guidonis Flandrie; de qua suscepit quatuor liberos: Iohannem primogenitum, Godefridum, Mariam et Margaretam; quarum prima est Clivensi comiti desponsata[2], altera vero ab Henrico Lucelburgensi comite est traducta[3]. Anno Domini 1286, mortuo Henrico[4] duce Lemburgensi sine liberis, Iohannes dux Lotharingie ducatum Lemburgensem erga propinquiorem heredem illius, videlicet Adulfum[5] comitem de Monte, emptionis titulo acquisivit. In quo ducatu Reinaldus comes Ghelrie possessionem usufructuariam se habere dicebat, competentem sibi ex morte uxoris[6], que filia fuerat Henrici[7] ducis Lemburgensis predicti, que ante patris obitum extiterat iam defuncta[8]. Cum igitur Iohannes dux Lotharingie acquisitum sibi per emptionis titulum ducatum Lemburgensem hereditario iure possidendum adire nititur, Reinaldus vero possessionem usufructuariam se reservare debere vite sue tempore protestatur, oritur inter eos gravissima concertatio et multi temporis diuturnitate protracta seva nimis altercatio. Reinaldus quippe comes Ghelrie, associatis sibi Sifrido Coloniensi archiepiscopo, Henrico comite[a] Lucelburgensi[9], Wallerando de Rupe, fratre suo[10], et item Walerando domino de Valkenborch[11], conspirationem validam orditur contra ducem Lotharingie. Ille vero tot principum coniurationem contra se factam forti animo vilipendens, eos vice versa non minori fortitudine nititur debellare. Nam crebris irruptionibus terras archiepiscopi et Ghelrensis comitis invadens, rapinis, incendiis et variis oppressionibus eas gravissime devastavit, et quibuscumque modis potuit eos ad pugne certamina provocavit. Illi autem econtra ducis terminos invaserunt, crebris quoque rapinis et incendiis loca finitima[b] vastaverunt. Dumque sic et sic utrimque per multa tempora martis alea luditur et multo discrimine incessanter alterutra partium ab altera debellatur, tandem a mediatoribus dies colligitur, ut inter partes pacis federa reformentur. Conveniunt igitur Reinaldus comes et sui in Valkenborch castro, quod Waleranni suberat dicioni, dux vero cum suis in oppido Traiectensi. Porro duce nichil infidelitatis ea vice de adversariis suspicante, confestim affuere, qui dicerent, Reinaldum comitem a cepto pacis proposito resilisse et ducatum Lemburgensem de consilio archiepiscopi et eorum qui aderant Henrico comiti Lucelburgensi pro quantitate pecunie vendidisse. Quod audiens dux, ilico tamquam leo furibundus infremuit, et leoninum inducens animum, confestim ascensis equis, ad persequendum hostes, omni dilacione posthabita, properavit; estimans autem illos intra castrum inopinate concludere, festinanter illuc cursum dirigit. Sed episcopus per exploratores adventum ducis precipiens, fugam cum suis iniit et, ne comprehenderetur ibidem, ad tuciora terre sue latibula properavit. Porro dux fugientem insequens, terram fugientis ilico subintravit, eamque sine metu et terrore perambulans, eam infinitis oppressionibus adeo devastavit, ut mirum fuerit, unum contra tantos in eorum finibus et terminis potuisse vel saltem ausum fuisse talia perpetrare. Nam inter cetera sue probitatis insignia ad perpetuam magnanimitatis sue memoriam eternandam equum, cui

1272.

a) comiti c. b) finitiva c.

1) Dijon. 2) Nupsit a. 1304. Amadeo V. comiti Sabaudiae. De hoc loco cf. praefat. p. 405. 3) a. 1292. 4) Walramo IV. potius, qui obiit a. 1279/80. 5) sextum, comitem Bergensem. 6) Ermengardae. 7) Walrami nimirum. 8) Falsum; successit patri in ducatu et obiit circa a. 1282. 9) quarto, patre Henrici VII. imperatoris. 10) scilicet Henrici. 11) Valkenburg, a Maastricht ad orientem.

1288. insedit, intra Reni fluenta ipsemet in adversariorum contemptum et vituperium adaquavit, vineas Bonne precidi fecit et in forestam archipresulis, acsi terras inimicorum non impugnacionis sed recreacionis et deductionis gracia subintrasset, exercendo venacionis officium[1] ultra suos adversarios ad maiorem invidiam et odium exitavit. Hec igitur et hiis similia in terris hostium invictissimo duce Lotharingie peragente, comes Henricus[2] de Monte, Walerannus de Iuliaco[3] multique illius provincie nobiles et potentes cum magna parte civium Coloniensium ducem adierunt, postulantes, ut castrum Woronc, quod dicioni archiepiscopi subiacebat, in quo predones rapinis et latrociniis insistentes et transeuntibus peregrinis et viatoribus assidue multas molestias inferentes inhabitare consueverant, eorum fultus adiutoriis obsideret et, effugatis predonibus, terre funditus adequaret, utpote qui ducatum Lemburgensem adeptus fuerat, ad quem de iure sui principatus id agere pertinebat. Annuens igitur hiis dux illustrissimus, castrum cum suis obsedit; ex quo facto Sifridum archipresulem et suos ad illatam sibi tantam contumeliam ulciscendam ultro nec provocavit. Interim autem archiepiscopus et sui tantam ducis insolenciam non ferentes, copiosum exercitum ex diversis Germanie partibus et nationibus adunatum super ducem adducunt et ad ulciscendum illatas sibi contumelias unanimiter se accingunt[a]. Anno Domini 1288, ducatus vero Iohannis 27, connumeratis[b] paucis annis, quibus Henricus, frater suus, una cum matre Iun. 5. Aleide ducissa terre preerat, in die beati Bonefacii, que est Nonas Iunii, Sifridus Coloniensis archiepiscopus, Reinaldus comes Ghelrie, Henricus comes Lucelburgensis, Walerannus, frater suus, et alter Walerannus de Walkenborch cum maxima copiosi exercitus multitudine ducem adeunt et ad illum illiusque sequaces unanimiter invadendum omni sagacitatis et virtutis sue conamine se componunt, levissimi laboris id negocii estimantes, utpote qui cum paucis ibi tunc aderat et, quorsum fugeret, ab hiis inclusus undique, patencia viarum itinera non habebat. Dux vero insultum eorum non metuens, obsidionem interim ammovit et hostibus irruentibus, licet numero multo pluribus, imperterritus obviavit. Ibi in tres turmas exercitum suum dividens, sicut adversarios egisse didicerat, pugnam iniit et ab hora diei tercia usque in horam undecimam eos cum turma, cui ipse preerat, fortissime debellavit. Quam acriter autem utrimque pugnatum sit et quam anceps diutissime victoria fuerit, testantur qui viderunt et secundum ea que oculata fide didicerant postea de bello Worongico copiosa volumina conscripserunt[4]. Victoria tamen tandem successit duci. Nam in eodem bello capti sunt archiepiscopus, comes Ghelrie, comes de Nassowe Adolphus, postea electus in regem Alemanie, comes de Murze[5] et multi alii comites et milites et barones, armigeri et satellites, sue partis acerrimi defensores. Comes vero Lucelburgensis Henricus, Walranus, frater eius, cum aliis duobus eorum fratribus[6], milites strennuissimi cum aliis multis nobilibus et ignobilibus, militibus et satellitibus, in ore gladii ceciderunt, ita ut estimatus sit numerus occisorum de exercitu Lucelburgencium, Ghelrensium, Coloniensium et eorum sequacium ad mille centum homines et amplius, preter eos qui fugam in progressu discriminis inierunt. De exercitu vero ducis in universo circiter 40[c] homines corruerunt, inter quos precipui erant Walterus Bertaut dominus Maghlinensis et Arnoldus dominus de Zelem[7], miles ad arma promptus et habilis; ceteri vero omnes illesi et incolumes evaserunt. Anno 1292. ducatus Iohannis 31, connumeratis annis Henrici, primogeniti fratris sui, inter Henricum Lucelburgensem comitem, filium Henrici in bello de Woronc occisi[d], pax reformatur. Henricus enim Margaretam, filiam Iohannis ducis Lotharingie, ducit uxorem, dispensante tum eis Nicholao papa quarto super matrimonio contrahendo, eo quod in tercio consanguinitatis gradu sibi invicem attinerent. Anno Domini 1294, ducatus vero Iohannis 34, comes[8] Barri[e] filiam primogenitam Eduardi regis Anglorum recepit in coniugio, sibi matrimonialiter copulatam. Ubi cum pro iucundo tam nobilis comitisse adventu in curia comitis festum celeberrimum ageretur, Iohannes dux Lotharingie, Brabancie et Lemburgensis, cum multo militum comitatu ibidem affuit; qui[f] festum omni speciali prerogativa sue probitatis et nominis innovavit et corporali sua presentia mirifice venustavit. Hic nobilissimus princeps

a) attingunt *c.* b) cum num. *c.* c) *ita c.* d) et Iohannem ducem *vel simile quid deesse videtur.* e) *vox dubia c.* f) q[s] *c.*

1) Nota anacoluthon. Haec secundum Jean van Heelu, ed. Willems p. 154, v. 4078 sqq. 2) Adolfus potius. 3) Erat prepositus Aquensis. 4) i. e. Jean van Heelu. Vide supra praefat. p. 405. 5) Dirk (Theodericus) van Meurs. 6) Eadem fere verba in Gest. Trud. cont. III, p. II, p. 405. 7) Cf. Hocsem. c. 16, ap. Chapeavill. II, p. 319. 8) Henricus III.

eo die, qui fuit dies invencionis sancte Crucis, ab omnibus optaretur, ut sue milicie probitatem armorum[a] exercicio presentibus ostentaret. Annuit votis optantium et circa horam vesperarum armis accinctus unum ex presentibus precipue probitatis militem[1] ad singularem occursum elegit, cui scilicet eques occurreret et sese lancearum fractionibus per deputatas ad hoc vices obvium exhiberet. Qui armorum non ludus sed abusus quam perniciosus sit quamque dampnosus ibi fuerit, rei exitus comprobavit; nam cum fortissimi milites tercio sibi cum hastis acuminatis occurrerent, ad terram uterque prosternitur, et dux in brachio letali vulnere sauciatur. Inde cum suorum omniumque tunc astancium merore validissimo confestim ad hospicium deportatur, qui paulo ante flos milicie, decus orbis et mundi leticia dicebatur. Advesperascente vero die, cum egritudinis languor invalesceret, in confessione vere fidei sancteque et individue Trinitatis vere penitens et confessus, circumstantes alloquens eisque virtute qua potuit valedicens, versus in latus aliud super vulneratum brachium reclinavit, sicque simul sol cum sole, cum luminare mundialis milicie, declinante sole ad occasum, mortem subiit et spiritum Domino commendavit. Inde quidam[b] in laudem tanti principis tales versiculos edidit, quibus eius temporalem interitum breviter quidem sed flebiliter admodum sic inquiens deploravit:

1294 Mai. 3

Martis gesta trucis, decus orbis, gaudia lucis,
Hec tria subducis, mors fera, morte ducis.

Et alius quidem sic:

Laus tabet, vota meror habet, vult lacrima[c] fundi;
Mars iubet, moriente silet duce gloria mundi.

Hic ad titulum patrum suorum Lemburgensis ducatus titulum addidit. Capto quippe in bello Worongico Reinaldo Ghelrensium comite, non prius a vinculis sue captivitatis idem comes emancipari potuit, quam in manibus ducis id iuris quod eatenus sibi vendicaverat in eodem absque repeticione qualibet in posterum facienda, permissoque super hoc iuramento, firmissima quoque stipulacione prehabita, reportavit. Sicque reformata pace, libertati sue comes restituitur, et Lemburgensis ducatus titulus ducatus Lotharingie et Brabancie titulo sociatur. Succedit huic glorioso principi in ducatu Iohannes[d], filius eius ex Margareta[e], filia Guidonis Flandrensium comitis. Cui eciam Margareta, filia Eduardi regis Anglorum, est[f] matrimonialiter copulata[2].

1289.

Patet igitur ex premissis, unde et a quibus originem trahant duces Lotharingie. Nam primi eorum progenitores Troiani fuerunt, reges quoque Francorum, maiores domus, duces et comites, qui diversis etatibus orbis rectores et terrarum principes extiterunt. Ut autem omnia que diffusa scripta sunt studiosus lector compendiose recolligat et a primo Priamo Francorum rege usque ad presentis temporis ducem Lotharingie lineam generationis ducere sciat, sic descendendo procedat: Priamus rex Francorum, qui super Francos regnavit anno Domini 381, genuit Marcomirum, Marcomirus genuit Pharamundum, Pharamundus genuit Clodium, Clodius genuit Meroveum, Meroveus[g] genuit Hildericum, Hildericus genuit Ludowicum. Iste primus de regibus Francorum christianus fuit. Lodowicus genuit Lotharium. Hii omnes fuerunt reges Francorum. Lotharius genuit Blitildim, Blitildis genuit Arnoldum, Arnoldus sanctum Arnulfum, Arnulfus genuit Ansigisum, Ansigisus genuit Pipinum, Pipinus genuit Karolum Martellum. Hii omnes a stirpe Blitildis, filie Lotharii, descendentes, fuerunt maiores domus regum Francorum et super reges principantes. Karolus Martellus genuit Pipinum regem, Pipinus genuit Karolum Magnum imperatorem, Karolus imperator genuit Ludowicum, Ludowicus genuit Karolum Calvum. Hii tres precedentes imperatores fuerunt. Karolus Calvus genuit Ludowicum Balbum, Ludowicus Balbus genuit Karolum Simplicem, Karolus Simplex genuit Lodowicum. Huc usque progenitores ducum Lotharingie regnaverunt in Francia a tempore Pipini, patris Karoli Magni imperatoris. Lodowicus genuit Karolum ducem Lotharingie. Karolus dux genuit Gerbergam comitissam Lovaniensem. Gerberga genuit Lambertum, qui et Baldricus, comitem. Baldricus genuit Godefridum Cum-barba ducem Lotharingie. Hic omittuntur tres comites Lovanienses, Henricus scilicet, cuius filius Otto sine liberis moritur, et comitatus ad patruum suum Baldricum revertitur; ipse quoque Otto et Henricus, frater Godefridi Barbati, hic omittuntur, quia sine liberis[h] moriuntur. Godefridus Cum-barba genuit Godefridum secundum huius nominis. Godefridus secundus genuit Godefridum huius nominis tercium. Godefridus tercius genuit Henricum primum huius nominis. Henricus primus genuit Henricum huius nominis secundum. Henricus secundus genuit Henricum tercium huius nominis. Henricus tercius genuit Iohannem huius nominis primum. Iohannes primus genuit Iohannem secundum, nunc ducem Lotharingie, Brabancie et Lemburgensem. Amen.

cf. Gen. ampl.

a) annorum *c.* b) quidem *c.* c) lat^{s}ma *c.* d) Iohannis *c.* e) Margereta *c.* f) et *c.* g) Meroveius *c.* h) libris *c.*

1) *Petrum Burgundum* Mart. Cont. Brabant., SS. XXIV, p. 264. 2) Iam a. 1290.

CHRONICON HANONIENSE
QUOD DICITUR BALDUINI AVENNENSIS.
EDIDIT IOH. HELLER.

Grande hoc opus Gallico sermone conscriptum collectioni nostrae inserendum duximus, cum intra fines regni Germanici, in Hanonia scilicet, confectum sit et arctissime cum aliis huiusce regionis historiis cohaereat. Quaequae etenim res Hanoniae, Flandriae, Brabantiae vel facta imperatorum Graecorum et Romanorum regumque Francorum illustrare videbantur, ea auctor undecumque potuit diligentissime collegit inque unum volumen consarcinavit. Scriptores quos adhibuit modo ad verbum exscripsit, modo paullo in brevius redegit; unum saepe ex alio ampliavit et correxit, ita ut aliquoties non nisi difficilius discerni possit, ex quonam fonte hauserit. Nomina vero auctorum rarissime tantum affert[1].

Initium sumsit a Pharamundo, fabuloso illo Francorum rege, cuius successorumque eius historiam secundum Genealogias regum Francorum, Sigebertum, Hugonem Floriacensem, Vincentium Bellovacensem, alios fusius tradit. Horum narrationibus hic illic fabulas Romanensium inseruit. Alia non minus fabulosa de comitibus Britanniae e Galfredo Monumetensi, de Karolingis e Turpino hausit. Dein ad patriam reversus Genealogias comitum Flandrensium[2], *Boloniensium atque ducum Brabantiae*[3], *Vitam Karoli comitis Flandrensis auctore Waltero, Gislebertum ab initio usque ad finem in Gallicum vertit. Magnos quoque centones deprompsit ex Hermanni Historia restaurationis S. Martini Tornacensis, ex Andrea Marchianensi continuationibusque Sigeberti, ex Chronico S. Huberti Andaginensis, ex Historia monasterii Laetiensis*[4], *ex vitis et translationibus sanctorum aliisque huiuscemodi scriptis*[5]. *Porro quam accuratissime de expeditionibus in Terram Sanctam factis egit, quippe quae a militibus Lotharingiae saepissime susceptae sint. Maximam igitur partem Guillelmi Tyrii eiusque continuationis, quae nomine Heraclii fertur*[6], *usibus suis adaptavit. Totum quoque quem Godefridus de Villa Harduini composuit librum de quarta sacra expeditione descripsit; pauciora tantum ex Continuatione*

1) Laudat e. gr. 'la cronique Sygebert', 'Annales des Franchois', 'la Roumaine histoire', 'Hugues de Flori', 'nous avons veu auchune cronike qui dient' (i. e. Gislebertus), 'on trueve es cronikes de l'abbeie Saint-Hubert en Ardenne'. 2) Flandriam Generosam exscripsit secundum codicem familiae B. 3) Adhibuit Genealogiam duc. Brab. ampliatam. 4) Fortasse non ex Historia (cf. SS. XIII), sed ex eodem fonte hausit. 5) Narratio de initiis abbatiae Aquicinctinae c. 57. fabulas Romanensium sapit et non digna est, quae hoc loco vulgetur. 6) 'L'estoire de Eracles empereur' in 'Recueil des Hist. des croisades, Hist. Occid.', t. II. Paris. 1859. Cf. Streit, De rerum transmarinarum qui G. T. excepisse fertur Gallico auctore. Gryphiswald. 1861.

Henrici Valentianensis in auxilium traxit. Secundum Guillelmi Tyrii continuationem[1] *etiam historiam Henrici VI, Ottonis, Frederici II. enarrat. His addit de rebus gestis Philippi II. regis Francorum multa ex Rigordo et Guillelmo Armorico hausta. Post Guillelmum ad Vincentium rediit, quem presso pede de Ludovico VIII. et Ludovico IX, de Tartaris, aliis sequitur. Agmen denique claudit chronicon Primati, quod ab initio (a.* 1250*) usque ad finem (a.* 1278*) excerpsit. Ex hoc sumsit quaecumque de posterioribus temporibus Ludovici IX, de Manfredo, de Karolo Andegavensi, de Philippo III. praebet; sed adhibuit Latinam Primati recensionem, nunc quidem deperditam, quare nostrum ad corrigendam Iohannis Vigniacensis versionem*[2] *haud sine fructu evolvas. Ultimum capitulum Primati de Petro de la Brosse etiam finis est nostrae compilationis.*

Pauca re vera ex tanta historiarum mole restant, quae aliunde non nota digna sunt, quae hoc loco publici iuris fiant. Magni vero pretii sunt acta condemnationis eorum, qui Karolum comitem Flandrensem a. 1127. *occiderunt vel homicidas saltem adiuverunt. Haec acta finis Vitae Karoli auctore Waltero*[3] *fuisse videntur, quae alii scriptores negligentius omiserunt. Etiam auctorem quendam res Flandricas enarrantem ad manus noster habuit, quem frustra quaesivimus. Fortasse uberior Genealogiae Generosae recensio erat. Ex hoc nonnulla haud contemnenda de Theoderico Alsatico, de Balduino VI, de Ferrando aliisque affert. Versus finem operis pauca ex annalibus et notis historicis, ut in codicibus hic illic occurrunt, descripsit*[4]*; alia, non tamen multa, ipse composuisse videtur, e. gr. de Guillelmo Hollandiae comite, de Richardo et Rudolfo regibus Germanorum.*

Ab ipso auctore procul dubio etiam confectae sunt eae quae per librum dispersae leguntur genealogiae praecipuorum dominorum Lotharingiae et Franciae septentrionalis. Fundamentum his posuit noster Gisleberti genealogias, quas usque ad sua tempora, id est ad finem saeculi XIII, deducit. Et mirum profecto, quam accurate de familiis huius regionis instructus sit! Iure igitur quis coniiciat, ipsum iussum et edoctum ab aliquo Lotharingiae principe genealogias scribendas suscepisse. Nec difficile intellectu, illarum potissimum, quae cum Avennensibus necessitudine quadam coniunctae erant, familiarum rationem habitam esse. Quocum convenit, quod coaevus quidam, Engerrandus scilicet dominus de Cociaco, qui a. 1303. *ex hoc libro genealogias ad domum suam spectantes in proprium volumen ('Le livre du lignage de Couci') transscribendas curavit, expressis verbis testatur*[5]*, 'magnum illum chronicorum librum*

1) Exscripsit noster aliam recensionem continuationis Heraclii, de qua egi 'Neues Archiv' VI. 2) 'Chronique de Primat, traduite par Jean du Vignay', edidit Wailly, Rerum Gallicarum SS. XXIII, p. 1 sqq. De hac re sagaciter exposuit V. Cl. Brosien, 'Wilhelm von Nangis und Primat, Neues Archiv' IV, p. 462 sqq. 3) SS. XII, p. 560. 4) c. 236. 237. Haec prope ad Albricum accedunt; quem tamen non exscripsisse videtur, cum narratio modo aucta modo mutata sit. 5) A. Chesnius, qui librum Engerrandi ad manus habebat, ait ('Hist. généalogique de Luxembourg et de Limbourg' p. 96 sq.): *Mais le principal honneur, dont elle* (Felicitas de Broyes et Beaufort) *pouvoit se glorifier, est celuy que le livre du lignage de Coucy et de Dreux attribue à Baudouin d'Avennes son père, 'Qu'il fut li ungs des plus sages chevaliers de sens naturel, qui fust en son temps', bien que 'moult petit et menu'. Et au commencement de ce livre il est remarqué, que 'messire Enguerran, sires de Coucy, d'Oisy et de Montmirail, le fist extraire l'an mille trois cens et trois des originaux d'un grand livre de chroniques que le mesme Baudouin d'Avennes, sire de Beaumont, avoit, lequel parloit de toutes les anciennes lignées tant des roys comme des barons de France, et y fist accroistre selon ce que les lignages estoient depuis creez et multipliez'. Ce sont les chroniques que j'ay citées plusieurs fois sous le nom de Baudouin d'Avennes.* Cum hoc concordant, quae V. Ill. Kervyn de Lettenhove ex 'prologo' Engerrandi promulgavit ('Chroniques de Flandre Introduction' p. 19): *Ce livre icy parle du lignage de Coucy, de Dreux, de Bourbon et du lignage de Courtenay; et le feist messire Enguerrand, sires de Coucy, d'Oysy et de Montmiral, extraire des originaux d'un*

originalem, ex quo ipse genealogias excerpi fecerit, apud Balduinum comitem Avennensem, filium Burchardi comitis Avennensis et Margaretae comitissae Flandriae et Hanoniae, fuisse, qui quamvis corpore parvus tamen eruditione inter omnes illius temporis milites excelluerit'. Hunc ergo Balduinum opus conscribendum vel, ni totum opus, genealogias tamen, quod magis credam[1], *illi inserendas curasse atque scriptori materiam suppeditasse, cur negemus, non video. Econtra Balduinum ipsum, ut quidam volunt, scriptorem fuisse, neque ex verbis Engerrandi concludendum neque veri simile est. Accedit, quod in vetustioribus codicibus nullum auctoris nomen invenitur. Ei tantum qui versionem Latinam*[2] *vel chronicon in brevius redactum et rursus aliunde ampliatum*[3] *exhibent quique saeculi XIV. vel posterioris temporis sunt, nomen Balduini praebent.*

Alii putarunt[4], *chronicon curante Balduino VI. comite Hanoniae et Flandriae collectum et postea continuatum esse, hoc Iacobi de Guisia*[5] *testimonium secuti:* His temporibus *(c. a.* 1200*)* Balduinus Hannonie atque Flandrie comes, a magnis suarum patriarum clericis inductus, fecit historias a mundi creatione abbreviatas usque ad tempora sua sub brevi epilogatione recolligi atque conscribi, et specialiter historias, que tangere videbantur patrias atque genealogias, a quibus ipse derivari credebatur, de quibus nonnullas in precedentibus huic operi annotavi; quas in Gallicano idiomate redegi fecit, que ab ipso historie Balduini nuncupabantur. *Sed priorem operis partem longe post Balduinum VI. compositam esse, ex eo concludendum est, quod noster Vincentium iam cognovit. Genealogiae vero usque ad a. circiter* 1200. *descendentes nil nisi Gislebertanae sunt in Gallicum versae; earum continuationes autem post a.* 1200. *in hoc chronico primum conscriptas esse, satis constat. Exstant enim duae libri recensiones, ex quibus clarius intelligi potest, auctorem genealogias Gisleberti primum continuasse posteaque rursus correxisse et ampliasse. Iacobus de Guisia denique partim nostrum exscripsit*[6], *partim auctorem secutus est, quem 'Balduinum et Almericum' nominat*[7] *quique certe longe post a.* 1200. *scripsit. Hausit enim et ipse ex Gisleberto*[8] *et valde fabulosus est; de quo fusius egi 'Neues Archiv' VI.*

Tempus, quando liber compositus sit, satis accurate circumscribi potest. Finivit auctor priorem recensionem inter a. 1278. *et* 1281, *cum Primati historiam ante oculos haberet et mortem Henrici VII. comitis Lucemburgensis, qui a.* 1281. *evenit, iam non cognoscere videatur*[9]. *Alteram recensionem, quam ut genealogias ampliaret suscepit, certe ante mortem Iohannis III. comitis Suessio-*

grant livre de croniques que messire Baudouin d'Avesnes, jadis sire de Beaumont, avoit, lequel livre parloit de toutes les anciennes lignées tant des roys comme des barons de France; mais ly sires de Coucy dessusdis a prins seulement et faict extraire des originaux les quatre lignées dessusdites et faict accroistre selon ce que les lignages estoient depuis creus et multipliés, et feist ce livret escrire l'an de l'incarnation Nostre-Seigneur Iésus-Crist 1303 *ou mois de May, auquel livre il faict mention de plusieurs, dont ne parle point ou grant livre monseigneur Baudouyn d'Avesnes; car ils n'estoient point encore nés.* Ex ultimis verbis V. Ill. Kervyn concludit, ipsum Balduinum scriptorem fuisse; sed eodem modo quo dictum est *il faict mention* (scil. Engerrandus), quamquam librum per alium excerpi fecit et ipse non nisi materiam suppeditavit, etiam de Balduino *dont ne parle point . . Baudouyn* dictum esse mihi videtur. Accedit, quod non patet, quisnam hunc prologum scripserit.

1) Ex capitulorum amplitudine intelligitur, genealogias postea additas esse. 2) Vide infra C. In secundo huius familiae codice opus 'magistro' Balduino de Avennis adscribitur, quod amanuensis errorem fuisse patet. 3) Vide infra D. 4) Cf. 'Hist. littéraire de la France' XXI, p. 757 sq. 5) ed. Fortia XIII, p. 244 sq. 6) E. gr. XI, p. 178 (ex communi historia Hasnoniensi); XI, p. 208—220. Hic nostrum ex 'Balduino et Almerico' ampliat. 7) E. gr. IX, p. 360—382; XI, p. 2—16. et saepius. Cf. Wilmans, 'Archiv' IX, p. 371. 8) Iacobum ex communi fonte cum Gisleberto hausisse, scilicet ex 'Historiis Balduini', ut V. Ill. Kervyn, Introd. p. 7, vult, nullum est vestigium. 9) Vide infra versus finem c. 128.

nensis (a. 1284*) conscripsit*[1]. *Cum hoc concordat, quod Balduinus comes Avennensis, quo iubente opus confectum esse videtur, demum a.* 1289. *obiit*[2].

A. Priorem recensionem servaverunt:

1) *Codex* ***Parisiensis*** *nr.* 17264, *olim Sancti Germani nr.* 660, *membr. in folio maximo (foll.* 410*), una manu saeculi XIII. XIV. elegantissime exaratus. Litterae initiales splendide exornatae sunt. Chronico antecedit tabula capitulorum; sed in textu etiam capitula semper rubro colore adnotata sunt. Orthographia verborum proxime accedit ad dialectum Artesiensem, quam ultra fines Artesiae usque in Hanoniam propagatam fuisse constat*[3]. *Eadem scribendi ratio in chartis publicis regionis Valentianensis reperitur*[4]; *sed, ut in omnibus illius temporis scriptis, formae valde variant. Legitur e. gr.* apres *et* apries, que *et* ke, pieche *et* piece, aisnes *et* ainsnes, apostoile *et* apostole, prist *et* print, mariage *et* mariaige, fu *et* fut, fius *et* fil *etc.*[5]

2) ***Parisiensis*** *nr.* 2801, *olim Colbert. nr.* 8380. 3. 3, *chart. in fol. saec. XV. Continet non nisi ultimam operis partem inde a cap.* 172. *usque ad finem. Satis negligenter descriptus est; narratio et rubra capitulorum nonnumquam proprio periculo ab amanuensi mutata sunt.*

3) ***Monacensis*** *inter Gallicos nr.* 52, *chart. in fol. saec. XV, qui et ipse ultimam partem praebet. Hic et cod.* 2. *ex eodem fonte fluxerunt, qui tamen non cod.* 1. *erat, quare ex his, si cum B concordant, illum corrigere licet.*

B. Posteriorem chronici formam praebent:

1) *Codex* ***Parisiensis*** *nr.* 15460, *olim Sancti Germani nr.* 84, *membr. in fol. maximo (foll.* 346*), una manu saeculi XIV. exaratus. Ascendit usque ad Tiberium, sed etiam ad anteriora lectores primis verbis revocat:* Nous vous avons dit devant ke li empereres Tyberius envoya Pylate en Judee. En ce tans avoit en Judee 3 manieres de gens *etc. Finis cum A* 1 *concordat. Genealogiae, ut iam supra dixi, ampliatae sunt. Textus modo paullulum mutatus, ita ut longius a fontibus recedat, modo et ipse ampliatus est*[6]. *Attamen ipsum auctorem hanc recensionem confecisse, non solum ex tenore totius narrationis elucet, sed ex eo etiam, quod in priore recensione genealogias Avennensium, quas allaturus sit, laudat; quas postea nescio cur omissas in hac altera supplevit*[7]. — *Codex capitulis non distinctus est; sed auctor chronicon ita instituisse videtur, ut totum opus in tres libros divideret, quorum duos ultimos hic ante oculos habemus. Folia* 1. *et* 181. *eodem modo splendidissime auro et coloribus exornata sunt. Orthographia verborum paullo recentior est neque tam arcte cum dialectu Artesiensi cohaeret ac cod. A* 1.

2) *Codex* ***Tornacensis*** *non signatus, membr. in fol. saec. XV. in. (foll.* 246*), qui distinctionem capitulorum servavit. Initio concordat codici B* 1; *primum enim capitulum rubrum habet:* De 3 manieres de gens ki manoient en Judee. *Inde a cap.* 46 (De Cloevis le primier roi crestyen de Franche et ses oevres) *etiam cum cod. A* 1 *convenit. In medio codice (fol.* 104*) desunt capitula, quae in cod. A* 1 *numeris* 59—134. *signantur. Codicem Tornaci obiter tantum inspicere potui*[8], *cum praefectus bibliothecae neque in bibliotheca codicem lon-*

1) V. versus finem c. 85. 2) Cf. epitaphium ap. Outreman, 'Hist. de Valentiennes' (1639) p. 456; Kluit, Hist. Holl. II, p. 888. 3) Cf. Diez, 'Grammatik der Rom. Sprachen' (4. ed.) I, p. 127; Wailly, 'Ville-Hardouin' p. 522 ('éclaircissements sur la langue de Henri de Valenciennes'). 4) Cf. Devillers, 'Cartulaires du Hainaut' (1866) II, passim. 5) Codices Gallicos ipse contuli, Latinos (C) V. Cl. Arndt evolvit. 6) c. 241. 7) c. 128: *vous dirons nous cha avant, quant nous parlerons de la generation d'Avesnes.* Haec generatio in A omnino deest; in B iam huic loco antecedit. 8) Codicem bene descripsit Gachet, 'Les chroniques de Bauduin d'Avesnes (Compte rendu de la com. roy. d'hist. Brux. 1857. 2. sér.' tom. IX) p. 280 sqq.

gius evolvere concederet neque, quod promiserat, postea eum Berolinum transmitti urbis magistratus permitterent. Exemplum inter Belgas re vera inauditum!

Hanc secundam recensionem etiam is ante oculos habebat, qui codicem Bruxellensem *nr.* 9003, *membr. in fol. saec. XIV, confecit. Transscripsit chronicon, sed narrationem paullo decurtavit, paullo exornavit. Initio praemisit fabulosam Caesaris historiam*[1]*; econtra genealogias et plurima quae ad Lotharingiam spectant omisit, ea tantum quae res cruce signatorum illustrare videbantur servans*[2]*. Cum hoc codice concordat* Bruxellensis *nr.* 9271, *chart. in fol. saec. XV, qui titulum* 'Tresor des histoires' *et secundum B 1 chronicon in tres libros distinctum praebet, ex quibus non nisi secundus hoc volumine continetur*[3]*. Denique codex* Parisiensis *nr.* 7188, *chart. in fol. saec. XVI, praeter multa aliunde collecta etiam genealogias et pauca alia ex B 1 deprompta exhibet*[4].

C. Tertia operis forma est versio Latina genealogiarum ex chronico collectarum, quae decem circiter annis post, id est inter a. 1295. *et a.* 1307[5], *secundum recensionem B confecta est. Perperam nonnulli hanc versionem tanquam principalem chronici recensionem laudaverunt*[6]*. De qua re egi* 'Neues Archiv' *VI. Legitur una cum Albrico in codice*

1) Parisiensi *nr.* 4896 *A, membr. in fol. saec. XIV, sub rubro (fol.* 267 *—*273*):* Baldrici de Avesnis Ex chronicis Hainoniensibus. *Finis periit inde a medio capitulo* 25[7]. *Multo uberior est versio in codice*

2) Hannoverano *XIII,* 748, *membr. in fol. saec. XIV, ubi post Albricum fol.* 216—228'. *sub rubro:* Ex cronicis Haynoniensibus recollectis per magistrum Balduinum de Avennis *invenitur. Ex Hannoverano fluxit codex Gottingensis et duo Parisienses, de quibus egit V. Cl. Scheffer-Boichorst, SS. XXIII, p.* 671 *sqq.*

D. Chronicon initio saeculi XIV. ab aliis rursus abbreviatum et interpolatum ac saepius deinceps continuatum est. Ita novum fere opus ortum est, quod nomine Balduini comitis fertur: Che sont cronikes estraites et abregies des livres monseigneur Baudouin de Avesnes, fil jadis le contesse Marguerite de Flandres et de Hainau, qui fu moult saiges hons et en assambla de pluiseurs livres. *Invenitur in codicibus Bruxellensibus, Parisiensibus, Bernensi, Lugdunensi, quos hic enumerare longum est. De his disputavit V. Ill. Kervyn de Lettenhove in praefatione editionis p.* 27 *sqq.*

His subsidiis fultus editionem ita institui, ut fundamentum haberem A 1, *mendis eius in ultima parte ex A* 2. 3 *correctis. Codicis scripturae nihil addidi praeter apostrophos. Variam lectionem cod. B* 1 *infra adnotavi, neglectis tamen verborum discrepantiis. Graviores additiones cod. B* 1 *uncis inclusas adieci; si vero A* 1 *et B* 1 *nimis inter se differebant, utramque recensionem dedi. — Ea tantum quae ex fontibus ignotis fluxerunt quaeve auctor ipse composuit, exhibenda duxi*[8].

Chronicon a posterioribus saepius in auxilium vocatum est. Medio saeculo XIV. magnos centones exscripsit auctor chronici Flandriae Gallice conscripti[9]*, quod Iohannes Yperius rursus in Latinum vertit. Deinde Iacobus*

1) De hac cf. Gachet, l. l. p. 282 sqq. 2) Codex mutilatus desinit in quarta sacra expeditione. Cf. Kervyn de Lettenhove, l. l. p. 15. 3) Incipit: *Cy commenche la table du second livre du tresor des histoires*. Liber in 281 capitula divisus continet historiam ab Herodis tempore usque ad a. circiter 1131. 4) Cf. Paris, 'Les manuscrits français de la bibl. du roi' VI, p. 152. 5) Vide quae ex C adnotavi ad c. 85, p. 428. 6) Novissime Wauters, 'Le Hainaut pendant la guerre du comte Jean d'Avesnes contre la ville de Valenciennes (Compte rendu de la com. roy. d'hist. Brux. 1875. 4. sér.' tom. II) p. 304 sq. 7) ed. Le Roy p. 34 lin. 4 *(Cisneio)*. 8) Etiam fabulas Romanensium, quae in priore operis parte occurrunt, viris doctis Francogallis excutiendas et vulgandas reliqui. 9) ed. Kervyn l. l.

de Guisia nonnulla ex recensione A sumta usibus suis adaptavit. Saeculo XVII. nostrum diligentissime excerpserunt Chesnius[1], *Bouchetius*[2], *Vinchantius*[3]. *Fragmenta ad quartam sacram expeditionem spectantia ediderunt a.* 1828. *I. A. Buchon*[4], *a.* 1852. *De Mas-Latrie*[5], *a.* 1856. *Tafel et Thomas*[6], *a.* 1874. *Natalis de Wailly*[7]. *Idem vulgavit excerpta ex ultimis capitulis in Rer. Gallic. SS. XXI, p.* 159 *sqq. Multo plura imprimi fecit post editionem chronici Flandriae Gallice conscripti a.* 1879. *Kervyn de Lettenhove. Versionem Latinam ediderunt a.* 1666. *Dacherius*[8], *a.* 1693. *Iacobus baro Le Roy*[9]. *Ex hoc hauserunt Bouqueti continuatores XI, p.* 374 *sqq.; XVIII, p.* 34 *sqq.*

Berolini, m. Ianuario 1880. *Ioh. Heller.*

a) Merovecus *c.* b) *ita hoc loco c.* c) *fortasse* Vortigier *corrigendum.* d) *i. q.* adorer.

1) 'Hist. généalogique de Guisnes', pr. p. 298; 'Hist. de Chastillon' p. 89. 2) 'Hist. généal. de la maison de Courtenai' (Paris 1661), pr. p. 24. et 36. 3) 'Annales du Hainaut' (Brux. 1849). Vol. I. II. 4) 'Collection des chroniques nationales françaises'. Tom. III, p. 270–292 ('Fragment d'une ancienne chronique en dialecte Rouchy'). Hausit ex cod. Paris. nr. 10197. 2. 2. A. (familiae D). Cf. eiusdem 'Recherches sur la principauté de Morée' I, p. 505. 5) 'Hist. de l'île de Chypre sous le règne des princes de la maison de Lousignan' II, p. 49 sqq. 6) 'Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig' I (Fontes rer. Austr. sect. II, t. XII), p. 328—358 (ex cod. Monac. 52). 7) 'Geoffroi de Ville-Hardouin' p. 423 sqq. (ex cod. Paris. 17264). 8) VII, p. 584 sqq.; ed. alt. III, p. 286 sqq. 9) Chronicon Balduini Avennensis, toparchae Bellimontis. Cf. Leibnitii Access. hist. II, 2, p. 579 sqq. — De hoc chronico egerunt praeter iam supra laudatos Labbe, Nova Bibl. mss. (Paris 1653) p. 363 sqq. De Nelis, Prodromus p. 82. Wind, 'Bibl. d. Nederlandsche Geschiedschryvers' p. 37. Reiffenberg, 'Compte rendu de la com. roy. d'hist.' VI, p. 275. et 289; VII, p. 236. Gachet, ibid. '2. série', V, p. 255 sqq. Wilmans, 'Archiv' IX, p. 372. Streit, Commentationis de auctoribus quartae sacrae expeditionis historiam spectantibus epitome (Putbus. 1863), passim. Arndt in praefatione ad Gislebertum, SS. XXI, p. 490. Hantke, 'Die Chronik des Gislebert von Mons' p. 66 sqq. Schmiele, 'Robert der Friese' p. 19 sq.

30. De Carlon Martiel et les batailles k'il eut, et coument il toli les dimes, et se mort et le regne ses 2 fieus Karleman et Pepin.
31. Le mort Lyon et le regne Constentin son fil.
32. Le regne Pepin et ses batailles.
33. Le mort Pepin et le regne le grant roi Charlemaine.
34. Le mort Constentin et le regne Lyon et Hyrainne et Constentin son fil.
35. Le mort Constentin et le regne Nicheforum.
36. Pluiseurs batailles Carlemaine, et coument il fu empereres de Roume.
37. Coument Nicheforus envoia Hyraine en escil.
38. Le mort Nicheforus et le regne Mikaaut.
39. La bataille Carlon contre Agoulant et Jaumont et la bataille de Rainschevaus.
40. Le mort Carlemaine et le regne Loeys son fil et le regne Carlon le Kauve, fil Loeys.
41. Coument li regnes d'Engletiere fu partis en 4 parties.
42. De Bauduin Coste-Fieree conte de Flandres.
43. La mort Carlon le Kauve et le regne Loeys son fil et sa mort et le regne Carlon le Simple.
44. La mort Carlon le Simple et le regne Raoul et sa mort et le regne Loeys.
45. De Loeys, Carlon, Jernoul, Loeys, Conrart, Henri et Othon empereurs de Roume.
46. Coument Loeys li rois de Franche vaut avoir Normandie.

47. La mort Loeys et le regne Lohier et d'Isembart.

. . . .

Gen. c. B Charles, li freres au roy Lohier, ot 2 filles; l'une ot non Ermengars et l'autre Gerberge. De Ermengart issi Aubers li quens de Namur. Cil[a] Aubers engenra Aubert, qui apries lui fu quens de Namur, et Henri, qui fu quens de Durbuis. Li secons Aubers engenra Godefroit et Henri, qui fu quens de la Roche. Cil Henris ot une fille qui ot non Mehaus. Gisl. 512 Celle ot dou signour de Wallecourt Weri de Walecourt et Beatris, qui fu feme Winant le signour de Hufalise[1]; et quant li sires de Walecourt fu mors, Mehaus prist Nicholon d'Avesnes. Si ot de lui Jakemon d'Avesnes et Mehaut, qui fu feme le chastelain de Saint-Omer. Gen. c. B Godefrois quens de Namur, aisnes freres le conte Henri de la Roche, engenra Henri et Aelis, qui fu dounee au conte Bauduin de Haynau; de cui elle ot Bauduin qui apries son pere tint la conte de Haynau. Cil Bauduins prist a feme Margherite, fille Thierri conte de Flandres; de la quele il engenra Bauduin, qui puis fu empereres de Constantinoble, et Phelippe et Henri et 3 filles. L'une[2] fu mariee au roi Phelippe de Franche qui ot de li Loeys, qui tint le roiaume apries son pere; l'autre[3] fu dounee au signour[4] de Biauju[5]; la tierche[6] ot li quens[b] Pieres d'Auchoirre[7]. Gerbierge, l'autre fille Charlon, frere le roi Lohier, fu mere Henri le viel de Brouxiele. Cil Henris engenra Henri, Lambiert et Mehaut. Cele Mehaus ot dou conte Wistasse de Bouloigne[c] Wistasse et Lambert. Cil Wistasses ot de Ydain, fille Godefroit [duc[d] de Loherainne, Godefroit], qui puis fu rois de Jherusalem, et Bauduin et Wistasse. Wistasses engenra de Marie, fille le roi d'Escoche, Mehaut. Mehaus engenra de Estievenon, fil Estievenon conte de Blois, Marie. Cele Marie se rendi et fu puis abbeesse, et pour chou ke li hoir defaillirent en Boulenois, Maihius, freres le conte Phelippe, prist a feme cele abbeesse et tint la conte de Boulenois tant ke il ot de la dame 2 filles, et puis le remist en s'abbeie . . . .
. . . .

48. La mort Lohier et le regne Loeys et de pluiseurs rois d'Engletiere.
49. La mort Loeys et le regne Carlon et coument Hues Capes se fist courouner et le mort pape Gierbiert.
50. La mort Carlon et le mort Huon Capet et le regne Robiert son fil.
51. La mort Robiert roi de Franche et le regne Henri son fil.
52. La mort Othon et le regne Othon son fil et se mort et le regne Othon le tierch et se mort et le regne Conrat.
53. De Robiert et de Guillaume dus de Normendie.
54. Le mort Conut et le regne Haraut et sa mort et le regne Hardekenut et Edouart.
55. Le mort Henri roi de Franche et le regne Phelippon son fil.

56. De la contesse Rikaut de Mons et de pluiseurs contes de Hainau et de Mons.

Gisl. 501. Si[8] vous dirons de la contesse Richaut de Mons et de[e] Bauduin son fil qui encore[f] estoit asses jouenes. Bauduins[g] prist a feme Yde, la serour le conte Lambert de Louvaing, qui[h] moult fu bonne dame[i]. Cil[k] ib. 495 Bauduins et la contesse Richaus sa mere edefiierent l'abbeie de Saint-Denis-en-Brokeroie et leur dounerent cele ville meismes et pluiseurs autres teneures [en[l] bos et en terres]. Apries chou que la contesse Richaus ot bien maintenu la terre et vighereusement[m], elle morut l'an de l'incarnation nostre Signour 1086.

a) Cil — Namur *des. B.* b) grans *B.* c) Bourgoigne *B.* d) d. d. L. G. *des. A.* e) dou conte B *B.* f) est. enc. *B.* g) Cil quens B. *B.* h) Elle f. m. *B.* i) et de bonne vie *add. B.* k) La contesse Richaus et B. ses filz edefyerent *B.* l) *des. A.* m) viguereusement, une grief maladie la print, dont elle m.; ce fut l'an *B.*

1) Houffalize ad fl. Ourthe. 2) Isabella. 3) Sibilla. 4) Guichardo. 5) Beaujeu prope Macon. 6) Iolantha. 7) Auxerre. 8) Sequentia rursus in Latinum vertit et ex 'Balduino et Almerico' ampliavit Iacobus de Guisia l. XVI, c. 7—11, ed. Fortia XI, p. 208 sqq.

Li quens Bauduins ses fius ot de la contesse Yde sa feme 2 fius et trois filles[1]. Li aisnes des fius ot non Bauduins et li autres Ernouls Gisl. 501.

Pour chou que nous volons que vous saichies la generation ki issi de la contesse Richaut de Mons et dou conte Bauduin son fil, nous vous nommerons grant partie de chiaus qui en descendirent . . . .

Wistasses li valles, li fiex Wistasse le viel[2], prist a feme Berte, la[a] fille monsigneur Rasson de Gavre. Chel avoit mesires Rasses eue de madame Doumison de Cyrve sa[b] feme. Wistasses[c] ot de li[d] un fil qui ot non Wistasses Kanives et une fille qui ot non Beatrix. ib. 505

[Apres[e] la mort Wistasse le vallet Wistasses Kanives tint son heritaige. Il print a femme la fille monseignour Bauduin de Mortaingne[3], qui estoit chastelains de Tournai. Il ot de li un fil et une fille. Li filz ot non Wistasses. Cil Wistasses tint la terre du Rues et de Morlanwes apres la mort son pere. Il prist a femme la fille monseignour Gillon[f] de Trit; elle fut suer monseignour Thieri de Bevre de par sa mere. Apres la mort monseigneur Gillon de Trit la dame[4] print le seignour Thieri de Bevre. Messires Wistasses ot de sa femme 6 filz et 2 filles. Li ainsnes des filz ot non Wistasses Kanives. Li secons ot non Gilles; on l'apeloit en bachelois Rigaut. Li tiers filz monseignour Wistasses ot non Thieris. Li quars et li quins furent clerc, et li 6[me] ot non Ernouss. Li une des fille monseignour Wistasses fut mariee au chastelain de Gant. Li autre fut mariee a monseignour Bauduin de Peruwes[5] qui siet deles Condet.

Or dirons d'Ustasse Kanivet et de ses freres. Wistasses Kanives print a femme la fille monseigneur Gillon de Trasignies[6]. Si ot de li un fil et une fille. Li autres freres Eustasse Kanivet, qui avoit non Gilles Rigaus, prist a femme la fille monseignour Fastre de Ligne qui n'avoit plus d'oirs. Pour ce tint il la terre de Monstruel de par sa femme. Li tiers freres Kanivet, qui avoit non Thieris, prist a femme la fille monseignour Jehan de Vannes[7]. Apres se rendi messires Jehans aus freres Menours. Si demora sa terre a sa fille et a monseignour Thieri.

Nous vous avons dit de monseignour Wistasse dou Rues le quart de ce non et de ses filz et de ses filles; or vous dirons de sa serour. Elle fut mariee a monseignour Jaikemon de Bailluel. Messires Jakemes ot de li un fil et 2 filles. Li filz ot non Nicholes. Cis Nicholes tint la terre de Bailleul apres la mort son pere; il print a femme la fille monseignour Guillemme de Keu[8] qui n'avoit plus d'oirs, et pour ceu tint il la terre de Karenci[9] et de Villers-le-Facon[10] apres la mort monseignour Guillemme de Keu. Messires Nicholes ot de sa femme pluseurs filz et filles. Li ainsnes de ses filz moru jones valles, et li autres filz print a femme la fille le seignour de Roinsoit[11]. Li une des filles monseignour Nicholon fut mariee a monseignour Thierri de Bevre, et l'autre fille fut mariee a l'ainsnet fil[12] monseigneur Gerart de Gauche[13].]

Nous vous avons dit de chiaus qui issirent de Ernoul, le fil au conte Bauduin, le fil Richaut; or vous dirons de chiaus qui issirent des trois filles Bauduin[g], le fil Richaut. Li aisnee ot non Yde. Cele fu mariee a monsigneur Thumas de Marle. Messires Thumas ot de li une fille qui ot non Yde. Cele fu mariee a monsigneur Alart de Cysmai[h], que on apieloit en sournon Poliere. Cil Alars estoit pers dou chastiel de Mons. Il ot de Yde sa feme un fil qui ot non Gilles, qui apries lui tint sa terre. Quant mesires Alars de Cysmay fu mors, Yde sa feme reprist a mari un haut houme qui avoit non mesires Bernars d'Orbais; qui[i] ot de li 1 fil qui ot non Engerraus d'Orbais. Li autre fille le conte Bauduin, le fil Richaut, ot non Richaus. Cele fu mariee au conte de Monfort en Franche, et apries la mort le conte de Monfort la dame se rendi en l'abbeie de Maubuege. La tierche fille le conte Bauduin de Haynau, le fil Richaut, ot non Aelis. Cele fu mariee a monsigneur Huon signeur de Rumegni. Mesires Hues ot de li un fil et 6 filles Li fius ot non Nicholes. Cil Nicholes tint apries son pere la terre de Rumegni et cheli de Florines. L'une des 6 filles monsigneur Huon de Rumegni ot non Richaus. Cele fu mariee au signeur de Kons[k]. Li sire de Kons ot de li un fil qui ot non Gilles La seconde fille monsigneur Huon de Rumegni ot non Beatrix. Cele fu mariee a un riche houme de Haynau qui ib. 506 ib. 505 ib. 506.

a) celle avoit este *B.* b) s. f. *des. B.* c) li valles *add. B.* d) de Bierte sa femme *B.* e) *sequentia uncis inclusa addit B.* f) Gilon *corr.* Gillon *c.* g) le conte B. *B.* h) Chymai *B semper.* i) qui — d'Orbais *des. B.* k) *ita codd.;* Cuus *Gisl.*

1) *filias duas* Gislebertus, sed cf. p. 505, ubi tres indicat. 2) *senioris de Ruez* (Roeulx) Gisl. 3) Mortagne, arrond. Valenciennes. 4) scilicet mater laudati Theoderici II, quae post Aegidium nupsit Theoderico I. 5) Peruwelz. 6) Trazegnies, arrond. Charleroi. 7) arrond. Toul. 8) Cayeux, arrond. Abbeville. 9) Carency, arrond. Arras. 10) Villers-Faucon, arrond. Péronne. 11) Rousoy, arrond. Péronne. 12) Gerardo. 13) Jauche, arrond. Nivelles. Hic Gerardus occurrit in charta Gallice scripta a. 1243, quam affert Miraeus, Not. eccl. Belg. p. 630.

Gisl. 506. avoit non mesires Gossuins de Mons. Il[a] estoit de grant poissanche en la conte: il tenoit la partie[b] de Mons et la partie[b] de Valenchienes et la partie[c] de Biaumont[1].

A.

Messires Gossuins avoit un frere qui avoit non Nicholes. Cil Nicholes fu clers et puis fu vesques de Chambrai. Mesires Gossuins de Mons ot de Beatrix sa femme un fil et 6 filles. Li fius ot non Gossuins. L'une des filles qui ot non Yde fu mariee a monsigneur Soihier signeur d'Enghien; et apries la mort monsigneur Sohier d'Enghien reprist elle a mari monsigneur Renier de Jauche; et apries la mort monsigneur Renier de Jauche reprist elle a mari un vaillant chevalier qui ot non mesires Bauduins le Karon.

B.

Or vous dirons qui cilz Gossuins fu. Il ot a Chaumont un conte qui ot non Reniers. Il print une haute dame a femme qui ot a non madame Ermentrus de Mons. Li quens Reniers ot de celle dame une fille qui ot non Ermengars. Elle fut mariee a un riche homme que on apeloit monseigneur Gossuin de Mons. Cil Gossuins et Ermengars sa femme estorerent l'eglyse Nostre-Dame d'Aimmeries[2] et leur donnerent grans possessions. Il orent pluseurs enfans. Li ainsnes de leur filz ot non Ysaas. Cil Ysaas tint la terre monsire Gossuin apres sa mort. Il se maria a une haute dame. Si ot de li deus filz. Li ainsnes ot non Gossuins et li autres Nicholes. ib. 506. Cil Nicholes fut clers, et puis fut il evesques de Cambrai. Mesires Gossuins, li filz Ysaac, fut filz Gossuins, de cui nous avons parle dessus, qui print a femme Beatris, fille monseignour Huon de Rumigni. Il ot de li un fil et 6 filles. Li filz ot non Gossuins. Il morut jones devant son pere. L'une des 6 filles monseigneur Gossuin qui ot non Yde fut mariee a monseigneur Sohier d'Enghien, et apres la mort monseignour Sohier d'Enghien Yde sa femme reprist a mari monseigneur Reniers de Gauche Elle ot de monseigneur Renier 3 filz. Li ainsnes ot non Girars, qui tint la terre de Gauche apres son pere. Li secons filz monseigneur Renier ot non Henris. Cil Henris demoura clers, et puis fut il archediacres de la grant esglise de Liege. Li tiers filz monseignour Renier ot non Gossuins. Apres ces choses moru messire Gossuins de Mons. Si eschei sa terre a ses filles, par quoi messire Reniers de Gauche tint la parie de Mons et la plus grant partie de la terre de par sa femme, qui estoit ainsnee. Apres moru messires Reniers, et Yde sa femme reprint a mari monseigneur Bauduins le Karon. Apres la mort monseigneur Renier de Gauche messires Girars, ses ainsnes filz, saisi sa terre. Si prist a femme une dame, de cui il ot 2 filz; li ainsnes ot non Reniers et li autres Gerars. Cilz Girars print a femme . . . . .[c] Si ot de li 2 filz; li ainsnes ot non Gerars et li autres Reniers. Quant messires Reniers de Gauche leur peres fut mors, messires Gerars li ainsnes tint la terre de Gauche, et messires Reniers, ses mainsnes freres, tint la terre de Sasignies[3] en parson de terre. Il print a femme l'ainsnee fille le chastelain de Mons. Si ot de li un fil qui ot non Gerars. Messires Gerars de Gauche ses freres print a femme Bierte, la fille monseignour Goubert de Bruel. Si ot de li 3 filz et aucunes filles. Li ainsnes de ses filz ot non Gerars. Cil tint la terre de Gauche apres la mort son pere. Li secons filz monseignour Gerart ot non Guillemme. Il tint en parson la terre de Gomignies[4]. Il print a femme la fille le seigneur de Wasiers. Si ot de li un fil et une fille. Li filz ot non Guillemme. Je vous ai dit du secon fil monseignour Girart de Gauche; or vous dirons de monseignour Girart, l'ainsne fil monseignour Gerart de Gauche. Car li tiers filz qui ot non Jebans moru sans hoir de sa char. Messires Gerars prist a femme l'ainsnee fille monseignour Jehan d'Aunoit deles Valenciennes. Il ot de li pluseurs filz et filles. Li ainsnes de ses filz ot non Gerars. Il print a femme la fille monseignour Nicholon de Bailluel. Nous vous avons dit des ancisseurs monseignour Gossuin de Mons et de sa premiere fille; or vous dirons des autres.

a) Cil *B*. b) parrie *B*; paritia *Gisl.* c) *in codice nulla lacuna; sed nomen mulieris omissum esse, patet.*

1) Haec falsissime ex Latino in Gallicum versa sunt. Constat etiam, neque Valentianum neque Bellummontem inter duodecim parias Hanoniae fuisse. Cf. Miraei Notit. eccl. Belg. p. 392. 2) Haimeries ad fl. Sambre. 3) Sassegnies, arrond. Avesnes. 4) Gommegnies prope Quénoy.

La seconde fille monsigneur Gossuin de[a] Mons ot a[b] non Mehaus. Cele fu mariee a monsigneur Watier de Ligne, et apries la mort monsigneur[c] Watier de Ligne reprist elle a mari monsigneur Watier de Fontainnes. La tierche fille monsigneur Gossuin de[a] Mons ot non Aelys. Cheli[d] prist a femme mesires Rogiers de Condet. La quarte fille monsigneur Gossuin de[a] Mons ot a non Ruesse. Cele fu mariee a monsigneur Estievenon de Denaing. La quinte fille monsigneur Gossuin de[a] Mons ot a[b] non Beatrix. Cele fu mariee a monsigneur Baudri[e] de Roysin. La sisime fille monsigneur Gossuin de Mons ot a[b] non Agnes. Cele fu mariee a monsigneur Huon signeur d'Espinoit et d'Antoing

Quant[f] mesires Gossuins de Mons fu mors, sa terre eschai a monsigneur Gossuin son fil Mais cil Gossuins morut sans hoir de son cors Pour chou eschai la plus grant partie de sa terre et des parries a monsigneur Renier de Jauche, qui encore vivoit en chelui tans, et avoit un fil de sa feme Ydain ki avoit a non Gerars, qui tint la terre de Jauche apries la mort monsigneur Renier son pere. Et la dame se remaria a monsigneur Baudoin le Karon, si coume nous avons dit desus.

Nous vous avons dit de chiaus qui issirent de monsigneur Gossuin de Mons et de Beatrix, la seconde fille monsigneur Huon de Rumegni; or vous dirons de la tierche fille monsigneur Huon de Rumegni qui ot non Aelys apries sa mere. Cele fu dounee en mariage au signeur [doug Tour. La quarte fille monsignour Huon de Rumegni fu mariee au signour] de[h] Thyri en[h] Retelois[i], et apres la mort le signeur de[h] Thyri la dame se maria; si prist le signeur de Doucheri[k]. La quinte fille monsigneur Huon de Rumegni fu mariee au signeur de Baleham en Retelois. La sisime fille monsigneur Huon de Rumegni fu mariee a Ysaach qui estoit sires de Barbenchon, qui ot de li un fil qui fu apieles Nicholes. Cil Nicholes tint la terre de Barbenchon apries la mort Ysaach son pere.

Nous vous avons dit des 6 filles monsigneur Huon de Rumegni; or vous dirons de Nicholon son fil. Quant mesires Hues fu mors, mesires Nicholes ses fius tint la terre de Rumegni et la terre de Florines. Cil Nicholes prist a feme madame Doumison de Chyrve[1] apries la mort monsigneur Rasson de Gavre, qui l'avoit eue a feme. Cele dame tenoit Chyrve en aluet et grant terre entour. Il ot de li 2 fius; Nicholes li aisnes tint Rumegni, li[l] autres qui ot non Hues tint Florines. Cil[2] fu de moult grant vaillance. Encore ot Nicholes de madame Doumison pluiseurs filles. L'une qui ot non Juliane ot Renaus de Roussoi, qui ot de li un fil qui ot non Rogiers. L'autre fille Nicholon qui ot non Climenche ot Gerart de Halut. La tierche fille qui ot non Yoleus ot Henris de Hierge avoues de Hasbaing. Quant mesire Nicholes de Rumegni fu mors, Nicholes ses fius tint Rumegni. Il prist a feme Mehaut, fille monsigneur Jake d'Avesnes. Il ot de li 3 fius, li ainsnes ot non Nicholes, li secons Hues et li tiers Jakes. . . .

. . . .

. . . .

57. Coument Anchins fu estoree.
58. La mort Mikaau et Lyon et Mikaut et Theophilum et pluiseurs empereours de Constantinoble.
59. Coument li patriarches de Jherusalem parla a Pieron li ermite.
60. Coument Pieres li hiermites vint a l'apostole Urbain.
61. Le response le pape Urbain a Pieron li ermite.
62. Coument Hues li mainnes se croisa et pluiseur baron.
63. Le meute Gautier Sans-avoir[m] et pluiseurs autres.
64. Le meute Pieron li ermite.
65. Le meute Godescal.
66. Le meute Godefroit de Buillon et ses freres et pluiseurs autres barons.
67. De Buiemont prince de Tarente et Tangre son neveu.
68. Coument Robiers li quens de Flandres mut de Tarente pour aler en Constantinoble et dou conte de Toulouse.
69. Coument li dus Robiers de Normendie et si compaignon alerent en Constantinoble.
70. Coument li femme Solimant fu prise et si enfant, et la cites de Nike rendue.
71. Coument li baron se partirent de Nike et se combatirent a Solimant.
72. Coument Bauduins, li freres le duc Godefroi, et autre baron se partirent de l'ost.
73. Coument Bauduins acata Samosasse et les ostages de Rohais.
74. Coument li dus Godefrois et li baron assisent Anthioce.
75. La bataille des crestiens contre chiaus de Halape.
76. Coument li dus Godefrois caupa le Turc parmi le nonbril et en orta les barons a bataille.
77. Coument li quens Estievenes de Cartres et de Blois se parti de l'ost.
78. Coument Corbadas assist Rohais et apries ala viers Anthioce.
79. Coument Anthioce fu prise.
80. Coument Corbadas assist Anthioce.
81. Coument Pieres li hiermites fu envoies a Corbadas.
82. Coument Corbadas respondi a Pieron li ermite.
83. Coument li crestiien ordenerent leur batailles.
84. Coument chil dou dougnon d'Anthioce se rendirent.

a) d. M. *des. B.* b) *deest B.* c) monsire *B.* d) Chelle *B.* e) Bauduin *B.* f) Quant — avons dit desus *des. B* g) dou — signour *des. A.* h) de *B.* i) Recelois *A, sed vid. infra l.* 18. k) Donceri *B.* l) et li *B.* m) sans savoir *c*

1) Chièvres. De hac Doumisonia Iacobus de Guisia, l. l. p. 220 sqq., 226 sqq., plura aliunde hausta affert.
2) Hoc apud Gislebertum de Nicolao dictum est.

85. Coument li quens Bauduins fu pierdus ou message, et de ses hoirs.

. . . .

Nous vous avons dit desus de Ernoul son frere et de ses 3 serours et de chiaus qui d'iaus issirent; or vous dirons de cestui Bauduin le secont de cest non apries Richaut. Gisl. 506 Il prist a feme Yolent, fille le conte de Ghelre. Si ot de li 2 fius et 2 filles. Li aisnes des fius ot non Bauduins et li autres Gerars. L'aisnee des filles fu mariee au signeur de Toegni, de cui ot 4 fius. Li aisnes ot non Raous. Cil Raous ot puis un fil qui ot non Rogiers. Li secons fius le signour de Toegni ot non Rogiers. Li tiers fius le signeur de Toegni ot non Bauduins. Li quars fius le signeur de Toegni ot non Gaufrois[a]. La seconde fille le conte Bauduin, le secont de cest non apries Richaut, fu mariee au chastelain de Tournai, qui ot de li un fil qui ot non Evrars Radous. Cil Evrars fu vaillans chevaliers. Il prist a feme la serour monsigneur Robiert de Bethune, qui estoit avoes d'Arras. Il ot de li une fille ki ot non Richaus. Cele Richaus fu puis mariee a monsigneur Gillebert d'Audenarde et li douna avoec[b] li la terre de Fiegnies[1] dales Maubuege[2], qui li estoit eskeue de par sa mere, cui li quens Bauduins l'avoit dounee en mariage[3]. Mesires Gillebers ot un fil de Richaut qui ot non Ernous. Et quant mesires Ghillebers fu mors, madame Richaus reprist a mari monsigneur Watier de Sotenghien. ib. 507. Evrars Radous, au vivant sa premiere feme, espousa la mere Counain et Jehan et Raoul, qui tenoient la conte de Soissons et la signourie de Neele et le[c] chastelerie de Bruges. Si ot de li un fil qui ot non Bauduins, qui apries lui tint la signourie de Mortaigne[4] et le[c] chastellerie de Tournai. Cil Bauduins de Mortaigne ot puis a feme la fille le senescal[5] de Flandres. Cele ot a non Edyars[d]. Il ot de li un fil qui ot non Evrars Radous apries son taion. Cil Evrars Radous ot a feme la fille monsigneur Englebert de Enghien, ke mesires Englebers avoit eue de madame Adelvie[e], qui fu fille monsigneur Jakemon d'Avesnes. Si ot de li un fil qui ot non Ernous. Quant la dame fu morte, Evrars[f] Radous reprist a feme l'oir de Niviele[6] dales Gant. Si ot de li 2[g] fius. Li aisnes ot non Radous* et li autres Rogiers. Quant Evrars Radous fu mors, Ernous ses aisnes fius ot la terre de Mortaigne. Il prist a feme Yolent, fille monsigneur Thumas de Couchi[7] signour de Vrevin[8]. Si ot de li pluisours fius. Li aisnes ot non Jehans. Cil tint la terre de Mortaigne apries son pere. Il prist a feme Marie, fille monsigneur Wistasse de Scouflans[h]. Si ot de li une fille. Li secons fius monsigneur Ernoul ot non Thumas. Cil ot a feme Marie[i], la fille monsigneur Gillion le Brun connestable de Franche. Si ot de li fius et filles. Li tiers fius monsigneur Ernoul de Mortaigne ot non Radous, qui morut em[k] Puille. Li quars fius ot non Ernous, qui fu clers. Li ciunkismes ot non Willaumes et li sisimes Bauduins. L'aisnee fille monsigneur Ernoul de Mortaigne qui ot non Mehaus ot a feme Jehans chastelains de Lisle, qui ot de li pluiseurs fius et 2 filles. Li aisnes de ses fius ot non Jehans, qui tint la chastelerie de Lisle apries son pere. Il prist a feme la fille monsigneur Symon de Neele[9]. La seconde fille monsigneur Ernoul de Mortaigne qui ot non Ysabiaus fu mariee a monsigneur Ernoul de Diestre, qui ot de li pluisours fius et filles. La tierche fille monsigneur Ernoul de Mortaigne qui ot non Marie fu mariee a monsigneur Jehan Bertaut signour de Gramines[10], qui ot de li pluisours fius et filles.

Nous vous avons dit de chiaus qui issirent de monsigneur Ernoul de Mortaigne, aisnet fil monsigneur Radoul; or vous dirons des 2[l] autres qui furent dou secont mariage. Mesires Radous li aisnes prist a feme la fille monsigneur Willaume de Bethune signour de Ponroart[m] qui ot non Jehane. Si ot de li pluisours fius et filles. Li autres fius monsigneur Evrart Radoul qui ot non Rogiers prist a feme l'oir de Senefle, ki avoit este feme monsigneur Watier de Brainne. Si ot de li 2 fius. Li aisnes des fius ot non Jehans et li autres Robiers. . . . .

. . . .

ib. 508 Quant li quens Godefrois de Namur fu mors[11], Henris ses fius tint la conte de Namur et cheli de Lusebourch. Cil quens Henris enpira moult de sa[n] veue viers la fin, par coi il fu apieles de pluisours li quens avules. Quant il ot grant[o] tans este avoec sa feme et il vit que il n'en avoit nul hoir, il fist couvenanche au conte Bauduin de Haynau, qui avoit sa suer, en tel maniere que li quens Bauduins aquist chou ke les 2 serours sa feme avoient de aluet en la conte de Namur, et il le douna au conte

*) Micheus qui moru iones *B.*

a) Godefrois *B.* b) a. li *des. B.* c) la *B.* d) Hediars *B.* e) Adeline *B.* f) Gurars *B.* g) 3 *B.* h) descouflans *A*; de Conflans *B.* *Cf. infra p.* 433. *lin.* 11. i) *deest B.* k) en *B.* l) autres 2 *B.* m) Pontroart *B.* n) la *B.* o) este gr. t. *B*

1) Feignies. 2) Maubeuge. 3) Gislebertus l. l. haec tantum habet: *Evrardum cognomine Radonem, qui de parte matris sue Fienas villam prope Melbodium possedit.* 4) Mortagne, arrond. Valenciennes. 5) Hellini. 6) Nevèle. 7) Coucy, dép. Aisne, arrond. Laon. 8) Vervins, dép. Aisne. 9) Nesle, arrond. Péronne. 10) Num Gramène prope Gent? 11) a. 1139.

Henri, et chou que il i[a] tenoit de par sa femme, et apries la mort le conte Henri devoit toute[b] sa terre revenir a la feme le conte Bauduin et a ses hoirs.

Cil quens Bauduins li tiers de che non apres Richaut ot d'Aelys sa feme, suer le conte Henri, 4 fius. Li aisnes ot non Bauduins; cil morut enfes et gist a Binch. Li secons fius le conte Bauduins ot non Godefrois, et li tiers ot non Bauduins et li quars Henris. Encore ot li quens Bauduins 3 filles. L'aisnee ot non Yolens, l'autre Agnes et la tierche Leurenche. Godefrois, li secons fius le conte Bauduin, prist a feme Aenor, fille le conte Raoul de Vermendois. Cil quens avoit 2 filles, de coi li quens Phelippes de Flandre ot l'aisnee, si com nous dirons cha avant.

Quant Godefrois, le fius le conte de Haynau, ot 16 ans et il dut estre chevaliers, il morut a Mons et gist ou cuer Sainte-Waudrut. Li quens Bauduins li tiers de cest non douna Yolent, s'ainsnee fille, au conte Yvon de Soissons le viel qui tenoit Neele. Cil Yves estoit de grant largeche et de sens sour tous les barons de Franche. Il morut sans hoir avoir de li; mais il avoit enfans d'une autre feme[1] que il avoit eue devant, qui tinrent sa terre apries lui. La dame se remaria[c] au conte Huon de Saint-Pol, qui ot de li 2 filles. L'une ot non Ysabiaus et l'autre Wistasse. La seconde fille le conte Bauduin de Haynau qui ot non Agnes fu moult biele et clochoit un poi. Cele fu mariee a monsigneur Raoul de Couchi. Elle fu moult amee ou pais. Elle ot de monsigneur Raoul 3 filles L'aisnee qui ot non Yolens fu mariee au conte Robiert de Dreues[2] et de Brainne, qui fu fius le conte Robert, freres le roi Loeys de Franche. Elle ot dou conte Robiert[3] 4 fius et 5[d] filles[4]. Li ainsnes des fius ot non Robiers, qui tint la conte apries son pere. Li secons fius ot non Pieres Mausclérs; il fu puis quens de Bretaigne de par sa feme[5], si com nous dirons cha avant. Li tiers ot non Henris, ki puis fu archevesques de Rains[6] et enforchi moult le chastiel de Porte-Mal*. Li quars fius[7] le conte Robiert espousa la contesse[8] de Mascon, par coi il fu quens; il morut sans hoir.

L'aisnee des 5 filles le conte Robiert et la contesse Yolent fu mariee au signeur de Salins[9], qui fu quens d'Outre-Seonne[e,10]. La seconde[11] fille fu dounee en mariage au conte Henri de Bar, qui ot de li pluisours fius et filles. Li aisnes des fius ot non Thiebaus, qui tint[12] la conte de Bar apries son pere. Li autres fius le conte Henri [ot[f] non Henri]; il morut asses jouenes chevaliers. Li tiers fius le conte Henri ot non Renaus; cil ot a feme la fille monsigneur Nicholon de Kievraing[g,13], mais[h] n'ot nul hoir de li. L'une[14] des filles le conte de Bar fu dounee en mariage au conte Henri de Lussebourc[i,15], qui avoit este fius la contesse Ermensent, fille le conte Henri l'avugle de Namur, si com nous dirons cha avant en son liu. Cil quens Henris de Lussebourc[i] ot de sa feme pluisours fius et filles. — La tierche fille le conte Robiert de Dreues et Yolent sa feme fu dounee en mariage au conte[16] d'Eu; cele ot a[a] non Yolens. Si ot dou conte d'Eu une fille qui ot non Aelis**. Cele fu puis[a] mariee a monsigneur Anfous[k], qui[a] fu[a] fius le roi Jehan d'Acre; qui[l] ot de li un fil et 2 filles. [Li[m] filz ot non Jehans. Il prist a femme la fille le conte Guion de Saint-Pol. Si ot de li plusours enfans. L'une des filles qui ot non Yzabiaus ot messires Jehans de Dampierre, et l'autre se rendi]. — La quarte fille le conte Robiert et[n] Yolent sa feme fu puis[a] abbeesse de[o] Fontevraut[17]. La quinte fille le conte Robiert et[p] Yolent fu mariee au conte[18] de Rouchi, mais elle n'ot nul hoir de lui.

Nous vous[a] avons dit des hoirs qui issirent des filles la contesse Yolent de Dreues; or vous dirons de chiaus qui issirent de ses 2 fius aisnes. Robers, qui fu quens de Dreues apres son pere, prist a feme la fille le signour de Saint-Waleri qui n'avoit plus d'oirs. Si ot de li 2 fius et une fille. Li aisnes des fius ot non Jehans, li secons Robiers. La fille ot non Yolens; cele fu mariee au duc Hugon[19] de Bourgoigne, qui ot de li 3 fius et une fille. Li aisnes des fius ot non Oedes[q], qui puis fu quens de Nevers. Li autres ot non Jehans. Li tiers fius ot non Robiers[20]. Cil fu dus de Bourgoigne, car si frere morurent anchois que leur peres. La fille le duc de[r] Bourgoigne Hugon ot[s] non Aelais. Cele fu dounee en mariage au duc Henri de Braibant, qui ot de li 3 fius et une fille. Li aisnes ot non Henris

*) castrum portae Martis *C.* **) Marie *B.*

a) *deest B.* b) r. t. s. t. a *B.* c) maria *B.* d) 4 *eras. et postea* 5 *scriptum A*; 4 *B.* e) Saonne *B.* f) o. n. H. *des. A.* g) Kieverain *B.* h) m. il *B.* i) Lucembourc *B.* k) Aufons *B.* l) si *B.* m) *uncis inclusa add. B.* n) e. Y. s. f. *des. B.* o) a *B.* p) e. Y. *des. B.* q) Cedes *B.* r) H. d. Bourg. *B.* s) ot a n. *B.*

1) Cum his non concordare videtur, quod tradit Gislebertus p. 527. 2) Dreux. 3) secundo (┼ 1218). 4) Cf. Albricum, SS. XXIII, p. 852, qui septem filias enumerat. 5) Alicis. 6) a. 1227—1240. 7) Iohannes (┼ 1239). 8) Alicem. 9) départ. Iura, arrond. Poligny. 10) Auxonne, départ. Côte-d'Or. 11) Philippa. 12) a. 1240—1296. 13) Quiévrain prope Valenciennes. 14) Margareta. 15) Obiit a. 1281. 16) Rudolfo III. (Eu, départ. Seine-Inférieure). 17) Fontevraud, départ. Maine-et-Loire, prope Saumur. 18) Iohanni. 19) quarto (1218—1273). 20) secundus (1273—1305).

et fu rendus en une abbeie en Bourgoigne*. Li secons ot non Jehans, qui tint la duchee apres la mort son pere. Li tiers ot non Godefrois; cil prist a feme l'oir[1] de Virson. La fille[2] ot non Marie; cele fu puis mariee[3] au roi Phelippon de Franche. Cis rois avoit eu a feme la fille le roi de Arragon; si en avoit eu 4** fiex, mais elle estoit morte. Li dus Jehans de Braibant devant noumes prist a feme Margerite, fille le roi Loeys de Franche et suer au roi Phelippon devant noume; mais elle morut sans hoir, et il reprist Margherite, fille le conte Guion de Flandres. Si ot de li pluisours fius et filles.

[Pour[a] ce que nous avons parle dou duc Jehan de Braibant et parlerons encore, vous dirons nous de ses ancisseurs. (Gen. d. Br. ampl) Charles[4] roi de France, qui fut filz Charlon le Simple et la roine Ogive, fille le roy Anthiaume d'Engleterre, ot 2 filz. Li ainsnes ot non Lohiers, qui tint le roiaume de France apres la mort son pere. Li autre ot non Charles et tint la duchee de Loherainne. Cil Charles ot 2 filles. Li ainsnee ot non Ermengars. Celle fut mariee au conte de Namur, qui ot de li Aubert qui tint la conte de Namur apres lui, si com nous deismes dessus[5] quant nous parlasmes de la generation qui de Ermengart issi. Li autre fille le duc Charlon ot non Gerbierge. Celle fut mariee a Lambert a la Barbe, qui fut frere Renier Lon-Col conte de Mons en Haynau. Il tenoit Brousselle en heritaige. Celle Gierbierge estoit contesse de Louvaing de son heritaige. Lambers a la Barbe ot de li Henri le viel conte de Brousselle. Il estorerent l'esglise Saint-Pierre de Brousselles. Cil Lambers ot bataille contre l'evesque Baudri de Liege a Houwardes; si fut li evesques desconfis. Apres se combati Lambiers a Florines; si fut ocis en la bataille. Henris le vielz ses filz tint la conte apres lui. Cil Henris engendra 2 filz et une fille. Li ainsnes des filz ot non Henris et li autres Lambers, et la fille ot non Mahaus, qui fut mariee au roi Stevenon d'Engleterre. (cf Gen Bul.) Lambers ot la conte de Louvaing; car ses freres moru sans hoir de son cors. Il print une haute femme qui ot non Oede[b]. Il edifierent le moustier Sainte-Guilde a Brouselle et y misent chanoines et leur donnerent les dymes de Brousselles. Il orent un fil qui ot non Henris, qui ot[c] la conte de Louvaing apres son pere. Cil Henris ot 2 filz; li ainsnes ot non Reniers, li autres Henris. Reniers moru sans hoir: il fut ocis en Hasbaing; et Henris tint la conte apres Henri son pere. Cil Henris li jones ot 2 filz; l'ainsnes ot non Henris et li autres Godefrois a la Barbe. Quant leur peres fut mors, Henris, qui ainsnes estoit, tint la conte. Il ot de sa femme 4 filles, de quoi li empereres Ferris d'Alemaigne ot l'une. Apres fut ocis cis quens Henris a Tournay; si fut ensevelis a Nivelle. Apres lui tint la conte ses freres Godefrois a la Barbe; car il n'avoit nul hoir masle de son cors. A cestui Godefroi donna li empereres Henris, filz l'empereur Ferri[6], le non de la duchee de Louvaing, par quoi il et si hoir ont puis este clamet duc. Il ot 2 filz et 3 filles. L'ainsnes de ses filz ot non Godefrois et li autres Henris. Cil Henris se rendi a Hafflenghen. Li ainsnee de ses filles qui ot non Aelis fut mariee au roi d'Engleterre. La seconde qui ot non Yde ot li quens de Cleves. La tierce si ot non Clarisse: si mourut virgene. Apres morut li dus Godeffrois, li premiers dus de Louvaing, l'an de l'incarnation nostre Seignour 1139; si fut ensevelis en l'abbeie de Hafflenghen qu'il avoit fondee. Godefrois, ses ainsnes filz, tint la duchee de Louvaing[d] apres lui. Cil Godefrois prist a femme Liegart, suer l'empereur d'Alemaigne. Il ot de li un fil qui ot non Godefrois. Il ne tint la ducee de Louvaing que 4 ans: si moru. Apres lui tint Godefrois ses filz la ducee. Cil fut tiers dus de Louvaing. Il n'avoit que un an quant ses peres moru. Quant il vint en eage, il prist Marguerite, suer le duc Henri de Lembourc. Il ot de li deus filz; li ainsnes ot non Henris, li autres Aubers. Apres moru la duchesse Marguerite, et li dus Godefrois reprist a femme Ymainne, suer le conte de Los. Il ot de li un fil qui ot non Guillaumes. De celui Guillaume issirent li hoir de Pieruwes. Cil dus Godefrois de Louvaing et Henris ses filz orent lonc tans guerre contre Bauduin conte de Haynau, le tiers de ce non apres Richaut, et contre Bauduin son fil, si com nous dirons sa avant en son lieu. Quant li dus Godefrois ot tenue la ducee de Louvaing 47 ans, si moru l'an de l'incarnation 1190. Apres lui tint la duchee de Louvaing Henris ses filz. Aubers, ses autres filz, fut clers et evesques de Liege. Au derrain fu il ocis dehors la cite de Rains, si com nous dirons sa avant en son lieu. Henris li quars dus de Louvaing print a femme Mahaut, fille Mahieu le conte de Bouloigne. Il ot de li deus filz et 3 filles; li ainsnes des filz ot non Henris, li autre Godefrois; li ainsnee des filles ot non Marie. Elle fut mariee a l'empereour Othon d'Alemaingne. Li autre ot non Aelis, qui fut mariee au conte Guillaume d'Auvergne. La tierce ot non Mahaus, qui fut mariee au conte Florent de Hollande. Cil quens Florens fut mout vaillans chevaliers tant comme il vesqui; mais il moru jones a un tournoiement a Bove[7]. Apres ce morut la duchesse Mahaus, et li dus Henris de Louvaing reprist a femme Marguerite[e], fille le roi Phelippe de France, qui avoit este femme le conte Phelippon de Namur. Si ot de li une fille qui ot non Ysabiaus. Celle Ysabiaus fut mariee au conte Thieri[8] de Cleves, qui ot de li une fille qui ot non Mahaus. Celle Mahaus fut mariee a monseignour Gerart de Lucembourc seignour de Durbuis[9]. Or vous dirons dou duc Henri le quart. Quant il ot tenue la duchee de Louvaing et de Braibant 45 ans, si moru l'an de l'incarnation nostre Seignour 1235. Henris, ses ainsnes filz, recut

*) *C addit:* qui propter ineptitudinem eius ad terram regendam tonsoratus est et factus canonicus regularis in Burgundia apud Sanctum Benignum Divionensem.

**) tres[10] *C.*

a) *uncis inclusa usque ad p. 427. lin. 11. addit B.* b) Cede *c.* c) *superscr. m. al. c.* d) Lotharingie *Gen.* e) Maria *rectius Gen.*

1) Johannam (Vierzon, départ. Cher, arrond. Bourges). 2) nimirum Henrici III. 3) a. 1274. 4) Ludovicus potius. 5) c. 47. 6) Error apertus; agitur de Henrico V. 7) Boves, départ. Somme, arrond. Amiens (a. 1234). 8) sexto. 9) Durbuy ad fl. Ourthe. 10) Philippum IV, Carolum, Ludovicum.

la duchee. Il print a femme Marie, fille le duc Phelippon de Souave, qui avoit este empereres d'Alamaingne. Il avoit este frere l'empereour Henri, qui li avoit chargie l'empire a garder tant que Fedris ses filz fust en aage. Cil dus Phelippes avoit eu a femme la fille l'empereour de Constantinoble, de cui il avoit engenree Marie ceste duchesse de Braibant. Encore ot li dus de Souave 2 autres filles, de quoi li rois d'Espaigne ot l'une et li rois de Behaingne l'autre. Cil dus Henris de Louvaing ot de Marie sa femme un fil et 4 filles. Li filz ot non Henris. Li ainsnee des filles ot non Mahaus; celle fut mariee au conte Robert d'Artois, frere le roi Loeys de France. La seconde fille le duc Henri ot non Biautris et fut mariee au frere[1] landegrave de Duringhes. La tierce ot li dus de Baiviere, et la quarte se rendi a Leval-le-Duc. Apres moru la duchesse Marie, et li dus reprint a femme la fille landegrave de Duringhes qu'il avoit eue de sainte Ysabel sa femme. Li dus Henris ot de li 1 fil qui ot non Henris. Quant li dus Henris ot tenue la duchee de Braibant 20 ans, si moru l'an de l'incarnation nostre Seigneur 1255. Henris, ses ainsnes filz, resut la duchee de Braibant apres lui. Il print a femme Aalais, fille le duc Hugon de Bourgoingne. Si ot de li cestui Jehan de quoi nous avons dit dessus].

Gen. d. Br. ampl.

Nous vous avons dit de[a] chiaus qui issirent de Yolent, fille le conte Robert de Dreues, et dou duc Hugon de Bourgoingne; or vous dirons[b] de ses 2 fius. Jehans li aisnes prist a feme la fille monsigneur Archembaut de Bourbon; si ot de li un fil et une fille. Li fius ot non Robiers[2]. Si prist a feme l'oir[3] de la conte de Monfort[4]; si en ot enfans. La fille le conte Jehan fu mariee au signeur de Craon. Il[c] morut sans hoir; elle reprist le conte de Dantmartin. Li freres le conte Jehan de Dreues ot non Robiers; il ot une fille[5] que mesires Raous de Neele ot puis a feme.

Nous vous avons dit de chiaus qui issirent dou conte Robiert de Dreues le jouene; or vous dirons de Pieron Mauclerc son frere. Il prist a feme Aelis contesse de Bretaigne. Si vous dirons qui elle fu. Counains[6] le Gros fu quens de Bretaigne. Il ot une fille qui ot non Constanche. Cele fu mariee a Joifroi, frere le roi Richart d'Engletiere, qui ot de li un fil qui ot non Artus et une fille qui ot non Elyenor. Quant li rois Richars fu mors, li roiaumes d'Engletiere vint a chelui[d] Joifroi; mais il morut anchois que il eust recheus les houmages[7], et Jehans Sans-Terre, ses maisnes freres, entreprist le roiaume, et puis noia il Artu son neveu, si com nous dirons cha avant, qui ses sires deust estre, et mist Elienor en une prison, dont elle n'issi onques puis. Apres la mort Joifroi, le pere Artu, la contesse Constance prist a mari le conte Guion[a] de Ango. Si ot de li ceste Aelis, que Pieres Mausclers prist a feme, et tint de par li la conte de Bretaigne; car Artus estoit noies[e], si com nous avous touchie. Pieres ot de li un fil et une fille. Li fius ot non Jehans[8], qui puis quens[f] fu de Bretaigne apries son pere. Il prist a feme la fille le roi[g] de Navare, conte de Champaigne, qui[h] ot non Thiebaus. Si ot de li 2 fius et une fille. Li ainsnes ot non Jehans[9], qui ot a feme la fille le roi Henri d'Engleterre; si ot de li pluisours enfans. Li autres fius le conte Jehan de Bretaigne ot[i] non Pieres; si morut jouenes bachelers et gist as freres Menours a Parys. La fille le conte Jehan de Bretaigne qui ot non Aelis fu mariee au conte Jehan[10] de Chartres et de Blois, signour d'Avesnes, qui ot de li une fille ki ot non Jehane. Cele fu mariee au conte Pieron d'Alenchon[11], frere le roi Phelippon[12] de Franche.

[Pour[k] ce que nous avons parle dou conte Jehan de Blois, qui fut sires d'Avesnes, nous vous nommerons grant partie de ses ancisseurs et dirons de leurs oeuvres[13]. Werris li Sors fut sires de Leuse[14] et sougist a lui aucunes terres entour. Li quant[l] de Haynau, qui adonc estoit, li donna la terre qui est entre les 2 Eppres[15], de quoi li une vient devers Liessies et li autre devers Trelon. Li quars hoirs qui apres lui fut, fut sires de Leuse et d'Avesnes et ot non Weris a la Barbe. Il meit[m] a Fay-sor-Eppre[16] et fist une petit tour a Avesnes. Quant il fut mors, Tieris ses filz tint la terre Il fist la tour d'Avesnes plus grant. Adonc avoit chanounes a Liessies, mais cis Thierris les en osta et y mist moinnes noirs. Il moru sans hoir[n]. Si eschei sa terre a un sieu[o] neveu qui ot non Gossuins d'Oysi[17]. Il estoit chastelains de Cambrai. Cil Gossuins ot a femme Agnes, fille le conte Ansiau de Rubeumont[18]. Il reprint tous ses alues dou conte

Hist. Laet.

a) *deest B.* b) des 2 f. le conte Robert de Dreues *B.* c) ou il *B.* d) cestui *B.* e) iouenes *A.* f) f. q. *B.* g) r. Thiebaut *B.* h) q. o. n. T. *des. B.* i) ot a *B.* k) *uncis inclusa usque ad p.* 436. *add. B.* l) *i. q.* quens. m) *i. q.* manebat. *Cf. Diez, 'Gram. d. Rom. Sprachen' II, p.* 246. n) *superscr. m. al. c.* o) *de hac forma cf. Diez II, p.* 448.

1) Henrico Raspe, fratri Ludovici IV. landgravii. 2) IV. Obiit a. 1282. 3) Beatricem. 4) Montfort-l'Amaury, départ. Seine-et-Oise, arrond. Rambouillet. 5) Alicem. 6) quartus. 7) Obiit iam a. 1186. Cf. Cont. Aquic. p. 424; Rigord. ap. Bouquet XVII, p. 21. 8) primus (1250—1286). 9) Nostrum haec, antequam Iohannes II. in comitatum patris successerit, scripsisse, patet. 10) Obiit a. 1279 11) a. 1268—1283. 12) tertii. 13) Sequentia magnam partem usque ad verbum cum Historia monasterii Laetiensis (Liessies, a Valenciennes ad orientem) concordant (SS. XIII). Attamen noster fortasse non ex ipsa Historia, sed ex fonte eius hausit. 14) Leuze, a Tournai ad orientem. 15) Helpe majeure, mineure, qui in Sambram fluunt. 16) Occurrunt Fayt-le-Grand et Fayt-le-Petit ad fl. Helpe mineure. 17) Oisy, a Cambrai inter septentrionem et orientem. 18) Ribemont, départ. Aisne, arrond. St.-Quentin.

Bauduin de Haynau, le fil Richaut, et en fu pers de Mons. Il ferma la vile d'Avesnes contre la volente le conte de Haynau. Pour ce vint li quens a grant ost sur lui, et orent bataille sur la riviere de Sambre qui dura par 2 jours sans desconfiture. Au tierc jour fut prins messires Gossuins, et le mist li quens en prison a Mons et li fist rere sa barbe pour lui ahonter. Au darrien firent pais, et parfrema la ville d'Avesnes par le gret le conte. Il fut mout desrees au commancement. En la fin il ala outre mer en pelerinaige, et quant il fut revenus, il fut plus meurs et plus rassis. Il moru l'an de l'incarnation nostre Seignour 1140[1], et pour ce que il n'avoit nul hoir de sa char, sa terre eschei a monseignour Wautier Plukiel[2], qui estoit filz de sa serour. Cil Wautiers volt retolir a l'eglyse de Liessies ceu que si ancisseur leur avoient donne, et mout leur fist de maus. Sains Bernars de Clervaus, qui adonc vivoit, s'entremist de la pais faire et mout en ot grant travail; et puis qu'il l'ot faite, ne le tint mie messires Gautiers longement, ains toli a l'eglyses asses de leurs teneures. Aus autres gens faisoit il asses d'anuis; car il fut maus terriers. Au darrain fut a un plait a Mons en Haynau, ou il desdist ses hommes. Li quens l'en volt approchier. En ce point estoit Watiers apoies[a] sour une huge; *et la moru il soudainnement l'an de l'incarnation nostre Seigneur 1147. Apres lui tint la terre Nicholes Plukiaus ses filz. Cil fist le chastiel de Landrechies et celui de Condet. Il prist a femme Mahaut, fille le conte Henri de la Roche en Ardanne. Cis Henris estoit freres le conte Godefroit de Namur, qui fut peres le conte Henri l'aveule. Cele Mehaut que Nicholes Plukiaus prist a femme avoit este mariee au seigneur de Walecourt, de cui elle avoit un fil qui avoit non Werris, qui fut mout vaillans chevaliers. Messires Nicholes Plukiaus ot de Mahaus sa femme deus filz, li ainsnes ot non Jaikes et li autres Fastres, et une fille* qui fut mariee au chastelain Guillemme de Saint-Omer.

Hist Laet · *Gisl 511. · ib 512

Or vous dirons de Jaikemon, fil monseignour Nicholon Plukiel. Il tint la terre d'Avesnes et de Leuse apres la mort son pere. Il prist a femme Adelvie, qui fut fille monseignour Bouchart de Guise qui n'avoit plus d'oirs, par quoi messires Jakemes tint la terre de Guise et de Leskieres de par sa femme apres la mort monseignour Bouchart de Guise. Messires Jaikes ot de la dame 4 filz et 4 filles. Li ainsnes des filz ot non Gautiers, li autres Bouchars, li tiers Jaikes et li quars Guis. Des 4 filles ot non li ainsnee Mahaus, li autre Aelis, la tierce Adelvie et la quarte Marie. Messires Jakes d'Avesnes leur peres fut mout vaillans chevaliers et mout prisies d'armes, et si ot moult a faire vers pluseurs gens. En la fin ala il outre mer et fut au grant siege d'Acre et a le prise la ou li rois Phelippes de France et li rois Richars d'Engleterre furent. Apres demora en Surie tant qu'il ot une bataille entre crestiens et Turs devant le chastel d'Arsur. La fu il ocis; mais ensois se vendi il bien, car il i fist tant d'armes que encore en parole on en mains lieus.

Quant la nouvele de sa mort fu seue en son pais, messires Gautiers, ses ainsnes filz, ressut la terre. Il print a femme Marguerite qui estoit contesse de Blois de son heritaige[3]. Il ot de li une fille qui ot non Marie. Apres s'en ala outre mer et i fist mout de biens. Il assist la premiere pierre au Chastiel-Pelerin. Il s'en revint en son pais et maria sa fille au conte Huon[4] de Saint-Pol, qui ot de li 3 filz. Li ainsnes ot non Jehans, li autres Guis et li tiers Gauchiers. Apres moru la contesse Marguerite de Blois. Si tint li quens de Saint-Pol la conte de par sa femme. Grant piece apres moru messires Gautiers d'Avesnes, par quoi li quens de Saint-Pol tint la terre d'Avesnes et de Guise de par ses enfans; car sa femme estoit morte[5], et si enfant n'avoient mie aage. Mais quant il furent aagie et li quens Hues leur peres fut mors[6], Jehans li ainsnes tint la conte de Blois et la terre d'Avesnes et de Guise. Pou apres moru la contesse de Chartres[7] sans hoir de son cors. Elle avoit este suer la contesse de Blois[8]. Pour ce eschei la conte de Chartres au conte Jehan de Blois. Il prist a femme Aelis, fille le conte Jehan de Bretaigne, si cum nous avons dit ailleurs[9]. — Guis, li secons filz le conte de Saint-Pol, ot la conte de Saint-Pol[10] en parson de terre. Il prist a femme Mahaut, fille le duc Henri de Braibant, qui avoit este femme le conte Robert d'Artois**, si cum nous avons dit ailleurs[11]. Gauchiers, li tiers filz le conte Huon de Saint-Pol, ot en parson la terre

*) *C addit:* Ydam[12].
**) *C addit:* Ex qua genuit *(Guido)* Hugonem comitem Blesensem[13], qui nunc est, et Guidonem[14] nunc comitem Sancti Pauli ac Iacobum dominum Lutose.

a) apoiers *c*

1) Ex narratione Hist. mon. Laet. c. 10. concludi potest, Gozuinum iam circa a. 1127. obiisse, quocum charta Burchardi episcopi Cameracensis a. 1128. data convenit. Cf. quae ad Hist. mon. Laet. l. l. annotavi (SS. XIII). 2) Walterum Gozuini filium fuisse, tradit Albricus, SS. XXIII, p. 812. 3) Erat filia Theobaldi V. 4) quinto. 5) a. 1241. 6) a. 1248. 7) Mathilda (a. 1269). 8) Falsum, Elisabeth, mater Mathildae, erat soror Margaretae comitissae Blesensis. 9) supra p. 427. lin. 35 sq. 10) a. 1248—1289. 11) supra p. 427. 12) Nomen legitur etiam infra p. 432. lin. 32. 13) sextum (1295—1307). Patet igitur, versionem Latinam inter hos annos confectam esse. Cf. praefat. p. 418. 14) quartum (1292—1317).

de Crecy. Il print a femme la fille le seigneur de Triegniel[1]; si ot de li un fil qui ot non Gauchiers.

Nous vous avons dit de ceus qui issirent de monseigneur Gautier d'Avesnes; or vous dirons des autres enfans monseigneur Jaikemon. Li ainsnee de ses filles qui ot non Mahaus fut mariee au conte de Chyni[a], qui ot de li 3 filles. Li ainsnee qui ot non Jehanne fut mariee au conte Ernoul[2] de Los, qui ot de lui 4 filz et 2 filles. Li ainsnes des filz ot non Jehans[3], qui tint la conte de Los apres son pere. Il ot a femme la fille le conte Guillaume de Julers; si ot de li un fil qui ot non Ernous. Li secons filz le conte Ernoul de Los ot non Loeys; cil tint la conte de Cysni apres sa mere. Il print a femme la dame de Blammont[4], suer germainne le conte Thiebaut de Bar. Elle avoit este femme monseigneur Henri de Saumes[5]. Li tiers filz le conte Ernoul de Los ot non Henris; il fut clers et moru jones. Li quars filz le conte Ernoul de Los ot non Gerars*. Li une des 2 filles le conte Ernoul de Los fut mariee au seigneur de Faukemont[6]; si ot de li pluseurs filles. Apres la mort le seignour de Faukemont reprint elle le seigneur de Vornes**[7]. La seconde fille le conte Ernoul de Los ot non Juliane; celle fut mariee a monseignour Nicholon de Kievreng[8], qui ot de li 2 filles qui tinrent la terre de Kievreng apres leur pere. Elles furent mariees au 2 filz monseigneur Gobert d'Aspremont[9]. Nous vous avons dit de ceus qui sont issu de Jehanne l'ainsnee fille le conte de Cysny et madame Mahaut, fille monseigneur Jaiquemon d'Avesnes; or vous dirons de la seconde fille le conte de Chyni. Elle fut dame d'Augymont[10] et de Gyvet. Elle ot a mari monseignour Jehan de Retest[11], frere le conte Huon. Il fut puis quens de Retest. Il ot de li une fille. Celle moru jone. Or dirons de la tierce fille le conte de Chyni et la contesse Mahaut. Elle fut mariee a monseignour Oston de Trasegnies[12]; si ot de li pluseurs filz et filles. Nous vous avons dit de ceus qui issirent dou conte de Cysni et de la contesse Mahaut, fille monseignour Jakemon d'Avesnes; or vous dirons de la contesse Mahaut. Apres la mort le conte de Chysni la contesse Mahaut, fille monseignour Jakemon d'Avesnes, reprist a mari monseignour Nicholon de Rumegni[13]. Si ot de lui 3 filz: Nicholon, Huon et Jakemon. De ceus vous avons nous dit ailleurs[14].

Aelis la seconde fille monseignour Jaikemon d'Avesnes fut mariee a monseignour Rogier de Rosoy, qui ot de li un fil et 4 filles. Li filz ot non Rogiers. Cil tint la terre de Rosoy apres la mort son pere. Il ot a femme la fille monseignour Robert de Coucy, et apres la mort la dame reprist il a femme la fille le seignour de Henseberghe[15] en Alemaingne; et quant celle fut morte, si reprint il a femme la fille le seignour de Mommorency[16] en France; mais il n'ot nul hoir de nules de ses 3 femmes. Au darrains s'en ala il outre mer avec le roi Loeys de France et fut mors en la bataille la ou li rois Loeys fut prins a la Massore. Li ainsnee de ses 3 serours ot non Aelis; si fut mariee a monseignour Arnoul de Adenarde[17], qui ot de li un fil et une fille. Li filz ot non Jehans. Il print a femme la fille le conte Jehan de Soissons, qui fut filz le conte Raoul; si ot de li une fille. Si l'ot a femme messires Godefrois de Peruwes en Hasbaing; mais elle moru sans hoir de son cors. Sa mere, qui estoit femme monseignour Jehan de Audenarde, moru devant li, et messires Jehans de Audenarde reprint a femme la serour monseignour Robert de Cresekes, qui avoit este femme le vidame[18] de Pinkegni[19]. Messires Jehans ot de li 3 filz et pluseurs filles. Li ainsnes des filz ot non Ernous. Cil print a femme la dame de Sebourc[b][20], qui avoit este femme monseignour Bauduin de Henin. Apres la mort la dame il reprint a femme la serour monseignour Flament de Kani. Li secons filz monseignour Jehan de Audenarde ot non Jehans, et li tiers ot non

*) *C addit:* Et preter hos erat quintus Arnulphus, qui similiter clericus fuit et episcopus Cathalaunensis[21].

**) *C addit:* in Zelandia.

a) mini *c.* b) Sebourt *c.*

1) Num Trainel, départ. Aube? 2) quinto (1229—1272). 3) a. 1272—1280. 4) Blamont, départ. Meurthe. 5) Nieder-Salm, a Stablo ad meridiem. 6) Valkenberg, a Maastricht ad orientem. 7) Voorne insula. 8) Quiévrain prope Valenciennes. 9) Apremont, départ. Maas, arrond. Vouziers. 10) Agimont prope Givet, départ. Ardennes. 11) Réthèl. 12) Trazegnies prope Charleroi. 13) Rumigny, départ. Ardennes. 14) Vide supra p. 428. 15) Heinsberg. 16) départ. Seine-et-Oise. 17) Audenarde in Flandria Orientali. 18) i. e. vicedomini. 19) Picquigny, départ. Somme, arrond. Amiens. 20) Sébourg, départ. Nord, arrond. Valenciennes. 21) Obiit a. 1273.

Robers. Li une des deus filles monseignour Jehan de Audenarde fut mariee a Godefroit[1] conte de Vianne*[2]. Li autre fut donnee au fil monseignour Wautier de Tupigni[3]. Nous vous avons dit de monseignour Jehan de Audenarde et de ses enfans; or dirons de Marie sa suer. Elle fut mariee a monseignour Godefroit de Louvaing, frere le duc Henri[4] qui gist a Vilers. Si ot de li 4 filz et une fille. Li ainsnes des filz ot non Henris; cil print a femme Yzabiel, fille monseignour Thieri de Bevre. Li autre filz monseignour Godefroi de Louvaing ot non Ernous; si print a femme l'oir de Bredas[5], mais il n'ot nul hoir de li. Li autre 2 filz monseignour Godefroit de Louvaing furent clerc. La fille monseignour Godefroit de Louvaing fut mariee a un haut homme d'Alemaingne qui ot non messire Thieri[6] de Hensseberghe[7]. Nous vous avons dit de la premiere fille monseignour Rogier dou Rosoy; or vous dirons de la seconde fille monseignour Rogier de Rosoit et madame Aelis, fille monseignour Jaikemon d'Avesnes. Elle ot non Julianne. Elle fut mariee a monseignour Gobert d'Aspremont, qui ot de lui 4 filz et 2 filles. Li ainsnes des filz ot non Joffrois. Il print a femme la contesse de Salebruges[8]; mais il moru sans hoir de son cors, par quoi sa terre eschai a son frere qui ot non Gobiers. Cil print a femme Agnes, fille monseignour Thomas de Coucy. Si ot de li 2 filz et 2 filles. Li ainsnes des filz ot non Joffrois et li autres Thomas. Cil 2 frere prinsent a femme les 2 filles monseignour Nicholon de Kievreng, si com nous vous avons dit dessus. Li ainsnee de ses filles qui ot non Jehanne fut mariee au conte de Lignenges[9]. Et la seconde ot non Mahaut. Celle ot a femme li quens Jehans de Sallebruges et sires de Commarcy[10]. Li tiers filz monseignour Gobert d'Aspremont, qu'il ot de la fille monseignour du Rosoit, ot non Jehans; cil fut clers et fut prevos de Monfaucon. Li quars filz monseignour Gobert d'Aspremont ot non Guis; cil moru jones chevaliers en Thunes. Des filles fut li une rendue, et li autre fut mariee en Alemaingne au seignour de Forpach[11]. Nous avons dit des deus filles monseignour Rogier de Rosoit et de Aelis sa femme, fille monseignour Jaikemon d'Avesnes; or vous dirons de la tierce fille monseignour Rogier de Rosoyt qui ot non Climence, qui fut mariee au conte de Saumes[12] deles Hufalise**, qui ot de li un fil et une fille. Li filz ot non Guillaumes[13], qui tint la terre apres son pere. Cil Guillaume prist a femme la fille[14] le conte Guillaume[15] de Julers. Sa suer fut mariee a l'ainsnet fil le seignour d'Aysse[a]; mais il moru ansois que ses peres, par quoi la terre eschey a un sien frere mainsne qui ot non Joffrois; mais anssois ot la dame de li un fil qui ot non Robers. La quarte fille monseignour Rogier de Rosoyt fut rendue en l'abbeye de Monstruel-en-Tierasse.

Nous vous avons dit des 2 filles monseignour Jaikemon d'Avesnes; or vous dirons de Adelvie sa tierce fille. Elle fut mariee a monseignour Englebert d'Enghien[16], qui ot de li un fil et deus filles. Li filz ot non Sohiers, qui tint la terre d'Enghien apres son pere. Cil Sohiers print a femme la fille monseignour Wautier de Sotenghien[17]. Si ot de li 6 filz et 4 filles. Li ainsnes des filz ot non Wautiers. Il print a femme la serour monseignour Jehan de Barbenson[18] qui ot non Mahaus; mais elle moru sans hoir, et il reprint la fille monseignour Enjourrant de Peruwes; mais elle moru sans hoir qui vesquist, et il reprint Marie, fille le conte Mannesier de Retest. Si ot de li un fil qui ot non Gauthiers, qui tint la terre d'Enghien apres lui. Li secons filz monseignour Sohier d'Enghien ot non Gerars. Cil prist a femme la fille monseignour Gerart de Viane[19] deles Gramont. Si ot de li un fil et 2 filles. Li filz ot non Girars, qui tint la terre de Sotenghien apres son pere; il print a femme Marie, la fille le chastelain de Gant. Li ainsnee fille monseignour Girard d'Enghien seignour de Sotenghien ot non Aelis; celle fut mariee a monseignour Thomas de Coucy seignour de Vrevin[20]. La seconde fille monseignour Girart seignour de Sotenghien ot non Aalays; elle fut mariee au fil monseignour Ustase de Lens[21] qui ot non Jehans. Nous vous avons dit

*) *C addit:* in Ardenna. **) de Salmis in Ardenna *C, ubi* d. H. *desunt.*

a) Ayste *C.*

1) a. 1272—1312. 2) Vianden, a Lützelburg ad septentrionem. 3) Tupigny, départ. Aisne, arrond. Verviers. 4) secundi. 5) Breda. 6) secundus (1250—1303). 7) Heinsberg. 8) Saarbrücken. 9) Leiningen. 10) Commercy, départ. Meuse. 11) Forbach. 12) Nieder-Salm. 13) a. 1265—1297. 14) Adelheidem. 15) quarti. 16) a Mons inter septentr. et orientem. 17) Sottegem, arrond. Audenarde. 18) Barbençon in Hanonia prope Beaumont. 19) Viane prope Grammont in Flandria Orientali. 20) Vervins, départ. Aisne. 21) prope Mons.

des 2 ainsnes filz monseignour Sohier d'Enghien et de ceus qui d'eus issirent. Li tiers filz monseignour Sohier d'Enghien ot non Jehans; cil fut clers et fut evesques de Tournai, et puis le fist li apostoles evesque de Liege au concile qui fut a Lions sur le Rosne l'an de l'incarnation nostre Seigneur 1274. Or vous dirons dou quart fil qui ot non Jaikes; cil print 5 a femme la fille monseignour Wautier de Brainne. Si en ot un fil qui ot non Wautiers, qui puis ot a femme Basile, fille monseignour Bauduin de Henin qu'il avoit eue de madame de Sebourch, si cum nous dirons sa avant[1]. Li quins filz monseignour Sohier d'Enghien ot non Ernous; il print a femme la fille monseignour Girart de Tyans[2]. Li 6[me] fil monseignour Sohier d'Enghien ot non Englebers; cil print a femme la chastelainne de Mons, de cui il ot 10 pluseurs enfans. Li une des filles monseignour Sohier d'Enghien fut mariee a monseignour Guillemme[a] de Trasignies. Si ot de li une fille, qui fut mariee a monseignour Ustase Kanivet dou Rues le quint de ce non; de celui avons nous dit aillours[3]. La seconde fille monseignour Sohier d'Enghien fut mariee a monseignour Rasson de Gavre seignour de Liedekierke[4]. Elle ot de lui pluseurs filz. Li ainsnes des filz ot non Rasses; il print a femme 15 l'oir de Boulers deles Gramont. Li secon[b] filz monseignour Rasson de Liedekerke print a femme l'oir de Biaufort-sur-Muese[5] qui siet deles Hui. La tierce fille monseignour Sohier d'Enghien fut rendue a Ghillenghien[6]. Nous vous avons dit de ceus qui issirent de monseignour Sohier d'Enghien, fil monseignour Englebert et madame Adelvie[c]; or vous dirons des deus serours monseignour Sohier. Li une fut mariee a monseignour Wautier Bertaut 20 avoue de Malisnes, qui ot de li 4 filz et une fille. La fille fut rendue en l'ordre[d] de Citiaus. Li ainsnes des filz ot non Wautiers Bertaus. Il print a femme la fille* le conte Guillaume d'Auvergne. Si ot de li pluseurs filz et filles. Li ainsnes des filz ot non Wautiers Bertaus; cil print a femme la fille** le conte de Ghysnes. Li une des filles monseignour Wautier Bertaut, qu'il ot de la serour le conte d'Auvergne, fut mariee a monseignour Meurisse de 25 Craon[7]. Nous vous avons dit de l'ainsne fil monseignour Wautier Bertaut et de madame Adelvie[c]; or vous dirons des autres. Li secons filz ot non Henris. Il print a femme la fille le chastelain de Mons en Haynau; si ot de li 2 filz. Nous avons dit d'une des serours monseignour Sohier d'Enghien; or vous dirons de l'autre serour, qui fut mariee a monseignour Evrart Radoul seigneur de Mortaigne et chastelain de Tournai. Il ot de li un fil qui 30 ot a non Ernoulz. De celui Ernoul et de ceulz qui de lui issirent vous avons nous dit ailleurs[8].

Nous vous avons dit des 3 filles monseignour Jaikemon d'Avesnes; or dirons de la quarte qui ot non Marie. Elle fut mariee au conte Henri de Grantpre[9] qui estoit vesves. Elle ot de lui 2 filz et 2 filles. Li ainsnes des filz ot non Jaikes. Il tint la terre de Hans[10] en Champaigne apres la mort son pere; car li quens avoit eu 1 fil de sa premiere femme 35 qui avoit non Henris. Cil tint la conte de Grantpre apres son pere. Li autres filz le conte de Grantpre, qu'il ot de la fille monseignour Jaikemon d'Avesnes, ot non Joffrois. Cil fut clers, et puis fut il evesques de Chaalons[11]. Messires Jakes de Hans ses freres print a femme la fille monseignour Nicholon de Barbenson. Si ot de li 2 filz. Li ainsnes ot non Henris et li autres Jakemes. De leur deus sereurs fut li une rendue, et li autre moru 40 sans hoir.

Nous vous avons dit de monseignour Jaikemon d'Avesnes et de ceus qui de lui issirent; or vous dirons de monseignour Fastret son frere. Il ot en parson l'avouverie de la Flamengherie et grant terre avec. Il print a femme une dame de quoi il ot 2 filz et une fille. Li ainsnes des filz ot non Nicoles. Il print a femme la serour monseignour Bauduin Buri-45 dam seignour de Walencourt[12]. Il ot de li 5 filz et pluseurs filles. Li ainsnes des filz ot non Fastres, qui tint la terre de la Flamengherie apres son pere. Il print a femme la serour monseigneur Caron de Rume[13]. Si ot de li un fil et 2 filles. Li filz moru jones, par quoi li

*) *C addit:* Mariam. **) *C addit:* Aelidem.

a) Egidio *C.* b) *ita c.* c) Adeline *c., sed vid. p.* 428. *l.* 22. *et p.* 430. *l.* 34; Adelvia *Gisl.* d) orde *c.*

50 1) V. supra p. 429. lin. 42. 2) Thiant prope Valenciennes. 3) supra p. 421. 4) Liedekercke prope Alost. 5) Beaufort, arrond. Avesnes. 6) Ghilengheen in Hanonia. 7) Craon, départ. Mayenne (secundum Grote, 'Stammtafeln' p. 323). 8) supra p. 424. 9) Grandpré, départ. Ardennes, arrond. Vouziers. 10) Vicus prope St. Ménehould. 11) Châlons-sur-Marne. Obiit a. 1247. 12) Walcourt, a Charleroi ad meridiem. 13) Rumes prope Tournai.

ainsnee de ses filles qui ot non Joye tint la terre de la Flamengherie apres son pere. Elle print a mari monseignour Gillion de Bellainmont[1], qui ot de li 2 filz et 2 filles. Li ainsnes des filz ot non Gilles et li autres Jehans. Gilles print a femme la fille monseignour Jehan d'Aunoit[2] deles Valenciennes; si ot de li un fil qui ot non Gilles. Apres moru la dame, et il reprint a femme Ade, fille monseignour Michiel de Wasiers; si ot de li pluseurs filz et filles. Nous vous avons dit de l'ainsnee fille monseigneur Fastre de la Flamengherie et de ceus qui de li issirent; or vous dirons de l'autre fille monseigneur Fastre qui ot non Alis. Elle fut mariee a monseignour Ernoul de la Hamaide, qui ot de li 2 filz et une fille. Li ainsnes des filz ot non Jehans et li autres Thieris. Nous vous avons dit de monseigneur Fastre de la Flamengherie et de ceus qui de lui issirent; or vous dirons de monseigneur Bauduin son frere. Il print a femme la mere monseigneur Gillion de Berlainmont, qui avoit espousee sa niece, fille monseignour Fastret son frere, si com nous avons dit dessus. Messires Bauduins ot de celle dame un fil qui ot non Gerars. Cil prist a femme Melisent, la fille le seignour de Venduel[3]; si ot de li une fille qui ot non Heluis; et quant celle dame fut morte, messires Gerars reprist a femme Yde, fille le seignour de Lamprenesse[4]. Si ot de lui 4 filz et 3 filles. Li ainsnes des filz ot non Bauduins, li autres Gerars, li tiers Jehans, li quars Nicholes. Li ainsnee des filles ot non Yde, li autre Agnelz, la tierce Phelippe. Nous vous avons dit des 2 filz monseignour Nicholon de la Flamengherie; or vous dirons de sa fille. Elle fut mariee a monseignour Amourri d'Autevile[5]. Si ot de lui 2 filles. L'une fut mariee a monseignour Henri de Hufalise et li autre a monseignour Guillaume de Hufalise son frere. Messires Guillaume ot de sa femme un fil qui ot non Guillaume. Messires Henris de Hufalisse ot de sa femme cinq filz et une fille. Li ainsnes filz ot non Thierris. Cil Thyeris ot a femme la damoisiele de Rume; si ot de li une fille. Des autres filz monseignour Henri de Hufalisse furent li 3[me] clerc, et li autre n'estoient encore marie. La fille monseignour Henri de Hufalisse fut mariee a monseignour Henri de Mirovaut en Ardenne; elle ot de lui plusours enfans, et apres la mort monseignour Henri de Mirovaut elle reprist a mari monseignour Henri de Bellecoste. Nous vous avons dit de monseignour Nicholon de la Flamengherie, fil monseignour Fastre d'Avesnes, et de ceulz qui de lui issirent; or vous dirons de monseignour Jakeme son frere. Il fut clers et puis fu evesques de Tournai.

Nous vous avons dit de monseignour Jakemon d'Avesnes et de monseignour Fastre son frere et de ceus qui d'aus issirent; or vous dirons de leur serour, fille monseignour Nicholon Plukiel. Elle ot non Yde. Si fut mariee au chastelain Guillaume de Saint-Omer, qui ot de li 5 filz et pluseurs filles. Li ainsnes des filz ot non Guillaume, qui fut chastelains de Saint-Omer apres la mort son pere. Il print a femme Ymainne, suer le conte Loeys[6] de Los; mais il moru sans hoir de son cors. Li secons filz madame Yde ot non Guillaume aussi com ses freres ainsnes. Si li eschei la chastelerie apres la mort son frere. Li tiers filz madame Yde ot non Gauthiers. Il fut clers et prevos de la grant esglise de Saint-Omer. Il ala outre mer et i fist pluseurs prouesses. Au derrain il fut ocis en une ariere-garde, ou il cuida rescoure 1[a] mout vaillant chevalier qui ot non Ysangrins de Metrenes. Li quars filz madame Yde ot non Jaikemes. Il print a femme Climence, suer le conte Renaut de Danmartin. Elle moru sans hoir, et il s'en ala en Constantinoble quant li quens Bauduins de Flandres et de Haynau y ala[7]. Si print a femme la princesse de la Mouree. Il moru sans hoir de son cors. Li quins filz madame Yde ot non Nicholes. Il ala en Constantinoble avec son frere. Il print a femme la roine de Salenike, suer monseignour Guillaume de la Roche[8], qui estoit dus d'Autainnes[9]. Il ot de li 2 filz. Li ainsnes ot non Bylaus et li autres Guillaumes. Cil moru sans hoir de sa char, et Bylas prist a femme la dame d'Estives qui siet en la Mouree. Il ot de li 3 filz. Li ainsnes ot non Nicholes et li autres Othes et li tiers Jehans. Quant li peres fut mors, Nicholes li ainsnes ot son heritaige et print a femme la princesse de la Mouree.

Nous vous avons dit des 5 filz madame Yde d'Avesnes chastelainne de Saint-Omer; or dirons des filles. Li ainsnee ot non Mahaus. Celle fut mariee a l'avoet de Tieruane. Elle

a) i c.

1) Berlaimont, arrond. Avesnes. 2) Aulnoy. 3) Vendeuil, départ. Aisne, arrond. St.-Quentin. 4) Lampernisse in Flandria Occidentali prope Dixmude. 5) Hauteville, départ. Aisne, arrond. Vervins. 6) tertii. 7) a. 1202. 8) La Roche-sur-l'Oignon, a Besançon ad septentrionem. 9) Athen.

moru sans hoir de son cors. La seconde fille madame Yde d'Avesnes ot non Yde. Elle fut mariee au prevost de Douay, qui ot de li une fille qui ot non Yde. Celle fut mariee a monseignour Alart d'Antoing[1], qui ot de li un fil et 2 filles. Li filz ot non Hues. Il tint la terre d'Antoing et d'Espinoit apres la mort son pere et print a femme Phelippe, fille monseignour 5 Michiel de Harnes[2] le preudomme, qui n'avoit plus d'oir, par quoi la terre de Harnes li eschey apres la mort monseignour Michiel. Cil Hues ot de madame Phelippe 3 filz et 2 filles. Li ainsnes des filz ot non Michies. Il fut aherites de la terre de Harnes et print a femme la serour monseignour Rasson de Liedekerke. Si ot de li un fil et deux filles. Li filz ot non Hues. Il print a femme la serour monseignour Jehan de Barbenson. Si ot de li 10 2 filz. Li ainsnes ot non Jehans et li autres Michies. Jehans li ainsnes print a femme Marie, fille monseigneur Wistace de Conflans, qui avoit este femme monseignour Jehan de Mortaingne. Nous vous avons dit de monseignour Huon de Harnes, fil monseignour Michiel, et de ceus qui de lui issirent; or vous dirons de ses deus sereurs. Li ainsnee ot non Clarisse; elle fut mariee a monseignour Wistasse de Lens, qui ot de li un fil et une fille. Li filz ot 15 non Jehans: il print a femme Alais, fille monseignour Gerart d'Enghien seignour de Sotenghien; et la fille monseignour Wistasse de Lens ot non Ysabiaus: celle fut mariee a Alart seigneur de Ville. La seconde fille monseignour Michiel de Harnes ot non Phelippe. Celle fut mariee a monseignour Wistasse Kanivet dou Rues; si moru sans hoir. Quant la femme monseignour Michie fut morte, il reprint a femme la fille monseignour Renaut de Pinkegny. 20 Si ot de li une fille qui ot non Marie. Elle fut mariee a monseignour Ernoul de Chissoing[3]. Nous vous avons dit de monseignour Michiel de Harnes, ainsne fil monseignour Huon d'Antoing, et de ceus qui de lui issirent; or vous dirons des autres filz monseignour Huon d'Antoing. Li secons filz monseignour d'Antoing ot non Hues. Il print a femme la fille le seneschal Robert de Flandres. Si ot de li pluseurs filz. Apres la mort la dame il reprint a 25 femme la fille l'avoet Robert de Bethune, qui avoit este femme monseignour Hellin de Wavrin. Nous vous avons dit des 2 filz monseignour Huon d'Antoing; or vous dirons du tierc fil qui ot non Jehans. Il print a femme Beatris, fille monseignour Robert de Virve. Elle avoit este femme monseignour Godefroit de Winti[4]. Nous vous avons dit des 3 filz monseignour Huon d'Antoing; or vous dirons de ses deus filles. Li ainsnee ot non Beatris. 30 Celle fut mariee a Jehan de Rume, qui ot de li pluseurs filz et filles. Li ainsnes des filz ot non Bauduins. Il print a femme Sebile, fille monseignour Hellin de Wavrin. Si ot de li 3 filles. Li ainsnee ot non Ysabiaus; celle fut mariee a monseignour Jehan de Warenes; les autres 2 sont a marier. Nous vous avons dit de monseignour Bauduin de Rume; or vous dirons de ses serours. Li ainsnee ot non Phelippe. Si fut mariee a monseignour Thieri 35 de Hufalise; elle ot de li une fille. Li autre suer monseigneur Bauduin de Rume ot non Aelis; elle fut mariee a monseignour Jehan d'Ere[5], qui ot de li plusours filz et filles. Nous vous avons dit de ceus qui issirent de monseignour Huon d'Antoing et de madame Phelippe de Harnes; or vous dirons qu'apres la mort madame Phelippe de Harnes messires Hues d'Antoing reprist a femme Marie, fille monseignour Jehan seignour de Chysoing. Si ot de 40 li pluseurs filz et filles. Li ainsnes des filz ot non Alars. Il tint la terre de Briefuel[6] que ses peres li avoit aquis. Il print a femme Marie, fille monseignour Gauchier de Thorote; si ot de li pluseurs filles. Li secons des filz monseignour Huon d'Antoing ot non Gauchiers. Il tint la terre de Belonne que ses peres li ot acquise. Il print a femme Katherine, niece monseignour Raoul d'Estrees mareschal de France; si ot de li pluseurs enfans. Li tiers 45 filz monseignour Huon d'Antoing dou derrain mariaige ot non Jehans. Il fut chanonnes de Nostre-Dame de Cambray et archediakenes d'Anwiers. Li quars filz monseignour Huon d'Antoing dou derrain mariaige ot non Ernouls. Il fut chanonnes de Cambray et archedyakenes de Valenciennes. Li quins filz monseignour Huon d'Antoing dou derrain mariaige ot non Gilles. Il tint la terre de Assevaing que ses peres li acquist. 50 Il prist a femme la fille monseignour Guillaume dou Frasnoit qui plus n'avoit d'oirs. Si ot de li pluseurs enfans. Nous vous avons dit des filz monseignour Huon d'Antoing de son derrain mariaige; or vous dirons de ses 2 filles. Li ainsnee ot non Marie; celle fut mariee a monseignour Jehan de Barbenson, qui ot de li pluseurs enfans. Li autre fille ot non Yde; celle fut mariee a monseignour Nicholon de Barbenson, frere monseignour

55 1) prope Tournai. 2) arrond. Béthune. 3) Cysoing prope Lille. 4) Denderwindeke, a Ninove ad meridiem. 5) prope Tournai. 6) Brifoeul prope Leuze. LEROY.

Jehan devant nomme. Nous vous avons dit de madame Yde prevoste de Douay et de ceus qui de li issirent et dou prevost de Douay. Et quant li prevos ses maris fut mors, elle reprint a mari monseignour Henri de Hondescote[1]. Si ot de li 1 fil et une fille. Li filz ot non Libleus et fut asses vaillans; mais il moru sans hoir de son cors. La fille ot non Yde; si fut mariee a monseignour Wion de Montigni. Si ot de li 3 filz et 2 filles. Li ainsnes des filz ot non Robers et li autres Libleus et li tiers Gerars. Des 2 filles est li une mariee a monseignour Robers de Biausart, et li seconde est mariee a monseignour Bauduin de Machicourt. Nous vous avons dit de monseignour Huon d'Antoing, fil monseignour Alart d'Antoing, et de ceus qui de lui issirent et de madame Phelippe; or vous dirons des deus serours monseignour Huon. Li ainsnee ot non Marie. Elle fut mariee a monseignour Phelippe de Prouvy[2], qui ot de li un fil qui ot non Gerars, qui tint la terre de Prouvy apres la mort son pere. Il print a femme madame Yde, fille le conte Bauduin de Ghynes, qui ot de li pluseurs filz et filles. Li ainsnee de ses filles fut mariee a Guillaume, ainsne fil le conte de Saumes. Nous vous avons dit de l'une des serours monseignour Huon d'Antoing; or vous dirons de l'autre. Elle ot non Marguerite. Si fut mariee a monseignour Guillaume de Graumes, qui ot de li 2 filz et 2 filles. Li ainsnes des filz ot non Guillaumes et li autres Hues. Des 2 filles fut li une mariee a monseignour Weri des Marlis[3], qui ot de li une fille qui fut mariee a monseignour Wautier de Hertaing.

Nous vous avons dit de madame Yde, la seconde fille le chastelain Guillaume de Saint-Omer, qu'il ot de madame Yde d'Avesnes; or vous dirons de lor autres filles. La tierce fille ot non Agnes. Elle fut abbesse de Messines en Flandres et fut moult bonne dame.

La quarte fille ot non Aalais. Elle fut mariee a monseignour Bauduin de Creki[4]. Cilz Bauduins avoit eue femme, de cui il avoit eu un fil qui avoit non Bauduins. Il ot de celle Aalais un fil et une fille. Li filz moru sans hoir. La fille ot non Aelis. Elle fut mariee a monseignour Bauduin de Pesnes; qui ot de li pluseurs enfans. Li ainsnes des filz ot non Guillaumes, li autres Bauduins, li tiers Gillebers, li quars Jehans, et li quins ot non Gauthiers. Guillaumes, Bauduin morurent sans hoir. Si eschey la terre a Gillebert leur frere, qui estoit chanonnes d'Ayre[5]. Il laissa la clergie et print a femme Agnes, fille le seignour de la Planche; si ot de li pluseurs enfans. Nous vous avons dit des 5 filz madame Aalis de Pesnes; or vous dirons de ses filles. Li une fut mariee a monseignour Rifflart de Liere[6]. Si ot de lui pluseurs enfans. Li une des filles monseignour Rifflart fut mariee a monseignour Mahieu de Medon. Li autre fille madame de Pesnes fut mariee au seignour de Espiere, qui ot de li filz et filles. Li une de ses filles fut mariee au chastelain de Furnes. Nous vous avons dit de ceus qui issirent de madame Aelis de Saint-Omer et de monseignour Bauduin de Creky. Et quant messires Bauduins fut mors, madame Aalis reprint a mari monseignour Ansel de Lomviliers, qui estoit sires de Kaheu[7]. Il ot de li un fil et 2 filles. Li filz ot non Ernoulz, qui tint la terre apres son pere. Li une des filles qui ot non Yde fut mariee a monseignour Engourrant de Liskes[8], qui ot de li 3 filz et une fille. Li ainsnes des filz ot non Engourrans. Il print a femme la serour le seignour de Liedouchiel; si ot de li pluseurs enfans. Li secons filz le seignour de Liske ot non Ansiaus. Il print a femme la dame de la Mote, suer monseignour Wautier de Thupigny. Li tiers filz le seignour de Liske ot non Guillaumes et fut clers. Li ainsnee des filles monseignour de Liske fut mariee a monseignour Ernoul de Lonvilers. Or vous dirons des filles monseignour Ernoul de Lonvilers. Li ainsnee fut mariee au seignour d'Eskerdes, qui ot de li pluseurs enfans. La seconde fut mariee a monseignour Ansel d'Ordre[9].

Nous vous avons dit de madame Aalis, la quarte fille madame Yde d'Avesnes, et de ceus qui de li issirent; or vous dirons de la quinte fille madame Yde d'Avesnes qui ot non Marguerite. Elle fut mariee a monseignour Bauduin de Creky, fil monseignour Bauduin de Creky, qui avoit eue madame Aalis sa sereur, dont nous avons parle dessus. Il ot de li pluseurs filz et filles. Li ainsnes de ses filz ot non Phelippes, qui tint la terre de Creky apres son pere. Il print a femme la serour le vidame Gerard de Pinkegni. Si ot de li pluseurs enfans. Li ainsnes de ses filz ot non Bauduins. Cil Bauduins print a femme la fille

1) Hondschoote prope Dunkerque. 2) arrond. Valenciennes. 3) Marly, arrond. Valenciennes. 4) Crequy, départ. Pas-de-Calais, arrond. Montreuil. 5) Aire, arrond. St.-Omer. 6) Lierès, arrond. Béthune. 7) Longvillers, Cayeux, départ. Somme, arrond. Abbéville. 8) Licques, arrond. Boulogne-sur-Mer. 9) prope Boulogne-sur-Mer.

le seigneur de Helli qui n'avoit plus d'oirs; si ot de li pluseurs enfans. Li secons filz monseigneur Phelippe de Creky ot non Hues. Il print a femme la dame de Selles; si en ot pluseurs enfans. Li tiers filz monseigneur Phelippe de Creky ot non Phelippes. Li quars filz monseigneur Phelippe de Creky ot non Engourrans. Il fut clers, et puis fut il evesques de
5 Cambray[1]. Li une des filles monseignour Phelippe de Creky ot non Marguerite. Elle fut mariee a Wautier, ainsne fil le seignour de Ghystelle[2]. Si ot de lui un fil, qui tint la terre de Fourmeselles[3]. Apres la mort Wautier de Ghystelle la dame se remaria a Jaikemon de Harchicourt; mais il moru sans hoir de son cors, et la dame se remaria a monseigneur Walon de Bourc. Apres la mort monseigneur Walon elle reprint a mari monseignour Oston
10 de Trasignies. Nous vous avons dit de monseignour Phelippe de Creky; or vous dirons de ses autres freres. Li secons qui ot non Bauduins fut sires de Torchy. Il ot pluseurs enfans, de quoi li ainsnes ot non Guillaumes, qui tint la terre de Torchi apres son pere. Li secons filz monseignour Bauduin de Torchi ot non Phelippes et li tiers Bauduins. Li une des filles monseignour Bauduin de Torchi fut mariee au seignour de Saint-Maissent et li
15 autre au seignour de Sempy[4]. Nous vous avons dit des 2 filz monseignour Bauduin de Creky le jone; or vous dirons de ses 2 filles. Li une qui ot non Marguerite fut abbesse de Messines. Li autre fut mariee a monseignour Guillaume Boutery seignour de Boumy, qui ot de li une fille, qui fut mariee a monseignour Bernart de Maruel, qui ot de li un fil qui ot non Estevenes. Cil Estevenes print a femme la fille monseignour Guillaume conte de Dant-
20 martin. Apres la mort monseignour Bernart de Maruel Marguerite, fille monseignour Guillaume Boutery, se remaria a monseignour Guillaume de Pois, qui ot de li un fil. La tierce fille monseignour Bauduin de Creky fut mariee a monseignour Jaikeme d'Oisny, qui ot de li une fille qui fut mariee au seignour de Coudun[5]. Li sires de Coudun ot de li 2 filles, dont li ainsnee fut mariee a l'ainsne fil le seignour de Raineval et l'autre a l'ainsnee[a] fil le
25 seignour de Saint-Symon. La quarte fille monseignour Baudouin de Creky fut mariee a monseignour Raul Flament, qui ot de li 2 filles. Li une des filles fut mariee a monseignour Jehan d'Eppe et li autre a monseignour Gerard de Sorel.

Nous vous avons dit de Marguerite, la quinte fille madame Yde d'Avesnes, et de ceus qui d'elle issirent; or vous dirons de la 6me fille madame Yde qui ot non Beatris. Elle fut
30 mariee a monseignour Phelippon d'Aire, frere monseignour Bauduin d'Ayre. Il ot de li 2 filles. Li une des filles ot non Yzabiaus. Si fut mariee au seignour de Biauraing[6], qui ot de lui 2 filz et 5 filles. Li fil morurent jone sans hoir. Des 5 filles fut li une mariee au seigneur de Brimeu, qui ot de li 2 filz. Li uns des filz ot non Wistasses et li autres Aliaumes. Wistasses ot a femme la fille le conte de Dantmartin, qui moru sans hoir, et Wistasses
35 reprist la fille monseignour Druon de Mili; si en ot plente d'enfans. La seconde fille madame de Biauraing fut mariee au seigneur de Hassebruec[7], qui ot de li pluseurs enfans. La tierce fille madame de Biauraing fut mariee au seignour de Bruec et de Brekin, qui ot de li plente d'enfans. La quarte fille madame de Biauraing fu mariee au seignour de Brunesberc, qui ot de li plusours enfans. La quinte fille madame de Biauraing fut mariee au seigneur de
40 Bleky. Nous vous avons dit de madame Yzabel, fille madame Beatris, et de ceus qui de li issirent; or vous dirons de sa serour qui ot non Mahaus. Elle fut mariee a monseigneur Jehan d'Yppre qui estoit sires de Renenghez, qui ot de li pluseurs enfans.

Nous vous aviens[a] dit dessus que li chastelains Guillemmes de Saint-Omer, filz madame Yde d'Avesnes, moru sans hoir de son cors. Si eschey la chastelerie de Saint-Omer a la
45 contesse de Faukenberghe[8] et a Guillaume son frere, qui fut mout vaillans chevaliers et prisies desa mer et dela. Il moru sans hoir de son cors. Si eschey la chastelerie et la terre a madame Beatris sa serour, qui avoit este femme monseigneur Phelippon d'Ayre, car tout si frere estoient mort et ses serours ainsnees. Elle ne vesqui mie gramment apres, ains moru[9]. Si eschey la terre a Mahaut sa fille, qui estoit femme monseignour Jehan d'Yppre
50 seignour de Renenghez, et avoit de lui pluseurs enfans. Li ainsnes de ses filz ot non Guillaumes. Il fut ayretes de la chastelerie de Saint-Omer et de la conte de Fakenbierke. Si print a femme Adelvye, fille le conte Bauduin de Ghynes. Si ot de li un fil et une fille. Li

a) *ita c.*

1) a. 1273—1292. 2) Ghistelles apud Ostende. Cf. Miraei Notit. eccl. Belg. c. 224. 3) Formezele. 4) arrond. Montreuil. 5) prope Compiègne. 6) Beauraing. 7) Hazebrouc. 8) Fauquembergues. 9) a. 1254. Cf. Giry, 'Les chatelains de St.-Omer' in 'Bibl. de l'école des chartes' t. XXXV, p. 332; t. XXXVI, p. 110.

filz ot non Guillaume et la fille Mahaus. Cis Guillaume fut chastelains de Saint-Omer apres la mort son pere[1]. Il prist a femme la fille monseignour Florent de Warennes; si en ot une fille qui fut convenancie a l'ainsne fil le chastelain de Biaumes[2]. Sa suer qui ot non Mahaus fut mariee a Bauduin chastelain de Biaumont; si ot de li pluseurs enfans. Nous vous avons dit de ceus qui issirent de Guillaume chastelain de Saint-Omer, fil madame Mahaut de Renenghez; or vous dirons de ses freres. Li ainsnes apres lui ot non Jehans; cil tint la terre de Renenghez. Li autres ot non Gerars et fut archediakes de Braibant. Li tiers ot non Jaikemes, sires de le Nyeppe. Li quars ot non Bauduins; il fut sires de Belle-Fontainne et tresoriers d'Antoing. Li quins ot non Gautiers; il fut sires de Morbeke et aquist de la chastelerie de Saint-Omer ceu qui en gist en Flandres. Li 6me ot non Boussars. Nous vous avons dit des filz madame de Renenghez; or vous dirons de ses 2 filles. Li une ne se vot onques marier, ains vesqui sainctement. Li autre qui ot non Beatris fut mariee au seignour de Biaul-Manoir, qui ot de lui une fille qui fut mariee au seignour d'Estrees.

Nous vous avons dit des ancisseurs le conte Jehan de Chartres et de Blois, seigneur d'Avesnes et de Guisse.]

A.

Or vous dirons de la fille[3] le conte Pieron de Bretaigne. Elle fu mariee a monsigneur Hugon le Brun[4] conte de la Marche[5], qui ot de li fius et filles.

Or vous dirons[6] de la seconde fille Raoul signour de Couchi, qu'il ot de Agnes, fille le conte Bauduin de Haynau, ki fu mariee au conte Raoul de Rouchi. Cil Raous morut sans hoir, et elle reprist le conte de Grantpre. (Gisl. 509.) Si ot de li un fil qui ot non Henris, qui tint la conte de Grantpre apries lui, et une fille qui fu dounee au conte Raoul de Soissons, qui ot de li 2 fius et une fille. Li aisnes des fius le conte de Soissons ot non Jehans, qui (*Gisl. 509.) tint la conte de Soissons apries son pere. Cil Jehans prist a feme la fille[7] monsigneur Alart de Cymai en Haynau qui plus n'avoit d'oirs. Cil Jehans ot 2 fius et une[a] fille. Li aisnes fius ot non Jehans[8] et li autres Raous. Cil morut en Thunes iouenes sans hoir de son cors. Ysabiaus leur suer fu mariee au visconte de Chastieleraut[9]. Li autres fius le conte Raoul de Soissons qui ot non Raous prist a feme la roine[10] de Cyppre, qui veve estoit, et de par li fu il baus[b] dou roiaume de Jherusalem. La roine morut sans hoir de lui, et il reprist a feme la fille monsigneur Jehan de Hangies, qui fu peres monsigneur Aubert. La fille le conte Raoul de Soissons qui ot non Ysabiaus fu mariee a Nicholon signour de Barbenchon, qui ot de li 2 fius et pluisours filles. Li aisnes des fius ot non Jehans, qui tint Barbenchon apries son pere. Il ot a feme Marie, fille Huon signour de Antoing; si ot

B.

Or vous dirons de la fille le conte Perron de Bretaigne qui en sornon estoit nommes Mausclers. Celle fut donnee en mariaige a monseignour Hugon le Brun, qui estoit quens de la Marche. Il ot de li pluseurs filz et filles. Li ainsnes de ses filz ot non Hughes[11]. Cis tint la conte de la Marche apres son pere. Et l'une de ses filles fut mariee au seignour de Belleville, et l'autre print a femme li quens de Clocestre.

Nous vous avons dit[6] de l'ainsnee fille monseignour Raoul de Couci, *qu'il ot de Agnes, fille le conte Bauduin de Haynau le tiers de ce non apres Richaut; or vous dirons de la seconde fille monseignour Raoul de Couci. Elle fut mariee a monseignour Raoul conte de Rousci; mais li quens n'ot de li nul hoir, ains moru Et apres la mort le conte la dame se remaria et print le conte Henri de Grantpre. Si ot de li un fil qui ot non Henris, qui tint la conte de Grantpre apres la mort son pere. Encore ot li quens une fille de celle dame, qui fut donnee en mariaige au conte Raoul de Soissons, qui ot de li 2 filz et une fille. Li ainsnes des filz ot non Jehans[12]. Il tint la conte de Soissons apres son pere. Il print a femme la fille monseignour Alart de Chimay ki siet en Haynau. Celle estoit hoirs de la terre de Chymai. Li quens Jehans ot de li 2 filz et 3 filles. Li ainsnes des filz ot non Jehans et li autres Raoulz. Cil Raoulz moru en Tunnes jones bachelers, quant li rois Loys de France y ala, et Jehans[13] ses freres, li ainsnes, tint la conte de Soissons apres la mort son pere. Il print a femme la fille le

a) *ita c., sed* III *corrigendum videtur; cf. rec. B lin.* 46. b) *i. q.* baillif.

1) a. 1253 — c. 1289. 2) Beaumetz-les-Laires (arrond. St.-Omer), quod cum sequenti Beaumont in Hanonia sito perperam confundit Giry l. l. 3) Johanna. 4) XI (1249 –1260). 5) Est provincia Aquitaniae. 6) V. supra p. 425. lin. 14. 7) Mariam. 8) a. 1270 – 1284. 9) Châtellerault, départ Vienne. 10) Alicem. 11) XII (1260—1282). 12) secundus. 13) tertius (1270 – 1284).

de li pluisours fius et filles. Li autre fius Nicholon signour de Barbenchon ot non Nicholes et prist a feme Ydain, suer germainne Marie, feme son frere.

conte de Montfort, qui ot non Marguerite. Si ot de li 3 filz et une fille. Li ainsnes des filz ot non Jehans[1]. Cil Jehans print a femme la fille monseignour Huon seignour de Rumigni. Si ot de li une fille. Si autre 2 frere furent clerc. Li uns des 2 clers ot non Raoul et li autres Auchiers. Leur suer ot non Marie et fut mariee a monseignour Huon de Scouflans[a] seignour de Maruel. Nous vous avons dit des 2 filz le conte Jehan de Soissons; or vous dirons de ses 3 filles. Li ainsnee qui ot non Aelis fut mariee a monseignour Jehan d'Adenarde, qui ot de li une fille qui ot non Marie. Celle Marie fut donnee a monseigneur Godefroi de Peruwes; mais il moru sans avoir hoir de li, et elle se remaria a monseigneur Jehan de Falleui, qui ot de li 2 filles. La seconde fille le conte Jehan de Soissons qui ot non Yolens fut mariee a monseignour Huon de Rumigni; mais elle moru sans avoir hoir de lui. La tierce fille le conte Jehan de Soissons qui ot non Alienor fut mariee au visconte de Touars, qui ot de li un fil et une fille. Li filz ot non Hughes.

Nous vous avons dit dou conte Jehan de Soissons et de ceulz qui de lui issirent; or vous dirons de monseigneur Raoul son frere. Il fut vaillans chevaliers. Il ala outre mer et s'i maintint mout bien; et ainssois que il repassast mer, il espousa la roine de Chyppre. Celle dame avoit este ainsnee fille le roi Henri d'Acre. Si l'avoit ehue[b] a femme li rois[2] de Chypre et en avoit enfans, et de par li tint messires Raous de Soissons la baillie dou roiaume de Jherusalem. Apres ce moru la roine de Cypre, et messires Raous print puis a femme la fille monseignour Jehan de Hangest. Si ot de li une fille qui fut hoirs de sa terre. Elle fut mariee a monseignour Bernard de Moruel.

Nous vous avons dit des 2 filz le conte Raoul de Soissons et de ceulz qui d'eus sont descendu; or vous dirons de la fille le conte Raoul de Soissons, leur sereur. Elle ot non Yzabiaus. Elle fut mariee a monseignour Nicolon, qui fut sires de Barbenson apres la mort son pere. Messires Nicholes ot de li 2 filz et pluseurs filles. Li ainsnes de ses filz ot non Jehans. Cis Jehans tint la terre de Barbenson apres la mort son pere. Il print a femme la fille monseignour Huon d'Antoing qui avoit non Marie. Si ot de li pluseurs filz et pluseurs filles. Li ainsnes de ses filz ot non Jehans, li secons ot non Hues. Li tiers filz monseignour Jehan de Barbenson ot non Gilles et fut chanonnes de Nostre-Dame de Tournai. Li quars filz monseigneur Jehan de Barbenson ot non Nicholes et fut aussi clers et chanonnes de Lobes. Li 5me filz monseignour Jehan de Barbenson ot non Raous et fut clers. Li 6me filz monseignour Jehan de Barbenson ot non Alars. Li 7me filz monseignour Jehan de Barbenson ot non Michies, et li 8me filz monseignour Jehan de Barbenson ot non Jehans li Petis. Nous vous avons nommes les 8 filz monseignour Jehan de Barbenson; or vous dirons des filles. Li ainsnee ot non Marie. Celle fut mariee a monseignour Robert d'Aske[3]. Encore ot il 6 autres filles; mais il n'en avoit plus de mariees. Nous vous avons dit de monseignour Jehan de Barbenson; or vous dirons de monseignour Nicholon son frere. Il print a femme la fille monseignour Huon d'Antoing. Elle avoit non Yde et estoit suer germainne la femme monseigneur Jehan de Barbenson son frere. Nous vous avons dit des deus freres de Barbenson; or vous dirons de leur sereurs. Li ainsnee ot non Mahaus. Elle fut mariee a monseignour Wautier d'Engien, ainsne fil monseignour Sohier d'Engien; mais elle moru sans hoir. Li autre suer monseigneur Jehan de Barbenson ot non Yolens. Elle fut mariee a monseignour de Harnes[4], qui ot de li 2 filz. Li ainsnes ot non Hues et li autres Michies. La tierce suer fut mariee a monseignour Ernoul d'Astainnes. Aucunes des autres furent rendues.

a) descouflant *c.* *Cf.* p. 424. *lin* 27. b) *ita c. pro* eue

1) quartus (1284—1289.) 2) Hugo I. 3) Assche, ab Alost ad orientem. 4) arrond. Béthune.

Nous vous avons dit de la fille le conte de Grantpre et de ceus qui de li issirent; or dirons de son fil qui ot non Henris, qui puis fut quens apres son pere[*,1].

Gisl. 509. Or vous dirons de la tierche fille monsigneur Raoul de Couchi qui ot non Ade. Elle fu mariee a monsigneur Thierri de Bevre chastelain[a] de Dikemue, qui ot de li 2 fius et 3 filles. Li aisnes des[b] fius ot non Thierris et[c] fu sires de Bevre et chastelains de Dykemue[2] apries son pere. Li autres ot non Guillaumes. L'unes des filles Thierri signour de Bevre fu mariee a signour[d] de Grinberghes, ki ot de li une fille qui fu hoirs de sa terre. Si l'ot a feme Godefrois li sires de Pierewes[e]. La seconde fille monsigneur Thierri de Bevre fu mariee a un[f] vaillant houme monsigneur Willaume de Hondescote, qui ot de li un fil qui ot non Pieres, qui apries son pere tint[g] l'yretage de son pere. Encore ot mesires Willaumes de Hondescote pluisours fius et filles. La tierche fille monsigneur Thierri de Bevre fu mariee a monsigneur Gobert de Monchablon[3], qui ot de li un fil et une fille. Li fius ot[h] non Gobers. Cil Gobiert tint la terre apries la mort Gobert son pere.

Nous vous avons dit des 2 filles le conte Bauduin de Haynau le tierch de che non apres Richaut; or vous dirons (ib. 509.) de la tierche fille le conte Bauduin. Elle ot non Leurenche[i]. Elle fu mariee a Thierri d'Alost. Il tenoit Alost et la terre de Waise. Cil Thierris fu fius monsigneur Yvon de Gant et madame Lorete. (ib. 510.) Thierris morut sans hoir de sa char. Leurenche sa femme s'en revint en Haynau avoec son pere et i demoura tant ke ses peres fu mors, et apries la maria ses freres a monsigneur Bouchart de Montmorenchi, qui ot de li un fil qui ot non Maihius, lequel li quens Bauduins ses oncles fist chevalier. . . . .
. . . .

86. De Huon le mainne ki se parti de Constantinoble et s'en rala en son pais.
87. Coument li dus Godefrois aida le signeur de Hasart contre le soudan.
88. Coument li quens de Toulouse assist et prist la cite de Albare.
89. Coument Tancres fu envoiies en Bethleem.
90. Coument la cites de Jherusalem fu assise.
91. Coument la cites de Jherusalem fu prise.
92. Coument une partie de la vraie crois fu trouvee.
93. Coument Buimons et Bauduins alerent en Jherusalem, et coument on fist le patriarche et Godefroi roi de Jherusalem.
94. Le prise Buiemont le prinche d'Anthioce.
95. Le mort le roi Godefroi et le regne Bauduin son frere.
96. Le gaing et le courtoisie le roi Bauduin.
97. Dou conte Guillaume de Poitiers.
98. Coument li rois Bauduins s'en fui de Rames et s'en vint a Jaffe.
99. Coument Buiemons issi de prison par raencon.
100. Coument Acre fu prise.
101. Dou roi Phelippon de Franche.
102. La mort Raimon conte de Toulouse.
103. La mort le patriarche Daimbert.
104. De Huon de Tabarie et de sa mort.
105. La mort Buiemont prinche d'Anthioce.
106. Coument li pelerin prisent Gibelet et Triple.
107. Coument Bethleem fu faite archeveskies.
108. Coument li rois assega Sur, et le mort Tancre.
109. Une bataille le roi contre les Turs de Pierse.
110. Coument li rois de Jherusalem prist la contesse de Sezile a femme.
111. Coument li crestien d'outre le flun Jourdain vinrent en Jherusalem manoir.
112. Coument li rois se parti de sa femme.
113. Le mort le roi Bauduin, frere le roi Godefroi.
114. Coument li quens Bauduins de Rohais fu rois.
115. La mort l'empereour Alexis et l'apostole Paskaut et le siege Gelaise.
116. Coument li templier furent estore.
117. La mort Rogier prinche d'Anthioce.
118. Coument li rois se combati contre Gazis.
119. La mort Gazis.
120. Coument Balaac prist le roi Bauduin de Jherusalem.
121. Coument li princes d'Egipte fu desconfis.

*) Filius comitis de Grandiprato Henricus ex uxore sua, filia domini Erardi de Rameru, unum genuit filium Henricum, qui successit in comitatu *C.*

a) ch. d. D. *des. B.* b) d. f. *des. B.* c) et tint la terre apres son pere *B.* d) monseignour *B.* e) Peruwes *B.* f) u. v. h. *des. B.* g) t. la terre *B, ubi* de son pere *desunt.* h) ot a n. *B.* i) Laurence *B.*

1) Haec iam supra p. 436. lin. 35 sq. dicta sunt; sed hic quaedam deesse, versio Latina docet. 2) Dixmude in Flandria Occidentali. 3) Seriem dominorum vide ap. Duschesne, 'Hist. généal. de Chastillon' p. 717.

128. La mort le roi Phelippon et le regne Loeys son fil.

. . . .

Gen. reg. Franc [1]

Apries lui[a] tint le roiaulme Loeys ses fius, qui fu couronnes a Noyon. Cil Loeys prist a feme le contesse[a] de Moriane. Si ot de li 5 fius. Li aisnes ot non Phelippes. Chelui fist il courouner a son vivant; mais dedans l'an que il fut couronnes, cil nouviaus rois chei de son cheval parmi un pourcel a Paris. Si mourut de la blecheure. Li secons fius le roi Loeys ot non Loeys. Cil tint le roiaume apries son pere. Li tiers fius le roi Loeys ot non Robiers. Cil* Robers ot a femme Agnes qui estoit contesse de Dreues et de Brainne de son yretage. Il ot de li un fil et une fille. Li fius ot non Robiers. Cil tint la conte de Dreues apries son pere et sa mere. Il ot a feme Yolent, fille monsigneur Raoul de Couchi. De chelui vous avons nous[b] dit desus et de chiaus qui d'iaus[c] issirent; or vous dirons de la fille le[d] conte Robiert le grant, fil le roi Loeys de Franche. Elle ot non Aelis. Si le[e] prist a feme mesires Raous de Couchi, qui avoit dounee sa fille Yolent au jouene Robert, si com nous avons dit desus. Mesires Raous de Couchi ot de cesti Aelys 3 fius et une fille. Li ainsnes des fius ot non Engerrans, qui tint la terre de Couchi apries son pere. Cil prist a feme la serour monsigneur Jehan de Monmirail. Si ot de li 3 fius et 2 filles. Li aisnes des fius ot non Raous. Cil prist a feme la fille le conte de Pontiu; mais il morut sans hoir de son cors outre mer, quant li rois Loeys[5] fu pris a le[e] Massore[3]. Li autres fius monsigneur Engerrant de Couchi ot non Jehans; si morut jouenes. Li tiers ot non Engerrans, qui tint la terre de Couchi apries la mort son pere; il prist a feme Margherite, fille le conte [Othon[f,4]] de Ghellere. Nous vous avons dit des 3 fius monsigneur Engerrant de Couchi; or vous dirons de ses 2 filles. L'une qui ot non Marie fu mariee au roi Alixandre d'Escoche[5]. Si ot de li un fil qui ot non Alixandres, qui apries la mort son pere tint le roiaume d'Escoche[6]; et apries la mort le roi Alixandre elle reprist a mari monsigneur Jehan d'Acre, fil le roi Jehan d'Acre. L'autre fille monsigneur Engerrant de Couchi qui ot non Aelis fu mariee au conte Ernoul de Ghignes, qui ot de li fius et filles.

Nous vous avons dit de l'aisne fil monsigneur Raoul de Couchi; or vous dirons des autres 2. Li secons fius ot non Thumas et fu sires de Vrevin. Il prist a feme Mehaut, aisnee fille le conte de Retest. Si ot de li un fil et 4 filles. Li fius ot non Thumas, qui[g] tint la terre de Vrevin apries son pere. Il prist a feme Ysabel, fille le conte Ernoul de Los; mais elle morut sans hoir, et il reprist Margherite, fille le vidame de Pikegni. Si ot de li 2 fius et une fille. Li aisnes des fius ot non Thumas. Cil tint la terre apries son pere. Il prist a feme Aelys, fille monsigneur Gherart[h] de Sotenghien[i]. Li autres fius le secont Thumas de che non ot non Jehans. Il prist a feme la fille monsigneur Renaut de Saint-Leu. La fille monsigneur Thumas le secont qui ot non Aelis** fu mariee a monsigneur Gauchier de Tourothe[7]. Nous vous avons dit dou fil monsigneur Thumas de Couchi signour de Vrevin et de chiaus qui d'iaus issirent; or vous dirons de ses 4 filles. L'aisnee qui ot non Yolens fu mariee a monsigneur Ernoul de Mortaigne chastelain de Tornai, qui ot de li pluisours fius et filles, si com nous avons dit desus[8]. La seconde fille monsigneur Thumas de Couchi signour de Vrevin qui ot non Felicitas fu mariee a monsigneur Bauduin d'Avesnes signour de Biaumont, qui ot de li un fil et une fille. Li fius ot non Jehans. Il prist a feme Agnes, fille monsigneur Guillaume[k] de Valence, frere le roi Henri d'Engletiere de par sa mere. La fille monsigneur Bauduin d'Avesnes qui ot non Beatris cele fu mariee a monsigneur Henri de la Roche, aisne fil le conte Henri[9] de Luxebourch, liquels quens Henris[l] de Luxebourch l'avoit engenre de la fille[10] le conte[m] de Bar Henri, si com nous avons dit desus[11]. Si

*) Cil — yretage *correxit B:* Cil Robers ot la conte de Dreues. Il print a femme Agnes qui estoit contesse de Brainne de son heritaige.

**) Marie *B.*

a) conte *A.* b) *deest B.* c) d'eux 2 *B.* d) le gr. c. R. fil *B.* e) la *B.* f) *add. B.* g) et fut sires de Vr. a. s. p. *B.* h) Girart *B.* i) Sottenghien *B.* k) Guillemme *B.* l) *deest B.* m) c. H. d. B. *B.*

1) ap. Bouquet cont. XVII, p. 434. 2) post Philippum I. 3) a 1250. 4) secundi (1229—1271). 5) II. (1214—1249). 6) a. 1249—1286. Cf. Albric. p. 945. 7) Thourout in Flandria Occidentali. 8) p. 424. lin. 24. 9) tertii (1247—1281). 10) Margareta. 11) p. 425. lin. 29.

ot de li fius et filles. La tierche fille monsigneur Thumas de Couchi signour de Vrevin qui ot non Agnes fu mariee a monsigneur Gobiert d'Aspremont. De cestui Gobiert et de chiaus qui de lui issirent vous dirons nous cha avant, quant nous parlerons de la generation d'Avesnes[1]. La quarte fille monsigneur Thumas de Couchi signour de Vrevin fut abbeesse de la Pais-Nostre-Dame, qui ot non Elyssens. 5

Nous vous avons dit des 2 fius monsigneur Raoul de Couchi et de chiaus qui d'iaus issirent; or vous dirons dou tierch fil qui ot non Robiers.

A.	*B.*
Il prist a feme medame Gode de Pynon[2]. Si ot de li un fil qui ot non Robiers, qui tint la terre apries lui.	Il print a femme la fille le seignour de Praiaus; elle ot non Gode. Il ot de li un fil 10 qui ot non Jehans. Cil Jehans tint la terre de Pynon apres son pere. Il print a femme la fille le tonnier de Biauvais. Si ot de li un fil qui ot a non Robers.

Nous vous avons dit des 3 fius monsigneur Raoul[a] de Couchi; or vous dirons de la 15 fille monsigneur Raoul[a] de Couchi qui ot non Agnes. Cele[b] fu mariee a monsigneur Gillion de Biaumes chastelain de Bapaumes, qui ot de li 4 fius et pluisours filles. Li aisnes des fius ot non Gilles, ki tint la terre apries son pere. Il prist a feme la serour monsigneur Jakemon de Bailluel en Haynau. Si ot de li pluisours fius et filles. Li secons fius ot non Raous. Cil prist a feme madame de Baudour, qui avoit este feme monsigneur Bauduin de 20 Wallaincourt ki fu sournoumes Buridans; mais il morut sans hoir de son cors. Li tiers fius le chastelain de Bapaumes ot non Thumas. Cil fu prouvos de l'esglyse Nostre-Dame de Rains et puis archevesques[3] de Rains. Li quars fius le chastelain de Bapaumes ot non Robiers sournoumes de Bretaigne, pour chou que il fu nourris avoec le conte Pieron de Bretaigne. 25

Nous vous avons dit dou conte Robiert de Dreues le tierch fil le roi Loeys de Franche et de chiaus qui de lui issirent; or vous dirons dou quart fil le roi Loeys de Franche qui ot non Henris. Cil fu clers et puis archevesques de Rains[4]. *(Gen. reg. Franc.)*

Li quins fius le roi Loeys ot non Pieres. Cil ot la terre de Cortenai[5] en parchon de terre. Il ot 2 fius. Li uns ot non Pieres et[c] li autres Robiers. Pieres li aisnes ot la terre de Courtenai apries son pere. Si prist 30 a feme la contesse Agnes de Nevers, qui avoit este fille Guyon conte de Nevers, et douna le roi Phelippon Montargis por chou que il li aida dou mariage, car elle estoit hoirs de la conte; et Robiers ses freres prist a feme la dame de Meun[6]. Mesires Hervius de Gyent[7] ot guerre contre le conte Pieron et se combati a lui devant l'abbeie Saint-Lorent[8]. Si le desconfi et prist Mehaut sa fille a forche, que il avoit eue de la contesse de Nevers; et[a] 35 apries en fist pais li rois Phelippes, et mesires Hervius li douna Gyent et otria que li quens Pieres tenist Auchoire[d] et Tournoire[e,9] sa vie, et pour chou ke il avoit este quens, fu il apieles quens d'Auchoire; car Auchoire n'est[f] mie contes. Cil Hervius ot de la fille[10] le conte Pieron et la contesse de Nevers une fille[11] que mesires Gauchiers[12] de Chastellon[13] ot puis a feme, et douna mesires Gauchiers[12] pour che mariage au roi Phelippon Remi en Biauvoisis. 40 Mesires Gauchiers[12] ot de cele dame un fil et une fille. Li fius ot non Gauchiers. [La[g,*] fille[14]] la contesse Mahaut de Bouloigne que elle avoit eu dou conte Phelippon, fil le roi Phelippon[15] de Franche, prist Gauchiers a feme; mais il n'en ot nul hoir, ains morut cil Gauchiers jouenes chevaliers outre mer a la bataille ou li rois Loeys fu pris a le Massore[16]. La contesse de Nevers[17] sa taie vivoit encore, par coi il ne tenoit riens de la conte; ains eschai la terre de 45 par son pere et l'atente de la conte de Nevers, d'Auchoirre et de Tournoire[e] a sa serour[18],

*) *B*: Il ot la fille[14] la contesse Mahaut de Bouloingne que elle avoit eue dou conte Phelippon, fil le roi Phelippon de France; mais *etc. ut supra.*

a) *deest B.* b) Elle *B.* c) et l. a. R. P. *des. B.* d) Ausoirre *B.* e) Tounnoire *B.* f) estoit *B.* g) La fille *supplevi, quae verba errore scribae in A omissa esse patet.* 50

1) Cf. quae auctor in recensione *B* (supra p. 427 sqq.) addidit, et praefationem nostram p. 417. 2) Pinon, départ. Aisne, arrond. Laon. 3) a. 1251—1263. 4) a. 1162—1175. 5) Courtenai, départ. Loiret, arrond. Montargis. 6) Méung-sur-Loire, départ. Loiret. 7) Gien, ibid. 8) *prope abbatiam Sancti Laurentii non longe a Donziaco* (Donzi) Rad. de Diceto, ap. Bouq. cont. XVII, p. 658. 9) Tonnerre, départ. Yonne. 10) Mathilda. 11) Agnetem. 12) Guido II. potius, filius Walteri. 13) Châtillon-sur-Marne. 14) Johannam. 15) secundi. 16) a. 1250. 17) scilicet Mathilda, quae obiit 55 a. 1257. 18) Iolanthae.

qui avoit este mariee a monsigneur Archembaut de Bourbon, qui ot de li 2 filles qui furent mariees au 2 fius le duc Hugon de Bourgoigne, [si[a] com nous dirons[1]].

Or vous dirons dou conte Pierron d'Auchoire; car nous vous avons dit de chiaus qui issirent de sa fille que il ot de la contesse de Nevers. Quant sa feme la contesse fu morte, 5 il prist a feme Yolent, serour le conte Bauduin de Haynau le quint de che non apries Richaut, qui puis fu empereres de Constantinoble. Che fu cele qui fu couvenanchie au conte Henri de Champaigne, si com nous dirons cha avant[2]. Il ot de li 3 fius et 3 filles[3]. Li aisnes des fius ot non Phelippes, li autres Robiers et li tiers Bauduins. L'une des filles fu mariee au roi[4] de Hongherie. La seconde fille ot a feme li quens de Viane en Allemaigne, 10 qui ot de li[b] fius et filles. La tierche fu mariee a monsigneur Gachier, fil le conte de Bar-sour-Sainne; mais il morut outre mer sans hoir, et elle se remaria au signeur de Montagu en Bourgoigne. De cestui conte Pieron d'Auchoirre vous dirons nous cha avant, coument il ala en Constantinoble pour avoir l'empire apries la mort l'empereour Baudoin et l'empereour Henri, cui suer sa femme estoit, et coument li empires demoura as[c] ses hoirs apries lui.

15 129. La mort le conte Robiert de Flandres et de Bauduin son fil et sa mort et de Carlon et sa mort.

130. Coument li rois Loeys de Franche fist Guillaume de Normaudie conte de Flandres.

. . . .

Apries[5] vint li rois[6] et li quens Guillaumes et firent faire enqueste de chiaus qui le conte Charlon avoient ochis, et de chiaus qui l'avoient trahi, et de tous les autres qui 20 avoient ochis chiaus qui avoient este mort avoec le conte, et de tous leur aidans avant[d] la mort et apries, et de chiaus qui les conduisent[e], ne soustoitierent, et de chou que il i ot fait de mal. Quant l'enqueste fu faite bien par le conseil de preudoumes de la terre, l'enqueste fu despondue devant le roi Loeys et devant auchuns barons dou roiaume. Li rois en ordena auchune chose et le sourplus laissa en l'ordenanche le conte Guillaume et son conseil. 25 Puis s'en rala li rois en Franche[7]. Li quens Guillaumes mist jour a Yppre, auquel il ajourna tous les accuses ke il venissent pour faire l'amende, chascuns selonc chou ke[f] il avoit mesfait. Quant li jours fu venus, li quens[g] vint a grant plente de barons, mais des accuses n'en i vint neisuns. 1127.

Dont volt li quens Guillaumes et li baron ordener que tuit fuissent deshyrete et bani de 30 Flandres a tous jours; mais li menus peuples qui la estoit disent que trop seroit grans dolours, ne chou ne lor sambloit pas raisons que cil qui estoient ou menour crieme fuissent pugni d'autretel com cil[h] qui estoient dou plus grant crime. Pour ceste tumulte et ceste noise abaissier fu esgarde par le conte Guillaume et par son conseil que tuit cil qui avoient este au conseil dou conte Charlon mourdrir et as[i] autres preudoumes[k] avant et apres, 35 et cil qui rouberent maisement[l] les avoirs le conte et cil qui soustoitierent en lour osteus les malfaiteurs et ki les conduirent hors dou pais, fuissent escillie a tous jours, et deshyrete lour enfant et li enfant de lour enfans, sans nulle misericorde. De la trahison et de la rapine des choses le conte sont convaincu coupable Willaumes de Wervi, Engerrans d'Aisne. De l'aiue[m] et de la volente a[n] la mort le conte sont accuse Ernous de Maldenghen, Lambins, 40 fius Rollant, Estienes de Kayhen, Reniers le Vos; de la mort le chastelain[8] de Bourbourch: Watiers Penduch, Conras, Robelin Murdersoth[o], Borgrave, li fius Ghiselin, Lambins Nypa, Wautrekins li portiers le chastelain, Fremaus[p], fius Ruthrad, Watiers, fius Gherol[q], Servin, Hidwin, Hesselins, fius Hesselin, Livod[r] Fillastres, Bertol Walen, Godtin, fius Reingot; quittes Wis[s] de Stanfort, Yzaac dou Pont-Sainte-Marie. De la delivranche le prouvost[9] fu atains 45 Watiers de Sarren, Bertous ses freres, liquel prisent de lui pechune pour lui conduire. Eggebert, fius Haissins, prist pechune dou prouvost mener destoluement. Aubers de Beveslare eut un palefroi pour conduire le prouvost. Alars de Waneston[t] rechuit le provost en son ostel[10]. Watiers li boutilliers detint avoec lui Estievenon de Kayhem, coupables de la mort le conte. Cil meismes Watiers ot partie de la pechune le conte[11]. Watiers de Lisse-50 weghe fist aide au chastelain Haket[12] puis que il fu eschapes, liquels Watiers ot de la pechune

a) *add. B.* b) li pluseurs f. *B.* c) a *B.* d) devant *B.* e) conduisirent *B.* f) s. que il *B.* g) q. Guillaumes i vint *B.* h) ceus *B.* i) les *B.* k) pr. de son conseil et cil *B.* l) *deest B.* m) *i. q.* aiude, aide. n) de *B.* o) Wudersoth *B.* p) Fremans *B.* q) Gherecol *B.* r) li vod *A. B.* s) Wys *B.* t) Warneston *B.*

1) Cf. supra p. 427. lin. 15. 2) p. 448. 3) Quae 55 sequuntur accuratius tradit Albricus p. 906. 4) Andreae. 5) Antecedit Walteri vita Karoli (SS. XII), quam in brevius redactam noster operi inseruit; de sequentibus cf. praefat. p. 415. 6) Ludovicus VI. 7) d. 6. Maii a. 1127; cf. Passionem Karoli a. Galberto c. 83. 8) Teinardi. 9) Bertulfi Brugensis. 10) Cf. Walter. c. 37. 11) Cf. Galbert. c. 42. 12) Brugensi.

1127. le conte entour 21 march. Bauduins d'Alost retint apries chou le chastelain et li fist aide, et Idsbourd[a] de Ernenghen[b] aussi. Lambins de Slipes retint avoec lui Robert, le[c] fil le chastelain Haket. Evrars de Gant jeta hors de la terre Watier de Penduch[d] et Doedin son pere et Robelin Mudersoth et eut le cheval et le haubert chelui Watier et le haubert Watier Mudersoth.

Li chastelains[1] de Gant fu atains que il ot partie de la pechune le conte pâr Robiert l'Enfant, laquel chose il meismes reconnut pardevant[e] le conte et auchuns des barons de la terre de Flandres. Des partans a la rapine le conte furent Lammins de Wervi et Thierris ses freres, Gosmaer li Rous, Inmie li veve Yzaach[2]. Des houmes le conte ki en leur aiue dusques a l'ostel porterent armes pour iaus aidier apries la mort le conte, furent accuse Heyo Cobblout[f], Watiers, fius Berewoud, Watiers, fius li Evilden, qui ot de la pechune le conte, Ansiaus de Riddevorde[g], qui est accuses de rapine, Manekins de Ziesele, [qui[h]] ot de la pechune, Hues Snaggart[i], Reniers Scaueaer[k], Willaumes Denis, Rotolf de Sainte-Crois, Erebols[l], fius Herraet, Jehans Rode[m], Godescaus Tahyaus[n]. Des atains coupables par jugement de la mort Watier Locre[3] fu Robins li portiers le conte. De la delivranche le chastelain Haket furent accuse par enqueste et jugie par jugement coume coupable Fromons Fillastres, Reinghier le tholenier[o,4], Bauduins Craie. De faire delivranche Budsard furent encoupe par enqueste souffissant faite de preudoumes et puis dit par jugement Aloud, Watiers, Fromons, fil Odoulf le clerc, qui prisent de lui pour lui conduire 20 mars ou plus. Des houmes le conte qui de lour gre se misent en ostage avoec iaus, se mist Ernous de Dudsele, liquels Ernous estoit coupables de l'homecide, Eremboud Archede, Lambin Archei, aussi coupables dou crime, devant[p] noumes avoec les autres malfaiteurs, Hidde[q] Eggenwerve, atains par enqueste coupables de la mort le conte, Watiers Spierine[r], Fromons, aidans et confortans as coupables de l'homecide. Des chevaliers et des autres ki[s] mie ne furent houme le conte et qui devant le hostage fisent aiue a chiaus qui la desloiaute avoient faite de mourdrir le conte et auchuns de chiaus qui od[t] lui estoient [et[h]] d'iaus conforter apries la mort le conte furent Watiers de Werkine, Grip de Hildenghen, Odvert[u], fius Berwoud, Foukes Coldinc, Hubert, fius Albours[v], Gillebers de Sainte-Crois, Wastrart, fius Oemkins, Thierris de Dudsele, Gillebers de Hontawe[w], Bauduins Culin, Wlveric Calvekin, Erpols Calvekin, Hildemar Hukebart, Robiert Mursel — cil[x] doi deseure noumet furent ataint coupable de la mort le conte — Hues, fius Joes a la barbe, Riquard Nauwesceren, Willaumes de Steenvorde escuiiers le chastelain Haket, coupables de l'homecide, Godebert Cukel, Bauduins Galiciaen, ki emporta le pechune le conte a Yppre, Lambins, fius Fromont Raffin, Ernous, fius Manekin de Siesele[y], Ylias li nies Olivier, Rolins, fius Liegarde de Jabbeke, Thieris et Watiers Poltenier, Henris de Thielt, Basiles Beccal, Gervais et Gillebert, li enfant Ysaac, Phelippes, fius Bertaven[z], Tankelins et Faukes portier le prouvost, Eustasses [ses[b]] fius, Wlveric[a] Knop, Fromons, fius Olivier, Thumas de Flardsebo[b], Ernous, fius Avekuien, Jourdains, fius Lammins, Symon Pancel.

Des chevaliers et des autres qui mie[s] ne furent houme le conte, qui furent ostage en l'aide des malfaiteurs, furent ataint par enqueste Doedins de Jabbeke, Nicholes, fius Seulmes, Alvod ses freres, Faukes li coustres, Anselins de Gramines, Lambers Pancel, Godefrois, fius Godefroit, Watiers Quaetem, Gevena Ripelin, Goudelins, fius Littelmans de Oestkerke, Hartfrit de Utkerke, Robers, fius Robiert le seneschal, Watrekins, fius Gosselin, Hues[p] Topins[p] et Obers li boutilliers le chastelain Haket, [qui[c]] fu atains par enqueste d'omecide. Gautiers li Fillastres le tonnuwier fu atains par l'enqueste de chou que il avoit pris des hostages en la tour hanas[d,5] et cauches de fier sans le congie des souvrains.

De chiaus qui ont este de l'hostel et de la maisnie as trahiteurs et d'auchuns autres qui apries la mort le conte ou par amiste[e] ou par malvaise couvoitise[f] d'aquerre demourerent en l'aide des malfaiteurs devant l'ostage ou apres, que on puet rappeler ou ravoir dusques adont que il affuirent coiement pour le peril de mort, et nekedent ne furent il mie accuset

a) Ydsb. *B.* b) Ernenhem *B.* c) *deest B.* d) Penduth *A.* e) devant *B.* f) Coubblout *B.* g) Riddenorde *A*, Riddervorde *B*; Ridevorda *Galb. c.* 121. h) *deest A.* i) Saggart *A*; Snaggaerd *Galb. c.* 99. k) Scauear *B.* l) Erembols *B.* m) Roede *B.* n) Tayhaus *B.* o) tholeñ *A.* p) *deest B.* q) Hidde de *B.* r) Spierme *B.* s) qui ne f. mie h. *B.* t) avec *B.* u) Oldvert *B.* v) Abbours *B.* w) Houtawe *B.* x) Il *B.* y) Zieselle B. z) Bertraven *B.* a) Wlnerio *A.* b) Flardselo *B.* c) *deest A. B; supplevit Kervyn.* d) havás *B.* e) amistie *B* (*i. e.* amitié). f) conv. *B.*

1) Sigerus, qui secundum Galbert. c. 30 contra coniuratos pugnavit. 2) Cf. Walter. c. 34. 3) Cf. Walter. c. 28. 4) Cf. Walter. c. 31. 5) nobis 'napf, kanne'. Cf. Galbert. c. 86.

de homecides ou de reubes, il est otroiie au conte que il a chiaus puet si pardounablement espargnier, se il veut, que il puissent demourer en la terre et avoir le leur par sa misericorde, mais que il ne entrent en autrui drois et si ne doivent estre oi en jugement ou en tiesmoignage ou en calenge ou en auchune provocation des autres apieler, pour chou que il en ces cas au mains ne perdent mie le note de lour mesfais[a]; car li quens et ses consaus regarderent que, se cil qui a si tres desloiaus et faus trahiteurs se consentirent et contresterent a chiaus qui la desloiaute voloient vengier et deffendirent les malfaiteurs, par coi on ne pot mie vengier hastivement[b] che grant malisce, ne fuissent pugni en auchune maniere, cil de Flandres en peusset avoir reproche et honte. La feme Watier de Lisseweghe, fille le chastelain Haket, et la feme Crestiien de Ghistele[c], qui fu suer Bodsart[d], ne furent pas deshiretees; car li rois en avoit devise sa volente. Li transcris de che jugement fu mis deviers le prouvost Ogier de Saint-Omer pour garder. . . . .

. . . .

131. La mort Guillaume conte de Flandres et coument Tieris d'Aussai entreprist la conte.

. . . .

Dont entreprist Thieris d'Ausay la conte et se fist asseurer de tous. Apries espousa Sebyle, la fille le conte Foukon d'Ango. Cil quens Fouques[1] avoit este fius le conte Fouchon d'Ango, de cui vous aves oi desus que li rois Phelippes de Franche toli sa feme; mais anchois avoit eu li quens de li cestui Fouchon, et Joifroi Martiel[2], qui aisnes estoit, ot la contet apries la mort son pere. Mais il morut sans hoir. Si ot cis Foukes la conte. Puis ot la fille[3] le conte Helye del Mans qui plus n'avoit d'oirs, de laquele il engenra 2 fils et 2 filles. Li aisnes ot non Joifrois[4], li autres Helyes. Des filles ot non l'une Mehaus, qui fut fianchie au fil[5] le roi Henri d'Engletiere; mais anchois que il l'eust espousee, fu li valles noiies en la mer, et elle se rendi en l'abbeie de Fontevraut. L'autre, qui ainsnee estoit, fut cele Sebyle que li quens Thieris ot puis a femme. . . . .

. . . .

132. La mort Buiemont le prinche d'Anthioce.
133. La mort le roi Bauduin de Jherusalem.
134. Coument Foukes fu couronnes a roi en Jherusalem.
135. Coument li rois Foukes ala viers Anthioce pour sa fille, ki estoit veve, et le descort k'il ot contre le conte de Triple.
136. Coument li rois Foukes dessega Sangin.
137. Coument li castiaus Ernaut fu fremes.
138. La mort le patriarche Biernart d'Anthioce.
139. Coument li empereres Jehans de Constantinoble vint viers Anthioce.
140. Coument Sanguins desconfi le roi Foukon.
141. Coument li empereres Jehans vint autre fois viers Anthioce.
142. La mort l'empereour Jehan et le regne Manuel.
143. Coument li rois Foukes frema le castiel de Ybelin, et le blanche garde.
144. La mort le roi Foukon et le regne Bauduin son fil.
145. Coument li cites de Rohais fu pierdue.
146. Coument Loeys, fieus le roi Loeys de Franche, espousa Elienor, fille le conte Guillaume de Poitiers.
147. De l'empereour Henri d'Alemaingne le quart et de Henri sen fil le quint et de Lotaire duc de Sassongne, empereurs de Roume, de leur batailles et leur mort.
148. De l'empereour Conrat et dou roi Loeys de Franche et coument il alerent outre mer, et dou regne l'empereour Fedri.
149. Coument li rois Loeys se parti de sa feme Elienor et prist la fille le roi d'Espaigne et, kant ele fu morte, il prist la fille le conte de Campaigne ki avoit non Alle.
150. La mort le prinche Raimon d'Anthioce.
151. La mort le roi Henri d'Engletiere et de l'emperreis Mehaut sa fille et dou roi Estievenon d'Engletiere.

152. Dou conte Thieri de Flandres et de ses hoirs ki de li issirent.

A.

Or vous dirons dou conte Thierri de Flandres, qui avoit a feme Sebile, la fille le conte Foukon d'Ango, qui puis fu rois de Jherusalem, si com nous avons dit desus. Li quens Thierris ot de li 3 fils et 2 filles. Li aisnes des

B.

Or dirons dou conte Thierri de Flandres, qui avoit a femme Sebille, fille le conte Foucon d'Anjo. Il ot de lui 3 filz et 2 filles. Li aisnes des filz ot non Phelippes. Cil print l'ainsnee fille le conte Raoul de Vermendois, par quoi il tint la conte de Ver-

a) meffais *B.* b) c. gr. m. h. *B.* c) Ghistelles *B.* d) Bordsart *B.*

1) V. (1109—1129). 2) Hic (1040—1060) erat filius Fulconis II. 3) Erenburgam. 4) I. (1129—1151). 5) Willelmo Adelingo († 1120). Cf. Order. Vital. l. XII, ed. Le Prevost t. IV, p. 416.

Gisl 515. fius ot non Phelippes. Cil fu moult vaillans chevaliers et ib 514. de grant pris. Il ot a feme l'aisnee fille le conte Raoul de Vermendois. Il n'en avoit ke 2. Celle avoit non *ib. 513. Sebile[1]. Et de par li tint Phelippes les contes de Vermendois et de Valois apries la mort le conte Raoul. ib 515. Li autres fius le conte Thieri ot non Maihius. Cil fu puis quens de Bouloingne, si com nous vous dirons cha ib. 516. avant. Li tiers fius le conte Thierri ot non Pieres Cil ib. 513. fu mis a lettres. Il tint puis l'evesquie de Cambrai apries l'evesque Nichole, ki avoit este freres monsigneur Gossuin de Mons. Cil Pieres, qui estoit freres le conte Phelippe, fu esleus pour l'amour de son lignage; car il ne savoit gaires de lettres, et si ne se volt onques faire ordener. Mais toutes voies maintint il l'evesquie grant pieche. A daerrains li prist talens de laissier le clergie. Si devint chevaliers par le conseil le conte Phelippon de Flandres son frere, qui li douna en yretage Saint-Venant et Lislers. Apries fist tant li quens Phelippes viers la contesse de Nevers, qui veve estoit, ke elle prist a mari monsigneur Pieron son frere. Si ot de li une fille. Mesires Pierres ne vesqui mie longement apries, ains morut. Et li quens maria puis sa fille[2] qui avoit non Sebile a monsigneur Robiert de Wavrin, qui estoit senescaus de Flandres.

mendois et celi de Valois apres la mort le conte Raoul. Li autres filz le conte Thieri ot non Mahieus; cil fut puis cuens de Bouloingne de par sa femme. Li tiers filz le conte Thieri ot non Pierres. *Cil fut clers, puis fut esleus de Cambrai apres l'evesque Nichole, qui avoit este frere monseignour Gossuin de Mons. Pierres li esleus ne se vot onques faire ordener; car il savoit pou de lettre. Au derrains laissa l'eveschie et devint chevaliers. Li quens Phelippes li donna Saint-Venant et Lislers et fist tant vers la contesse de Nevers, qui vesve estoit, qu'elle print monseignour Pieron, qui ot de li une fille qui ot non Sebile. Apres la mort monseignour Pieron maria li quens Phelippes celle a monseignour Robert de Wavrin senechal de Flandres, qui ot de li un fil qui ot non Hellins. Il print a femme la serour monseignour Jehan de Monmiral. Si ot de li 2 filz et une fille. Li ainsnes des filz ot non Robers. Il tint la terre apres son pere et print a femme la serour le conte Huon de Saint-Pol, qui avoit este femme l'avoe de Betune. Si ot de li un filz et pluseurs filles. Li filz ot non Hellins. Il print a femme la dame de Malaunoi. Si ot de li un filz et 2 filles. Entre ces choses moru l'avoeresse de Betune, femme le senechal Robiert, et il reprinst la fille monseignour Guillaume de Betune, qui avoit este femme le chastelain de Lisle. Si ot de li un fil qui ot non Robers et pluseurs filles. Il maria l'une a monseignour Rason de Gavre. L'autre ot messires Jehans d'Escornai. La tierce print Erart de Bevre sires de Waslers. La quarte ot messires Jehans de Gavre, freres monseignour Rasson. Quant li senechaus Robers fut mors, messires Hellins ses filz tint sa terre. Il avoit la dame de Malaunoit, si com nous avons dit. Il mena son afaire asses povrement; car il s'endebta de si grant debte que il ne le pot soustenir, et pour ce qu'il s'en cuida delivrer, il maria l'une de ses filles a un riche bourgois d'Arras, qui li paia grant partie de sa debte; mais en la fin ne li aida gaires, car au derrain li convint vendre toute sa terre si que, quant il moru, il ne remest roie de terre de par lui a son fil fors aucune chose que il reprint par proismete. Nous vous avons dit de ceus qui issirent dou seneschal Robert et de l'avoeresse de Betune et des filles qu'il ot de la fille monseignour Guillaume de Betune; or vous dirons de monseigneur Hellin son frere. Il print a femme la fille l'avoe Robert de Betune; si ot de li 2 filles. Nous vous avons dit des 2 freres; or dirons de leur sereur, qui fut mariee a monseigneur Hellin de Chysoing. Messires Hellins ot de li 2 filz. Li ainsnes ot non Hellins et li autres Jehans. Hellins print a femme la sereur monseigneur Rasson de Gavre le pere. Il ot de li 2 filz. Li ainsnes ot non Ernouls et li autres Hellins. Ernous ot la terre de Chysoing apres son pere.

Gisl 516. Or vous[a] dirons des 2[3] filles le conte Thierri de Flandres. L'ainsnee[4] qui ot non Margherite fu mariee au conte Bauduin de Haynau le quart de cest non apries la contesse Richaut de Mons, si com nous vous dirons cha avant. Li autre suer fu mariee au conte de Moriane. Apries la mort le conte de Moriane vint la dame en Flandres, et puis prist elle monsigneur Huon d'Oysi. Quant mesires Hues fu mors, la dame se rendi et fina sa vie saintement.

153. La naissanche le roi Phelippon de Franche et coument sains Thumas de Cantorbile[b] fu marteriies.

154. La mort le conte Josselin de Rohais.

a) *deest B.* b) *ita c.*

1) Elisabetham rectius dicit Gislebertus. 2) *Filia autem eius* (Petri) *nupsit militi probo in Flandria Roberto* Gislebertus. 3) Tres enumerat Gislebertus. 4) Haec tertio loco apud Gislebertum laudatur.

155. Le descort le roi Bauduin de Jherusalem contre sa mere.
156. Coument li empereres Manuel de Constantinoble entreprist la tiere de Rohais a warder et coument il le pierdi.
157. La mort pape Anastaise le quart et le siege pape Adriien, et des hospitaliers.
5 158. Coument Noradins desconfi le roi Bauduin de Jherusalem.

159. La venue le conte Thieri de Flandres et sa fenme outre mer.

. . . .

Li quens Thierris de Flandres, qui avoit parfait la tierce fois son pelerinage, fist apparillier ses nes et prist congiet au roi[1] et as barons. Se s'en rala viers son pais.

10 Entretant Phelippes ses fius, qui estoit quens de Vermendois de par sa feme[2], ala a grant ost contre Symon d'Oysi et prist le chastiel [d'Ynchi[a]] a forche Apries firent pais. L'an apries cil Phelippes assambla grant navie et passa en Hollande contre le conte Thierri qui ne li daignoit obeir, et fist tant que cil vint a sa mierchi et livra ostages. Quant il fu revenus en Flandres, il oi nouvieles que ses peres revenoit d'outre mer et[b] avoit ja[c] mer passee. Il ala contre lui et le rechuit a grant joie. En poi de 15 tans apries ala Maihius, qui estoit fils le conte Thierri de Flandres, en l'abbeie ou Marie, fille le roi Estievenon d'Engleterre, estoit rendue Si l'espousa et tint de par li la conte de Boulongne, car si doi[d] frere estoient mort sans hoir. Li houme de la terre priierent au pape que il dispensast le mariage, et il fist bien[e] leur requeste; mais anchois en ot Maihius asses a souffrir, car chou fu contre la volente le conte Thierri son pere et le conte Phelippon son frere; et Sanses li archevesques de Rains l'en tint en escumeniement 20 tant que il fu rasols de par le pape. Maihius ot de cele dame 2 filles, de coi nous vous dirons quant nous parlerons de la generation de Boulongne. . . . .

Auct. Aquic. 1157. — *ib. 1160.*

. . . .

160. Coument li empereres Manuel ala viers Anthioce.
161. Le mort pape Adriien et le descort des cardenaus et l'election Alixandre et Victor.
25 162. Le mort le roi Bauduin de Jherusalem et le regne Amaurri son frere.

163. La guerre Syrascon contre Sanar le roi d'Egipte.

. . . .

Ne demoura gaires que li quens Thieris de Flandres et la contesse sa feme, qui estoit suer le roi Amauri, vinrent en pelerinage en la terre de Surie. Cil de la terre en orent grant joie, car moult estoient desconforte de la 30 mescheance qui avenue estoit en la terre de Anthioce — — Li rois, qui ne leur voloit pas faillir, s'en ala en Anthioce et mena le conte Thieri de Flandres avoec lui. Si demoura tant ou pais que il mist toutes les besoingnes en estat, puis s'en rala en son roiaume.

Guill. Tyr. XIX, 10. — *ib. XIX, 11.*

Li quens Thierris de Flandres fist apparillier ses nes pour aler en son pais, mais entretant li avint une chose dont il fu moult tourbles; car sa feme la contesse Sebile, qui 35 moult estoit bonne dame, s'en ala en l'abbeie Saint-Ladre en Bethanie[3], que la roine Melissens sa suer avoit fondee. Si se rendi laiens et viesti les dras. Quant li quens Thierris le sot, il en fu moult tourbles et le[f] volt oster de l'abbeie; mais elle[g] fist tant proiier le roi, le patriarche et aus autres boines gens que il le laissa en l'abbeie et s'en rala en son pais.

Li quens Phelippes ses fius avoit este a un nouel a la court l'emperour Ferri que il tint a Ays, et moult 40 l'avoit li empereres hounere. Quant il s'en fu partis, on li noncha que ses peres venoit d'outre mer la quarte fois. Il ala contre lui a grant joie.

Auct. Aquic. 1164.

164. La mort le conte Thieri de Flandres et le regne Phelippe son fil,
et de pluiseurs batailles de Surie.

Ne demoura pas granment apries que li quens Thierris morut, quant il ot tenue la 45 conte 40 ans. Phelippes ses fius rechuit la conte. Li quens Thierris de Hollande li faisoit tort en la terre de Waucres[4] et aloit dou tout contre les convenanches que il li avoit autres fois eues[h] en convent. Pour chou assambla li quens Phelippes grant navie. Avoec lui fu Maihius li quens de Bouloigne ses freres et Godefrois li dus de Louaing. Li quens Thierris de Hollande avoit assamble tout son pooir en Waucres et atendoit la venue le conte Phelippe. 50 Li quens Phelippes, qui asses savoit de guerre, quant il sot que li quens de Hollande l'atendoit en Waucres a tout son pooir, il commanda que nus n'alast devant sa nef et que toutes les autres le suussent[i]. Quant il ot bon vent, il entra en sa nef et fist ses voiles lever. Si s'adrechierent viers Hollande et dist que il n'iroit mie destruire sa terre, ains iroit[k] destruire Hollande. Tantost que li quens Thierris perchuit que il s'adrechoit viers Hollande, grant

1168. — *cf. Auct. Aquic. 1165.*

55 a) *deest A.* b) Il *B.* c) la *B.* d) dou *B.* e) *deest B.* f) la *B.* g) elle li f *B.* h) *deest B.* i) suissent *B.* k) destruiroit *B*, *ubi* iroit *deest.*

1) Balduino III. Hierosolimitano. Antecedunt excerpta ex Guill. Tyrio lib. XVIII, c. 16. 2) Cf. supra p. 444. 3) Hoc iam anno 1157. in tertia expeditione factum est. Cf. Auct. Afflig. 1157, p. 403; Auct. Aquic. 1165, p. 398; Guill. Tyr. lib. XVIII, c. 27. lin. 1. 4) Walcheren insula.

1168. paour ot; car il avoit amene[a] od lui tous chiaus de la terre qui armes pooient porter, ne il n'avoit pooir de raler ou pais devant la venue le conte. Pour chou entra en une nef. Si s'en ala droit au conte[b] Phelippe et se rendi a lui. Li quens l'en mena en Flandres et le tint grant pieche en prison. . . . .

165. Coument li quens Bauduins de Hainau brissa sa cuisse et fist son fil chevalier et prist a feme la serour le conte Phelippon de Flandres.

166. La mort le conte Bauduin le tierc et le regne le conte Bauduin le quart.

. . . .

Gisl. 509. Bauduins ses fius li quars de cest non apries Richaut tint la conte apries son pere et douna Henri son frere Sebourc, Angre, Fayt et autre terre en Haynau. Cil Henris prist a femme la suer monsigneur Jehan de Cysoing. Il ot de li 2 fius. Li aisnes ot non Phelippes, qui tint Sebourch apries son pere. Li autres ot non Bauduins, qui morut jouenes valles[c]. Phelippes de Sebourch fu chevaliers. Il prist a femme la fille monsigneur[d] Alart de Estrepi. Si ot de li 2 fius et 4 filles. Li ainsnes des[e] fius ot non Bauduins et li autres Henris. Quant mesires Phelippes de Sebourc fu mors, sa terre eschai a ses enfans, mais Bauduins et Henris morurent sans hoirs de leur cors. Si eschai la terre a leur 4 serours. Ysabiaus l'ainsnee fu mariee a monsigneur Bauduin de Hennin, qui ot de li un fius et une fille. Li fius ot non Bauduins et la fille Basille. Cele Basile ot puis a feme messire[f] Watiers de Brainne, fius monsigneur Jakemon de Enghien. Et apres la mort monsigneur Bauduin de Hennin Ysabiaus sa feme reprist a mari monsigneur Ernoul[g] de Audenarde, aisne fil monsigneur Jehan de Audenarde. La seconde fille monsigneur Phelippon de Sebourch ot non Aelis. Elle fu mariee a monsigneur Watier de Bousies, qui ot de li 2 fius et 3 filles. Li aisnes des fius ot non Watiers et li autres Bauduins. La tierche fille monsigneur Phelippon de Sebourch ot non Jehane et fu rendue en l'abbeie dou Kaisnoi. La quarte fille monsigneur Phelippon de Sebourc ot non Juliane et[h] fu li maisnee. . . . .

. . . .

167. Coument li rois Phelippes espousa la fille le conte Bauduin de Hainnau et le courouna, et pluiseurs guerres ke li rois Phelippes eut contre ses barons.

168. Coument li rois de Jherusalem et li empereres de Constantinoble s'acorderent pour conquerre Egypte.

169. La mort le roi Amaurri de Jherusalem et le regne Bauduin son fil et le mort Noradin.

170. La guerre de l'empereour Manuel et dou soudant del Choine.

171. La venue le conte Phelippon de Flandres outre mer.

172. Coument li quens Phelippes de Flandres et li archevesques de Coulongne et li dus de Louvaing et pluiseur autre entrerent en Hainau a forche, et coument li quens se maintint et coument ses fieus espousa le fille le conte de Campaigne.

. . . .

Gisl. 543. Si dirons dou conte Bauduin de Haynau le quart de che non apries Richaut. Nous[i] desimes[k] desus que li quens Bauduins avoit fait aloianche au roi Phelippon de Franche, de coi li quens Phelippes de Flandres fu si courechies que il se pourcacha d'aides, chou est a savoir Phelippon archevesque de Coulongne, qui estoit fius monsigneur Gossuin de Faukemont, et se[l] li ot convent d'aidier Godefrois li dus de Louvaing et Henris ses fius. Apries fist tant li quens Phelippes a monsigneur Jakemon[m] d'Avesnes que il fu en s'aide et li livra Avesnes, Landrechies et Leuse, que il tenoit dou conte de Haynau. Li[n] quens Phelippes i mist ses garnisons. Apres entra a grant forche en la conte de Haynau par deviers Cambresis. Il prist Viellis[o], Solemmes, Saint-Piton[p] et Haussi. Si en abati les murs et puis ala tout ardant jusques au Kaisnoit[q]. Li quens[r], qui vit que il n'avoit pooir de deffendre le Kaisnoit, fist ardoir la ville et fist bien garnir le chastiel. Phelippes li archevesques de Coulongne, Godefrois li dus de Louvaing et Henris[s] ses fils entrerent en Haynau par deviers le Pieton a 1700 chevaliers, desquels li archevesques en amena les 1300, et avoient avoec iaus plus de 60000 serjans, que a pie, que a cheval. Il passerent ib 544 par la foriest de Carbenieres et ardirent les Rues. Apries passerent par devant Binch. Si ardirent Bray[t], Lestines et tout le pais entour. Ensi alerent ardant jusques a Maubeuge, ou li quens Phelippes revint a iaus, ki avoit ars le pais par ou il estoit passes. Il avoit 2 jours[u] demoure au Kaisnoit pour destruire la terre. Li quens Bauduins, qui bien vit que il n'avoit pooir de combatre as[v] ses anemis, entendi a ses fortereches garnir, si comme Valenchiennes, ou il mist boine garnison et grant plente d'ouvriers as fosses de la ville. A Bouchaing ravoit il mis garnison et a Viler-Chastiel viers le Warde-Saint-Remi, a Lalaing et la tour de Raimmes, Biaufort, le Monciel, Biaumont, Sorre-le-Chastiel et Binch, et avoit envoiet ses 3 fius Bauduin, Phelippon et Henri a Tuyn pour iaus garder. Bauduins de Waulaincourt gardoit Waulaincourt et Perreument[w] a toute sa gent, et mesires Gerars de[x] Saint-Obert garni Busegnies et Saint Obiert[1]. Wistasses[y] li viex et ses fius avoient garni Morlainwes. Li quens

a) o. l. a. *B.* b) c. Ph. et s. r. a l. *in ras. A.* c) varles *A.* d) monsire *B.* e) de ses *B.* f) mesurs *A.* g) Er. d. A. a. f. m. *des.* *B.* h) et f. l. m. *des. B.* i) Nous vous *B.* k) deismes *B.* l) si *B.* m) Jaiques *B.* n) et li *B.* o) Vieslis *B.* p) S. Pieton *B.* q) Caisnoit *semper B.* r) de Haynau *add. B.* s) s. f. H. *B.* t) Bavacum (*i. e.* Bavay) *Gisl.* u) d. 2 j. *B.* v) a *B.* w) Pareumont *B.* x) de Businiis *Gisl.* y) Ustaisses *B.*

1) Hoc castellum apud Gislebertum a Balduino munitum est.

Bauduins estoit trais a Mons et avoit od lui entour 300 chevaliers. Il confortoit ses gens et leur disoit que il ne s'esmaiaissent pas pour la grant plente de leurs anemis, car il savoit bien que il ne demouerroient pas longement ou pais, ains s'en riroient, ne il n'en porteroient point de la terre avoec iaus, ains lour demouerroit. Gisl 544.

Li quens Bauduins[1] seoit un jour en une fenestre a Mons et pensoit. Mesires Wistasses dou Rues s'emperchuit[a]. Se[b] li dist: 'Sire, que penses vous? Ne vous esmaiies pas, se vous vees vostre terre ardoir; mais reconfortes vous et vos preudoumes qui chi sont'. Li quens le[c] resgarda et dist: 'Saichies, Wistasses, je ne m'esmaie mie, car je sai bien que cil signour qui sont entre en ma terre en ont bien le pooir, ne che n'est pas mes hontes, se je ne me combach[d] a iaus; mais je vous dirai que je pensoie. Je voi le conte Phelippon de Flandres, qui est mes voisins. De chelui me cuide jou bien vengier; car je puis entrer de ma terre en la soie. Autretel puis jou faire au duc de Louvaing. De monsigneur Jakemon d'Avesnes je ne faich forche, car chou est uns povres hom; de chelui me vengerai legierement. Mais je pensoie a che prestre de Coulongne, coument je m'en peusse vengier, car il maint si lonc de moi ke je n'ai pas encore[e] trouve la voie par coi jou i peusse aler, et a che pensoie jou orendroit.' Entre ces choses li archevesques de Coulongne faisoit traitier de trives a auchun ami le conte de Haynau; mais li quens, qui bien veoit que il n'avoient pooir de longhement demourer, ne s'i volt assentir. Quant li archeveskes vit que il n'en poroit venir a kief[f], il s'en partirent. Si s'en rala li archevesques en son pais et li dus ou sien, et li quens Phelippes s'en rala par Braibant en Flandres. . . . . 1184. Gisl 545.

. . . .

. . . En celle saison aquist li quens Bauduins au chastelain de Faumars le don des provendes de Condet qui estoient dou don dou chastelain, et se aquist a lui les gens de l'estaple de Valenciennes et les moulins que ont dit les moulins du conte a Valenciennes et la moitie de la ville de Aitre et 25 hommaige. . . . . ib. 546

En ce tans aussi messires Gossuins de Warrin, qui estoit vaillans chevaliers, freres le seneschal Hellin de Flandres, ocist un serjans le conte Phelippon. Pour che s'en vint en Haynau au conte, qui le retint de sa maisnie et li douna a femme Ade sa cousine, fille Wistasse dou Rues, qui avoit este premiers mariee a Nicholon de Boulers et puis a Wautier[g] de Bousies, et li douna 60[h] livrees de terre en fief a Kiernaing . . . .

173. La mort l'empereour Manuel de Constantinoble et le regne Alexes.
174. La mort pape Alixandre et le siege Luche le tierch.
175. Coument Androines se fist garde de l'empire de Constantinoble.
176. Coument Androines moordri l'empereour Alexe et il fu courounes, et coument Kyrsac le fist ochire et fu empereres, et coument Alexes ses freres li fist les ieux crever et se fist empereour.
177. La mort le iouene roi Bauduin de Jherusalem et le regne le roi Guyon.
178. La bataille ou li rois Guys de Jherusalem fu pris et la vraie crois pierdue.
179. Coument Jherusalem fu prise par Salehadin.
180. Coument li rois Phelippes de Franche se vaut partir de la roine Yzabiel sa fenme et coument Loeys fu engenres.
181. Coument li rois Phelippes de Franche et li rois Henris d'Engletiere se croisierent.
182. Coument li rois Guys de Jherusalem assist Acre.
183. Coument li quens Bauduins de Hainau fu prinches et marchis de Namur.
184. Coument li empereres Ferris fist Bauduin le fil le conte Bauduin de Hainau chevalier.
185. Une guerre dou roi Phelippon de Franche contre le roi Henri d'Engletiere.
186. La mort le roi Henri d'Engletiere et le roine Yzabiel de Franche, et coument li rois Phelippes de Franche prist eskerpe et bourdon pour aler outre mer.
187. La mort la roine Jehane de Surie et le mariage le marchis de Monferrat de la fenme Onfroi dou Thoron, cui li roiaumes estoit eskeus, et le meute le roi Richard d'Engletiere.
188. Coument li rois Phelippes de Franche arriva a Acre.
189. La prise d'Acre par les crestiiens.
190. Coument li empereres Henris fu courounes a Roume et la roine Constance.
191. Coument li quens Bauduins de Hainau saisi Flandres apries la mort le conte Phelippon.

192. Coument li quens Bauduin de Flandres et de Hainau douna sa fille au conte Pieron d'Aucoirre.

En cel an meismes assambla li rois Phelippes de France grant ost et s'en ala devant Ruem[i] en Normendie. Si l'assega. Il manda le conte Bauduin de Flandres et de Haynau, qui i vint a grant compaignie de chevaliers. La parla li rois Phelippes de mariage de Yolent, fille le conte Bauduin de Flandres et de Haynau, et dou conte Pierron d'Auchoirre, ki veves estoit de la contesse de Nevers. Si en estoit remes[k] au conte Pierron une fille ki avoit entour 5 ans. De cele fille fu aussi traitie de mariage et de Phelippon le secont fil le conte Bauduin de Flandres et de Haynau[l]. Et devoit cil Phelippes avoir la conte de Tournoirre[m] avoec la damoisiele, et li quens Pierres d'Auchoirre devoit tenir toute sa vie le remanant de la terre, et apries sa mort devoit tout revenir a la damoisiele. Ces couvenanches furent faites et asseurees par devant le roi Phelippon de Franche, et fu jours pris a Soissons Gisl. 583. ib. 584.

a) s'en persut *B.* b) Si *B.* c) *deest B.* d) combas *B.* e) tr. e. *B.* f) chief *B.* g) Drogo *Gisl.* h) *numerus deest Gisl.* i) Rouem *B.* k) demoures *B.* l) et dou conte Pierron d'Auchoirre *add. A, quae verba utpote errorem scribae omisi.* m) Tonnoire *B.*

1) Haec figmenta fusius leguntur apud Iacobum de Guisia, lib. XVIII, c. 18, ed. Fortia XII, p. 308 sqq.

Gisl 584 de parfaire les noches as octaves saint Jehan-baptistle. Quant li rois Phelippes de Franche ot une pieche sis devant la chite de Ruem, cil dedens[a] se rendirent[1], et il emprist la foiaute, et puis departi ses os. Si s'en rala chascuns en son pais. Au jour qui avoit este pris as octaves saint Jehan-baptistle a Soissons vint li quens Pierres d'Auchoirre, et li quens Bauduins de Flandres et de Haynau y amena Yolent sa fille. Si furent faites les noches a grant sollempnite. Li autres mariages qui avoit 5 este couvenanchies de Phelippon, le fil le conte Bauduin de Flandres et de Haynau, et la damoisielle de Nevers[2], fille le conte Pieron d'Auchoirre, fu puis deffais, et a daerrains l'ot a feme messires Hervins de Gyent, si coume nous avons dit desus[3]. . . . .

. . . .

193. La mort le conte Bauduin de Flandres et de Hainau le quart et le regne Bauduin le quint. 10

. . . .

1195. Poi apries[4] fu traitie de mariage de Sebile, suer le conte Bauduin de Flandres et de Haynau, cui ses peres avoit laissie 2000 mars a son mariage, si com nous avons dit desus[5], et d'un haut houme deviers Lyons sour le Rosne: mesires Unbers de Biauju[6] avoit non. A daerrains fu fais li mariages. Il ot de li 2 fius: li ainsnes ot non Unbers et li autres Guichars. 15 Quant mesires Unbers fu mors, Unbers ses ainsnes fius tint la terre de Biauju. Si prist une[b] haute dame a femme dou pais. Si en ot un fil et une fille. Li fius morut iouenes[c] chevaliers, et la fille fu donnee en mariage a un riche houme: Ughes de Luxi[d] avoit non. Elle n'ot de lui mie[e] enfant, et quant Ughes fu mors, elle reprist le conte de Forois[7], et de par lui[f] tint puis li quens de Forois la terre de Biauju. Apries la mort monsigneur Unbert 20 son pere, qui moult fu vaillans chevaliers et preudom, il morut outre mer a une voie que li rois Loeys de Franche i fist. Li freres monsigneur Unbert qui avoit non Guichars prist a feme la fille le daufin de Monferrant en Auvergne qui n'avoit plus d'oirs. Pour chou tint il apries le daufin la terre de Monferrant et de Monpanchier. Il ot de li pluisours enfans, mais il morurent, par coi il ne l'en demoura a daerrains que trois fils. Li aisnes ot non Unbers. Chelui 25 douna li rois la connestablie de Franche. Li autres freres ot non Loeys. Li tiers ot non Guillaumes. Cil fu rendus au Temple et en fu puis maistres[g.8]. . . . .

. . . .

194. Coument li rois Richars rescoust Jaffe.
195. Coument li marcis de Sur fu ocis par le signeur des Hazasis pour l'avoir que il avoit pris de 30 ses marcheans.
196. Coument li rois Richars d'Engletiere revint d'outre mer et fu pris, et coument il fu delivres.
197. Le descort dou prinche d'Anthioce et dou roi d'Iermenie.
198. Coument li empereres Henris d'Alegmaigne envoia son cancelier outre mer, et le mort Salehadin.
199. La mort l'empereour Henri et le nassence Fedri son fil. 35
200. La mort pape Celestin et le siege Innocent.
201. Une guerre le roi Phelippon de Franche et le roi Richart d'Engletiere.
202. La mort le roi Ricart d'Engletiere et le regne Jehan son frere.
203. Coument li quens Thiebaus se croisa et li quens Loeys de Cartres et de Blois et li quens Bauduins de Flandres et de Hainau et pluiseur autre. 40

. . . .

1201 Li quens Bauduins de Flandres laissa le conte Phelippe de Namur son frere bail et garde de sa terre et de sa femme la contesse[9], que il convint demourer pour ce que elle estoit ensainte[10]. Li quens avoit de li une jouene fille qui n'avoit pas plus de 2 ans; elle avoit non Jehane. Li quens ala tant par ses journees que il vint en Venisse; si se loga en 45 une isle que on claime Saint-Nicolas-el-Port, et a fait que li autre venoient, se logierent en cel isle[11]. . . . .

204. Coument li Tartaire conquisent le roi David leur signeur et se tiere.
205. Coument li pelerin vinrent en Venisse.

. . . . 50

1202. La contesse de Flandres qui estoit demouree ensainte, quant elle ot porte son terme, se delivra d'une fille qui ot non Marguerite. Apries fist apparillier son oirre et s'en ala apries son signour le conte Bauduin. Elle monta sur mer a Marseille et arriva a Acre, ou elle

a) de dedens *B.* b) a f. u. h d. *B.* c) *deest B.* d) Luzi *B.* e) *deest B.* f) li *B.* g) gran maistres *B.*

1) Falsum; Rothomagum capi non potuit. Cf. Gislebertum l. l.; Rigordum ap. Bouq. cont. XVII, p. 39. 2) Mathilda. 3) supra p. 440. 4) Antecedit versio Gisleberti p. 601 (finis). 5) c. 192. secundum Gislebertum p. 593. 6) Beaujeu, départ. Rhône. 7) Le Forez. 8) a. 1273—1291. 9) Mariae. 55 Antecedentia omnia ex Godofredo de Villa Harduini c. 1—50. sumta sunt. 10) Cf. ib. c. 317, ed. Wailly p. 186 sq. 11) Sequitur narratio Godofredi c. 51 sqq.

cuida trouver le conte, et quant elle entendi que il estoit en Gresse, elle envoia a lui et li fist savoir que elle estoit a Acre[1]. . . . .

. . . .

206. Le couronnement l'empereour Bauduin ki estoit quens de Flandres et de Hainau.
5 207. Coument Othes de Sassongne fu esleus a roi d'Alemaigne.
208. Coument li empereres Bauduins fu pierdus et li quens Loeys de Blois mors et pluiseur autre.
209. Le couronnement l'empereour Henri, frere l'empereour Bauduin.
210. Coument li quens Ferrans espousa la contesse Jehenne de Flandres.

. . . .

10 Quant[2] la mors l'empereour Bauduin [de[a] Constantinoble] fut seue en Franche et en Flandres, grant duel en firent si ami. Li quens Phelippes de Namur ses freres, cui il avoit laissie en garde ses enfants et sa terre, fist tant parler au roi Phelippe de Franche que il li douna sa[b] fille[3] en mariage, que il avoit engenree de la fille[4] le duc de Meran. Apres carga[c] li quens Phelippes au roi les 2 filles l'empereour Bauduin. Encore vivoit la roine 15 Mehaus, qui avoit estet feme le conte Phelippe de Flandres. Elle avoit un neveu, frere le roi[5] de Portingal, ki avoit non Ferrans; elle fist tant viers le roi Phelippe de Franche que il otroia le mariage de Ferrant et de l'aisnee fille l'empereour Bauduin. Si furent faites les noches a Paris. Quant Ferrans ot fait son houmaige au roi Phelippe de Franche, il se parti de lui en boine pais et s'en ala viers Flandres. Quant il vint a Pieroune, mesires Loeys, 20 fius[d] le roi Phelippe de Franche, fist clore les portes et retenir le conte Ferrant et la contesse Jehane sa feme, tant que il ot saisi Ayre et Saint-Omer et mises ses[e] garnisons. Puis fist ouvrir les portes et[f] les en laissa aler. Ferrans s'en ala en Flandres, moult courechies de ceste chose, se il le peust amender. . . . .

1206.

. . . .

25 211. Coument li empereres Othes fu condempnes et Fedris courounes a empereour.
212. Les nons de tous les contes de Bouloigne.
213. Coument li rois Phelippes de Franche douna sa fille, ki avoit este fenme le conte Phelippon de Namur, au duc Henri de Braibant, et coument il vaut aler en Engletiere.
214. La nouviele de l'heresie de Nierbonne a pape Innocent le tierc, et dou conte Symon de Mon-30 fort et des croisies.

215. La bataille de Bouvines.

Entretant[g] que mesires Loeys estoit en Poitau[h] contre le roi d'Engleterre, li empereres Othes qui estoit aloiies au roi Jehan d'Engleterre assambla chou que il pot avoir de gent. Si vint a Valenchienes. Avoec lui estoit li dus de Braibant, cui fille il avoit, li dus de Lembourch, mesires Walerans de la Mongoie[i, 6] et pluisour autre 35 Alemant. De par le roi d'Engletiere i estoit mesires Guillaumes Longhe-Espee quens de Salebieres. Avoec iaus estoit li quens Ferrans de Flandres, li quens Renaus de Dantmartin, Hues de Boves, qui estoient[k] aloiies au roi Jehan d'Engleterre et avoient mande tout leur pooir. Li rois Phelippes sot lour assamblee. Si avoit semons a Pieroune chou que il pot avoir de gent; car mesires Loeys[l] en avoit menet en Poitau la plus grant partie de la bachelerie de Franche.

Guill. Arm. 94.

40 Quant li rois ot ses gens assamblees, il s'en ala a Tornai et gasta de la terre le conte Ferrant chou ke il en trouva en son passer; puis vint a Tornai. Li empereres Othes et si aidant qui estoient a Valenchienes, quant il sorent que li rois Phelippes estoit a Tornai, il alerent a Mortaigne le samedi apries la feste Saint-Jaque[m] et Saint-Christofle. Li rois Phelippes se parti l'endemain de la chite de Tournai et[n] adrecha son ost vers le pont de Bouvines pour aler a Lisle. Quant li empereres Othes et li sien sorent que li rois fu partis de Tornai, il orent 45 conseil que il feroient. Li quens de Salebieres et auchun[o] qui la estoient de par le roi d'Engleterre, loerent que on s'alast combatre au roi. Li quens Renaus de Bouloigne dist[p] que il looit que on envoiast bonnes espies apries l'ost de roi, et, se li rois qui bien savoit que il estoient a Mortaigne s'en aloit sans torner a iaus, il li sambloit que chou fust moult grans hounours a l'empereour Othon et a chiaus qui od[q] lui estoient; et d'autre 50 part li os le roi pooit amenuisier et li leur croissoit tous jours, car de toutes pars venoient grant plente de gens que il avoient mandes, et si estoit dyemenches, et l'endemain, quant leur message seroient revenu, seloнc chou ke il trouveroient dou couvine le roi, il poroient ouvrer. A che conseil se tinrent pluisour. Dont dist mesires Hues de Boves que cil qui la bataille deslooient n'estoient mie loial viers le roi d'Engleterre, car il avoient son avoir

cf. Gen Gener.

55 a) *add. B.* b) en m. s. f. *B.* c) charga *B.* d) f. Loeys le roi de Fr. *B.* e) *deest B.* f) de Peronne et li quens *add. B, ubi* et l. e. l. a. *desunt.* g) *abhinc etiam codices A 2. 3 adhibui.* h) Poito *B.* i) Monjoie *B.* k) estoit *A 1.* l) ses filz *add. B.* m) Jakeme *A 1.* n) Il orent conseil que il iroient par B. *A 1.* o) autre *add. A 1.* p) respondi *A 1.* q) avec *B.*

1) Cf. 'Ville-Hardouin' c. 318, p. 188. 2) Antecedunt et sequuntur excerpta e Guillelmo Tyrio. 60 3) Mariam. 4) de Agnete. 5) Alphonsi II. 6) Montjoie prope Aachen.

[1214.] prist, et, quant il pooient faire sa besoigne, si le destourboient, et chou estoit grans trahisons, car li rois de Franche s'en fuioit, et pour chou estoit il plus legiers a desconfire. Dont respondi li quens Renaus que il n'avoit mie dite ceste chose pour le roi trahir, mais por le miex que il savoit: 'Car je connois miex[a] les Franchois, que vous ne faichies, et saicies[b], tantost que il saveront vostre venue, vous les trouveres em bataille ordenee, [Guill. Arm. 99] et lors parra bien a coi je bee, car jou i demourrai ou mors[c] ou pris, et vous en fuires comme malvais et couars.' A daerrains fu assenti que il s'armaisent et sivissent le roi hastivement. Quant il [ib. 94.] furent arme, il issirent de Mortaigne et s'adrechierent viers le roi.

Li rois Phelippes, qui ja estoit aprochies le pont de Bouvines, avoit oies nouvieles que li empereres Othes estoit issus de Mortaigne, il envoia cele part le visconte de Meleun et frere Garin pour sourveoir leur ost. Quant cil orent veut l'empereour et les autres ki venoient a grant desroi, freres Garins laissa le visconte de Meleun arrier, et il ala hastivement au roi. Si le trouva ou il voloit passer le pont de Bouvines. Quant il li ot dit cou- [ib. 95.] ment li empereres venoit contre lui, li rois remanda chiaus qui estoient passe le pont et ordena ses batailles. Li empereres Othes aprocha tant ke les 2 os s'entrevirent. Dont assamblerent par grant air. Si coumencha la bataille fiere [ib. 98.] et crueuse. Moult le fist bien che jour li quens Renaus de Bouloigne, mesires Bauduins Buridans, mesires Bernars d'Ostemale; mais a daerrains li empereres et li sien, qui estoient venu a grant desroi et a grant beubant, furent desconfi. Si s'en fui li empereres Othes, li dus de Braibant, li dus de Lembourch, mesires Hues de Boves et tuit li autre qui fuir porent. Li quens Ferrans[d] de Flandres fu pris, li quens Renaus de Boulongne, li quens de Salembieres, li quens Othes de Kasselebourch et grant plente d'autre chevaliers. Chou avint l'an de l'incar- [ib. 107.] nation nostre Signeur 1214 les 6es kalendes d'Aoust, par un dyemenche, et che jour meismes avoit mesires Loeys, fius le roi Phelippon, eut victoire contre le roi d'Engleterre. Li rois Phelippes rendi graces a nostre Signour de la victoire que il li avoit dounee, et puis s'en rala en Franche et fist les prisons bien garder.

216. La mort l'empereour Othon.

217. La mort le roi Aymeri de Jherusalem, et coument Jehans de Brienne espousa l'oir dou roi Aume de Surye.

218. La mort le fenme le roi Jehan d'Acre, et coument il prist le fille le roi d'Iermenie, et coument Damiete fu prise.

219. Coument li empereres Fedris ala a Roume pour avoir respit d'aler outre mer.

220. Coument mesires Loeys, fieus le roi Phelippon de Franche, ala en Engletiere, et la mort le roi Jehan d'Engletiere.

. . . .

[ib. 103.] Poi apries s'en rala li roi Phelipe en Poitau a grant ost. La li envoia ses messages li visquens de Touart, et i fu li quens Pieres de Bretaigne, qui avoit a feme le cousine le visconte. Si parlerent tant au roi ke il firent la pais dou visconte. La meismes vint uns legas de par l'apostole, qui amena od lui le conte de Clocestre; si firent trives des deus [ib. 106.] rois 5 ans. Dont s'en ala li rois Jehans d'Engletiere, et li rois Phelipe s'en ala a Paris et estora une abeie [ib. 107.] de Saint-Victor dales Senlis. Entretant que les trives duroient des deus rois, li rois Jehans appressoit moult [ib. 108.] chiaus de sa terre, par coi pluisours des barons et des chites d'Engletiere envoierent en Franche a monsigneur Loeys et [ib. 109.] li manderent que il alast en Engletiere, et il li aideroient a conquerre et de chou li feroient boine seurete. Dont[1] envoia mesire Loeys pour la seurete prendre.

Li rois Jehans oi nouvieles de ces choses; si ot paour. Pour chou envoia a l'apostoile et reprist le roiaume d'Engletiere de lui[2]. Apries envoia li apostoiles en Franche et desfendi sour escumeniement que nus ne meffesist contre le roiaume d'Engletiere. Pour chou ne laissa mie mesire [1216.] Loeys que, quant si message furent venut d'Engletiere, que il n'assamblast grant gent et les envoia en Engletiere. Li baron les rechurent liement et les menerent a Londres; si lor delivrerent la chite. Mesires Hues de Boves entendi que mesires Loeys envoioit grans gent en Engletiere contre le roi Jehan; si assambla grant plente de gent a armes en Flandres, en Braibant, et les mena en l'aide le roi Jehan. Il monta[e] sour mer a la Mue; mais une tempeste les prist sour mer, qui les mena vers Garnemine[f]; si hurterent a un sablon, et furent lour nes brisies, si que pou en eschapa. La fu noiies mesire Hues de Bove, mesire Watiers de Sotenghien et Bauduins ses freres et moult d'autre chevalier et pluisours serjant.

Quant mesires Loeys sot que ses gens tenoient de par lui Londres, il assambla grant ost en l'este apries, ki estoit de l'incarnation nostre Signeur 1218[3]. Si passa en Engletiere a si grant forche de gent que li rois Jehans ne s'osa combatre a lui; ains se retraist arrier, et mesire Loeys chevaucha en la terre. Si prist Cantorbire et Ronnecestre[4], et puis ala a Londres; si trouva ses gens qui moult furent lie de sa venue. De la s'en ala par la terre, ou il prist villes et chastiaus desi[g] a Vincestre[5]; si prist Regate[6], Portemue, Porcestre,

a) dist il *add. A* 2. 3, *quae ap. B. post* Franchois *legitur.* b) s. que *B.* c) ou pr. ou m. *B.* d) *deest B.* e) monterent *B.* f) Gernemue *B.* g) jusque *A* 1.

1) De sequentibus cf. etiam Guill. Tyrii continuationem, 'Recueil' II, p. 320 sq. ('L'estoire de Eracles empereur' l. XXXI, c. 9). 2) Haec iam a. 1213. facta sunt. 3) a. 1216. potius. 4) Rochester. 5) Winchester. 6) Reigate, Portsmouth, Portchester.

Hanstonne et pluisours autres. Quant il i ot mises ses garnisons, il repaira a Douvre et l'assist; si fist assaillir vigereusement et prist la premiere baille. Mesire Ubers de Bourch, qui moult estoit vaillans chevaliers, en estoit chastelains; si desfendi bien le remanant. Quant mesire Loeys ot une pieche sis devant Douvre, et il vit qu'il ni faisoit pas grant esploit, 5 il se parti dou siege et repassa mer. Il ot couvent as ses gens que il laissoit es garnisons d'Engletiere, que il revenroit a iaus tantost ke on li feroit nouvieles savoir. *1216.*

Entretant que il demora en Franche, li rois Jehans d'Engletiere morut. Il avoit 2 fius dont li aisnes qui avoit non Henris ot le roiaume apries lui. Auchun des barons de la terre orent fianche [a] que il les traiteroit plus droiturierement que ses peres n'avoit fait; si se par- 10 tirent de l'amour monsigneur Loeys et retornerent deviers lui et atraisent grant partie de chiaus de la terre a leur accort. Cil qui estoient en la terre de par monsigneur Loeys li firent savoir ceste chose. Si repassa mer hastivement et mena grans gens od lui. Si rassega Douvre et envoia le conte [1] del Perche et une partie de sa gent viers Nicole [2] pour conforter ses garnisons qui estoient en grant effroi; car grante partie de la terre s'estoient retorne 15 contre lui. *1217.*

221. Coument mesires Loeys de Franche wida Engletiere.

Si com li quens del Perche fu devant Nicole, cil de la terre furent assamble; si vinrent soudainnement sour lui et l'ochisent et la plus grant partie de sa gent, et li remanans s'en fui [b] ou fu pris. Quant mesires Loeys le sot, il se parti dou siege et s'en ala a Londres; 20 si remanda en Franche [c] gens, et li Engles firent bien garnir les pors, par coi on ni peust passer. Mesires Robiers de Cortenai entendi le besoing monsigneur Loeys; si entra en mer atout cent chevaliers et cuida arriver sauvement. Mais les Engles, qui estoient es nes et es galyes, li coururent sus; si les prisent tous et misent em prison a Douvre, mais il colperent la teste Wistasse le Moine. Poi apries fu ostagies li quens Robers; si s'en ala a Londres. Li chardenaus [3], qui encore estoit ou pais, 25 parla de pais; si le fist en tel maniere que mesires Loeys wida la terre de toutes ses gens, et il delivrerent le conte Robiert et tous les prisons. Si s'en rala mesires Loeys en Franche et tuit li Franchois. Li rois Henris d'Engletiere, qui n'avoit pas plus de 14 ans aqueilli, a guerre chiaus de Londres et tous les barons qui contre lui avoient este. Cil de Londres firent pais a lui, mais les barons se tinrent longement. A daerrains les assist li rois a 30 Ronnecestre, et jeterent tant si engien que il abatirent la moitie de la tour; quant li baron virent que il n'avoient pooir de desfendre, il se rendirent a sa volentet. . . . .

Guill. Arm. 111.

. . . .

222. Coument li quens de Toulouse fist pendre son frere.

223. Coument mesires Loeys de Franche ala en Aubegois, et le mort dou conte Symon de Mon- 35 fort et le regne Amaurri son fil.

224. La mort le roi Phelippon de Franche et le regne Loeys son fil et le courounement la roine Blanche.

225. Dou roi Jehan d'Acre et de l'empereour Fedri, coument il ala escumeniies outre mer.

226. La mort l'empereour Henri de Constantinoble et le regne le conte Pieron d'Aucoirre et sa 40 mort et le regne Robiert, frere le conte Phelippe de Namur, et sa mort, et coument li rois Jehans d'Acre entreprist l'empire a garder.

227. La mort le roi Loeys de Franche et le regne Loeys son fil, et coument il delivra le conte Ferrant de Flandres de prison.

. . . .

45 Apres [4] avint, l'an de l'incarnation nostre Signeur 1230, que li rois Henris d'Engletiere repaira [d] en Bretaigne atout grant ost et volt reconquerre sa terre sour le roi Loeys. Mais li rois et la roine Blanche sa mere le [e] desfendirent si bien que il l'en couvint raler en Engletiere sans riens faire. Et pour chou ke li quens Pieres de Bretaigne avoit mis conseil a la venue le roi d'Engletiere, li retoli li rois Loeys la chite d'Angiers et le chastiel de Belesme, que il li avoit chargie. *Vinc XXX. 137.*

50 Apries ces choses rassambla li quens [5] de Bretaigne, li quens [6] de la Marche, li quens Phelippes de Boulongne, oncles li roi de Franche, et pluisour autre baron dou roiaume pour entrer en la terre le conte [7] de Champaigne. Mais li rois fu en l'aide le conte. Quant li baron virent chou, il envoiierent par commun conseil querre la roine [8] de Cyppre, qui estoit drois hoirs de la conte de Champaigne, si com il disoient; car elle avoit este fille le

55 a) t. q. confiance. b) s'en fui ou *des. A* 1. c) Flandres *A* 2. 3. d) repassa *B*. e) se *B*.

1) Thomam. 2) Lincoln. 3) Guala. 4) Antecedunt excerpta ex Vinc. B. l. XXX, c. 130. 'De dissensione baronum Francie a rege Ludovico iuniore'. 5) Petrus. 6) Hugo X. 7) Theoderici IV. 8) Alicem.

conte Henri[1] de Champaigne, qui fu rois de Jherusalem, si com nous avons dit desus. Quant la roine fu venue en Franche, elle demanda la conte de Champaigne coume son yretage. Li quens Phelippes de Boulongne l'en aidoit de tout son pooir. Pluisour jor en furent pris de pais. A daerrains fu offert a la roine 8000 livrees de terre a yeretage, por son despens 20000[a] libres de Tornois. Li quens Phelippes[b] de Boulongne, qui plus s'entremetoit de la besoigne que tuit li autre, li fist cele pais refuser. Sour chou fu uns autres jours pris. Dedens che terme morut li quens Phelippes de Boulongne l'an de l'incarnation nostre Signeur 1233. Auchun dient que il fu empuisounes. [Cil[c] cuens Phelippes avoit espousee la contesse Mahaut de Bouloingne, qui fut fille le conte Renaut de Dantmartin, si com nous avons dit dessus. Et pour ce que nous avons fait mensions de tous les contes de Bouloingne jusques a cesti Mahaut, nous vous dirons de cesti et de ceus qui apres li successerent en la conte de Bouloingne. Elle ot dou conte Phelippon une fille[2] qui fut mariee a monseignour Gauchier de Chastillons; mais elle moru sans hoir de son corps[3]. La contesse sa mere demoura grant piece vesve apres la mort le conte Phelippon son mari; mais en la fin elle print[4] le frere le roi de Portingal par la proiere la roine Blanche de France, cui cousins il estoit[5] — Aufons avoit non —, mais elle moru sans hoir de sa char[6]. Apres sa mort sourdi grant contens de l'escheance de la conte; car la contesse Mahaus[7] d'Artois, qui avoit este fille le duc Henri[8] de Braibant qui gist a Vilers l'abbeye, disoit que ses peres et messires Godeffrois de Louvaing, freres le duc, li avoient donnee leur escheance en mariaige, comme cil qui estoient cousin germain a la contesse Mahaut de Bouloingne. D'autre part disoit l'empereris Mahaut[9] que li dus et messires Godeffrois estoient mort ainssois que la terre escheist, et qu'elle estoit leur suer germainne, et pour ce estoit la terre escheue a li. De ce esmut un grans plais en la court le conte de Saint-Pol, qui estoit quens d'Artois de par sa femme la contesse, qu'i[d] avoit espousee, et tenoit le bail du jone conte Robert d'Artois. Dedens ce plait moru l'empereris Mahaus[10]. Si eschei la calenge et li plais a sa serour germainne[11], qui estoit contesse d'Auvergne. Si entra ou plait, qui dura longement tant qu'elle moru. Robers ses filz, qui estoit cuens d'Auvergne, recommensa le plait ou lieu de sa mere. En la fin en fut pais faite en telle maniere que li quens[12] ot pour lui et pour la contesse d'Artois sa femme la vile de Kalays et grant terre avec, et li quens Robers d'Auvergne retint la conte de Bouloingne. Cil Robers ot 2 filz. Li ainsnes ot non Guillaumes, qui tint la conte de Bouloingne et celle d'Auvergne apres la mort son pere[13]; mais il moru sans hoir de son cors. Si eschei la terre a son frere qui avoit non Robers[14]. Or lairons un pou a parler des hoirs de Bouloingne; si dirons de la roine de Cyppre, qui avoit prins jour de pais au conte de Champaigne, si com nous avons dit dessus.]

1234. Febr.

Quant la roine de Cyppre vint au jour qui avoit este pris de pais[e], il parut bien que elle avoit pierdue grant aide[f]; car apries pluisours paroles on ne li offri que 2000 livrees de terre sa vie et 10000 libres[g] pour son despens.

A.

La roine, qui bien vit que elle n'avoit mie si grant pooir ne si grant conseil que elle soloit, otria cele pais, et fu confremee de par le roi[15].

B.

De quoi on li avoit a l'autre jour devant offert 8000 livrees de terre a heritaige et 20000 livrees en deniers. Quant la roine oi les offres, qui estoient si petites envers celles c'om[h] li avoit faites l'autre jour devant, elle en ot grant despit; mais toutes voies, pour ce que elle estoit lontaine et qu'elle n'avoit mie si grant ayde comme elle souloit pour la mort le conte Phelippon de Bouloigne, elle s'asenti a la pais. Car pou trouvoit qui osast entreprendre sa besoingne puis que li cuens li estoit faillis. Celle pais fut confermee par le roi Loeys de France.

a) *ita* A 2. 3. *B;* 8000 A 1. Vid. infra l. 41. b) *deest B.* c) *uncis inclusa add. B.* d) *i. q.* il e) Quant elle vint au jour il parut *B.* f) confort *B.* g) lb. *codd.* h) *ita pro* que on *c.*

1) secundi. Vid. supra p. 437. 2) Iohannam. 3) a. 1251. 4) a. 1238. 5) 'Alfonse, frère de Sanche II, roi de Portugal, était fils d'Urraque, soeur de la reine Blanche, et par conséquent neveu et non cousin de cette reine'. W. 6) a. 1258. 7) Uxor Roberti I, postea Guidonis III. comitis Sancti-Pauli. 8) secundi. 9) potius Maria, uxor Ottonis IV. 10) Maria obiit c. a. 1260. 11) Alici, viduae Willelmi XI. 12) nimirum Guido III. 13) a. 1276—1279. 14) Rexit a. 1279—1314. 15) Cf. Albricum (SS. XXIII, p. 935 et not. 37), qui res aliter enarrat.

[Or[a] lairons a parler de la roine de Cyppre; si dirons de l'empereour Fedri d'Alemaingne. En l'an de l'incarnation nostre Seigneur 1239 commensa un grant descors entre pape Gregoire et l'empereour Fedri. Car li papes li metoit sus qu'il ouvroit de mout de choses contre la foi de sainte eglyse, et moult souvent li amonnesta li papes qu'il amendast ces choses; mais il ne voloit nient obeir aus requestes le pappe. Pour ce manda li pappes general concile a Romme et manda le cardenal Prenestin[1], qui estoit legas en France, et le cardenal Othebonne, qui estoit legas en Engleterre, et les autres prelas d'outre les mons. Cil cardinal s'assamblerent et s'en alerent vers Roume. Li empereres Fedris, qui bien pensoit que li conciles estoit assambles contre lui, fit gaitier ces[b] 2 cardenaus et pluseurs autres prelas qui estoient en leur compaignie. Quant il vinrent[c] en la cite de Pize, li empereres i envoia et les fist tous prendre[2] et metre en prison. Quant li apostoles le sot, il en fut moult courrecies; si envoia a l'empereour Fedri et li manda qu'il delivrast les prelas et amendast ce qu'il avoit meffait contre sainte eglyse. Et il n'en vot riens faire; ains le delaioit par belles paroles. Quant li apostoles vit que li empereres eslongoit ces choses par malisse, et qu'il ne le povoit trouver en nulle verite, il ne vot plus delaier que il ne l'escumeniast et tous ceus qui a lui se tenoient. Quant li jour dou concile fut passes, li empereres delivra les prelas qu'il tenoit; si s'en rala chascuns en son pais. Ne demoura mie gramment apres, que li apostoles Gregoires moru, l'an de l'incarnation nostre Seigneur Jhesu Christ 1242[3]. Apres lui fut esleus Celestins; mais il ne vesqui que 17[4] jours. Dont fut esleus Innocens li quars. Cil avoit este moult bien de l'empereour Fedry, par quoi pluseurs gens cuidierent que li empereres i deust avoir grant avantaige; mais puis qu'il vint ou siege saint Pierre, li empereres Fedris n'avoit trouve nul si fort adversaire comme il le trouva. Car il maintint le plait contre lui vigureusement. Au derriens vint il a Lyons sur le Rosne et le condampna, si com nous dirons ci avant. Or lairons a parler de l'empereour Fedri; si dirons du roi Loeys de France.]

Vinc. XXX, 138. 1239. 1241.

L'an[d] apries, ki fu de l'incarnation nostre Signeur 1234, prist li rois Loeys a feme Margherite, fille le conte de Prouvenche; si fu couronee a Sens en Bourgoigne. L'an apries le Viex de la Montaigne envoia Hasasis pour ochire le roi Loeys. Mais tost[e] apries il se repenti et li remanda par autres messages que il se gardast des premiers. Pour ceste ochoison se fist li rois garder lonc tans plus pries que il ne soloit.

Vinc. XXX, 137.

L'an apries, qui estoit[5] de l'incarnation nostre Signeur 1242[f], assambla li rois Loeys grant ost et s'en ala en Poitou sour le conte Huon de la Marche, qui reveloit[g] contre lui, ne ne voloit faire houmage a monsigneur Anfoul[h] conte de Poitiers, cui li rois avoit fait l'an devant chevalier, et li avoit donee a feme Jehane, fille le conte de Toulouse, et li avoit dounee[i] la terre que li rois Phelippes avoit conquise sour le conte d'Auvergne et la conte de Poitau et toute la terre d'Aubegois. Li[k] quens Hues de la Marche avoit a feme la mere le roi Henri d'Engletiere, et sour la fianche le roi se tenoit il contre le roi de Franche. Mais pour chou ne laissa mie li rois que il n'alast sour lui, et[l] assegast auchun chastiel que il prist.

ib. XXX, 148.

Li rois[6] Henris d'Engletiere et Richars quens de Cornuaille, ses freres, estoient passe en Gascoigne et aidoient le conte de la Marche. Quant[m] la guerre ot une pieche dure et li rois Loeis ot chevauchie parmi[n] la conte de la Marche, il vint a Saintes, ou li quens de la Marche estoit atout grant plente de ses amis et de ses aidans. Si vinrent a bataille ensamble; elle dura une piece; mais en la fin fu li quens de la Marche desconfis. Si s'en ala et mesires Symons de Monfort et mesires Joifrois de Lesignon et pluisour autre qui avoec lui estoient. Li rois retint aucun chevalier et serjant pris. Cel jour meismes vint mesires Ughes sornommes li Bruns, aisnes fius le conte de la Marche, au roi et fist pais a la volente le roi. Et l'endemain vint li quens de[o] la Marche et sa feme a la mierchi le roi; et li rois li rendi les chastiaus que il avoit pris, et il fist houmage au conte Anfoul[p] de Poitiers. Li rois retint par pais faisant l'oumage monsigneur Renaut de Pons et l'oumage monsigneur Joifroi de Rankon[q] et l'oumage le conte d'Eu[r] et l'oumage monsigneur Joifroi de Lesignon et 10000 libres[7] que li rois li dounoit[s] chascun an en ses cofres.

L'an apries, qui estoit de l'incarnation nostre Signeur 1243, ot li rois Loeys le premier fil de sa feme qui ot non Loeys. En l'an apries ensivant ot li rois un autre fil qui ot non Phelippes. En cel an meismes fu fais papes mesires Senebaus et ot non Innocens. Li sieges de Roume avoit este vaghes 2 ans. Tost apries vint li papes a Lyons sour le Rosne entour la fieste saint Andriu. Et en cel an meismes prist une gries[t] maladie au roi Loeys a Pontoise, si fu teus[u] menes que on cuida que il fust mors. Et s'empartirent li physisiien, et fu pries d'une liue[v] de terre en tel point ke tuit li huis furent ouvert, et i aloient tuit cil de l'hostel cui il plaisoit, et furent mande li prelat pour faire la commendasse de l'ame. En tel point le vit on

ib. XXX, 152.

a) *uncis inclusa add. B.* b) ses *c.* c) vint *c.* d) En l'an de l'i. *B.* e) tost apres tantost il *B.* f) 1236 *A 2.* g) rebeloit *B.* h) Enfoul *B.* i) dounee — avoit *des. B.* k) Et li *A 1.* l) et n'assegast *A 2. 3.* m) Et q. *A 1.* n) p *A 2. 3. B.* o) d. l. M. *des. B.* p) Aufoul *A 2. 3*; Anfous *B.* q) Raucon *A 2. 3*; Renkon *B.* r) de deu *A 1.* s) donna *B.* t) grief *B.* u) *ita Pictaviensibus pro* tel. - telz *A 2. 3. B.* v) l. d. t. *i. q.* une heure (*le temps nécessaire pour faire une lieue* W.)

1) Iacobum. 2) Cardinales mari captos esse, notum est. 3) potius a. 1241, d. 21. Aug. 4) *Ultra 18 dies ecclesiam non valuit regere* Vinc. Bell. l. XXX, c. 138. 5) Error apertus. 6) Haec brevius redacta sunt. 7) 'Le traité original (Trés. des ch. J. 170 p. 12) ne parle que de 5000 l. Tournois.' W.

remouvoir et l'oi on plaindre. Dont furent remande li physisiien, qui a grante painne li ouvrirent la bouce tant que il ot avale un poi de caudiel. Apries se penerent tant que par la volentet nostre Signour li rois torna a garison. Et quant il fu garis, il prist la crois d'outre mer.

Vinc XXX, 152.

228. Coument li empereres Fedris fu condempnes a Lyons par le pape Innocent.

ib XXXI, 1.

En l'an apries, qui fu de l'incarnation nostre Signeur 1245, tint li apostoiles Innocens concile a Lyons sour le Rosne a la feste saint Piere et saint Pol La fu li empereres Bauduins de Constantinoble et moult grans nombres de prelas. A che concile fu condempnes Fedris li empereres d'Alemaigne, li secons de che non. Et quant li conciles fu passes, li apostoiles envoia en Franche Oedon le[a] chardenal vesque de Toskelainne pour preechier de la crois d'outre mer et li charga la legation de Franche. Li chardenaus assambla moult de prelas et des barons et d'autre gent; si leur moustra la besoigne d'outre mer. Moult i ot de preudoumes qui emprisent la voie pour l'amour nostre Signour. De chiaus fu Robiers quens d'Artois et mesires Anfous quens de Poitiers[b] et mesires Charles quens d'Ango. Cil troi estoient frere germain au roi Loeis de Franche. Apries se croisa li rois Thiebaus de Navare et quens de Champaigne. Cil avoit este fius le roi [Thiebaut[c]] de Navare de la fille[1] monsigneur Ercembaut de Bourbon. Cil avoit a feme madame Ysabiel, fille le roi Loeys de Franche[2]. Encore se croisa Guillaumes[3] quens de Flandres, Pieres Mausclers quens de Bretaigne, mesires Gauchiers de Chastillon, Robiers vesques de Biauvais, li quens[4] de Monfort, li quens[5] de Vendoime, mesires Arcembaus de Bourbon li jouenes, Jehans quens de Drues, mesires Guillaumes de Merlo, mesires Driues ses freres, mesire Guillaumes des Bares et moult d'autre. Grans fu li apparaus des croisies.

229. Coument li rois Loeys de Franche prist eskerpe et bourdon a Saint-Denys pour aler outre mer et pluiseur baron.

ib. XXXI, ■.

En l'an de l'incarnation nostre Signeur 1248, le venredi apries pentecouste, prist li rois Loeys a Saint-Denis escherpe et bordon et mut chelui jour. Avoec lui mut mesires Oedes vesques de Toskelainne chardenaus[d] et legas de Roume, Robiers quens d'Artois, Charles quens de Ango et pluisour autre. Mesire Anfous quens de Poitiers demoura avoec la roine Blanche sa mere pour garder le roiaume. Li rois et toute sa compaignie monterent sour mer a Aighemorte l'endemain de la Saint-Biertremiu.

230. Coument li Tartaire conquisent Inde le majour.

231. Coument li papes envoia as Tartaires frere Jehan de Plain Carpin et frere Asselin.

232. Coument li Tartaire envoierent letres au pape.

233. Coument li rois Loeys de Franche arriva en Cyppre.

ib. XXXI, 89.

Or dirons dou roi Loeys de Franche. Bien aves oi desus coument il se parti de son pais pour aler outre mer, et coument il monta a Aighemorte l'endemain de la Saint-Biertremiu. Il arriva le juesdi devant le saint Maihiu au port de Limechon[e] en Cyppre; si i sejorna jusques au March. Li rois de Cyppre et pluisour prelat et baron se croisierent et orent couvent d'aler avoec le roi de Franche. En cel sejour morut[f] Robiers vesques de Biauvais et li quens de Monfort, mesires Ercembaus de Bourbon, li quens de Vendome, li[g] quens Jehans de Dreus, mesires Guillaumes de Merlo, mesire Guillaumes des Barres, et bien jusques a 240 chevalier. . . . .
. . . .

234. Coument li Tartaire envoierent letres au roi Loeys de Franche, et coument li rois renvoia as Tartaires, et li prise de Damiete[6].

235. De Biertran de Rays coument il vaut iestre quens de Flandres et de Hainau, et coument il fu pendus a Lisle.

Or lairons un poi a parler dou roi et des pelerins; si vous dirons d'auchunes choses qui estoient avenues en Flandres et en autres lius. Nous vous avons dit coument li rois Phelippes de Franche prist le conte Ferrant de Flandres et pluisours a la bataille de Bouvines. Il fist metre le conte[h] em prison au Louvre, ou il demoura grant tans. Entrues que il estoit em prison, uns hom vint ainsi[i] com hermites en un boys ki siet entre Tornai et Valenchienes que on apielle la foriest de Glanchon[k, 7] Che fu en l'an de l'incarnation nostre Signour 1226[8] en un quaresme. Il n'i ot gaires demoure ke auchunes gens le virent, ki firent entendre que chou estoit li quens Bauduins de Flandres et de Haynau et empereres de Constantinoble. Apries i vinrent auchun noble houme ki parlerent a lui. Il leur fist entendre que voirement estoit il li empereres Bauduins et leur dist auchunes ensaignes[9], par coi il cuidierent que che fust voirs. Dont l'amenerent cil[l] riche houme a grant joie a

1225

a) l. c. *des. B.* b) Ango *B.* c) *add. B.* d) c. d. R. e. l. *in ras. A1.* e) Limeson *B.* f) morurent *B.* g) et li *B.* h) Ferrant *add. A1.* i) aussi *A1.* k) Glancon *B.* l) si *B.*

1) Margareta. 2) 'Il y a ici une erreur grave: Thibaut II. ne devint roi de Navarre qu'en 1253, et n'épousa la fille de S. Louis qu'en 1258: rien n'indique qu'il ait pris la croix en 1245.' W. 3) i. e. Willelmus de Dampetra, filius Margaretae comitissae Flandriae et Hanoniae. 4) Iohannes. 5) Petrus. 6) Sequuntur excerpta ex Vinc. Bell. l. XXXI, c. 95—97. 7) Cf. Albricum, SS. XXIII, p. 915. 8) a. 1225. potius. 9) Cf. Vinc. Bell., lib. XXX, c. 127, SS. XXIV, p. 837.

Valenchienes, ou il fu recheus a grant hounour, et moult de gent l'alerent veoir, qui cui- doient, selonc chou ke il disoit, que che fust li empereres certainement, et pour chou le[a] menerent parmi la conte de Flandres, et par la ou il venoit on le[b] rechevoit a[c] signour. La contesse Jehane, fille l'empereour Bauduin, i envoia pluisours chevaliers et autres gens qui bien le deussent[d] connoistre comme cil qui avoient este de l'hostel et de la maisnie l'empereour Bauduin. Auchuns en i[e] avoit qui cuiderent certainnement que che fust il, et pluisour qui disoient le contraire. Quant il ot grant pieche ale et decheut grant nombre dou kemun[f] en Flandres et en Haynau et auchuns des grans barons meismes, li[g] rois Loeys de Franche, fius le roi Phelippon, oi cele miervelle[h]. Se li manda que il venist a Pieroune a parlement a lui; car il voloit savoir se chou estoit ses oncles. Il li otria sauf conduit alant et venant; car autrement n'i voloit pas cil aler. Quant il vint a Pieronne, il avoit od lui grant plente de Flamens et de Haynuiiers qui cuidoient que che fust lor sires droi- turiers. Li rois le rechuit hounerablement et pluisours choses li demanda pour lui essaiier. Li consaus le roi meismes, qui maintes fois avoient veut l'empereour Bauduin, parlerent[i] a lui et li firent ossi[k] moult de demandes, de coi il respondi bien d'auchune, mais de plui- sours il ne sot respondre, et por chou dist il que il estoit travillies, s'iroit[l] reposer, et l'ende- main il responderoit de chou de coi on li avoit demande[m]. Dont s'en ala a son hostel, et la nuit, quant tuit[n] furent asserisie, il se leva plus celeement que il pot; si prist de ses joiaus une partie et puis monta sour un cheval; si s'en ala tous seus. L'endemain, quant cil ki avoec lui estoient venu, furent leve, il alerent viers son hostel; mais, quant il enten- dirent que il s'en estoit ales, moult furent esbahi. Il atendirent une pieche, et quant il virent que il n'en orroient autres nouvieles, chascuns s'en rala en son pais tous honteus. Ne demoura pas gramment apries que en la terre monsigneur Erart de Cachenay[o] en une ville qui[p] a a non Rays trova on un houme qui estoit nes de la ville et avoit non Bertrans. De chelui dist on certainnement que c'estoit cil qui s'estoit fais empereres et qui s'en estoit fuis de Pieroune. La contesse Jehane de Flandres fist tant viers monsigneur Erart de Cache- nay[o] que il prist chelui Bertran et l'envoia a Lisle entour la feste nostre-dame en mi Aoust, et la contesse Jehane le fist trainer et puis pendre au gibet et loiier de chaines de fier, par coi il pendi lonc tans apries. Tele fu la fins Bertran de Rays qui cuida embler la conte de Flandres.

1225. Aug. 15.

236. De frere Robiert coument il prist les bougres.

En[1] l'an qui couroit 1235 vint freres Robiers de l'ordene des Preecheurs par le coman- dement l'apostoile en Franche contre les bougres; si en fist ardoir grant multitude.

cf. Albr.

En l'an apries ensivant prist Jehans, li fius le conte Pieron de Bretaigne, a feme la fille[q] le roi Thiebaut de Navare conte de Champaigne. De coi la roine Blanche et li rois Loeys ses fius furent si courechie ke il ensaisirent 2 des chastiaus le conte de Champaigne, chou est a savoir Mousteruel en for d'Youme[r, 2] et Bray sour Sainne[3].

1236

237. Coument li empereres Bauduins de Constantinoble s'en vint en Franche, et coument li rois Loeys de Franche fu pris a la Massore, et li ale des pastouriaus.

En[s] l'an apries[4], ki estoit de l'incarnation nostre Signeur 1237, vint en Franche et en Flandres li empereres Bauduins de Constantinoble, qui avoit este fius le conte Pieron d'Auchoirre, et[t] li rois li rendi son yretage en Franche, et la contesse Jehane li[u] rendi aussi son yretage et li aida que il ot la conte de Namur, que li quens de Viane[5], ki avoit sa serour[6], voloit retenir contre lui. Et[v] en cel an meismes prist li rois Henri d'Engletierre a feme Elyenor, fille le conte[7] de Provenche, suer la roine Margherite de Franche. En cel

cf. Albr.

a) la *A1*. b) le tenoit on a s. *A2*. 3. c) pour *B*. d) deustrent *B*. e) *deest B*. f) commun *A2*. 3. *B*. g) *vox littera initiali exornata est A*. h) nouvelle *B*. i) parla *B*. k) *deest B*. l) se iroit *A2*. 3; si ir. *B*. m) mande *B* n) q. il fu *A1*. o) Chacenay *A2*. 3. *B*. p) qui avoit n. *A1*; qui a n. *B*. q) fil *A1*. r) d'ionne *B*. s) Et *B*. t) deest *A1*. u) a. li r. s. *B*. v) *deest B*

1) Hoc et sequens capitulum arcte cum eis cohaeret quae Albricus p. 936 sqq. tradit. Nostrum tamen sua ex illo sumsisse, non statuerim, cum narrationem modo uberiorem modo mutatam praebeat. Utrum- que igitur ex communi fonte, annalibus fortasse Hanoniensibus vel Campaniensibus, hausisse, conii- ciam. 2) Montereau-Faut-Yonne, départ. Seine-et- Marne, arrond. Fontainebleau. 3) Bray-sur-Seine, départ. Seine-et-Marne, arrond. Provins. 4) Si- milia etiam leguntur in Ann. Floreff., SS. XVI, p. 627. 5) Henricus (Vianden). 6) Margaretam. 7) Raimundi Berengarii IV.

1237. an meismes prist Robiers, freres au roi Loeys de Franche, a feme la fille[1] le duc Henri de Braibant, et li douna li rois ses freres la terre d'Artois et l'en fist apieler conte. En cel an meismes espousa Thumas, freres le conte[2] de Savoie, la contesse Jehane de Flandres et de Haynau. En cel an[a, 3] morut li vesques Godefrois de Chambrai. Si fu apries lui vesques maistres Guyars de Loon.

1238. En l'an apries, qui estoit de l'incarnation nostre Signeur 1238, morut Jehans de Ape vesque de Liege et Ansiaus vesque de Loon. Et adont assist li quens Thumas de Flandres et de Haynau le chastiel de Poillevake.

Vinc. XXXI, 98, 99. Or vous dirons dou roi Loeys de Franche et des pelerins qui estoient a Damiete, si com nous avons dit desus. Quant il orent sejorne tout l'este et li quens Aufous[b] de Poitiers fu venus, il se partirent de Damiete et s'en alerent viers un liu que on apiele le[c] Massore, u li Sarrasin estoient assamble. La roine et les autres dames demourerent en la ville et pluisours gens a armes pour le garder. Li pelerin orent entre voies agait des Sarrasins; mais li Sarrasin i pierdirent asses. Il entendirent que li soudans de Babyloine estoit mors et que il avoit mande son[d] fil, qui demouroit es parties d'Orient, et l'avoit fait asseurer des plus grans amiraus. Cil avoit laissie un amiral en son liu qui avoit non Farcadins[e]; si vint a son pere. Le mardi devant le noel li crestiien se logierent entre 2 fluns que on apiele Thanays, et li Turc estoient de l'autre part. Souvent i avoit poigneis. Li crestiien misent grant painne et grant coust a faire le passage par coi il peussent venir as Sarrasins; mais il le destourboient a lour pooir. Uns Sarrasins, qui vint de l'ost des Turs, lour ensaigna un gues. Li pelerins[f] i passerent a grant peril; car il couvenoit lor chevaus noer, tel liu i avoit, et la rive estoit haute. Quant il furent outre, il coururent sus[g] as Sarrasins. Si en ochisent grant plente et entre les autres lour chievetainne et pluisours amiraus. Li remanans torna en fuies. Li maistres dou Temple et pluisour autre loerent que on demourast es herberges des Sarrasins; mais Foukars de Merlo[h] dist au conte Robert d'Artois que li Templier ne volroient[i] mie que la terre fust gaaignie, et li loa que on[k] cachast avant tant com la victoire duroit. Li quens, ki estoit devant tous, feri des esperons et cacha jusques au Kasal de le[l] Massore. Grant plente de pelerins, qui l'en virent aler, le sivirent et se ferirent en la ville. (1250. Febr) La furent tuit mort ou pris; car il avoit en la ville grant nombre de Sarrasins sour les maisons et en autres lius, qui en ochirent[m] pluisors de pieres et d'arbalestres. Apries se rassamblerent li Sarrasin et vinrent hardoiier en l'ost. Pluisours en navrerent de saietes; mais par la volente nostre Signour li chans demoura as crestiiens, et se herbegierent ou liu u li Sarrasin avoient este logie. Apries firent un pont parmi le flun, par coi il peussent a leur premieres herberges aler. (ib. 100) Le venredi apries vinrent li Turc ki rassamble estoient. Si assaillirent les pelerins moult efforchiement. Cil se deffendirent bien et vighereusement. Poi apries vint li fius le soudant a grant compaignie, par coi li os des Turs fu moult acreue. Un meschief avoit en l'ost de[n] nos crestiiens qui moult estoit grans; car pestilenche de maladie i couroit si grant que tres grans nombres de mors et de malades i avoit. D'autre part li Turc avoient grant plente de galyes mises ou flun priveement, par coi nulle viande ne pooit venir de Damiete en l'ost. En ceste grant[o] destrece furent li crestiien jusques au 5me jour d'Avril. Dont ot li rois conseil de retorner a Damiete. Si fist on les malades et les navres metre en galyes; et tantost com il se misent au retour, li Turc lour furent au devant et lour coururent sus. La ot grant mortalite de crestiiens, et li remanans fu pris: li rois et si dui frere, li quens Guillaumes de Flandres et tuit li autre fors cil qui mort furent. De chiaus qui estoient es nes eschaperent poi que li Turc ne presissent, ou (ib. 101.) fuissent ars de feu Grigois. Poi de jours apries fist li soudans requerre au roi que il rendist Damiete et tous les prisons[p] que il tenoit[q] et tout le damage que li crestiien avoient fait puis que il vinrent en Egypte, u il l'ochiroit. Entrues que on menoit ces parolles uns amiraus atout grant plente de Sarrasins ala en la tente le soudan et l'ochist et entreprist la signorie, et puis envoia[4] au roi de Franche por traitier de pais qui fu tele. Li rois rendi Damiete et paia 100000 libres et delivra tous les Sarrasins qui pris estoient puis que il vint en la terre; et li Sarrasin devoient delivrer tous les crestiiens que il tenoient, et cil qui estoient navre ou malade en Damiete pooient aler sauvement, quant il seroient gari, en terre de crestiiens. Dont delivra li rois Damiete et les prisons[p] et l'argent et envoia ses mesages en Babyloine pour rechevoir les prisons[p] (ib. 102.) crestiiens; mais li soudans n'en delivra que 400 de pries de 12000 que il en i[r] avoit, ains en[s] firent pluisours renoiier et pluisours en ochisent. Quant li rois entendi ces choses, il ot conseil que il feroit. Ses porpos estoit de retorner en Franche; mais li pluisour disoient que, se il s'en partoit ensi, que la crestiientes seroit en grant peril et li prison[p] pierdu. Si looient le demorer et meismement pour le soudant de Halape, qui avoit guerre contre chelui de Babyloine, et avoit ja pris Damas et pluisours chastiaus le soudan. Li rois crut che conseil; si demoura et renvoia ses 2 freres en Franche, chou est a savoir Aufous conte de Poitiers et[t] Charlon conte d'Ango.

Prim. 2. L'an apries ensivant, ki estoit de l'incarnation nostre Signeur 1251, s'esmurent pluisour pasteur pour aler outre mer et disoient que il avoient veut en vision que il conquerroient la Terre Sainte. A daerrains i ot grant multitude de pastouriaus, et pluisour malvais se (ib. 3) misent en lour compaignie. En cel an[5] morut la roine Blanche de Franche. Si fu ense-

a) an meismes *B.* b) Enfous *B.* c) la *B.* d) aisne *add. A 1, quod ap. Vinc. deest.* e) Sarradins *B.* f) crestiien *A 1.* g) *deest B.* h) Merle *A 2. 3. B.* i) vorroient *B.* k) il *B.* l) la *B.* m) ocistrent *B.* n) des. *A 1, ubi* nos *deest.* o) d. gr. *A 1.* p) prisonniers *B.* q) u il l'ochiroit *add. A.* r) *deest B.* s) i *B.* t) *deest B.*

1) Mathildam. 2) Amadei IV. 3) *Anno* 1238. Albricus p. 942. 4) Apud Vincentium omnes admirati in commune cum rege pacem ineunt. 5) potius a. 1252.

velie a Malbuisson, une abbeie de nonnains de Cistiaus qui siet dales Pontoise, que elle meismes avoit fondee. En cel an[a.1] revinrent d'outre mer Aufous quens de Poitiers et de Toulouse et Charles quens d'Ango. Si gouvrenerent le roiaume jusques a la revenue le roi Loeis lor[b] frere. Prim. 3.

238. La venue le roi Loeys de Franche d'outre mer, et coument li rois Henris d'Engletiere fist houmage de Gascoingne, et le wiere monsigneur Simon de Montfort.

Poi[2] apries [en[c] l'an 1253, le jour saint Martin le boulant[d]] fu la bataille de Zelande, ou il ot tres grant nombre de gent perie. Or dirons dou roi Loeys de Franche qui estoit demores outre mer. Il fist grant despens en refremer Acre, Kayfas, Yaffe et Sydoine, et quant il ot demoure 5 ans en la terre, il laissa monsigneur Joifroi de Surgignes[e] pour deffendre le pais et li charga gens et deniers pour la crestiiente aidier et coumanda a tous que il li obeissent. Apries se parti li rois dou pais et s'en revint en Franche, ou il fu volentiers veus. Poi apries vint li rois Henris d'Engletierre a Paris, et la roine sa feme od lui. Li rois les rechuit a grant hounour, et fu boine pais faite entre iaus. Et douna li rois de Franche au roi Henri la terre de Pieregort; et il fist houmage au roi de Franche de la terre de Gascoigne et de cheli de Pieregort et en fu pers de Franche. Poi apries prist a feme mesires Jehans, aisnes fius le conte Jehan[f] de Bretaigne, la fille[3] le roi Henri d'Engletiere. Anchois que li rois d'Engleterre se partist de Franche, morut Loeys, aisnes fius le roi Loeys de Franche; si fu ensevelis a Roiaumont. 1253. Iul. 4 — ib. 7 — ib. 9.

En ce tans estoit mesires Symons de Monfort en Engletierre, qui tenoit la conte de Leecestre de par sa feme[4], qui estoit suer le roi Henri d'Engletiere. Il avoit este fius le conte Symon, ki avoit este ochis en Aubegois. Il avoit de sa feme 5 fius et une fille, Henri, Symon, Richart, Guyon et Amauri. Cil quens Symons procura une aloianche de lui et des barons d'Engleterre et faisoit samblant que chou estoit pour le pourfit dou regne. Car il disoit que li rois Henris ne prendoit mie bien garde au roiaume et gastoit moult le sien sans raison; par coi il estoit entres en grant[g] dete. Et pour chou disoit il que il faisoit cele aloianche, par coi li baron s'en presissent garde que li roiaumes alast droiturierement, car mesires Edouars ses fius estoit encore trop jouenes. Quant il ot[h] bien cele asseuranche affremee, et il vit que li baron d'Engletiere le creoient dou[i] tout, il entreprist la signourie et volt le roi Henri tenir si au desous que il n'eust pooir se par lui non. Mais li quens Richars de Cornuaille, qui rois[k] estoit d'Alemaigne et freres le roi d'Engleterre, vint d'Alemaigne en Engletiere. Bien s'apierchuit que li quens Symons ne poursivoit mie la voie que il avoit fait entendre as barons; pour chou se tint avoec le roi Henri son frere. Il furent un jour a l'abbeie de Lyaues[l.5] et avoient ja le conte et les siens sourmontes, si ke il ne cuidoient mais avoir garde. Mais li quens Symons assambla priveement une grant chevauchie; si vint a l'abbeie de Lyauves, ou li rois estoit, qui avoit grans gens avoec lui; mais il furent si souspris que poi i ot desfense. La fu pris li rois Henris et li rois Richars d'Alemaigne et mesires Edouars, li[f] fius le roi Henri d'Engletiere. Li quens Symons mist em prison le* roi Richart a Monfort**, et le roi Henri tenoit il en tel maniere que il le laissoit aler a sa volente; mais il avoit adies gens avoec lui; par coi il n'avoit pooir contre iaus. Et monsigneur Edouart tint il une pieche en un chastiel. A daerrains le laissa aler esbanoiier a la[m] fois as chans; mais mesires Henris, li[f] fius le conte Symon, estoit tousjours avoec lui a grant compaignie de gent pour lui garder. Li quens Symons et li quens de Clocestre estoient d'un acort et aussi coume compaignon. Mais a daerrains il se coumenchierent[n] a descorder en tel maniere ke li quens de Clocestre se fust partis volentiers dou conte Symon, se il eust chievetainne avoec cui il se peust apoiier, et bien le fist savoir a auchun chevalier qui estoient de la partie le roi. Cil le firent savoir monsigneur Edouart, qui moult pensa coument il poroit eschaper. A daerrains ala il tant esbanoiier as chans ib. 10. — 1264.

*) *A2. 3*: le roy Henry a Douvres, et le roy Richart tenoit il en tel maniere *etc. ut supra*.
**) Kenelorde[6] *B*.

a) meismes *add. A1*. b) son *A1*. c) *add. B*. d) boubant *B*. e) Sarginee *Prim*. f) *deest A1*. g) *deest B*. h) orent *B*. i) moult *A1*, *ubi* tout *deest*. k) e. r. *B*. l) Lyauwes *B*. m) une *A1*. n) c. tellement *B*.

1) a. 1252. 2) Haec non ex Primato c. 5. sumta sunt, qui rem sine proelio gestam esse tradit. Eadem infra c. 241. fusius enarrantur. 3) Beatricem. 4) Eleonora. 5) Lewes, comit. Sussex. 6) Kenilworth, comit. Warwick.

1265. que il monta sour un moult isniel cheval, que on li avoit envoiie pour la besoigne faire. Il courut le cheval par devant monsigneur Henri, le fil le conte Symon, ki ne se dounoit garde de chou ke mesires Edouars pensoit. Quant mesires Edouars ot une pieche courut le cheval et il le senti si isniel, il feri des esperons et ala sa voie. Si eschapa ensi, car mesires Henris n'avoit fors son palefroi; si ne le pot ataindre. 5

Quant li quens de Clocestre sot que mesire Edouars fu eschapes, il se parti de la compaignie le conte Symon et s'en ala a monsigneur Edouart, qui assambla grant gent, et vinrent[a] puis a bataille contre le conte Symon et ses enfans. En cele bataille fu li quens Symons desconfis et ochis, et mesires Henris ses fius ochis et pluisor autre, et mesires Guys ses fius durement navres. Mesires Symons ses autres fius ne fu mie a cele bataille; 10 mais quant il sot la meskeanche, il s'en ala a Monfort[*]; si delivra le roi d'Alemaigne son oncle et li proia que il pensast de lui et de sa mere, qui estoit suer le roi. Apries la bataille coumenchierent cil de la terre a revenir au roi a mierchi, si que en poi de tans furent tuit a la volente le roi et monsigneur Edouart.

239. Coument li soudans de Babylone conquist Hermenie et Anthioce. 15

Prim 11 Or lairons a parler d'Engletiere; si dirons de la terre de Surye. Bien aves oi desus[b] coument li rois Loeys revint d'outre mer. Apries chou ke il fu partis dou pais, li soudans de Babyloine, qui avoit conquis Halape, tenoit Damas et toute la terre jusques a Acre. Il avoit non Bendodac[c]. Il fist une grant semonse pour entrer en Hermenie. Li rois d'Ermenie, qui pluisours fois s'estoit combatus as Tartaires, ama miex a estre leur sougis que as Sarra- 20 sins. Si fist pais a iaus et lour rendi treu, et il li orent couvent d'aidier contre le soudan. Si les amena avoec lui em bataille contre le soudan; mais li soudans ot la victoire, et i[d] ot mort des Tartaires et des crestiiens ochis[e] grant nombre. Apries entra li soudans en la grant Hermenie et le[f] fist sougite a lui. Ses pourpos estoit de tous les crestiiens ochire. Il manda chiaus de Anthioce que il li rendissent treu tel que chascune persoune, houme et 25 feme et enfant, li rendissent un besant d'or caschun an. Cil disent que il n'avoient pooir de douner[g] si grant soume: si le refuserent. Il en ot si grant despit que il assambla tres grant

1267. ost. Si ala assegier Anthioche et le[h] prist de venue; car n'estoit qui la desfendist, car li plus estoient avoec le roi d'Ermenie. Li soudans abati les murs et mist tout a l'espee. Auchuns en retinrent sers. Li nombres des ochis fu entour 64000. Entour 2000 s'en fuirent 30 en un chastiel a 2 miles pries[i]. Li soudans ala cele part et les assist. Cil qui virent que il ne se pooient desfendre, se rendirent en tel maniere que cil qui se porent rachater s'en alerent et li autre furent mene en Egypte en prison.

240. La mort l'empereour Fedri et le regne le conte Guillaume de Hollande et le siege d'Ais et le regne Mainfroi. 35

Or lairons a parler dou soudan; si dirons de la terre de Sezille, de Puille et de Kalabre. Bien aves oi desus coument li apostoiles Innocens condempna l'empereour Fedric au concile de Lyons sour le Rosne. Poi apries[1] envoia li[k] papes as prelas d'Alemaigne et as prinches et leur manda que il esleussent un roi, et il le courouneroit[l] a empereour a Roume. Auchuns en i ot qui ne volrent mie obeir a che coumandement pour chou que il se tenoient 40

1246 encore a l'empereour Fedri; mais li prelat esluirent le frere[2] landegrave[3] de Duringhes, mais il ne vesqui mie longhement. Apries envoia li apostoiles monsigneur Pieron Kaboche, chardenal et legat de[m] Allemaigne. Cil pourcacha tant que la plus grans partie des prinches esluirent a roi d'Alemaigne le conte Guillaume de Hoslande; mais cil d'Ays, qui encore se tenoient a l'empereour Fedri, ne le volrent laissier en[n] la vile pour courouner. Pour chou 45 les escumenia li legas et douna le pardon d'outre mer a chiaus qui iroient contre iaus. Dont ala li quens Guillaumes de Hoslande assegier Ays l'an de l'incarnation nostre Signeur 1248. Apries i vinrent grant plente de pelerins de pluisours terres. Si maintinrent le siege tant que cil de la ville se rendirent, et fu li quens Guillaumes couroune a roi. Il ot moult la 50

*) Kenelourde *B.*

a) et p. v. *A* 1. b) *deest B.* c) Band. *B.* d) *deest A* 1. e) *deest B.* f) la *B.* g) paiier *A* 1. h) la *B.* i) pas *B.* k) l. p. *des. B.* l) couronneroient *B.* m) en *A* 1. n) l. ens p. *A* 1.

1) Ad sequentia cf. 'Continuation de Guill. de Tyr dite du manuscrit de Rothelin' c. 38 sqq. 'Recueil' II, p. 560 sq. 2) Henricum. 3) Ludovici IV.

grasce l'apostoile; car li apostoiles desiroit moult que il fust couronnes a Roume, et plui- 1250. sours fois li manda que il i alast, et une fois lui manda[a] que li roi d'Alemaigne avoient pluisors fois atendue la couroune de l'empire et volentiers l'eussent recheue[b], se on leur volsist avoir dounee, mais orendroit atendoit elle lui; pour coi il s'esmervilloit moult[c] que il ne venoit. Entre ces choses morut li empereres Fedris, par coi grans tourbles sourdi ou roiaume de Sezile et en la terre qui venoit de sen[d] patrimoine, car il avait eut un fil de la fille[1] le roi Jehan d'Acre. Cil avoit non Conras. Il estoit mors[2]. De lui estoit demoures uns petis enfes qui avoit non Conradins. Il estoit si jouenes que il n'avoit pooir de terre tenir. Si le nourissoit on en Alemaigne, dont sa mere[3] estoit. D'autre part li apostoiles disoit que nus des hoirs l'empereour Fedri ne[e] devoit ayreter, car li empereres avoit estet contre la foi, de coi il avoit este condampnes. Li empereres Fedris avoit un fil de soignant[f] cf Prim. 13 qui avoit non Mainfrois. Il fu chevaliers vighereus et larges. Quant il vit que ses peres fu mors et que Conradins ses nies estoit trop jouenes et que li papes voloit entreprendre[g] la terre de Sezile, il se mist encontre et se pourcacha tant d'aides, que par promesses, que par amours, que il saisi le roiaume de Sezille, la duchee de Puille et la princhee de Kapes, 1258. et avoec chou[h] entreprist dou patrimoine de l'eglyse de Roume; et si ot grant ayde en Lombardie.

241. Coument papes Alixandres douna au conte Carlon d'Ango le roiaume de Sezile, et le mort Mainfroit.

Quant papes Alixandres qui[i] adont estoit vit chou, il l'escumenia et tous ses Prim. 13. aidans. Apries envoia le chardenal Symon en Franche et manda le conte Charlon d'Ango, frere au roi Loeys de Franche, que, se il voloit entreprendre la guerre contre Mainfroi, il li otrieroit toute la terre a lui et as ses hoirs jusques au 7[me] degret par auchune[k] condiction que li apostoiles i metoit. Tant mena li apostoiles les parolles que li quens Charles s'acorda a lui, et furent les couvenanches affremees. Puis entreprist li quens Charles la besoigne, et li chardenaus Symons, qui estoit legas en Franche, douna le pardon d'outre mer a tous chiaus qui aideroient le conte Charlon, par coi grant plente de gent se croisierent. Quant Mainfrois entendi que li quens Charles avoit entrepris a conquerre le regne de Sezille et les autres terres, il se porvei d'aides et fist tant enviers pluisours chites de Toscane que elles furent de son acort. Il i mist un vicaire qui avoit non Poilevoisins. Cil avoit grans gens avoec lui et bien cuidoit desfendre les passages de Lombardie au conte Charlon et as croisies. Il avoit un grant fosse fait dou travers, ou il les cuidoit contretenir; mais mesires Phelippes de Monfort, cui li quens Charles avoit envoiie ou pais, le desconfi par moult de batailles par l'aide le marchis de Monferrat et chiaus de Melans[4], qui trop haoient le lignage Fedri. Apries monta li quens Charles a Marseille sour mer pour aler a Roume. Il passa a tres ib 14. grant peril, car Mainfrois avoit tres grant plente de galyes sour mer pour lui gaitier; mais par la volente nostre Signour les galyes Mainfroi estoient traites a terre pour grant tempieste, et en che point passa li quens Charles. Quant il vint a Roume, papes Urbains[5], qui adont tenoit le siege, le rechuit a grant hounour et li douna le senaterie de Roume et le 1265. courouna a roi de Sezile. Li rois Charles demoura une pieche a Roume pour atendre ses gens qui venoient par terre, chou est a savoir Loeys[6] quens de Vendome, Guys de Merlo, evesques d'Auchoirre, Phelippes de Monfort, Guys ses freres, Guillaumes de Biaumont et Pieres de Biaumont. Encor i venoient grant plente de pelerins, chou est a savoir Robiers, fius le conte Guyon de Flandres, qui avoit sa fille[7] a feme, mesires Gilles li Bruns connestables de Franche, mesires Jehans de Soissons, fius au conte Jehan, et moult d'autre. Quant il furent venut a Roume, li papes fist le vesque d'Auchoirre legat[l] en l'ost le roi Charlon, qui mut de Roume plus tost que il pot et s'en ala conquerrant tant que il ot passe le mont de Cyppran[8]. Si se loga devant Saint-Germain-l'Aguillier[9]. Laiens avoit grant plente de Sarrasins et d'autre gent, et s'i[m] estoit li quens Gavains[n] et li quens Jordains et li quens Bietremius, que Mainfrois i avoit mis pour le garder. Li chastiaus estoit[o] dure-

a) il *add.* *A* 1. b) eue *B.* c) *deest B.* d) *ila A* 1. e) n'en devoit estre ayretes *in ras. A* 1. f) sougnant *B.* g l'empire et *add. A* 1. h) *deest B.* i) entendi ch. q. a. e. *A* 1. k) une *B.* l) le l. *B.* m) si i *A* 1. n) Gauvain *B et infra.* o) e. mout d. *A* 1 *in ras.*

1) Jolantha. 2) Error apertus; obiit demum a. 1254. 3) Elisabeth. 4) Mailand. 5) Clemens IV. potius. 6) Burchardus potius. 7) Blancam. 8) Ceperano. 9) San-Germano.

Prim. 15. ment fors. Auchun de chiaus de l'ost se[a] traisent viers la vile pour hardoiier a chiaus dedens[b]. Cil dedens traisent viers iaus grant plente de saietes. En la fin fu li assaus si grans que cil de l'ost s'armerent et traisent viers la ville. Quant cil dedens virent l'ost aprocier, il s'en issirent tuit arme par une autre porte et s'en alerent lour voie. Bien cuidoit Mainfrois que cist deussent avoir contretenut l'ost le roi Charlon grant tans, car moult estoit fors la ville et li chastiaus. Les gens le roi entrerent en la ville sans contredit

ib. 16. 1266. L'endemain se rendirent cil dou chastiel sauves lour vies. Cil qui s'en estoient fui, s'en alerent a Bonivent, ou Mainfrois estoit; et quant li rois Charles fu saisis dou chastiel de Saint-Germain, il s'en alerent viers Bonivent. Quant[c] il aprocierent, Mainfrois et li sien issirent de la ville et[d] ordenerent lour batailles. Li rois Charles refist les siennes. Si ot ib. 17. mesires Phelippes de Monfort et li marescaus de Mirepois la premiere, et l'autre ot li rois Charles, et la tierche ot Robiers, fius le conte de Flandres. La premiere bataille assambla as Alemans, de coi il i avoit si grant plente que il couvint le roi Charlon[e] et[f] toute sa bataille assambler apries la premiere. Dont n'arriesterent gaires li Tyois[g], ains tornerent les dos. ib. 18. Quant li quens Gavains, qui estoit oncles Mainfroit, et Jordains, qui conduisoient la seconde bataille, virent les Alemans fuir, il firent otretel. La bataille Mainfroit, qui venoit apries, fu toute desconree. Les gens le roi Charlon les sivirent, abatant et ochiant grant pieche, et puis s'en retornerent. La fu mors entre les autres Mainfrois et grant nombre des siens; mais il ne fu seu devant l'endemain qu'il fu trouves entre les mors, car il avoit ses armes changies. Apries la bataille entrerent les gens le roi en Bounivent. Li rois otria sepulture as mors, et les prisons[h], dont il i avoit grant plente, envoia en divers lius; mais[i] poi apries en delivra la[k] plus grant partie, et il li jurerent que il se tenroient a lui.

ib. 19. 1267. Apries avint ke par l'enortement de chiaus que li rois avoit delivre et dou commun dou pais Conradins, ki avoit este fius Conrat, fil l'empereour Fedri, entreprist la voie de Puille pour reconquerre la terre contre le roi Charlon. En s'aide fu [li[l] fieus[1] le duc[2] d'Osteriche et] dans[3] Henris, freres le roi[4] d'Espaigne, atout grant[m] plente d'Espaingnois. Quant il entrerent en la terre, cil dou pais se raloiierent a iaus.

1268. Li rois Charles seoit adont devant Nochieres[5]. Quant il entendi la nouviele de lour venue, il se hasta d'ordener ses batailles. En che point estoit venus d'outre mer mesires Erars de Valeri et auchun autre preudoume. Cil furent avoec le roi. Conradins et li sien ib. 20. vinrent d'autre part. Si commencha la bataille grans et perilleuse, et moult i ot li rois ib. 21. Charles a souffrir, car trop i avoit Conradins grant gent. Mais a daerrains par la volente nostre Signour tornerent li Alemant en fuies et tout lour compaignon. Li rois et li sien les sivirent et moult en ochisent en la chache, et grant plente en i ot de pris. Dans Henris ib. 22. s'en fui a Moncassin; mais li abbes le prist et le rendi au roi par si que li rois li ot en couvent que il n'averoit garde de mort. Conradins fu pris en un chastiel ou il estoit fuis, et cuidoit eschaper par mer. Quant tuit li prison[n] furent livre au roi, li rois en fist faire jugement. Si furent jugie a mort Conradins, [li[o] fieus le duc d'Osteriche], dans Henris, li[p] quens Jourdains, li quens Gavains, li quens Bietremius et si doi fil. Li rois lour fist oir vegiles et l'endemain messe de requiem, et puis lour fist tous les testes coper, fors dant Henri. Chelui laissa il la vie pour le couvent que il ot[q] l'abbe de Moncassin, mais il le mist en forte prison. Lors ne trouva li rois Charles qui contre[r] lui fust em Puille, ib. 23. ne en Kalabre, ne en Terre de Labour[6]; mais le roiaume de Sezile maintenoit encore Conradins un chevaliers contre le roi Charlon, et li rois i envoia monsigneur Thumas de Couchi, monsigneur Phelippon de Monfort, monsigneur Guillaume de Biaumont et pluisours autres vaillans chevaliers. Cil entrerent ou roiaume de Sezile et firent tant que il prisent Conradin. Si le pendirent et mirent[s] toute la terre a la volente le roi Charlon.

[Or[t] lairons un pou a parler du roi Charlon[u]; si dirons du roi Guillaume d'Alemaingne. Bien aves oi dessus comment li rois Guillaumes fut couronnes a roi d'Alemaigne et comment li apostoles Innocens le manda pluseurs fois de venir a la couronne de l'empire; mais onques

a) retraissent *B.* b) de dedens *B et infra.* c) et quant *B.* d) *deest B.* e) *deest B.* f) a *B.* g) *i. q.* Tudesques. h) prisonniers *B.* i) *deest A* 1. k) l. p. *des. B.* l) li — et *des. A* 2. 3. *B;* li — pais *in ras. A* 1. m) *deest B.* n) prisonnier *B.* o) li f. l. d. d'O. *des. A* 2. 3. *B;* li — Bietremius *in ras. A* 1. p) l. q. G., l. q. J. *B.* q) ot a l' a. *B.* r) f. c. l. en *B.* s) misent *B.* t) *sequentia usque ad c.* 242. *add. B.* u) Richart *corr.* Charlon *c.*

1) Fredericus de Baden. 2) Hermanni. 3) i. e. 'Dom'. 4) Alfonsi X. regis Castellae. 5) Lucera. 6) Terra di Lavoro.

pour ce li rois Guillaumes ne s'en hasta, ains demoura en Alemaigne et en Holande. Entre 1253 ces choses esmut un grant contens[1] entre lui et la contesse Marguerite de Flandres et de Haynau. L'ocoison fut telle. Li conte de Flandres de lonc tans devant tenoient la terre de Waucres et des isles apendans en fief des rois d'Alemaingne, et li conte de Hollande en 5 estoient chastelain et avoient le tierc des forfais, et ce tenoient il des contes de Flandres; mais puis que li quens Guillaumes fut esleus a roi, il ne voloit obeir a la contesse de Flandres, ains manda une court sollempnee a Frankenevort et fist la forjuger tout ceu que elle avoit en Zelande et en Waucres, et le retint a sien oes. Quant la contesse Marguerite le sot, elle fist une grant semonce a Brieveliet[2]. La vint li quens de Bar et li quens de Wademont et 10 grans plente de chevaliers de France et de Champaigne. Si furent les nes apparillies et passerent en Zelande. Guis quens de Flandres, filz a la contesse Marguerite, estoit chievetainne de toute l'ost. Avec lui estoit messires Jehans de Dompierre ses freres et li quens Thiebaus de Bar, li quens[3] de Wademont, de quoi je vous ai touchie, messires Renaus de Bar, frere le conte de Bar, li quens[4] de Ghynes, messires Erars de Chacenay, messires Erars 15 de Valeri, messires Thieris de Bevre[a], messire Rasses de Gavre et grant plente de chevaliers de Flandres, et de communes de Flandres i ot plus de cent milles hommes a armes. Quant[b] il orent une piece sejourne au port et il orent leur besoingnes bien atournees, il se partirent dou port et siglerent vers Waucres. Mout estoit celle ystoire belle et grande. Li vens fu grans, qui les mena hastivement devers leurs anemis a la rive. D'autre part estoit messire 20 Florens, freres le roi Guillaume, et estoit avecques lui li quens Thieris de Cleves, et avoient entour 32 milles hommes a armes, que a piet, que a cheval Quant li Flamens et li Fransois approchierent, il issirent des nes tuit arme cil qui premiers avoit prins port. Li Hollendois les recueillirent vigueresement, et a fait qu'il issoient, li plus en fut ou mors ou prins; car il ne povoient pas bien leur chevaus avoir apparillies. Quant li Hollendois virent que il 25 estoient bien au deseure, il coururent a ceus qui estoient aus nes. Au derrain de toute celle grant ystoire qui la estoit venue n'en eschapa onques uns sous qui ne fusent ou mort ou prins, fors la nes monseigneur Ernoul de Ghignes, qui venoit derriere les autres, et quant il vit la desconfiture, il fit sa nef retourner; si s'en rala vers Flandres. En celle desconfiture fut prins li quens Guis de Flandres, messires Guillaumes de Dempierres[c] ses freres, li quens 30 Thiebaus de Bar, messires Renaus ses freres, li quens de Ghignes, messires Thieris de Bevre, messires Erars de Valeri, li quens de Waudemont, messires Rogiers de Mortaigne, Robers senechaus de Flandres, messires Hellins ses freres li connestables de Flandres, messire Jehans de Bellainghien, messires Ernous de Landas et plusours autres. Messires Erars de Chacenai il fut mors, et messires Rasses de Gavre, messire Ernous d'Escornay, 35 cousins germains a monseignour Rasson, et plusour autre chevalier. Des communes de Flandres i ot tres grant nombre ocis, et tous li remenans demoura en la terre en prison. Ce avint l'an de l'incarnation nostre Seigneur 1253, le jour saint Martin le bouillant. Li Iul. 4. rois Guillaumes, qui estoit en Alemaingne, des dont qu'il oi nouvelles de la semonse que la contesse de Flandres faisoit, si estoit partis dou pais et s'en estoit ales vers Hollande et 40 s'estoit si hastes que il vint en Waucres dedens le tiers jour que la bataille avoit este. Quant il fut venus, il fist tous les chevaliers metre en prison. Apres fist eslire des bourgois les plus riches, si les fist mener en prison; et le remanant, de cui il ne cuidoit mie avoir grant ranson, fist tous laissier aler: de ceus i ot mout grant nombre. Apres ses[d] choses s'entremisent preudomme de la pais. Nommeement li apostoles Innocens i envoia un cardenal 45 qui en traita une piece; mais la pais ne pot mie estre faite adonc.

Entre ces choses li rois Guillaumes ot propos d'aler en Frise pour guerroier les 1256 Frisons, si com si ancisseur avoient autre fois fait; car li contes de Hollande metoient sus aus Frisons qu'i[e] devoient estre leur sougit, et li Frison disoient qu'il n'avoient nul seignour fors que Dieu, et pour ce ne voloient obeir a eus; si en avoit la guerre dure long 50 tans. Or vit li rois Guillaumes que une grant gelee estoit commancie, et pour ce fist ses gens assambler a armes, car on ne pooit mie bien aler en Frise a force, se n'estoit par gelee, pour la grant plente de mares et de fosses qu'il a ou pais. Quant li rois Guillaumes ot ses

a) Beue *c.* b) quant il ot | rent *c.* c) *ila c.* d) *ita pro* ces *c.* e) *i. e.* qu'il

1) Haec Primatus c. 5 (p. 12 sq.) longe aliter enarrat. Cf. supra c. 238, p. 457. 2) Biervliet, a Middel-55 burg inter orientem et meridiem. 3) Henricus I. 4) Arnoldus III.

1256. gens ensamble, il entra en la terre de Frise. Ses gens s'esparsent par le pais et bouterent le feu en pluseurs lieus, et grant plente de bues, de vaches et d'autres bestes i trouverent qu'il ramenerent en l'ost; mais d'autre avoir ne trouverent point. Car des lors que li Frison sorent que li rois devoit entrer en lor terre, il vuidierent tout et se traisent ariere, car bien veoient qu'il n'avoient mie gent pour combatre au roi. Quant les gens le roi orent ale, ainsi destruisant le pais, ne sai quans jours, et li rois vit que nulz ne s'aparoit pour combatre a li, il ot propos de sa gent raloier et avoir conseil qu'il feroit. Il estoit en mi les chans tous armes atoute sa bataille. En ce point il vit loing de lui entour cinq Frisons qui estoient encontre un moncel de fuerre. Il qui mout estoit hardis et grant cuer se parti de sa bataille tous ceus[a] et ala celle part ou il avoit veu les Frisons. Quant il les aprocha, il trouva un fosse entre lui et les Frisons. En ce fosse avoit une fausse glace, car l'eaue li estoit faillie pour la gelee qui avoit longement dure, et la glace estoit demouree. Quant li rois Guillaumes vint au fosse, il feri des esperons hardiement. Quant il vint un pou avant, la glace fondi desous lui; si chei ou fosse. Quant li 5 Frison, qui estoient asses pres de li, le virent cheoir, il coururent celle part; si li coururent sus et l'ocisent, voiant toutes ses gens; ne onques nulz des siens ne lui ala aidier, ains se misent tantost ou retour, et li Frison prisent le cors le roi; si l'emporterent avec eus. Ce avint l'an de l'incarnation nostre Seigneur 12 . . . .[b].

Quant la mort le roi Guillaume fut seue en pluseurs terres, li quens Richars de Cornuaille, qui estoit frere le roi Henri d'Engleterre et qui avoit tres grant tresor assamble, ot propos d'avoir le roiaume d'Alemaigne. Pour ce envoia grans messaiges ou pais et fist essaier aus princes commant il pourroit venir au roiaume. Si messaige parlerent a l'arcevesque[1] de Couloingne et a l'arcevesque[2] de Maiance et au duc[3] de Baiwiere. Cil troi orent en couvent, parmi une grant somme d'avoir qu'il en orent, qu'i se tenroient a lui et qu'il l'esliroient et atrairoient de leur compaignons ceus qu'il pouroient. Apres ces choses prinsent li prince jour d'eslire. A ce jour ne vint mie li rois[4] de Behaingne, qui estoit uns des esliseurs, ne li marchis[5] de Brandeburc[c]; toutes voies[d] li autre, qui avoient couvent[e] qu'il se tenroient au conte Richart. Quant li quens Richars sot qu'il estoit eslus a roi d'Alemaingne, il atourna ses besoingnes; puis se parti du pais et en porta grant avoir avec lui. Il avoit a femme la serour[6] la roine[7] de France. Quant il vint en Alemaingne, il ala a Ays
1257. et fut couronnes l'an de l'incarnation nostre Seigneur 12 . . . .[b].

Des lors que li rois[8] d'Espaigne sot la mort le roi Guilaume, il avoit envoie au roi de Behainne et au duc[9] de Braibant, qui estoient si cousin germain[10], et a pluseurs autres d'Alemaigne et lor avoit proie qu'il meissent conseil qu'il fust eslus au roiaume. Pour ce se tenoit li rois de Behaingne et plusieurs autres contre le roi Richart. Par ce descort ne pot onques estre li rois Richars asseures fermement de la couronne de l'empire, car li rois d'Espaigne avoit ses messaiges a la court de Romme contre les procureurs le roi Richart, et moustroit chascuns la besoingne son seignour au mieus qu'il pooit. Entre ces choses estoit li rois Richars en Alemaigne et avoit grant aide des pluseurs pour le grant avoir qu'il i avoit[f] aporte[g]. Quant il ot une piece demoure ou pais, on li nonsa que uns grans descors estoit meus en Engleterre entre les barons et le roi son frere, de quoi messires Symons de Montfort, qui avoit la serour le roi, estoit chies[h] devers les barons. Pour ceste chose s'en
1264. rala li[i] rois Richars en Engleterre et aida son frere le roi tant qu'il cuiderent bien avoir mis les barons au dessoubz; mais messires Symons, qui asses savoit de guerre, les sousprint une nuit qu'i ne s'en gardoient. Si les print et mist le roi Richart en prison et mist bonnes gardes avec le roi Henri et monseignour Edouart son fil; mais il ne faisoient mie samblant qu'i fusent en prison. Au derrains eschapa messires Edouars et delivra les 2 rois, si com nous avons dit dessus[11]. Dont s'en rala li rois Richars en Alemaingne. Si prist[k] a femme la fille[12] monseignour Walerant de Faukemont; car la roine sa femme estoit morte[13] grant
1271. piece avant. Pou apres s'en rala en Engleterre, ou il moru asses tost, quant il ot regne . . . .[b]

a) *ita pro* seul *c.* b) *spatium vac. relictum.* c) Biandebure *c.* d) vinrent *vel simile quid supplendum.* e) tenu *corr.* couvent *c.* f) *bis scripsit c.* g) *e ras. c.* h) *i. q.* chef. i) Ri *c.* k) *e ras. c.*

1) Conrado de Hochstaden. 2) Gerhardo. 3) Ludovico II. 4) Otakarus. 5) Iohannes I. 6) Sanctiam. 7) Margaretae, uxoris Ludovici IX. 8) Alphonsus X. 9) Henrico II. 10) Cf. Genealogiam duc. Brab. ampl. c. 13, supra p. 396. 11) c. 238. 12) Beatricem. 13) a. 1261.

Apres lui fut eslus par commun assens de tous les princes Rodoufles li quens des mons d'Asai[1] et fut couronnes a Ays l'an de l'incarnation nostre Seignour 1272. Cis rois s'en ala a ost contre le roi de Behaingne, qui tenoit la duchiee d'Osteriche, qui estoit escheue au roiaume d'Alemaingne grant tans devant. Il orent grant bataille ensamble; li rois de Behaingne i fut ocis et li sien desconfit. Li rois Rodoufles saisi la duchee et le roiaume.]

242. Coument li rois Loeys de Franche et pluiseur baron se croisierent pour aler outre mer et alerent en Thunes, et le mort le roi Loeys de Franche, et le regne Phelippon son fil.

Or[a] lairons un poi a parler dou roi Charlon; si vous dirons dou roi Loeys de Franche. En l'an de l'incarnation nostre[b] Signeur 1268 prist la crois d'outre mer li[c] rois Loeis de Franche et Aufous ses freres quens de Poitiers et de[d] Toulouse et li doi fil le roi Loeys[e], chou est a savoir [Phelippes[f] ses aisnes fieus et] Jehans quens de Nevers de par sa femme et[g] Pierres quens de Alencon. Encore se croisa Thiebaus rois de Navare et quens de Campaingne, Robiers quens d'Artois, nies le roi Loeys de Franche, Guys quens de Flandres, Jehans quens de Bretaigne et moult d'autre. La meute fu devisee a 2 ans. Quant il orent leur besoignes ordenees, li rois Loeys et li pelerin monterent sour mer a Aiguemorte le mardi apries la fieste saint Piere et saint Pol l'an de l'incarnation[h] 1270, et par commun conseil adrecierent lour nes viers le roiaume de Thunes. Si prisent terre asses pries de Cartaige. Apres assaillirent le chastiel de Cartage et le prisent a forche. Chiaus que il i trouverent, misent[i] tous a l'espee. Il trouverent grant plente d'orge. Apries se logierent et firent grans fosses entour leur ost et orent pourpos d'atendre le roi de Sezile, qui devoit venir atout grant gent. As fosses faire ot grant hustin[k] des Sarrasins et des crestiiens; mais toutes voies furent il fait. Asses tost apries prist une maladie le roi Loeys de Franche de flus de ventre. Si doi fil meismes furent malade, mesire Phelippes et[l] Jehans quens de Nevers, de coi Jehans quens de Nevers mourut le jour saint Estievene[2], le tierch jour d'Aoust. Sa mors fu celee a son pere et a son frere pour lour maladies. Toute cele semainne ot grans contens entre les Sarrasins et les pelerins; car li Sarrasin venoient a grant buffois, et li pelerin les rechevoient vighereusement. Un jour furent issu li pelerin[m] contre les Sarrasins et les avoient fait retraire grant pieche. Il orent talent de gaaignier les tentes des Sarrasins, qui estoient logie entre la chite de Thunes et l'ost des crestiiens. Si comme nos gens chevauchoient, une si grans pourriere leva que a painnes pot veoir l'une bataille l'autre; et par chou dut estre avenus grans mescief a nos gens. Mais toutes voies il se raloiierent et revinrent tout sauvement a lour herberges. Le samedi apries le mi Aoust li quens de Vendome morut, et le lundi prochain apries morut li rois Loeys de Franche entour l'eure de none. En che point estoit li rois Charles de Sezile arrives. Quant il vint en l'ost et il sot la mort le roi son frere, moult en fu dolans; mais bien vit que il n'estoit pas poins[n] de duel faire. Pour chou fist apparillier le cors et boullir. Si furent li os garde pour raporter en Franche, et li remanans fu envoiies a Montroial en Sezile pour ensevelir, a 4[o] miles de Panorme. Apries alerent li rois de Sezille et li baron a monsigneur Phelippon, qui mot ne savoit de la mort son pere; si le conforterent[p] le miex que il porent, et puis li firent homage tuit li baron. Li quens de la Marche[3] estoit ja mors, qui bien s'estoit maintenus en l'ost.

Poi apries vinrent troi paire de message au roi Phelippon; il cuidoient trouver le roi Loeys son pere. Li ung vinrent de par Paliologe de Gresce, li autre des Tartaires et li tiers des Hermins. Li rois lour fist reponse par le conseil de ses barons sour chou que il aporterent. Li rois de Sezile fist tendre ses tentes viers la mer entour une liue en sus de l'ost. Ne demoura gaires ke li Sarrasin vinrent a grant beubant. Li rois Charles et li sien et pluisour[q] baron de l'ost les rechuirent si vighereusement que li Turc n'arriesterent gaires. Li pelerin les cachierent grant pieche et en ochisent pries de 2000. Auchun en

a) Or dirons v. d. r. L. *B.* b) n. S. *des. B.* c) pr. li r. L. d. F. l. cr. d'o. et li quens A. d. P. s. fr. et *B.* d) d. T. et *des. B.* e) *deest B.* f) *add. A* 1, *ubi* Ph. — Loeys de Franche *in ras. scripta sunt. Verba* Ph. s. a. f. *ex Primato c.* 26. *adiecta sunt; desunt c.* 24. g) et P. q. d. A. *des A* 1. h) nostre Signeur *add. A* 1. i) tous les m. *B.* k) butin *B.* l) et messires J. Messires J. q. d. N. morut *B.* m) l. p. i. *B.* n) tans *B.* o) III *B.* p) reconf. *A* 1. q) autre *add. A* 1.

1) Elsass. 2) i. e. Stephani inventio. 3) Hugo XII.

prisent, qui raconterent ke le jour devant avoit este dit au roi de Thunes que tuit li baron de l'ost estoient mort u malade, par coi li remanans ne s'avoit pooir de desfendre; et li rois lour avoit commande que il li amenaissent tous vis les barons et les bieles femes, et le remanant mesist on a l'espee. En cele cache leva uns grans vens, par coi la pourriere fu si grans que plusiours de nos gens ne sorent ou il aloient. Par che furent mesires Hues de Biaussai et mesires Guys ses freres et mesires Renaus de Presigni pierdu. Li rois Phelippes estoit[a] encore malades; mais tantost com il fu garis, il manda sen[b] oncle le roi de Navare et les autres barons ke il issisent tuit arme de l'ost; car li Sarrasin les avoient moult aprochies[c]. Quant li Turc les virent aprochier, ne les oserent atendre, ains se misent a la voie, ne onques puis ne porent avoir nos gens bataille pleniere. Poi apries envoia li rois de Thunes au roi de Franche por traiter d'une maniere de pais, ki fu faite en tel maniere ke en toutes les bonnes villes le roi de Thunes et de son pooir averoit eglyses et priestres por chanter et cloches, et poroient sermouner paisiblement, et poroient tuit crestiien aler et demourer sauvement en tout le pooir le roi de Thunes, et seroient bani hors de sa terre tuit li anemi le roi de Sezile, et tout li bien des marcheans qui estoient arrieste pour l'ochoison de la guerre seroient delivre, et feroit li rois paiier les detes que on devoit as marcheans en son pooir, et feroit delivrer tous les prisons[d] de son pooir, et por les despens des crestiiens paieroit li rois de Thunes 2000 et 10000 onches d'or, de coi il paieroit la moitie presentement et l'autre moitie a 2 ans par plegerie de marcheans. Et paia li rois de Thunes au roi de Sezille l'arrierage de 5 ans passe, et d'enki en avant[d*] double treu. Et furent trives entre les 2 rois 15 ans.

Quant ces trives furent asseurees, si alerent seurement li uns avoec les autres pour veoir et pour marcheander. Apries par commun conseil entra li rois Phelippes et li autre baron es nes, ou la roine et les autres dames[e] avoient demoure, et se misent au retour viers lour pais. Si siglerent tant que il vinrent a Trapes[1], la premiere ville de Sezile. Si issirent des nes auchun, et li autre demourerent es nes. En poi d'eure orent si[f] grant tempieste que a painnes avoit[g] on[h] onques veut[i] si grant; moult i ot de nes brisies et de gens peries et d'avoir pierdu.

Mesires Edouars, aisnes fius le roi Henri d'Engletierre, qui estoit venus a Thunes un poi devant les trives, ne volt mie retorner, ains passa a Acre. Auchun preudoume de Franche alerent en sa compaignie, si loist a savoir mesires Guillaumes de Valenche, mesires Erars de Valeri, mesires Jehans de Grilli et auchun autre, et i demourerent un an. La dut estre mors mesires Edouars d'un Hasasis; car cil venoit moult souvent parler a monsigneur Edoart a Acre et li faisoit entendre que uns amiraus l'envoioit la pour le[k] pourfit de la crestiiente. Mesires Edouars, qui cuidoit que il desist voir, s'esseuloit[l] moult souvent avoec che Hasasis et contre le gre de moult de gent qui li blasmoient. Un jour fu cil venus a monsigneur Edouart; si entrerent en une chambre pour consillier. Quant cil vit que il n'i avoit[m] que iaus 2, il traist un coutiel et feri monsigneur Edouart. Quant[n] mesires Edouars vit chou, il sailli sus et aerst[o] le Hasasis; si le jeta desous lui et l'ochist de son coutiel meismes. Poi apries vinrent li serjant monsigneur Edoart laiens, qui moult furent esbahi quant il virent lor signour navre. Grant plainte[p] ot de monsigneur Edouart a Acre; car[q] ne cuidoient mie que il deust eschaper de la plaie. Mais a[r] l'aide de Dieu et par une piere que li maistres de l'Hospital li douna, qui estoit bonne contre venin, il torna a garison. Quant il fu garis, il se parti dou pais et revint par Sezile, ou li rois le rechuit a grant hounour, et de la ala il en Gascoigne. La ot il grant descort a Gaston de Byas, mais li rois de Franche en fist pais. De la s'en ala en Engletierre, ou il trouva son pere mort. Si rechuit les foiautes et les houmages de la terre.

Li rois Phelippes de Franche et li baron demourerent a Trapes entour 15 jours. En cel sejour morut Thiebaus rois de Navare et quens de Champaigne. Si furent si os raporte a Prouvins ou moustier des sereurs Meneurs. Quant li pelerint orent demoure 15 jours a Trapes, il s'en alerent a Palerne et[s] demourerent une pieche, puis revinrent en Franche. En la voie morut la roine Ysabiaus, feme au roi Phelippon de Franche, fille le roi d'Arragon.

a) gisoit *A* 1. b) ses *B*. c) aproismies *A* 1. d) prisonniers *B*. d*) *i. q.* dorenavant. e) estoient et *add.* *A* 1. f) il si *A* 1. g) a p. n'avoit *A* 1. h) *deest* *B*. i) veu *A* 2. 3; vehues *B*. k) grant *add.* *A* 1. l) s'assenloit *A* 2. 3. *B* m) fors *add.* *A* 1. n) Et q. *A* 1. o) ahert *A* 2. 3. *B*. p) plente ot des gens de m. Ed. *B*. q) qui *B*. r) par *A* 1. s) et i. *B*.

1) Trapani.

Encore i[a] morut la roine de Navare, suer au roi Phelippon de Franche, et li quens Aufous de Poitiers et la contesse[1] sa feme. Quant li rois fu revenus a Parys, il ala a Saint-Denys. Il fist enfouir les os son pere le roi Loeys de Franche et Aufoul conte de Poitiers et Jehan Tristran son frere et la roine sa feme. La contesse de Poitiers fu ensevelie en une abbeie 5 de nonnains dales Meleun. Chou avint l'an de l'incarnation nostre Signeur 1271 entour la penthecouste. Prim. 61 1271. ib. 61 Mai. 24.

243. Coument li rois Phelippes de Franche espousa Marie, suer le duc de Braibant, et sen courounement et le meute en Sauveterre.

A la mi Aoust prochaine apries fu li rois Phelippes couroumes a Rains dou vesque de 10 Soissons, pour chou que il n'i avoit point d'archevesque. L'an apries semonst li rois ses os sour le conte[2] de Fois. Quant il aprocha la terre le conte, li rois[3] d'Arragon en fist pais; si le mist deviers le roi, qui le tint un an em prison. Apries fu la pais entire, et li rendi li rois ses chastiaus. En l'an qui fu de l'incarnation nostre Signeur 1273[4] tint papes Grigoires le disime concile a Lyons. Cil conciles fu moult tres[b] grans, et i[c] furent 15 li message Paleologe. L'an apries qui fu[d] 1274 li rois Phelippes de Franche espousa Marie, suer le duc de Braibant, et l'an apries le[e] fist il courouner a Paris en sa chapiele. En cel an meismes morut Ferrans, aisnes fius le roi[5] d'Espaigne, qui avoit a feme Blanche, sereur le roi Phelippon de Franche. De lui remesent doi fil; li aisnes ot non Aufous et li autres Ferrans. Apries ces choses envoia li rois Phelippes de Franche au 20 roi d'Espaigne monsigneur Jehan d'Acre boutillier de Franche pour se[f] sereur, qui le[g] ramena; mais il ne pot ravoir les enfants. Li rois d'Espaigne avoit fait jurer as barons que il tenroient a signour les hoirs son fil; mais quant ses fius fu mors, il volt faire asseurer son autre fil. Auchun de la terre ne[h] le volrent faire et le firent savoir le roi de Franche, qui envoia ses messages au roi d'Espaigne pour ceste chose remetre a point. Entre ces 25 choses morut Henris rois de Navare et quens de Champaigne, qui avoit la sereur[6] le conte Robiert d'Artois. De lui remest une fille[7], et pour chou que elle estoit jouene damoisiele[g], fu sa terre chargie a garder au roi Phelippon de Franche, car la mere a la damoisiele estoit sa cousine germainne. Apries furent faites couvenanches de cele jouene damoisielle et d'un des fius le roi de Franche, et li apostoiles dispensa le mariage. Quant che fu fait, li rois 30 envoia monsigneur Wistasse de Biaumarkais en Navare pour garder la terre. Quant il fu venus ou pais, il volt faire moult de choses ki n'i avoient pas[h] este acoustumees. Cil de la terre ne le volrent souffrir. A daerrains prisent jour a lui as freres Menours dehors Pampelune. La ot moult de crueuses parolles dites. En la fin dist mesires Wistasses que il se consilleroit d'auchunes requestes que il li avoient faites, et lour en responderoit l'endemain. 35 Quant il fu partis d'iaus, il se mist ou chastiel et[i] se garni bien. Quant li baron le sorent, il vinrent le[k] plus hastivement que il porent devant le chastiel; si l'assisent et assailloient souvent. Et il se desfendoit[l] vighereusement et[m] fist le roi de Franche savoir ces choses. Donc i envoia li rois le conte Robiert d'Artois et monsigneur Ymbert de Biauju connestable de Franche, qui menerent grant plente de gent a armes de Tolousans, de Karkasois, de 40 Pieregort et de Biaukaire, et menerent avoec iaus monsigneur Gaston de Byas et le conte de Fois, cui li rois avoit rendue se terre nouvielement. Anchois que il entraissent ou roiaume, vint a iaus Pieres Sanches[n], qui[o] estoit un des plus poissans dou roiaume, et leur pramist s'aide, et puis s'en rala arrier. Quant li baron dou roiaume le sorent, li uns qui avoit non Garsyes entra en la maison Pieron Sanche et l'ochist. Quant sa feme et si ami 45 sorent sa mort, il envoiierent au seneschal et li pramisent a aidier de tout leur pooir. Li quens d'Artois et si compaignon alerent tant ke il vinrent devant Pampelune, ou Garsyes Moraves et aucun baron dou roiaume estoient, qui assailloient le seneschaut; et cil se desfendoit vigeruesement. Quant li senescaus vit venir l'ost le conte d'Artois, il cuida que che fuissent si anemi; si ot paour. Mais quant il aprochierent et il connut les banieres le roi 50 de Franche, il fu tous asseures[p]; car il avoit este en grant peril. Quant cil dou pais virent

Aug. 16. ib. 62. 1272. ib. 63 1274. 1275. ib. 64. ib. 65. 1274. ib. 66. ib. 67.

a) il B. b) deest B. c) il B. d) de l'incarnation nostre Signeur add. A 1. e) la B. f) sa B. g) meschine A 2. 3. h) e. p. B. i) si le garni B. k) deest A 1. l) desfendoient codd. m) et messire Wistasse fist A 2. 3. n) de S. A 1. o) qui — roiaume des. A 1; legitur etiam ap. Prim. p) rasseures B.

1) Iohanna. 2) Rogerum Bernhardum III. 3) Iacobus I. 4) a. 1274. potius. 5) Alphonsi X. 55 regis Castellae. 6) Blancam. 7) Iohannam.

Prim. 67. 1275. venir le conte d'Artois a si grant poir, il vuidierent la[a] ville et s'en alerent ou il porent miex. Li quens d'Artois entra en la ville de Pampelune. Si i[b] firent les gens monsigneur Gaston de Byas[c] et li Toulousant grant damage; mais li quens d'Artois en fist rendre la plus grant partie et puis prist les seuretes de chiaus de la ville. Entre ces choses manda li rois d'Espaigne le conte d'Artois ke il alast parler a lui et que il venist seurement. Li quens n'i voloit mie aler tant que il en eust[d] le congie le roi de Franche. Pour[e] chou envoia ses messages au roi de Franche, qui li manda ke bien li plaisoit que il y alast. Dont ala li quens parler au roi d'Espaigne qui l'araisna de pluisours manieres de pais de lui et dou roi de Franche. A daerrains se parti li quens d'Artois de lui sour une condition de pais qui ne plot mie au roi de Franche quant il l'ot oie. Quant li quens d'Artois fu revenu a[f] Pampelune, il ot conseil de raler viers le roi de Franche; mais anchois ot il tant fait contre ses adversaires que il furent venu a sa volente et jurerent que il aideroient le seneschal as ses besoins, et si le laisseroient revenir en Franche quant lui plairoit.

ib. 68. Entre ces choses envoia li rois de Franche au roi d'Espaigne; mais si message ne trouverent mie droituriere response, si com il lour sembla, et pour chou le desfierent. Et quant il furent revenu au roi et il li orent conte chou que il orent fait, li rois s'en revint en Franche. Si fist grant semonse et mut de Saint-Denis; si en fist porter l'oriflamble avoec lui. Si ala atoutes ses os jusques a une vile que on apiele Sauveterre[1]. La envoia li rois d'Espaigne 5 chevaliers en message, qui desfierent le roi de Franche de[g] par le roi d'Espaigne apries moult de crueuses parolles que il i ot dites. Quant li message s'en furent ralet, li rois fu moult meus de grever le roi d'Espaigne; mais il estoit yviers, et si n'avoient mie viande asses, ne li chevalier n'estoient mie bien porveut d'armes ne de chevaus. Par coi li rois ot conseil de retorner jusques a une autre fois que il fust miex porveus. Dont s'en retorna li rois en Franche.

ib. 69. Entre ces choses avint que Amaurris clers, fius monsigneur Symon de Monfort, amenoit sa sereur en Wales pour faire mariage de li et de Liuwelin, qui estoit anemis[h] au roi Edoart d'Engletiere. Il fu percheus des gens le roi. Si fu pris; si les mist li rois em prison ans[i] deus; et poi apries fist li rois Edouars grant semonse et s'en ala contre Liuwelin princhе de Wales. Chius se traist en une montaigne que on apiele Senaudoune[2]. Li rois assega la montaigne et i demoura tant que cil vint a sa mierchi; et li rois li douna a feme la fille monsigneur Symon de Monfort, que il tenoit em prison, si com nous avons dit desus.

ib. 70. 1276. Ou tans qui estoit de l'incarnation nostre Signeur 1276 vinrent message de par les Tartaires au roi Phelippon de Franche, qui li disent que li rois des Tartaires li mandoit que, se il voloit aler es parties d'Orient contre les Sarrasins, il li aideroit. En che tans avint ke li soudans[3] de Babyloine s'en ala a grant ost viers Turquie contre les Tartaires. Si ot grant bataille a iaus; mais il[k] fu desconfis et i[l] pierdi grant plente de sa gent. Il meismes i[l] fu navres; si revint a Damas et morut la asses tost apries. Ses fius[4] fu fais soudans apries lui; mais poi apries s'assamblerent li amiral dou pais et l'assissent au Crach[5]. Quant il i orent une pieche demoure, uns descors sourdi entre iaus, par coi il en i ot grant plente d'ochis; et par che descort fu li soudans delivres.

244. De Pieron de la Broche.

ib. 71. Or lairons a parler de la terre de Surye; si dirons dou regne de Franche. Bien aves oi desus coument li rois Phelippes revint de Thunes. Il avoit en son hostel un cambrelenc qui avoit non Pieres de la Broche. Nes estoit de l'archevesquie de Tours, de bas lignage; mais pour une maladie que li rois Loeys, peres le roi Phelippon, avoit eut en sa gambe, estoit cil[m] Pieres venus en la court. Biel savoit parler et cortoisement; et quant li rois Loeys fu mors, cil rois Phelippes en fist son cambrelenc. Pieres servi si bien a sa volente que li rois l'avantacha[n] moult et li douna villes et chastiaus. A daerrains monta Pieres en si grant signorie que il ot bien 2000 livrees de terre et plus de 100000 libres de mueble; car a painnes avoit baron ou roiaume de Franche qui ne li dounast et qui ne fust tous lies quant il voloit prendre dou sien. Li rois meismes faisoit samblant que il li plaisoit quant on li dounoit. Il estoit atous les consaus le roi toutes les eures que il voloit; et quant li baron

a) tout la *A* 1. b) *deest A* 1. c) Biaus *B*. d) il n'eust *A* 1. e) Il env. *A* 1; Pour ce *A* 2. 3. *B*. f) en *B*. g) et de *B*. h) an. E. r. d'E. *B*. i) amb *A* 2. 3; an *B* (*i. q.* ambos duos). k) il li *B*. l) il *B*. m) v. c P. *B* n) avancha *A* 2. 3; avansa *B*.

1) Basses-Pyrénées, arrond. Orthez. 2) Snowdon. 3) Bibars 4) Malek-Said. 5) Cairo.

avoient le roi consillie chou que il savoient que bon estoit, se il ne sambloit bon a chelui Prim 71
Pieron, li consaus n'estoit mie tenus. De coi li baron en[a] avoient moult[a] grant desdaing.
En cele signorie ou cil Pieres[a] estoit avint que li aisnes fius[1] le roi morut. Chelui
avoit li[b] rois eut de la fille[2] le roi d'Arragonne. Pieres, qui grant envie avoit de l'amour que
5 li rois avoit a la roine[3], et qui avoit paour ke il ne fust eslongies de l'amour dou roi par la
roine, fist entendre au roi que elle avoit son fil empuisoune pour chou ke elle voloit que li
enfant que elle averoit de lui eussent le roiaume apries son deces. Li rois en fist faire
pluisours enquestes et demander a auchunes persounes que Pieres disoit qui en savoient.
Mais a daerrains trouva li rois tout en menchoigne, et que Pieres l'avoit fait par desloiaute.
10 Pour chou le fist prendre; et quant il l'ot tenu une pieche em prison, il le fist pendre a 1278.
Monfauchon par la requeste des amis la roine, de coi il i en ot au pendre 14 que contes
que dus[c].

a) *deest B.* b) eu l. r. d. *B.* c) Explicit *add.* A: Et cetera *B.*

1) Ludovicus. 2) Isabella. 3) Maria.

CHRONICA PRINCIPUM SAXONIAE ET MONUMENTA BRANDENBURGENSIA

ED. O. HOLDER-EGGER.

I. Chronica principum Saxoniae hoc nomine inscripta exstat in codice (1) *Goslariensis civitatis, membranaceo, fol.* 80—87, *manu s. XIV. in. exarata*[1]. *In quo primus eam invenit V. Cl. de Heinemann et edidit in 'Märkische Forschungen' IX, p.* 7 *sqq., cum iam antea in libro qui inscribitur 'Albrecht der Bär' p.* 421 *sq. quaedam ex ea selecta imprimi fecisset.*

Sed iam ante 200 *annos fragmentum eius*[2] *in lucem dedit* (2) *J. J. Mader, Antiquitates Brunsvicenses ed.* 2 *(Helmstadi* 1678*) p.* 270 *sqq., sub nomine 'Pars genealogiae ducum Brunsvicensium et Luneburg. ex fragmento quodam vetusto cronici Brandeburgensis', quod 'annexum erat chronici alicuius Engelhusiani exemplari', ut ait ipse in praefatione libri laudati*[3]. *Cuius variam lectionem, cum ubi codex ille nunc servetur ignoremus, subnotavimus.*

Chronica principum in duas partes divisa est, cuius altera Billingorum et Welforum ducum Saxonicorum et Brunsvicensium, priorem Ascanicorum ducum Saxoniae, inserto stemmate comitum Holsaticorum, altera Ascanicorum mar-

1) Insunt praeterea: fol. 1—64'. Martini Oppav. Chron.; fol. 64'. quidam versus; fol. 65—79. *De quatuor regnis maioribus, scilicet Babylonicum, Cartagn., Macedonicum et Romanum;* fol. 79. 79'. *Excerptum cronice Brandenburgensis,* de quo infra dicetur. Quae fol. 88—172. exstant v. ap. Heinemann p. 4. Neque vero, ut hic statuit, fol. 1—160'. eadem manu scripta sunt, sed manu, ut videtur, iam in chronico Martini mutata, alia fol. 65ª—65ᵈ, alia fol. 65ᵈ—79', alia denique Chronicam principum exaravit, quae nullo alio loco codicis invenitur. Sed omnia circa saec. XIV. in. scripta sunt, et chron. Martini fortasse circa a. 1307; nam quae manus huius posteriorem partem exaravit fol. 64ᵈ. hos versus inscripsit:

Anno milleno trecenteno quoque septeno
Virginis ex utero nato Ihesu Nazareno
Vredebus in patria sunt maxima signa peracta.
Festum sanctarum dum plebs coluit animarum,
Tunc pluit ignitas de celi fulmine petras.
Urna vel ut tina fuit harum visa ruina,
In qua parte ruit, terra perusta fuit.

Alios versus alia manu post hos scriptos v. infra p. 479 n. 2) Nihil enim nisi partem Chronicae princ. esse hoc fragmentum, iam Weiland animadvertit. Neque ullo modo credi potest, ut Kohlmann, 'Die Braunschweiger Reimchronik' p. 15, scribit, hoc Chronica princ. antiquius ab eius compositore exceptum esse, cum iidem fontes in eodem ac reliquo opere eodem modo exscripti sint. Sed casu — forsan quia ducum Brunsvicensium solum stemma digerere scribae intererat — initio et altera parte destitutum erat in codice Maderiano hoc fragmentum. 3) Quatuor codicum, quibus Mader pro editione Engelhusii usus est, unus servatur Hannoverae in bibl. publ. nr. 674 (v. Bodemann, Catal. p. 117), alter Guelferbyti, Extrav. nr. 115 (cf. SS. 'Deutsche Chron.' II, p. 576), sed horum nullus fragmentum illud continet; reliqui duo num vel ubi iam exstent, nescio, nisi nunc Lipsiensis et Dresdensis sunt. Atque propter Maderi dictum 'alicuius chronici' minus certum est in illo codice fuisse magnum chronicon Engelhusii, sed aliud forte eidem attributum, nescio an id quod inscribitur 'Imperatores ex celsissima ducum Brunsvic. domo oriundi', a Madero, Antiq. p. 24 sqq., editum. — Fragmentum Maderianum Leibniz, SS. Brunsv. II, p. 18 sq., et Riedel, Cod. dipl. Brand. IV, 1, p. 272 sqq., recudi fecerunt.

chionum Brandenburgensium genealogiam et brevem historiam continet. Ad illam partem componendam auctor multa ex Helmoldi chronico Slavorum, accurate ac diligenter colligens quae ad rem pertinebant, excerpsit[1]. *Alia cum chronico S. Michaelis Luneburg., fragmentis Chronicae Saxonum apud Heinricum de Herfordia, praesertim cum Chronica ducum Brunsvicensium*[2] *ad verbum conveniunt. Quod cum Weiland et Kohlmann animadverterent, demonstrarunt, haec ex deperdito illo chronico, quod Heinricus et auctor Chronicae ducum necnon auctor chronici rhythmici Brunsvicensis exscripserunt, et quod hic sub nomine 'der vursten' vel 'der herren scrift von Bruneswich' compluries laudat, sumta esse. Quae V. Cl. Weiland l. l. p.* 439 *sqq. de hoc luculenter docet omnia fere probo ac sequor, eique assentior cum dicat, Chron. S. Michaelis Luneb. ab auctore chronici deperditi exscriptum esse itaque declarandum esse*[3], *quod Heinricus et noster cum hoc in nonnullis congruunt. Ceterorum fontium, qui in chron. deperdito confluxerunt, apud nostrum unus locus Arnoldi Lubicensis, Annalistae Saxonis vero vel eius fontis Annalium Nienburgensium nullum certum vestigium invenitur, fortasse quia hic Ludolforum et Ottonum res gestas in libro deperdito uberius enarratas penitus omisit. Alia cum Ann. Stadensibus conveniunt, et quamvis horum unus quidem locus etiam in Chron. Saxonum*[4] *etsi corruptus occurrat, tamen valde dubito, num haec omnia Chronicae princ. Brunsv. deperditae tribuenda sint, neque penitus negarim, Annales quoque Stadenses nostrum prae oculis habuisse*[5]. *Sed qui Helmoldi verba plerumque valde mutata reddit, perpauca ex horum magna mole ad comitum Holsaticorum et Welforum stemma componendum excepta cum aliunde petitis coniunxit, itaque perraro ipsa eorum verba retinuit*[6]. *Semel auctor laudat 'cronica imperatorum', ex quibus annos regni singulorum regum vel pauca eiusmodi sumsisse videtur; sed qui fuerit iste liber, reperire non potui*[7].

Quae altera pars Chronicae princ. Saxon. de historia marchionum Brandenburgensium praebet, fere omnia iisdem verbis, ut iam V. Cl. de Heinemann docuit, apud Pulcawam chronistam Bohemicum leguntur, qui iussu Karoli IV. imperatoris partes 'Chronicae marchiae Brandenburgensis' vel brevius 'Chronicae Brandenburgensis', ut laudat, quam ab eodem ex Marchia in Bohemiam apportatam acceperat, rerum Bohemicarum narrationi, solum temporis ratione habita, inseruit[8]. *Sed historia Brandenburgensis cum in Chron. princ. iam in anno* 1278. *desinat, apud Pulcawam usque ad a.* 1319. *deducta est, ex quo patet, Chronicam Marchiae primo circa a.* 1280. *scriptam, postea ab alio auctore s. XIV. in.*

1) Quod demonstrat Kohlmann l. l. p. 25 n. — Adami Bremensis vero librum, ut vult Weiland, SS. 'Deutsche Chron.' II, p. 445, non exscripsit. Omnia quae cum hoc conveniunt ex Helmoldi libro sumsit praeter unum locum, ubi de somnio Bernhardi ducis agitur, sed hic quoque ab Adami narratione tantum differt, ut ex ea ipsa fluxisse non possit. 2) SS. 'Deutsche Chron.' II, p. 577 sqq. 3) Quod Kohlmann p. 30. negat. — Idem vero p. 32. recte mihi statuere videtur, Chron. S. Michaelis maius (de quo v. Waitz, 'Ueber eine Sächsische Kaiserchronik' p. 18. et SS. XXIII, p. 392) non multo amplius fuisse quam minus nobis servatum. Cum igitur nota de monasterio S. Michaelis ab Hermanno duce constructo in Chron. princ. Sax. legatur, quae 'Sächsische Weltchronik' c. 158. ex Chron. S. Mich. maiori sumta invenitur, Chron. maius auctori Chron. princ. Brunsvic. usui fuisse, probabilius videtur. 4) Heinr. de Herf. p. 156; cf. Kohlmann p. 23 sq. 5) Quod statuit Weiland p. 445. 6) Quapropter sola ex Helmoldo exscripta minutis literis exprimi fecimus. 7) De Martino Opp. cogitat de Heinemann. 8) Has partes collegit et separatim edidit Riedel, Cod. dipl. Brand. IV, 1, p. 1 sqq., et iterum Ketrzynski in 'Roczniki towarzystwa Przyjaciól Nauk' (Posen 1869) V, p. 320 sqq. Nos Dobneri editionem, Mon. hist. Boh. Vol. III, citamus. — De chronicis Brandenburgensibus s. XIII. nuper egerunt Moehrs, De fontibus Brandenb. Diss. Regiomont. 1868, G. Wendt, 'Die Nationalität der Bevölkerung der Deutschen Ostmarken'. Diss. Gott. 1878, p. 45 sqq., et P. Hertel in 'Forschungen' XIX, p. 212 sqq., quorum huic praesertim in multis assentior. Quae aliter statuenda duco ex iis quae disserui apparebunt.

continuatam esse. Atque continuator etiam nonnulla mutasse et addidisse[1] *videtur, ita ut librum genuinum in Chron. princ. purius pleniusque servatum esse satis constet. Quin etiam putarem, Chronicam illam antiquam Marchiae nullum alium librum esse nisi hanc ipsam partem Chronicae princ., atque auctorem eius ipsum per se, non adhibito alio eiusmodi libro, hanc partem composuisse*[2], *— praesertim cum uno quidem loco, qui etiam apud Pulcawam legitur, haud dubie Helmoldus exscriptus sit, quo in priore quoque parte usus est, — nisi alter locus obstaret. Duo enim alii libri praeter illum hic exscripti sunt, scilicet Annales Magdeburgenses et Heinrici Tractatus de captione urbis Brandenburg, quem infra imprimi fecimus; et ex hoc sumta plura apud Pulcawam quam in Chron. princ. leguntur*[3]. *Quae cum ita sint, statuamus oportet, auctorem Chronicae princ. historiam marchionum Brandenburgensium paulo ante conscriptam fere integram et paucis aliis locis praeter indicatum abbreviatam priori parti subiunxisse*[4]. *Illa 'Chronica Marchiae' composita est paulo post a.* 1278, *cum rei hoc anno gestae mentio fiat. De auctore vix quidquam certi dici potest. Wendt coniecit, fratrem Praedicatorem conventus Straussbergensis*[5] *terrae Barnim, capellanum vero Ottonis III. marchionis et forte fratrem Praedicatorem eum fuisse, Riedel et Hertel suspicati sunt. Equidem Wendt consentire maluerim*[6], *quamvis ingenium fratris Praedicatoris nusquam nisi laude Ottoni III. marchioni propter duram vivendi disciplinam tributa elucere mihi videatur.*

Chronicam principum a. 1281. *vel* 1282. *compositam esse, docet V. Cl. de Heinemann, cum nuptiae Gerardi comitis Holsatici a.* 1281. *celebratae notatae sint, Ericus vero, qui a.* 1282. *Magdeburgensis archiepiscopus factus est, canonicus dicatur. De eius auctore nullam habemus notitiam, sed eum in territorio marchionum Brandenburgensium vixisse statuerim*[7].

Ex amplis annotationibus V. Cl. de Heinemann multa et pluribus locis quam nominis eius litteras ascribere licuit nos mutuasse, grato animo confitemur.

II. Excerptum Chronicae principum Saxoniae vel potius alterius partis eius, qua de marchionibus Brandenburgensibus agitur, exstat in codice olim a b. m. Riedel invento et emto, nunc tabularii regii Berolinensis nr. 114, *chart.* 4^{0}, *in quo varii libelli s. XVI. XVII. compacti sunt. Inter quos unus inscriptus 'Liber Quodlibeticus continens historica et mandata r. cap. Magdeb. ac princ. a me Friderico Dionysii*[8] *ecclesiae Sublim.-Schlentzeri p[arocho] collecta', qui varia collectanea, chronica et chartas, ad historiam*

1) Ut narrationem fabulosam de monasterio Leninensi fundato (Dobner p. 196) et de donatione Ottonis ecclesiae Magdeburgensi facta (Dobner p. 204), ut cum Schillmann 'Gesch. d. Stadt Brandenburg' I, p. 86 sqq. contra Hertel p. 213. statuo, quia addita est ipsi memoria rerum post Woldemari marchionis mortem gestarum. (De simili nota in excerptis Friderici Dionysii cf. p. 471). — Sed quantum continuator, quantum Pulcawa ipse mutaverit, difficilius est discretu. Pulcawa certe, serie genealogica genuini libri disrupta, singulis annis singula distribuit.
2) Sic opinatur Schillmann.
3) Dobner p. 168.
4) V. quae disserit Hertel p. 214. Eo vero rectius de genuina forma Chron. princ. iudicat Wendt p. 46 sqq.
5) Huius enim ab Ottone III. marchione fundati et ditati mentionem facit et narrat, Ottonem III. in ecclesia Praedicatorum ibidem sepultum esse.
6) Quae Hertel p. 214 sq. de patria auctoris coniicit propter dicta Pulcawae p. 87: *Brandeburg expugnavit et omnes provincias trans Albeam,* et p. 140: *Udo marchio Antique Marchie cis Albeam,* nihili sunt, cum uterque locus ex Ann. Magd. descriptus sit, ubi verba *trans* et *cis Albeam,* sicut et in Chron. princ., non leguntur, addita sunt igitur aut ab ipso Pulcawa, aut a continuatore Chron. Marchiae. Si vero et Chron. princ. et Pulc. p. 199. Antiquam Marchiam *citra Albeam* sitam esse dicunt, hoc pro neutro facit, cum 'citra' apud medii aevi scriptores modo vocabuli 'ultra (trans)' modo 'cis' vim habeat.
7) Ad hoc me movet alterius partis ratio et in priori parte locus: *habita est mencio de eligendo Ottone marchione Brand.* etc.
8) Qui, ut Riedel p. XXIII. notat, fuit 1586—1626. parochus ecclesiae Hohenschlentzer prope Jüterbogk.

Marchiae praesertim spectantia continet. Inter haec notamus fol. 32—49. *chronicon quoddam vel verius collectionem chronologicam Germanice scriptam, paucis intermixtis notis Latinis, ex qua ad historiam Marchiae pertinentia Riedel, Cod. dipl. Brand. IV,* 1, *p.* 258 *sqq., imprimi fecit*[1]. *Sequitur fol.* 52—59. Alia Chronologia, *quam Eckhardus, SS. rerum Iuterboc. p.* 136 *sqq. sub falso nomine abbatis Cinnensis, tum Riedel l l. p.* 276 *sqq. sub titulo 'Fragment einer Brandenburg-Brietzenschen Chronik' ediderunt*[2], *quia Excerpto Chronicae princ. Annales Treuenbrietzenses maximam partem Germanice scripti subiuncti sunt. Illam enim partem nihil esse nisi Excerptum Chronicae princ., iam Schillmann contendit. Quod quidem Hertel p.* 213. *negavit, statuens hunc libellum ex ipsa antiqua Chronica Marchiae a.* 1278. *fluxisse. Sed Fragm. Britz. cum Chron. princ. de verbo ad verbum convenit*[3], *praeterquam quod epitomator male abbreviando vel sententiam male intelligendo innumeros errores commiserit, res male coniungendo paucissima falsa addiderit. Initio inseruit fragmenta Chronicae episcopatus Brand.*[4], *quae et in Goslariensi et in Maderiano codice inerant, notam Magdeburgicam, quae in illo legitur, ut codicis Goslariensis simillimum exemplar epitomator adhibuisse videatur*[5]. *Denique in Excerpto legitur:* Idem Otto *(II. marchio)* duxit uxorem, ut supra, filiam Iohannis comitis Holsatie, *et hoc* 'ut supra' *spectat ad locum prioris partis Chronicae princ.*[6], *de qua nihil apud Fridericum Dionysii. Ideo Excerptum nullius fere pretii est, exceptis fragmentis Chron. episc.*

III. Henrici de Antwerpe Tractatus de urbe Brandenburg inventus est a V. D. Wedding in fasciculo tabularii regii Magdeburgensis inscripto 'Acta die Stiftung und Aufhebung des Klosters Leitzkau betreffend de 1119. *bis* 1536' *(Erst. Magdeb. III, no.* 2, *cap.* 32*), insertus compilationi cuidam (fol.* 3—19*) s. XV, ut videtur, intitulatae: 'Fundatio ecclesiae Letzkensis', quam Riedel IV,* 1, *p.* 283 *sqq. edidit. V. Cl. de Giesebrecht, 'D. Kaiserzeit'* (4. *ed.) IV, p.* 506 *sqq. codice reviso Tractatum solum emendatius imprimi fecit, cuius editionem repetimus. Hic Tractatus vetustissimum est exemplum historiographiae Brandenburgensis, pretiosum et fide dignissimum, nam teste praefatiuncula eidem ab alio quodam scriptore praefixa, auctor 'Henricus dictus de Antwerpe prior*[7] *in Brandenburg sub Alverico praeposito* (1217—1231[8]) *cum esset ephebus' eum composuit. Narratio ipsius ultra a.* 1165. *non progreditur, certe igitur ante exitum s. XII, fortasse iam ante a.* 1180, *quem Wendt statuit, libellum conscripsit. Unde compilator Letzkensis eum sumserit*[9], *nescimus, certe integrum eum, exceptis non paucis calami erroribus, descripsit. Eo usi sunt auctores et Chronicae Marchiae a.* 1278.[10] *et Chronicae episcopatus, ad quam transeamus.*

1) Haec partim ex 'Sächsische Weltchronik', partim valde mutata et depravata ex 'Magdeburger Schöppenchronik' vel libro aliquo qui ea usus est exscripta sunt. 2) Fridericus Dionysii dicit, se hunc libellum 'ex antiquo codice' descripsisse, sed fuit ille liber s. XVI in., cum Ann. Britzenses ad a. 1503. usque pertingant et Excerpto Chron. princ. nota a. 1507. inserta sit. 3) Cum Pulcawa solum haec propius quam cum Chron. princ. conveniunt: verba *filius primi Ottonis* sub Ottone II. addita (Pulc. p. 204), et *ducis de Luneburgk* (*duci Luneburgensi* Pulc. p. 233) male scriptum pro *de Limburch*, sed Ottonem II. filium Ottonis I. fuisse, etiam in Chron. princ. notatur, et *de Luneburg* certe in fonte non scriptum erat, cum Chron. princ. recte scribat, Bohemus vero et Brandenburgensis scriptores talem errorem facillime committere potuerunt. Cognomen Alberti II. 'de Arneburg', quod cum Pulcawa convenire dicit Hertel p. 213, in Excerpto non occurrit. 4) De quibus v. infra. 5) Quin etiam error calami *defuncta* pro *defuncto* codicis Goslariensis hic repetitus est. 6) *Filiam quoque Iohannes* (comes Holsatiae) *genuit, quam duxit Otto, filius Iohannis marchionis Brand.* 7) Occurrit in chartis a. 1217—1227, Riedel, Cod. dipl. I, 8, p. 136 sqq., nr. 48—54. Ante a. 1230. defunctus. Cf. Moehrs p. 31. 8) V. Chron. episc. infra p. 485. 9) Separatim in vetustiori codice exaratus fuisse videtur. 10) Sed nullo certo argumento nititur quod de Giesebrecht p. 503. et Wendt p. 46. coniecerunt, eum integrum in hanc receptum fuisse. Gravius autem erravit Hertel p. 217, qui eum integrum Chronicae episcopatus insertum fuisse suspicatur. Cum iam Wendt p. 46. bene docuerit, notas eius ex Tractatu sumtas esse mutatas (*Triglav* additum).

IV. Chronicae episcopatus Brandenburgensis fragmenta in codice Maderiano (1) Chronicae principum subiuncta fuisse videntur, cum in editione eius, Ant. Brunsv. ed. 2, p. 274[1]*, fragmento illius nullo spatio interposito adiecta sint. A Swigero episcopo a. 1139. incipientia desinunt in morte Gernandi episcopi a. 1241.*

In codice Goslariensi (2) manu s. XIV. in., sed non eadem qua Chronica princ. exarata est, ante hanc fol. 79. 79.' et libello 'De quatuor regnis maioribus' nullo spatio intermisso subnexa, scripta sunt eadem fere quae in cod. Mader. de Swigero leguntur, sequentibus notis de archiepiscopis Magdeburgensibus.

Pleraque eorum quae in 2 et pauca quae in 1 exstant inserta sunt initio Excerpti supra laudati, ex quo patet, in vetustiore codice utraque fuisse coniuncta. Praeterea Pulcawa p. 189. affert locum de Wilmaro episcopo Brandenburgensi[2]*, praescriptis verbis* sicut Brandemburgensis episcopatus testatur cronica, *ad verbum ex Heinrici Tractatu sumtum. Cum igitur idem Tractatus in praedictis fragmentis sub Swigero exscriptus sit, satis probabile est, hunc locum ex eadem chronica fluxisse, cuius 1 et 2 fragmenta sunt, eius vero nomen fuisse quod Pulcawa citat*[3]*. Sic fere optime Hertel docuit*[4]*. Cui contendenti, Chronicam episcopatus non multo post a. 1241. conscriptam esse, etsi contradicere nolo, tamen hoc certum non est.*

V. Catalogi archiepiscoporum Magdeburgensium fragmenta Goslariensis codicis certe multo post hunc annum scripta sunt, cum in cap. de Wilbrando iam locus ex Chronica princ. Sax. exceptus sit. Alia vero sub hoc praesertim cum Chron. archiep. Magd. conveniunt[5]*, ut ex eodem fonte apud utrumque haec fluxisse statuendum sit. Fuit hic fons, ut videtur, catalogus archiepiscoporum Magdeburgensium in Brandenburgensi episcopatu scriptus, nam, ut hic* Wilbrandus . . . Hic ordinavit Rutcherum episc. Brand., *ita ordinationes episcoporum Brandenburgensium per archiepiscopos Magdeburgenses factas per magnam partem Chron. archiep. Magd. notantur.*

O. Holder-Egger.

*f 80

*CRONICA PRINCIPUM SAXONIE.

Primus dux Saxonie.

Helm 1,10.

Fuit in partibus Saxonie vir quidam nomine Bilingus, a quo Bilingi villa[6] creditur nominata, in qua 7 mansos dicitur habuisse[7], quem Dominus sic exaltavit, ut de semine eius non solum comites et duces, verum etiam reges, pontifices procederent et imperatores. Bilingus cognovit uxorem suam et ex ea filium Hermannum nomine generavit. Hic Hermannus, iuvenis bone indolis, virtute naturali et acquisita industrius, profecit moribus et disciplina. Nam factus vir paribus humilitatem, militibus obsequium, fidem suis dominis exhibebat[a] Qui in familiam imperatoris assumptus[b], suorum pedagogus efficitur filiorum. Tandem ei imperator vices prefecture commisit, ut eius[c] industriam comprobaret. Hermannus vero in hac sic se habuit, ut et clarus in populo et fieret in palacio gloriosus.

a) exchibebat 1. b) asumptus 1. c) eiu⁹ 1.

1) Repetita apud Leibnitium, SS. Brunsv. II, p. 19 sq., Riedel l. l. p. 274. 2) Qui in fragm. 1 et 2 omissus est. 3) Valde dubium mihi est, num ex eadem fluxerit, ut vult Hertel p. 218, locus de Gernando episcopo instituto, 'Magdeb. Schöppenchr.' ed. Ianicke p. 144. — Plane reprobo eiusdem opinionem p. 220, ex Chron. episc. Brand. sumta esse, quae Chron. archiep. Magd., ap. Meibom, SS. II, p. 330 sq., de bellis inter marchiones et archiepiscopos gestis refert. 4) Idem vero quod suspicatur, auctorem Chron. Marchiae iam Chron. episc. exscripsisse, ipse videat, quibus argumentis demonstrare possit. 5) Cf. Hertel p. 220. 6) Fortasse Billingshausen (Superius praefecturae Göttingen, Inferius praefecturae Einbeck). Cf. Wedekind, 'Noten' II, p. 213 sqq. DE HEINEMANN. Aliud Billinghausen in principatu Waldeck situm est. 7) Cf. Helm. I, 10: *septem mansis totidemque manentibus ex hereditate patrum fuit contentus.*

Anno Domini 964. rex Otto ad liberandam sedem apostolicam a papa in Ytaliam evocatus, Hermanno, Bilingui filio[1], tutelam commisit Saxonie et ducatum. Dux ergo factus, Saxoniam iudicio et iusticia gubernavit, ecclesiarum defensor, viduarum et orphanorum tutor et pauperum consolator. Hic montem Lunenburch in castrum munivit et canonicos ibidem in ecclesia sancti Michaelis manentes in monachos nigros commutavit[1]. Hic anno Domini 984, Ottone III. regnante, obiit, cum annis 20 laudabiliter Saxonie ducatui prefuisset, et in Lunenburch est sepultus[2]. Cui successit Benno, qui et Bernardus, eius filius, in ducatu[2]. Helm. I, 10.

Benno cepit anno Domini 984, et rexit annis 28, et obiit anno Domini 1011, anno regni Henrici pii regis 10. Hic licet alias fuisset vir bonus et fortis, tamen populum rapinis et exaccionibus pregravavit. I, 16. I, 13.

Bernardus[a], filius Bennonis, cepit anno Domini 1011, et rexit annis 47. Hic malicia patrem *transcendens, factus est vir tocius discordie et patrie conturbator. Nam imperatori rebellans, totam secum traxit Saxoniam ad rebellandum. Ecclesias sue malicie non consencientes infestans. Novellam in fide gentem Sclavorum in partibus occidentis, quibus presidebat, et Thidericus marchio in partibus orientis propter avariciam opprimentes[b], a fide recedere et suam libertatem armis defendere coegerunt. Et ita omnes Sclavi qui inter Albiam habitabant et Oderam se a fide Christi per 70 annos et amplius retraxerunt[3]; propter quod Thidericus[c] marchio honore et hereditate pariter est privatus. Bernardus vero dux, consilio domini Unni[4] Hammeburgensis archiepiscopi flexus, imperatori se subdens, eius graciam est adeptus. Diebus tamen suis christiana religio in Sclavia non profecit. Hic[5] quadam nocte vidit sompnium, scilicet in ecclesiam Bremensem primum ursos ingressos, postea apros, deinde cervos, postremo lepores. Quod exponens aliis, sic ait: 'Nostra progenies similis primo erit ursis per audaciam, postea apris per minas et seviciam, deinde cervis per gloriam et iactanciam, tandem leporibus per timorem et fugam'. Hic obiit anno Domini 1060, regnante Henrico III, cum per annos 47[6] Saxoniam et Sclaviam gubernasset. Cuius hereditatem Ordolfus, filius eius, et Hermannus, alter filius, sunt partiti. I, 16. *f. 80'. I, 17. I, 19. I, 22.

Ordolfus, Bernardi filius, cepit anno Domini 1060, et rexit annis 12. Contra istum, post mortem patris vix quinque annis elapsis, Sclavi rebellare ceperunt, et omnium Nordabingorum[d] terra ferro et igne destructa, conspiracione facta, iterum Sclavi anno Domini 1066, anno Henrici III. octavo, omnibus qui in fide persteterunt[e] occisis, ad paganismum communiter sunt reversi; et ita dux Ordulfus, cum nullam contra Sclavos victoriam consequeretur, obiit anno Domini 1072, *cum ducatum Saxonie annis 12 gubernasset. Et successit Magonus, filius eius. I, 24. *f. 81.

5. Magonus cepit anno Domini 1072, et rexit[f] annis 34. Hic genitus est de filia regis Danorum. Contra ipsum similiter Sclavi rebellarunt, et invaluit contra ipsum Chruto, et servivit ei[7] omnis terra[g] Nordabingorum sub tributo. Et obiit anno Domini 1106, regnante Henrico V, cum 34 annis Saxonie prefuisset. Reliquit duas filias, Wilfildem, quam duxit dux Bawarie, et Eylicham, quam duxit Otto comes Ascharie[d]. De quibus in sequentibus prosequemur. Et quia Magonus heredes masculos non reliquid, Henricus V. imperator ducatum Saxonie sibi vacantem dedit Ludero comiti, et ita ducatus Saxonie translatus est a semine Bilingui, post dies aliquot revocandus. I, 25. I, 26. I, 35.

6. Luderus cepit 1106, et rexit annis 20. In diebus eius[h] Sclavi depredati sunt Stormariam prope civitatem Hammenburch, quos comes Godefridus insecutus per Sclavorum insidias est occisus; et ita dux Luderus comiciam vacantem dedit nobili viro Adulfo comiti de Scowenburch Comites de Scowenburch[i]. I, 36

Adulfus defunctus reliquid duos filios, Hartungum; quo in expedicione Bohemie occiso, successit ei frater suus Adulfus[k] iunior. Hic fuit vir prudens, Latine, Theutonice et Sclavice linguarum peritus. Quo defuncto, successit ei filius eius[8] Adulfus Iohannes binomius. Qui duxit uxorem Heilwigem, filiam Bernardi de Lippia[9], et genuit ex ea filiam nomine Mechtildem et duos filios comites, Iohannem scilicet et Gerardum. Mechtildem duxit Abel, filius Woldemari regis Dacie. Qui fratri suo Ericho regi occiso in regnum Dacie successit; sed modico tempore regnans et a Strantfrisonibus[l] interfectus[10], regno in filiis est privatus. Qui genuit ex ea filiam[11] et duos filios, Erichum et Abel; filiam[11] duxit *comes Bernardus, filius comitis Henrici de Anahalt; Erichus vero duxit filiam[12] Ieronimi principis Ranorum sive Rugianorum. Abel autem . . .[m] I, 49. *f. 81'.

a) Gern. 1, *a miniatore falso* G *picto, quamvis* b *praescriptum fuerit.* b) opprimantes 1. c) Thidericu⁹ 1. d) *sic* 1 *constanter.* e) perstet. *post corr.* perstit. 1. f) vixit 1. g) tarra 1. h) eiu⁹ 1. i) *rubro in marg.* 1. k) Adulfu⁹ 1. l) *ita emendavi ex Ann. Stad.*; Trantfris. 1. m) *in cod.* 1 *magnum distinctionis signum interpositum, sed nullum spatium vacuum relictum*

1) Cf. 'Sächsische Weltchronik' c. 158, p. 164. et Chron. S. Mich. p. 394. 2) Cf. Chron. S. Mich. l. l.; 'Sächs. Weltchr.' c. 161, p. 165. 3) Male intellexit Helmoldum scribentem I, 16, p. 24: *Sclavi qui . . . per* 70 *annos et amplius cristianitatem coluerunt . . . talique modo se absciderunt a corpore Christi* etc. 4) Unwani potius, ut habet Helmoldus. 5) Cf. Adam. Brem. III, 41, unde vero haec certe non sunt exscripta. 6) 40 *annis* Helm. I, 22. 7) scil. Chrutoni. 8) Omissus est Adolfus III, cui successit filius Adolfus IV. 9) Cf. Ann. Stad. a. 1238, p. 363. 10) Cf. Ann. Stad. a. 1252, p. 373. 11) Sophiam. 12) Margaretham. — *Ieronimi* corrupte pro Iaromari.

(1239. cf. Ann. Stad.) Hic Adulfus Iohannes anno Domini 1240, relictis uxore iuvencula et duobus filiis tenellis, Iohanne et Gerardo, et diviciis mundi, ordinem fratrum Minorum est ingressus. In quo ordinem sacerdocii adeptus, laudabiliter per annos plurimos vixit et beato fine in Domino requievit. Iohannes autem, filius eius senior, duxit filiam[1] Alberti ducis Saxonie et genuit ex ea filium nomine Adulfum. Qui veniens in auxilium ducum Saxonie, avunculorum suorum, contra ecclesiam Magdeburgensem werrancium, post depopulacionem terminorum[a] Magdeburgensium[b] est per insidias captivatus anno Domini 1277. Filiam[2] quoque Iohannes genuit, quam duxit Otto, filius Iohannis marchionis Brandenburgensis[c]. Gerardus vero, filius iunior, duxit filiam[3] Nicolai de Sclavia et genuit ex ea filiam[4], quam duxit Iohannes dux de Luneburch; qua defuncta, Gerardus duxit relictam Alberti ducis de Brunsvic Aleidem, filiam marchionis Montis-Ferrati, 1281. Nunc ad propositum redeamus.

(Helm. I, 40) Henrico quinto a papa excommunicato, multi Saxonum contra ipsum conspiraverunt; unde imperator videns conspiracionis virus se longe lateque[d] diffundere, totam Saxoniam[e] maxima strage invasit, captivatis eius principibus vel occisis. (De bello Welpesholte.) Tunc Luderus dux Saxonie cum nobilibus occurrerunt regi in locum qui dicitur Welpeshold[f], contra multos pauci numero pugnaturi. In quo bello anno Domini 1115. potenciam regis Saxones contriverunt. (I, 41.) Henrico vero rege apud Traiectum defuncto anno Domini 1126, ex Mechtilde uxore sua, filia regis Anglie, reliquit filium Fredericum ducem Suevie[5]; et hic decedens reliquit tres filios, scilicet Henricum[6], Fredericum et Conradum regem.

(* f. 82.) Magoni[h.7] ducis Saxonie quinti filiam Wilfildem[i] duxit *Henricus dux Bawarie, frater ducis Welf, et genuit ex ea Henricum ducem etiam[k] Bawarie. Hic duxit Gertrudem, filiam Luderi ducis Saxonie, et genuit ex ea Henricum Leonem et fratrem eius Welf iuniorem[8] et filiam Iuttam nomine. Anno igitur[l] Domini 1126. Henrico quinto defuncto[m], Luderus dux Saxonie (Helm. I, 41.) rex electus est et Lotharius appellatus, et anno 8. regni sui imperator coronatus; et fuit in diebus (I, 54.) eius tranquillitas et pax inter sacerdocium atque[n] regnum; et ita Lotharius rex factus, ducatum Saxonie dedit socero[9] suo [domino[o]] Henrico duci Bawarie, ut duos ducatus pariter possideret.

7[p]. Henricus. In isto redit ducatus ad semen Billingi. Lotharius[q] ergo[r] rex, assumpto duce Henrico, socero[9] suo, Roma et Ytalia est potitus. Qui cum redire pararet, Rogero ab Apulia depulso, anno Domini 1137, cum regnasset annis 12, immatura morte preventus est. Cui successit Conradus rex, filius Friderici ducis Suevie, nepos Henrici V[10]. Anno ergo Domini 1139. mortuo Henrico duce Bawarie et Saxonie, Gerthrudis, filia Lotharii, uxor eius, duxit Henricum[s], fratrem Conradi regis[11], et ille ducatum Bawarie, qui iure hereditario debebatur Henrico Leoni, filio Gerthrudis, cum matre pueri obtinuit. Iuttam vero, filiam Gerthrudis[12], duxit Fridericus dux Suevie, frater Conradi regis, et genuit ex ea Fridericum primum huius nominis imperatorem. Hic Henricum, filium avunculi sui, exheredavit. Cui successit filius eius[t] Henricus. Hic[13] adolescens 1184. duxit Constanciam, vetulam 60 annorum, filiam Rogerii regis Cicilie[u], Calabrie et Apulie. Que anno etatis 71.[v] in Assisio peperit vel peperisse finxit filium Fride-

a) t iminorum 1. b) Magd' 1. c) Brand' 1. d) la *(erasum)* lateque 1. e) *hic incipit* 2 *ita:* Henricus quintus rex Saxoniam m. s. i. f) *e corr.* 1, Welpeshodd *fuisse videtur;* Welpesholte 2. g) *sic* 1 *in marg., sed paulo inferius ascriptum.* h) Oag. *alius miniator corr.* Mag. 1. i) Wibildim 2. k) ꝫ 1; *deest* 2; Saxonie *forsan excidit.* l) *deest* 2. m) defunto 1. n) et 2. o) *deest* 1. p) Lotharius *rubro scr. erasum et* VII. *rubro superscr.* 1; 7. H. *des.* 2. q) *in marg. scr.* 1. r) vero 2. s) unius *ins., sed eras.* 1. t) eiu 1. u) *e corr.* 1; Siciliae 2. v) LXI. *rectius forte* 2.

1) Elisabeth. 2) Heilwigem. 3) Liutgardim, quae alibi filia dicitur Iohannis I. princ. de Meklenburg. Nicolaus intelligendus videtur eius frater princeps de Werle. 4) Liutgardim; cf. p. 476. 5) Error ortus fortasse ex Chron. S. Mich. p. 396, ubi Fridericus 'filius filie Henrici imp.' dicitur, omissa hic voce 'filie'. 6) Hoc falsum ex Helm. I, 72. sumsit, ubi: *Conradus enim rex plures habuit fratres, quorum primi erant Heinricus dux Bawariae et Fridericus dux Sueviae.* 7) Haec ad verbum fere cum Chron. S. Mich. p. 396. et partim cum Cron. Sax. apud Henr. de Herf. p. 156. et 147. conveniunt, ex Chron. princ. Brunsvic. igitur sumta. 8) Welfonem et Iuttam, in Chron. S. Mich. recte liberos Heinrici Nigri dictos, noster male ab Heinrico Superbo genitos scribit; sed idem error iam in fonte legebatur, cum et Cron. Sax. Iuttam filiam Heinrici Superbi indicet, Welfonem omittens; cf. SS. 'Deutsche Chron.' II, p. 445. 9) *socero suo* (pro genero) ex Chron. march. Brand., nam ita infra p. 477. et apud Pulcawam p. 168. legitur. 10) Cf. Ann. Stad. a. 1138. 11) scil. marchionem Austriae. Cf. ibid. a. 1139. et Helm. I, 56. 12) Haec — eodem errore ut supra commisso (cf. n. 8) — ad verbum conveniunt cum Cron. Sax. ap. Henr. de Herf. p. 147. 156, ex Chron. princ. Brunsv. sumta. 13) Cf. Ann. Stad. a. 1184. 1195. 1220, Henr. de Herf. p. 156, ubi vero Constantia annos 40 nata Heinrico nupsisse, annorum 41 Fridericum peperisse dicitur.

ricum. Qui successit Ottoni existens 23 annorum. De quibus require in cronicis imperatorum. Contra Fridericum excommunicatum et depositum electus fuit 1246.[a] Henricus lantgravius Thuringie. Quo post unum annum defuncto, electus est Wilhelmus comes Hollandie 1248, et octo annis supervivens,* a Frisonibus est occisus. Quo mortuo, habita *f 82'. est mencio de eligendo Ottone marchione Brandenburgensi[b], viro ad imperium ydoneo et devoto. Sed interveniente pecunia, Richardus, frater Henrici regis Anglie, comes Cornubie, in regem a tribus tantum electoribus, scilicet archiepiscopis Moguntino et[c] Coloniensi et palatino, 1257. est assumptus; aliis tribus, scilicet archiepiscopo Treverensi, duce Saxonie, marchione Brandenburgensi[b], eligentibus Alfunsum regem Castelle. Quibus cassatis, sub Gregorio X. 1273. mense Octobri Vrankenvorde Rodolfus comes de Havekesburch[d] concorditer est electus. Qui Austriam, Stiriam et alias terras, quas rex Boemie Odakerus sibi usurpaverat, recuperavit et 1278, 7. Kal. Septembris in prelio ipsum occidit.

1278. Aug. 26. Rex Boemie occiditur

Henricus Leo dux 9. congregavit exercitum contra Henricum, vitricum suum, ad ducatum Bawarie recuperandum; sed rege Conrado fratrem suum iuvante, non profecit. (Helm. I, 70.) Mortuo tandem rege Conrado, vacavit (I, 72) imperium annis sex[1]. Demum successit ei Fridericus, filius fratris Conradi regis Friderici ducis Suevie. Temporibus huius imperatoris cum potestas ducis Henrici Leonis invaluisset super (II, 6) omnes duces Saxonie et factus esset dominus terre Sclavorum, inpetravit ab inperatore auctoritatem (I, 87) dandi et suscitandi et confirmandi episcopatus in omni terra Sclavorum, unde Zuerinensem[e.2] et Raceburgensem et Aldenburgensem, qui nunc Lubecensis dicitur, instituit episcopos et confirmavit. Anno Domini 1171. Henricus Leo terram suam Wichmanno Magdeburgensi[f] archiepiscopo committens[3], ad Terram Sanctam per terram peregre[g] est profectus, et visitatis locis sanctis et sepulchro Domini, cum gloria in Theutoniam[h] est reversus. Qui Friderico imperatori obsidenti Mediolanum (Helm. I, 86) veniens in auxilium cum mille loricatis, licet[i] humiliter rogaretur ab imperatore ut maneret, ab obsidione illicenciatus contumaxque recessit[4]. Post annos autem 5 cum* contumelia Mediola- (I, 90. *f 83.) nensium perpetua Mediolano destructo[k], tandem imperator in Theutoniam rediens, celebrata curia, Henricum Leonem, filium avunculi sui, a ducatu et feodis que ab imperio tenuit devestivit[5], vix sibi Lunenburch et Bardewik et paucis aliis derelictis. Episcopo Coloniensi contulit Westvaliam et alia ceteris est largitus; et sic ducatus Saxonie datus est Bernardo. Obiit autem Henricus Leo anno Domini 1195[l], et reliquit Henricum, Ottonem imperatorem, Luderum, Ricze heredes et Wilhelmum[6].

Wilhelmus[7] anno Domini 1202. duxit uxorem Helenam, sororem Woldemari regis Dacie, et genuit ex ea Ottonem de Lunenburch, et obiit anno Domini 1213[m]. Otto vero duxit uxorem Mechtildem, filiam Alberti Brandenburgensis[n] marchionis, sororem[o] Iohannis et Ottonis Brandenburgensium[n] marchionum, et genuit ex ea:

Duces Bruneswich.

Ottonem. Hic cadens de vehiculo glaciali mortuus est[8] et Lunenburch[p] est sepultus.

Albertum. Hic iuvenis existens comitem Conradum de Everstein contra ipsum episcopum Moguntinum[9] incitantem per pedes suspendit, archiepiscopum Moguntinum in claustro Amelungesborne cepit et castrum Asseborch[10] obtinuit 1257[q.11]. Intravit Holtsaciam, ipsam (1258) rapinis et exactionibus devastans; cepit in ea Plone civitatem et castrum 1261[r.12]. Hic 1263, 5. Kal. Novembris a Thiderico marchione Misnensi cum Henrico Pingui comite et fere (1263. Oct. 28.) suis omnibus est captus[s]. Hic primo duxit filiam ducis Brabancie[13], postea filiam marchionis[14]

a) MCCXI. 2. b) Brand' 1. c) *deest* 2. — Colonensi 1. d) Havickesburch 2. e) et Z. 2. f) Magd' 1. g) *deest* 2. — pr. e. 2. h) Teut. *corr.* Theut. 1. i) hum. vero rog. 2. k) destricto *corr.* destructo 1. l) MCXXV. 2. m) MCCIII. 2. n) Brand' 1. o) sor. — marchionum *des.* 2. p) in L. 2. q) Anno 1257. 2, *hoc ad sequentia trahens, quod et in 1 scriba fecisse videtur.* r) MCCLXI. — Novem *in loco raso scripta* 1; 1261. *deest hoc loco* 2. s) 1261. *hic inserit* 2.

1) Nescio, unde hoc falsum sumserit. 2) *Magnopolitanum* Helmold. Cf. Cron. Sax. ap. Henr. de Herf. p. 158. 3) Cf. Arnold. Lub. I, 1. et Henr. de Herf. p. 159 sq. 4) Confunduntur quae a. 1159. et 1174. gesta sunt, sed ita etiam Cron. Sax. ap. Henr. p. 159. 5) Cf. Ann. Stad. a. 1180. et Henr. p. 161, ubi rectius *Brunswic* pro *Bardewik*. 6) Cf. Henr. de Herf. p. 161. et Cron. ducum c. 13, SS. 'Deutsche Chron.' II, p. 582. Ricze i. e. Richenzam solus noster habet. 7) Abhinc usque ad finem stemmatis Guelfici pleraque cum Cron. ducum c. 17 sqq. conveniunt, ex Chron. princ. Brunsvic. sumta. 8) Cf. Ann. Stad. a. 1247. 9) Gerhardum I. 10) Asseburg prope Wolfenbüttel. 11) De his gestis in Cron. ducum omissis cf. 'Braunschw. Reimchr.' v. 7993 sq., p. 558 sq., Henr. de Herf. p. 198, alios. 12) Cf. Ann. Hamb. a. 1261, SS. XVI, p. 585. HEIN. 13) Elisabeth, ut habet Cron. ducum. 14) Bonifacii; v. supra p. 474.

1279. Aug. 15. Montis-Ferrati Aleidem. Obiit 1279, in die assumptionis, sex filios derelinquens et unam filiam:

Iohannem; qui duxit filiam[1] Gerardi comitis de Scowenborch; qui cum Alberto fratre suo, terram dividens, Luneburch obtinuit principatum. Moriens autem 1277, tutelam liberorum suorum fratri dereliquit. 5

f. 83' Conradum, qui laicari volens, preposituram maiorem in Brema perdidit, postmodum in Verdensem episcopum est electus.

Ottonem episcopum Hildensemensem, qui iura ecclesie sue in temporalibus bene defendit. [Obiit[a] 1279].

Mechtildim, quam duxit Henricus Pinguis comes de Anahalt, et genuit Ottonem comitem. 10

Helenam, quam primo duxit Hermannus dominus Hassie[2], filius[b] beate Elisabeth, postea Albertus dux Saxonie. Que obiit 1270[3].

Alheidem, quam duxit Henricus dominus Hassie, filius filie[4] beate Elisabet.

Helenam[5], quam duxit Wilhelmus de Hollandia rex 1251, et genuit ex ea Florencium comitem Hollandie. Florencius duxit filiam comitis Flandrie[6] . . . .[c]. 15

. . . . Quam[7] mater in Quedelingeburch canonicam fecit, postmodum fratres sui eam domino[8] Rugie copularunt.

Obiit autem Otto de Lunenborch 1252, Mechtildis, uxor eius, 1261; et eis successit Albertus cum[d] Iohanne.

Bernardus dux Saxonie 10. Hic filius Alberti Ursi, destituto Henrico Leone, anno Domini 20 1180. factus est dux Saxonie, et ita de semine Wilfildis transivit ducatus ad semen Eileke et usque hodie perseverat. Bernardus duxit uxorem Iuttam, filiam Mesechonis ducis Polonie[9], et genuit ex ea Albertum ducem Saxonie 11. et Henricum comitem de Anahald[e] et Magonum. Qui obiit antequam uxorem duceret. Hic[f.10] duxit Sophiam[11], sororem lantgravii Thuringie, et genuit ex ea Henricum Pinguem comitem Ascharie. Hic duxit Mechtildem, filiam Ottonis 25 de Bruneswik, et genuit Ottonem etc., et facta est abbatissa in Gerenrode Mechtildis[12]; Bernardum[13] comitem. Hic duxit Sophiam, filiam Abel[14]; Sifridum comitem. Hic duxit Katerinam, filiam regis Suecie, et fundavit claustrum sanctimonialium in Kozwik[15] ordinis Predicatorum et duas filias[16] ibi dedit; Albertum, qui factus est frater Minor; Hermannum *f. 84 prepositum Halberstadensem; Magonum canonicum* Magdeburgensem; Ottonem cano- 30 nicum Magdeburgensem; Iuttam[g], quam duxit Nycolaus dominus de Werle, et genuit Iohannem, qui duxit filiam comitis Guntheri de Repin[h], Henricum seniorem, qui duxit Rixam, filiam regis Suecie[17]; Sophiam, relictam ducis[18] Meranie, quam duxit comes Sifridus de Regenstein; Hedewigem, quam duxit Bolizslaus dux Slesie[19], et genuit Henricum ducem de Iawere. 35

Albertus dux 11. duxit Agnem, filiam Friderici[20] ducis Austrie, que peperit Iuttam; quam duxit Ericus rex Dacie, et genuit 4 filias. Postea duxit Albertus Agnem, sororem Henrici lantgravii Thuringie, que peperit Iuttam, quam duxit Iohannes marchio Brandenburgensis[i]; Elizabeth, quam duxit Iohannes[21] comes Holtsacie. Tercio duxit Albertus Helenam, filiam Ottonis de Bruneswik, que peperit ei duos filios Albertum et Iohannem; et obiit Albertus 40 dux 1261. Iohannes duxit filiam[22] regis Suecie, Albertus filiam[23] Rodolphi regis Romanorum[k].

a) *des.* 1; *sic etiam Cron. ducum c.* 18. b) filiae dominae *male ins.* 2. c) *neque spatium vacuum relictum, neque distinctionis maius signum interpositum* 1. 2. d) c. I. *des.* 2, *qui hic desinit.* e) Hic duxit *ins. sed del.* 1. f) H. d. *in marg. suppl.* 1. g) Iutam *corr.* Iuttam 1. h) Repint, t *eras.* 1. i) Brand' 1. k) *post haec duae et dimidia lineae vacuae* 1. 45

1) Liutgardim; cf. p. 474. 2) Cf. Ann. Stad. 1239, p. 365. 3) De anno mortis v. Cohn, 'Stammtafeln' tab. 83. annot. 4) Sophiae. 5) *Elysabeth* recte hoc loco Cron. ducum c. 18, quae vero supra c. 17. eandem ipsam Helenam falso nominavit. 6) Beatricem. 7) scil. Agnetem, filiam Ottonis Pueri ducis et Mechtildis, quod nomen excidit, sed in Cron. ducum c. 18. legitur. 8) Wizlavo II, quod nomen praebet Cron. ducum. 9) Cf. SS. XXIV, p. 78. et Vinc. Kadlubek IV, 2, ap. Bielowski, Mon. Pol. II, p. 378. 10) scil. Henricus I. comes de Anhalt. 11) Quam vocant Irmengardim Ann. Reinhardsbr. ed. Wegele p. 92, Agnetem Geneal. Ott., SS. XVII, p. 376, sororem Ludovici IV. Sancti. 12) Cf. Cron. ducum c. 18. 13) Recitantur ceteri liberi Henrici I. de Anhalt. 14) regis Daniae. 15) Koswig ad Albim fl. 16) quinque filias; cf. chartam ap. Beckmann, 'Hist. d. F. Anhalt' I, p. 320. HEIN. 17) Birgeri. 18) Ottonis I. 19) de Liegnitz. 20) Leopoldi VI. 21) V. supra p. 474. 22) Ingeburgem, filiam Erici ducis de Smaland. 23) Agnetem. 50 55

Eylicham, secundam filiam ducis Magoni, duxit Otto comes Ascharie, et genuit ex ea Albertum Ursum. Helm. I. 35
Quem[1] rex Henricus dictus Pribezlaus factus christianus heredem sui constituit principatus, cum proprium non haberet heredem, et filium ipsius Ottonem primum de sacro fonte levavit et ei totam Zucham more patrini donavit. Pribezlao mortuo, Petrissa, uxor eius, 5 virum inhumatum triduo reservavit, donec Albertus Ursus marchio veniret et urbem Brandeburch[a] et totam terram possideret. Audiens hoc dominus Iacze dux Polonie, avunculus dicti regis, manu valida venit, et custodibus castri Brandeburch mercede corruptis, castrum Brandeburch recuperavit. Audito hoc, Albertus Ursus marchio Wichmanni archiepiscopi Magdeburgensis[b] et nobilium fretus auxilio, castrum vallavit, tribus in locis exer- 10 citum* adducens. Anno autem Domini 1157, tercio Idus Iunii castrum denuo acquisiverunt[c]. *f. 84'. Hec est tercia captivitas huius castri. Nam anno Domini 927. Henricus rex, positis castris in glacie, A. Magd Brandeborch castrum cepit[2], et anno Domini 1100. Udo marchio cum aliis Saxonibus barbaros qui Lyuthici dicuntur invasit et Brandeburch castrum cepit[3].

1[d]. Albertus[4] Ursus ex uxore sua[5] genuit Ottonem, Bernardum ducem Saxonie, Sifridum 15 episcopum Brandeburgensem[a], postea archiepiscopum Bremensem, et Hadewigem, quam duxit Otto marchio Misenensis. Hic[6] Albertus, cum dux Luderus rex factus ducatum Saxonie Henrico duci Bawarie, suo socero, contulisset, pro ducatu Saxonie contendit cum Henrico duce Helm. I, 54 Bawarie coram Conrado rege, licet essent filii duarum sororum; et videbatur Conradus rex Albertum in ducatu firmare, asserens, iniustum esse duos tenere quemquam principum ducatus. Occasione cuius occupavit 20 Albertus Ursus Luneburch, Bardewik et Bremam et totam Saxoniam occidentalem, et partes Nordabingorum ei fortiter adheserunt; sed prevaluit dux Henricus. Alberto Urso successit eius filius Otto primus.

2[d]. Otto primus. Hic[7] anno Domini 1180. fundavit cenobium Leninense ordinis Cisterciensis, ubi est sepultus; unde isti versus habentur scripti Lenyn:

Annus millenus centenus et octuagenus
25 *Quando fuit Christi, Lenyn fundata fuisti.*

Et anno Domini 1184. fundavit Arnessê[8] claustrum dominarum ordinis Benedicti, et cito post creditur obiisse. Hic genuit tres filios, Ottonem, Henricum et Albertum[9].

3[d]. Otto secundus. Hic[10] licet uxorem haberet cum magna sibi in Werda gloria presentatam, tamen ex ea liberos non generabat; unde cruce signatus Terram Sanctam et alia 30 sanctorum limina transfretans visitabat. Hic Albertum, fratrem suum, terram suam devastantem cepit et in carcerem[e] misit. Tandem super hoc conpunctus, eum de carcere eduxit *et heredem eum fore sui dominii prenunciavit. Hic obiit anno Domini 1201[f]. *f. 85. 1205

4[d]. Henricus. Hic[11] marchiam citra Albiam, videlicet Tangermunde et Stendal et vicina loca possidens, liberos non habebat, unde de terra sua episcopatum facere intendens, 35 ecclesiam sancti Stephani in Tangermunde primo construxit. Tandem videns profectum civitatis Stendalensis, ibidem ecclesiam sancti Nicolai fundavit et[g] omnes alias ecclesias civitatis et villas conferens, anno Domini 1188. prepositum et 12 canonicos introduxit. Quam ecclesiam ligno Domini et capitis sancti Bartolomei parte magna et aliis reliquiis et ornamentis plurimis decoravit et a iuridicione Halberstadensis episcopi dyocesani eximi 40 procuravit. Et ut affectum suum ostenderet, in festis cappa serica indutus se inter canonicos collocavit. Et cum postea tantum 4 annis supervixisset, obiit anno Domini 1192[h], in choro eiusdem ecclesie tumulatus; et sic principatus Marchie ad Ottonem et Albertum iure hereditario est devolutus. Hic comes de Tangermunde potius quam marchio dicebatur.

45 5[d]. Albertus[12] secundus cepit anno Domini 1201[i]. Hic duxit uxorem Mechtildem, filiam Conradi marchionis de Landesberch, et genuit Mechtildem, quam duxit Otto dux de Brunswik, cuius genealogia et successio inter duces est posita Brunsvicenses, et filiam[12],

a) Brand' 1. b) Magd' 1. c) acquisier. *corr.* acquisiver. 1. d) *rubro in marg.* 1. e) ē *in loco raso post. m. add.* 1; *fortasse* eum. f) *lege* 1205. g) ei *Pulc.* h) *ita Pulc. et Exc.*, 1122. 1. i) *lege* 1205; 1192. *male Exc.*

50 1) Haec — *acquisiverunt* auctor Chron. Marchiae ex Heinrici tractatu sumpsit. Quem locum Pulcawa p. 167 sq. pleniorem reddit. 2) Chron. March. ap. Pulc. p. 87 (ex Ann. Magd.). 3) Ibid. p. 140 (ex Ann. Magd.). 4) Ibid. p. 168. 5) Sophia. 6) Se- 55 quentia Chron. March. ex Helm. I, 54. excepit; cf. supra p. 474. 7) Chron. March. ap. Pulc. p. 196, ubi vero pro versibus legitur fabula de fundatione Lenin, a continuatore chronicae, ut videtur, addita. 8) Arendsee in praefectura Osterburg (Altmark). 9) Pulc. p. 198: *duos filios, Ottonem scilicet et Albertum.* 10) Ibid. p. 204. 11) Pulc. p. 199. 200. 12) Pulc. p. 204. 206. 12) De nomine non constat, 'Iuttam' suspicatur Cohn, 'Elisabeth' de Heinemann.

que fuit lantgravio[1] desponsata, et Iohannem et Ottonem fratres. Hic vir bellicosus forcia bella gessit tam contra Cazimerum et Bolizlaum principes Sclavorum quam contra ecclesiam Magdeburgensem, quam defendebant Gumbertus de Wesenborch et Richardus de Plawe fratres et alii ministeriales ecclesie. Unde contra Magdeburgenses castrum forte Wolmerstede edificavit super Oram et Oderbergen[a] super Oderam contra Sclavos. A comite[b] *Sifrido de Aldenhusen oppidum et castrum Osterborch recuperavit; anno Domini 1208[c], pridie Kal. Maii castrum Osterburch est destructum. Arnesse claustrum privilegiavit anno Domini 1208[d.2]. Ottonem imperatorem contra Magdeburgensem[e] archiepiscopum[f] vallando civitatem Borch potenter duxit, et relinquens[3] Marchie heredes duos filios, Iohannem et Ottonem, adhuc tenellos, obiit anno Domini 1220, cum Marchiam strennue rexisset annis 18, et sepultus est in Leninensi cenobio, quod fundaverat[4] cum Ottone, fratre suo. Mechtildis vero filios suos ut mater educavit, et multa perpessa a suis baronibus pericula et a duce Saxonie, filiorum suorum recuperata tutela[5], prudenter Marchiam gubernabat, et ad etatem senilem[g] perveniens, filios et filias Mechtildis filie sue, de Brunsvik ducisse, et filiorum suorum Iohannis et Ottonis Soltwedele, ubi erat residens, nutriebat. Obiit autem anno Domini 1255. Cuius exsequias filius eius Otto marchio[h] Brandenburgensis cum uxore sua Beatrice peragens, corpus eius[i] est personaliter comitatus et deducens Lenyn, apud patrem suum marchionem Albertum honorifice sepelivit.

*f. 85 — 1208. Apr. 30.

Iohannes et Otto fratres. Hii ceperunt anno Domini 1220. et, quia pueri erant, tutorem Henricum comitem de Anahald habuerunt. Quo tandem a tutela excluso, terram suam consilio matris sue prudentissime gubernabant. Postquam autem adolevissent, unus deferens alteri[k], concorditer ut fratres decuit convixerunt; per quam concordiam inimicos eorum subpeditaverunt, amicos exaltaverunt, terras et redditus ampliaverunt, fama, gloria et potencia excreverunt. A domino Barnem terras Barnonem et Teltowe et alias plures obtinuerunt; Ukaram terram usque in Wolsene[6] fluvium emerunt. In Hartone castra et advocacias *comparaverunt. Berlin, Struzeberch[7], Vrankenvorde, Novum Angermunde, Stolp[8], Livenwalde[8], Stargarde[9], Novum Brandenburch et alia loca plurima exstruxerunt, et sic deserta ad agros reducentes, bonis omnibus habundaverunt. Divinis etiam officiis intenti capellanos plures tenuerunt, fratres Predicatores, Minores et monachos Cisterciensis ordinis in suis terminis locaverunt. Contra[10] Albertum Magdeburgensem[l] archiepiscopum super Planam[11] fluvium anno 1229, cum adhuc essent iuvenes, conflixerunt[m]. Anno Domini 1231, in festo pentecostes Brandeburch[n] milites exstant facti. Postea[12] anno Domini 1240. de Willebrando Magdeburgensi[l] archiepiscopo et Meynardo[13] Halberstadensi episcopo super fluvium qui Bysa[14] dicitur[o] ductis excercitibus, Iohannes marchio, Ottone fratre suo resistente marchioni Misnensi Henrico in partibus Middewalde, gloriosissime triumphavit, et capto Halberstadensi episcopo et baronibus, militibus et armigeris, Magdeburgensis[l] archiepiscopus vix effugit. Tunc vallantes civitatem et castrum Calve[15] funditus destruxerunt. Deinde post annos 4 idem archiepiscopus Willebrandus et marchio Misnensis Henricus, misso exercitu copioso, prope Brandenbur pervenit. Cui Otto marchio, Iohanne alibi occupato, occurrit et cum eo strennue conflixit inter Brandeburch[n] et Plawe[16], et nacto triumpho cepit plures; alii fugerunt et tanto impetu pontem Plawe transiverunt, quod ponte fracto plures se in Obula submerserunt. Hec[p] et hiis similia[p] ipsis evenientibus, pace inter marchionem Misnensem et Magdeburgensem[l] archiepiscopum reformata, fama et gloria claruerunt. Anno[17] autem Domini 1258. paci filiorum et concordie providere volentes, terram suam inter se diviserunt et presente domino Heidenrico Culmensi episcopo ordinis Predi-

*f. 86. — 1231. Mai 11. — 1244.

a) Oderberḡ 1. b) A c. *in loco raso* 1. c) 1207. *Exc.* d) 1207. *Pulc.* e) Magd' 1. f) archim 1. g) pre *ins., sed eras.* 1. h) *in loco raso* 1. i) eiuꝰ 1. k) *in marg. suppl.* 1. l) Magd' 1. m) conflux. *corr.* conflix. 1. n) Brand' 1. o) *e corr.* 1. p) *ita* 1; Hoc . . similibus *Exc.*

1) Heinrico Rasponi coniicit de Heinemann. 2) V. chartam ap. Lenz, 'Brand. Urk.' I, p. 18. 3) Pulc. p. 211. 4) Non fundaverat, sed possessiones eius confirmaverat et ampliaverat, v. chartam ap. Gercken, Cod. dipl. VII, p. 326. et chartas Ottonis II. ibid. p. 329. 330. HEIN. Exc. infra editum hic rectius: *quod Otto fundaverat, frater eius,* secundum locum qui supra sub Ottone I. legitur. 5) Pulc. addit: *quam Henricus comes de Anhalt habuerat,* cf. paulo infra. 6) Welse, qui in Oderam fluit. 7) Strausberg, praef. Ober-Barnim. 8) Ad Oderam fl., prope Angermünde. — Liebenwalde, praef. Nieder-Barnim. 9) In Meklenburg-Strelitz. 10) Pulc. p. 214. 215. 11) Plane. 12) Pulc. p. 217. Cf. de hoc bello praesertim 'Sächs. Weltchr.' c. 386 sq., p. 253 sq., et Chron. archiep. Magd., ap. Meibom II, 331. 13) Ludolfo, cui Meinhardus a. 1241. successit. 14) Biese. 15) Kalbe super fl. Milde. 16) Plaue. 17) Pulc. p. 226.

catorum et aliis religiosis* et clericis, litteras divisionem continentes in altari infra[a] missam *f. 86'. hinc inde poni iusserunt, et accedens Iohannes, cancellatis manibus litteram, quam dextera manu reperit, recepit, alteram optinuit Otto, frater eius[b]; hoc adiecto, quod, si una pars esset altera deterior, ex bonis non divisis, que plura reliquerant, deberet alteri adequari. Cognito autem a sapientibus, quod pars Ottonis esset deterior, non in redditibus, sed lignis, pascuis et terrarum qualitatibus, et quod Iohannes fere centum milites plures haberet quam Otto, adiecit Otto parti sue de consensu Iohannis castrum et terram Lubusanam et castrum Alvensleve et comiciam quam tunc emerant ab electo Halberstadensi episcopo. Anno[1] autem Domini 1270. Iohannes, licet apposita essent ad aliam partem 1200 frusta reddituum, elegit antiquam civitatem Brandeburch[c] et terminos additos, Ottoni fratri suo nova civitate Brandeburch[c] cum terris appositis derelicta, et extunc alteruter expensas habuit singulares, cum antea fere 40 annis de expensis communibus convixissent.

Iohannes[2] duxit uxorem Sophiam, filiam Woldemari regis Dacie, sororem Erici regis, nobilem genere, sed moribus nobiliorem, et genuit:

Iohannem; qui licet haberet desponsatam filiam Alfusi regis Castelle, vivente tamen adhuc patre, duxit filiam domini Nicolai[3] Hedewigem.

Ottonem; qui duxit excercitum contra Magdeburgenses[d], et inter Vrose[4] et Magdeburch[a] cum ipsis configens in bello, captus est anno Domini 1278, 4. Idus Ianuarii. 1278. Ian. 10. In cuius vindictam Iohannes et Conradus, fratres eius, adiuncto sibi Alberto duce de Brunesvik, totam terram ecclesie Magdeburgensis[d] depopulantes[e], castrum Huneldesborch et Ovesvelde[5] ceperunt. Otto duxit uxorem Eilecham, filiam Iohannis comitis Holtsacie[6].

Conradum; qui duxit uxorem Constanciam, filiam Primizlai ducis, cum magna parte terre* iuxta Wartam. *f. 87.

Ericum; qui factus est canonicus Coloniensis, Magdeburgensis[d], Halberstadensis[7].

Helenam; quam duxit marchio Thidericus Misnensis et genuit ......[f]

Sophia[8], uxor Iohannis, obiit in Datia, quo iverat ad concordandos fratres suos regem Dacie Ericum et ducem Abel, et sepulta Ripis apud fratres Minores anno Domini 1247[g], 1247. Nov. 2. 4. Nonas Novembris. Qua defuncta, duxit uxorem Iuttam, filiam Alberti ducis Saxonie, Friderico imperatori quondam desponsatam, et genuit ex ea Albertum, Hermannum et Henricum, Mechtildem et Agnetem, quarum unam[9] duxit rex[10] Dacie, aliam Bolizlaus[h], filius Barnimi. Iohannes, quia 7 habebat filios et tres filias, res[a] conservabat et satis large opportuno eas tempore distribuebat. Obiit autem anno Domini 1266[11], sepultus in[i] abbacia Chorinensi Cisterciensis[k] ordinis, quam ipse fundavit et multis redditibus locupletavit.

Otto[12] III. duxit uxorem Beatricem, filiam regis[13] Boemie, et genuit ex ea Iohannem de Praga, Ottonem Magnum, Albertum, Ottonem, Conegundim, Mechtildim. Hic homo devotissimus, ieiuniis, vigiliis, oracionibus, genuflexionibus, flagellacionibus et huius[modi][l] corpus cogebat spiritui famulari, ita ut pre nimiis veniis iuxta genua sua caro ad modum duorum excreverat pugillorum; omni sexta feria in memoriam Christi passi se pungens unguibus vel acubus, sanguinem de corpore suo fudit. Anno Domini 1254.[m] fratres Predicatores, quos ex corde dilexit, Struzeberch collocavit et eis aream et bibliam de 100[n] marcis et expensas ad ecclesiam ministravit. Postea fratres Sehusen[o,14] locans, eis 100 libras et 20 ad aream[p], ad libros contulit 100 marcas. Hic[15] anno Domini 1264. filiam suam Conegundim maritavit 1264. Bele, filio Bele regis Ungarie, fratris beate Elizabet, et rex Boemie cum gloria nupcias

a) *in loco raso* 1. b) eiu[s] 1. c) Brand' 1. d) Magd' 1. e) deppellantes 1. f) *rel. spatium lineae vacuum* 1. g) MCCXLVIII. *ultima linea erasa corr.* MCCXLVII. 1, *et ita Pulc.* h) Boleslai *male Pulc. edit. (recte cod. Cracov.).* i) in a. *alio atramento in marg. suppl.* 1. k) Cist. 1. l) huius 1. m) 1244. *Pulc.* n) b. 700 *Exc.* o) Se:husen *erasa littera* 1. p) *e corr.* 1.

1) Pulc. p. 228. 2) Ibid. p. 219. 3) de Werle. 4) Cf. Pulc. p. 239. — Frohse super Albim fl. supra Magdeburg; cf. de hac pugna prae aliis 'Magd. Schöppenchr.' ed. Ianicke 157 sq. 161. et Chron. arch. Magd., Meibom II, 331. 5) Hundisburg, Oebisfelde. 6) Huius tale epitaphium legitur in codice Goslariensi fol. 64'. manu s. XIV. exaratum:

Anno milleno trecenteno simul octo
Cum fere[a] transacto feliciter obiit Otto
Marchio telatus, mundana laude beatus.
Nunc iacet humatus defunctis et associatus[b].
Hic pacem tenuit firmam. Deus ergo coronam
Cum sanctis det ei lucis, pacis, requiei. Amen.

7) a. 1283. archiepiscopus Magdeburgensis factus; quod Pulc. addit. 8) Pulc. p. 219 sq. 9) Agnetem. 10) Ericus VII. 11) Pulc. p. 233. 12) Pulc. p. 218. 13) Wenzeslai I. 14) Seehausen in Antiqua Marchia. 15) Pulc. p. 232 sqq.

a) fore *c.* b) tus *e corr. c.*

*f. 87'. celebravit. Que, defuncto[a] Bela, nupsit *duci de Limburch[1]. Mechtildam aliam filiam domino Barnem dedit. Hic Barnem obiit anno Domini 1278, in[b] diebus Novembris, relinquens tres[c] filios et 2 filias, et sepultus est Stetin in ecclesia canonicorum. Hic Otto anno Domini 1266. estivo tempore in Pruciam contra Sarracenos vadens, cum [non[d]] permissus fuisset confligere cum eisdem, firmum castrum Brandeburch[e] in terra condidit Prucenorum. 5 Obiit autem Brandeburch[e], audita missa de sancta Trinitate in die dominica devotissime, presentibus pluribus fratribus Predicatoribus et multis aliis desideratis, anno Domini 1267, in die sancti Dyonisii. Cuius corpus Beatrix, eius uxor, cum Iohanne et Ottone filiis suis deducens Struzeberch, in choro ecclesie fratrum Predicatorum, quam fundaverat et ubi sepulturam elegerat, presente Conrado Magdeburgensi[f] archiepiscopo et missam celebrante 10 domino Wilhelmo episcopo Lubusano, coram positis suis fratruelibus, principibus, comitibus et nobilibus, honorifice sepelivit.

1278. Nov. [13?]

1267. Oct. 9.

Iohannes autem de Praga, primogenitus Ottonis, qui miles factus fuerat in nupciis sororis sue Conegundis[2], eodem anno quo pater obierat ad torneamentum Merseburch[3] post pascha vadens, hasta lesus et a suis[g] male custoditus, nocte mortuus est inventus et in Leni- 15 nensi ecclesia cum suis attavis est sepultus.

1268. Apr. 19.

II.

EXCERPTUM CHRONICAE PRINCIPUM SAXONIAE.

ALIA CHRONOLOGIA[h].

*f. 32 Albertus[4], pater Ottonis. 20

Otto. Filius Henrici ducis Saxoniae, qui inter imperatores nondum computabatur, cum in Almania regnare coeperit anno Domini 920. Idem Otto genuit tres filios, videlicet Ottonem, Henricum et Brunonem. Bruno enim 13 annis archiepiscopus Coloniensis fuit. Sed Henricus in Almania plures terras obtinuit, et Otto successit patri et primus caesar in Almania, et ante coronationem fundavit episcopatum Brandenburgensem anno 938, et Titemarus primus episcopus Brandenburgensis electus est anno 949. 25 Idem Otto coronatus est anno 955, et tunc primum devolutum est imperium Romanorum a Francis ad Almanos, et post coronationem fundavit episcopatum Magdeburgensem anno 968. Eodem anno primus episcopus Magdeburgensis Adelbertus nomine electus est in archiepiscopum, ex quo postquam *[vide statim in principio]* *.

*f. 32'. *Titemarus primus episcopus Brandenburgensis. Ab eodem episcopo usque ad duodecimum episco- 30 pum Brandenburgensem, videlicet Wigerum[i], qui cepit regnare anno 1139, Tiglow Slavice[k] et idolatria permansit[5], et efflixerunt omnia. [A[l]] Titemaro primo episcopo Brandenburg[ensi[l]] usque ad Wigerum[m] duodecimum in ordine episcoporum — videlicet 159 — caeteri[n] episcopi interpositi pro fide Christi interfecti sunt.

Et[6] his temporibus episcopi Wigeri[i] anno 1139. fuit in Brandenburg quidam rex qui Slavice[k] 35 dicebatur Pribislaus, sed post conversionem accepto baptismo Henricus appellatus est, qui neque filios neque filias habuit, marchionem principem, videlicet Ursum**, in filii adoptionem optavit et in haeredem sui principatus instituit.

*) *Eundem locum enim iam supra fol.* 38. *priori Chronologiae inseruit Fridericus Dyonisii, ubi haec:* Item idem Otto primus ante coronationem fundavit episcopatum Brandenburgensem anno Christi 40 938, et Titemarus primus episcopus Brandenburgensis electus anno 949. iar, unnd ist zu Ach durch den bischoff von Mentz gekrönett anno 955. Qui primus post coronationem fundavit archiepiscopatum Magdeburgensem anno Christi 968. et ibidem est sepultus.

Anno 940.

Et Adelbertus primus archiepiscopus Magdeburgensis eodem anno est electus; ex quo patet episcopatum Brandenburgensem extitisse ante archiepiscopatum Magdeburgensem annis 30.[7] 45

Tunc Otto primus cum archiepiscopo Magdeburgense nomine Adelberto et marchione Urso Beer cum episcopo Brandenburgensi Titemaro idolum ante veterem civitatem Brandenburgensem cum tribus capitibus, quod[o] Tiglaw Slavice[p] *dicebatur et pro Deo colebatur, et alia multa idola destruxerunt.

*f. 38'

**) *rubro add. c.:* Teutonice marggraff Beer. 50

a) defuncta 1. *Exc.* b) Idus Nov. *Exc.* c) *in marg. suppl.* 1. d) *deest* 1, *suppl. ex Pulc.* e) Brand' 1. f) Magd' 1 g) *syllaba erasa* 1. h) *manu ut videtur Friderici Dionysii rubro in marg. scripta sunt:* Descripta sunt haec de verbo ad verbum ex antiquo codice, in quibus multa sunt obscura; igitur aequus lector pro se corrigat que corrigi possunt et addat iis meliorem intellectum. — Almaniam Germaniam esse puto. i) Ewigern *c.* k) flanice *c.* l) *deest c.* m) Ewig. *c.* n) et c. *c.* o) quidem *c.* p) flanice *et* vandalice *uncis incl. add. c.* 55

1) Waleramo IV. 2) Cum Bela 1264, Oct. 25. celebratis; v. supra. 3) Pulc. p. 234. male et nescio qua causa *Ratisponam* scribit pro *Merseburch*. Cf. Chron. Min. Cont. I. et V, SS. XXIV, p. 206. 213. 4) i. e. marchio cognomento Ursus. 5) Hoc perverse ex fragmentis Chron. episc. infra editis. 6) Quae sequuntur ex fragmentis Chron. episc. Brand. 7) Cf. infra p. 486. notam cod. Goslar.

Idem[1] Ursus cum Wigero[a] episcopo cathedralem ecclesiam Brandenburgensem diu destructam cum adiutorio Dei reformavit, et idolum quod in Brandenburg[b] fuit ante veterem civitatem in monte et alia multa destruxit, *ut in principio*[2].*

Idem episcopus Brandenburgensis Wigerus[c] sedit annis 21, menses 4, dies 17. Hic[3] antea[d] fuit, cum eligeretur, praepositus Sanctae Mariae ordinis Praemonstratensis[e] in Magdeborch. Hic Wigerus[c] clausam Litzke construxit et ibidem fratres sui ordinis collocavit et bonis dotavit. Anno 1147. Qui[3] cum Friderico episcopo Magdeburgensi et Anshelmo Havelburgense episcopo, accepta cruce, contra paganos versus aquilonem habitantes profecti sunt, et plures ad fidem christianam converterunt et baptisaverunt. Et idem Wigerus[c] obiit anno 1161, Kalend.[f] Ianuarii, et sepultus est in capella[g] in castro Brandenburg[b].

Wichmannus[4] episcopus Magdeburgensis fundavit *coenobium sive abbatiam Cistersiensium ordinis in Zcinna prope Iuterbock anno 1171.

Otto primus marchio et primus elector huius nominis sub imperatore Conrado primo[5] fundavit coenobium sive abbatiam Lehnyn ordinis Cistertiensium anno 1180**, et ibidem sepultus. Hic genuit tres filios, videlicet Ottonem, Henricum et Albertum

Otto secundus marchio huius nominis, filius[6] primi Ottonis, licet uxorem habuit, tamen ex ea filios nec filias generabat. Unde cruce signatus Terram Sanctam et alia sanctorum limina accurate visitabat. Hic Albertum, fratrem suum, terram suam devastantem[h] cepit et in carcerem misit. Tandem super hoc compunctus, eum de carcere eduxit et haeredem eum[i] sui dominii pronunciavit. Hic obiit anno Domini 1186[k], et principatus Marchiae[l] est devolutus ad fratrem suum Henricum[7].

Hic Marchiam citra Albim, videlicet Tangermunde et Stendal et vicina loca, possidens, liberos non habebat, unde et de terra sua episcopatum [facere[m]] intendens, ecclesiam sancti[n] Stephani in Tangermunde primo construxit. Tandem videns profectum civitatis Stendaliensis, ibidem ecclesiam sancti Nicolai fundavit, et omnes ecclesias alias, civitates et villas conferens, anno Domini 1188. praepositum et 12 canonicos introduxit; quam ecclesiam ligno Domini * et capitis[o] sancti Bartholomei parte magna et aliis reliquiis et ornamentis plurimis decoravit et a iurisdictione Halberstadiensis episcopi diocesani[p] eximi procuravit. Et ut affectum suum ostenderet, in festis cappa serica indutus se inter canonicos collocavit, et ad partem postea tantum 4 annis supervixit. Obiit anno 1192, et in choro eiusdem ecclesiae sepultus. Hic comes de Tangermunde potius quam marchio dicebatur. Et sic principatus Marchiae ad Albertum iure haereditario est devolutus.

Albertus secundus huius nominis cepit regnare anno 1192[8]. Hic duxit uxorem Mechtildem, filiam Conradi marchionis de Landesberg[q]. Qui aedificavit Wolmerstede super Oram et Oderberg[r] super Oderam; Osterburg[s] recuperavit[9] anno 1207[t]; et relinquens[u] Marchiae haeredes duos filios adhuc tenellos, Iohannem[v] [et[m]] Ottonem, obiit anno 1220; in claustro Lehnyn, quod Otto[10] fundaverat, frater eius, sepultus est.

Mechtildis Iohannem[u] et Ottonem adhuc tenellos ut mater educavit, et multa perpessa a suis baronibus pericula, sed cum adiutorio Dei et ducis Saxoniae[11] Marchiam * prudenter gubernabat; et[w] ad aetatem senilem perveniens, filios Soltwedel, ubi erat residens, nutriebat; obiit anno 1255, et in Lenyn sepulta.

Iohannes et Otto fratres. Hi coeperunt regnare anno Domini 1220, et cum pueri erant, tutorem Henricum comitem de Anhalt[x] habuerunt; quo tandem a tutela excluso, terram suam consilio matris suae prudentissime gubernabant et concorditer ut fratres decuit convixerunt. Per quam concordiam inimicos eorum suppeditaverunt, amicos exaltaverunt, terras et reditus ampliaverunt, fama, gloria et potentia excreverunt[y]. A domino Bornen*** terras Barnouen† et Teltowe emerunt, et Berlin, Strausseberg[z], Franckfurt[a], Novum Brandenburg[b] et alia loca plurima exstruxerunt; et sic deserta ad agros reducentes, bonis omnibus abundaverunt. In divinis offitiis capellanos[b] plures tenuerunt et monachos diversis ordinibus locaverunt. Contra Albertum Magdeburgensem archiepiscopum super Planam fluvium anno 1229, cum adhuc essent iuvenes, conflixerunt. *Anno Domini 1231, in festo pentecostes Brandenburg[b] milites exstant facti. Postea anno 1240. Willebrando Magdeb[urgensi] archiepiscopo et Menardo Halberstadiensi episcopo super fluvium qui Byssa dicitur ductis exercitibus, Iohannes[c] marchio, Ottone[d] fratre suo resistente marchioni Misnensi Henrico in partibus Mittenwaldae, gloriosissime triumphavit, et capto Halberstadiensi episcopo et baronibus, militibus et armigeris, Magdeburgensis archiepiscopus vix effugit. Tunc vallantes civitatem et castrum Calbe funditus destruxerunt. Deinde post annos 4 idem

*) *Epitomator add. in textu:* Et eadem ecclesia cathedralis Brandenburgensis ab anno 949. de ordine Praemonstratensium fratres in habitu permanserunt *usque ad annum 1507. Eodem anno fratres immutaverunt habitum et canonici seculares effecti cum consensu marchionis Ioachimi senioris et electoris et domini[e] Ieronymi[f] episcopi Brandenburgensis.

**) Ex his patet Zcinna fuisse 9 annis ante Lehnyn *rubro uncis inclusa add. c*

***) alias Barstein *rubro uncis inclusa add. c.*

†) Bernaw *rubro add. c.*

a) Ewigern *c.* b) Brandenburgk *c.* c) Ewigerus *c.* d) interfuit *c.* e) Praemontrat. *c.* f) Cal. *c.*; II. Kal. *Chron. episc* g) capello *c.* h) devastare coepit *c.* i) cum consensu s. domini *c.* k) 1201. *Chr. princ.*; 1205. *Pulc.* l) marchia *c.* m) *deest c.* n) *bis scr. c.* o) caput *ut videtur c.*, c. s. B. *incuria bibliopegae cum superiori marg. fere tota abscisa sunt* p) diocoesiani *c.* q) Landesbergk *c.* r) Oderbergk *c.* s) Osterburgk *c.* t) 1208. *Chr. princ., Pulc.* u) reliquos *c.* v) Ioa. *c.* w) et ad a. s. *fere tota abscisa c.* x) Anhaldtt *c.* y) exercuerunt *c.* z) Strausseburgk *c.* a) Franckfurtt *c.* b) cappulanos *c.* c) Ioa. *c.* d) cum O. *c.* e) Ioachimi *add. sed del. c.* f) Ierorymi *c.*

1) Haec — *reformavit* in fragm. II. tantum leguntur. 2) V. p. 480 n. *. 3) Hoc tantum in fragm. I. 4) V. add. cod. Goslar. p. 486. 5) Falso additum. 6) *f. p. O.* omittit Chron. princ., leguntur apud Pulc., sed ex praecedenti sententia effecta esse possunt. 7) Hoc falsissimum ab epitomatore verbis infra repetitis additum, sequente Chronicae principum seriem, ubi Heinricus post Ottonem, sed minime eius successor, scriptus est. Otto obiit a. 1205, Heinricus iam a. 1192. 8) Hunc numerum male posuit epitomator, quia Albertum Heinrico successisse secundum seriem Chron. princ. opinatus est; lege: 1205. 9) Quibusdam omissis sententia hic perversa est. 10) Cf. supra p. 478 n. 4. 11) Sententia Chron. princ. plane perversa est.

Chr. princ. Sax. archiepiscopus Wildebrandus et marchio[a] Misnensis Henricus, misso exercitu copioso, prope Brandenburgum pervenit; cui[b] Otto marchio, Iohanne[c] alibi occupato, occurrit et cum eo strenue conflixit inter Brandenburg[c*] et Plaga, et nacto triumpho cepit[d] plures; alii fugerunt et tanto impetu pontem Plagensem transiverunt, ut ponte fracto plures se submerserunt. Hoc et his similibus evenientibus ipsis, pace inter marchionem Misnensem et Magdeburgensem archiepiscopum refor- 5 *f. 55'. mata, fama et gloria claruerunt. *Anno Domini 1258. paci et concordie filiorum terram suam inter se diviserunt.

Iohannes[c] duxit uxorem Sophiam, filiam Woldemari, regis[c] Daniae sororem, et genuit Iohannem[c].

Otto; qui duxit exercitum contra Magdeburgenses, et inter Frose et Magdeburg[f] cum ipsis confligens, in bello captus est anno 1278, [4g.] Idus Ianuarii. In cuius vindictam Iohannes et reliqui, adiuncto sibi Alberto duce de Brunschnigk, totam terram ecclesiae Magdeburgensis depopulantes, castrum Huneldesborch et Owesfelde ceperunt. 10 Idem Otto duxit uxorem, ut supra[1], filiam Iohannis comitis Holsatie.

Conradus duxit uxorem filiam Primislai[2].

Iohannes, quia septem habebat filios et [tres[g]] filias, res observabat et satis[h] large tempore oportuno distribuebat. Iohannes enim obiit anno Domini 1266, sepultus in abbatia Corinensi* Cistertiensis ordinis, quam ipse fundaverat et multis reditibus locupletaverat.

15 Otto tertius duxit uxorem Beatricem, filiam regis Bohemiae, et genuit ex ea Iohannem de Praga, Ottonem Magnum, Albertum[i], Kunegundam, Mechtildem. Hic homo devotissimus, ieiuniis, vigiliis, orationibus, genuflexionibus, flagellatio- *f. 56. nibus, omni sexta feria in memoriam Christi se virgis* corrigens[k], ut sanguinem de corpore suo fudit. Hic Otto anno Domini 1266. aestivo tempore in Prussiam contra Saracenos vadens, et firmum castrum novum Brandenburg[l] in terra Prussinorum condidit. Idem Otto anno Domini 1254. fratres Praedicatores, quos ex corde dilexit, Strutzeberg[m] 20 collocavit et eis aream et bibliam 700[n] marck ad ecclesiam donavit; postea fratres Sehusen locans, eis 100 libras et 20 ad aream, ad libros contulit 100 marcas. Hic anno Domini 1264. filiam suam Conigundim[o] maritavit Belae, filio Belae regis Ungariae, fratris beatae Elizabeth, et rex Bohemiae cum gloria nuptias celebravit; quae[p], defuncto Bela, 1278. Nov 13. nupsit duci[q] de Luneburgk[r]. Filiam Mechthildem aliam suam domino Bornen dedit. Hic Bornen obiit anno 1278, Idus[s] Novembris, relinquens tres filios et duas filias, et sepultus est in Stettin in ecclesia canonicorum. Praedictus 25 Otto tertius obiit autem[t] Brandenburg[l], audita missa de sancta Trinitate, in die dominica, praesentibus pluribus fratribus, *f. 56'. anno 1267, in die sancti Dionysii.* Cuius corpus Beatrix, uxor eius, cum Iohanne et Ottone filiis suis deducens Strutzeberg[m], in choro fratrum Praedicatorum, quem[u] fundaverat et ubi sepulturam elegerat, praesente Conrado Magdeburgense archiepiscopo, episcopo Lubucense[v] et pluribus aliis principibus, comitibus et nobilibus, honorifice sepelierunt.

Iohannes autem de Praga, primogenitus Ottonis tertii, qui miles factus fuerat in nuptiis sororis suae Kunegundis, 30 eodem anno quo pater[w] obierat ad torneamentum Merseburg[x] post pascha vadens, hasta laesus et a suis male custoditus, nocte mortuus est inventus[y] et in Lheninensi claustro vel ecclesia cum suis attavis[z] est sepultus. Et sic Otto quartus, frater eius, in haereditatem patris Ottonis tertii successit et homagium in Marchia cepit[d] anno Domini 1268[a].

III.

HEINRICI DE ANTWERPE TRACTATUS DE CAPTIONE URBIS BRANDENBURG.

35 Post annorum transitum sepe nascitur questio preteritorum, si res ipsa non fuerit scribentis testimonio confirmata. Henricus itaque dictus de Antwerpe sub Alvrico[3] preposito prior in Brandenburg, qualiter urbs Brandenburg, primum expulsis inde Slavis, modo teneatur a christianis,et quod sancti Petri ecclesia eiusdem urbis sit filia Sancte Marie in Liezeka, sicut cunctis legentibus in sequenti patet pagina, 40 cum esset ephebus dictavit, ita scribens:

Innumeris annorum circulis ab urbe Brandenburg condita temporibus paganorum principum misere sub paganismo[b] evolutis, Henricus, qui Sclavice[c] Pribesclaus, christiani nominis cultor, ex legittima parentele sue successione huius urbis ac tocius terre adiacentis tandem Deo annuente sortitus est principatum. In qua urbe idolum detestabile tribus capi- 45 tibus honoratum a deceptis hominibus quasi pro deo colebatur[d]. Princeps itaque Henricus populum suum spurcissimo idolatrie ritui deditum summe detestans, omnimodis ad Deum convertere studuit. Et cum [non[e]] haberet heredem, marchionem Adelbertum sui princi-

*) alias Chorin *uncis incl. add. c.*

a) *post corr.* marchione *et recens man.* ideo cum *super* et *superscr. c.* b) qui Ottone marchione *c.* c) Ioa. *c.* c*) Brandenburgk *c.* 50 d) coepit *c.* e) *suppl.* Erici. f) Magdeburgk *c.* g) *deest c.* h) datur longo t. *c.* i) *om.* Ottonem. k) corrigentem *c.* l) Brandenburgk *c.* m) Strutzebergk *c.* n) de 100. *Chron. princ.* o) coniungendo *c.* p) qua defuncta *c.* q) ducis *c.* r) *ita c. male pro* Limburg; Luneburgensi *etiam Pulc.*; *hic nulla distinctio in c.* s) in diebus *Chr. princ.* t) ante *c.* u) quam *Chr. princ.* v) Lubusano *Chr. princ.*, *Pulc.* w) postquam *c.*, *et rec. m. in marg.* quo pater eius? x) Merseburgk *c.* y) cruentus *c.* z) ottonis *c.* a) *quae sequuntur, notas historicas Britzensis oppidi modo Latina modo Germanica lingua* 55 *scriptas usque ad a.* 1503, *v. ap. Riedel p.* 280 *sqq.* b) paganissimo *c.* c) Sclavitie *c.* d) *sic Chr. episc.* (coleretur *Pulc.*); celebratur *c.*; celebrabatur *Gies.* e) *deest c.*; *ins. Riedel ex Pulcawa.*

1) scil. in Chron. princ. priore parte p. 474., de qua nihil in Dionysii Exc. 2) Reliqui liberi Iohannis omissi 3) Alvericus, frater Sigefridi II. episcopi, praepositus fuit a. 1217—1231. secundum Fragm. chron. episc. infra p. 485.

patus instituit successorem, filiumque eius Ottonem de sacro baptismatis fonte suscipiens, totam Zcucham, terram videlicet meridionalem Obule, more patrini[a] ei tradidit[1]. Procedente vero tempore multis sibi Teutonicis principibus in amicicia fideliter copulatis, idolatris repressis et latronibus aliquantulum extinctis, cum haberet requiem per circuitum, cum Patrissa[b], sua ......[c] coniuge, optata pace Deo devote militavit. Illustris itaque rex Heinricus ecclesie beati Petri[d] apostolorum principis canonicos ordinis Premonstratensis in villa Liezeke[2] constitutos[e], videlicet Wiggerum, Walterum, Gerardum, Iohannem, Fliquinum[f], Sigerum, Hilderadum, Moisen et Martinum, assumptis secum libris de Liezeka et preparamentis, calicibus, apparatu escarum et summa pecunie, ad faciendum conventum in Brandenburg[g], auxilio et consilio, hortatu et opere domini Wiggeri episcopi Brandenburgensis, fundatoris ecclesie beate Marie virginis in monte Liezeka, de villa Liezeka primum vocavit eosque in ecclesia sancti Godehardi in suburbio[3] Brandenburg collocavit, ipsisque ad cottidianum[h] victum et[i] vestitum ex habundantia sua large predia tradidit. Verum quia[k] rex erat, insignia regalia propter Deum libenti animo postposuit, in[l] scrinium [cum] reliquiis beati Petri imponendum diadema regni sui et uxoris sue ad nutum atque arbitrium domini Wiggeri episcopi ......[m] consensit, et supradicti regis diadema adhuc in Liezeka usque hodie cernitur. Cum iam vero senio confectus deficere inciperet, uxorem suam, [quod[n]] marchioni Adelberto urbem Brandenburg post mortem suam promiserat, fideliter commonuit. Porro febribus aliquamdiu correptus et pregravatus, fideliter, ut speramus, in Domino obdormivit. Vidua igitur ipsius non immemor moniti ... [sed mallens[o]], (1150.) cum sciret populum terre ad colenda idola pronum, Teutonicis terram tradere, quam prophano idolorum cultui ultra consentire, sapientibus usa consiliis, maritum suum iam triduo mortuum, nullo sciente preter familiarissimos suos, inhumatum observavit et marchionem Adelbertum, quem sibi heredem instituerat, ut urbem suscepturus veniret, rem gestam indicans, advocavit. Qui festinans in[p] manu valida armatorum iuxta condictum veniens, urbem Brandenburg[g] velut hereditaria successione possedit[4] et prefati defuncti exequias multorum nobilium obsequio iuxta magnificentiam principis honorifice celebravit. Ideo marchio Adelbertus libera rerum suarum disponendarum facultate potitus[q], paganorum scelere latrocinii notatos et immunditia[r] idolatrie infectos urbe expulit ac bellicosis viris, Teutonicis et Sclavis, quibus plurimum confidebat, custodiendam commisit. Ubi autem huiusmodi fama, qua nullum malum velocius[5], in auribus Iaxzonis[s, 6] in Polonia tunc principantis, avunculi supradicti nobilis sepulti, percrepuit, permaxime de morte nepotis sui doluit, et quia proxima linea consanguinitatis defuncto iunctus erat, perpetuo se de urbe exhereditatum considerans, miserabiliter ingemuit. Verum tempore brevi elapso inhabitantibus urbem pecunia corruptis, proditam ab eis nocturno silentio cum magno exercitu Polonorum, reseratis amicabiliter portis castri, intravit et homines marchionis, qui urbem tradiderant, in Poloniam ducens, simulatorie captivavit. Quo audito, marchio Adelbertus, a iuventute sua in bello strennue exercitatus, quid facto opus esset, extemplo consideravit, et expeditionem edicens[t], ope et industria domini Wichmanni in Magdeburg tunc metropolitani et[u] aliorum principum ac nobilium copiosum exercitum congregavit et die condicto, (1157) fortium pugnatorum vallatus auxilio, ad urbem Brandenburg sibi [a[v]] Iackzone[v] supplantatam quantotius [properavit[w]], ac tribus in locis circa eam [exercitum[x]] dividens, longo tempore propter munitionem loci eam obsedit. Sed post hinc inde sanguinis effusionem, cum hii qui in urbe erant cernerent se nimis angustiatos nec posse evadere manus adversantium,

a) patrun *c.*; Ob. in patrimonium *Riedel.* b) Petrussa *Pulcawa;* Petrissa *Chron. princ.* c) filia sua filia *add. c.; fortasse* suavissima sua coni. *vel* filia .... s. c., *nomine patris ignoti corrupto.* d) *in marg. suppl. c.* e) constitutis *c* f) Riquinum *susp. Gies.* g) Brandenburgk *c.* h) quott. *c.* i) in *c.* k) quamvis *emend. Gies.;* qui *Riedel;* licet r. esset *Pulc.* l) et s. r. b. P. imponendis *c.*; et scrinio reliquiarum b. P. imponendum *Gies.; talem sententiam loci testantur verba Pulcawae:* abiectis regalibus dyadema regni sui et uxoris sue reliquiis obtulit beati Petri. m) diadecima suum regale *ins. c.;* duodecimi *coni. Riedel.* n) *deest c., ins. Gies.* o) monitis et novissimis *c.*; monitis et mallens *Riedel, qui* mallens *ex Pulcawa recepit;* moniti in novissimis mallens *Gies.* p) cum *Riedel.* q) *ita emend. Riedel;* potius *c.* r) immunditie *c.* s) Saxzonis *c.*; Iacze *Chron. princ., Pulc.;* Iaczonis *Gies.* t) editenus *c., in marg. corr. add.* ce; edititius *Riedel;* indicens *Gies.* u) in *c.* v) *deest c.* — Sackzone *c.* w) *deest c.; hoc vel* venit *vel tale verbum inserendum;* duxit *Gies.* x) *deest c., inserui ex Chron. princ.* (exercitum adducens); copias *Gies.*

1) Cf. quae de his rebus disserit O. v. Heinemann, 'Albrecht d. Bär' p. 107. 346 n. 47. 2) Leitzkau in praefectura Ierichow prope Gommern. 3) dicto Parduin. 4) Cf. Ann. Palid. a. 1150, SS. XVI, p. 85. 5) Verba Vergilii Aen. IV, 174. 6) De quo v. Heinemann l. l. p. 386 n. 56; Riedel, 'Die Mark Brandenburg' I, 314 n. 2. 384 sqq.; M. F. Rabe, 'Iaczo v. Copnic.' Berlin 1856. 8°.

conditione firmata, dextris sibi datis, marchioni coacti reddiderunt. Anno igitur dominice incarnationis 1157[a], 3. Idus Iunii predictus marchio divina favente clementia urbem Brandenburg victoriosissime recepit, ac cum multo comitatu letus introiens, erecto in eminentiori loco triumphali vexillo, Deo laudes, qui sibi victoriam de hostibus contulerat, merito persolvit. *(1157. Iun. 11.)*

Wiggerus igitur 12. Brandenburgensis episcopus, quondam Beate Marie in Magdeburg prepositus, obdormivit feliciter in Domino, ut speramus, anno gracie 1158, pridie Nonas Ianuarii[1], in eadem ecclesia beate Marie virginis in Liezeka sepultus. Hic sedit in cathedra episcopali annis 21, mensibus 4, diebus 17. *(1158 Ian. 4.)*

Fuit interea Liezeka in claustro beate Marie virginis bone indolis canonicus nomine Wilmarus, qui ascendens de virtute in virtutem, primum scolarium eruditor, postea, defuncto primo[b] pie memorie Lamberto huius ecclesie preposito, digne factus est eius successor, tandem, divina erga[c] eum nichilominus agente providentia, ibidem ab ecclesie eiusdem fratribus et canonicis libera iuris potestate in episcopum est electus. Hinc est, quod post receptionem supradicte urbis annis octo inde elapsis Wilmarus 13. Brandenburgensis episcopus omnimodis sedem cathedralem exaltare et urbem contra insidias inimicorum munire desiderans, prolixa deliberatione propria et coepiscoporum suorum necnon et Adelberti marchionis filiorumque eius consilio canonicos ordinis Premonstratensis ab ecclesia sancti Petri apostolorum principis in Liezeka transmissos, qui in ecclesia sancti Godehardi in suburbio Brandenburg in diebus illis obedienter et religiose necnon conformiter matri sue ecclesie beate Marie virginis in Liezeka degebant, unde originem assumpserant, cleri sollempni[d] processione populique prosecutione in supradictam urbem ex consensu matris sue Liezeka transponens, in sedem episcopii sui 6. Idus Septembris satis provide collocavit, eisque villas Gorzelitz, Museltitz, Bukowe, Gorne[2], Rytz, ut benivolos ad transmeandum faceret, contulit[3], quatenus, eliminatis[e] idolorum spurcitiis, Deo laudes inibi incessanter agerentur, ubi antea per multa annorum milia inutiliter [demoniis[f]] serviebatur. Eodem siquidem anno prefatus episcopus Wilmarus, bonum inceptum meliori fine consumare disponens, basilicam beati Petri apostoli, fundamento 24 pedum supposito, 5. Idus Octobris in nomine domini nostri Ihesu Christi devotus fundavit. *(1165. Sept. 8. Oct. 11.)*

Explicit tractatus de urbe Brandenburgk, qualiter de gentilitate ad christianitatem conversa est ac postmodum a Iackone[g] principe Polonie nocturno supplantata, sed tandem a marchione Adelberto diutina obsidione requisita.

IV.

CHRONICAE EPISCOPATUS BRANDENBURGENSIS FRAGMENTA.

1. *Editio Maderi.*

Suigerus 13.[4] Brandeburgensis episcopus cepit 1139, sedit annis 21, menses 4, dies 17[5]. Obiit 1161[h], sepultus in capella in castro Brandeburgensi[6]. Hic fuit, antequam eligeretur, prepositus Sancte Marie Magdeburgi ordinis Premonstratensis et primus illius ordinis episcopus Brandeburgensis. Hic in curte sua Liezeke ecclesiam construxit, et ibidem fratres sui ordinis collocavit et

2. *Codex Goslariensis.*

EXCERPTUM CRONICE BRANDENBURGENSIS[i].

Wigerus 13. Hic cepit 1139, sedit annis 21, mens. 4, d. 17; obiit 1161, sepultus in capella in castro Brandenburg[i] 2. Kal. Ian.[7] Huius[8] temporibus fuit in Brandenburg[i] rex Henricus, qui Sclavice dicebatur Pribezlaus. Qui christianus factus ydolum quod in Brandenburg[i] fuit cum tribus capitibus, quod Triglav Sclavice dicebatur et pro deo colebatur, et alia ydola destruxit et ydolatriam et

a) *ita emend. Gies., ut habent Pulc. et Chron. princ.;* 1158 *c.* b) patre *Riedel.* c) *sic emend. Gies.;* arca *c.* d) solemni *c.* e) elimatis *c.* f) *deest c., ins. Gies. ex Pulc.* g) Sackone *c.* h) 1141. *M.* i) Brand' *c.*

1) 1161, 2. *Kal. Ian.* (1160, Dec. 31) Fragm. episc. Brand. infra editum, et ad eundem annum notat mortem eius Chron. Montis Sereni, SS. XXIII, p. 152; diem emortualem 17. Kal. Sept. habet Necrol. Hildesh. ap. Leibniz, SS. Brunsv. I, p. 766. 2) Garlitz prope Brandenburg; Mützlitz prope Rathenow; Bukow prope Brandenburg; Görne prope Friesack. 3) Cf. chartam datam a. 1161. ap. Riedel, Cod. dipl. I, 8, p. 104 sq., ubi Bultiz pro Rytz legitur. 4) Tractatus et Excerptum hunc duodecimum ordinis numerant. 5) Numeri ex Tractatu supra sumti. 6) Secundum Tractatum in ecclesia S. Mariae in Leitzkau sepultus est. 7) Cf. supra n. 1. 8) Abhinc quae sequuntur usque ad finem cap. omnia fere ex Tractatu sumta sunt, idoli nomine paucisque aliis additis.

bonis ditavit. Hic anno Domini 1147. cum Frederico Magdeburgensi episcopo et Anselmo Havelbergensi episcopo et pluribus aliis, accepta cruce, contra paganos contra aquilonem habitantes profectus est. Huius[1] temporibus fuit in Brandenburg rex Henricus, qui Slavice dicebatur Pribezlaus, qui christianus factus idolum, quod in Brandeburgh fuit cum tribus capitibus, quod Tryglav Slavice dicebatur et pro deo colebatur, et alia idola destruxit et idolatriam[a] et ritum gentis sue detestans, cum filium non haberet, Adelbertum marchionem dictum Ursum heredem sui instituit principatus. . . . . .

ritum gentis sue detestans, cum filium non haberet, Adelbertum marchionem dictum Ursum heredem sui instituit principatus. Hic ecclesiam Brandenburgensem[b] diu destructam auxilio Wigeri Brandenburgensis[b] episcopi reformavit, et vocans de Liezeke fratres ordinis Premonstratensis, ipsos cum preposito Waltero cognomento Canne in suburbio in civitate Brandenburg[b] in ecclesia sancti Petri, que nunc sancti Godehardi dicitur, collocavit et diadema regni beati Petri scrinio resignavit. Postea in Domino obdormiens, in capella sua Brandenburgensi[b] in castro cum Wigero episcopo est sepultus.

. . . .[2]

Sifridus 15. episcopus Brandeburgensis cepit anno Domini 1173, sedit annis sex, mensibus 8, diebus 24. Hic fuit filius Adelberti Ursi marchionis Brandeburgensis et frater Ottonis primi, et de clerico seculari in Brandeburgensem episcopum est electus, preposito Brandeburgensi Gerardo et post Henrico. Hic fuit canonicus Sancte Marie in Magdeburg. Hic anno Domini 1180. in archiepiscopum Bremensem est confirmatus, et cessavit episcopatus Brandeburgensis. . . . .[3]

Aldwinus 19. cepit anno Domini 1205[4], sedit annis 11, mensibus 7, diebus 26. Obiit 1217, pridie Kal. Iunii. Hic iuramento obtinuit coram Alberto marchione silvam Wernitz, ad castrum Pritzerwe[5] que est, Brandeburgensi ecclesie pertinere. Hic de preposito in episcopum est electus, et ei in prepositura Gunzelinus[c] successit, et Gunzelino[c] Sifridus.

1217. Mai 31.

Sifridus 20. cepit anno Domini 1217, sedit annis 3, mensibus 11, diebus 23[d]. Hic de preposito factus episcopus, fratrem suum carnalem Alvericum canonicum Magdeburgensem, virum literatum et providum, qui ordinem Cisterciensem assumpserat in Lenin, in novitiatu recepit et sibi in prepositura substituit anno Domini 1217, 14. Kal. Iulii. Qui prepositus ecclesie presidens utiliter annis 13, mensibus 10, ad ordinem Cisterciensem in Lenin rediit anno Domini 1231[e], 9. Kal. Maii, et ibidem in Domino . . . . . .

Iun. 18

1231 Apr. 23.

. . . .

Ruthgero[6] prepositis. Obiit autem anno Domini 1241, 19. Kal. Ian., et cessavit episcopatus dies 5. Hic bone literature magister fuerat Alberti archiepiscopi Magdeburgensis; qui propter morum et scientie elegantiam ipsum ad decanatum et episcopatum creditur promovisse. Fuit enim homo mundus, dulcis, affabilis, studiosus et disciplinatus, adeo ut et ipsi filii nobilium mitterentur

1241. Dec. 14.

a) idololatriam *M.* b) Brand' *c.* c) Günz. *M.* d) 33 *M., forte leg.* 28. e) 1221. *M., quod corrigendum ex praecedente* annis 13, *cum Alvericus praepositus testis subscripserit chartae a.* 1230, *ap. Riedel, Cod. dipl. I,* 10, *p.* 197, *nr.* 31.

1) Abhinc quae sequuntur usque ad finem cap. omnia fere ex Tractatu sumta sunt. 2) Hic praeter alia omissus videtur locus esse, quem Pulcawa ex Cronica Brand. episc. excepit, totus ex Heinrici Tractatu sumtus: *Hoc anno, videlicet* 1165, 6. *Idus Septembris, sicut Brandemburgensis episcopatus testatur cronica, Wilmarus Brandemburgensis episcopus, qui kathedram suam multum exaltaverat et urbem Brandemburg munire decreverat contra insidias paganorum, deliberato consilio Alberti marchionis dicti Ursi necnon filiorum suorum prehabito diligenti, canonicos Premonstratensis ordinis, qui in ecclesia sancti Godehardi in Brandemburgensi suburbio tunc degebant, processione sollempni cleri et populi transferens et transponens in urbem, ibi sedem kathedre collocavit, quatenus, exterminatis ydolorum spurciciis, incessanter ibi laudes Domino solverentur, ubi pridem demoniis exhibebatur servitium sine fructu, non absque Dei offensa. Eodem anno dictus episcopus basilicam beati Petri apostolorum principis inibidem consumare disponens, prout conceperat,* 5. *Idus Octobris posuit fundamentum.* 3) Omissi sunt Baldramus, Alexius, Norbertus. 4) Oct. 5. secundum numeros sequentes; male a. 1207. Riedel l. l. I, 8, p. 71. 5) Pritzerbe super Havel fluvium; cf. Riedel l. l. p. 144, nr. 58. 6) Supplenda sunt praeter alia fere haec: 'Gernandus 21. anno Domini 1221. sedit ...., Iacobo et.' Cf. de Gernandi institutione 'Magdeb. Schöppenchr.' ed. Ianicke p. 144 sq.

ad eum disciplina et moribus imbuendi. Cotidie pauperes et scolares ad mensam coram se posuit comedentes. Hic de decimis Nove Terre cum Iohanne et Ottone marchionibus terminavit[1]; altare in crypta consecravit in honorem Marie virginis, Iohannis baptiste, Marie Magdalene, Catharine, Livini episcopi et martyris 1235, 6. Kal. Decembris, temporibus Iacobi prepositi. Qui Iacobus emit villam Mukede et proprietatem[2], et laudabiliter sue ecclesie prefuit.

V.

CATALOGI ARCHIEPISCOPORUM MAGDEBURGENSIUM FRAGMENTUM.

Cod. Goslariensis.

Wilbrandus[a,3], frater Alberti secundi, cepit 1236. Hic ordinavit Rutcherum 22.[4] episcopum Brandenburgensem[b,5]. Hic[6] anno Domini 1240. cum Meynardo Halberstadensi episcopo exercitum duxit, et intrans Marchiam, contra Iohannem marchionem Brandenburgensem[b] iuxta fluvium Besam inter Stendal et Saltwedele conflixit, et capto Halberstadensi episcopo, vulneratus aufugit. Postmodum misso exercitu inter Plawe et Brandenburg[b] cum Octone marchione Brandenburgensi[b], licet personaliter non adesset, cum suis ministerialibus est congressus. Qui post durum conflictum fuerunt captivati; alii per pontem Plawe impetuose fugientes, ponte fracto sunt submersi. Tercio misso exercitu in Marchiam, illesus subito est egressus. Tandem pace reformata, cum eisdem marchionibus Iohanne et Ottone optime concordavit, adeo quod castra Lubus, que antea obsederant, et terram adiacentem dividerent et amicissime possiderent[7]. Hic 2. Kal. Iun. est electus, a papa 7. Kal. Decembris consecratus, habuit sedem annis 17, mens.[c] 10, d. 5; obiit 1252; et ei Rodolfus[d] de Dingelstede successit.

Wichmannus[e] 16. cepit 1152, sedit annis 42; obiit 1193, 8. Kal. Septembris. Hic fundavit abbaciam Cistersiensis[f] ordinis in Cenna[8] 1171, mense Septembri. Castrum et civitatem Haldesleve a duce Henrico de Brunswik per werram obtinuit, et castrum Nendorp[9] destruxit anno Domini 1167[10].

Norbertus[e] 13. cepit 1126, sedit annis 8, ebdom. 7 minus; obiit 1134, 8. Idus Iunii. Hic instituit ordinem Premonstratensem.

Additamentum cod. Goslariensis

Anno[g] Domini 936, 9. Kal. Octobris Otto imperator in Magdeburg[h] congregationem instituit monachorum; sed anno Domini 968. fundatus est archyepiscopatus Magdeburgensis[h] ab Ottone imperatore.

Anno Domini 938. fundatus est episcopatus Brandenburgensis[b], sicut colligitur ex cronicis, que dicunt episcopatum Brandenburgensem[b] 30 annis ante episcopatum Magdeburgensem[h] ab Ottone imperatore, filio Henrici primi regis, fundatum. Sed episcopatus Magdeburgensis[h] fundatus est anno Domini 968.

a) *haec in cod. nullo spatio intermisso ead. manu scripta sunt post locum supra p. 484 sq. editum.* b) Brand' c. c) *hic in fine lineae et initio sequentis locus vacuus unius verbi c.* d) Rodolfuꝯ c. e) *eadem manus pergit in cod. nullo spatio intermisso.* f) *sic c.* g) *haec fol. 87'. post Chron. princ. Sax. alia manu s. XIV. in. scripta sunt.* h) Magd' c.

1) Riedel l. l. p. 151 sqq., nr. 67. 2) Riedel l. l. p. 149 sq., nr. 65. 66. 3) Archiepiscopus Magdeburgensis, ut sequentes. 4) Secundum ordinem praecedentem. 5) Eadem in Chron. archiep. Magd. ap. Meibom II, p. 330. 6) Sequentia maximam partem ex Chron. princ. supra p. 478 sq. exscripta sunt; quae vero restant in Chron. archiep. Magd. p. 330 sq. fere omnia leguntur. 7) Immixtis verbis quae in Chron. episc. Magdeb. leguntur, sententia Chron. princ. perversa est, ubi de divisione inter marchiones facta agitur. 8) Zinna. 9) Neindorf, olim super fl. Ohre situm. 10) Cf. Ann. Palid. a. 1181, p. 95; Ann. Magd. p. 192; 'Magd. Schöppenchr.' p. 119.

ACTA QUORUNDAM EPISCOPORUM LUBICENSIUM.

Registro veteri episcoporum Lubicensium primo, quod nunc in archivo publico ***Oldenburgensi*** *servatur, f. 89. sqq. anno 1284. acta quaedam trium episcoporum Lubicensium sunt illata, quae praesertim chartis nituntur etiamnum exstantibus, nonnulla vero addunt quibus lis episcoporum cum comitibus Holsaticis acta illustratur. Quare ea scriptorum collectioni inserenda duximus. Minime tamen ea praebent quae initio sunt promissa, neque, ut scriptor voluit, haec mox continuata sunt. Ideo inserui quae alibi de decanis ecclesiae adnotata sunt et quaedam de lite cum civitate tunc temporis acta continent.*

Nonnullis annis post alia eiusdem voluminis parte, f. 75', Acta ***Hinrici episcopi****, ipso procurante, inter a. 1336*[1]*. et 1337. memoriae sunt tradita, quae hic subnectere placuit. Post non ante medium saec. XV. ab episcopo Nicolao Sachow idem factum videmus*[2]*. Qui saec. XV. ex. chronicon episcoporum Lubicensium condidit*[3]*, his usus est actis.*

Ex apographo saec. XIV. (Registro episc. III, vulgo codice Eglensi), quod in archivo regio Berolinensi adservatur, primus haec edidit Lappenberg, 'Archiv für Staats- und Kirchengeschichte der Herzogthümer Schleswig, Holstein, Lauenburg' II (1834), p. 289. 285; postea ex autographo Leverkus, Cod. dipl. Lubec. Pars II. ('UB. des Bisthums Lübeck') p. 314. 786. Codicem Oldenburgensem benevole Berolinum transmissum secutus, adnotationes plerasque ex libro illo de historia episcopatus Lubicensis optime merito sumsi. *G. W.*

Datum anno Domini 1284, mense Marcio. Primo de fratre Iohanne de Dist Lubicensi episcopo; deinde de Iohanne de Tralowe Lubicensi episcopo, et sic deinceps secundum ordinem succedentium episcoporum. f. 117.

Hec est secunda particula registri, in qua signata sunt acta temporis moderni pro episcopis Lubicensibus de anno in annum, de mense in mensem, de die in diem, que digne[a] fuerint memorie commendari. Acta registrata lege presulis inviolata fratris Iohannis de Dist, qui sex stetit annis.

1254. 1. Anno Domini 1254. frater Iohannes episcopus Sambiensis[4] ad petitionem magni principis domini Wilhelmi regis Romanorum, cuius capellanus et consiliarius idem episcopus extitit, translatus est a Sambiensi ecclesia ad ecclesiam Lubicensem a Romano pontifice Innocentio IIII. Receptus autem est cum processione sollempni in ecclesia Lubicensi eodem anno 3. Idus Septembris. Iste frater Iohannes Lubicensis episcopus de Dist, ordinis fratrum Minorum, predicator crucis generalis extitit et sollempnis. Cum autem episcopatum in-

a) *ita c*

1) Vicaria hoc anno fundata memoratur; pauca a. 1337. post addita sunt. 2) Leverkus, Cod. dipl. p. 21. 3) Hasse, 'Z. f. Schl. Holst. Lauenb. Gesch.' VII, p. 28. 49, de auctore Alberto Krummendiek dubitat. 4) Samland.

troisset, invenit proventus episcopatus penitus dissipatos a comitibus Holtsacie Iohanne et Gerardo fratribus[1]. Cogente autem penuria cum non haberet unde viveret, cessit per annum integrum et eo amplius. Reversus itaque, tenuissimos repperit reditus, unde multas in sua dyocesi et extra consecravit ecclesias eo anno, ut mediantibus ecclesiarum procurationibus posset sustentari. Anno pontificatus sui in ecclesia Lubicensi 3, considerans Lubicensem ecclesiam in servitutem esse redactam et gentem pravam, indirectam et asperam, ut vexationes redimeret, ecclesie colonos liberaret, dedit octingentas marcas pecunie numerate tum comitibus tum militibus ecclesiam infestantibus, ut cessarent et ipse pacem cum illis haberet.

*f. 117. 2. Hec sunt acta eiusdem episcopi anno introitus sui secundo. Querelam antiquam, quam habebant canonici Lubicenses contra consules civitatis super oblatione Sancti Nicholai, super decimis in Padelluke, in Drugenvorewerg, super areis in civitate et multis aliis articulis, iste episcopus amputavit et secundum iusticiam determinavit per privilegia perpetua utrique parti concessa[2].

Item dissensionem inter canonicos et moniales civitatis sopivit per privilegia perpetua utrique parti concessa[a, 3].

3. *Hec sunt acta anno tercio. In Cistermude[4] emit predium et domum pro 34 marcis denariorum et constituit ibidem curiam novam et vallavit eam, et fecit decimam agrariam ibidem aggregari, de qua habuit primo anno 60 marcas denariorum Lubicensium.

Item relaxavit comitibus fere ducentas[5] marcas, et Vlemigdorpe[6] resignavit, et Lanken commutavit pro agris equivalentibus, et sic grevenscat per universos colonos suos abolevit, et terciam partem colli in Bosowe per totum iudicium libertavit, et[7] iudicium in Uthin, in Iungvrowenhorde, in Niendorp, in Gummale, in Scernekowe, in Bogholt libere optinuit, secundum quod constat per privilegia vicissim concessa.

Item advocatiam Volradi Lapidis in Uthin emit pro sexcentis marcis novorum denariorum Lubicensium, mansionem principalem advocati, domicilia multa, mansos multos, prata, predia, villicationes, piscarias *et quicquid omnino iuris habuit advocatus sive in agris sive in iudicio, secundum quod constat per privilegia perpetua vicissim concessa[8]. (*f. 118)

Item compulit Henricum de Godowe militem ad hoc, ut cadens ad pedes eius renunciaret omni iuri quod sibi competere videbatur in iudicio unius mansi in Thurigke[9] et in insula Bosowe et in agris ecclesie propinquis. Facta autem est huiusmodi renunciatio in Plone.

4. Item compulit fratres de Ransowe post multa placita, ut libere dimitterent ecclesie duos mansos in Malguis[10] et molendinum et quicquid iuris ibidem habere videbantur, et arbitrati sunt dampna ecclesie illata resarcire secundum estimationem et voluntatem comitis Gerardi. Facta fuit huiusmodi renunciatio iuxta molendinum in Suartowe in die Gertrudis, (Mart. 17.) presentibus comite G[erardo], Lutdero, Marquardo de Rennowe, Lupo, Volrado Lapide, Egardo de Vissowe, Stephano de Alverisgdorpe, Ottone de Plone, Conrado decano, Thoma, Ottone, canonicis, et cantore Pylato et aliis presbiteris[11].

Item novam dignitatem, scilicet cantoriam, in ecclesia Lubicensi instauravit, que consistit ex 10 mesis siliginis electe de molendino Suartowe annuatim percipiende et una marca denariorum de excrescentiis terre Aldenburg exsolvenda, secundum quod patet per privilegia cantori Gerardo et ecclesie concessa[12].

5. Item oppidum Uthin libertavit nova iuridictione, scilicet observantia iuris quod hactenus civitas Lubicensis dinoscitur habuisse[b], consules 12 constituit, qui mediante suo advocato de singulis iudicarent; crucem in Uthin erigi precepit; erecta autem est crux in die beatorum Petri et Pauli; (Iun. 29.) oppidum muniri fecit. Nervum[13] et flagicium[14] ad fustigandum cruentos in publico fieri voluit.

a) *tres lineae erasae.* b) huise *c*

1) Filiis Adolfi IV; utroque in ordine comitum huius nominis primo. 2) Charta Leverkus nr. 120, p. 109. 3) Charta 'Lüb. UB.' nr. 227, I, p. 208. 4) Sestermühe ad Albim. 5) 165 marcas; charta ap. Leverkus nr. 122, p. 114. 6) Flehm. 7) Leverkus nr. 123, p. 115; villae prope Eutin sitae, partim nunc destructae. Nicolaus Sachow s. XV. ita: *Hodie villa Iuncfrowenorde non subsistit, sed agri eius in parte appositi sunt ad allodium castri Uthin, in parte sunt deserti per incrementa lignorum* (Leverkus p. 35 n). 8) Eadem est charta. 9) Thürk; cf. chartam comitis Iohannis a. 1251. datam, ib. nr. 109, p. 101. 10) Alibi Malkeviz, in parrochia Neunkirchen. 11) Charta haud exstat. 12) V. chartam Leverkus nr. 125, p. 116. 13) i. e. carcerem. 14) i. q. flagellum significare videtur.

Item privilegium libertatis perpetue eisdem tradidit in hec verba: *Frater Io[hannes] Lubicensis episcopus* etc. *Pastoralis interest intentionis* etc.[1] Postmodum comites arguerunt episcopum in capitulo Lubicensi super eo quod ius *Lubicense dederat oppidanis de Uthin. Item arguerunt episcopum, quod Ottoni canonico suo iniuriam faceret in novalibus. Item volebant compellere episcopum, ut redderet pecuniam, quam plebani de Oldenburg, de Lutkenburg, de Plone dederant ei in subsidium deobligationis sue. Item alia multa opponebant eidem episcopo calumpniose. Propter que omnia cum episcopus non posset quiescere, vocavit fratres maiores et minores, milites multos, consules omnes, canonicos universos, et protulit in scriptis quosdam articulos contra comites Holtsacie Io[hannem] et Ger[hardum] personaliter astantes, et dedit uni canonicorum legendos astante et audiente turba multa sub hiis[a] verbis:

*f. 118'.

*Dicit frater Io[hannes][b] de Dist episcopus Lubicensis contra Iohannem et Ger[ardum] comites Holtsacie et probare intendit per publica fundatoris ecclesie Lubicensis instrumenta veritatis expressiva, sive in presenti sive in curia Romana, cum necesse fuerit, quod, cum eorum progenitores vassalli ecclesie fuerint pro quibusdam decimis distinctis et nihilominus ecclesiam successive spoliaverint, isti vestigia parentum observantes et sequentes, indesinenter ecclesiam spoliant Lubicensem, secundum quod hiis scriptis propriis declaratur vocabulis: censu quippe et decimatione totius provincie in Aldenburg, censu et decimatione totius provincie in Lutkenburg, censu et decimatione totius provincie in Susele, censu et decimatione totius provincie in Radecowe, medietate totius decime in Todeslo. Hiis omnibus dicit et probare intendit suos antecessores olim et se ipsum in presenti inique spoliatum. Preterea foedum, quod ab ecclesia iidem comites hactenus tenuerunt, episcopo irrequisito militibus porrexerunt et sic elongaverunt; quod facere minime potuerunt. Item in villis ecclesie hospitantur frequentissime, unde coloni penitus pauperantur. Item auctoritatem episcopalem usurpant, terminos ecclesiarum limitantes, aliis ecclesiis villas abstraentes, aliis applicantes. Item prepositum de *Segeberge captivum tenuerunt et domum magnam de claustro ad castrum transtulerunt; unde non constat per quem fuerint absoluti. Nos itaque frater Io[hannes] Lubicensis episcopus super is gravaminibus preostensis, nostre ecclesie illatis a comitibus memoratis, sedem apostolicam appellamus et ecclesiam nostram, omnia spiritualia et temporalia ecclesie nostre pertinentia apostolice subicimus protectioni. Preterea omnes qui[c] medio tempore res ecclesiasticas invaserint vel dispendium fecerint hiis scriptis excommunicamus.*

*f. 119.

6. Hoc facto, comites ad archiepiscopum Bremensem appellaverunt et sic cum magno tumulto a capitulo recesserunt. Postmodum treuge facte sunt inter episcopum et comites ab octava Martini usque in crastinum epyphanie, et littere sunt confecte et ab utraque parte sigillate; tercia die comites treugas ruperunt, oppidum Uthin invaserunt et equos multos abstulerunt, procuratorem episcopi ceperunt et in carcerem miserunt; quandam pecunie[d] summam ei auferri preceperunt, non obstantibus litteris quas dederant, quarum tenor fuit talis[2]:

Nov. 18.

Noverint universi, quod nos discensionis nebulam inter dominum episcopum Lubicensem exortam ex parte una et nos ex altera de consilio fratrum Predicatorum et Minorum et consulum Lubicensium usque in crastinum epiphanie[e] duximus suspendendum, tali conditione, ut tota causa interim totaliter conquiescat, nec medio tempore quicquam prorsus in dispendium alterius partis a parte altera aliquatinus procuretur, sed in rebus et personis utraque pars integra conservetur. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in crastino beate Katerine[3].

Nov. 26.

7. Postmodum episcopus videns maliciam comitum, quod contra suas litteras et contra fidem suam ista commiserant, dedit et accepit a capitulo litteras tales sub hiis verbis:

*Universis presentia visuris prepositus, decanus totumque Lubicensis ecclesie capitulum in Domino salutem. Noverint universi, quod nos privilegia fundatoris ecclesie nostre, que illibata invenimus, nec propter metum corporum nec iacturam rerum temporalium inpresentiarum vel in futurum cancellari aut violari vel destrui aliquatinus permittemus. Preterea *nullam prorsus compositionem cum comitibus Holsatie super questionibus privilegiorum eorundem eisdem*

*f. 119'.

a) is *post corr. rubro atramento* hiis *c.* b) episcopus *add. sed del. c.* c) *post suppl. c.* d) pecuniam *corr.* pecunie *c.* e) ep. Domini *charta.*

1) Hanc chartam Utini haud exstare, testatur Leverkus. 2) Leverkus nr. 134, p. 125. 3) *anno Domini* 1257, add. charta.

1257 *iam motis, quicquid angustie vel tribulationis emerserit, domino nostro episcopo excluso aliquatinus faciemus, accepta repromissionis cautione, quod nobis exclusis numquam compositionem aliquam super huiusmodi cum dictis comitibus faciet vel admittet, et hoc tenore presentium sub sigillo capituli publice protestamur. Nomina autem singulorum sunt subscripta* etc. *Datum in vigilia epiphanie anno Domini* 1257[1]. 5

Postmodum intervenit concordia qualiscumque, ita quod comites et episcopus et capitulum resignaverunt causam dissensionis in manus episcopi Suerinensis salvis ecclesie privilegiis[2].

8. Interea episcopus Lubicensis a rege Romanorum vocatus recessit[a,3]. Anno revoluto reversus est idem episcopus et fecit multos milites de sua dyocesi et armigeros pro suis 10 excessibus excommunicatos nudari et nudatos in processione reconciliari et pena pecuniaria mulctari. Iterum post annum idem episcopus rediit ad regem Roman[orum][4], habita magna comitum Holsatie amicicia, mediante Symone episcopo de Paderborne[5]. Tunc cum esset apud Renum idem frater Io[hannes] episcopus, obiit in Esseda[b] et sepultus est in Nusia 1259 pontificatus sui anno 6[6]. 15

Acta Iohannis de Tralowe episcopi Lubicensis.

9. Vacabat sedes 32 diebus. Electus est per scrutinium scolasticus Lubicensis Iohannes de Tralov in episcopum[7] et confirmatus in Stadio. Fuit autem ordinatus in presbyterum in ecclesia Lubicensi in armario superiori, et sequenti die consecratus in episcopum apud fratres Minores, quia comites Holsatie faciebant ei impedimentum, ingerentes se divinis, 20 cum essent excommunicati a Bremensi archiepiscopo. Sequenti die celebravit primam missam.

*f. 120 10. Iste edificavit magnam domum in Uthin. Iste dedit Ottoni de Plone *ducentas marcas et 25 pro expediendis iudiciis villarum in Melente[8] et aliis.

Item iste mensuravit mansos in Gummale et Scernekowe et invenit secundum men- 25 suram congruam sexaginta et 6 mansos. cum antiquitus non computaverint coloni illi nisi 15 mansos; tunc episcopus ordinavit, quod predicti coloni predictarum villarum, qui prius solvebant 30 mesas, postea in perpetuum solverent 60 mesas singulis annis, hoc est 30 mesas siliginis et avene episcopo et alias 30 mesas siliginis et avene capitulo[9].

Item iste episcopus acceptavit de inundatione et restagnatione que facta est in Kake- 30 dis[10] de molendino in Dolghen 12 mesas siliginis singulis annis in festo purificationis, sive molendinum molat sive non molat, salva sibi sua piscaria iuxta Kakedis. Tunc comes indulsit, ut iumenta de Kakedis et de Lubbratdestorpe[11] exeuntia haberent semper pascua communia in Dolghe. Item comes tunc indulsit, ut episcopus emeret 4 mansos in suo dominio ubi posset aut vellet propter mansionem in Kakedis, que olim fuit famosa, nunc autem per 35 diluvium annullata.

1276 Iste episcopus sedit annis 16; quo defuncto[12], vacabat sedes diebus duobus.

Acta Borchardi de Serken Lubicensis episcopi.

11. Electus est post illum per arbitrium[c] cantor Lubicensis, videlicet dominus Borchardus dictus de Serken. Qui primo anno sui pontificatus recessit in Franciam propter 40 multitudinem debitorum.

12. Iste pro predecessore suo defuncto multam pecuniam solvit.

a) cessit *corr.* recessit *c.* b) Essendia *Crumm.* c) *e corr. c.*

1) Haec ad a. 1258. pertinere, monet Leverkus. 2) De hac re nihil constat. 3) Quod iam a. 1257. factum censet Leverkus; sed quae affert haec probare nequeunt. Oct. 6. 1258. testis in diplomate Richardi regis affertur; Böhmer, Reg. nr. 46, p. 43. 4) In epistola ad Lubicenses data, quae temporis notis caret, in anno, ut videtur, 1258. collocanda, ita scribit: *animus nobis fuit, patrie allecti dulcedine ad partes Brabantie, unde originem traximus, personaliter nos conferre, ut possimus ibidem sanitatis beneficio perfrui et post infirmitatem, qua gravati hactenus fuimus, natalis soli dulcedine recreari.* 5) Qui a. 1258. in Holsatia fuit; v. 'Hamb. UB.' I, p. 520. 6) Liber memoriarum eccl. Lubic. (Leverkus p. 130 n.) ita: 11. *Kal. Octobris. Obiit dominus Io. de* 45 *Deest episcopus huius ecclesie de ordine Minorum. Non hic sepultus.* 7) Cf. relationem capituli, Leverkus nr. 143, p. 132. 8) Malente; v. chartam a. 1262, Leverkus nr. 155, p. 146. 9) Eadem fere in Registro capituli adnotata sunt; ib. nr. 163, p. 172. 50 10) Prope Oldenburg; cf. chartam a. 1272, ib. nr. 229, p. 220. 11) Lübbersdorf. 12) Liber memoriarum (Leverkus p. 136 n.) ita: 2. *Non. Ianuar. Obiit d. Iohannes de Tralow episcopus. . . . . Et est sepultus in choro intra cancellos versus summum* 55 *altare.*

Iste domum magnam lapideam in Uthin consummavit et multis additamentis adornavit.

Iste mansionem novam in Aldenlubeke[1] constituit, [quam[a] consules Lubicenses incendiis et ruinis funditus destruxerunt et fundum spoliaverunt[2]].

Iste in Cystermude pergrandem domum edificavit.

5 Iste villam Eghardisdorpe[3] cum omnibus suis pertinentiis et edificiis ab Ottone de Plone pro quadringentis marcis et 30 marcis emit.

Iste terciam partem colli, quam habuit Otto de Plone quoad iudicium in suis villis in Melente, in Hassendorp, Niverswelde, Malguis, Siverdesdorp[4], Nienkerke, *Saren, Bense, Gerstenkampe[5], Didelmestorp[5], Vissowe[6], Sibrandesdorpe, absolvit et penitus ad se cum 10 omni libertate revocavit[7]. *f. 120'.

12. Iste tumultuantibus consulibus Lubicensibus et fratribus Minoribus et Maioribus[8] et capitulum suum extra civitatem eicientibus murum se opposuit[8]; propter quod ad curiam Romanam a papa citatus[9], ad instantiam dictorum fratrum et consulum Rome comparuit; 4 annis[10] sine intermissione ibidem constanter stetit, disputavit, dimicavit et pecuniam 15 multam valde ibidem expendit in angustiis multis, quia non solum consules Lubicenses, sed et fratres Minores et Maiores Lubicenses et per consequens omnes dictorum ordinum fratres, qui in curia Romana fuerunt, ipsum impugnabant; et adhuc vestigia restant. 1278

Iste novam dignitatem in ecclesia sua instituit, scilicet cellerariam, de qua ministrantur panes prebendales in perpetuum singulis quartis feriis et sabbatis omnibus canonicis inte- 20 gratis expensas habentibus, prout in privilegio super hoc confecto[11] plenius continetur.

Item[b] iste anno Domini 1293. capellam annexam domui lapidee edificavit, quam in Septembri consummavit ipsamque et altare in ea in die beati Mauricii et sociorum eius dedicavit in honore gloriose virginis Marie et beati Bartholomei apostoli recludendo subscriptas reliquias in altari, videlicet de ligno Domini, beati Nycolai, beati Blasii, beati Anscarii, beati 25 Georgii, de virga Aaron, sancti Stephani prothomartyris, beati Bartholomei apostoli, beati Laurentii, 11 milium virginum, Balbine virginis, sancti Iacobi apostoli, sancti Isidori, sancti Pancratii, oleum beate Katerine. Nichilominus in ymagine virginis gloriose in eadem capella hee reliquie continentur: Potenciane virginis, 11 milium virginum, Constantiane virginis, Felicitatis, Praxedis, Sabine virginis, sancti Pancratii, sancti Benedicti abbatis, de costa sancti Iohannis baptiste, Andree apostoli.* Sept. 22.

---

30 DE DECANIS ECCLESIAE LUBICENSIS[12].

Anno Domini 1284, 15. Kal. Iunii obiit in eadem infirmitate supradictus decanus Nicolaus, que fuit die ascensionis. Postea in divisione apostolorum electi fuerunt per scrutitinium discorditer dominus Iohannes Livo presbiter et dominus Hermannus de Morum subdyaconus, qui ambo cesserunt, et tunc successit dominus Otto, homo valde senex, plebanus 35 Sancti Petri, qui sepedictam curiam ratione testamenti, expositis 40 marcis, tribus annis et dimidio cum decanatu possedit. Brevi tempore decumbens et infirmans, obiit anno Domini 1288, 4. Idus Aprilis, qui fuit sabbato post Quasi-modo-geniti. Cui successit, mediante episcopo Borchardo, dominus Iohannes Livo cantor et plebanus Sancti Petri, qui etiam sepedictam curiam cum decanatu possedit 4 annis, duodecim septimanis minus, et obiit 40 anno Domini 1292, in vigilia Mathie, que fuit sabbato ante Invocavit; de cuius negligentia tylia valde bona in curia funditus per tempestatem fuit eversa, et nichil in edificiis curie emendavit. Post decessum decani Iohannis Livonis electus fuit in decanum magister Olricus, simplex canonicus et in minori stipendio constitutus, et valde rite ab episcopo confirmatus; qui curiam postea, expositis 40 marcis, per unicum annum cum decanatu quatuor

1284 Iul 15

1288. Apr. 10.

1292 Febr 23.

45 *) *Alia manu, quam Nicolai Sachow episcopi († 1449) dicit Leverkus, post add.:* [I]sta capella postmodum diruta est per Everhardum episcopum[13] et maior que hodie stat reconstructa.

a) *post add. c.* b) *alia manu post add. c.*

1) Ubi curia Kaltenhof. 2) Cf. Detmer, Chron. Lub. a 1299 (ed. Grautoff I, p. 174). 3) Eggers- 50 dorf prope Malente. 4) Sieversdorf, Neukirchen, Söhren, Benz. 5) Villae nunc destructae. 6) Fissau, Sibbersdorf. 7) Similem chartam iam a. 1262. adeptus est episcopus Iohannes de Tralowe; v. p. 490 n. 8. 8) Praedicatores intelligit auctor. Cf. 55 chartas et litteras a. 1277. ap. Leverkus nr. 262 sqq., p. 254 sqq.; Detmer, Chron. Lub. (ed. Grautoff p. 406). 9) Ib. 266, p. 259. 10) a. 1282. Lubecae redux; ib. 287, p. 293. 11) a. 1278, ib. nr. 268, p. 262. 12) Haec chartae addita sunt, qua Nicolaus decanus a. 1284. testamento facto ita statuit: *Curia mea apud capellam sancti Iohannis ewangeliste sita ad inhabitandum pro quolibet sit decano, qui vicibus michi successerit successivis.* Leverkus p. 323. 13) a. 1387—1399.

septimanis minus possedit cum largis expensis prelatum decentibus, et gravi infirmitate occupatus, obiit anno Domini 1293, sequenti media nocte Blasii, que tetigit diem crastinum valde dampnose[a] presenti ecclesie; qui etiam ducentas marcas denariorum contulit pro prebendarum redditibus augmentandis. Post cuius obitum dissensio magna in electione decani facta fuit, ita quod decanatus per dimidium annum vacavit, et nulla concordia sequebatur. Tandem interveniente episcopo et in eum capitulo compromittente, dominum Iohannem de Bocholte, plebanum Sancte Marie, in quem media pars capituli consenserat, confirmavit in die Cyriaci, que fuit sabbato; qui curiam suam pristinam vendidit et 40 marcis expositis curiam decanatus possedit; que curia sexto anno sui decanatus in destructione curiarum[1] funditus est per cives Lubicenses sacrilego ausu subversa, ita quod nec unica arbor nec stipes remansit; qui decanus eandem curiam pulcherrimis edificiis emendaverat et carcerem in eadem curia sumptibus episcopi et suis edificavit; quem etiam cives una cum aliis edificiis dissiparunt.

(1293. Febr. 3; Aug. 8; 1299.)

Anno[b] Domini 1308. idem decanus Iohannes creatus fuit in episcopum Sleswicensem per arbitrium in vigilia Scolastice, et postea in die Pantaleonis consecratus. Post hec in vigilia exaltationis sancte crucis concorditer electus fuit in decanum magister Henricus de Bocholte[2], suus patruelis, tempore expulsionis nostre anno decimo, in episcopali capella Uthyn.

(1308 Febr. 9; Iul. 28; Sept. 13)

Acta Hinrici episcopi.

(f. 83'.) 1. Actum gestum seu procuratum, prout inferius describitur, per reverendum in Christo patrem ac dominum, dominum Hinricum Lubycensis ecclesie episcopum pontificatus sui tempore de bonis suis propriis, cum proventus [et[c]] redditus episcopatus Lubicensis vix suppetant ad ipsius episcopi et suorum sustentacionem congruam et alia onera dyoc. sue supportanda; qui quidem episcopus cum fuisset in minori statu constitutus, prepositus[3] dicte[d] ecclesie extiterat et nominatus magister Hinricus de Bocholte. Iste vero magister Hinricus anno Domini 1317, in septimana qua cantatur Iudica, vacante sede episcopali ecclesie Lubeke per obitum quondam domini Borchardi episcopi[4], ibidem concorditer electus fuerat in episcopum Lubycensem et de mandato capituli ecclesie Bremensis confirmatus et consecratus, quondam domino Iohanne archiepiscopo eiusdem Bremensis ecclesie agente in remotis[5], et expendit sexaginta marcas denariorum Lubycensium in confirmacionis et consecrationis predictarum assecutione.

(1317 Mart. 20.)

2. Item eodem anno, primo pontificatus sui, quando inceperat amministrare, invenit curiam episcopalem in Uthin inanem et vacuam; unde pro alimentis et seminariis in primo aggressu expensarum suarum exposuit centum marcas denariorum Lubycensium.

Item eodem anno idem dominus episcopus omnia et singula in curia episcopali dicta Nighenhof[6], tam edificia ipsius curie quam equos, iumenta, semina et alia bona ibi inventa, a magistro Seghebando de Serken, tunc decano dicte ecclesie[e] Lubicensis, pro centum marcis et ultra comparavit; qui premissa omnia et singula affirmavit esse sua.

(Oct. 16.) Item eodem anno, ipso die beati Galli primam missam suam sollempnitate decente episcopum celebravit et occasione huius sollempnitatis ultra duo milia marcarum denariorum Lubicensium consumpsit.

(*f. 84.) Item eodem anno redemit octuaginta marcarum redditus pro *trecentis marcis puri argenti domino Wlf de Kůren militi obligatos.

Item eodem anno redemit quindecim mesarum siliginis redditus pro centum et quinquaginta marcis domine Oden, relicte quondam Iohannis Hildemari civis Lubycensis, obligatos.

Item secundo anno pontificatus sui in dicta curia Nighehof edificia ornata edificare inceperat; que tercio anno pontificatus sui consummavit; quibus impendit trecentas marcas et ultra Lubicensium den.

a) *sic c.* b) *alia manu pergitur c.* c) *deest c.* d) *in marg. add. c.* e) nostre *add. sed del. c.*

1) De hac v. Detmer, Chron. Lub. a. 1299 (ed. Grautoff I, p. 174; cf. p. 408). 2) Post episcopus, cuius acta sequuntur. 3) Inde ab a. 1312; v. Leverkus p. 458 n.; antea decanus, v. paulo supra. 4) Lib. memor. l. l. p. 136 n.: 3. *Idus Martii. Obiit Borchardus episcopus, sepultus in capella prope armarium.* 5) Romae, ut videtur; cf. Wolter, Chron. Brem., Meibom SS. II, p. 64. 6) Eadem quae supra p. 491, l. 2. 'nova mansio' dicitur.

3. Item dicto anno tercio prefatus dominus episcopus ad instantiam prefati archiepiscopi Bremensis ad curiam Romanam personaliter citabatur[1], et ibidem accedens in ius vocatus fuerat, disceptando et litigando cum eodem archiepiscopo in eadem curia per septennium seu tanto tempore, donec omnia que per eundem episcopum attemptata fuerant in officio pontificali tam in spiritualibus quam[a] in temporalibus per summum pontificem ratificarentur et approbarentur et optatum finem seu felicem dicte litis optineret. Summa expensarum in dicta lite et extra factarum extendit se ad septem milia florenorum.

4. Item eodem anno tercio, dicto domino episcopo in prefata curia Romana existente, ut premittitur, dominus Gherardus comes Holtzacie instinctu dyaboli et persuacione sinistra cum nonnullis in hac parte suis complicibus manu armata et violenta, exercitu ad hoc congregato, dictam dyocesim Lubicensem et curiam seu opidum in Uthin et alia bona ad mensam episcopalem pertinencia invasit, colonos ipsius captivando et exactionando, eorum bona ac omnes et singulos redditus et proventus eiusdem ecclesie asportando seu spoliando. Quod cum ad noticiam eiusdem episcopi esset deductum, super huiusmodi violencia et iniuria ex certa sciencia summi pontificis certos iudices extra curiam impetravit[2], coram quibus per[b] procuratores dicti episcopi prefatus comes cum suis complicibus in ius vocatus, longo tempore extitit litigatum; et tandem per censuram ecclesiasticam idem comes compulsus transtulit in dictum dominum episcopum et suos successores iure perpetuo centum marcarum redditus in certis bonis[3] et *iura[4] patronatus in Luttekenborch et Plone ecclesiarum, quocienscumque eas vacare contigerit, et duarum prebendarum alternis vicibus, unius in ecclesia Lubycensi et alterius in ecclesia Hamburgensi, pro emenda et satisfactione violencie et dampnorum per ipsum dicte ecclesie Lubicensi illatorum. Et coactus est dictus[b] comes ad reverenciam ac honorem dicto domino episcopo exhibendos[c], quam cito idem dominus episcopus de dicta curia Romana ad ecclesiam accedat, et cum quadraginta tam militibus quam armigeris ante pedes dicti episcopi se prosternat postulaturus veniam de commissis, et feudum terre sue ab eodem episcopo petat et recipiat, ac homagium et fidelitatem eidem episcopo prestet, quemadmodum progenitores ipsius comitis episcopis Lubicensibus suis predecessoribus exhibere et facere consueverunt; de quibus hinc inde in litteris super hoc confectis plenius continetur[5]. Summa expensarum in dicta lite seu extra per procuratores ipsius episcopi expositarum ad mille et ducentas[d] marcas dictorum denariorum se extendit.

5. Item anno undecimo pontificatus sui, cum finem optatum sui status in dicta curia obtinuisset, ut dictum est, rediit ad dyocesim suam et pro serviciis camere domini pape remisit mille et quadringentos florenos.

6. Item eodem anno reversus ad ecclesiam suam, invenit ibidem Wilhelmum Craach gerentem se pro decano eiusdem ecclesie sue; contra quem propter defectus et crimina[e] sua cum sententia diffinitiva fuisset lata seu[f] privationis omnium beneficiorum suorum et in iudicio producta coram dicto episcopo, ipso Wilhelmo presente et nichil quod obstaret contradicente, eundem a decanatu, canonicatu et prebenda, quos in dicta ecclesia de facto occupaverat, amovit iusticia exigente sentencialiter, et aliis personis providit de eisdem.

7. Item anno episcopatus sui 13, cum dictus episcopus vidisset opus chori ecclesie sue maioris citra sexaginta annos inceptum et omni spe perfectionis seu consummacionis destitutum, confidens de adiutorio *divino, operarios conduxit et dictum opus anno pontificatus sui 18.[g] cum ambone, fenestris, pavimento, sedilibus et aliis necessariis consummavit. Cui operi inpendit ultra duo milia marcarum et quadringentas marcas denariorum Lubycensium, ac in circuitu eiusdem chori novi fundavit unam prebendam[6], quam nunc[7] tenet dominus Meynricus de Lapide, et sex vicarias, quas cum bonis suis propriis dotavit sufficienter.

8. Item eodem anno decimo septimo[g] trecentas et sexaginta marcas denariorum Lubycensium, quas recepit a domino Ditlevo de Wensin milite pro redemptis quibusdam reddi-

a) q. in t. *in marg. suppl. c.* b) *in marg. suppl. c.* c) per eundem comitem quod *add. sed del. c.* d) ducenta marcarum *corr.* ducentas marcas *c.* e) cr. s. *in marg. suppl. c.* f) scilicet? g) *ita c.*

1) Cf. Detmer a. 1321, l. l. p. 321. 2) In charta a. 1324, Leverkus nr. 516, p. 638, mentio fit 'decani ecclesie sancti Blasii in Brunsvich iudicis a sede apostolica delegati'. 3) V. chartam Leverkus nr. 511, p. 629. 4) Ibid. nr. 513, p. 633, d. 1324, Iul. 21. 5) Litteras Gerhardi v. ibid. nr. 514, p. 636, d. 1324, Aug. 9. 6) V. chartam capituli a. 1332, Iun. 5. datam, Leverkus nr. 568, p. 716. 7) Inde ab a. 1333; Leverkus p. 789 n.

tibus in villa Berlin[1] eidem episcopo per comitem Gherardum obligatis, convertit in villam Crumbeke[2] solventem annuatim triginta marcas et octo solidos denariorum Lubycensium; de cuius ville redditibus episcopus Lubycensis, qui pro tempore fuerit, perpetuo iure percipiet ad mensam suam episcopalem viginti trium[a] marcarum redditus et quatuor solidorum, et dominus Hinricus predictus septem marcarum et quatuor solidorum propria pecunia comparatos.

Item eodem anno decimo septimo redemit villam dictam Putekendorpe[3] pro sexaginta marcis Lubycensium denariorum per antecessorem suum quibusdam laycis obligatam.

1337. 9. Post[b] hec in dicta ecclesia sua de novo instauravit duas prebendas, dotans quamlibet cum 40 marcarum denariorum Lubicensium redditibus percipiendis de villis Stove et Gustekowe[4], et sic tres prebendas et 6 vicarias[5] instauravit[6].

a) *post add. c.* b) *alia manu post add. c.*

1) In parrochia Schlamersdorf. 2) Krumbeke in parrochia Alten-Krempe; v. chartam a. 1334. Leverkus nr. 588, p. 745. 3) De hac adnotavit Nic. Sachow: *Hodie non est villa, sed agri eius iacent ad villam Rensevelde* (Rensefeld). 4) *sit. in parrochia Otzkerke* (Dreweskirchen) addit charta dat. a. 1337, Oct. 1, Leverkus nr. 629, p. 799. 5) De quarum fundatione cf. Leverkus p. 719 n. 789 n. In catalogo episcoporum Lubicensium ibid. p. 136. minus recte dicitur: *Hinricus de Bocholte edificavit chorum, tres instituit prebendas et 5 vicarias.* 6) Obiit a. 1340. De quo in libro memoriarum ita refertur: *Obiit d. Hinricus de Bockholte episcopus, qui dedit canonicis, etiam Livonis (?), 3 marcas et vicariis tantum et 10 marcarum redditus ad servitium refectoriale, campanario 1 sol. Sepultus ante summum altare sub solemni tumba et epytaphio elevato fuso de auricalco.*

HISTORIA MONASTERII RASTEDENSIS.

Rastedense ordinis sancti Benedicti monasterium, haud procul ab Oldenburg situm, historia gaudet saec. XIII. exeunte scripta, quae inter rerum Germanicarum fontes praecipuum locum sibi vendicat. Nam non solum res domesticae, sed etiam in vicinia gestae ibi memoriae traduntur, quo fit ut de bello contra Stedingos gesto et de genere comitum Oldenburgensium hic invenias quae alibi frustra quaeruntur. Liber duabus constat partibus: prima de fundatione et fundatoribus, altera de abbatibus et rebus eorum tempore gestis agitur. Quo anno opus inceptum et num eidem auctori totum tribuendum sit, non satis constat. Sunt quae suadere possint, hunc iam in c. 33. nostrae editionis calamum deposuisse; certe non solum alio atramento et fortasse alia manu in codice unico qui exstat continuatio adiecta est, sed etiam paulo diversam narrandi rationem et diversum animum hic deprehendere mihi videor. Auctor c. 35. ad antiquiora tempora redit, hostili animo comites Oldenburgenses insequitur, quod antea nusquam factum videmus. Cap. 32. et 33. vero de Ottone abbate agitur, qui ipse ex domo comitum illorum oriundus erat. Sed haec ipsa posterioris temporis auctorem aperte indicant. Nam c. 33. fine de duobus militibus in bello tunc gesto claris dicitur: qui ambo tam strennue egerunt, quod adhuc fama eorum ab istis terminis non recessit, *et c. 32. de compluribus Ottonis successoribus sermo est*[1]. *Cap. 39. vero de abbatibus Heinrico et Arnoldo annis ut videtur 1295. et 1299. electis post additum esse, ipse codex docet; et quae c. 38. de fundatorum reliquiis ab abbate Gotscalco translatis narrantur vix eidem tribuas qui c. 7 sqq. eorum sepulturas retulit*[2]. *Hic nonnisi de monasterii fundatoribus se scripturum esse profitetur (c. 1) et verbis (c. 9)* 'qui sine fine vivit et regnat in secula seculorum, amen' *huic rei finem dedisse videtur. Quod Ottonis abbatis tempore factum esse, fortasse inde coniicias, quod ipsius charta iisdem plane verbis de fundatorum illorum anniversariis agit*[3]. *Hunc librum sive idem sive eiusdem aetatis auctor continuandum suscepit, sed, fontibus fortasse destitutus, nonnisi pauca verba addidit, maiori spatio vacuo relicto. Simili modo qui abbatum gesta membranis intulit saepius additamentis post inscribendis locum dedit. Fortasse ad opus ita dispositum idem compluries rediit, fortasse aliis id continuandum reliquit. Certe non ante Ottonis tempora inceptum, ultimis vero saeculi XIII. vel primis saeculi XIV. annis est absolutum.*

Auctor, quisquis fuit, nonnulla ex incerta traditione hausit, ea praesertim quae de Hunone fundatore et de bonis in Westfalia acquisitis traduntur (c. 6)[4].

1) Cf. Krause, 'Forschungen z. D. G.' XVIII, p. 370. 2) Cf. ibidem p. 372. 3) V. notam c. 9. 4) Haec ex vetustiore libro hausta esse, sine causa Lappenberg statuit, 'Arch.' VI, p. 756.

Postea non raro temporum rationes male observavit, nullis annorum tabulis adiutus; neque quot annis abbates priores sederint compertum habuit. Sed de altaribus saec. XI. dedicatis accurate retulit (c. 13) ex notis procul dubio vetustis in monasterio servatis, quales alibi quoque scriptas reperimus. Eandem originem quae de donis ab abbate Siwerdo factis traduntur (c. 15) produnt. Praeterea privilegia monasterio a papis aliisque data necnon chartas nonnullas abbatum ad manus habuit, talesque duas libro suo inseruit (c. 11. 12. 17. 24. 28. 34); neque tamen in his adhibendis errores vitavit, quippe qui Adalberonis archiepiscopi Bremensis chartam Adalberto tribuerit eamque ita interpretatus sit, ut etiam hoc loco temporum ordo turbaretur. Etiam quae de initio belli cum Stedingis gesti relata sunt (c. 18) non suo loco leguntur, sed ipsa narratio aliis testimoniis confirmatur, et tota belli historia accurata rerum cognitione valde se commendat[1]*, ita ut narrationem belli rebus gestis supparem, sed temporum notis destitutam, cuius partes inter abbates distribuerit, eum secutum esse verisimile sit. Quae comitum Oldenburgensium genealogiam illustrant plerumque cum chartarum indicationibus bene conveniunt; semel tantum (c. 27) dubitationi ansam praebent. Ad Adamum Bremensem redeunt quae c. 12. de Adalberti visione traduntur, neque tamen illius verba repetita sunt, et quaedam addita ab ipsius libro aliena. Alios rerum scriptores nullos adhibitos reperi.*

Sermone plano et simplici, sed minus eleganti utitur auctor; raro tantum contra grammaticae regulas peccat[2]*; sed nonnumquam orationis filum abruptum vides*[3]*, quod num ipsi auctori an librario tribuendum sit, dubium videtur.*

Sunt enim quae codicem unicum qui exstat, si non autographon, certe auctori supparem esse suadeant.

Liber hic in archivo magni ducatus ***Oldenburgensis*** *asservatus et ab ipsius praefecto V. Cl. Römer benevole Berolinum transmissus, iam ante multos annos a b. m. I. M. Lappenberg in usus nostros exscriptus, nunc iterum summa diligentia est examinatus.*

Tribus constat partibus. Prima, quae foliis 18 (p. 1—36) expletur, saec. XII. ex. vel XIII. inc. scripta, continetur 'Liber vitae'[4]*. Altera folia complectitur 23 (p. 37—82) saec. XIII. ex. exarata, tertia folia 10 (p. 83—102), quibus manus s. XIV. chartas intulit usque ad a. 1361, altera duas annorum 1379. et 1386. p. 110—112. post addidit; p. 113—119. vacuae relictae; p. 120—122. priori manu quaedam scripta sunt miracula in favorem monasterii patrata.*

Secunda illa parte tam historia nostra p. 37—70. quam eadem manu exarata p. 75—82. bonorum enumeratio legitur; duo folia (p. 71—74) vacua

1) Cf. Schumacher, 'Die Stedinger' p. 7: '*die einzelnen Thatsachen die berichtet werden verloren durch ihre Versetzung in falsche Zeiten nichts von ihrem eigenthümlichen Werth und ihrer innern Glaubwürdigkeit*'.

2) *famulari* tanquam passivo utitur c. 9; *substernavit* c. 37; *Conventus . . . non valens* c. 38. pro ablativo absoluto. Alia quae Lappenberg affert, 'Arch.' VI, p. 756, leviora sunt et apud plerosque eius aetatis scriptores obvia.

3) c. 7. c. 11 init. c. 37. Etiam c. 14. quaedam deesse videntur, sed loco aliunde, ut videtur, sumto.

4) In singulis paginis binae exstant columnae, rubris litteris inscriptae: *Archiepiscopi Bremenses. Abbates huius aecclesiae. Hic scribuntur fratres nostre congregationis. Conversi nostri. Sorores nostre. Hic scribuntur fundatores huius aecclesiae et eorum succedens cognatio* (v. infra). *Fratres de Rossevelde. Fratres Sancti Pauli in Brema. Sanctae Marie in Staden. Hic scribuntur canonici Sancti Petri in Brema. Sancti Stephani in Brema. De Bucken. De Chivena* (Zeven). *De Bersen* (Bersen ad Wiseram). *De Hammenburch. De Rameslo. De Wildeshusen. De Winnestorpe* (Wunstorp). *Sancti Godehardi in Hildenesheim. Sancti Michaelis in Hildenesheim. De Hilseneburch. De Huisburch. Sancte Marie Sanctique Egidii in Bruneswich. De Lutere. Luneburch. Ullesem* (Ültzen). *De Zehinna* (Schinna). *Quorum elemosinas suscipimus.* Pleraeque vero vacuae sunt relictae; aliae p. 30. p. 35. inscriptione carent, sed nomina praebent iam saec. XII, ut videtur, scripta (e. gr. *Husman, Vadercke; — Wicburgis, Hymme*).

Chronicon Johannis de Thilrode.

Cod. Gand. No 439

fol. 133.

Philippus comes flandrie et viromandie duxit mathildem filiam regis portigalie qua sine herede defuncto predictus balduinus comes hainonie ei successit qui genuit ex marghareta duos filios balduynum et henricum et filiam mariam nomine que nupsit philippo regi francorum.

elizab · et philippum

fol. 141.

sancti martini hyemalis coronata est uxor regis alberti tunc soror dilectissimi ducis de karenta coronacio hec facta est apud nurenberg he erant ibi omnes regis electores et simul congregati quod ante paucum visum est. nuncii et milites fide digni domini vidonis comitis flandrie ad regem missi anno frater Jo. de thilrode huius libri compositori retulerunt quod ibi fuerunt congregati circiter sexaginta centum milites et ad prandium serviebat rex boemie de cipho corona in capite sua sceptrum in manu ornatu regali et ita aliis de aliis officialibus sicuti decebat

Hist. monasterii Rastedensis.

Cod. arch. Oldenb.

fol. 42.

Anno autem ab incarnatione domini MCXVIII mortuis gloriosis comitibus fundatoribus huius monasterii ante scriptis.

Comes Egilmarus ut dicitur filius sororis comitis hunonis curam bonorum monasterii ut in commissa habuit et in privilegiis continetur suscepit et bene profuit multis annis. hic magnas elemosinas huic monasterio contulit. scilicet fenestras chori VIII calices. item pixidem ex ebore. et alia diversa ornamenta. uxor sua ypolica nomine diversa pallia altarium beate virgini contulit. Notandum quod hic comes cum uxore sua predicta in ecclesia beati viti vadelo ad aquilonem sunt sepulti. ubi tunc nigri monachi habitabant. et mansio militum et comitum et potentium fuit

fol. 62.

Hiis omnibus gestis conradi abbatis temporibus. idem abbas. cum de bonis ecclesie non multum bene disponeret duo monachi contra eum de conventu viri litterati. curiam romanam visitarunt. Quos dum abbas reversos et bene egisse intelligeret. monachus unum eorum predicatorem efficit. alter vero mortuus est.

Hic etiam conradus abbas fecit fieri plenarium nostrum de argento cum gemmis inauratis. quod adhuc habemus. Idem fecit cornu cristallinum abbatie de lapidibus quos in mitra predecessor suus adiecit(?) fieri fecit parari

sunt. Ipsa historia vero, ut supra dictum est, ita disposita, ut etiam post fundationis narrationem (p. 42) maius spatium libro continuando relictum sit. Quo auctor saec. XIV. ita usus est, ut de comitibus Oldenburgensibus quaedam adnotaret; sed duobus foliis (quae in medio quaternione posita erant) evulsis, horum finis iam desideratur; p. 45. vero manus posterior, eadem ut videtur quae tertiam libri partem exaravit, privilegium Calixti papae scribere coepit[1] *eique in schedula adiecta, quae nunc p. 43. et 44. inscribitur, finem dedit*[2]. *Alii aliis locis vacuis relictis notas varias intulerunt, quae ad medium saec. XIV. usque pertingunt; haec, quamvis haud certo certius uni eidemque scriptori tribui possint, numero 2 indicavi, 3 vero quae etiam posteriore tempore in marginibus adiecta sunt, manu, ut videtur, illa cui tertia codicis pars debetur. In fine scripturam compluries mutatam esse, iam supra monui. Neque codex hac parte ea diligentia exarata, litteris initialibus rubro vel aliis coloribus pictis ornata est, quibus prima folia excellunt. Ubique non solum scribendi rationem saec. XIII. usitatam (s pro c in vocabulis* consilium, assendere, assensio, sereus = cereus, singulum — cingulum *et alia eiusmodi) deprehendimus, sed etiam apertos calami errores (c.* 8. reliogiose, *c.* 4. ab ortu *pro* ab (h)orto *ut videtur; c.* 27. de Schodis, *quod ita stare nequit; fortasse c.* 3. Ritterstidi). *Quare haec librario ab auctore in calamum data aut priorem saltim partem ex eius schedis descriptam esse, statuamus oportet. Postea sive ipse sive alter saeculi XIII. monachus continuationem adiecit, alii additamentis variis folia impleverunt.*

Liber monasterii ambitum vix egressus est. Nam qui saec. XV. eo usus est Wolterus canonicus Bremensis intra parietes eum evolvisse credendus est. Chronicon enim Rastedense usque ad a. 1463. *a Meibomio editum (Rer. Germ. t. II, p.* 89 *sqq.), quod historiam nostram integram fere recepit, illi esse tribuendum, Lappenberg probavit*[3], *et praeterea in eiusdem chronico Bremensi historiae vestigia reperiri, recte monuit*[4]. *Ex Woltero vero Schiphower hausit, qui saec. XVI. inc. chronicon archicomitum Oldenburgensium condidit; cuius nomen quamvis in codicis tegumento legatur*[5], *hunc tamen neque possedisse neque exscripsisse videtur.*

Monasterio sublato codex, privilegiis et chartis collectis conspicuus, in archivum publicum Oldenburgense transiit, ubi a nonnullis viris doctis visus est et descriptus[6]; *initium publici iuris fecit Ricklefs a.* 1821[7], *integram historiam, sed minus recte 'de fundatione monasterii' inscriptam, Lappenberg*[8], *chartis nonnullis ex eodem codice sumtis et annotationibus adiectis, quas retinendas et quantum potui augendas duxi. In capitibus distinguendis plerumque codicem secutus sum.*

In appendice addidi I) nomina fundatorum et posterorum, i. e. comitum Oldenburgensium, in prima codicis parte p. 9 (fol. 3) diversis manibus

1) Locus de advocato *Advocatum – vicarium* erasus, sed post eadem manu suppletus est; neque ante rasuram aliud quidquam scriptum erat. 2) Eadem manus etiam primae parti pag. 34. vacuae relictae chartam Adalberti archiepiscopi a. 1059. intulit. 3) 'Arch.' VI, p. 756. — De chronici Rastedensis codice v. Merzdorff, 'Biblioth. Unterhaltungen' p. XXVII. 4) Nam de alio libro qui de Hunone easdem res tradiderit nullo modo cogitandum esse, iam supra monui. Wolterus vero in chron. Bremensi complura addidit, ut historiam pugnae cum leone habitae verisimiliorem redderet. 5) 'Schiffbowers', quo fortasse librum ipsi tribuere quisquam voluit. Similem Ricklefsii errorem Lappenberg, 'Arch.' VI, p. 758, castigavit. 6) V. Lappenberg l. l. p. 758. 7) 'Arch.' III, p. 300, ubi errore typographico *Chronicon Basledense* legitur. 8) Ehrentraut, 'Friesisches Archiv' II, p. 246 sqq. Potthast p. 227. de hac editione nihil compertum habuit, neque quae Lappenberg, 'Arch.' VI, exposuit intellexisse videtur. Eum sequitur Lorenz GQ. II, p. 143. n.

exarata; II) miraculorum in monasterio Rastedensi factorum narrationem saec. XIV. in fine codicis scriptam, quae praesertim de malis ab advocatis irrogatis agit. *G. W.*

p. 37. 1. Humanum genus brevibus diebus instabile computatum per mortem cito tollitur, et ideo actus eius a nostra sepe recedunt memoria, si non scripturarum serie perhenniter commendentur. Hinc est, quod de magne nobilitatis viro Hunone ac de coniuge eius Willa necnon de ipsorum filio Frederico, comitibus Rustringie, scribere disposui, qui soli in manu potenti et brachio excelso, iure tamen hereditario, huius terminos, videlicet Rustringie, Stedincgie, Ambrie[1], partem eciam Saxonie et Westfalie et prope Wmnam[2] terre[a] posséderunt[3]. Nondum enim castrum in Oldenborg constructum fuerat, nondum aliqua basilica preterquam in Wivelstede[4] fuit in partibus Ambrie solidata, ad quam omnes prope Hatthen[5] iacentes ville pertinebant.

2. Anno igitur dominice incarnationis millesimo quinquagesimo[b] nono, indictione 12, tertio Ydus Septembris, gloriosus Huno comes, ut cultum divini nominis amplius aucmentaret, non immemor illius prophetici: *Quam magna domus Domini,* nichilominus ipsius psalmiste: *Domum tuam, Domine, decet sanctitudo,* quia in ea 'omnis qui petit accipit', archiepiscopum Hamamburgensem Adalbertum nomine devotis precibus peciit, ut sibi in honorem beati Odelrici liceret in loco qui Rastede dicitur unam basilicam fabricare. Qui Adalbertus omnium septentrionalium nationum archiepiscopus extitit, videlicet Norwegie, Swecie et Dacie, ac Romane sedis legatus. Hic adeo domino apostolico et inperatori familiaris fuerat, ut de archiepischopatu suo patriarchatum cum dyocesi Verdensi facere conaretur.

(Bar. 3, 24. — Ps. 92, 5. — Matth. 7, 8.)

p. 38. 3. Votis autem Hunonis comitis cum idem archiepiscopus annuisset, ipsam fundavit ecclesiam[6]; cui ecclesie has villas attribuit, scilicet Netene[7], Hane, Bigendebiki[c], Limuda[d], Rethehorna, Berghorna, Lay, Eschmanneharst[8], Haddighusen[9], Mirhusen[10], Rittirstidi[11], ea[12] condicione ut, salvo honore et debito iure matris ecclesie in Wivelunstidi, ad prefatam Rittirstedensem ecclesiam he ville pertineant et absque omni contradictione subiaceant, ita tamen, si advocatus ipsius ecclesie eidem archiepiscopo et suis successoribus obedientiam exhibuerit nec doctorem iustitie prevaricatione contristaverit. Fundata vero hac ecclesia edificiis pulchris, comes Huno specialiter sibi et uxori sue capellulam sub choro precepit construi, in qua semotis negociis secularibus Deo preces funderent et fidei devotionem, quam in spiritu gestabant, frequenter et in opere illuc cum vera innocentia conportarent. Statuit ita de consensu archiepiscopi memorati in hac ecclesia conventum monialium, bona eis necessaria tribuens, prout facultas omnium suppetebat. Conpletis autem omnibus que ad hanc structuram necessaria videbantur, isdem comes in Domino gloriosus procuravit supradictam ecclesiam a venerabili patre archiepiscopo memorato devotissime consecrari.

4. Postquam vero comes Huno cum uxore sua et filio devote vixisset multis annis, contigit, ut Romanorum imperator[13] cum omnibus principibus, comitibus et baronibus Teutonie generale celebrare consilium decrevisset. Ad quos omnes cum mandatum imperatorium illuc veniendi pertransisset, comes Huno, quia Deo magis quam imperatori militaverat, prepeditus orationibus et aliis bonis operibus, huic consilio imperatorio nullo modo potuit interesse. *p. 39. *Verum cum in die conparitionis requireretur, absentia coram rege a quibusdam detractoribus, Hunonis comitis bonis operibus invidentibus, regalibus auribus eius rebellio promulgatur. Porro imperator susurronum[e] detractionibus in furorem atrociter

a) terminos *corr.* terre *c.* b) quinquasimo *manu rec. corr.* quinquagesimo *c.* c) *manu s. XVI, XVII. superscr.:* Wanbeck *c.* d) *eadem manu superscr.:* Lembecke (?) *c.* e) *corr.* susorron. *c.*

1) Ammeri pagus, Ammerland. 2) Wumme. 3) Haec ex charta Calixti II. papae, Lappenberg, 'Hamb. UB.' nr. 138, p. 127, sumta esse videntur; v. Krause, 'Forsch.' XVIII, p. 374. 4) Wiefelstede. 5) Hatten. 6) V. chartam Adalberti, Lappenberg l. l. nr. 81, p. 81. 7) Nethen, Hahn, Beckhausen (Bekehusen in charta Adalberti), Lehmden, Rehorn, Barchhorn, Loy. 8) De cuius situ non constat. 9) Hanninchusen in charta Adalberti, nunc Hankehausen. 10) Merehusen ibidem, nunc Moorhausen. 11) Rastede ibidem; quod ab auctore non tam falso lectum quam mutatum putarim. 'Raderstadensis ecclesia' dicitur in charta Gerhardi archiepiscopi a. 1218, Lappenberg nr. 414, p. 362. 12) *ea — contristaverit* verba sunt chartae. 13) *qui tunc de prosapia ducum Brunsvicensium de natione ducum Saxoniae traxit originem, in opido resideret Goslariae prope Hartonem* addit Wolterus, et ita etiam in Chron. Brem. p. 37. 40. narrat.

excitatus, sepedictum Hunonem comitem edictis citatoriis iterato citaverat, addens, ut secum unum fortem pugilem transduceret, qui contra suum pugilem more Frisonum dimicaret. Erat enim pugil regis leo magnus et fortis[1], cui pauca dabantur victus stipendia pro eo ut is vivus ab[a] ortu non exiret qui dignus esset morte huiusmodi puniendus.

5. Ad comitem Hunonem cum tale edictum imperatorium pervenisset, arrepto cum filio suo et magno comitatu itinere[b], gaudenter se ad imperatorem transtulit, de divina misericordia non diffidens, quin bene Deus iustum probando temptaret et post temptationem remuneraret in presenti seculo vel futuro. Imperator, viso Hunone comite glorioso, precepit filio suo contra leonem dimicare; et hoc in penam illius, quia, cum omnes principes Teutonie ad suum citati consilium venissent, ipse solus pre omnibus se absentare specialiter presumpsisset. Quo audito, dolore nimio consternatus, primo consilium et gratiam quesivit a Domino, orans, ut, quemadmodum Deus Habraham in ymmolatione filii sui probasset et probato pepercisset, ita et ipse filio suo pro sua misericordia dignaretur parcere et eum de morsu leonis misericorditer liberare.

6. Vovit igitur cum filio suo devote Domino monasterium in honorem beate virginis construere, si tantum filius suus pugnaturus cum tam crudeli bestia triumpharet. Inter hec vota comes Fredericus leonem aggredi *precipitur, qui a patre, ut se defendat viriliter, confortatur. Dum autem leonem aggreditur, hoc attendit, quod subtilitas et consilium sapientis fortitudinem virium frangit: manipulo, quem secum ad similitudinem hominis armati acceperat, leonem terruit; quem, ut bestia non utens discretione, hominem armatum putaverat, et sic tam subtilitate quam etiam ferro prosternitur, ac adolescens sine aliqua lesione de campo, ubi triumphaverat, revertitur incolumis atque sanus. Imperator autem eum a duello revertentem utrisque brachiis apprehendit, cingulo militari succinxit, annulum tradidit, dans ei dona pro triumpho, videlicet bona sita iuxta civitatem Zosaciensem ad imperium pertinentia, curias scilicet Huninchove[2], Betinchusen, Lesvrinchusen[c], Gedincdorp, Smerlake, Mardige[3], Yserlo, Aperne, Winsteren, Windinchusen, Brochusen[4], Harinckatorp, Berder, Aschenbergen, Benkenhusen[d], cum ecclesiis et[e] cum omnibus ministerialibus et vasallis et cum omni proprietate, prout ad ipsum liberaliter pertinuerant, ulterius dando seu distribuendo, ut ea possideat in perpetuum pleno iure. Contulit etiam ei comitiam suam, quam antea ab imperio habuerat in pheodum, postea in perpetuum liberam et de omni iure inpheodationis imperii ipsam excluserat et exemit[5].

*p. 40.

7. O quam letum iter gloriosi nobiles in reditu duxerunt! quia triumphum meruerunt, honorem a pluribus perceperunt; monasterium, prout voverant, beate virgini construere incipientes, ubi collegium clericorum secularium constituerunt, cui predia et possessiones de suo dominio in parte largientes; quod nondum ad status perfectionem perduxerunt. *Nam inclitus Huno viam universe carnis ingreditur, qui cum Christo regnare creditur iuxta illud psalmiste: *Cum dederit dilectis suis sompnum, hec est hereditas Domini;* et in dextero brachio monasterii prope altare precursoris Domini, dignis celebratis exequiis, sepelitur[f, 6].

*p. 41. Ps 126, 23

8. Comitissa autem Willa, mortuo marito suo inclito comite memorato, religioni se tradidit in ecclesia beati Odelrici, vivens multum religiose[g] sub obedientia regule cum monialibus, et post paucos dies moritur; sicque sepulta in ecclesia canonicorum aput maritum suum in Domino requiescit.

9. Fredericus autem comes, qui unicus heres et superstes istius erat dominii, cum sine uxore viveret, suasum est ei ab amicis, ut coniugem nobilem duceret, quatenus tantum dominium non deficeret sine herede et eo mortuo non succumberet manibus alienis. Hic

a) a horto *com. L.* b) itenere *c.* c) Leffrinchusin *charta Calixti*, Lefarinckhusen *Wolt.* d) Bn̄kn̄hn̄ *c.* e) *eadem manu in marg. add. c.* f) sepilitur *c.* g) reliogiose *c.*

1) Quae Langebek in editione chronici Wolteriani, quod suae collectioni inseruit, SS. R. Dan. III, p. 165, annotavit, repetere liceat: 'Fabulam hanc . . . Mollmannus noster in programm. iubileo a. 1749. edito ingeniose explicat, nempe Fridericum contra imperatoris fortem pugilem dimicasse cum lancea, quam veteres Germani 'glefen' sive 'lewen' . . . appellarunt' (!). 2) De hoc loco cf. Wilmans 'Westf. Urk.' I, p. 404. Ceteras villas recenset charta Calixti papae l. l. tamquam in Westfalia sitas, quam confirmarunt Hadrianus IV. et Clemens III. Cum hac villarum nomina conveniunt. De quibus cf. Wilmans, 'Z. f. W. Gesch.' XXV, p. 241 sqq. 390; qui has indicavit: Bettinghausen, Leifringhausen, Hentrup, Schmerlecke, Iserlohn, Wedinghausen, Ascheberg. 3) De Mardey cogitavit Lappenberg. 4) Brockhausen Lappenb. 5) Haec ficta esse, recte monuit Krause l. l. p. 374. 6) De tempore non constat.

tamen ad amorem coniugis induci non poterat, quia Dei plus quam alicuius mulieris amoribus estuabat. Sed cum ad ducendam coniugem induci non poterat, de spe anime salubriter cogitans, ymaginem beate virginis sibi apportari fecerat, filium eiusdem virginis sibi fecit heredem, tribuens ei omnia que ad comitiam suam pertinuerant, commendans sue possessioni perpetuo eo iure, quo ipse tamquam verus heres a progenitoribus et ab imperatore receperat, liberaliter cum universis redditibus ad ipsam comitiam spectantibus, cum ministerialibus et vasallis, hominibus etiam liberis et litonibus, et cum omnibus bonis, lignis, pratis, pascuis, iuribus, iurisditionibus; mutavitque canonicos in monachos ordinis sancti Benedicti, ut Deo devocius in hoc famularetur monasterio; qui plenus dierum moritur *et [*p. 42] aput patrem suum gloriosum comitem Hunonem feliciter est sepultus. Creduntur enim isti nobiles regni celestis meruisse introitum, quia non paucis infirmis veniam ab eis sperantibus sanitatem de suis languoribus prestiterunt. Horum nobilium fundatorum nostrorum anniversarius singulis annis sigillatim vel divisim peragitur. Anniversarius[1] videlicet comitis Hunonis [Nov. 2.] in crastino omnium sanctorum cum sollempni vigilia et missis, omnibus fratribus celebrantibus, et cum stipa pauperum peragetur. Anniversarius autem Wille comitisse in octava omnium sanctorum [Nov. 8.], et anniversarius Frederici ipso die Scolastice virginis [Febr. 10] ab omnibus devotissime celebretur[1]. Cum hoc quoque communes orationes omnium fratrum omni merentur tempore, quia se et omnia sua non in parte, sed in toto, in hoc monasterio Christo devotis cordibus obtulerunt. Quam gratiam eis concessit qui sine fine vivit et regnat in secula seculorum, amen.

10. Anno autem ab incarnatione Domini M . . . ., mortuis gloriosis comitibus fundatoribus huius monasterii antescriptis . . . . . *

[p. 46] 11. De abbatibus huius monasterii gradatim volens procedere, quomodo quisquis eorum rexerit vel proficuus fuerit declarando[a].

Abbas itaque Thetmarus, qui primus fuisse dinoscitur, vir sanctus et devotus, prefuit huic monasterio multis annis in sanctitate, tam in spiritualibus quam etiam in temporalibus multum providus et honestus. Cuius temporibus monachus quidam, vir prudens, ornatus multis virtutibus, Swederus nomine, peregrinacionem ad loca sancta faciens, sub anno Domini 1121, sexta feria post ascensionem[b] Domini revertitur [Mai 30.]; qui reliquias sociorum beati Nichasii Remorum pontificis, videlicet unum corpus integrum, cum magna reverentia de ecclesia eiusdem pontificis apportavit. Que reliquie aput nos adhuc remanent et mortem comitum de Oldenborcg ac fratrum nostrorum per pulsum in brevi ante prenuntiant, cum aliquis eorum est postea moriturus. Tulit eciam: De cingulo sancti Nichasii eiusdem pontificis. Dentem beate Eutropie virginis et martyris, sororis beati Nichasii. De velo ipsius. Os beati Benedicti abbatis. De brachio ipsius patris nostri. Os sancte Scolastice virginis, sororis ipsius. De capite sancti Iocundi martyris, qui fuit unus ex sociis suis. Reliquias sanctorum martirum Crispini et Crispiniani. Os sancti Ypoliti martiris. De iunctura sancti Crispini. De baculo sancti Odelrici Augustensis episcopi. Reliquias Vincencii martiris; Remacli episcopi; Huberti episcopi; Hereberti Coloniensis archiepiscopi. Reliquias sancte Rose virginis, que fuit una de 11 milibus virginum. Reliquias sancte Odilie virginis. De stola sancti Remigii Remensis episcopi. De mapula ipsius. De pallio in quo involutum fuit corpus eius. De pallio super quo ipse missam celebravit. [p. 47.] De brachio sancti Sinnicii archiepiscopi et Remorum apostoli.

Anno Domini 1124[2], mortuo Thetmaro abbate, idem Swederus in abbatem eligitur; qui similiter bene prefuit multis annis. Hic Swederus curiam Romanam adiens, a sanctissimo

*) 2 *add.:* Comes Egilmarus, ut dicitur, filius sororis comitis Hunonis, curam bonorum monasterii, ut in commisso habuit et in privilegiis continetur[3], suscepit, et bene prefuit multis annis. Hic magnas elemosinas huic monasterio contulit, scilicet fenestras chori, 7 calices, item pixidem ex ebore et alia diversa ornamenta. Uxor sua Eylica[4] nomine diversa pallia altarium beate virgini etiam optulit. Notandum, quod hic comes cum uxore sua predicta in ecclesia beati Viti Yadelo[5] ad aquilonem sunt sepulti, ubi tunc nigri monachi[6] habitabant et mansio militum et comitum et potentum Fri[c] . . . .
. . . .

a) *vocabulum deesse videtur.* b) assensionem c. c) *duo folia deesse videntur.*

1) Eadem tradit charta Ottonis abbatis Rastedensis a. 1276. data, Seibertz, W. UB. nr. 371, I, p. 457. 2) Annus ex charta Calixti sumtus videtur; de Thetmari obitu nihil constat. 3) Charta Calixti l. l. p. 129: *Egilmarum comitem, cuius patrem comes Huno sibi providerat in advocatia succedere.* 4) De qua cf. Alb. Stad., SS. XVI, p. 319; sed Egilmaro iuniori nupsit; v. Wilmans l. l. p. 403; Krause l. l. p. 373. 5) Ieddeloh? 6, i. e. ordinis S. Benedicti.

patre Romane sedis apostolico Calixto secundo privilegium confirmationis bonorum huius monasterii simulque monachice professionis ordinis sancti Benedicti, quod adhuc aput nos remanet, impetravit[1]. Ultimis fere istius abbatis temporibus, peccatis exigentibus, monasterio hoc fulgure combusto et aliis edificiis, plaga non minor hiis omnibus imminebat. Nam quidam nobiles, Theodericus et Milo, filius suus, de Almesleve[2], quorum castrum prope Magedeborg situm est, quod nunc cum suo dominio ad marchiones de Brandeborgh esse noscitur devolutum, venientes, bona monasterii impetiverunt, dicentes, ratione iuris hereditarii, comitum videlicet fundatorum nostrorum Hunonis et Frederici, quorum ipsi veri heredes existerent, debere dominium possidere. Ob quod idem abbas in tantum doloribus est conpunctus, ut hic, accepto tantum uno pane de pistrino, portam ad orientem positam exivit, nec umquam postea rediens, vitam in peregrinatione finivit. Venerabilis igitur in Christo pater noster et dominus, dominus Adalbertus[3] Hamamburgensis et omnium septemtrionalium nationum archiepiscopus, nolens hoc monasterium huiusmodi iniusta impetitione simul et de recessu abbatis perire, convocatis quibusdam suis suffraganeis, nobilibus eciam et prelatis, cum dictis Teoderico et Milen de Alvesleve[a, 4] de eorum impetitione taliter diffinivit: videlicet ut in bonis, que pii fundatores Huno et Fredericus huic monasterio sano corpore legaverunt, et a sede apostolica iam confirmatis, nichil sibi possent iuris aliquatenus vendicare. *Prefecit igitur huic monasterio et conventui abbatem nomine Symonem, virum utique religiosum et devotum, cui secundam sedem post se in ecclesia Hamamburgensi concessit, et magnis eum dignitatibus secundum privilegia confirmationis huius monasterii decoravit. *p. 48 1135

12. Hic enim ille erat Adalbertus, cui de suis antecessoribus istud miraculum per visionem noctis dicitur contigisse[5]. Quocienscumque de suis antecessoribus tractatum habuit, ipsos fuisse ignobiles de humilibus ortos natalibus, qui nec possent in comparatione sibi[b] aliqualiter similari. Requiescens itaque in stratu suo quadam nocte, pulsum campanarum per visionem in sua audivit ecclesia, surrexitque, ut ipse divino obsequio pariter interesset. Qui veniens vidit omnes antecessores suos, quindecim[6] videlicet presules, quos diu scivit mortuos, missarum sollempnia celebrare. Accessit autem, ut eis libaret sacrificium; venientes iidem presules eum amoverunt, dicentes, ipsum communicare humilibus presulibus non debere. Cumque eum pastoralibus virgis per verbera fortiter amovissent, evigilavit, et tantis doloribus verberum[c] est honustus, quasi si sibi vigilando hec omnia contigissent[7]. Per quam visionem idem archiepiscopus memorias omnium antecessorum suorum, scilicet quindecim episcoporum, in ecclesia sua singulis annis sigillatim peragi constituit, procurans ipsis memoriis pro redditibus curiam in Bramstede, unde omnibus interexistentibus canonicis eorum memoriis deputata consolationis portio ministratur. Hic etiam archiepiscopus sigillo plumbeo continue tamquam apostolicus pro sigillo cereo[d] sua privilegia roboravit[8]. *Tempore quodam, cum idem archiepiscopus, secundum quod sepius sueverat, curiam Romanam adiret, isdem Symon abbas una cum illo perrexit; qui etiam tale privilegium ab apostolico cum eiusdem archiepiscopi auxilio impetravit[9]: *p. 49.

Anacletus episcopus, servus servorum Dei. Dilecto filio S. abbati Rastedensis monasterii salutem et apostolicam benedictionem. Commissi nobis officii ratio postulat, ut fratribus nostris et filiis iusta et honesta poscentibus benignum prebeamus assensum. Tuis igitur, karissime fili Symon abbas, precibus inclinati, et precipue karissimi fratris nostri A. Bremensis ecclesie archiepiscopi rogatu et amore devicti, ex liberalitate sedis apostolice concedimus tam tibi quam ecclesie tue mitram, cyrotecas atque sandalia[e], ut videlicet in consiliis atque in precipuis monasterii tui et Bremensis ecclesie festis inter missam sollempnia tibi ex auctoritate nostra liceat insignia ipsa gestare. Datum Rome aput Sanctum Petrum, 6. Kalendas Marcii. 1130?

a) *ita hoc loco c.* b) *post add. c.* c) *in loco raso c.* d) sereo *c.* e) scand. *corr.* sand. *c.*

1) Editum Lappenberg l. c. 2) Ammenesleve; cf. Ann. Saxo 1040, p. 685. 1120, p. 756. 1126, p. 763. Haec partim ex charta Adelberonis archiepiscopi a. 1135, Lappenberg nr. 150, p. 136, sumta sunt. 3) Ita pro Adalberone; hunc enim et Adalbertum confundit auctor. 4) Auctor chartam male interpretatus est; qua dicitur, comites illos fraudatos esse a suo desiderio et primae largitioni astipulationem et collaudationem dedisse. Quod iam antea factum sit, oportet. Nam Dietricus (Theodericus) iam a. 1120, Milo a. 1126. mortui sunt. 5) Haec ex Adamo III, 68, p. 363, fluxit historiola; cf. praef. p. 496. 6) Quindecim ante Adalbertum fuerunt episcopi Bremenses. 7) De hac re nihil Adamus. — *fustibus onustus* apud Plautum legi, annotavit Lappenberg. 8) Haec fabulam redolere videntur. 9) Iaffé Reg. nr. 5925.

Hic Adalbertus archiepiscopus, postquam a curia Romana est reversus, imperatorem Goslarie adivit, ubi et moritur. Qui mortuus Bremam deportatur et in cripta sub choro in maiori ecclesia est sepultus.

1072 13. Huic successit Ligemarus in epischopatu; cuius concessu Hartwicus Verdensis ecclesie episcopus hoc monasterium consecravit, precatu Frederici comitis gloriosi, sub anno dominice incarnationis 1091, indictione 9[a], 17. Kalendas Septembris, in nomine sancte et individue Trinitatis et in honore sancte Dei genitricis perpetue virginis Marie et sanctorum quorum in ea continentur reliquie, precipue cum ara principali, in qua p. 50. continentur iste reliquie: De sepulcro Domini. De presepio Domini. De mensa Domini. De barba sancti Petri. De lacte sancte Marie virginis. De vestimento eiusdem. De plumis cervicalis eiusdem. Alie reliquie eiusdem. De baculo sancti Petri. De sanguine sancti Iohannis baptiste. Reliquie sanctorum apostolorum Andree, Iacobi, Barnabe, Thome, Philippi et Iacobi, Bartholomei. Reliquie sancti Mauricii martiris. Iohannis et Pauli. De ossibus et de vestimento sancti Georgii. Sanctorum Innocentum, Ypoliti, Laurencii, Augustini, Viti, Modesti. Reliquie sanctorum confessorum Martini, Felicis Metensis episcopi, Remigii. Reliquie sanctarum virginum Cecilie, Marthe, Agate, Barbare, Coloniensium virginum. Altare[b] ad meridiem dedicatum est 17. Kalendas Septembr. ab eodem venerabili Verdensis ecclesie episcopo Hartwico in nomine sancte et individue Trinitatis et in honorem sancti Iohannis babtiste. Reliquie sancti Stephani, sancti Nicasii et sociorum eius in ea simul ara continentur, in quorum honore pariter dedicata est. Altare* ad aquilonem dedicatum est 16. Kalendas Septembr. ab eodem episcopo in nomine sancte et individue Trinitatis et in honore sanctorum confessorum Benedicti et Nicolai, Martini[c]. Continentur autem in eo reliquie eorundem. De sepulcro et de lintheo Domini. De baculo sancti Petri. De vestimento sancte Marie. Reliquie sanctorum apostolorum Pauli, Andree, Iacobi. De virga Moysi et Aaron. Reliquie sanctorum martirum Laurentii, Clementis, Hilarii. Item sanctarum virginum Waltburgis, Petronille, Coloniensium virginum, Margarete, Marie Magdalene. Anno[d] dominice incarnationis 1091, indictione 14, medium *p. 51. altare dedicatum est in *nomine sancte et individue Trinitatis ab eodem Hartwico episcopo 16. Kalendas Septembr. in honore victoriosissime crucis et sancti Dyonisii martiris, cuius reliquie cum ceteris subscriptis in eodem continentur. Reliquie sanctorum martirum Cosme et Damiani. Sancti Albani. De vexillo sancti Mauricii et de ossibus eiusdem sociorumque eius. Reliquie apostolorum Thimothei et Petri. De ligno sancte crucis. Reliquie sancti Iohannis baptiste. Augustini confessoris. Reliquie sanctarum virginum Walburgis, Gertrudis, Coloniensium virginum, Marie Magdalene, Agnetis, Felicitatis et Margarete.**

14. Temporibus istius Symonis abbatis quidam episcopus Upsalensis[e] Siwardus nomine per insolentiam paganorum expulsus, de Ybernia, que est insula Anglie, hic veniens[1] ad locum istum, placuit sibi hic propter loci amenitatem commorari[2]; qui etiam a Hamenburgensis ecclesie archiepiscopo vicariam regendi pontificalia in sua dyocesi impetravit. Hic episcopus ad petitionem quorumdam nobilium in Twischena[3] et Elmedorpe commorantium capellam in Elmedorpe ligneam inter castrum et stagnum positam, quam ipsi nobiles fundaverunt, sub anno Domini millesimo centesimo[f] trecesimo quarto in honorem beati Bartholomei apostoli devotissime consecravit. Isti duo nobiles, dum essent fratres, propter eorum insolentiam expulsi fuisse dicuntur de Frisia; quorum unus, qui morabatur Elmedorpe, fratrem suum morantem in Twischena in loco qui Crucewisg dicitur prope mare[4] interfecit.

15. Postquam autem Symon abbas bene et laudabiliter huic monasterio multis annis *p. 52. prefuisset, mortuus est, et aput antecessores suos est sepultus.*** *Unde conventus eundem Siwardum episcopum, cum esset vir religiosus et devotus, in [abbatem[g]] concorditer ele-

*) 3 *in marg. add.:* Horum altarium dedicatio agitur in crastino nativitatis beate virginis Marie.
**) 3 *in marg. add.:* Dedicatio huius agitur in festo omnium sanctorum.
***) 3 *in inferiore margine add.:* Notandum, quod omnia altaria huius monasterii translata et immutata sunt cum impositione aliarum reliquiarum.

a) *lege:* 14. b) Altare — pariter dedicata est *post deleta videntur.* c) *post add. c.* d) Anno — continentur *post deleta c.* e) Upsalencis *c.* f) *post add. c.* g) *in loco raso alio atramento c.; fortasse* prepositum *scriptum erat.*

1) Wolterus in Chron. Rasted. haec ita deformavit: *per insolentiam paganorum Hiberniae, proprie Irland, expulsus de Suecia ... ista gens irruit in Sueciam in Upsaliensem ecclesiam, ubi postea factus est archiepiscopus, quae fuit ante Hamburgensis et Bremensis ecclesiarum suffraganea.* 2) Nominatur in chartis Adalberonis archiepiscopi a. 1141. et 1142, Lappenb. nr. 163, p. 154. nr. 166, p. 158. 3) Zwischenahn et Elmendorf. 4) 'Zwischenahner Meer'.

gerunt. Quicquid autem idem episcopus cum suis pontificalibus deservierat, contulit huic monasterio cum clenodiis infra scriptis: Casulas videlicet quatuor; sex stolas cum fanonibus — ex his due stole erant deargentate — cum subcingulo. Mapulas duas ad subdyaconos, unam magnam et aliam parvam. Sex albas cum cingulis[a]. Argenteum calicem cum fistola argentea. Mitras duas et cyrotecas quatuor. Tres dalmaticas et duo subtilia. Cappas 4. Pallia duo et manuterium de serico. Quinque cruces; ex hiis due eburnee et due argentee et una de cupro. Marmoreos lapides duos[b] et unum de argento. Candelabra duo cuprea et duo de cristallo et cupra. Tria manuteria ad altaria; et octo corporalia cum fotris. Contulit etiam libros: Duos ordines episcopales. Missalem et matutinalem in uno volumine, et 1 graduale. Collectarium unum. Excerpta canonum. Quatuor euvangelistas per se. Herbarium, lapidarium in uno volumine. Gemmam anime. Elucidarium. Penitentialem. Baptisterium. Chronica[c]. Ysydorum de summo bono. Regulam sancti Benedicti et martirologium[d] in uno volumine. Item ordinem de divinis officiis et penitentialem et visiologum[1] in uno volumine. Vitam sancte Marie Egiptiace. Aratorem. Iuvencum, Sedulium et Prosperum in uno volumine. Medicinales sex. Librum de conflictu vitiorum atque virtutum. Platonem. Item Prosperum et regulas de versibus et Theodolum. Cathonem et ymnarium Prudencii in uno volumine. Prudentium, Oratium et Boetium. Item librum de significatione vestimentorum ecclesiasticorum.

15. Huius episcopi et [abbatis[e]] temporibus oritur discordia inter terras Rustringorum et Astringorum. Unde Rustringi, fortitudini virium suarum confidentes, totam terram Astringorum rapinis et incendiis vastaverunt. Astringi vero, visa fortitudine adversariorum, ad stagnum quod Schuckeldemiri[2] dicitur, gelu et glacie tunc temporis solidatum, confugerant; quos Rustringi persequentes, ab Astringis in glacie pene omnes pariter sunt occisi. In signum huius victorie Astringi ecclesiam beate virgini in loco qui Uppenvelde[3] dicitur, prout adhuc patet, pulchris edificiis construxerunt.

16. Hic episcopus sive [abbas[e]] Sigewardus, cum longo tempore bene huic monasterio prefuisset, moritur[4] et ante altare beate virginis, dignis celebratis exequiis, sepelitur.*

*) 2 *in loco vacuo relicto add.:* Sciant etiam fratres nostri, tam posteri quam presentes, quod altare sancti Pauli in nostro monasterio constructum est per dominum Ottonem[5] quondam abbatem. Consecratumque est per reverendum patrem dominum Emanuel episcopum, cuius tytulus ignoratur, temporibus domini Hinrici abbatis[6] ex permissione reverendi patris ac domini, domini Gyselberti sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi. Quod altare dictus dominus Otto abbas pro illuminatione[f] monasterii et altaris quatuor fenestris pulchris vitreis decoravit. [*In inferiore vero margine p.* 53. *add.* 3: Huius dedicatio altaris peragitur die dominico ante festum apostolorum Petri et Pauli. Donate sunt etiam indulgentie a 24 episcopis, ab uno quoque 40 dies indulgentiarum et karena]. Altare vero beate Marie Magdalene, quod construi fecit comes Iohannes senior[7], pater comitis Conradi de Oldenborch, consecratum est per venerabilem patrem dominum Nicolaum Verdensis ecclesie episcopum[8] temporibus domini Iohannis abbatis[9]; qui[10] episcopalem auctoritatem habebat illis temporibus reverendi patris domini Iohannis archiepiscopi Bremensis[11], qui tunc stetit in curia Romana et cum capitulo Bremensi discordabat. Istius altaris dedicatio agitur ipso die sancte Marie Magdalene.

Anno Domini 1346. Folcardus archiepiscopus Mamiriciensis[g, 12] habens vices reverendi patris domini Ottonis de Oldenborch sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi[13], consecravit altare sancte crucis[h] in honorem ipsius et sancti Michahelis angelorum principis et omnium angelorum. Cuius dedicatio agitur ipso sacro die assumptionis virginis gloriose. Hoc altare Iohannes Papeybe dictus et Gertrudis uxor sua, familiares nostri, de suis bonis devotissime fundaverunt. Omni enim ebdomada quicumque ebdomadarius[i] fuerit, novem denarios graves post illorum mortem pro certo sacrificio obtinebit. Et hoc durabit perpetuo nec aliquatenus infringetur. Unde oportet, ut pro ipsis orationes fiant continue tamquam pro benefactoribus valde bonis.

a) singulis *c.* b) *quaedam deesse monuit L.* c) crhonica *c.* d) martilogium *c.* e) *in loco raso alio atramento ut supra.* f) illumi *c.* g) Manuicensis *Wolt.* h) crucis in . . . et s. Michahelis *alia manu, quibusdam erasis.* i) ebdomd. *c.*

1) i. e. physiologum. 2) 'Schakelhaver Meer', prope Jever. EHRENTR. 3) *sed nunc Ostringevelde* addit Wolterus; Oestringfelde, prope Jever, quod etiam 'Campus beatae Mariae' dicitur. EHR. — Si Wolterus addit: *ordinis fratrum et sororum Predicatorum,* hi postea id susceperint, oportet. 4) Wolterus minus recte eum sub Boldewino (Balduino) archiepiscopo (1169—1178) mortuum esse dicit. Lappenberg, 'Arch.' IX, p. 422, non diu ante a. 1158. obitum ponendum esse censet, procul dubio c. 16. secutus. 5) De quo v. infra c. 28. 6) De quo v. c. 39. 7) a. 1272 — c. 1316. 8) Qui sedit a. 1312—1332. 9) a. 1317—1347. 10) Nicolaus. 11) Qui sedit a. 1308—1327. 12) Nomen sane corruptum; neque qui sub ipso lateat archiepiscopatus, subsannare possum. 13) Qui sedit a. 1344—1348.

17. Mortuo autem Sigewardo episcopo [et[a] abbate] predicto, conventus communi consilio fratrum Donatianum quendam monachum ecclesie beati Godehardi in Hildensem, virum utique religiosum et devotum, in abbatem concorditer elegerunt. Hic reliquias beati Godehardi antistitis de ecclesia sua reverentissime apportavit; propter quas capellam in honorem ipsius construxit, quam et procuravit postea devotissime consecrari. Fabricavit etiam cellarium et domum suprapositam, que domus abbatis cenaculum nuncupatur. Hic anno Domini 1159. Romam adiens, ab Adriano quarto tunc apostolico privilegium confirmationis bonorum huius monasterii et monachice institutionis impetravit[1].

p. 55. 18. Huius Donatiani abbatis temporibus ceperunt Stedingi ultra[2] Huntam suis dominis rebellare[3]. Erant enim duo castra in terra eorum, videlicet in Legtenberge[4] et in Lyne, in quibus militares habitabant, quorum advocati per insolentiam plurima mala per oppressionem puellarum et mulierum agere nitebantur. Unde incole terre illius, cum viderent mala sibi inmergere, consilium invenerunt in loco quo convenerant, qui Brocdich dicitur[5], nocturno tempore, ubi tunc silva magna fuerat, ut occidentalis pars partem orientalem spoliare deberet et e converso, sicque quivis eorum utraque castra ascenderet pro querimoniis offerendis. Et cum secundum hoc consilium castra ascendissent[b], multiplicati sigillatim in numero, quosdam de suis dominis occiderunt, quosdam vero male tractantes, utraque castra incendio vastaverunt. Quod cum illi trans Huntam[6] audierant, gaudenter cum istis conspirantes, factoque federe, ceperunt suis dominis pariter rebellare. Unde pro suis propugnaculis fossatum magnum Stengrave dictum, ab Oghtmunde[c,7] euntem usque Lintov[d,8], fodientes ad instar magne domus in altitudine, littus eius intrinsecus posuerunt. Feceruntque pontem super Oghtmundam valde fortem; unde terram circumiacentem Bremam libertati sue totaliter subdiderunt. Omnes quoque militares de terra expulerunt; quosdam tamen de Keyhusen[9] pro auxilio receperunt. Qui tamen ab eis ante proditionis terre tempora recesserunt. Per portam etiam lapideam unum tantum de sua terra exitum habuerunt.

19. Istis etiam temporibus quidam nobilis de Anvorden[10], vir strennuus, multum morabatur in Elmedorpe, cui Egelmarus comes morans in Twischena filiam suam nomine *p. 56. *Beatricem matrimonialiter copulaverat in uxorem. Hec femina multum nobilis et devota cum aliquanto tempore vixisset cum viro suo, moritur, et in hoc monasterio ante altare beati Martini sepulta in Domino requiescit. Maritus autem ipsius, nobilis comes de Anvorden nomine Fredericus antescriptus[11], viduatus hac uxore sua, quia in torniamentis et in aliis ludis militaribus diebus suis multa exercuerat, penitentia ductus, vitam in peregrinatione finivit. — Donatianus autem abbas prescriptus dorsalia et alia clenodia comparavit; qui, postquam longo tempore huic monasterio bene prefuisset, mortuus est, et in medio monasterio traditur sepultus[12].

20. Cum autem monasterium de pastore indigeret, conventus quendam de proprio gremio monachum Meynricum nomine, natum ex genere antiquorum Stedincgorum, virum providum et discretum, elegit concorditer in abbatem. Hic abbas tam carus et gratus Frisonibus extitit, ut ipse primus cedem Rustringorum ab Astringis factam in Schuckeldemiri ad concordiam reformaret. Que discordia fere per triginta annos duraverat; unde Rustringi, terra eorum — videlicet quadrans[13] qui dicitur Bant[14] — ab Astringis devastata, resurgere minime potuerunt. Pro huius discordie reformatione idem abbas magnas grates et servitia est ab utroque populo consecutus.

21. Huius abbatis temporibus Stedincgi de sua libertate ditati, quia nec decimas nec tributa claustris vel aliquibus dominis spiritualibus aut secularibus persolverunt, omnes

a) et abbate *erasa c.* b) assendissent *c.* c) Ochmunde *Wolt.* d) Linthow *Wolt.*

1) Legitur in codice p. 85: *Datum* 13. *Kal. Marcii, indict.* 3. (lege: 6), *incarnationis dominice anno* 1158, *pontificatus vero Adriani pape quarti anno* 3. 2) i. e. e septentrione Huntae. 3) Haec cum chron. Saxon. universali c. 341 ('Deutsche Chroniken' II, p. 236) in a. 1201. vel cum Alberto Stad., SS. XVI, p. 304, in a. 1204. collocanda esse videntur; cf. Schumacher, 'Die Stedinger' p. 213. 4) Lichtenberg, ubi fluvii Hunte et Olle confluunt, et Linen; Schumacher p. 53. 160. 5) Brokdeich. 6) e meridie Huntae. 7) Oechte. 8) De Lintow rivulo v. Schumacher p. 150. 234 sqq. 9) Kaihusen prope Zwischenahn. 10) Prope Zwischenahn. 11) Fridericus de Anfurde in charta Friderici imp. a. 1180, Lacomblet I, p. 332, testis nominatur. L. 12) De anno non constat; sed ante a. 1180. eum mortuum esse, statuit Lappenberg. 13) i. e. 'viertheil' ('fierdandele'). 14) In sinistra ripa Iadae fluvii; de qua Rustringiae parte fusius egit Ehrentraut in Lappenbergii editione ad hunc locum.

namque ville eorum prope paludem nunc posite apud aggerem tunc in modum oppidorum constructe fuerant, in quibus tantus populus ex alienis partibus propter suam libertatem confluxerat, ut omnes urbes vicinarum *partium subvertere conarentur. [*p. 57]

22. Huius abbatis temporibus[1] suscepit regimen ecclesie Bremensis archiepiscopus Gerhardus secundus, vir nobilis, natus de Lippia, omni honestate preditus; amicis amicus et inimicis severus persecutor extitit, qui gladio seculari plus quam spirituali suam ecclesiam defendebat. Hic cum iniuriam et violentiam ecclesie Bremensis et secularium personarum, videlicet vasallorum et ministerialium suorum, monachorum etiam et monialium seu clericorum sibi subditorum, a Stedingis pro detentione decime et tributi debiti solvendi ipsis personis egre ferret, exercitum magnum et validum contra eosdem Stedincgos applicuit, cui Hermannum nobilem de Lippia, filium fratris sui, virum strennuum et fortem, primicerium constituit, qui viriliter bellum duxit; sed bello hinc indeque ducto, isdem strennuus occubuit gladio Stedincgorum. [1229.]

23. Ipso quoque tempore quatuor comites fuerunt in Oldenborg, videlicet Borchardus et Hinricus, duo fratres, Mauricius et Cristianus, alii bini fratres, ad quos omnia bona que nunc ad Brochusen[2] et ad Delmenhorst pertinent iure hereditario pertinebant. Hic Borchardus in alia expeditione contra Stedincgos in loco qui Hemelscampe dicitur[3] occiditur. [1233.] Cristianus vero habens castrum prope Hatthen in loco qui Borgh dicitur, de peregrinatione sacri sepulchri Domini rediens, de consensu fratris sui Mauricii, ut dicitur, in Bergtorpe nocturno tempore ad mortem perimitur[4]. [1192] Hic Borchardus in hoc monasterio ante altare sancti Martini, Cristianus autem occisus in medio ecclesie ubique frater suus Mauricius postea moriens invicem sunt sepulti. Huius mortis sceleratores fuerunt militares de Hatthen et de Dolen ac de Sandum[5]; [1209.] ex quibus aliqui profugi de terra recesserunt, aliquos autem, quos *capere poterant, igni conburentes diversisque tormentorum generibus consumpserunt. [*p. 58] Hic Cristianus multas cruces aureas et argenteas de peregrinatione sacri sepulcri Domini, plenas sanctorum reliquiis, portavit, que adhuc in isto loco pro sacro sunt recondite sacramento. Mauricius autem, frater suus, uxorem habuit nobilem nomine Salome, que nata de Wickenrode[6] multa clenodia huic ecclesie contulit. Hec moritur et marito suo mortua in sepultura est coniuncta. Hec Salome duos peperit filios, Ottonem et Cristianum[7] comites de Oldenborgh.

24. Archiepiscopus autem antescriptus duos cognatos habuit clericos, Thidericum videlicet et Conradum, quos in hac ecclesia religioni tradidit; quorum Thidericum monachis extra muros Stadenses prefecit in abbatem[8], monasterio iam pene lapso, cuius subventione meliori quam pristino statui reformatur. Hic etiam postea in Luneborgh abbas[a] efficitur, post hec autem abbas in Palborne prepositusque in Tzevena[9] statuitur, quas omnes prelaturas uno eodemque tempore collegiatas tenuit pariterque commendatas. Abbas autem[b] Meynricus, cuius temporibus hec omnia gesta sunt, curiam Romanam adiit privilegiumque bonorum monasterii et monachice institutionis a domino Clemente papa [III.[c]] impetravit anno Domini 1191[10]; qui postquam sanctuarium, scilicet superiorem partem ecclesie, de lapidibus laterum et dormitorium edificasset, Westfaliam pro negociis ecclesie visitaverat, infirmitate raptus moritur et in claustro quod Vrekenhorst dicitur honorifice est sepultus.

25. Postquam vero archiepiscopus memoratus abbatem Meynricum intelligeret obiisse, missis sollempnibus[d] nunciis predictum Conradum, cognatum suum, in abbatem eligi postulavit. *Quem cum conventus motus hac petitione in abbatem concorditer elegissent, [*p. 59] idem archiepiscopus ipsum confirmatione simulque benedictione ad hanc electionem expediente[e] rite ac debite decoravit. Huius abbatis temporibus monachi ordinis Cisterciensis in Bergthorpe, ubi comes Cristianus occisus fuerat, claustrum edificare nitebantur; sed loco ipso existente nimis arido, alium locum, in quo nunc claustrum eorum situm est[11], a Mauritio

a) *post add. c.* b) Thidericus *scr. sed del. c.* c) *rec. manu in loco vacuo relicto c.* d) bus *e corr. c.* e) expedientē *c.*

1) a. 1219. 2) Bruchhausen. 3) Himmelskamp, ad Ochtum fluvium. 4) Cf. Albert. Stad. p. 352. 5) Iohannes de Sanden a. 1219. occurrit; Lappenberg nr. 431, p. 375. 6) Wickerad in Westfalia. 7) Christianus maior natu fuisse videtur; v. Bippen, 'Bremer Iahrb.' IX, p. 139. 8) a. 1240; v. Albert. Stad. h. a. p. 366. 9) Zeven. 10) Exstat in cod. Rasted. p. 83. *Datum ... 9. Kal. April. indictione 7, incarnationis dominice* 1185, *pontificatus vero domini Clementis pape III. anno* 3. 11) Hude; cf. Ianauschek, Orr. Cisterc. I, p. 234; Schumacher p. 200.

comite petiverunt. A quo tamen loco ipsos monachos Stedincgi amoventes, mansiunculas suas parvas, quas adhuc ut pauperes inhabitabant, penitus confregerunt. Quendam etiam fratrem ordinis sancti Dominici, ipsos Stedincgos pro eo quod decimas suas et tributa non solverunt arguentem, capitali decollatione tamquam martirem punierunt. Conradus autem abbas, cuius temporibus hec omnia gesta sunt, mores et providentiam domini Thiderici abbatis, sui consanguinei, non imitans, familia magna et honerosa ecclesiam aggravavit, unde in magnum dampnum, cum huiusmodi sufferre expensas non valeret, ecclesia est elapsa.

26. Cuius etiam temporibus Stedincgi castrum in Sluttherberge[1] situm prope Delmenhorst, constructum ab archiepiscopo Gerhardo, expugnantes funditus vastaverunt. Oppidum quoque in Oldenborgh sine dubio subvertissent, si non Wige ductor Stedincgorum Ottoni tunc temporis comiti secrete per nuntios demandasset. Stedincgi tamen hoc secretum nuntium nescientes, oppidum invaserunt; sed milites, videlicet Willehelmus de Everse, Nicholaus de Mansincge[2], Iohannes[3], Gyselbertus, Gerhardus[3] milites de Apen, Ecbertus et Willehelmus[3] de Westerholte milites, Oltmannus et Liborius[4] de Brema, Thidericus, Brunsten *dicti Mulen[5], item militares de Nethene, item militares de Fikensholte, item militares dicti Vresincge[5] et alii quam plures robusti milites et famuli viriliter rebellantes, ipsos Stedincgos in magna potentia sue fortitudinis amoverunt. Castrum quoque dictum Hoya invaserunt, ubi plurimi eorum capti, quidam autem occisi, quidam vero fugitivis pedibus recursum ad Stedingiam turpiter receperunt.

27. Gerhardus autem archiepiscopus Bremensis, non solum dolens de morte nobilis domini Hermanni de Lippia, filii fratris sui, ac de occisione Borchardi comitis de Oldenborgh aliorum multorumque nobilium, militum etiam et famulorum, sed et de retentione decimarum et tributorum ac de destructione monachorum ordinis Cysterciensis et de occisione monachi ordinis sancti Dominici, ut prescriptum est, habito consilio cum nobilibus et prelatis, sacrosancte sedis apostolice summi pontificis consilium et auxilium inploravit. Dominus autem apostolicus, auditis hiis que adversus Stedincgos contra fidem catholicam proponebantur, persecutionem per crucis predicationem contra eos fieri constituit[6], ad quam multi principes Teutonie, precipue vero dux Barbantie, comes de Gelre, comes de Cleve, comes Hollandie, navigio, ceterique nobiles equitando convenerunt. Anno igitur dominice incarnationis 1234[a], 6. Kalendas Iunii devicerunt occidentalem Stedincgiam ab utraque parte Hunte, ita quod omnes Stedincgi gladio occisi sunt, et eadem terra destructa est incendiis et rapinis. Ipso quoque tempore occubuerunt Hinricus comes de Aldenborch, qui duos reliquit filios, Ludolphum et Hinricum; Borchardus, huius Hinrici frater, a Stedincgis occisus, reliquit filium unum, videlicet *Hinricum cognomine Bogenere, qui comitias Aldenborg et Thekeneborgh, Wildeshusen, Vlothou tenuit et possedit[7]. Isti duo fratres Hinricus et Borchardus habuerunt duas sorores de Schodis[8], ex quibus istos[b] prenominatos comites genuerunt. Occubuerunt etiam eodem die Gerhardus de Mulswerth[9] ac alter quidam nobilis Gerhardus de Dest cum quibusdam aliis peregrinis, qui in Versvlete[10] sunt sepulti. Locus huius pugne fuit inter Ogthmundam et Oldenesche[11], ubi a Stedincgis ipso die ceciderunt promiscui sexus fere quatuor milia. — Hic est ille Gerhardus archiepiscopus, qui numquam exactionem in clerum fecit; qui etiam aliquos legatos missos pro exactione facienda a sede apostolica in Ylremolen molendinariis ad custodiendum tradidit, ubi saccos vice asinorum longo tempore portaverunt. Servi autem eiusdem archiepiscopi applicuerunt manus ipsorum legatorum ignibus tenentes litteras bullatas, quas ipsi per se, cum ignem sustinere non poterant, conbusserunt.

a) M.DD. quadragesimo quarto *c.* b) duos *add. sed del. c.*

1) Schlüterberg; cf. Schumacher p. 182. 2) Iohannes de Mansinge chartae Gerhardi archiep. a. 1233. consentit; 'Brem. UB.' I, nr. 172, p. 207. 3) Ibidem nominantur. 4) Sifridus et Gerardus de Brema ib. p. 206. 207. 5) Fortasse Gerardus et Heinricus Friso, qui ibidem occurrunt. 6) 'Brem UB.' I, nr. 166. 176. 7) p. 92. manu s. XIV. in margine inferiore legitur: *Istud privilegium datum est a comite Henrico dicto Myldeboghener, qui possedit Oldenborch oppidum, Wyldeshusen, Oyke, Essen, Tecneborch et contruxit castrum Vlotou.* 8) *Stotle* emendavit Lappenberg; sed aliter de Heinrici et Burchardi uxoribus statuit Hodenberg, 'Hoy. UB.' II, p. 8. VII, p. 2 (cf. 'Calenb. UB.' V, p. 21. VI, p. 19); quem sequitur Bippen l. l. p. 147, de hoc loco tacens. — Schiphowerus, Meib. II, p. 148, miro errore scripsit: *filias regis Scotiae.* 9) Malswarden; cf. Schumacher p. 162. 192. 10) Warfleth ad Wiseram. 11) Altenesch.

28. Anno Domini 1242. post destructionem terre Stedingorum Otto comes de Aldenborgh, castro in Berna edificato [1], hoc privilegium monasterio contulit suoque sigillo confirmavit:

Otto comes dictus de Aldenborgh universis Christi fidelibus salutem Humanarum rerum varietas errabit, et non permittent eas mortalium actiones in statu solido consistere, nisi prudentum virorum industria simulque circumspecta providentia litteris eas perhennasset et testimoniis. Nos igitur ex doctrina discretorum animadvertentes, quod premiorum merentur esse participes, qui se bonorum operum constituunt adiutores, vigiliis et orationibus, quin etiam elemosinarum largitionibus, que in Rastedensi cenobio, prout speramus, continue fiunt, participare volentes, eidem ecclesie bonorum omnium a progenitoribus *p. 62. *nostris seu a nobis collatorum proprietatem, iure hereditario sive successiva procreatione ad nos devolutam, liberam ab omni exactione perpetuo contulimus possidendam. Sunt autem hec bona collata a nobis: duo mansus Rastede, una domus Edewagte [2], una plaustrata tritici in Beytwerden [3] et decima in Lanthamelwerden. Et ne collate [a] proprietates oblivio diuturni temporis processu valeat subripere, sigilli nostri munimine presentem paginam duximus roborandam. Huius rei testes sunt: comes Gerbertus de Stotle; milites et ministeriales nostri: Thidericus Mulo, Alexander de Bardenvlethe, Oltmannus, Gerhardus et Liborius fratres, Nicolaus de Mansincge, Iohannes et Gerhardus de Apen; cum plebano de Aldenborgh [b] et sacerdote Sancti Nicholai Lodewico ac aliis quam plurimis. Datum in Novo castro.*

Iste comes Otto uxorem habuit de Woldenberge; qui mortuus est sine heredibus, et in Hudha est sepultus. Hic comes piscaturam in Linebroke et agros qui Eghwerden [4] dicuntur libenter in extremis suis restituisset ecclesie, si abbas tunc tempore Lambertus ipsam piscaturam suam suo obtinuisset sacramento. Sed cum idem abbas ageret negligenter, eadem piscatura aput comites de Delmenhorst remansit, licet in ea nichil iuris sibi valeant vendicare. Iste comes Otto fratrem habuit nomine Cristianum; uxorem duxit [5] de Ysenbergen nomine Agnetem, de qua genuit Iohannem comitem de Oldenborgh.*

29. Hiis omnibus gestis Conradi abbatis temporibus, idem abbas cum de bonis ecclesie non multum bene disponeret, duo monachi contra eum de conventu, viri litterati, curiam Romanam visitarunt. Quos dum abbas reversos et bene egisse intelligeret, monachus in Brema Predicator efficitur; ubi mortuus est. 1238

30. Postquam autem abbas Conradus ordinem mutasset et locum, conventus consensu p. 63. unanimi domnum Lambertum, monachum sui gremii, natum de Westfalia, inbutum litteris conpetenter, sibi prefecerat in abbatem. Huius abbatis temporibus Frisones Rustringie consilio quorumdam Stedingorum, qui expulsi tempore subversionis terre Stedingie fuerunt, ipsam terram ab ista parte Hunte ditioni sue attrahere nitebantur. Sed cum hoc comiti Iohanni de Oldenborgh fuisset secrete nuntiatum, Frisonibus iam ad subiugandam terram expeditionem suam ducentibus, comes cum universis suis militaribus et ducatu obviam ipsis dedit inter pontem qui Huntebrucge dicitur et Elsflete; ubi plures ex ipsis Frisonibus prostrati occubuerunt gladio Stedingorum [6] comitis triumphantis. Hoc itaque bello commisso, Frisones de occisione suorum dolentes, littus Wisere prope Hamelwerden [7] ad submergendam totam terram fossoriis effoderunt. Militares vero et precipue Nicholaus dictus Vleckeschilt [8], tunc tempore dapifer comitis, qui ad custodiam ipsius terre fuerant deputati, multum strennue egerunt; non enim aquam iam effossam verebantur; aggredientes ipsos Frisones iterato, eos amoverunt pluresque ex eis occiderunt. De occisione istorum Frisonum commota est universalis conventio Rustringorum; collectis viribus in grandi fortitudine, omnes aqueductus, qui proprie sile dicuntur, confringentes, terram incendiis et rapinis vastantes, ita quod ipsa terra inculta absque inhabitatione hominum per septennium permaneret. Lupi etenim et alia animalia in ecclesia Elsflete fetum suum sicut in desertis loculis nutriverunt.

*) 3 *in inferiore margine add.:* Hic etiam Conradus abbas fecit fieri plenarium nostrum de argento cum gemmis micantibus, quod adhuc habemus. Idem fecit construi estuarium abbatis de lapidibus, quos Mynricus predecessor suus ad refectorium fratrum fecerat preparari.

a) *ita c.* b) Iohanne *post add. sed del. c.*

1) De quo v. Schumacher p. 203. 2) Edewecht in praef. Zwischenahn. 3) Boitwarden in praef. Golzwarden. 4) Eckwarden in Butiadingerland. 5) scilicet Christianus; v. c. 31. 6) i. e. de Stedingis. 7) Hammelwarden. 8) De quo cf. Schumacher p. 205.

Militares igitur, quia dampnum non modicum de submersione terre Stedincgie receperunt, ultionem in Frisones facere decreverunt; ad ducendam rapinam in Boytwerden[1] se armis preparantes, quasi omnes ipsi militares in pallude que Boytwerdermor dicitur a Frisonibus 1258? sunt occisi[2]. Frisones autem, quia huiusmodi dampnum in reconpensationem dampni sui *p. 64. fecerant, placati placitis *domini Hillebaldi sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi cum 5 Aldenburgensibus, persoluta ipsis pro suis occisis modica pecunia — pro unoquoque videlicet Frisone quinque fertonibus solutis — compositionem amicabilem admiserunt[3]. Pro huiusmodi desolatione terre Stedingorum istud monasterium in tantam inopiam est redactum, ut conventui alimentorum stipendia non darentur. Et cum proinde monachi cum abbate multum discordarent, ad ultimum, paupertate cogente, per diversa claustra divisi sunt seu dispersi. 10

31. Conventus itaque, cum per diversa loca dispersus per annum unum ab hoc monasterio defuisset, reversus recipitur, sicque quilibet ex ipso conventu monachus est ad suum statum pristinum restitutus. Sed cum adhuc monachi cum abbate concordare minime potuissent, ipse abbas, fatigatus laboribus, abbatiam, conflictus senio, resignavit. — Hoc tempore comes Iohannes, filius Cristiani comitis de Oldenborgh et Agnetis comitisse de Ysen- 15 berge, duxit uxorem nomine Rikecen, filiam Hinrici comitis de Hoya[4], de qua quatuor filios, videlicet Cristianum et Ottonem, Hinricum et Mauritium, procreavit.*

p. 65. 32. Post resignationem ipsius abbatis monachi sibi de abbate, videlicet de domino c. 1266. Willekino, monacho monasterii Sancti Pauli in Brema, dicto de Mercele, concorditer providerunt. Tempore vero ante valde modico monachi monasterii Beati Pauli iam dicti 20 monachum huius monasterii nomine Ottonem, natum de comitibus in Oldenborgh, sibi elegerant in abbatem. Et cum abbas Willekinus vocatus de monasterio Sancti Pauli hic abbas existeret, et dominus Otto vocatus de hoc monasterio abbas aput Sanctum Paulum in Brema existeret, placuit eis, ut quivis eorum ad suum rediret monasterium, et sic permutacionem fecerunt cum prelaturis, ratificante id domino Hilleboldo sancte Bremensis ecclesie archi- 25 antistite reverendo. Hic abbas Otto adeo gratus tam laycis quam clericis fuit, ut eum omnes in magna haberent reverentia propter suam largitatem et eciam multiplicem quam semper exercuit honestatem. Nam cum episcopus Mindensis tunc temporis obiisset, quidam canonici Mindenses virtutes ipsius abbatis in electione sua recitaverunt[5]; propter quas fere ibidem electus fuisset in episcopum, si non pauci nobiles, pro eodem episcopatu laborantes, 30 magnis viribus restitissent. — Hic etiam abbas causa sue honestatis prepositos Frisie, canonicos videlicet ecclesie Bremensis, cum ad villam Rastede venirent pro servandis synodalibus suis in Frisia, ipsos primo collegit et largissime procuravit; quam procurationem quidam abbates sui successores postea fecerunt, quidam autem, quia antea consuetudinis non fuerat, illud facere noluerunt. — Predictus enim abbas, cum esset consanguineus comitum de 35 Oldenborgh, plurima bona Frisie, videlicet in Herlincgia, Ostringia et Rustrincgia, vendidit et sine consensu conventus alienavit.

*) 2 *in dimidia pagina vacua relicta add.:* Ex hiis fratribus Hinricus mortuus est iuvenis, et Mauricius effectus est canonicus ecclesie Bremensis et prepositus in Wildeshusen. Alii duo fratres, Cristianus et Otto, diviserunt dominium inter se. Mansit itaque comes Cristianus in Oldenborch, et comes 40 Otto in Delmenborst, et fuerunt amici omnium religiosorum et precipue monasteriorum in Rastede et in Huda. Unde comes Cristianus, habens 30 annos in etate, mortuus est[6]. Post cuius mortem tanta inundantia aquarum per turbines facta est ventorum, ut omnes aggeres Frisie et Ste- 1287. Dec. 13. dincgie fluvii salsi maris transilirent. Et hoc factum est circa festum Lucie[7]. Dicitur etiam, ut in occidentali parte Frisie et precipue in Grubberlande submersi fuerint ex hac aqua mille milia 45 hominum promiscui sexus. Temporibus comitis Ottonis istius[8] quidam de Stedincgia rurenses voluissent per traditiones subvertisse ipsam terram et comites cum militaribus occidisse; sed hoc proditum fuit per quendam rusticum qui vocabatur Iacobus, Scriptor ex hac prodicione dictus; qui rurenses ad examen ferri igniti ducti; ex quibus rei suspensi sunt in Huntebrucge, et innocentes dimissi sunt. Duo incendarii Ciricus et Meynricus primo occurrentes primitus suspensi sunt. 50

1) V. p. 507 n. 3. 2) Cf. chartam comitis Iohannis 'Br. UB.' I, nr. 287, p. 327. 3) Cf. pactum terrae Rustringiae cum archiepiscopo d. 1260, Febr. 24, 'Schl. Holst. US.' II, p. 101, et pactum a. 1260, Mart. 12, inter archiepiscopum et comitem Iohannem ex una parte, civitatem Bremensem et terram Rustringiae ex altera parte 'Br. UB.' nr. 300, p. 342. Sed alia charta de pecunia solvenda egisse videtur. 4) Cf. de Hodenberg, 'Hoy. UB.' stemma geneal. n. 155; Bippen l. l. p. 140, qui de Heinrico I. comite Hoyensi cogitat. 5) Anno ut videtur 1275. L. 6) Cf. infra c. 37; pro 30 *ann.* legendum esse 70, Lappenberg censuit. 55 7) 14. die Decembris; Menkonis cont. SS. XXIII, p. 565. 8) a. 1272—1301.

33. Temporibus etiam istius abbatis quidam militares de Oldenborgh et precipue Rotbertus miles de Westerholte[1] cum sua cognatione ceperunt comitibus de Oldenborgh se opponere et eis atrociter rebellare. Que rebellio seu oppositio *ad tantam invidiam se extendit, ut Rotbertus miles iam dictus castrum in Swippenbergen, quod nunc Wardenborgh dicitur, cum auxilio comitum de Welpia[2] et de Brochusen et aliorum amicorum suorum, militum et famulorum, et precipue cum adiutorio Hinrici de Brema et Luderi de Hudha militum, edificaret in terminis comitum. Expugnavitque oppidum in Oldenborgh. Sed predictus comes, usus consilio discretorum, eos de predicto oppido per incendium effugavit. Cum autem militares ad castrum suum redirent, comiti plurima dampna intulerunt. Tandem in loco qui dicitur Tuncleremersgh[3] comes et milites ex utraque parte cum magno exercitu in conflictum convenerunt; ubi et comes triumphavit ac plures milites et famulos captivavit, quos in turri Oldenborgh cathenavit. Huius belli vexillum, videlicet equitum, duxit vir strennuus et robustus Iohannes miles de Mansincge, vexillum vero peditum tulit Oltmannus miles de Beverbeke; qui ambo tam strennue egerunt, quod adhuc fama eorum ab istis terminis non recessit.

*p. 66.

— —

34. Redeamus[a] igitur ad abbatem. Hic etenim abbas in recompensacionem bonorum venditorum[4] quedam bona alia comparavit, videlicet decimam in Oldenbroke, quam emit a militibus de Luneberge, cuius etiam proprietatem pertinentem ad ecclesiam Bremensem ab archiepiscopo Hildeboldo eiusdem ecclesie et a capitulo multis serviciis et peticionum instanciis inpetravit[5]. Item decimam in Nortbroke a Ludolpho et Hinrico comitibus de Oldenborgh et Brochusen emit[6], cuius proprietas ad monasterium Rastedense fundatorum largitione pertinebat[7]. Que tamen decima progenitoribus ipsorum comitum ab abbatibus nostris in pheodum data fuerat, ut ipsi et eorum heredes monasterium defenderent, nec tamen ad aliquod maius, per quod gravari posset ecclesia, se extenderet; prout in privilegiis libertatis monasterii expressius continetur.

35. Horum comitum parentes, cum eis talis via defensionis *pateret[8], in tantum bona monasterii invaserunt, ut quasi omnes coloni se cum suis bonis trans Albiam transferrent; et cum nichil rapere possent ab ecclesia, casulas et calices et alia ornamenta varia abstulerunt. Istorum comitum insolentia dum venerabili viro Hartwicho Hammenburgensis ecclesie episcopo[9] recitata fuisset, contra eos iure spirituali procedens, brachio etiam eos seculari depellebat. Cum etiam peregrini de Frisia plures quolibet festo assumptionis beate virginis devotionis causa advenirent, isti comites uno eos captivaverunt tempore, et exactione pecuniali in eos facta, dimiserunt, facientes plurima incommoda; propter que evidenter Dei vindicta patuit, ut ipsi postmodum de suo proiecti dominio[b,10], in magna paupertate laborum suorum premia sortirentur.

*p. 67.

36. Hic etiam abbas comparavit ista bona de suis laboribus, videlicet domum Hanehorst cum suis agris et pascuis. Item molendinum situm[c] prope claustrum cum domo villici, que ibi simul adiacet. Item domum Wildelo[11] cum agricultura sua. Item allodium et capellam in Velde[12]. Item domum prope Nuthlo[13] dictam Sancte-Marien-Velde. Item domum Plusenberg cum agricultura sua. Item tres magnas campanas, que continent centum et duo pondera metalli, que sintenere dicuntur; et alia multa bona, que in privilegiis reci-

a) *alio pergit atramento et fortasse alia manu c.* b) domino *corr.* dominio *c.* c) scitum *c.*

1) Qui occurrit in charta a. 1262. 'Br. UB.' nr. 311, p. 351. 2) Wölpe et Bruchhausen. 3) Tungeln ad Huntam inter Oldenburg et Wardenburg. L. 4) c. 31. 5) Charta Hildeboldi legitur in cod. p. 95, qua confirmat *decimam in Lynebroke que vulgariter Oldenbrok nuncupatur. Datum Breme mense Maii a. Domini a nativitate* 1273. 6) Charta Ludolphi legitur in cod. p. 94: *resignavimus ecclesie ... omne ius quod habuimus in decima in Lynebroke sita que vulgariter Nortbroke dicitur, quam decimam hactenus ab eadem iure tenuimus pheodali, nunc autem eandem decimam ..., a domino Ludero milite dicto Mundel emptionis titulo compararunt sibi. Dat. Breme ... a. dom. inc.* 1272. 7) Charta Hildeboldi exstat in codice p. 94, qua haec confirmat. *Datum Breme* 8. *Ydus Aprilis a. Domini* 1273. 8) i. e. cum advocati essent. 9) De Hartwigo I. agi Lappenberg censuit; cuius tempore a. 1167. comes Christianus civitatem Bremensem occupavit; cf. Albert. Stad. h. a. p. 346. 10) Nescio an de Heinrici Leonis tempore cogitaverit auctor, de quo Albertus l. l.: *Postea Aldenburgenses bello se fodiunt intestino, ita ut, sacerdote missam celebrante, Frisones calicem Domini effunderent et deferrent. Unde eadem urbs in manus Heinrici ducis data est, eamque obtinuit, usque dum ab imperatore humiliaretur.* 11) In praef. Oldenburg. L. 12) Felde in praef. Apen. L. 13) Nüttel inter Rastede et Wifelstede. L.

tantur. — Abbas iste rexit hoc monasterium fere 14 annis; cuius temporibus comes Cristianus de Oldenborgh, filius Iohannis comitis et Rixedis comitisse de Hoya, extitit, qui numquam monasterium offendit nec in aliquo condempnavit. Unde villici in pace et plena tranquillitate 1285. vixerunt. Ultimo autem anno vite sue[1] Bremensis civitas conbusta fuerat[2], et post hec subito 1280? circa festum natalis Domini obiit ac in tumba comitum de Oldenborgh in medio monasterii[3] est sepultus.*

*p. 68. 1281. 37. Post hec conventus dominum Albertum, natum de Westfalia, *monachum, conspiratione trium personarum, quarum ipse fuit tercius, in abbatem elegit. Hic ab archiepiscopo Gyselberto confirmationem suam cum benedictione recepit; qui eidem archiepiscopo unum equum valentem 10 marcas et quatuor veltres pro clenodiis offerebat. Primo anno istius abbatis quidam miles nomine Luderus Mundel[4] natus de Linebroke rebellare comiti de Oldenborgh per eversiones terre Stedincgorum intendebat. Propter quod, cum comes hoc perciperet, ipsum cum sua tota cognatione eiciens de dominio, rebus et omnibus bonis suis ablatis, profugum satis turpiter expellebat[5]. Et cum hic miles bona multorum in vadio possideret, sex etiam agros monasterii censualiter tenuit, quos, sicut plures fecerunt, recepit[6], putantes, quod tali traditori nulla esset iuris ratio observanda. Ob quod quendam comitem de Brochhusen nomine Hilleboldum, virum sceleratum, adiit[7]; qui eius instigante consilio abstulit monasterio curias Papenhusen, Engelen, Reninchusen[a], Brunen, Inschusen, Magelschusen cum omnibus iuribus, que ad ipsas curias pertinebant. 1287. Contigit etiam hiis temporibus [anno[b] Domini . . . . .], ut diluvio facto per redundationes aquarum in Frisia, ita ut multe ville et homines etiam cum pecoribus mergerentur. Huius etiam temporibus comes Cristianus terram Frisie que Lencgene dicitur propter malitiam furum et incendiariorum in ea habitantium incendiis et rapinis devastavit. Postea idem 1285–87. comes mortuus est in Brema[8], et in Huda iuxta quosdam patres suos est sepultus. Huic successit in dominio comes Iohannes, filius suus, qui multis equis et canibus et familia inutili terram in paupertatem nimiam substernavit. Cuius etiam temporibus[9] Stedincgi, *p. 69 volentes evertere terram de potestate comitum . . . . .[c], *quia[d] eis iniurie et multa incommoda inferebantur. Hic abbas Albertus large hospites recepit et procuravit. Et conventui mensuram potus, butiri et panis primo ministravit. Accidit etiam, ut quidam de conventu contra eum conspirarent ac ei plurimas infestaciones inferrent. Predictus etiam comes Iohannes cepit hic in villa morari cum una concubina, quam plus quam suam legitimam dilexit. Unde abbas, cum undecim annis prefuisset, abbatiam resignavit et in Westfalia in 1291/2 loco qui dicitur Betinchusen, ubi habuit monasterium 11 marcarum redditus, de gratia conventus sese recepit[10].

38. Conventus itaque in electionem novi abbatis concordare non valens, Gyselbertus archiepiscopus Bremensis cuidam monacho nomine Goschalco abbatiam tradidit eumque in abbatem confirmavit. Hic in introitu suo frumentum de Osenbrucge cum curribus devexit, et solvit unum moltium 18 solidos graves. Hic etiam nobiles reliquias fundatorum

*) 3 *in margine inferiore add.:* Hic etiam sedes fratrum in choro fecit preparari. Insuper curiam villici in Halehorst apud ecclesiam sancti Udelrici sitam destruxit et agros de allodio monasterii excoli fecit. Hic etiam fundamentum posuit, proponens refectorium fratrum edificare; sed morte preventus non perfecit; lateres vero ad dictam edificacionem preparatos successor suus vendidit et distraxit. [Hic[e] eciam vendidit bona in Hardenstrome].

a) Reninchū, Inschū, Magelschū *c.* b) a. D. M. *loco vacuo relicto scriptum erat sed deletum.* c) *quaedam deesse videntur* d) *alia pergit manu in novo folio c.* e) *deleta videntur.*

1) sc. abbatis; ut recte hunc locum interpretatus est Lappenberg, ap. Ebrentraut l. l. p. 237, qui antea, 'Arch.' VI, p. 759, de Christiano comite cogitavit; et ita iterum Bippen l. l. p. 140 n. 23. De comitis morte refertur c. 37. — In anno vero indicando auctor erraverit oportet, si incendium illud Bremense recte in a. 1285. collocatum esse statuas. Nam iam a. 1281, in die beati Iacobi apostoli (Iul. 23) Everhardus dictus Kust abbati Alberto et conventui in Rastede vendidit tres domos in Berchorne. Codex p. 101. 2) a. 1285, Mai. 11; v. Schene et Rynesberch chron., Lappenberg, 'Geschichtsquellen des Erzstiftes und der Stadt Bremen' p. 74. 3) De Hude cogitandum esse, collato c. 36, censuit Lappenberg. 4) Nominatur a. 1285. in charta Hildeboldi de Oldenborg, 'Br. UB.' nr. 428, p. 457. 5) Iohannes, filius Alberonis militis dicti de Mundel, in charta comitis Iohannis a. 1290. *famulus noster* vocatur, Ehrentraut p. 92. 6) sc. abbas. 7) sc. Luderus. 8) Vivus nominatur a. 1285, Nov. 25; 'Br. UB.' nr. 426; filius Iohannes comes 1287, Febr. 3; v. Bippen p. 141 n. 29. 9) De eadem re agi videtur, quae alius scriptor supra p. 508 n. * retulit. 10) Anno 1299, Iul. 11. in Bettinchusen abbas Arnoldus chartam dedit, 'Westf. UB.' III, 1647, p. 859, praesente *Alberto quondam abbate ecclesie nostre.*

nostrorum Hunonis, Frederisci et Wille positas ante altare beati Iohannis baptiste sustulit, presente domino Thiderico dicto de Louenborch decano Bremensi ac comite Iohanne de Oldenborch et multis militibus et honestis, ipsasque relliquias in choro ante summum altare cum maximo honore divinorum laudabiliter collocavit. Huius abbatis temporibus 5 comes Iohannes de Oldenborch et comes Otto de Delmenhorst invitaverunt exercitum ducis de Luneborch ad exterminandum archiepiscopum Bremensem et ecclesiam suam de Stedingia; sed dominus archiepiscopus Giselbertus, qui tunc preerat ecclesie Bremensi, in loco qui dicitur Sluteresile[1] cum ipsis comitibus et cum exercitu dicti ducis pugnavit et cum vexillo sancti Petri gloriose triumphavit. Captivavitque exercitum ducis et comitum 10 dictorum et exactionavit ipsum exercitum ad tria milia marcarum[2]. Post hec idem abbas Gotschalcus mortuus est et ante altare beati Iohannis baptiste sepultus. Prefuit idem huic monasterio duobus annis cum dimidio.*

39. Post[a] mortem domini Gotscalci abbatis quendam monachum Hinricum nomine (p. 70; 1294?) de Nienborch conventus concorditer elegit in abbatem. Hic abbas conventui necessaria 15 bene ministravit et se ipsum cum familia sua et hospitibus advenientibus bene procuravit, quia villici monasterii agros suos in pace colebant; sed dyabolus quorumdam capellanorum suorum corda excitabat et eum cum aliis monachis aput archiepiscopum Gyselbertum pro multis criminibus accusabant. Innumerabiles vexationes a comite Iohanne et suis sustinebat.** Hic comes in loco nostro quasi unus rusticus morabatur; unde idem abbas multis 20 mendaciis et vexationibus fatigatus, dum abbatie prefuisset quinque annis, Regem celi timens, abbatiam resignavit. Conventus vero providit ipsi de dimidia terra in Dalsche[b] ad usum vite sue, unde se habuit commode et honeste. Post hec dominus Giselbertus, idem archiepiscopus, intelligens monasterium multis debitis occupatum et iniuriis eiusdem Iohannis comitis nimium[c] esse gravatum, suasit conventui bona fide, ut quendam monachum Arnoldum 25 nomine, prepositum monialium in Wolde, eligeret in abbatem[3], quem idem archiepiscopus (1299?) absque aliquibus clenodiis confirmavit. Hic de Stadio veniens, inordinata queque que potuit reformavit. Hic etiam latus monasterii, quod versum est ad meridiem, construi fecit cum quinque fenestris vitreis et testudinibus[d] desuper valde pulchris. Milites et famuli de Mansincghe et de Line et de Apen, quorum hic parentes sunt sepulti, ad hanc structuram multa 30 promiserunt, sed minime persolverunt.***

*) 3 *post add.:* Hic etiam abbas de consensu conventus et ratihabicione archyepiscopi et capituli Bremensis bona in Westphalia, videlicet duas curtes in Bethinchusen Coloniensis dyocesis et aliam in Hunnynchove Monasteriensis dyocesis cum suis attinentiis, ac omnia bona pheodalia et dominia pheodorum una cum vasallis ac ministerialibus cuiuscumque status seu conditionis homi- 35 nibus a loco Vechte, ubicumque in partibus tocius Westphalie nostro monasterio pertinebant, considerata utilitate monasterii, pro centum et sexaginta marcis denariorum Osnaburgensium vendidit et alienavit anno Domini 1292[4].

**) *alia manu post add.:* Hic etiam comes Iohannes in recompensam molestie nobis facte legavit huic monasterio tres dextrarios et decem equos.

40 ***) 3 *add.:* Hic etiam tres domos in Garnholte fundavit et coli fecit.

a) *alia manu pergit c.* b) *fort.* Dalske *legendum.* c) nimiz *c.* d) testitud. *c.*

1) Inter Berne et Huntebrücke. L. 2) Haec ante pactum inter ducem Ottonem et archiepiscopum Giselbertum a. 1286. initum (Sudendorf, UB. I, 103, p. 64) 45 acta fuisse, crediderim. 3) Iam 1299, Iul. 11. abbas fuit; v. chartam supra p. 510 n. 10. allatam. 4) Chartam de eadem re ab abbate Arnoldo a. 1303. datam edidit Wilmans, 'Z. f. Westf. G.' XXV, p. 243; quare huius notae auctorem erroris arguit; ib. p. 389.

APPENDIX.

I. NOTAE DE FUNDATORIBUS MONASTERII.

p. 9 Hic scribuntur fundatores huius aecclesiae et eorum succedens cognatio.

Huno[a] comes.
Willa cometissa.
Fridericus, filius eius.

Ezika[3] com. Iutta[4].

Egelmarus. Heinricus comes.
Heinricus iunior mortuus[b] in expeditione Iher. Otto prepositus. Christianus et filius eius Christianus a suis innocenter occisus[1].

Mauricius comes. Christianus comes.

Heynricus[c] et Burchardus fratres et comites in expeditione Stedingorum interempti[2].

Salome[c] comitissa[5].
Agnes comitissa[6].

Iohannes comes.

Cristianus[d] comes, de quo fratres habent consolationem[e].


Iutta[d,7] comitissa, uxor Christiani, hic sepulta, de qua fratres habent consolationem bonam.

Iohannes comes. Conradus comes, qui[f] fuit persecutor ecclesie istius.

Elizabet cometissa de Aldenburg[g,8].
. . . .[h] Mette cometissa[9].

a) *haec manu s. XII. ex. scripta videntur, reliqua decursu temporis adiecta diversis s. XIII. et XIV. manibus, quas lineis interpositis distinxi.* b) morī *c.* c) *haec eadem manu.* d) *haec eadem manu.* e) consolm̄ *c.* f) qui — istius *erasa c.* g) Aldenbug̃ *c.* h) *duo verba erasa* (Deon:t com̄ ?) *c.*

1) Cf. Hist. c. 23. 2) Hist. c. 23. 27. 3) Fortasse eadem quae c. 10 n.* et alibi Eilica dicitur. 4) Cuius uxor fuerit, non constat. 5) Hist. c. 23. 6) Hist. c. 28. 7) Ita etiam Hist. archiepp. Brem. ed. Lappenberg 'GQ.' p. 19. 8) Uxor Iohannis II. 9) Mechtildis uxor Iohannis III. intelligi videtur. — Stemma genealogicum addere placet, cuius numeros a V. Cl. Bippen mutuavi. Qui neque hoc loco neque in historia nominantur uncis inclusi.



1) Ita Krause l. l.

II. MIRACULA IN MONASTERIO RASTEDENSI ACTA.

1. De miraculis quibusdam que Dominus operari dignatus est prosequamur. Que sic manifestata p. 120. sunt. Quidam maxima infirmitate laborantes cum illorum patrocinia intimo corde implorassent et[a] vota sua ad sepulchra illorum vovissent, repente convaluerunt et ipsorum miraculorum testes existentes per 5 plures annos postea supervixerunt. Notum autem sit omnibus patrocinia illorum implorantibus, velocius eos a Domino in suis exaudiri petitionibus, si tamen preces suas intimis effuderint gemitibus. Beata quoque Dei genitrix virgo Maria in nullo loco huius patrie tantorum miraculorum virtutibus effulsit sicut in hoc loco. Quod multis experimentis sepius declaratum est. Nam omnes spoliatores huius ecclesie bonorum et advocatos et oppressores tanta animadversione percutit et miserabili morte facit interire, 10 ut etiam in presenti vita se cognoscant propter angustias et adversitates, quas paciuntur, contra hanc ecclesiam deliquisse. Sed plurimi illorum exemplo perterriti in nullo personas nostras conturbant, sed magis promovere student quantum possunt. Et ut quedam de hiis que diximus patefiant, exempla de comitibus ac famulis et advocatis seu dampnatis in medium proferamus. Qui omnes propter iniurias huic loco irrogatas morte miserabili ex vite huius medio sunt sublati. Ne aliquis legentium seu audien-15 tium hec falsa ac frivola esse putet, Deum testem inducimus, cuius oculis omnia sunt aperta, et conscientiam nostram, quod hec que dicturi sumus quedam ipsi oculis nostris vidimus et quedam a veridicis viris audivimus, quia cum aliquibus eciam ipsorum aliquando postea sumus conversati, quibus hec pericula advenerunt.

2. Quidam fuit comes in Oldenborch[1], qui per advocatos suos villicis huius ecclesie tam in Ste-20 dyngia quam in Amerlandia dampna plurima irrogavit, seminans nichilominus inter abbatem et fratres istos discordie incitamentum, procurans eciam fratres, qui pro utilitate et honore ecclesie laborabant, captivari; firmum eciam habebat propositum a villicis pecuniam extorquere. Et licet [ab[b]] amicis suis secretis et fidelibus sepius esset commonitus ut cessaret, tamen obstinata mente ab incepto proposito non quievit. Beata igitur Dei genitrix Maria compassa huius loci ministris, que est et in cunctis periculis 25 fidelissima consolatrix, tali remedio compescuit violenciam comitis memorati. Accidit ergo, ut quidam sacerdos religiosus — sed non erat de hoc loco — plus solito maturius surgens, devocionis causa ecclesiam intraret ibique ante ortum diei matutinas suas diceret, et post 'Te Deum laudamus' et laudes fecit intervallum. Sedens in sede sua ante altare cepit cogitare. Qui dum sic cogitando de diversis resideret, vidit tres patres huius monasterii venientes *in cappis suis, qui diu fuerant defuncti, et stantes *p. 121. 30 ante eundem, proprio nomine salutabant. Qui cum solus esset in ecclesia, cognoscens eosdem diu mortuos fuisse, in stuporem non modicum est conversus. Vidit autem ab alia parte eundem comitem sedentem in sedili apud altare, indutum vestibus preciosis, et erat precinctus cingulo precioso, et in summitate ante pectus, ubi cingulus coniungebatur, habebat lapidem preciosissimum, ita quod de splendore lapidis tota ecclesia illuminabatur. Procidentes autem hii fratres ante altare humiliter et devote, unus ex eis 35 ymaginem beate virginis, que stetit in altari, est taliter allocutus: 'O Maria, que es mater misericordie et in omni adversitate constantissima coadiutrix, tibi ac filio tuo cum amaritudine cordis et dolore conqueror, quod iste comes monasterium nostrum in omnibus impedit et perturbat'. Secundus autem frater sic ait: 'O Maria, regina celi et super omnes choros angelorum mirabiliter exaltata, omnium miserorum consolatrix fidelissima, tibi conqueror, quod comes iste nostrum monasterium in pluribus condempnavit'. 40 Tercius autem frater sic inquit: 'O Maria, que de tuo utero protulisti, quem omnes creature formidant, qui celum et terram et omnia in eis posita creavit, tibi conqueror, quod iste comes monasterium nostrum, tuo servitio et honori deputatum, adeo impedit et condempnat, quod, nisi manus tue misericordie subveniat, in brevi ad nichilum redigetur'. Et respondens ymago sic inquit: 'Ego de huius comitis malitia vindicabo'. Et descendens de altari, cum vehemencia assumpsit illum preciosum lapidem et nobi-45 lem de pectore comitis et proiecit eundem super pavimentum ecclesie, et comminutus est in partes minutissimas. Propter quod idem comes surgens, nigerrimo statim vultu et horribili apparuit, cum clamore valido et eiulatu miserabili ecclesiam est egressus. Ymago vero revertens stetit in altari. Quo facto, hii tres fratres obnixius inclinantes et devote gratias agentes, ecclesiam sunt egressi, et per egressionem ipsorum fores ecclesie sunt concusse. Hec autem omnia ille religiosus sacerdos audiens et cor-50 porabilibus oculis videns, in timorem maximum conversus. Statim autem ille comes cepit infirmari et infra quatuordecim dies furibundus de luce migravit. De salute autem anime eius nichil penitus disponebat. Iuravit nobis idem sacerdos per corpus Ihesu Christi, quod suis manibus sepe tractaverat, quod ista sicut conscripta sunt vidit et audivit. Illi autem tres monachi, qui queremoniam de comite deferebant, fuerant viri religiosi et timentes Deum et beate virgini in magna devotione in hoc monasterio 55 servierant, cum essent in hac vita, et Deo teste nos omnes vitam ipsorum cognovimus, quia erant in omni opere bono ferventes et Deo fideliter servientes.

3. Fuit eciam quidam miles in hac terra primo pauper, sed postea de bonis ecclesie ditatus. Hic villicos ecclesie in pluribus molestabat. Inter abbatem et fratres sepius discordias suscitabat. Et de p. 122. pluribus factis huius monasterii se intromisit que ad ipsum nullatenus pertinebant. Et licet esset huic

60 a) et v. *bis scriptum erat, sed secundo loco deletum c.* b) *deest c.*

1) Conradus intelligi videtur, quem persecutorem ecclesiae dicit nota supra p. 512. edita.

ecclesie in pluribus importunus, in temporalibus tamen et potestate fuit de die in diem mirabiliter ampliatus. Fuit autem hoc verbum commune apud homines patrie sic dicentes: 'Quamquam beata virgo in Rastede de malefactoribus suis vindicet, tamen de hoc milite nullatenus vindicavit'. Et cum esset in maiori potestate sua, inter dominos terre et eundem dissentionis materia generatur. Unde tandem crimen lese maiestatis imponitur eidem, quod debuisset dominos terre et terram tradidisse. Quod eciam quan- 5 tum in ipso fuerat attemptavit. Propter quod omnibus bonis spoliatus cum amicis est a patria expulsus, nullatenus reversus. Et usque in hodiernum diem tota illius militis generacio crimen et nomen tradi-tionis non evadit.

4. Fuit et alius quidam famulus, qui in parrochia ista villicos plurimum aggravabat et suis con-silis et expensis ecclesiam condempnavit. Unde accidit divina procurante clementia, ut idem quadam 10 die stans inter alios homines ad terram caderet, et sic non loquens et de salute anime sue nichil dispo-nens, viam universe carnis subito est ingressus.

5. Item quidam malignus advocatus huius ecclesie cum quendam hominem captivasset, et togam qua indutus erat exuere deberet, ab ipso captivo proprio cultello, quem in vagina habuit, interfectus est.

6. Item duo fuerunt advocati huius monasterii pater et filius, qui eciam hic in curia nostra et 15 cum villicis huius ville insolentias plurimas faciebant, integras pernas per violentiam sumentes ad assan-dum ignibus apponebant. Beata ergo virgo nos ab huiusmodi malefactoribus misericorditer liberavit, quia in quadam palude fuerunt miserabiliter occisi. Et manserunt ipsorum corpora intumulata bestiis terre et avibus celi devoranda.

7. Hec et hiis similia miracula Dominus omnipotens per intercessionem beate virginis est in hoc loco 20 plurima operatus. Que si singula vellemus enarrare, legenti et audienti utique fastidium generarent. Et non solum ultio divina advocatos et turbatores huius monasterii percutit, verum etiam abbates et monachos ipsos se in suo officio male habentes confundit, ut de perpetratis sceleribus divinam in hac vita sentiant ultionem.

BALDUINI NINOVENSIS CHRONICON.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Ninove abbatia ordinis Praemonstratensis, in confinio Flandriae et Brabantiae super Teneram fluvium sita, a Gerardo domino de Ninove anno 1137. *fundata est, adductis illuc canonicis Parchensis coenobii prope Lovanium paucis annis ante instituti. Quae mox bona capiens incrementa laeteque efflorescens, litterarum ac praesertim historiae studium non neglexit. Cuius praecipuum documentum, omnia fere quae antea praestita erant comprehendens, praebet codex huius abbatiae, post a.* 1838. *in bibliothecam V. Cl. Vergauwen Gandavensis translatus, mbr.* 4°, *saec. XIII. ex. vel XIV. in. maximam partem una manu nitide exaratus. Haec enim scripsit chronicon usque ad a.* 1294, *quod inscriptione Balduino auctori tribuitur, et post quaedam aliarum manuum additamenta infra enumeranda catalogum abbatum Ninovensium inter a.* 1274 —1304. *desinentem, quem aliae multae manus usque ad recentem aetatem continuaverunt. Etsi manum ipsius auctoris in codice non deprehendis, hoc tamen exemplar esse mundum atque autenticum autographi eius, ipso fortasse vivente et curante confectum, statuere potes.*

De Balduino[1] *auctore nihil omnino constat praeter id quod titulo docetur, eum fuisse canonicum et diaconum Ninovensem et, quod ipse profitetur*[2], *in hoc monasterio educatum. Flamingum vero eum fuisse, ex formis nominum locorum certissime intelligi potest. Scribit enim* Teclenborg, Ysenbergh, Saelbergem *pro Salisbury,* Boenen *pro Boulogne, similia. Sed etiam de tempore eius dubitari potest. Nam sub a.* 1191, *ubi de solis eclipsi refert, addit haec:* Hanc et ego ipse, cum puerulus essem, me vidisse memini, precipue quia eam adultorum exemplo in aqua tunc didici perspicatius contemplari. *Quod si verum est, auctorem usque ad a.* 1294. *vixisse haud credes*[3]. *At se ipsum quasi viventem et loquentem inducit aliis quoque locis, quos integros ex fontibus suis descripsit. Sub a.* 1149. *verba quidem* Relatum est nobis miraculum *etc. unde sumta sint, nescimus, sub a. vero* 1153: Qui presens fuit nobis retulit *et a.* 1154: qui modo regnat *ex Sigeberti auctario Affligemensi, sub a.* 1166: Ipsum et nos .... vidimus, *teste Hugone, Sacr. Antiq. II, p.* 174 *sq. n., ex libro miraculorum S. Cornelii Ninovensis exscripsit. Etiamsi vero notae illi a.* 1191, *utpote forte aliunde exscriptae, maxima vis tribui non potest, sunt tamen alia*

1) Cf. de eo praesertim copiosam dissertationem in 'Hist. litéraire de la France' t. XX, p. 210—227, ubi de ingenio eius bene actum est, quae vero de eius fontibus afferuntur, nihili sunt. 2) His verbis: *quoniam et hec causa plures latet, etiam in eadem domo una mecum educatos.* — In chartulario Ninov. ed. De Smet, 'Chron. Flandr.' II, p. 947 nr. 256, occurrit a. 1282. tantum *Balduinus conversus, magister de Scora* ('Ter Schoor, ancienne ferme de l'abbaye de Ninove à Okegem' interpretatur De Smet). 3) Licet hoc De Smet et 'Hist. lit.' l. l. p. 211. admiserint. In editione Hugonis haec nota — vix laudabiliter — omissa est.

quae, ut chronicon iam medio saec. XIII. compositum esse putes, suadeant. Licet enim idem scriba totum chronicon exaraverit, videtur tamen in mente habuisse, ut iam post a. 1254. catalogum abbatum poneret[1]*, postea demum mutato consilio annos 1255—1294. chronico adiecisse. Si vero auctor librum usque ad a. 1254. tantum deduxit, bene fieri potuit, ut rei a. 1191. gestae puer interesset. Accedunt alia. Quae sub a. 1255—1294. leguntur minime praecedentibus sunt uberiora, ut auctoris sui tandem temporis gesta describentis, immo nonnullas tantum res annalistarum more referunt. Pauca nihilve inveniuntur ad patriam coenobiumque auctoris spectantia, praesertim iam non episcoporum Cameracensium successio annotatur, quorum in dioecesi Ninove sita erat, hactenus accurate enumeratorum, ita ut, cum episcoporum qui a medio saec. XII. usque ad a. 1200. sederunt certos annos fontibus destitutus auctor indicare non posset, e memoria, ut videtur, eorum seriem sub a. 1180, dehinc vero singulorum ordinationem sub certis annis, postremo sub a. 1247. attulerit*[2]*. Denique quidam Balduinus Bech (vel Beth?) canonicus Ninovensis occurrit in duabus chartis a. 1248 (apud De Smet nr. 209. 212). Haec referre voluimus, ut quaestio proposita intelligatur; multum tamen abest, ut Balduinum iam medio saec. XIII. scripsisse, chronicon usque ad a. 1254. tantum duxisse, pro certo statuere possimus. Obstant alia. Etiam haec pars chronici, praesertim inde ab a. 1233. circiter, prodit rationem annalium brevium, ubi postrema res ad abbatiam Ninovensem spectans iam sub a. 1242. relata est. Forte chronista de coenobio suo hic plura referre ideo noluit, cum abbatum catalogum annectere sibi proposuerit, in quo, ut supra dictum est, prima manus demum sub Iohanne abbate (1274—1304) subsistit. Porro post a. 1254. nihil de calamo ab auctore deposito notatum est. Sub a. 1245. Wilhelmus rex dicitur regnasse* 8 annis vel circiter, *quae post obitum eius a. 1256. scripta esse apparet*[3]*. Deinde qui chronicon usque ad a. 1254. composuit ducibus Brabantiae, quorum res gestas in primis refert, favisse videtur*[4]*; idemque de auctore annorum 1255—1294. dicendum est*[5]*. Denique in toto chronico multa cum Annalibus Blandiniensibus conveniunt, et extrema pars inde ab a. 1273. nihil fere est nisi uberior eorundem recensio. Quare, licet annos 1255—1294. a continuatore quodam chronico post additos esse haud denegemus, hoc tamen certius probare nequimus.*

Balduinus id egit, ut chronicam domesticam, ut ita dicam, conderet, non magnum historiarum thesaurum, sed potius compendium componere sibi proponens, imperatorum et paparum seriem et praecipuas gestas res aliaque quae ipsi memorabilia videbantur, maxime sanctorum memorias referret et his patriae, praesertim vero monasterii sui historiam intermisceret. A nativitate Christi, ut chronistarum saec. XIII. mos est, incipiens, libri fundamentum posuit Sigeberti chronicon, continuationibus Anselmi ceterisque Gemblacensibus atque Affligemensi auctum. Huius exemplar ex Affligemensi coenobio, haud procul a Ninove sito, nactus esse videtur, cum compluries recte quidem Sigebertum laudet, aliis vero locis eius verba (a. 598. et 602) sic citet: Hic dicit Haffligemensis, *et postea*

1) V. quae sub a. 1254. et ante catalogum infra annotata sunt.

2) Addendum praeterea, Wilhelmum regem usque ad a. 1254. ter falso imperatorem, sub a. 1255. vero recte Romanum regem appellari.

3) Verba a. 1251: *succedit in comitatu Flandrensi Guido . . . post mortem nichilominus matris sue sibi adiudicato,* quae a. 1279. obiit, non tempus sed conditionem indicantia explicari possunt, eandem vim habentia acsi diceretur: 'cum mater obierit'.

4) V. praesertim a. 1214.

5) Cf. praecipue relationem belli Worringensis a. 1288. At in priori parte ducum Brabantiae successiones in margine notantur, numero ordinis addito, quod post a. 1255. non factum est.

scribit: Haffligensis monachus cronicam suam perduxit usque ad a. D. 1143. *etc., quod sane mirandum et vix rationabiliter explicandum est; nam, ut Bethmann, SS. VI, p.* 398 *n., notat, post hunc annum etiam usque ad a.* 1162. *multa ex continuationibus Gemblacensi et Affligemensi mutuatus est. Sigeberti chronicon minime fere integrum, ut alii huius aevi scriptores, excepit, sed multa quidem excerpsit, haec vero saepe abbreviat et mutatis verbis reddit. Quibus excerptis usque ad Caroli M. aetatem plura, deinde vero usque ad saec. XI. ex. pauca ex aliis fontibus mox enumerandis inseruit. Multo vero aliter priorum quatuor saeculorum a nativitate Domini historiam contexuit. Certe quidem codici Sigeberti quo usus est*[1] *inerat Hieronymi chronicon cum chronico quod dicitur imperiali subiuncto, sed ex his pauca sumsit, cetera ex multis aliis libris compilata sunt, — caveo enim, ne dicam, ipsum omnes quos enumero legisse, cum facile fieri potuerit, ut quorundam excerpta*[2] *ex compilatione quadam a me non indagata hauserit —, videlicet ex Eusebii historia ecclesiastica ex versione et cum continuatione Ruffini, historia tripartita, Orosii historiis, Iosephi Antiquitatibus, Landulfi historia miscella, Petri Comestoris historia scholastica, Iohannis Beleth Rationali divinorum temporum, Gratiani Decreto, Galfredi Monumetensis historia Britonum, Martyrologio quod dicitur Bedano patriae ipsius additamentis aucto, ex quo multorum sanctorum dies emortuales enotavit, Hieronymi et Sigeberti libris de scriptoribus ecclesiasticis, nonnullis scriptis theologicis*[3]*, ut libello quodam de haeresibus*[4]*, deinde ex permultis Legendis Vitisque sanctorum, ut SS. Gervasii et Prothasii, Nicetae et Aquileae, Sebastiani, Hippolyti, Thebaeorum, Silvestri papae, Agathae, Luciae et Geminiani, aliis, et ut iam ad posteriora saecula transeamus: ex historia exaltationis sanctae crucis, Vitis SS. Germani Paris., Servatii, Lupi Trecensis, Gregorii papae, Brictii, Gengulfi, Bavonis Gandav. auctore Theoderico*[5]*, Livini*[6]*, Berlindis virginis*[7]*, Landelini Lobiensis*[8]*, (Gisleni*[9]*), Amandi auct. Philippo Harvengio*[10]*, Autberti auctore Fulberto*[11]*, Eligii*[12]*, Gertrudis*[13]*, (Filiberti*[14]*), Aicadri*[15]*, Landradae*[16]*, Reineldis*[17]*, Amalbergae*[18]*, Aegidii abbatis, Salvii*[19]*, Leonis IX. papae auctore Wiberto, Norberti ordinis Praemonstratensis fundatoris altera*[20]*, ex qua non pauca contracta et omnino alio sermone reddita excerpsit, Vita S. Mariae de Oegnies auctore Iacobo de Vitriaco*[21]*. Praeterea vero auctor his saeculis adhibuit Annales Parchenses, quod mirum non est, cum Parchensis abbatia mater fuerit Ninovensis, et Blandinienses. Sed horum non nostrum, SS. V, p.* 21 *sqq., editum, sed aliud atque id uberius exemplar habuisse videtur. Quod ut demonstrem, hanc tantum affero notam ex Ann. Bland. a.* 1142. *sumtam:* Puer nascitur in Gemlaus duorum capitum, *cui Balduinus addit:* et trium manuum[22]. *Compluries refert de rebus in monasterio S. Bavonis Gandavensi gestis, quare eum forte Annales huius monasterii Blandiniensibus (i. e.*

1) Vel codice B 3 Bethmanni deperdito, vel huius simillimo. 2) Ut Iordanis Geticorum, Gregorii Turon. libri de gloria confessorum et Miraculorum S. Martini, Fredegarii, quorum omnium unus tantum locus apud nostrum legitur. — Ex antiquorum carminibus laudat tantum Ausonii epigr. 119. obscoenissimum, quod falso Martiali tribuit. Versum quendam Vergilianum ex Orosio VII, 4. sumsit. 3) Ut aliquibus scriptis Gregorii I. papae, epistola Ignatio falso ascripta, aliis. 4) Quod Augustini libro nititur. 5) Apud Surium, Vitae prob. ed. 2. V, p. 478 sqq. 6) Apud Mabillon, Acta SS. II, p. 450 sqq. 7) Ibid. III, I, p. 17 sqq. 8) Ibid. II, p. 875. 9) Ibid. II, p. 790 sqq. 10) Acta SS. Febr. I, p. 872. 11) Ap. Surium ed. 2. VI, p. 901. 12) Ibid. VI, p. 650. 13) Mabillon II, p. 467 sq. 14) Ibid. II. p. 824. 15) Ibid. II, p. 953 sqq. 16) Acta SS. Iul. II, p. 627. 17) Ibid. Iul. IV, p. 176 sq. 18) Ibid. Ian. V, p. 202. 19) Ibid. Iul. III, p. 91. 20) Ibid. Iun. I, p. 819 sqq. 21) Ibid. Iun. IV, p. 636 sqq. 22) Sic etiam Iohannes de Thilrode c. 22, quocum et pauca alia conveniunt; cf. infra praef. — Complures Annalium Bland. locos ex Auct. Afflig., in quo exscripti sunt, sumere potuit.

S. Petri Gandavensis) superstructos habuisse suspicari possis. Neque vero quidquam obstat, ne auctorem et Annalibus S. Petri et S. Bavonis usum esse[1] *putes. Iam supra diximus, finem chronici ab a.* 1273—1291. *cum Blandiniensibus maxime convenire, fere semper vero plura praebere. Cum igitur his annalibus iam ad a.* 1285. *productis alia manus iterum annos* 1270—1291. *chronico congruentes addiderit*[2], *dubitari possit, uter utrum exscripserit. Mihi vero persuasum est, hanc etiam partem annalium chronistae Ninovensi usui fuisse, hunc vero supplevisse et mutasse quae ipsi ut coaevo comperta erant*[3]. *Utitur deinde Balduinus Turpino, quem nomine Ernaldi, ex Sigeberto forte corrupte sumto, laudat, Descriptione rerum orientalium iussu Innocentii III. papae composita (apud Bongarsium, Gesta Dei p.* 1125 *sqq.), Guillelmi Malmesburiensis Gestis regum Anglorum, quem semel his verbis citat:* In Anglorum hystoria legisse me memini, *et alios duos locos ex hac exscriptos sic affert:* memini me legisse, *sed compluries, licet paucissima ab hoc mutuatus sit, ipsa verba Guillelmi reddit. Fundationem monasterii Affligemensis breviter sic narrat, ut in plurimis cum Chronico Affligemensi (SS. IX, p.* 407 *sqq.) concordet; non vero hoc sed aliam brevem narrationem secutus esse videtur. Deinde vero — quod mirandum est — duos tresve locos nostri ex Mariani chronico, quod ipse laudat, unum ex Roberti Altisiodorensis chronici continuatione ad verbum exscriptos invenis. Illud quidem eum prae oculis habuisse, non omnino denegarim, cum ex aliis quoque fontibus pauca tantum Sigeberti excerptis intermiscuerit, Roberti vero chronicon certe non legit; quocum praeter illum locum nihil artius concordat. Miraculum in Hispania in sacramento missae gestum, quod ibi narratur, forte separatim descriptum invenit*[4]. *Praeterea, ut suspicari possumus, quodam chronico pontificum et imperatorum nobis ignoto usus est, in quo illorum constitutiones praesertim, horum certe gesta quaedam relata erant. Saepissime enim laudat 'chronica', hoc tantum nomine usus, quorum series pontificum et anni his attributi*[5] *multis locis a Sigeberto aliisve fontibus differebant*[6]. *Eius rei mentionem fecisse ipsi sufficit, lectori quid probandum sit decernere relinquens*[7]. *Quamvis his locis de vero temporum ordine stabiliendo multum laborare videatur, alibi tamen chronologiam parum curat, excerpta Sigeberti vel nulla temporum ratione habita inter se miscens vel falsis annis subscribens.*

1) Moneo, complures notas nostri neque in Ann. S Bavonis SS. II, p. 185 sqq. editis, neque in chronico S. Bavonis apud De Smet, 'Corp. chron. Flandr.' I, p. 455 sqq., neque apud Iohannem de Thilrode infra editum legi. 2) SS. V, p. 33. 3) Nota, cum nostro etiam ad verbum convenire quae sub a. 1273. in priori parte annalium leguntur. Cf. etiam quae ad a. 1288. infra notavimus. 4) Quae cum Gestis episc. Camerac. conveniunt aut ex Sigeberto, qui eis usus est, aut ex Vitis sanctorum ibi quoque exscriptis, praesertim Vita Autberti excerpsit. 5) Qui minime conspirant cum eiusmodi chronicis a nobis lectis. 6) Huic chronico forsan attribuendi sunt quidam loci ex fontibus supra enumeratis sumti. — Quaedam miro modo conveniunt cum Chronica Minore; e. gr. Chron. Minor: *Tunc et ipse Nero a senatu ut occideretur condempnatus se ipsum interfecit. Sed alibi legitur, quod fugiens Rome Nero fame et siti in silva obriguit et a lupis devoratus est.* Balduinus: *Nero sententia senatus adiudicatus, timore coactus, fuga lapsus est et in palude oberrans, fame et miseria constrictus, a lupis devoratus est, vel secundum alios semet ipsum interfecit.* (Cf. etiam Ekkeh. p. 101). Restant denique apud nostrum quaedam fabulosa de imperatoribus, quae unde sumserit nescimus, quamvis alibi aut eodem aut simili modo narrata sint; ut de duabus ollis Iuliano apostatae a muliere ad servandum traditis. Quae in nece eiusdem Iuliani alibi sancto Mercurio tribuuntur, apud nostrum de s. Quiriaco milite narrantur. 7) Neque tamen omni ingenio critico eum destitutum fuisse, quibusdam locis ostenditur. Ut cum Romanam historiam (scil. Landulfi) et Passionem Luciae et Geminiani inter se differre statuerit, addit: *quod determinandum exercitato lectori relinquo, cum tamen magis apocrypha eadem Passio mihi videatur.* Alio loco modeste sic: *Sed quia non corrigere sed presentire tantum diversarum inconvenientias historiarum idoneus sum, et hanc inconvenientiam precidere, suadeo hoc tantum, plane intelligens, quod non modicam confusionem circa pontificum ordinem et imperatorum Decii tempora generarunt.*

Denique libros in suo monasterio conditos hos exscripsit: Historiam fundationis Ninovensis coenobii, de qua infra dicetur, librum 'Collectionis miraculorum SS. Cornelii et Cypriani' (quibus Ninovensis ecclesia dicata erat), iam supra memoratum, quem etiamtunc, i. e. circa a. 1730, *'apud Ninovienses* 5 *nostros asservatum' vidit Hugo abbas Stivagiensis vel Blanpinius, socius eius. Quo codex nunc pervenerit, ignoramus. Balduinus eum laudat nomine 'Ninivensium hystoriae'. Etiam annales in hoc monasterio scriptos eum excepisse, recte statuere mihi videor, adductus cum iis quae de rebus ibidem gestis nusquam alibi relata narrat, tum notis quibusdam ad gentem dominorum Nino-* 10 *vensium et Grimbergensium, quos ut fundatores et advocatos monasterii canonici coluerunt, spectantibus. Quanta his annalibus debeantur, in dubio relinquimus, suspicantes tamen, quae de rebus saec. XIII. in. in Brabantia Flandriaque gestis haud contemnenda leguntur his esse attribuenda*[1]. *Nec denique auctor nonnullas chartas archivi Ninovensis in auxilium sibi vocare neglexit.*

15 *Chronicon primus a.* 1731. *edidit Hugo, Sacrae antiquitatis monumenta II, p.* 59—190. *ex apographo codicis nostri tunc Ninovensis, sibi a Ferd. van der Haeghen abbate Ninovensi transmisso. Blanpinius ibidem notas chronicon illustrandas, nobis iam nullius fere pretii, addidit. Tum a.* 1841. *emendatius et cum omnibus additamentis codicis mox enumerandis repetivit chronicon I. I. de* 20 *Smet, Corpus chron. Flandriae II, p.* 587—746. *Qui quidem ut chronicon illustraret suo more non egit, chartularium vero Ninovense ibid. p.* 751—983. *subiunxit, quod nobis optimo usui fuit. Paucissima excerpta Brial, SS. rerum Franc. XIII, p.* 732 *sqq., dedit. — Iam a.* 1867. *V. Cl. W. Arndt* G a n d a v i *exscripsit codicem, cuius apographum saec. XVII. exstat in codice Bruxellensi* 25 *nr.* 7652. *Nos ex priore parte chronici paucissima tantum vel singularia vel memorabilia repetivimus, cetera omnia ex fontibus notis exscripta omisimus, inde ab a. circiter* 1130. *demum continuam libri seriem exhibemus.*

Balduini chronico in codice Gandavensi alia manu subiuncti Versus magistri Gilleberti de Outre de guerra habita (*a.* 1297) inter Philippum regem 30 Francie et Guidonem comitem Flandrie *compositi sunt vel iam ipso anno* 1297. *exeunte vel paulo post, ut coniecerim per indutias a mense Octobri a.* 1297. *usque ad Februarium a.* 1298. *initas. Auctor carminis 'magister Ghiselbertus presbyter curatus de Outra' (Oultre prope Ninove) occurrit in duabus chartis a.* 1285 *(apud De Smet, Chron. Flandr. II, p.* 952. *nr.* 262. 263*),* 35 *quibus venditio inter hunc et monasterium Ninovense facta confirmatur. In margine carminis alia coaeva manus res in eodem relatas soluta oratione iterum descripsit.*

Deinde sequitur alia manu exaratum aliud carmen certe a quodam canonico Ninovensi compositum, postquam a. 1300, *mense Maio Guido comes et filius* 40 *eius Robertus capti sunt; quo ex rebus nuper in Flandria gestis poeta adhortationis sibi sumit occasionem exemplumque. Licet versus eiusdem sint formae ac praecedentes, hos tamen Gilleberto non attribuerim, cum hic — etiamsi eum canonicum Ninovensem, quod nescimus, factum esse statuere volueris — magis quam auctor alterius carminis comiti Flandrensi favisse videatur.*

45 *Post nonnullas notas saec. XIII. ex. et XIV. subiunctas sequitur postremo catalogus abbatum iam supra memoratus.*

Subiicimus denique tres libellos ad historiam Ninovensem pertinentes.

I. N a r r a t i o   f u n d a t i o n i s   e c c l e s i a e   N i n i v e n s i s *brevis exstat nullo titulo praeposito in codice olim Parchensi, nunc* M u s e i   B r i t a n n i c i

50 1) Ut de pugna Steppensi, Bovinensi, alia.

nr. 14790, *ultimo folio circa a.* 1300. *inscripta. Hic codex tertium est volumen bibliorum iussu Philippi abbatis Parchensis a.* 1148. *conscriptorum, cuius alteri volumini (nr.* 14789) *Annales Parchenses SS. XVI, p.* 598 *sqq. editi insunt*[1]. *Exscripsit narrationem V. Cl. F. Liebermann. Quando haec composita sit, non certe decerni potest; nullius rei post primum abbatem a.* 1138. *electum gestae mentio fit. Eam non in Ninovensi, sed in ipso Parchensi coenobio compositam esse, credere maluerim*[2].

II. Historiam fundationis ecclesiae Ninivensis alteram edidit Miraeus, 'Opera diplomatica' I, p. 528 *sq., in annotationibus ad chartam quandam Ninovensem, his praemissis: 'Libet hic subnectere originem coenobii S. Cornelii Ninivensis ex ms. illius loci chronico', qua finita addit: 'Hactenus ex ms. chronico Ninivensi'. Cum, quo codex devenerit, indagare haud potuerimus, Miraeum sequimur, verba tantum secundum morem saec. XII. scribentes. Narratur fundatio monasterii multo copiosius quam in brevi illa Narratione, additis praesertim quibusdam de gente dominorum Ninovensium; necnon quaedam de bonis ecclesiae post fundationem acquisitis traduntur. Conscripta est haec historia Ninovae, sedente, ut videtur, Algoto abbate inter a.* 1195—1199, *cum in fine abbates usque ad hunc enumerati sint. Sequitur quidem nota quaedam non ante a.* 1252. *scripta, sed haec quin postea subiecta sit, nemo, ut opinor, in dubium vocabit.*

III. Repetimus Narrationem persecutionis ecclesiae Ninivensis, quam idem Miraeus l. l. I, p. 542. *aeque 'ex veteri ms. chronico Ninivensi' imprimi fecit. In qua molestiae, quas Gerardus de Grimberghen, gener et haeres Gerardi fundatoris Ninovensis, monasterio intulerit earumque bonus exitus memoriae traduntur. Conscripta est dominante Gerardo, filio dicti Gerardi persecutoris, i. e. circa a.* 1185—1200. *Haec quoque narratio ab initiis monasterii incipit. Si igitur Miraeus dicit se in ms. chronico utramque invenisse, hoc non ita intelligendum est, ut maius chronicon Ninovense exstiterit, ex qua has partes ille excerpsisset, sed utraque narratio integer et plenus est libellus, neque altera ab altera pendet, quin etiam non habemus cur eidem auctori utramque tribuamus, sed Miraeus eas in eodem modo codice invenisse videtur*[3]. *Sed et hoc iam num pro certo habere possimus, dubitamus, cum apud Balduinum ex Narratione persecutionis nihil inveniatur, multo vero aliter de Historia fundationis statuendum sit.*

Primo enim patet aspectu, utramque historiam fundationis et Balduinum maxime inter se convenire. Quae vero inter eos ratio intercedat, difficilius est diiudicatu. Copiosiorem quidem narrationem certe Balduinus exscripsit, cum omnia fere quae ibi traduntur, etiam nota post addita de qua supra diximus, apud eum inveniantur, omissis tantum iis quae de dominorum Ninovensium ante fundationem monasterii gestis narrantur. Nonnullis vero locutionibus Balduinus propius ad breviorem narrationem accedit, et haec cum ampliore ita concordat, ut casu hoc factum esse putare non liceat. Brevior narratio ex ampliore excerpta esse non potest; unde enim verba cum Balduino communia et sententia illa supra (n. 2) *tacta? Eandem ex Balduino esse excerptam, etiam minus est probabile. Itaque facere non possumus, quin breviorem narrationem auctori amplioris iam notam, utramque vero a Balduino lectam esse statuamus.* *O. Holder-Egger.*

1) Cf. 'Catal. of the additions to the mss. in the British Museum' a. 1844, p. 6. 2) Cf. verba finalia: *presente domino Symone abbate de Parcho antedicto et eleccionem confirmante*, quae in Historia II. aliter narrantur, apud Balduinum desunt. 3) Num plura ad historiam Ninovensem spectantia in eodem fuerint, nescimus.

INCIPIUNT CRONICE FRATRIS BALDUINI DYACONI, CANONICI NINIVENSIS, AB INCARNATIONE DOMINI INCHOANTES.

Seculi etas sexta inchoat, peractis ab origine mundi secundum Hebreos annis 5952, secundum 70 vero interpretes 5199 et secundum Grecos 5500. . . . .

Secundo Neronis anno Paulus a Festo preside Romam vinctus mittitur. Eodem anno Tornacus civitas edificatur[1]. . . . . Hier.

Traianus, a Nerva adoptatus in filium, ei succedit et imperavit annis 19 cum dimidio, apud insignem Gallie urbem imperii insignia suscipiens, quam urbem, deductis in eam Romanorum civium colonis, Coloniam nominavit. Nam tres fratres olim fuerunt, Agrippa, Granus[a] et Nero, principes Romani, quorum primus Agrippa Agrippinam fecit, Granus[a] vero Aquisgrani[2], sic dictas, quia calidos fontes ibi elaboravit, de quibus post 400 fere annos Karolus balnea fecit valde utilia. Iste Agrippa gener fuit Augusti. Iulius vero Caius Gandavum edificavit[3]. . . . . Oros. VII, 12. Hier.

Anno 596. sanctus Gaugericus Cameracensis episcopus obiit 3. Idus Augusti. . . . .

Anno 644. apud Escam[4] vicum in comitatu Alostensi Cameracensis diocesis beatus Livinus archiepiscopus pro Christo martyrium duxit. Parisius Aurea virgo obit 4. Nonis Octobris[5]. . . . .

Pippinus Neustriam sibi subiugat, tandemque sub Theodorico toti regno principatur, statum rerum meliorat et sancto Lamberto Traiectensem episcopatum reformat. Hic paulo post episcopalem sedem transtulit in Legiam, que, ipso in ea martyrizato, Leodium a posteris dicta est, quasi tenens leonem divum. . . . . Sigeb. 691.

Anno 786. Karolus Saxones victor sub iugum Christi mittit, et precavens in futurum, ut rebellionis omnes occasiones tolleret, omnes dignitates regni Christi ecclesie tradidit, pro ducibus episcopos, pro regibus archiepiscopos constituens; ideo illius regionis episcopi omnes excellunt, quia iura regalia ecclesie cesserunt. . . . .

Coniuratio valida facta est ab Austrasiis contra Karolum regem, auctore Harderico. Qua detecta, exiliatis multis, multi quoque membris detruncantur. Hoc ipse Karolus per se deprehendit, angelica voce de nocte commonitus, quatenus ilico ad furandum egrederetur[6]. . . . . Sigeb.

Anno 793. Constantinus matrem suam Hyrenem imperio privat, et solus imperat annis 6. Hic duxit in uxorem filiam Karoli regis Francorum. Karolus[7] plane cum Constantino Constantinopolitano imperatore Iherusalem christianis restituit; sed cuius apostolici tempore hoc fuerit, quoniam ad presens ipsius historiam non discussi, indiffinitum relinquo; hoc tamen ausus subnectere, quod cum Constantino Sanctam Civitatem de gente non sancta liberavit; atque ab eodem Constantino acceptas detulit in Franciam venerandas reliquias: videlicet unum clavum et sudarium Domini, frustum crucis, interulam beate Marie et cinctorium cunabuli et brachium Symeonis et de corona Christi 8 spinas cum robore suo, que in sua presentia floruerunt, floresque positi in cyrotheca sua in aere mirabiliter pendente in manna protinus miraculose conversi sunt, infinitisque in ipso reditu exhibitis miraculis, cum gloria reversus est. . . . . ib.

Adrianus papa investituras ecclesiarum Carolo Magno, cuius animus adversus avaritiam fuit invictus, laudabiliter[b] concessit, ut nullus electus consecraretur ab episcopo, nisi prius a rege insigniretur et anulo et baculo. Guill. Malm. II, 202.

Anno 795. Karolus rex exstruxit Aquisgrani basilicam mirande pulcritudinis. Sancta Amelberga virgo, cuius amite fuerunt sancta Gertrudis et sancta Begga sorores, [obiit[c]] 6. Idus Iulii. Hanc ipse Karolus, cum adhuc iunior esset, nimis adamaverat, atque in uxorem plane duxisset, si non virginalis pudicitia obstitisset eiusdem. Quo regis tempore, sed cuius apostolici indiscussum mihi est, beatus Egidius abbas in Proventia migravit ad Dominum Kal. Septembris; cum ei infra missarum sollempnia angelus super altare detulisset cartam continentem ipsius Karoli occultum peccatum, quod nulli unquam ausus fuerat confiteri. Sigeb. V. S. Amalb. Martyrol. V. Aegidii

Anno Domini 792. Lidricus primus comes Flandrie Harlebeccensem in Flandria primus comitatum adeptus regnavit[8]. Leo papa presidet annis 20. . . . . Sigeb.

Sanctus Salvius episcopus pro fisco Valentianas ab Aquitania veniens, a Winegrado, filio Genardi procuratoris fisci, clam perimitur, 6. Kal. Iulii, vel certe Kal. Iulii; sed Karolus rex, ut ipsum quereret, per angelum ter commonitus, sorte occisorem eius quesitum invenit, et tam patrem quam filium, abscissis virilibus, privavit oculis. Anno ib. V. Salvii.

a) Gratianus *edd.* b) *vox deleta rec. manu c.* c) *deest c.?*

1) Cf. historiam Tornacensem s. XII. scriptam, alio volumine edendam. 2) Haec fluxerunt ex Caroli M. diplomate supposititio Friderici I. diplomati inserto apud Quix, 'Aachen' I, p. 113. Cf. Gotifr. Vit. cod. A, SS. XXII, p. 158 sq. 3) Cf. Ann. S. Bavonis, SS. II, p. 185; Iohannem de Thilrode c. 8. infra. 4) Essche-St.-Liévin prope Sotteghem. Locus martyrii in Vita S. Livini non commemoratur. 5) Haec certe ex Martyrologio. 6) Similiter Albericus, SS. XXIII, p. 717: *Et, ut in cantilena dicitur, ad istam conspirationem cognoscendam Karolus Magnus monitu angeli ivit de nocte furari.* Cf. de hac fabella G. Paris, 'Hist. poétique de Charlemagne' p. 316 sqq. 7) Haec ex historia expeditionis Caroli M. in Terram Sanctam nondum impressa (cf. G. Paris p. 57 sq 339 sq.), quam exscripsere Helinandus, alii. 8) Cf. Sigeb. Auct. Ursicamp. p. 470. et Ann. S. Bavonis, SS. II, p. 187.

Sigeb. Domini 800. Leonem papam, celebritatem letanie maioris agentem, Romani capiunt et linguam ei oculosque evellunt. Cui voce et visu divinitus reddito, iterum oculos evellunt et linguam radicitus excidunt. Qui de custodia ipsorum qua tenebatur elapsus, confugit ad Karolum. At Karolo cum nuntiaretur de casu Leonis pape, in balneo sedens sub manu tonsoris nuntium audivit. Qui mox de balneo exiliens, iuravit tonsuram sibi non perficiendam, donec vindicta facta papam sedi sue restitueret[1]; quod ita factum est. . . . .

Leo papa Aquensem capellam dedicavit in honore beate virginis Marie, presentibus 365 episcopis, ubi regalem sedem et caput Gallie Karolus citra Alpes constituit[2]. . . . .

ib. Anno 815. Karolus imperator gloriosus, regno et imperio suo amplificato, statu quoque sancte ecclesie religiose ordinato, moritur et Aquisgrani sepelitur; cuius vitam cognoscere est ex scriptis Ernaldi[3]. Sed quoniam eorum scriptorum non omnibus datur copia, hic pauca de pluribus eiusdem Caroli subiungam miracula. Turp. Itaque coram Karolo, sicut olim coram Iosue, muri duarum civitatum, cum eas obsideret, corruerunt, Pampilonie scilicet et Lucerne, que nunc deserta est cum ceteris quatuor, quia eis Karolus maledixit. Haste quorumdam de suo exercitu, qui pro Christo in crastino bello morituri erant, corticibus et frondibus quadam nocte decorabantur; quod utique miraculum simili modo repetita vice patratum legitur; iterumque ad petitionem suam in humeris moriturorum in bello crux ei rubea semel apparuit, quos pro metu in capella reclusos finito bello nihilominus mortuos invenit. Aigolando rege pagano propter 13 Karoli pauperes fidem respuente, tubam Rolandi spatio 8 leugarum audivit; ipso Karolo hostes persequente, dies sole immobiliter stante tripliciter prolongatur. Qui cum vidisset ecclesiam Anianensem, quam operose edificaverat, cum abbate eiusdem loci et episcopo quodam instar Moysiaci rubi ardere de nocte nec comburi[4], etatis[5] sue anno 72, regni autem eius 47, subacte Italie 43, imperii vero 14, incarnationis Domini 813, 5. Kal. Februarii obdormivit in Domino, atque eadem hora Tulpinus Remensis archiepiscopus apud Viennam in oratione diutina obdormiens, eius animam per trutinam Galiciani sine capite in celestibus collocari angelo[a] nuntiante cognovit[6]. . . . .

Sigeb. Gregorius papa in Galliam veniens, contra imperatorem cum filiis agebat, arguens eum pro moniali, cuius amore deperibat[7]; imperator autem uxorem suam Iudit quasi causam malorum abicit; qui desertus a suis et in potestatem filiorum redactus, quia, relicta legitima, adherebat moniali[7], iudicio episcoporum et Gregorii pape arma deposuit, et agere penitentiam reclusus et sequestratus compellitur. Sed humili satisfactione et plena emendationis promissione absolvitur et relaxatur; arma, imperium et uxorem recipit ac filium Lotharium in Italiam redire coegit. Ebbonem[b] Remorum archiepiscopum deponit et in adversarios ultionem exercet, culpe, sed non ire moderatur. . . . .

Auct. Aff. Anno Domini 851. Dani Frisiam et Batavos populantes, apud Gandavum monasterium Sancti Bavonis incendunt; monachi reliquias eius Lauduno conservandas transtulerunt. . . . .

Sigeb. 882. cf. A. Vedast. Anno 880. Normanni Tornacum et omnia supra Scaldum monasteria devastantes, denuo monasterium Sancti Bavonis incendunt. . . . .

(882). His diebus multis in locis pluvia sanguine infecta stillasse dicitur. . . . .

Anno Domini 889. beatus Aubertus Cameracensis episcopus transfertur in ecclesia beate Marie virginis per Dodilonem quartum decimum episcopum post ipsum. . . . .

Sigeb. Gerbertus, qui et Sylvester vel XV^us^ Iohannes[8], Romane ecclesie presidet 10 mensibus, qui et ipse inter scientia litterarum claros emicuit. Quidam, isto pretermisso, Agapitum ponunt, quia is primo monachus, deinde apostata, nigromanticus demum, a diabolo ad mortem percussus, non per ostium intrasse dicitur. Guill. Malm. II, 172. De quo tamen memini me legisse, quod idem in responsis accepit a demone se non moriturum, priusquam in Iherusalem missam celebraret. Qui decimo papatus sui mense missam ignarus Rome celebrans ad ecclesiam nomine Iherusalem, que olim asylum dicta est, quia eam Romulus reorum fecit refugium, membratim se discerpi fecit vere penitens, diabolice prophetie dolo cognito. Unde me non minime movet, quod quidam hunc tribus annis ponunt. . . . .

cf. A. Parch. 1013. Sanctus Macharius archiepiscopus Antiochenus, laboriosa pro Christo peregrinatione suscepta, Gandavum venit, et in monasterio Sancti Bavonis sepultus, beato fine quievit anno Domini 1014, quarto Idus Aprilis[9].

Gerardus 24. Cameracensis episcopus, ab Auberto vero 22, claret. . . . .

a) *verba a. n. deleta in c.* b) Elb. *c.?*

1) Hanc fabellam nusquam alibi legi, nec V. Cl. G. Paris eius mentionem fecit. 2) Cf. G. episc. Leod. abbr., supra p. 130, et quae ibi adnotata sunt. 3) Cf. Sigeb.: *Cuius vitam Einardus scripsit.* 4) Nescio, unde haec sumserit, quae ego numquam legi. 5) Haec sic apud Gotifr. Viterb., Helinandum, alios. 6) Haec apud Turpinum longe aliter referuntur. 7) Auctor singulari modo Lotharii II. facinus Ludovici I. gestis immiscet, adductus iis quae ad a. 832. Sigebertus scribit: *Imperator uxorem suam Iudith .... abdicavit.* 8) Iohannem et Silvestrum confundit Guill. Malm. II, 167, qui ex 'vetusto volumine' hunc 10 mensibus sedisse refert. 9) Cf. Ioh. de Thilrode c. 15.

In Fresonia anno 1018. Theodorico comite Flandrensi, filio Arnulfi Gandavensis, debellante Frisones in vindicta patris sui ab eis occisi, Godefridus dux Lotharingie ad eum debellandum ab imperatore mittitur et Frisones Morsatenos, qui ei consenserant. . . . . [Sigeb. A. Parch]

1043. In Gandavo presente populi multitudine, cum post processionem[a] sancti Guduali referretur scrinium, ymago crucis inclinato vultu eum venerata immobilis mansit neque se reflexit. . . . . [cf. A Bland]

Bruno, sanctissimus consobrinus Conradi imperatoris, civitate Leucorum, que alio nomine Tullus dicitur, episcopus, Romane ecclesie presidet annis 5. Bruno dictus est Leo, secundum quosdam nominis huius papa nonus[1], qui tamen perspicue decimus invenitur. . . . . [Sigeb chr et SS ecc.]

Leo[2] papa migravit ad Dominum anno 1055, Leucorum episcopatus[b] 24[3], apostolatus 5, impleta vel implenda visione, quam vidit sibi dari per beatum Petrum, quinque videlicet calices, Victori successori suo tres et Frederico successori Victoris unum, annum apostolatus calice mysticante. Cuius est epytaphium: [V. Leon.]

Victrix Roma dolet nono viduata Leone,
Ex multis talem non habitura patrem.

. . . .

1057. Henricus puer annorum 9 patri suo succedit in regno, et imperavit 50 annis. Hoc tempore sanctus Eduardus rex Anglie sedens ad mensam coronatus in die pasche, vidit 7 dormientes in Celyo monte iuxta Ephesum a dextro latere, super quod 200 annis iacuerant, in sinistrum latus inverti, predicens, eos super idem latus adhuc 74 annis pausaturos, et tunc turbationes et regnorum futuras mutationes. Ita in Anglorum hystoria me legisse memini, unde Deum in omnibus sanctis et precipue in istis ammiror mirabilem. Qui postquam in Christo quieverunt et una stola decorati sunt, a quiete non ad inquietudinem vel laborem, sed ad honorem eius qui mundum pugillo continet, causis occultis sed iustis, inscrutabilibus sed irreprehensibilibus, totiens excitantur. Nam sub Decio pro Christo tormentati, in spelunca se occultantes obdormierunt, et post annos circiter 192 spelunca patefacta, a sompno surgunt anno Domini circiter 448, et asserta fide resurrectionis coram Theodosio minore, de qua eo tempore multum dubitabatur, iterum dormierunt. Qui modo se de latere vertentes in latus, iam prophetico spiritu predicuntur per annos 74 pausaturi, immo eodem spiritu immoti a tempore tantum[c] Lotharii imperatoris, nepotis Karoli Magni, quievisse asseruntur. Qui quomodo se tunc vel ad quid mobiles vel quibus videntibus prebuerunt, solus immotus novit movens omnia vel quibus revelavit. [Sigeb. Guill. Malm II, 225. Sigeb. 447.]

. . . .

Gerardus Florentie episcopus, qui et Nicholaus, Romane ecclesie presidet 2 annis. Inter hunc et Stephanum papam secundum alios presedisse legitur Benedictus papa 10 mensibus. Henrico Francorum regi succedit Philippus, filius eius, annis 49. Nicholaus papa constituit cardinales et devotos clericos et[d] laicos catholicos summi pontificis facere electionem. Idem Nicholaus et Alexander II[us] prohibuerunt, ut nullus missam audiat presbiteri quem scit concubinam indubitanter habere vel subintroductam mulierem[4]: non ut sacramenta per tales exhibita nulla sint vel indigna, sed ut peccandi licentiam ceteris auferrent et tales ad digne penitentie lamenta revocarent. Scismaticorum vero et hereticorum sacramenta, quoniam extra ecclesiam sunt, secundum Pelagium, Gregorium, Cyprianum, Augustinum et Iheronimum formam quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habent[4], excepto baptismo, quod etiam ab heretico pro necessitate acceptum plenarium habet virtutis effectum. Marianus Scotus cronographus, in territorio Maguntiensi Fuldensis monachus, clarus habetur. Anno archiepiscopus — — amovit. At ipsa imperatrix limina apostolorum Petri et Pauli petens, usque ad finem vite cunctis Rome exemplo et miraculo fuit. Anselmus Lucensis episcopus, qui et Alexander, Romane ecclesie presidet annis 6. Contra quem Cadelo Parmensis episcopus papatum ambiens, magno scandalo ecclesie fuit, quia longa inter eos concertatio etiam usque ad homicidia prorupit. Prevaluit tamen ex consensu maiorum Alexander, quia se iurando de symonia expurgavit. Dominus Hermannus — — philosophus perfectus apparuit. [Sigeb. ib. Sigeb.]

1064. Robertus Flandrensis Fresiam subintrat et partem provincie occupatam subiugat. [cf. A. Bland.] Conradus Coloniensis — — miraculis a Deo glorificatur. [Sigeb.]

1066 Willelmus Notus comes Normannorum cum Francis Angliam intrat, et Anglos obsidens in Exonia munitissima, cum quidam ex obsessis contra exercitum suum discoopertis genitalibus per murum mingere presumpsisset, genu flexo in oratione, auxilium Dei contra eos petiit et impetravit. Nempe pars muri ilico per se collapsa est[5]; et conserto cum Anglis prelio, Haraldum regem cum multis milibus perimens, Londonie coronatus in regem ungitur, et regnavit super Anglos et Normannos annis 24. [Sigeb. A. Bland]

a) *add.* sermo *sed linea rubra del. c.* b) episcopus *c.* c) tm̄ *c.* d) et l. c. *rec. manu del. c.*

1) Ita Sigeb. et Ann. Bland. In alio quo utitur catalogo Leo II, ut in plerisque, male insertus erat. 2) Haec fluxerunt ex Vita Leonis auct. Wiberto apud Watterich I, 148. 169. 170. 3) 28, *apostolatus* 6. V. Leonis p. 170. 4) Haec ad verbum ex Decr. Gratiani I, dist. 32, c. 6. *Praeter hoc.* 5) Similia narrat Will. Malm., Hist. Angl. III, 248, ed. Hardy II, p. 421.

(cf. A. Bland) 1067. In Gandavo sanctus Macharius in dedicatione ecclesie elevatur, ubi dum increduli miraculum exigentes contendunt, yris in modum corone totum atrium circumdat et in medio crux aurea resplendet, tanta miraculorum evidentia subsequente, quantam nullus (Sigeb.) enarrare poterit. Theodericus Treverorum comes pro perempto Conrado exiliatur ab imperatore, et suscepta peregrinatione Iherosolimam eundi, quid de eo et sociis eius actum sit, hucusque nescitur.

(Auct. Affl (A. Bland.)) Anno Domini 1068. Balduinus Flandrie comes et marchisus, potentissimus, victoriis et iusticia magnificus, obit; cuius sepultura Risela, quam Insulam dicunt, honoratur.

(Sigeb) 1069. Frederico duci succedit dudum Godefridus; post quem modo Godefridus Gibbosus, filius eius, quamvis stature decore minoratus, animi tamen virtute eximius.

1071. Robertus, frater Balduini Flandrensis comitis iam defuncti, consensu Flandrensium contra Arnulfum, fratruelem suum, Flandriam occupat. Arnulfus cum Philippo Francorum rege occurrit patruo suo Roberto, et pugna conserta apud Capsellam[1], Arnulfus perimitur, Philippus vero rex fuga liberatur. Multis vero occisis, hinc Richildis comitissa, illinc Robertus captivantur. Placuit tamen tandem conventionibus tantos motus finire, ut, uno pro altero relaxato, illa cederet et Robertus comes fieret. Apud civitatem Treverim, quam condidit (Sigeb.) Treber, filius Nini, cum fugeret Semiramidem, novercam suam[2], in ecclesia sancti Paulini confessoris in cripta subterranea invenitur corpus ipsius Paulini cum corporibus multorum martyrum passorum sub Rictiovaro. (Marian.) Sigefridus[a] episcopus Maguntinus quasi orationis causa in Galaciam ad Sanctum Iacobum perrexit; cum autem Cluniacum intrasset, seculum relinquens, ibi persistere proposuit. Sed cum mercenarii comparare vellent eius episcopatum, ipse, precipiente sibi abbate, per obedientiam, quam sibi et sancto Benedicto deberet et debebat, ad suam sedem rediit; quam catholice regens, in monachi proposito usque in finem laudabiliter vixit. Conveniunt contra Henricum imperatorem Saxones, Suevi, Westfalici, Bavarii, Turingii cum 7 principibus suis[3] ipsis[b], ipsum eiciendum aliumque constituendum uno animo decernentes; quos imperator gravissimo bello ad deditionem compellens perdomuit.

(Sigeb. cf. Mar.) Anno Domini 1073, teste Mariano, duobus magnis annis a 15. anno Tyberii Cesaris revolutis, omnia secundum cursum solis et lune concordant illi anno, quo baptizatus est Ihesus Christus, octavo Idus Ianuarii, die dominico epyphanie, inicium ieiunii eius in proxima secunda feria.

(Gregorius VII. papa. Sigeb et Mar Sigeb) Hildebrandus Romane ecclesie archydiaconus, dictus Gregorius papa, presidet annis 17. Iste symoniacos, uxoratos vel fornicatores presbiteros et eis communicantes dampnat, missas eorum audiri prohibet, benedictionem eorum maledictionem iudicans et orationem peccatum. Ipse quoque totus fertur in Henricum imperatorem, verbis et scriptis quos potest avertens ab eo. At Henricus, coacto Vormacie consilio 24 episcoporum, omnia decreta et facta Gregorii in irritum deducit. Episcopi ibi Gregorium abiurant et papatu abdicandum iudicant. Sed econtra Gregorius adversantes imperatori absolvit a periurio, ut periurium periurio corrigerent[4], immo cumularent, abiurantes imperatorem et secum iurantes. Hec tota contentio inter ipsos habita est propter investituras ecclesiarum, quas sibi Henricus usurpavit iniuste. Hoc enim tempore imperatores iuste privantur eccle- (Guill Malm II, 202.) siastica auctoritate, quia plurimi per eos intrant aliunde, non per ostium. Que tamen prius ab Adriano papa Magno Karolo laudabiliter[c] concessa fuit, qui minime ad avariciam animum inclinavit.

(A. Parch.) 1075. In Antwerpia[5] sicarius ducem Godefridum in secessum ad purgandum alvum ingressum per secreta nature cultro feriens interfecit.

(cf A. Parch.) Anno Domini 1078. hyems asperrima invaluit atque durissima a Kal. Novembris usque in (1079. Apr. 25.) letaniam maiorem. Cuius tanta vis erat, ut diebus natalis vel quadragesime divina in ecclesiis non fierent, nisi plurimo igne accenso carbonibusque congestis, et quem calor ignis hinc coquendo exurebat, illinc frigus tollerare non poterat. Perieruntque bestie, volucres et gra- (Mart. 24.) mina; et in pascha qui sereno celo in sole estuabat, umbram intrans, frigore constringebatur. (Sigeb.) Saxones instinctu Gregorii pape rebellant et regem constituunt Rodulfum ducem Burgundie; cui papa coronam misit, cui inscriptum erat:

Petra dedit Petro, Petrus dyadema Rodulfo.

Henricus gravi bello congreditur, cum multis principibus etiam Rodulfum perimit. In pentecoste Maguntie conventu habito, Gregorius abdicatur. Wicbertus Ravennates archiepiscopus papa designatur.

(Dec. 25.) Anno Domini 1080, in natali Domini ventus validus silvas conterit, muros deicit, urbes (1081. Febr. 22.) evertit, non minatur casum, sed omnia ruina prosternit. In cathedra sancti Petri sereno celo in vespera mane tanta nix cuncta operuerat, ut ostia aperiri non possent, culmina tectorum excederet et etiam silvas absconderet.

De edificatione monasterii Haffligensis et eius fundatoribus.

De[6] claustro sancti Petri Gandensis Wethericus monachus zelo divine religionis ad predicandum

a) Sigebridus *ed.* b) *om. Hugo.* c) *recenti manu deletum c.*

1) *apud Casletum* A. Parch. a. 1074; ex quibus hoc ut videtur. 2) Cf. G. Trev. 1. 2, SS. VIII, p. 130. 3) Nescio num haec orta sint ex loco Mariani a. 1100 (1078), p. 561: *Convenientes autem Suavi et Saxones et Walp dux Boariorum, episcopi septem de Saxonibus* etc. 4) Sigeberti sententiam male interpretatus mutat. 5) Antwerpiae hoc factum esse scribit etiam Lamb. Hersf., SS. V, p. 243, quod falsum esse iudicat v. Giesebrecht, 'D. Kaiserzeit' II, p. 1097. 6) Haec ex Chron. Afflig., SS. IX, p. 407 sqq., et iis quae monachus Affligemensis Sigeberto (p. 399) addidit conflata videntur, cum modo ad illud, modo ad haec propius accedant.

se accingit secundum decretum summi pontificis eiusque auctoritate munitus, uxoratos presbyteros et eorum missas docens respuendas. Cuius predicatione quinque[1] milites, inter quos excellebat Gerardus cognomine Niger, conversi seculo renuntiant. Qui moniti ab eo[2], ut in loco suorum scelerum Deo offerrent sue penitentie sacrificium, Haffligensis cenobii principia dedicaverunt anno Domini 1083. Idem enim locus latrocinantium et predas agentium tantum conventiculis aptus erat. Tercio[3] vero anno postquam claustrum exstruere ceperunt, basilicam eorum dedicavit Gerardus Cameracensis episcopus, ac sexto anno primus abbas Fulgentius ibi constituitur, non tam bonis comparandus quam etiam optimis eo tempore preferendus. Claruit plane hoc tempore sancta Wivina de Bigardis, eidem abbati tam pro religione quam pro castimonia familiaris et nota. Henricus imperator Italiam ingressus, obsessam Romam et debellatam capit; Gregorius fugiens ad Normannos se contulit. Wicbertus per Henricum in sede apostolica intronizatus, Clemens nominatur, a quo etiam imperator coronatus, imperialem suscipit benedictionem. At Robertus Wischart Normannorum dux Henricum imperatorem e Roma fugans, Gregorium papam in cathedra relocavit. Qui denuo eiectus, apud Salernum exulans obiit in vera penitentia, absolvens tam Henricum quam complices eius omnes, quos banno ligaverat. Cassinentium abbas Desiderius, Victor nominatus, contra Clementem fit papa, qui tribus annis prefuit ecclesie Romane; sed dissenteria solutus, non multo post moritur. Plane quidam[a] cronografi Clementem et Victorem non annumerant. Marianus Scotus cronicam suam perduxit usque ad hoc tempus, id est annum Domini 1086[4].

Sigeb. — Clemens III. papa. — Sigeb. — Victor III papa

1090[5]. Veneciani ossa sancti Nicholai a Mirrea Licie civitate in Barum transferunt anno 745. a depositione ipsius. Anno Domini 1190. Cnuto rex Danorum a Danis in templo peremptus, miraculis claret, et persecutores eius mox divinitus puniuntur. Odo ex monacho Cluniacense episcopus Hostiensis contra imperatorem et Clementem fit papa, et Urbanus nominatur, qui 10[b] annis prefuit. Willelmus Notus rex Anglorum, vir in censura iusticie singularis, moritur. Succedit eiusdem nominis, sed non eiusdem animi, filius eius, hostis religionis et bonis omnibus contrarius et gravis. Mettis corpus sancti Clementis ab apostolis illic ordinati inventum levatur. Godefridi Gibbosi ex Yda sorore nepoti Godefrido [de[c] Bullion] tandem datur ducatus Lotharingie. Hermannus Mettensis episcopus amicos ad prandium convocavit. Qui postquam liberaliter et iocondissime cum eis bene cibatus et exhilaratus se in lecto quieturus reclinavit, ubi quid viderit nescitur, quod sompnum morte sociaverit, scitur[6].

A. Parch — Sigeb. — Urbanus II. papa. — A. Parch 1102 — Sigeb. — A. Parch. — Godefridus de Bullion ducatum Lotharingie adipiscitur anno 1093.

1094. Robertus, primus huius nominis Flandrie marchisus, cognomento Iherosolimitanus, obit; succedit ei filius Robertus. Conradus, filius imperatoris, ad patris adversarios se contulit, et multis se ad eum vertentibus, priores patris prosperitates obfuscavit et vires eius attenuavit. Pater tamen iram potius frenare quam exercere voluit, et malis pressus, tamen consilio non excidit. Henricus comes Lovaniensis, vir in militaribus artibus ultra omnes sui temporis nominatus, apud Tornacum perimitur anno Domini 1096. Cui succedit frater eius Godefridus.

Auct. Affl. — Sigeb. — Auct. Affl.

De inicio Cysterciensis ordinis.

Anno Domini 1098. ordo Cysterciensis inicium habuit[7] ab abbate Roberto. Claruit eo tempore Bernardus, Castellioni oppido Burgundie oriundus, qui cum triginta sociis et amicis Cystercii ad conversionem veniens anno Domini 1113, postea missus est abbas Clarevallis cum quibusdam fratribus, ibique monasterium construxit, et per 40 annos ordinem Cysterciensem per universum orbem multipliciter dilatavit. Aliorum amplius quam 160 monasteriorum pater. Sanctam quoque ecclesiam, tanquam lucerna[d] super candelabrum posita, verbo doctrine, scriptis, miraculis et exemplis illuminavit. Pro pace etiam sancte Romane ecclesie plurimum et efficaciter laboravit.

cf. V. Bern.

Urbanus papa in Galliam veniens, Philippum regem Francorum excommunicat, quia uxori sue aliam superduxerat. Urbanus papa, habitis consiliis in Gallia, Gregorii decreta renovat et confirmat. Milites Iherosolimam pergere, que a Saracenis conculcabatur, hortatur et incitat. Reges, duces, principes et barones ad hoc inducit aut signat, signatos transmittit promptos et alacres. In quo Dei hostico eminent dux Lotharingie Godefridus et fratres eius Eustachius et Balduinus, Balduinus comes Montensis, Robertus comes Flandrensis, Stephanus comes Blesensis, Hugo, frater regis Francorum, Robertus comes Normannie, Reimundus comes Sancti Egidii, Boamundus dux Apulie.

Sigeb. — ib

1098. Exercitus Dei terminos paganorum aggressi, viriliter agunt, primo bello Niceam capiunt, ubi Balduinus comes Montensis sagitta percussus occubuit[8]. Inde Antiochiam obsident et 9. obsidionis mense capiunt. Sed mox versa vice christiani a paganis obsessi, fame urgente, ultima desperatione coacti, manifesta Dei virtute ferro salutem querunt et inveniunt. Interim Fredericus in archiepiscopatu Coloniensi succedit Hermanno. Dehinc post multos labores et pericula Iherosolimam veniunt, eam diebus 40 obsidione cingunt, ibi omnium necessariorum penuria summo discrimine, omni spe destituti, ad rogandum Deum se convertunt, urbem 7 diebus cum letaniis circu-

a) quidem *c.* b) qui X *alia manu in loco raso c.* c) *minio superscr. c.* d) luc̄ *in fine lineae c.*

1) Sic Auct. Affl.; Chron. c. 1. sex enumerat. 2) Ab Annone Coloniensi ad hoc moniti dicuntur Chron. c. 2. 3) *quarto* Chron. c. 7. 4) 1082. recte Sigeb. 5) 1087. Sigeb. 6) Nescio num haec auctor ex Sigeberti a. 1090. tantum relatione ampliando fecerit. 7) Cf. SS. XVII, p. 722. 8) Immo post captam Antiochiam in legatione ad Alexium imp. suscepta in Turcorum insidias lapsus periit; cf. Albert. Aquensem V, 3, alios

eunt in ieiunio, sacco et cinere, clamantes celum pulsant, fletibus ad aures Dei irrumpunt, et die octavo, 6. feria, id est Idus Iulii:

Anno milleno centeno sed minus uno
Iherusalem leti capiunt virtute potenti[1].

Capta est autem post annos circiter 466[2], ex quo post Eracleum secunda vice est possessa a Sarracenis. Remanentibus ad muniendum sanctum locum dux Godefridus rex constituitur, ceteri repatriant. Urbanus et Clemens de papatu contendentes, moriendo finem faciunt. Succedit Reinerus, qui et Paschalis papa, 17 annis presidens.

Paschalis II. papa.

1101. Rex Sarracenorum cum innumero exercitu venit contra sanctos qui Iherusalem remanserant. Cui rex Godefridus cum tam pauco numero occurrit, ut nec centum milibus mille, hoc est unum centenis opponere sufficeret. Sed Deo pro suis pugnante, omnes proiectis armis fugerunt, et precipitata fuga se invicem collidentes, maxima ex parte in portis Aschalonis in sua strage compressi[a] suffocati iacuerunt.

1102. Godefridus dux Lotharingie et rex Iherosolimorum primo anno regni felici fine consummatur; cui Balduinus, frater suus, succedit in regno annis 18. Qui multa gloria regens imperium, magnas et regales civitates adiecit imperio, Tholomaidem videlicet, Tyrum et Sydonem. Willelmus rex Anglorum perimitur, a suo milite sagittam in incertum dirigente percussus in venatione. Cui successit frater eius Henricus.

1112.

1102. Robertus comes Flandrie, acquisita multa laude secularis[b] milicie, revertitur de Iherusalem. Conradus, filius Henrici imperatoris, adhuc patri rebellis, in Italia moritur. Henricus imperator ducatum Lotharingie dat Henrico Lemburgensi. Anselmus Laudunensis doctor clarus habetur.

1100. *1102.*

Initium abbatie de Foresto.

Fulgentius primus abbas Haffligensis sanctas et devotas virgines congregavit in loco qui Merchten[3] dicitur. Sed quia idem locus congrua oportunitate carebat, procedente tempore eas transposuit in loco qui Forestum[4] dicitur, tradito sibi a Francone castellano Bruxellensi. Qui[c] inibi priorissam constituit domnam Bertildam, que 30 et eo amplius annis in illa sanctimonialium congregatione et omnibus gratam et sine reprehensione se gessit.

Henricus, filius imperatoris, a patre aversus multos ab eo avertit, et sub obtentu statum ecclesie meliorandi in eum insurgit. Paschalis papa ad Gallias transiens, exercet synodales causas, et non apparente nota symonie iniuste sibi a Romanis iniecta, honoratur apostolica dignitate. At Maginolfus, qui[5] et Sylvester IV, invasionis reus, non multo post reprobatur a Romanis, et fama nominis eius evanuit.

De Norberto qui ordinem Premonstratensem inchoavit.

Adolescebat hoc tempore primo in curia Frederici archiepiscopi Coloniensis, deinde in curia Henrici imperatoris quidam nomine Norbertus, natione Teutonicus, municipio de Sanctis, quod olim Troia dicebatur, genere de illustri prosapia ortus, opibus adauctus, forma decorus, scientia eruditus, eloquio excultus, officio clericus, ordine subdyaconus; de quo ad matrem suam, cum adhuc eum gestaret in utero, per somnium facta est vox huiuscemodi: 'Equo animo esto, quoniam archiepiscopus futurus est quem gestas in ventre'. Hic cum levitati secularis pompe satis superque indulsisset, repente mutatus in virum alterum, accelerande religionis causa, a Frederico archiepiscopo petiit et impetravit duos simul supremos ordines, id est dyaconatum et sacerdotium.

1107. Henricus, filius Henrici imperatoris, imperium invadens, patrem suum cepit et custodie mancipavit. At pater qualiter dolo filii sui deceptus sit, si quis epistolas eius legit, cum lacrimis agnoscit[6], in quibus inter cetera ait: *Si pro peccatis meis flagellandus sum, de me, fili, nullam maculam conquire nomini et honori tuo.* Et item: *Ille mihi omnia in corde et corde est locutus, et ex omnibus meis quartus ego sum inclusus. Cum in die natalis ille puer gaudium omnium est natus, mihi soli non est natus. Ipse Deus negatus, et cibus illo mihi die non est datus.* Cui cum in eadem custodia nuntiaretur, quod, si vel una hora ibi moraretur, aut in mortem aut in perpetuam captivitatem inde raperetur, fuga elapsus, primo Coloniam, inde Leodium venit; ubi langore correptus, magis autem tedio et angore confectus, in dolore consummatur.

1110. Henricus iunior, qui patris tempora invadere nisus, dolores seminavit et messuit in regno, succedit 20 annis, sed tamen ei ingratus existit. Omnes enim qui ei fideles fuerant odio persequebatur[7]. Nam Henricus dux primo filii, dehinc parti patris favens, patre Leodii mortuo, a filio captus, ducatu Lemburgensi[8] privatur et custodie mancipatur, eiusque ducatus datur Godefrido comiti Lovaniensi.* Sed tamen idem Godefridus non multo post cum infinito exercitu contra eundem Henricum imperatorem[9] veniens, ipsum fugat et Aquis victor ingreditur[7]. Postea[10] vero idem Henricus imperator contra Robertum comitem Flandrie Duacum veniens, ab

Dux primus *1112.*

*) *in margine minio scriptum est:* Hic unitur ducatus Lemburgensis et Lotharingie terre Brabantie, et abhinc principes Brabantie duces appellantur, qui prius comites Lovanie dicebantur.

a) *sic Hugo;* compressis *c.?* b) seculari *rec. m. corr.* secularis *c.* c) *post hanc vocem duae litterae erasae sunt c.*

1) V. 'Forschungen' XVIII, p. 25. apud quos auctores hi versus legantur; ubi adde Chron. univ. Mett., SS. XXIV, p. 514. 2) 460. Sigeb. 3) Merchtem, arr. Brüssel. 4) Forest eiusdem praefecturae; cf. Auct. Affl. a. 1105. 5) *q. et S.* A. Parch. 6) Similiter Herim. Tornac. c. 84. 7) Eadem verba v. infra apud Ioh. de Thilrode c. 22. 8) Lotharingiae potius. 9) Immo ducem Limburgensem modo dictum. 10) Haec iam a. 1107 ex. gesta sunt. Cf. A. Parch. a. 1115.

oppidanis tanto ludibrio habitus est, ut non lapidibus aut sagittis eum vulnerarent, sed ovis proiectis exercitum eius fedarent, atque hoc modo inde rediit inefficax. Robertus comes Normannie a fratre suo Henrico rege Anglorum capitur.

Sigeb 1108. A. Bland

1113. Philippo regi Francorum succedit filius eius Lodewicus annis 27. Henricus imperator quintus[1] huius nominis Machtildem sortitur in matrimonium, regis Anglorum filiam. Robertus comes Flandrie moritur, qui in exercitu Iherosolimorum insigni laude claruit. Succedit et Balduinus, filius eius. Waldericus episcopus Laudunensis a civibus perimitur.

Sigeb. A. Bland A. Parch. 1117 Ans

1114. Henricus imperator Romam vadit propter sedandam discordiam inter regnum et sacerdotium, que ab ultimo Gregorio papa incepta[a] valde conturbabat ecclesiam. Rex uti volebat privilegiis imperatoribus a tempore Conradi[2] Magni concessis, ut eorum more licite daret episcopatus et abbatias per anulum et virgam pastoralem. Papa vero contra consuetudinem et[b] maiorum auctoritatem decrevit, nec debere nec posse dari vel accipi aliquam ecclesiasticam investituram a manu laicali. Pro qua controversia imperator papam in templo sancti Petri cepit. Ipsum interrogans, quomodo regnum staret, si papa sibi omnia regalia tolleret, papa respondit, miliciam et castra et omnia que regni erant ab episcopis tollenda, solas eis decimas et oblationes relinquendas. Quo audito, imperator mox ab eo promissum impleri exigebat. Sed omnibus in faciem ei resistentibus et inimicum ecclesie Dei illum iudicantibus, compulsus est papa confirmare, ut post electionem episcopus ab imperatore investiatur. Quo confirmato, imperator benedictione percepta coronatur. Sed quia hoc modo privilegium investiturarum a papa, quem captivaverat, extorsit, rursus a cardinalibus et episcopis quam plurimis excommunicatur. Obit Sigebertus Gemlacensis cronografus, qui cronicam suam perduxit usque ad annum Domini 1111. Leodii pulsantibus vesperis sabbato, quedam femina caput dum lavat puero, manus rubent sanguine fluido. Iohannes Gaitanus, Gelasius dictus, Romane ecclesie presidet anno uno. Cuius electioni quia imperator non consenserat, ei Burdinum superordinari fecit. Qui postea a Kalixto papa captus, ultime abiectionis confusionem pertulit, ut asello nudus impositus per plateas Rome traheretur, luto conspargeretur et cederetur. Gelasius papa verens presentiam Henrici tendentis Romam, secessit Capuam, indeque transiens ad partes Sancti Egidii, ibidem causas agit synodales. Ubi et Norbertus, de quo prefati sumus, fortuitu tunc peregrinatione pro Christo suscepta veniens, veniam a summo pontifice specialiter petiit et impetravit de eo, quod duos supremos ordines simul contra canonum statuta susceperat. Papa vero considerans et magnipendens prudentiam viri et videns spiritum Dei habitantem in eo, voluit eum secum retinere. At Norbertus[c] validissimis rationibus, quoniam artioris propositi ardorem conceperat, allegans id sibi non expedire, dimissus est, potestate ubique terrarum predicandi litteris apostolice auctoritatis sibi confirmata. Burchardus Cameracensi ecclesie presidet. Cum Gelasius primo anno apostolatus Cluniaci obisset, ibidem a cardinalibus et clero Wido Viennensis episcopus in papam eligitur et Kalixtus nominatur, 7 annis presidens. Qui bonum dans adveniens principium, Remis mox consilium convocavit, in eo que sinistra sunt corrigens et que bene gesta confirmans. Ubi cum vir Dei Norbertus litteras a Gelasio sibi datas bulla Kalixti renovari fecisset, ab eodem venerabili papa commendatus est Bartholomeo episcopo Laudunensi. Qui consilio pape tunc etiam Laudunum venientis ambiens eum in sua parrochia retinere, obtulit ei in suburbio ecclesiam beati Martini. Canonici vero eiusdem ecclesie Norberti videntes inflexibilem severitatem et arduum propositum, cum eum omnimodis renuissent, dicentes: 'Castigare quidem vult Deus, non mortificare', desertum quoddam elegit nomine Premonstratum; ubi ordo Premonstratensis ab ipso Norberto tunc inicium habuit, videlicet anno Domini 1120; unde quidam:

Anno milleno centeno bis quoque deno
Sub patre Norberto Premonstrati viget ordo[3].

Sigeb. 1111. Ans. Gelasius II papa. A. Parch. Ans. V. Norb. Ans. Kalixtus II. papa. V. Norb. Inicium Premonstratensis ordinis.

1119. Balduinus comes Flandrie, Roberti iunioris et Clementie filius, 26. etatis sue anno monachus apud Sanctum Bertinum effectus, absque herede moritur; cui succedit consobrinus eius Karolus, filius scilicet amite sue, quem genuit Cnuto rex Danorum, qui sanctus dicitur.

A. Bland

Balduinus secundus rex Iherusalem obit, quem cum fratribus suis genuit Eustachius Bolonie comes ex Ida, sorore Godefridi Gibbosi ducis Lotharingie. Post istos regnat in Iherusalem Balduinus, filius Hugonis de Rettesta. Kalixtus papa Rome ab omni clero et populo gloriose susceptus, Henricum imperatorem cum fautoribus excommunicat. In Dania defunctus clericus, cum ad tumulum portaretur, resedit in feretro. Qui primo suos occultos actus presbitero confessus, indulgentiam petiit et accepit. Deinde omnium qui presentes erant occulta, et quid in toto mundo ageretur sibi notum linguisque omnium se posse loqui ostendit, moxque finitis ammonitionibus suis, ut ante mortuus tumulo mandatur.

1119. Ans.

1121. Henricus rex Anglorum ducit in uxorem Athelam, filiam Godefridi ducis Lotharingie. Qui ex[d] magna prudentia rexit imperium suum et larga manu Dei ditavit ecclesias. Sed libidinis impatiens, dum cum multis volutatur, magnum bonum magna feditate maculavit. Controversia, que hactenus fuerat inter imperatorem et domnum apostolicum de investituris ecclesiarum, tandem finitur, Henrico voluntarie abrenuntiante omnimoda investiendi potestate. Quam tamen sibi concedere papa voluit in regno Germanorum, si vitaret omnimodis symoniam. Sicque imperatori ecclesiastica communio et pape pax integra reformatur.

Auct. Gembl. cf. Ans. 1122.

a) *rec. manu del. c.* b) et m. auct. *del. rec. m. c.* c) Robertus *c.* d) rex *Auct. Gembl.*

1) *q. h. n.* ex Sigeb. 2) *a Karolo M.* Sigeb. 3) Cf. 'Forschungen' XVIII, p. 25. Etiam apud Robert. Altis. leguntur.

Item de Norberto.

[V. Norb. c. 7] Norbertus, in loco Premonstrati exstructis iam officinis et ecclesiola, egreditur tum ad predicandum, tum [c. 6] ad congregandum socios, qui secum communem et apostolicam vitam profiterentur. Qui sermonem confirmans, sequentibus signis, multo clarius virtutum iubare, inter discordantes principes, ut ex libro vite sue patet, [c. 8] bis miraculose pacem reformavit; demoniatos frequenter sanavit, inter quos puellam a demonio apud Nivellam liberavit, ubi quiddam inauditum evenit et plane nostris temporibus admirandum. Nam cum demon inter exorcizandum sacerdoti sepedicto sepius exprobrasset, volens, ut vere superbus est, suam scientiam ostentare, cantica canticorum a principio usque ad finem per os puelle edidit, et iterans verbum ex verbo atque reiterans in duabus linguis, primo in Romanam, deinde in Teutonicam, usque in finem interpretatus est, cum illa puella adhuc sana nichil nisi psalterium didicisset. Venerabilis vero Norbertus, iam collectis sociis tam laicis quam clericis ferme 30, volens ecclesiolam suam sanctorum reliquiis communire, Coloniam petiit ibique miraculose invenit prius corpus unius virginis, deinde ipsum etiam sanctum Gereonem, preter craneam capitis integraliter totum, qui per voluntatem Dei hactenus omnes latuerant. At Norbertus de hiis vel aliis sanctorum reliquiis implens duo vascula, hylaris et letus [c. 10.] regressus est. Atque in ipso reditu a comitissa Namurcensi Floreffiam suscepit regendam. Cum vero non multo [c. 11.] post ecclesia Premonstratensis dedicata fuisset, ille serpens antiquus, volens callide subvertere novellam plantationem, quendam ex discipulis ydiotam plane et ineruditum ita falsa et subita inflavit scientia, ut se prophetiam Danielis scire iactitaret. Qui in tantam prorupit audaciam, ut etiam in capitulo sermonem facere presumeret super hanc sententiam: *Estote fortes in bello;* sed mox deprehensus confunditur, quia, cum multis et congruis sententiis sermonem roborasset, hanc clausulam *et accipietis regnum eternum* nullo conamine proferre potuit. Godefridus [c. 12.] comes Capenbergensis et dominus Westfalie exhortatione Norberti in canonicum attonsus, castrum suum Capenberga commutat in cenobium.

[Ans. 1123.] Balduinus rex Iherosolimorum a Sarracenis capitur. Christiani ad tria milia, resumpta fiducia, de 60 milibus paganorum triumphant, occisis septem milibus et submersis quinque milibus; et Tyrus iterum Christi imperio subiugatur.

[Honorius II. papa] [V. Norb. c. 12. 13.] Lambertus Hostiensis episcopus, qui et Honorius, Romane ecclesie presidet annis 4. Ad hunc Norbertus Romam venit pro stabilitate ordinis sui et pro confirmandis rebus sibi a Deo collatis; a quo honorifice susceptus est, et quicquid iuste petiit ab eo gratanter accepit. Atque inde rediens, mox suscepit ecclesiam sancti Mychaelis in Antwerpia, emporio videlicet multarum terrarum, quod per Tanchelmum[a] hereticum, stipatum tribus milibus pugnatorum, heretica [Ans.] et abhominabili pravitate iam dudum sorduerat. Hoc tempore in Gemlacensi parrochia, dum quidam dominica die segetes pre penuria famis moleret, subito arsit farina cum putoris nigredine ad exemplum posteris, ne quid presumant simile. Henricus imperator, cum venisset Ultraiectum pentecosten ibi celebraturus, morbo dragunculi interiit; cuius corpus, eiectis intestinis, sale conditum Spire relatum est. Rex Iherusalem Balduinus de manu redimitur Sarracenorum.

1127. Lotharius, qui et Luderius, dux Saxonum, vir sapiens et industrius, omnium assensu electus, a Frederico Coloniensi archiepiscopo in regem ungitur anno Domini 1126, et 10 annis imperavit. [Abbatia de Parco fundatur.] Eodem anno fundata est abbatia Parcensis[1]. [V. Norb. c. 15.] Norbertus iens pro sponsa Theobaldi Blesiensis comitis et nobilissimi principis Francie, quam ex consilio ipsius Norberti ducere debebat in uxorem, venit Spiram, ibique in presentia Lotharii imperatoris et unius cardinalis a Parthenopolitanis, qui tunc forte pro eligendo antistite convenerant, electus est in [c. 16] archiepiscopum Parthenopolis civitatis. In qua dignitate cum biennium egisset et ordinis sui in eadem urbe fundamenta iecisset, ex condiscipulis, qui penes se erant, tres remisit in Galliam; quorum unum Premonstrati sibi substituit, alterum Antwerpie, tertium Floreffie patrem posuit. Sed et duo iam alii consecrati erant, scilicet Laudunensis et Vivariensis. Premonstratensis autem abbas mox sextum exposuit ad locum qui dicitur Bona-Spes. Itaque hii ex mutuo condicto ad similitudinem Cysterciensium ad corrigendum sinistra annuatim convenientes, scilicet[b] in primo anno 6, in secundo fuerunt 9, in tertio 12, in quarto 18, et exinde multiplicati, palmites suos a mari usque ad mare, immo ultra mare[2] extenderunt, sicut voces et actus eorum testantur usque in hodiernum diem. Anno Domini [Ans.] 1127, secunda ebdomada quadragesime feria 3, Kal. Martii, tam Flandria quam Burgundia proditoris Iude coniurat in apostasia. Nam quidam Flandrensium proceres dominum suum Karolum comitem Morinorum Brugis in templo sancti Donatiani psalmos canentem iugulant. In Burgundia eodem die instinctu unius eiusdemque Sathane dampnati quidam et lese maiestatis domnum suum Willelmum comitem Sedunensium gladiis confodiunt in ecclesia ante altare orantem. Nec impune cessit homicidis[c] nefas huiusmodi. Nam diversis iniuriis et digno sibi satis fine perierunt. Comitatus Morinorum sive Flandrensium a Lodewico rege Francorum datur Willelmo, filio Roberti comitis Normannie, quem Robertum redeuntem ab Iherosolimis Willelmus, frater suus, rex Anglie, in custodia libera redegerat, eo [Auct. Affl.] quod prestitam sibi pecuniam reddere nequibat. Balduinus Gandensis, primus inter primos Flandrie et Brabantie, apud Haffligem in monachum attonditur.

[Grimbergensis abbatia fundatur.] Anno Domini 1128. facta est abbatia Grimbergensis[3]. In vicinia Lovanie[4], villa Gerpinas [Ans.] paupercula mulier in nocte sancti Mychaelis ordeum moluit, de quo ilico faciens azima coxit, quem dum frangeret, sanguinem et aquam elicuit.

1128. Willelmus comes Flandrie cum Godefrido duce Lotharingie obsidione premens in castro Alost Theodericum de Alsatia, qui contra se comitatum Flandrie temptabat invadere — erat enim consanguineus Karoli comitis — levissimo sagitte ictu in manu accepto, male, ut putatur, a medico potionatus, repente moritur. Cuius corpus, eiectis intestinis, apud Sanctum Audomarum[5] translatum est et sepultum. At vero exercitus eius cum maxima confusione fugiens, partim captus, partim in Tenera[6] submersus est. Quos Theo-

a) Canchelmum *c.* b) si *c.*; *om. Hugo.* c) homicidiis *c.*

1) Annum 1129. indicant Ann. Parchenses. 2) Cf. Herim. Torn. c. 86. 3) Grimberghen, praef. Brussel. 4) *In pago Lomacensi* Ans. 6) In monasterio Sancti Bertini; cf. Simonis Chart. Sith. II, 108; Herim. Tornac. c. 36; Lamberti Geneal. com. Flandr. Cont., SS. IX, p. 313. 6) Dender fl.

dericus cum suis egressus cum alacritate persequens, cum preda infinita etiam comitatum optinuit. Hoc tempore in Flandria multi fluvii sanguinei facti sunt et fossata similiter. Burchardo Cameracensi episcopo mortuo succedit Lietardus, Traiectensis prepositus. In Gallia plaga ignis divini desevit in homines cuiuslibet etatis, conditionis et sexus, qui extinguuntur in multis per Galliam beate Marie oratoriis, sed precipue Suessionis. Quo tempore cuidam iuveni hac infirmitate detento, in ecclesia sua Parisius pernoctanti, sanctus Martinus apparens dixit: 'Scito', inquit, 'ex decreto superni Iudicis per Gallias hanc combustionis plagam desevire, et matrem misericordie obtinuisse omnium pro hac clade se invocantium misereri, ideoque in templo eius te facias portari, quia ibi habes sanari'. Cui ille: 'Quia ab omnibus miraculorum factor diceris, ad te veni'. Et sanctus Martinus: 'Sine permissione virginis extingui non poteris'. Discedit sanctus Martinus. Qui iterum rediens, iussit illum redire ad matrem misericordie. Et ille: 'Aut per te', inquit, 'sanabor aut hic moriar'. Et sanctus Martinus: 'Sanet te dominus Ihesus Christus precibus sue matris, et hoc tibi signum: Tu primus, post te de omnibus tantum sex sanabuntur'. Dixit et discessit, factumque est ut prophetavit. Balduinus rex Iherusalem moritur; succedit Fulco comes Andegavensis. Honorio papa mortuo, ecclesie pax interpolatur, altercantibus de papatu Gregorio legitime electo[1], qui Innocentius est dictus, et Petro Leonis monacho Cluniacensi, sed natione Romano. Gregorius, qui et Innocentius, veritus potentiam Petri de multitudine gentis presumentis, Gallias petit atque ab imperatore, a rege Francie, episcopis et comitibus honeste suscipitur. Remis, Leodii concilia convocat. Tandem ex communi omnium assensu cum imperatore et maximo exercitu Romam vadit. In cuius comitatu fuit Norbertus archiepiscopus tam pape quam imperatori notus et familiaris. Ubi Innocentius papa sedi restitutus[2] Lotharium in imperatorem benedixit. Sed idem imperator, cum ad debellandum Petrum, qui et Anacletus dictus est, pseudopapam venisset, illi parum obfuit. Itaque inter duos papas per 7 annos et eo amplius contentio protracta est. Nam dum Anacletus sedem tenet, Innocentius ecclesias. Iste prevalet in Urbe, iste optinet orbem. Norbertus, cum mortis periculum pro episcopio suo sibi a civibus intentatum, protectus sub umbra alarum Dei, tercio miraculose evasisset, quarto mense egressionis sue a Roma obiit, feria 4. pentecostes, 8. Idus Iunii, anno Domini 1134, episcopatus sui 8, Innocentii pape 5, Lotharii imperatoris 9. Argumentum salutis eius non solum virtutum signis quas fecit adhuc vivens, sed etiam tribus post discessum suum apparitionibus declaratum est. Que cum ceteris mirabilibus ab ipso patratis, que hic causa brevitatis omittimus, in libro vite sue declarantur.

Ans. — Innocentius II. papa. — V. Norb. c. 18. — V. Norb. c. 18. — Ans. — Anacletus I[a]. papa — V. Norb. c. 18. 19.

Magister Hugo de Sancto Victore, qui diversa opuscula conscripsit, simplicitate et morum honestate precipuus habetur. Frederico Coloniensi archiepiscopo succedit Bruno. Henricus rex Anglorum obit, vir pauperibus et ecclesie Dei multe benignitatis; cui, quia liberos non habuit, succedit Stephanus, consobrinus eius. Lodewicus rex Francorum obit; filius eius equivocus secundus natu succedit. Nam primus antea Remis ab Innocentio papa coronatus, cum venisset Parisius, ut fertur, a demone in specie porci ludificatus, dum hac vel illac equum girat, subito cadit exanimis. Quo mortuo, etiam iste iunior presens Remis ab eodem papa, petente patre, in regem unctus est. Puella in provincia Hasbanie haristas de aure germinantes granis fecundas protulit, quod nemo credere potuit nisi qui vidit. Sed ille de quo hec excerpsimus et grana ipsa manu tenuit et eos qui presentes de aure illius nasci et germinare multociens viderunt contestantes audivit. — Luderius, qui imperator factus Lotharius est dictus, ad debellandum Anacletum pseudopapam, ut dixi, profectus, in redeundo moritur. Ipse quoque Petrus papa non multo post moritur. Lietardus Cameracensis episcopus abicitur, et Nicholaus substituitur.

Auct. Gembl. — Ans. — Cont. Gembl. — Ans.

1137. Conradus imperium adipiscitur, vir regii stematis. Erat enim ex sorore nepos Henrici quinti imperatoris huius nominis.

Cont. Gembl.

De fundatione abbatie Ninivensis.

Anno Domini 1137, in festo sancti Martini tres canonici in oppido Ninivensi commorantes, vestem veterem, vestem Babilonicam, vestem fervore intemperati caloris in plateis Ethyopie denigratam, vestem, inquam, cultus et pompe secularis in vestem novam, in vestem Hebraicam, tinctura candoris dealbatam, in vestem plane mutarunt religionis et regularitatis. Qui tunc tres figuram sancte Trinitatis quodammodo in ternario representantes, per gratiam ipsius, qui trinus est, hodie in decuplum et supra multiplicati sunt, decimas omnium que possident in spiritu et veritate Deo offerentes. Nullum enim opus perfectionis et impletionis decalogi sibi, sed totum Deo tribuunt. Qua autem occasione mutatio dextere Excelsi, que cuncta movens immota manet, sic mutaverit, latius aperiam per ea que secuntur.

Nov. 11.

Prologus auctoris.

Post longam peregrinationem, qua nimium attriti sunt pedes mei, tandem dulci solo natalis patrie et monasterio meo redditus, iam sudorem vultus abstergere et lasso corpori vel sero quietem incipio diu desideratam indulgere. Qui enim hactenus scribendo mare circuivi et aridam, qui insulas maris et exteras nationes, qui regum castra et religiosorum

a) *sic c.*

1) *catholice electus* V. Norb. 2) *in sede positus* V. Norb.

claustra, abrupta montium et alta convallium calamo vagabundus peragravi, simul et plagas terre quatuor,

Iam portum teneo, dulci statione reperta.

Plane qui post excursus multiplices quasi ad examen apum fructum laboris mei contuli, collectum videlicet de multarum nationum specialibus gestis quasi de diversis floribus favum brevis hystorie; immo qui etates et regna percurrens, in deserto quodammodo per annos plene 1137 vagus et instabilis ambulavi, inventa iam semita ac ostiis reseratis, ingredior in domum meam, non de qua exivi, sed quam quesivi, quesivi enim eam et nunc inveni. (Matth. 7, 7.) Nec me fefellit qui nec falli nec fallere novit, qui dixit: *Querite et invenietis.* Et quia iam prospere reversus sum in domum patris mei, a quo et qua occasione eadem domus fundata sit, paucis aperiam, quoniam et hec causa plures latet, etiam in eadem domo una mecum educatos.

Causa fundationis abbatie supradicte.

(cf Hist. fund. I. et II) Erat[1] itaque hoc tempore oppidi Ninivensis advocatus Gerardus, vir nobilis, cognomento Constabularius, Amelrici Flandrensis constabularii filius. Qui similem sibi in generositate sortitus uxorem nomine Gislam, de ea duas genuit filias, Machtildem de Ninive et Ermegardem de Woma. At eadem Gisla, susceptis heredibus, mortifera correpta infirmitate, morti appropinquabat. Quam visitans abbatissa de Ghileghem[2], cognata sua, ut ibi post mortem sepelienda deferretur, obnixe postulabat. Gisla vero iam mortua, abbatisse postulatio penitus cassatur. Nam domno Gerardo potissimum placuit ecclesiam suam et uxoris sue honorare tumulo et liberalitatis sue sublevare beneficio. Quo intuitu, cum in eadem ecclesia tres essent canonici, quartum addere disposuit, eius ilico prebende ob eternam sue uxoris habendam memoriam decimam [ecclesie[a]] de Herlinchove[3] assignans et ecclesie Ninivensi in perpetuam elemosinam condonans[4]. Sed Dei disponente providentia, quia eo tempore tertius canonicus[5] morte fortuitu subtractus erat, et eius prebenda cum quarta nuper instaurata adhuc vacabat, cepit unus canonicus nomine Balduinus cognomento Wala — nam alter Oiotus dicebatur — sepedicto Gerardo persuadere, quatinus fundande intenderet abbatie, maxime cum duabus vacantibus suam paratus esset prebendam adicere. Quibus in hoc sancto proposito devote concordantibus, placuit fratres Premonstratensis ordinis esse advocandos, quorum suavissima conversationis opinio grata Deo et plurimum commendabilis mundo videbatur. Missa itaque legatione Parcensis ecclesie abbatem nomine Symonem advocarunt. Qui omnia parata inveniens et locum videns canonicis regularibus aptum, in spiritu exultationis domum reversus, seminarium sacre congregationis septiformi gratia sancti Spiritus confovendum in septenario fratrum numero transmisit, anno Domini, ut dixi, (1137. Nov 11.) 1137, in festo sancti Martini. Quibus ex unanimi omnium consensu domnus Gillebertus Laudunensis canonicus, religione, scientia et moribus adornatus, in conversione sancti (1138. Ian. 25.) Pauli primus abbas constituitur. (cf Hist fund. II) Huius abbatis tempore fundata est curia nostra Rubroec, ubi sepedictus Gerardus dominus de Ninive, qui iam fratribus relaxaverat sextam[b] garbam de omni terra, quam in parrochia de Herlinchove quoquo pacto possent acquirere, etiam 7 bonaria terre adiecit. Cum autem eo tempore domnus Woltelmus Iettensis ecclesie[6], que anno Domini 1140. fundata erat, et Lidekerkensis ecclesie abbas, vir opinatissimus, defunctus esset, dominus Yvanus de Alost apud Lidekerkam[7] tunc temporis dominium tenens, accersito domno Gilleberto abbate nostro, Lidekerkensem ecclesiam et decimam de Meins cum ceteris appendiciis suis, videlicet Lombeke et Stritem[8], nobis in elemosinam tradidit et episcopali auctoritate confirmari optinuit[9]. Nempe tam Lidekerkensi quam Iettensi ecclesia existente libera, neutra alteri subiecta erat.

Anno Domini 1138. Malachias archiepiscopus Hybernie, qui mortuum suscitavit, diem obiit et Clarevalli sepelitur[10].

a) *minio deletum c.* b) quintam *Hist. fund. II.*

1) Sequens narratio maxime quidem cum altera Historia fundationis infra edita convenit, in quibusdam vero ad priorem propius accedit. Cf. praef. p. 520. 2) Ghilenghien prope Lessines, dioec. Camerac. 3) Villa communitatis Oultre, pagi Ninove. 4) Cf. chartam confirmationis Theoderici com. Flandriae, Chron. Flandr. II, 755 nr. 4. 5) Aloudus, ut Hist. fund. II. refert. 6) Iette, prov Brabant, praef. Brüssel. 7) Liedekerke, praef. Brüssel. 8) Meysse, Lombeek, Strythem, omnes praef. Brüssel. 9) V. chartam Nicolai episc. Camerac. a. 1146, Chron. Flandr. II, 756 nr. 6; ex qua Balduinus quaedam in Historia fund. non occurrentia addidisse videtur. 10) Cf. Roberti Altis. chron. a. 1148, f. 81'.

1139. Nicholaus[1] Cameracensis episcopus anno episcopatus sui secundo abbati nostro omnino remittit et successoribus suis quicquid obsequii ad honorem sue dignitatis attinebat, excepto quod semel in anno, si tamen premonitus fuerit, ad synodum venire curabit. Talem quoque libertatem ecclesie nostre concessit, quatinus abbas electus ad consecrandum iturus, 5 baculum pastoralem super altari propria manu accipiat. Quatuor vero piscatorias tendiculas, quas vulgo gheweren[a] nominamus, et allodium de Roeslaer sua nobis auctoritate confirmavit cum ceteris eque elemosinis a predicto Gerardo nobis traditis. Eodem anno dux Godefridus moritur et apud Hafflighem sepelitur. Cui succedit eiusdem nominis filius, quia ei Conradus imperator sue coniugis sororem dederat uxorem. Huius Godefridi frater Henricus, milicie cingulo deposito, non multo post 10 apud Hafflighem monachus efficitur.

A Bland
Cont Gembl
Auct Affl.

Anno Domini 1141. apud Niniven ad conversionem venit celebris memorie domnus Arnoldus, septem liberalibus artibus adprime imbutus, immo in omni scientia tam seculari quam divina plane melioribus preferendus. De quo verissime dicitur:

Plus quam laudatur est quod laudetur in ipso[2].

15 Qui in sancta religione fere cunctis mortalibus preferendus, primo conversionis anno prioratum adipiscitur; quem probabiliter per 45 annos rexit et ad meliorem statum provexit, donec vocem sibi dicentem audiret: 'Amice, ascende superius'[3]. Hunc cum pluribus amicis ad conversionem secuti sunt una soror et duo fratres, quorum alter Damianus nomine adeo in litteratura et precipue in musica clarus effulsit, ut sanctorum cantus ab ipso compositi 20 raptim a vicinis ecclesiis peterentur et pre suavitate melodie usque in presens ab ipsis inexplebili aviditate frequententur. Sanctorum quoque patronorum nostrorum Cornelii et Cypriani proprium cantum composuit, quem usque in hodiernum diem in conventu recolentes, eius suavitatem omni laude amplectendam et ammiratione dignam iudicamus.

Anno Domini 1142. in vicinia Lovaniensi verum mel de celo stillavit in modum roris. Eodem anno 25 domnus Gillebertus primus abbas noster quinto anno regiminis sui in generali capitulo Premonstrati de communi patrum consilio a pastorali cura absolvitur. Nempe fratres nostri contra eum venientes ad capitulum, nuditatis et paupertatis sue lacrimabiliter opponentes incommoda, ipsum multimode indiscretionis accusarunt. Et revera religione pollens, minus prudenter tamen se agebat, quia non computans que sibi forent necessaria, populum utriusque 30 sexus plurimum et quem sustentare non suffecit inconsiderate attraxerat. Post quem fratres alium mox Gillebertum, canonicum Parcensem, prudentia et religione clarum, in abbatem elegerunt. Qui cum, per duos menses vel eo amplius cum eis conversatus, nimie paupertatis et huius officii pondere terreretur, ab eis clamdestina fuga elapsus est. Post hos in abbatem eligitur domnus Gerardus, Laudunensis canonicus, in conversatione maturus, forma plane 35 speciosus, simplicitate et morum honestate precipuus. Iste Gerardus primus ecclesie nostre abbas scribitur, et merito; primus enim eam a paupertate relevavit, diviciis et possessionibus ampliavit et ad maximam dignitatem provexit.

Cont Gembl.

Godefrido quarto anno ducatus sui mortuo, succedit filius eius Godefridus, primum adhuc agens etatis annum, cui imperator concessit quicquid beneficii antecessores eius acceperant.

Dux II.
Cont et Auct.Gembl.

40 1141. In octavis apostolorum Petri et Pauli hora sexta usque in vesperam tempestas gravissima grandinis invaluit talis, ut glandibus comparata aut similis aut maior esset. In qua, mirabile dictu, humane facies, oculos[b], nares et os diligenter expressa apparuerunt. Nubes triplici colore distincte apparuerunt, igneo, ceruleo et obscuro, atque horribili atque contrario motu vise sunt concurrere. Tanta denique fuit immutatio et turbatio aeris, ut 45 mundi machina in occasu pendere et ruinam minitare videretur. Aves quales in hac regione nemo ante vidit, quas nos herodios[4] putamus, ab alto decidentes, capte ac detente pro monstro visuntur; quarum alarum extensio 20 pedum spacio mensuratur. Tota hyeme nec glacies nec nix nec etiam aliquando tenuis pruina visa est. Que temperies etiam usque in solsticium perduravit, ut tota estas frigida cogeret nos sicut in hyeme vestiri et calefieri. 50 Quam annone sterilitas subsecuta est et omnium victualium indigentia. Haffligensis

Iul. 6.

a) vieria *chartae.* b) *sic c.*

1) Haec ex charta a. 1139, Chron. Flandr. II, 753 nr. 3; cf. aliam a. 1138, Miraeus, Op. dipl. I, 527, cap. 41. 2) Hunc versum iam supra apud nostrum legimus, 55 ubi de S. Hieronymo sic dicit: *de quo quidam in visione nocturna inter alios multos versus quendam quasi in codice legentem istos audivit:*

Grecia miratrix nullo plus gaudet alumpno,
Si numeravit avos repetens ab origine prima.
Plus quam laudatur est quod laudetur in ipso.

3) Abbas nempe electus est; v. p. 536. 4) In Sacra Scriptura saepius commemorantur (ἐρωδιός, ardea).

monachus cronicam suam perduxit usque ad annum Domini 1143[1], Innocentii pape 12, Conradi quintum. Qui plane hiis qui ante eum scripserunt non tam conferendus quam etiam preferendus, si non scriptorum vicio depravatus fuisset. A. Bland Eodem anno puer nascitur in Gemlaus duorum capitum et trium manuum[2]. Cont Gemb. 1143. Sequenti anno Innocentius papa moritur, qui precepit, ut nullus missas presbiterorum audiret, quos uxores vel concubinas habere cognosceret. Monachos et canonicos artem medicine pro pecunia exercere prohibuit, prelatos talia negligentes et non corrigentes propriis honoribus spoliari iussit. Cont. Gemb. Celestinus II. papa. Succedit Wido cardinalis, Celestinus appellatus. Qui uno anno prefuit. Hoc anno incipiente frigus acerbissimum multum prevaluit, ut non solum aves et feras extingueret, sed etiam multas arbores radicitus exsiccaret. Nix etiam gravissima ab ante adventum Domini usque in purificationem cuncta operuit. 1142, Nov. 29.—1143, Febr. 2. Que in maximos cumulos erecta postquam liquescere cepit, tanta inundatio aquarum facta est, quanta hactenus nonquam apparuit. Pontes regali opere factos dissolvit, domos magnificas dissipavit, turres etiam, urbes et basilicas plurimas evertit[3]. Gandavi in monasterio Sancti Bavonis per totum claustrum in tantum aqua prevaluit, ut ultra solitum alvei sui terminum plus viginti pedum spacio excresceret. Tum flumine per omnes officinas monasterii stagnante, claustrum navigabile factum est, ut fratribus ad dormitorium vel refectorium navigio esset eundum. Hec miserabilis clades sicut gravissima, sic etiam diuturna fuit. Inundatio maris maxima terrarum spacia occupavit, multis gravissime calamitatis causa fuit[3].

Cont Gembl. Lucius II. papa. Celestino papa post unum annum mortuo, succedit Gerardus, et ipse cardinalis, Lucius appellatus, anno Domini 1146[4]; qui tamen eodem anno moritur. Isto[5] anno Nicholaus episcopus Cameracensis, episcopatus sui decimo, ecclesiam Lidekerkensem ab omni exactione, tam sua quam ministrorum suorum, perpetuo absolvit, et ipsam cum appendiciis Lombeke et Stritem, decimam quoque de Meinz et cotidianum usum lignorum in silva Lidekerkensi ad opus curie et duas carratas lignorum singulis septimanis datas ad usus Ninivensium a prefato Yvano auctoritatis sue scripto nobis roboravit, et ad arcendas a possessionibus nostris quorumlibet importunitates, data conservatoribus benedictione, in prevaricatores excommunicationis sententiam promulgavit. Cont. Gembl. Fulconi regi Iherosolimorum succedit Balduinus, filius eius. Eugenius III. papa. Bernardus monachus Clarevallensis, abbas monasterii Sancti Anastasii, Romane ecclesie presidet 6 annis et dimidio, et Eugenius appellatur. Cont Gembl. Normanni subtrahentes se Stephano regi Anglorum, se subdunt Andegavensium comiti. A Bland. Hoc tempore moritur Yvanus de Alost. Cont Gembl Heresis Eunitarum in Britannia pullulat auctore Euno. Qui cum esset ydiota, non promotus missas celebrabat et episcopos ordinabat.

A. Bland 1147. Conradus imperator, Henrico filio suo Aquisgrani in regem uncto, et Lodewicus rex Francorum, Theodericus quoque comes Flandrie religiosorum virorum hortatu et precipue Bernardi Clarevallensis abbatis Cont Gembl. ad debellandum paganos, qui christianos transmarinos inquietabant, cum maxima multitudine proficiscuntur. Qui nichil agentes prospere, multis infortuniis ita attriti sunt, ut de tanta multitudine vix pauci repatriarent. Eodem anno Eugenius papa in Gallias venit. Cui fratres nostri Catalauni occurrentes, bulle sue auctoritatem et munimentum totius possessionis nostre in scripto ipsius expresse nominetenus ab ipso impetraverunt, anno pontificatus sui tercio[6]. Cont Gembl. Qui mox Remis consilium convocat, in quo Eunum prefatum hereticum, presentibus 1100 episcopis vel abbatibus, convictum carceri mancipat; in quo et mortuus est. Cf. Hist fund. II. Circa idem tempus canonici Ietthenses nos calumpniabantur sepius et tanquam sui iuris invasores frequenter impetebant pro ecclesia de Lidekerke et appendiciis suis, que nobis tam secularis quam episcopalis iam vel apostolica dignitas tradidit et confirmavit. Sed post longas inter nos et varias contentiones consilio et auctoritate Bernardi Clarevallensis abbatis, hoc tempore apostolice sedis legati, facta inter nos compositione[7], omnis hec decisa est querela. Et auctoritate Cameracensis episcopi et totius ordinis nostri utrique ecclesie indictum est silentium[8].

Auct Affl 1149. Conradus imperator et Lodewicus rex Francorum cum Theoderico[9] comite Flandrie secundo anno profectionis sue a Iherosolimis sine ullo effectu revertuntur, nunquam audita tanta felicitate[a] tanti exercitus. Relatum est nobis miraculum omnibus retro seculis inauditum. Nam anno Domini circiter 1150. quedam mulier, mulieris in habitu nichil habens, in Anglia apparuit; lineum aut

a) infelicitate *Auct. Affl.*

1) Cf. de hoc loco praef. p. 517. 2) Sic Ioh. de Thilrode c. 22. 3) Cf. Cont. Gembl. a. 1144; Cont. Burburg. a. 1142. 1143, p. 457. 4) a. 1144. 5) Sequentia ad verbum ex charta, Chron. Flandr. II, 756 nr. 6. 6) Ex bulla laudata, Iaffé nr. 6679; annus et locus, qui in editis desunt, ex hac nota suppleri possunt. 7) V. chartam Bernardi, Chron. Flandr. II, 758 nr. 9. 8) V. chartas Nicolai episc. et Hugonis abbatis Praemonstratensis l. l. nr. 7, 10. 11. 9) Ex Ann. Bland. et Parch. didicit auctor, Theodericum cum illis iter transmarinum suscepisse.

laneum in eius vestibus nichil fuit, sed virides ille concretiones, que in palustribus aquis velut spume quedam apparent, ei quasi vestis erant. Quibus induta tota viridis apparebat. Hec referebat sub terra esse quasi regionem quandam, in qua homines consistentes nostro more viverent, nuptias, agriculturas, etiam ecclesias sicut nos habentes et sub legibus et rectoribus suis viventes; solis lucem, lune et stellarum ibi non esse, cum tamen ibi terra arbores et fructus germinet et ad maturitatem perducat. Educta est autem cum fratre suo, qui scolaris erat, per quandam cavernam terre a seniore quodam, primo nostre lingue penitus ignara, sed postquam nostra lingua loqui didicit — nam 7 annis in Anglia conversata est —, hec et alia innumera plus stupenda enarravit.

Anno Domini 1151, die nundinarum maxima frequentia turbarum ad forum collecta in oppido Lovanie, due lune in celo ab omni populo ibi constituto vise sunt, una in oriente, altera in occidente, et quasi pari luce rutilantes apparuerunt. Alter alteri contra intento digito indicabat miraculum; quod cum ab omnibus videretur, non erat quem posset latere, et tamen omnes sic erant stupore hebetati, ut vix sibi credi posse crederent, cum evidens esset quod idem omnes viderent. Sequenti anno Conradus imperator occubuit, ut quid monstro monstratum sit premisso pateret indicio.

1152. Fredericus, consobrinus Conradi, imperat annis 37. Qui concordi principum electus sententia 'Gratias', inquit, 'vobis, quod in electione concordastis, tamen si alium elegissetis, me socium haberet, si duos, tertius essem, si sex, septimus'. Quod licet arroganter dixisse videatur, tamen modeste et civiliter tractavit imperium.

Auct. Aff.

Anno Domini 1153. Eugenius papa obit; de quo diversorum diversa est sententia, aliis eius sanctitatem extollentibus, aliis quedam eius sinistra interpretatione detorquere et oblimare nitentibus, eo quod nocentibus accepto munere nimis esset facilis, innocentibus, cum munera deessent, rigidus et difficilis; de quo nostram sententiam subtrahimus. ne aut bonum malum aut malum bonum lapsu lingue dixisse videamur. Succedit Eugenius[1], qui et Conradus Sancte Sabine episcopus, vicarius Eugenii, Anastasius appellatus, uno anno presidens. Qui inter precipuos precipuus hoc meruit, ut in longeva etate emeritorum laborum stipendiis fruens, strennuitate et probitate omnibus preponatur. Nam octogenariam etatem excessisse dicitur. Huius tempore Bernardus abbas Clarevallensis*, qui quasi lucifer exoriens monachicum ordinem illustrabat, migravit ad Dominum. Cuius vita et doctrina in tantum excellit, ut minus sit quicquid in eius laude dictum fuerit. Eo tempore in loco qui Frakendale dicitur congregatio sanctimonialium et aliquorum conversorum usque ad millenarium excrevit numerum, quos plaga divinitus irruens exterminavit hoc modo. Nam cum pre multitudine penuria victus angustiarentur plurimum, sexcente de illis uno die collecto agmine pariter egresse sunt, diversas sedes petentes, ubicumque incertas necessitas devenire compulisset; post quarum discessum tempestas gravissima incubuit et quadringentas que remanserant et fratrum innumeram multitudinem, alios effugavit, alios consumpsit et totum locum exterminavit. Ubi exemplum omnibus datum est, ne quis congregationem aut ordinem se posse constituere putet, ubi prelatorum incauta presumptione et inprovida duricia fratres in penuria deficiunt, sub oppressione gemunt et in odio, dissentione, tristicia, conturbatione et murmuratione affliguntur, perturbantur, colliduntur, dissipantur et pereunt. Hoc istis contigit multitudine collecta adunatis, sed caritate divisis. Hoc omnibus quoque metuendum est, ubi, odio et murmuratione in fratrum corde regnante, frustra a prelatis paries dealbatur et testa teste conglutinatur.

Auct. Aff. — Auct. Aff. — Anastasius IIII. papa. — 1153. — Auct. Aff. — cf. Eccles. 22, 7.

Christiani Aschalonem a purificatione usque ad assumptionem beate virginis obsessam ceperunt, suorum tamen ante passi stragem maximam. Nam cum desperati iam procinctum solverent, patriarcha crucem Domini ferens ad murum processit. Qui presens fuit nobis retulit[a]. Mox omnes hostes ita cecitate percussi sunt, ut molares lapides per balistam iaculatos nec viderent nec loco cedentes declinarent. Quapropter pagani ilico civitatem in manu regis nostri tradiderunt. Nicholaus Albanensis episcopus, Adrianus[b] appellatus, presidet annis quinque. Hic vir strennuus fuit et in omni vita conversationis optime, Anglicus natione, et in curia pape ita conversatus, ut inter precipuos precipuus iudicaretur. Rex Anglie constitutus est Henricus, cuius avus fuit ille magnus et famosus Anglie rex Henricus. Filia namque eius, imperatoris videlicet coniunx, comiti Andegavensi in coniugio post imperatoris mortem copulata, hunc, qui modo regnat, de eo suscepit et fratres eius. Stephanus namque non satis nota morte preventus est, qui huius Henrici, cum adhuc puer esset, procurator, immo supplantator, factus fuerat.

Auct. Aff. — 1154. — Adrianus IIII. papa. — Auct. Aff.

*) *In marg. add. ead. manu:* Bernardi abbatis 13. Kal. Septembris.

a) retuli *c.* b) Adrianus *c.*

1) Omni sensu caret locus. Eugenio successit Anastasius.

Auct. Affl. Dux III.

1155. Fredericus imperator armata manu Romam ingressus, ab Adriano papa benedicitur; cum quo Romani bello congressi, cessere victi turpiter. Godefridus iunior dux Lotharingie filiam Henrici comitis Lemburgensis ducit in uxorem. Fredericus imperator ab Italia regressus, iudicio et consilio episcoporum relicta uxore sua, duxit filiam comitis Burgundionum, quam patruus suus Willelmus in turri diu clausam tenuerat, ut eam perderet et hereditatem eius acciperet. Sed miserante Deo liberata imperatori copulatur.

1156. Rex Babylonie, qui sibi dolose regnum usurpaverat[1], fuga clamdestina, universo palatii thesauro compilato, cum Damascum proficisci vellet, a conviantibus proditus, a militibus Templi Domini captus est et cum infinita pecunia Iherosolimam perductus. Qui per reginam et principes Babylonie[a] a captivitate redemptus, in ultionem regis predecessoris sui, quem ipse clam peremerat, membratim discerpitur. Post quem Babylonii undecies centena milia aureorum nummismatum christianis Iherosolimitis offerentes, mutuam pacem firmaverunt.

Anno Domini 1157. apud Niniven templi monasterii primum fundamentum ponitur.

Auct. Affl. Oritur longa contentio inter Henricum regem Anglie et Lodewicum regem Francie, quia Lodewicus patrimonium relicte sue[2], quam repudiaverat, retinere contendebat. Reliquerat enim eam Lodewicus propter fornicationis petulantiam, de qua plane admodum lubrica Henricus suscepit hos quatuor filios: Henricum, Geffroidum, Richardum et Iohannem.

Auct. Affl. A. Parch. Auct. Affl.

1158. Theodericus de Alsacia comes Flandrie iterato Iherosolimam petit cum uxore sua Sibilla zelo pie devotionis accensa. Que cum illo venisset, Bethanie suscepit religionis habitum. Theodericus vero et rex Iherosolimorum regem paganorum Noradin superantes, multas civitates et castella ceperunt. Habuit autem Theodericus tres filios et duas filias, Matheum comitem Bolonie et Petrum ex episcopo Cameracensi comitem Narvensem*[3] et Philippum[4] patri in comitatu succedentem, (Auct. Affl.) quem iusticia, fortitudo et liberalitas omnibus bonis laudabilem fecit et amabilem. Fuerunt vero filie Sibilla[5] et Margareta. Sibilla ex comitissa Morianensi fit abbatissa Mecenensis[b,6]. Margareta vero, uxor Balduini comitis Montensis et Flandrie post Philippum, [ex[c]] eo genuit duas[7] filias, quarum una[8] nupsit Philippo, filio Lodewici regis Francie, et tres filios, Balduinum, Henricum et Philippum.

Auct. Affl. Victor II[9]. papa sedit annis 15. Alexander III. papa, et Octavianus.

1159. Adriano papa mortuo, Rolandus cancellarius et Octavianus presbyter cardinalis de papatu contendunt. Que contentio protracta est per annos[d] circiter 17, donec tandem Alexander prevaleret. Ab exordio vero huius contentionis usque ad diem quo obiit Urbanus papa preterierunt anni circiter 28. Quod me in quodam exemplari aliquando collegisse commemorans, hic inserendum dignum duxi, maxime quia nec Alexandri nec Urbani annos distinctos usquam potui reperire.

Auct. Affl. Bellum gravissimum ortum ante annos fere 20 inter ducem Lotharingie Godefridum iuniorem et Walterum Bertout de Grimbergis[10] tandem finitur hoc anno Domini 1159. Nam quarto bello

(Aen. II, 363.) 'Urbs antiqua ruit multos dominata per annos',

castrumque Grimberge magnum et famosum, quod humana virtute vix poterat, iusto Dei iudicio in nocte sancti Bavonis[11] (Oct. 1.) combustum et ad solum usque dirutum est. Fredericus imperator Criminum cepit et captum destruxit.

1160. Henricus rex Anglorum filiam Stephani, neptem suam, sanctimonialem et abbatissam Cantuarie consecratam, contra fas legum Matheo, filio Theoderici comitis Flandrie, Boloniensi comiti, dedit uxorem, ut per eam comitatum retinere Boloniensem posset. Cumque Matheus ex ea suscepisset duas filias, scilicet Machtildem ducissam Brabantie et comitissam Bolonie[12], mater denuo velata ad claustrum rediit.

Auct. Affl. Fredericus imperator exercitum tocius regni sui convocat contra Mediolanenses. Quos obsidione premens ferme per triennium, et potestatem vendendi et emendi eis preripiens, fame tandem et inopia coartatos per deditionem accepit anno Domini 1163. eosque per regiones dispersit. Balduino quinto regi Iherosolimorum succedit Amolricus, frater eius. Desponsata filia[13] Lodewici regis Francorum Henrico, filio Henrici regis Anglorum, pace reddita, contentio inter eos quievit. Qui Henricus, Henrico patre adhuc vivente et iubente, coronatus et rex appellatus, ante patrem, proh dolor! mortuus est. Qui velut alter Titus, totius insule, immo totius tunc fuit orbis amor[e], amicabilis, forma speciosissimus, pietate precipuus, spes insulanorum, iusticie cultor et omnibus gratiosus. Quo mortuo, Pannoniorum regi[14] data est uxor eius.

*) *alia coaeva manu in marg. add.*: id est Tornacensem.

a) Babylonies *c.* b) Meten. *c.* c) *deest c.* d) angelos *corr.* annos *c.* e) *e corr. c.*

1) Nasireddin, filius Abbas praefecti (veziri) Aegypti, qui calipham occiderat, praedicto filio caliphatum traditurus. Cf. Will. Tyr. XVII, 9; Wilken, 'Gesch. d. Kreuzzüge' III, p. 39 sq. 2) Alienordis. 3) Nivernensem. 4) Qui maior natu fuit ceteris. Omissus est Balduinus ante patrem defunctus. Cf. Flandr. gen. cont. Claromar., SS. IX, p. 326. 5) Gertrudis. Mater eius vocata fuit Sibilla. 6) Messines. — Bis nupta fuit; v. Flandr. gen. l. l. 7) Potius tres. 8) Isabella. 9) IV. huius nominis, idem ac Octavianus. 10) Gerardus fuit tunc dominus de Grimberghen. 11) *in festo sancti Remigii* Auct. Affl., quod eadem die celebratur. 12) Idam. 13) Margaretha. 14) Belae.

Corpora trium magorum a Rainaldo Coloniensi electo de ecclesia quadam civitati Mediolanensi contigua Coloniam translata sunt. Quomodo autem de partibus suis translata sint Constantinopolim et inde Mediolanum, in ecclesia sancti Petri Coloniensis traditum invenitur. Auct. Aff.

Anno Domini 1166. conventus noster a veteri claustro descendit in templum novum et in novum claustrum, et sicut a veteri materiato transierunt ad novum, ita et vetera ab ore suo proicientes et in novitate spiritus ambulantes, quasi nova fecerunt omnia, quia sine murmure, odio vel detractione invicem amore[a] et honore prevenientes, hospitales, caritate ferventes, euntes de virtute in virtutem, renovabantur cotidie spiritu mentis sue. Quod, gloriosa fama sancte opinionis longe lateque respersa tunc temporis attestante, clarius innotuit claris miraculis. De quibus omnibus, que Ninivensium commendat hystoria, hic saltem duo ponemus. Cum[1] eiusdem novi templi nova structura ad perfectum excrevisset, et post diutinam cementi conglutinationem ligneum sustentamentum fornicis vel oblique testudinis, presbiterium discernentis[b] a choro, quidam fratrum per frusta de subtus auferret, mox cum toto lignamento lapidum pondus corruit universum. Cum quibus frater subito prolapsus in pavimento, cum undique vallaretur mille, immo centenis milibus trabibus vel lapidibus, a periculo tamen mortis remansit immunis, immo sibi nec membrifragium reliquit precipitium. Nec multo post quidam nobilis, superbia tumidus et invidie zelo succensus, ad curtem nostram Roeslaer pransurus accessit, qui mensam sibi caritative propositam, non refertam laucioribus escis et sue gulositati calumpnians respuendam, furibundus abscessit, et ingressus campum extraxit gladium ineptoque ferro et more insolito segetes messuit; sed messor importunus messuit ante tempus. Nam tunc forte post flores, immo sparsim adhuc florentes[c] granis iam ceperant paulatim teneris onustari. Sed non sibi nefarium tempus messis anticipate vel ad horam cessit impune. Nam qui agilis et facondus alterius laborem metierat[d], loquela privatus ilico, perpetua paralisi percutitur et insanabili, insanabili plane, quoniam adhuc superstes membris invalidus et velut alter Cayn vagus et tremebundus, per longum tempus balbutientis, immo anniculi infantis more, rara verba edidit. Ipsum et nos apud Woutbrechtegem[2] vidimus[3], spectabile monstrum reservatum vicinie.

Anno Domini 1174, Nonas Iulii consecrata est ecclesia nostra a domno Eskillo archiepiscopo Lundense, Datie et Suethie primate et apostolice sedis legato. Abhinc secundo anno[4] scisma de papatu terminatum est; Alexander enim prevaluit. 1176.

1180. Factus est terre motus in Francia et Lotharingia et per totam fere Europam, quod rarissime contingere solet. Ante hoc tempus orta in Anglia inter regnum et sacerdotium quadam simultate, adimpletur Merlini prophetia, predicentis, quod filius patrem occideret in utero matris sue[5]. Henricus rex, utique spiritualis filius episcoporum suorum, Thomam archiepiscopum Cantuariensem, sane patrem spiritualem, occidi fecit in matris sue utero, hoc est in templo. Qui mox miraculis clarus cecis visum, surdis restituit auditum, claudis gressum, et similia nova et larga benedictione operatus est. Interfectores vero eius omnes digna et plenaria satisfactione Deo et sancte matri ecclesie reconciliati sunt. 1170.

Anno Domini circiter 1180. obiit Nicholaus Cameracensis episcopus, qui presulatum tenuisse dicitur annis circiter 44[6]. Post ipsum prefuit domnus Alardus[7], archydyaconus eiusdem ecclesie. Post hunc eligitur Petrus, filius Theoderici comitis Flandrie. Qui huic mundo quam Deo magis eligens militare, Narvensem[8] adipiscitur comitatum, episcopali benedictione contempta. Huic domnus Robertus substituitur de Aria[9]. Quem domnus Iacob de Avennis, vir nobilis, episcopalem benedictionem necdum consecutus, apud Condatum[e.10] interfici fecit. Post hunc domnus Rogerus ex preposito Cameracensi[f] fit episcopus. Cui succedit domnus Iohannes Attrebatensis[11]. Post quem dominus Hugo de Duaco eligitur, quem postea papa deposuit, quia promoveri in sacerdotem contempsit. Post quem substi-

a) *sic Hugo*; honore *c.*? b) *sic emend. ed.*; discernentes *c.* c) *supple* ariste. d) *sic c.*; messuerat *Hugo.* e) Condacum *c.* f) Camr̃. *c.*

1) ‘Haec miracula de verbo ad verbum excerpta sunt ex libro Collectionis miraculorum SS. Cornelii et Cypriani, Balduini aevum praecedente. Asservatur ille collectionis liber ms. apud nostros Ninovienses’, refert Hugo. 2) Woubrechtegem, praef. Alost, pagi Herzele. 3) Haec quoque ex libro Miraculorum sumta esse, notat Hugo. 4) a. 1177. demum. 5) Haec verba in Merlini prophetiis apud Galfr. Monumet. l. VII, haud reperi. 6) Anno 1137. ordinatus, obiit a. 1167. Et aliis mendis haec series ex memoria relata scatet. 7) Sedit post Robertum Ariensem mox memoratum. 8) Nivernensem cum uxore herede; v. supra p. 534. 9) scil. praepositus Ariensis (Aire) et Audomarensis. 10) Condé super Scaldim fl. 11) Omissus Nicolaus, qui a. 1197. paucis mensibus sedit.

tuitur magister Petrus de Corboil. Quo ad archyepiscopatum Senonensem vocato, substituitur domnus Iohannes de Betunia[1]. Hos hic quomodo tantum sibi invicem successerunt ordinare curavi, quoniam, sub quibus precise apostolicis vel sublimati vel depositi sunt, adhuc michi est indiscussum.

Anno Domini circiter 1182[2], Lodewico Francorum rege mortuo, succedit Philippus, filius eius. Qui ducens in uxorem filiam[3] Margarete et Balduini comitis Flandrie et Hanonie, ex ea suscepit Lodewicum filium. Qua mortua, secundam legitime duxit in uxorem filiam[4] videlicet regis Danomarchie[5]. Qua post 8 dies repudiata et custodie mancipata, terciam illegitime superduxit filiam[6] Bertoldi ducis de Durenbon[7]. Que cum ei unam filiam[8] et unum filium[9] peperisset, periit in partu tercii. Rex vero, ut ad legitimam suam rediret, non regum, non ducum vel quorumlibet amicorum hortatu nec etiam ecclesiastica censura induci potuit, sed concubinas, quoad[a] vixit, ad thorum suum non veretur evocare.

Anno Domini 1185, 4. Kal. Octobris obiit pie memorie dominus Gerardus abbas noster, qui 44 annis irreprehensibiliter rexit et provexit ecclesiam Ninivensem. Post hunc domnus Arnoldus, prior noster, in abbatem eligitur; cuius vita et doctrina in tantum effulsit, ut minus sit quicquid in eius laude dictum fuerit. Philippus comes Flandrie iam dudum duxerat in uxorem filiam[10] Rodulfi comitis de Perona[11]. Qua mortua sine prole, sortitur in coniugio filiam[12] regis Portegalensis[13].

Urbanus III. papa. Gregorius VIII. papa.

Anno Domini 1187. Urbanus papa obiit; cui succedit Gregorius anno uno[14]. Cuius tempore Saladinus rex paganorum christianis transmarinis nimis infestus, Iherusalem cepit et totam terram promissionis, excepta Tyro. Pro qua recuperanda cum Gregorius papa regnis occiduis lacrimabiliter scriberet, mox Fredericus imperator, Henricus rex Anglorum et Philippus rex Francorum crucis signum acceperunt, illorsum quantotius profecturi.

De Saladino paganorum rege.

Saladinus[15] itaque et Saphadinus, reges pagani, fratres fuerunt. Saladinus habuit 9 filios, quos Saphadinus occidit preter unum nomine Noradin, qui tenet terram Alapie et ducenta castella sive civitates. Saphadinus autem habuit 15 filios. Primus Melebalius, qui tenet terram Alexandrie, Lekayre, Damietam, Babylonem et terram Egypti. Secundus filius Coradin tenet Damascum et Iherusalem Sextus frater Melchinohet tenet regnum de Baudas[16], ubi est papa Sarracenorum qui vocatur Calistres[17], et ibi est[18] corpus Mahumeti Hec civitas Baudas est caput tocius paganismi, sicut Roma christianismi. Duo de hiis fratribus observant sepulcrum Domini et dividunt inter se obventiones eius seu oblationes. Saladini causa hec ad presens a materia deviando dixisse sufficiat, ad propositum nostrum redeamus.

Clemens IIII. papa. 1189.

Gregorio pape primo pontificatus sui anno mortuo, succedit Clemens 4 annis. Cuius primo anno Henricus rex Anglorum cruce signatus mortuus est; cui succedit filius eius Richardus. Iste Gregorius VIII, qui prius dictus est Albertus cancellarius, canonicus fuit Sancti Martini Laudunensis.

1189. Fredericus imperator terreno itinere iturus Iherosolimam, profectus est per Greciam, in qua et mortuus est.

cf. A Bland a. 1189

1190. Henricus post patrem imperium adipiscitur et 8 annis imperat. Philippus rex Francie et Richardus rex Anglie et Philippus comes Flandrie Iherosolimam profecti sunt. Godefridus dux Lotharingie obit[19]; cui succedit filius eius Henricus. Qui duxit in uxorem Machtildem, filiam abbatisse Cantuariensis[20] et Mathei comitis Bolonie.

Eodem anno 8. Idus Octobris obiit venerabilis Arnoldus abbas noster. Qui, ut vir summe religionis, cum 45 annis prioratum tenuisset, post in cura pastorali ut fidelis servus 5 annis ministravit. Iste tempora sua Christi ornans bono odore usque ad consummationem vite, armaria nostra utilibus et variis et chorum replevit libris necessariis, thecam quoque ecclesiasticam cappis sericis et textis adornavit deauratis, immo tocius ecclesie possessionem omnimodis ampliavit et terre nostre terminos dilatavit. Cui successit venerande memorie domnus Matheus, Montis Sancti Martini[21] canonicus, in omni seculari scientia clarus et precipue

a) quo adv. c

1) a. 1200. 2) Potius a. 1180. 3) Isabellam. 4) Ingeburgem. 5) Waldemari I. 6) Mariam (aliis dictam Agnetem). 7) Meran. Nescio quid hoc nomen velit. 8) Mariam. A Rigordo Iohanna vocatur. 9) Philippum. 10) Isabellam. 11) i. e. Viromandiae; cf. Ann. Bland. a. 1157. 12) Mathildem. 13) Alfonsi I. 14) Vix duobus mensibus. 15) Haec ex Descriptione rerum orientalium iussu Innocentii III. papae composita, apud Bongars., Gesta Dei p. 1125 sqq., Oliveri hist. Damiatinae praeposita; de qua v. Zarncke in 'Ber. d. phil.-hist. Cl. d. Leipz. Ges. d. W.' 1875, p. 145. 16) Bagdad. 17) *Kabatus sive kaliphas*. Descr. 18) Male intellexit sententiam. 19) Iam a. 1186; sed ad hunc annum etiam Ann. Bland. 20) Mariae, filiae Stephani regis Angliae; cf. supra a. 1160. 21) Mont St. Martin prope fontes Scaldis fl.

in theologia melioribus preferendus; qui diversos sermones dictans, inter cetera etiam Ysaiam exposuit ad litteram.

Anno Domini 1191. sol eclipsim passus est in vigilia Iohannis baptiste[1]. Hanc et ego ipse, cum puerulus essem, me vidisse memini, precipue quia eam adultorum exemplo in aqua tunc didici perspicatius contemplari. *Iun. 23.*

Eodem anno Clementi pape[a] mortuo succedit Celestinus 7 annis; a quo Henricus rex in imperatorem consecratur. *Celestinus III papa* Rursus ipso eodem anno magni nominis Philippus comes Flandrie moritur in obsidione Tholomaide, et alii principes plurimi de diversis mundi partibus congregati. Cui successit in comitatu sororis sue[2] maritus, Balduinus scilicet comes Montensis, annis circiter 6. Tholomaida, que vulgariter Akers dicitur, a nostris capta est, et pagani in ea inventi omnes deleti. Eodem tempore domnus Conradus de Monferrat, *1192.* egregius marchio Tyri, qui in bellis Domini semper invictus fuit et ex quo Terra Sancta capta est pondus diei et estus tulerat, in regem electus, a cuiusdam secte hominibus, qui in rebus etiam pessimis dominis suis obedire religiosum putant, interficitur. Richardus vero rex Anglie bellicosissimus infamatus, quod eundem Conradum factiose interfici fecerit, pace per triennium cum paganis facta ea conditione, ut Aschalon urbs munitissima destrueretur[3], cum christiano exercitu reditum parat, et reliquie christianismi Henrico comiti Hyspanie[4] committuntur. In redeundo vero dictus Richardus sub specie mimi nisus insidiantes preterire, ab amicis et propinquis Conradi[5] fortuitu capitur, sed multis marcarum milibus redemptus, *1194.* ad propria repedavit. Qui postea circiter per triennium regnans, in obsidione cuiusdam castelli in pago Lemovicensi ictu sagitte interiit; cui frater suus Iohannes successit in regno. *1199*

Anno Domini 1192. domnus Albertus, frater Henrici ducis Lotharingie, contra voluntatem Henrici imperatoris canonice Leodiensium electus episcopus[6], imperatore canonicam investituram ei conferre recusante, qui quemdam Lotharium[b], Bonne prepositum, fratrem comitis de Hostadio[7], episcopum sibi nominaverat, post appellationem factam Romam petiit, et a Celestino papa dyaconus ordinatus et in episcopatu confirmatus, ad metropolitanos Galliarum remissus est, apostolico illis dante in mandatis, quatinus eum episcopum consecrarent et eius adversarios anathematis vinculo alligarent. Quod indigne ferens imperator, ab universis illum Leodii abiurari fecit, plurimis Sancti Lamberti[8] hominibus suo symoniaco manus dedentibus. Porro dictus Albertus Remis ab archiepiscopo Willelmo est consecratus; ubi dum honeste conversaretur, advenerunt quidam Teutonici, dolose dicentes se propter offensam imperatoris ab ipso esse proscriptos, querere se dominum, a quo detinerentur, donec imperatori reconsiliari mererentur. Quos ipse secum in suo assumens contubernio, in mensa, intus et exterius sodales et quasi consimiles consilii admisit socios, sibi tamen callide insidiantes. Qui tandem se velle discedere ficte dicentes, pro exhibitis beneficiis gratias referebant, egressosque civitate, paucis suorum comitantibus, ipse deducebat. Qui, nacta oportunitate patrandi facinoris in campis late patentibus — erat enim dies nebulosa — ipsum aggressi cultris confoderunt, peractoque facinore, equum quo sederat abducentes, ad imperatorem aufugerunt. Cuius mortem coram Deo esse preciosam gloria miraculorum attestatur[9]. Eodem anno ignis in aere visus est per totam Galliam nocte, ita ut singuli proxima sibi loca ardere putarent[10]. Subsecuta vero est fames fere septennis.

Anno Domini 1195. domnus Matheus quintus abbas noster, vir singularis religionis et abstinentie, impatiens curarum et occupationum, eligens potissimum vacare quam ministrare, contemplari quam negociis occupari, quinto regiminis sui anno sponte pastoralis cure deposuit onus. Post quem domnus Algotus eligitur, vir iustus et timoratus etusque, in senectam et senium permanens in innocentia sua, plane in omnibus viis suis laudabilis si non fuisset nimie simplicitatis. Huius tempore Balduinus comes Haynonie et Flandrie, mortua Margareta uxore sua, rediit ad Montensem comitatum, ex paterna sibi successione relictum, et reliquit Balduino, maiori filio suo — tres enim, ut in precedentibus dixi[11],

a) p̄p̄ *c.* b) Lotlarium *c.*

1) Cf. Ann. Foss., SS. IV, p. 31. 2) Margarethae. 3) Similibus verbis haec narrat Sigeb. Cont. Aquic. p. 430. 4) Potius Campaniae, ut recte scribitur infra a. 1197. 5) Minime. 6) Electus iam a. 1191, Sept. 8. 7) Theoderici. 8) i. e. Leodiensis ecclesiae, cuius hic est patronus. 9) Haec in omnibus fere cum Vita Alberti supra p. 139 sqq. conveniunt, nonnullaque verba eius hic occurrunt, neque tamen ex illa excerpta videntur. 10) Cf. Cont. Aquic. p. 428. 11) Supra p. 534.

genuerat filios et duas filias — Flandrie comitatum, in morte matris sibi adiudicatum. Qui, non multo post patre etiam mortuo, tam istum quam illum, immo etiam et Namurcensem adipiscitur comitatum, sed ipsum mox concessit Philippo fratri suo, qui secundus natu erat, datis tantum quibusdam villis Henrico minimo, sed plane probissimo. Idem Balduinus comes duxit in uxorem Mariam, filiam comitis Campanie[1], de qua duas suscepit filias, Iohannam et Margaretam, postmodum Flandrie et Haynonie comitissas.

Fames prioribus annis paulatim cepta totum mundum conterruit anno Domini 1196. Pauci tamen perierunt, quia a fidelibus sustentati[a] sunt.

Quartus dux

1197. Henricus dux Lotharingie cum multis episcopis, principibus Germanie proficiscitur ad expugnandam[b] terram promissionis. In cuius adventu Henricus comes Campanie, cui terra commissa fuerat, ad columpnam cuiusdam fenestre se appodians, columpna ruente, pariter precipitatus et mortuus est[2]. Exercitus vero mox Henricum ducem Lotharingie in dominum et principem elegerunt; qui non multo post repatriavit, magis eligens natale solum et regnum paternum strennue regere, quam in peregrinis partibus alienis parum prodesse. Eodem anno Henricus imperator, de uxore sua, filia regis Apulie, suscepto filio nomine Frederico, veneno interiit in Apulia.

1197. Henrico imperatore mortuo, de substituendo successore orta contentio et per annos circiter decem protracta est, aliis eligentibus Philippum ducem Suevie, fratrem Henrici imperatoris, aliis ducem Zaringie[3], aliis Ottonem comitem Pictavensem, nonnullisque fidem servantibus Frederico, filio Henrici imperatoris, agente infantie annos in Apulia, cui etiam principes regni vivente patre iuraverant. Sed ceteris etiam spe imperandi destitutis, dictus Otto cum Philippo Suevorum duce diu pro imperio et instantissime contendebat. Nam Otto thesauro et auxilio maxime Anglorum regis, avunculi sui, subsidio quoque[c] fretus Balduini Flandrensis comitis, in Aquisgrani ingreditur. Philippus vero divitiis et maiore potentia ipsum supergressus, castella et redditus imperii et regnum undique occupavit. Sicque inter ipsos vario belli eventu diu certatum est, donec tandem cessit Otto, viribus pene totis attenuatus. Itaque Philippus, tam contentione durante quam etiam finito, imperavit annis circiter 11.

Inicium ordinis sancte Trinitatis

Innocentius III. papa.

Anno Domini 1197. incepit ordo Trinitatis. Celestinus papa moritur; succedit Innocentius tercius annis 19. Fames, que 6 fere annis debachata est, ita omnia consumpsit, ut sextarius siliginis, quem 7 denariis apud Niniven constare vidimus, 19 solidis Valenchenensis monete venderetur[4].

Anno Domini 1199. dominus Algothus abbas noster resignat, etate iam fatiscente gravis et ab equo quo sedebat fortuitu cadendo perpetua infirmitate correptus. Succedit dominus Steppo[*,5], de magnis viris et nobilioribus Haynonie oriondus, in monasterio nostro ab annis puerilibus laudabiliter conversatus, etate quidem iuvenis, sed discretus et ingenio clarus, plane morum magis civilitate quam evo longiore maturus.[**]

Circa idem tempus[6] Lodewicus iuvenis, Philippi regis Francie filius, duxit in uxorem filiam[7] regis Hyspanie cognomento Pitit.

1201. Parisius orta seditione inter scolares et burgenses, duo clerici et tres clericorum famuli perimuntur. Qua iniuria scolares irritati, omnes ex communi consilio civitatem in perpetuum relinquere disponebant. Sed per regem multo conamine sufficienti satisfactione facta deliniti, omnium unanimi consensu urbis bitalassum egressi cum cathedris docentium, magnum pontem transibant atque in occidua urbis parte deinceps habitabant[8].

*) *in marg. add.*: 5 annis.

**) *alia coaeva manus in marg. suppl.*: Cui[9] succedit dominus Henricus, Montis Sancti Martini canonicus, predicator egregius, qui post biennium curam suam sponte resignavit. Huic substitutus dominus Iohannes De Spinis, post 4 menses obiit. Succedit Rodulfus etc.

a) sustati *c.* b) expugnā *c.* c) que *alia manu add. c*

1) Heinrici I. Cuius filius est mox dictus Heinricus II. 2) Cf. Cont. Aquic. p. 434. 3) Bertholdum V, de quo eligendo tantum tractatum est. 4) Cf. Reineri Ann., SS. XVI, p. 652; Ann. Parch. p. 606, alios. 5) a. 1200, Ian. 18. occurrit Radulfus abbas Ninov., Chart. Ninov. nr. 91, qui tamen brevi tantum tempore rexit, cum iam a. 1202. Steppo sederit, ibid. nr. 95. 6) 1200, Mai. 7) Blancam, filiam Alfonsi VIII. Petit regis Castellae. 8) Haec gesta sunt a. 1200. Cf. Roger. de Hoveden, SS. rer. Gall. XVII, p. 605 sqq., et diploma ibidem impressum. 9) Haec ex catalogo abbatum infra sequente p. 550. post suppleta sunt.

1202. Balduinus comes Flandrie et Haynonie Iherosolimam profecturus, per Constantinopolim vadit, ibique imperator est factus. Biennio ante hunc annum obiit dominus (1200.) Gerardus ecclesie Grimbergensis advocatus et dominus de Ninive[1]; ante cuius mortem (1197.) triennio terra Grimbergis dividitur; et magister Fulco[2] predicavit.

Anno Domini 1207, pridie Kal. Martii eclipsis solis fuit[3]. (cf A. Bland. 1206.) Wido archiepiscopus (1208.) Remensis in monasterio Sancti Bavonis Gandensis obiit; ante cuius mortem quinquennio etiam Willelmus archiepiscopus, antecessor suus, obiit. (1203.)

Philippus rex Alemannie insidiose peremptus est. Otto, cuius supra mentionem fecimus, imperium adipiscitur. Qui Rome ab Innocentio papa in imperatorem consecratus, (1209.) 9 annis imperat.

Eodem anno circa paschalem festivitatem electus est ad regimen ecclesie nostre (Mart. 29.) domnus Rodulfus; ad cuius introitum nobis Dominus benedixit. Quia, cum ecclesia nostra multis esset debitis et usurarum exactionibus aggravata, ipse ea paulatim sine dispersione conventus sui acquitavit et eam pluribus edificiis, rebus et possessionibus ampliavit.

Sequenti anno obiit Machtildis ducissa de Lovanio. (1210.) In[4] Hyspania quidam presbyter nocte dominice nativitatis cum muliere carnaliter peccans, cum primam missam nec contritus nec confessus celebrare presumpsisset et, peracto sacramento, orationem dominicam decantasset, subito columba cum impetu advolans, rostro misso in calicem totum sanguinem absorbuit, et hostiam de manu presbyteri rapiens, evolavit. Simile et in secunda missa[a] contigit. Tunc demum presbyter ad cor suum reversus, quendam discretum adiit sacerdotem, cui crimen quod commiserat devote confessus, accepta penitentia, reversus est. In tercia igitur missa post orationem dominicam tercio columba rediit et, rostro misso in calicem, quicquid inde tulerat, totum refudit, et duas hostias ad pedem calicis deponens, evolavit. Hinc aperte colligitur, quanti meriti sit apud Deum devota confessio. (Rob cont. 1211.)

Eodem anno dominus Arnoldus de Grimbergis obiit, et domina Allicia de Grimbergis[5]. In inventione sancte crucis et in ascensione Domini[6] Henricus dux Lotharingie Leodium (1212.[b] Mai 3.) cum exercitu intravit, ecclesias et civitatem spoliavit[7].

Eodem anno Ferrandus, filius regis Portegalensis[8], duxit in uxorem Iohannam, primogenitam filiam Balduini comitis Flandrie, et factus est comes Flandrie et Haynonie. Henricus dux Lotharingie duxit in uxorem Mariam, filiam Philippi regis Francie. Tunc etiam (1213 cf A. Parch.) Tungrim et villas circumiacentes plurimas spoliando et concremando vastavit. Qui tamen in suo reditu inter Montenake[9] et Landen[10] ab episcopo Leodiensi[11] et comite Hasbanie[12] cum suo exercitu cesus est, ubi pene duo milia hominum corruerunt, plures capti sunt, ipse vero Henricus dux cum paucis evasit. Tunc etiam Ferrandus comes Flandrie cum Willelmo comite de Saelbergem[13], cum comite de Boenen[14] et cum comite Hollandie[15] Bruxellam obsedit, nec tamen cepit. Sed dextris a duce Henrico acceptis, duos filios ducis Henricum et Godefridum secum transduxit in Flandriam obsides, ne iuvaret regem Francie, cum quo iam graviter werraverat; quia ante hoc in ipso anno Philippus rex Francie cum predicto Henrico duce Lotharingie omnes confines Flandrie intraverat in manu valida. Sed predictus Philippus rex, cum esset Gandavi, 400 naves[16] onustas armis, balistis et diversis opibus, quas secum adduxerat in portum de Damme, omnino perdidit. Adduxerat enim eas, ut post subiectam sibi Flandriam in eis Angliam debellando intraret et sibi subiugaret. Sed hoc regi Anglie innotuit, et misso fratre suo Willelmo de Salberge in multitudine navium, naves regis Francie omnes fortiter diripuit et cum omni ope in Angliam transvexit. Adiuvabat quippe Ferrandum comitem Flandrie contra regem Francie. In hoc etiam anno cesi sunt Sarraceni in Hyspania.

a) *bis scr. c.* b) 1112 *c.*

1) Iam a. 1200, Ian. 18. chartam dedit Gerardus IV, Chart. Ninov. nr. 88 (Corp. chron. Flandr. II, p. 817), cum inter testes legatur: *Signum Willelmi de Grimbergis, fratris mei*; v. ibid. nr. 113, p 833. Hic vero Gerardus III. donationem quandam confirmat a. 1199, inter pascha et pentecosten; ibid. nr. 86, p. 816. 2) De quo cf. Sigeb. Cont. Aquic. a. 1198, p. 434, Robert. Altiss. ed. Camusat f. 95, Chron. Laudun., SS. rer. Gall. XVIII, p. 711, alios. 3) Recte noster ad a. 1207; A. Bland. falso a. 1206. 4) Cf. de hoc loco praef. p. 518. 5) Uxor Gerardi III; v. Chart. Ninov. nr. 71, p. 808. 6) Quae videlicet in eandem diem (Mai 3) incidit a. 1212. 7) Haec ad verbum fere concordant cum Ann. Foss. a. 1212, l. l. 8) Sanchonis. 9) Montenaeken, prov. Limburg, pagi St. Trond. 10) Sic hodieque (praef. Huy), a Tongern versus occidentem; quae et Chron. Reg. Cont., SS. XXIV, p. 17, commemoratur. Proelium commissum est apud villam Steppes; de quo cf. praesertim Reineri Ann., SS. XVI, p. 677 sqq., et Triumphum S. Lamberti supra p. 172 sqq. 11) Hugone. 12) Ludowico de Los (Looz). 13) i. e. Salisbury. Sic nomen audit in aliis quoque libris huius regionis ut Ann. Eln. mai., SS. V, p. 17. 14) i. e. Boulogne; dicto Reinaldo de Dommartin. 15) Wilhelmo I. 16) Hic numerus etiam in Chr. Reg. Colon. cont., SS. XXIV, p. 17.

Tempore[1] Innocentii pape III. floruit religione et sanctitate ancilla Christi Maria de Oegniez, que orionda de Nivella, exemplar et speculum totius patrie, in adolescentia sua iuncta est in matrimonio cuidam iuveni Iohanni; sed non multo post divinitus inspirati, a carnalibus amplexibus pro Domino abstinentes et caste viventes, omnia pauperibus erogabant. Leprosis quibusdam iuxta Nivellam in loco qui dicitur Owillonbroec pro Domino aliquanto tempore servierunt. Ipsa vero Maria in eodem loco iuxta ecclesiam cellam habens et postea apud Oegniez, ubi quiescit, septiformi spiritu repleta, presentiam Ihesu Christi et sanctorum frequentationem sanctorumque angelorum solatium et auxilium semper habebat, devotioni lacrimarum, castigationi corporis, orationibus, ieiuniis et vigiliis ac aliis sanctis operibus ultra humanum modum insistens. Adeo quod tribus annis continue a festo sancte crucis usque in pascha ieiunavit in pane et aqua, nullum tamen invalitudinis corporis vel operis manuum sustinuit detrimentum. Multis etiam beneficia sanitatis, devotionem, compunctionem et rorem superne gratie, animarum quoque in purgatorio allevationem et liberationem suis a Domino precibus impetravit. Tandem vero infirmitate correpta, ante mortem per triduum de sancta Trinitate, de beata virgine, de angelis et de omnibus sanctis cantans et iubilans, in pace emisit spiritum, anno Domini 1213, in vigilia beati Iohannis baptiste. *Iun. 23.* Cuius vitam virtutibus plenam scripsit ad Fulconem Tholosanum episcopum vir venerabilis magister Iacobus de Vitri episcopus Acchonensis, postmodum Romane ecclesie episcopus cardinalis[2], qui consecravit ecclesiam nostram de Lidekerke anno Domini 1227.

De ordine fratrum Predicatorum et fratrum Minorum.

Temporibus Innocentii et Honorii pape[a] claruerunt viri sancti Dominicus presbyter, qui ordinem fratrum Predicatorum instituit, qui Iacobite vulgariter appellantur, anno Domini 1216, et Franciscus dyaconus, qui instituit ordinem fratrum Minorum anno Domini 1210. Qui tanquam duo magna luminaria sanctam ecclesiam in diebus suis doctrinis, virtutibus, exemplis et miraculis illustrarunt. E quibus beatus Dominicus obiit anno Domini 1221. Beatus vero Franciscus obiit anno Domini 1226 et, gloriosis miraculis prodentibus, post biennium elevatus est et auctorizatus.

1214. Imperator Otto Traiectum[3] descendens, filiam Henrici ducis Lotharingie Mariam duxit in uxorem. Qui Otto cum socero suo Henrico predicto ob favorem regis Anglie, avunculi sui, tractus a comitibus Flandrie, Bononie, Hollandie, contra regem Francie in prelium properabat. Qui omnes cesi sunt a Philippo Francorum rege iuxta pontem de Bovines ultra Tornacum, et peditibus fugatis, cepit ibi quatuor comites, Ferrandum comitem Flandrie, Willelmum comitem de Saelberge, fratrem regis Anglie, comitem Bononie, comitem de Teclenborg[4], cum omnibus nobilioribus Flandrie. Otto quippe ibidem fortiter faciens, cum Henrico duce evasit, rediensque Coloniam, modicum repausavit. Tunc superveniens rex Apulie Fredericus, filius Henrici imperatoris, cui etiam principes imperii vivente patre iuraverant, cum maximo exercitu contra Ottonem descendit et Traiectum[3] pervenit. Ibi episcopum Leodii et comitem Hasbanie habens in comitatu, Henricum ducem Lotharingie per vim disiunxit ab auxilio Ottonis, et abstulit Traiectum a dicto duce Henrico[5] et tradidit comiti Hasbanie, et accepit a duce filium suum Henricum in obsidem. Quem tamen breviter tenens, cito coactus est reddere patri[6]. Sed nusquam commisit cum Ottone, quia inclusus erat in Colonia et obviam ei non exivit. Et moratus parum in Ardenia, extra munitiones totam terram vastavit, et universa terra vastata, non habens unde exercitus eius viveret, perditis quatuor milibus de hominibus suis tam gladio quam fame, reversus est tandem ignominiose ad terram unde descenderat[7].

1214. Hoc tempore incepit predicare Egidius plebanus de Lewe[8] iuxta Bruxellam, qui signavit signo crucis multa milia hominum. Eodem anno Gerardus domnus de Grimbergis et de Ninive duxit in uxorem Agnetem, filiam Thome de Beverne[9]. *1215.* Sequenti anno concilium maximum Rome fuit sub Innocentio papa. Barones Anglie contra Iohannem regem suum bellaverunt.

Honorius III. papa. Anno Domini 1216. Innocentius papa moritur; succedit Honorius 10 annis. Iohannes rex Anglie moritur; filius Iohannis regis[10] in Anglia coronatur.

a) pp̄ *c.*

1) Sequentia ex Iacobi de Vitr. Vita S. Mariae de Oegnies, Acta SS. Iun. IV, p. 636 sqq, excerpta sunt, verbis eius raro retentis. 2) Tusculanus. 3) Super Mosam (Mastricht). 4) Ottonem. 5) Quam civitatem vero paulo post Heinrico duci in feodum tradidit; v. Huillard-Bréholles, Hist. dipl. I, p. 311—313. 6) V. de hac relatione Winkelmann, 'Kaiser Otto IV.' p. 381. 7) V. ibid. p. 382. Auctor haec amore ducis Brabantini inductus scripsisse videtur. 8) An Leeuw-St.-Pierre (pagi Hal)? V. de eo infra p. 542. 9) Beveren ab Antwerpen versus occidentem. 10) Heinricus III.

1217. Lodewicus, Philippi regis Francie filius, cum exercitu maximo intravit in Angliam, ut eam debellaret; ex qua post modicum post plurima dampna turpiter fugatur.

1218. Erucarum inaudita multitudo operuit terram. Eodem anno Otto imperator obiit apud Brungewiic.

Fredericus rex Apulie, filius Henrici imperatoris, Ottoni succedens in imperio, 23 annis imperat.

1219. Iohannes episcopus Cameracensis obiit. Succedit Godefridus de Condato[a], vir probus et nobilis. Qui in diebus suis temerariam audaciam et potentiam civium Cameracensium, qui tanquam filii Belial contra sanctam ecclesiam se hactenus opponebant, episcopum Cameracensem[b] et clerum de civitate frequenter expellendo, multiplices iniurias et contumelias irrogando, per consilium et auxilium Romani imperatoris, cuius camera dicitur Cameracus, et a quo etiam electus Cameracensis[b] regalia sua recipit et requirit, ita viriliter subiugavit et attenuavit, ut eorum turrim altam que belefroit vulgariter appellatur et ingentem in ea campanam pendentem, per quam convocationes suas faciebant, ad terram deiceret et confringeret, ut de cetero non auderent contra dominum suum Cameracensem episcopum ausu temerario rebellare.

Anno Domini 1220. sanctus Thomas Cantuariensis episcopus elevatur et auctorizatur. *Thome archiepiscopi Cantuariensis* Anno sequenti *1221.* frater Arnoldus de Sualma canonicus Ninivensis, vir religiosus, obiit. Qui fere per 33 annos presbiter parochialis ecclesie Ninivensis, cum in cimeterio monasterii sepultus esset, miraculis prodentibus, ad ecclesiam parochialem deferri et ibidem meruit sepeliri. Damieta, urbs Egypti nobilissima, a christianis diu[1] possessa, reddita est soltano Babylonie.

1222. Henricus, filius Frederici imperatoris, Aquisgrani rex coronatus est. Fredericus vero imperator Sarracenos in Sycilia penitus exterminavit et delevit. Sequenti anno[2] *1223.* ecclesia parochialis de Ninive de novo cepit nova edificari, et mense Iunio collocatus est *cf Hist. fund.* lapis primarius in fundamento a fratre Andrea plebano eiusdem ecclesie et domna Agnete[3] domna de Grimbergis et de Ninive[4].

1223. Philippus[5] rex Francorum obiit; succedit ei Lodewicus, filius eius, in regnum. Sequenti anno *1224.* obiit Maria, uxor Henrici ducis Lotharingie et filia Philippi regis Francie, que apud Haffligem insigni sepultura honoratur.

1225, circa paschalem festivitatem *Mart 30.* quidam Bertrammus nomine, ut dicitur, exiens a Valenchenis et fingens se esse comitem Balduinum, qui iam dudum post adeptum imperium Constantinopolitanum mortuus fuerat, ut dicitur, fretus consilio et auxilio burgensium Valencenensium et quorumdam nobilium Haynonie, cum exercitu et armis perambulavit Haynoniam et Flandriam et pervenit Gandavum, ubi honorifice receptus, et per totam Flandriam, letantibus omnibus et quasi festum agentibus, circuibat, existimantibus universis se verum dominum et patrem patrie recepisse. Iohanna vero comitissa Flandrie et Haynonie, filia prefati comitis Balduini et uxor Ferrandi comitis, qui adhuc detinebatur Parisius in custodia regis Francie, et Arnoldus dominus de Audenarde, balivus eius, ac reliqui nobiles barones Flandrie a presentia dicti invasoris se subtrahebant, nec audebant coram eo comparere. Tandem vero vocatus ad colloquium a Lodewico rege Francie apud Peronam, et ad interrogata, ut dicitur, male respondens, ab eodem rege reprobatus est, et paulatim a suis derelictus, fugam iniit, ac demum repertus, Iohanne comitisse presentatur; a qua per aliquot tempus detentus in vinculis, et coram omnibus comitem Balduinum se non esse confessus, apud Risele[6] quam Insulam vocant est suspensus. Eodem anno 2. Idus Novembris obiit vir nobilis et potens Gerardus dominus de Grimbergis et de Ninive et in ecclesia Ninivensi honorifice sepelitur; iuxta quem Agnes, uxor eius, postea tumulata est. Circa idem tempus vir venerabilis Engelbertus Coloniensis archiepiscopus, ecclesie murus, pupillorum et viduarum defensor, a Frederico comite de Ysenbergh, consanguineo suo, pro libertate et defensione ecclesie insidiose occisus est; cuius mortem in conspectu Domini preciosam testata sunt miracula subsecuta. Prefatus vero comes iniquus fugiens et per modicum tempus latitans, tandem a quodam nobili viro[7] inventus et captus, Coloniam est

a) Condaco *c.* b) Camr̄ *c.*

1) Vix duobus annis. 2) Hist. fund. II. haec notat ad a. 1222. 3) Uxore Gerardi; v. supra a. 1214. 4) Cf. chartam a. 1223, Dec., Chart. Ninov. nr. 136. 5) Cf. Ann. Foss. l. l. 6) Ryssel i. e. Lille. 7) Balduino de Gennep.

adductus; ibique ob vindictam sanguinis innocentis et sceleris perpetrati, fractis membris in rota positus, indignam vitam digna morte finivit[1].

1226. Lodewicus rex Francie obiit. Succedit Lodewicus, filius eius iuvenis, cum matre sua Blancha[a]. Eodem anno ad natale Domini[2] redemptus est Ferrandus comes Flandrie de captione regis Francie. Honorius papa moritur[3]; succedit Gregorius nonus.

Gregorius IX. papa.

Anno Domini 1227, mense Augusto Ferrandus comes Flandrie cum ingenti exercitu et manu forti intravit Brabantiam et pervenit usque ad villam Asche[4], patriam circumquaque depopulando. Quem timens dux Henricus, datis obsidibus, pacem cum eo statim fecit.

Iun. 24.

Eodem anno magister Egidius de Lewes[5], postea[6] abbas Viconiensis, cum fratre Andrea plebano Ninivensi et Iohanne de Outre, socio eorum, circa festum beati Iohannis baptiste et innumerabilis turba crucesignatorum proficiscuntur ad expugnandam Terram Sanctam ultra mare. Fredericus autem imperator, cum iam pluribus annis retroactis[7] crucem sponte assumpsisset, domino apostolico ignorante, et vovisset sollempniter et pluries iurasset, se in Terre Sancte subsidium profecturum, et cum ad eius frequentem instantiam multa crucesignatorum milia in termino destinato ad portum Brandisii properassent, ipse iniqus[b] imperator, omnium promissorum immemor, que apostolice sedi et crucesignatis per Predicatores et litteras suas desponsione passagii sui intelligere fecerat et promisit, tam diu in estivi fervoris incendio et in regione mortis et aeris corruptela detinuit exercitum christianum, quod non solum magna pars plebis, verum etiam non modica multitudo virorum nobilium et magnatum pestilentia, sitis ariditate ac multis incommoditatibus expiravit. Inter quos defecerunt langravius Thuringie[8] et episcopus Augustensis[9]. Frater vero Andreas canonicus Ninivensis, qui vehementi et pio desiderio cupiebat videre Terram Sanctam, quam calcaverunt vestigia Christi, Brandisii in quodam monasterio ordinis Premonstratensis infirmitate correptus, diem clausit extremum. Sane reliqui crucesignati impii imperatoris vanis promissionibus defraudati, in nativitate beate virginis sulcare maria inchoantes, se pro nomine Ihesu Christi discrimini commiserunt. Gregorius autem papa imperatorem Fredericum, eo quod non transfretavit in termino destinato, nec in passagiis promissam pecuniam destinavit, nec duxit milites quos in subsidium Terre Sancte per biennium de suo tenendos promiserat et ducendos, sed in hiis tribus articulis manifeste deficientem et mendacem, excommunicationis vinculo innodavit, Remensi archiepiscopo et eius suffraganeis et aliis ecclesiarum rectoribus per litteras suas precipiens excommunicationem publice nuntiari[10].

Sept. 8.

cf. A. Bland. 1230.

Anno Domini 1233. obiit Ferrandus comes Flandrie et Haynonie. Ante hunc annum triennio sol passus est eclypsim.

1233.[c] Quintus dux.

Henricus, filius Henrici ducis Lotharingie, cum innumerabili multitudine crucesignatorum, quorum princeps et ductor fuerat, auctoritate Romani pontificis Stadingos Kataros, qui in regno Alemannie christianos nimis infestantes a fide catholica discedebant, bello congressus est, et dictis Kataris omnibus interfectis, videlicet undecim milibus armatorum[11] vel ea circiter, exceptis mulieribus et parvulis, quorum infinitus erat numerus, terram eorum redegit in solitudinem; factumque est quasi per miraculum, quod de prefatis christianis, quorum multa fuerunt milia, nullus cecidit de nominatis viris, exceptis duobus militibus et aliis paucissimis.

cf. A Parch. 1236.

1235. Henricus dux Lotharingie senior et Maria, uxor Henrici, filii eius, obierunt. Sequenti anno sancta Elyzabet de Thuringia elevatur.

1237.

Iohanna comitissa Flandrie et Haynonie secundum duxit maritum Thomam, fratrem comitis de Savoy[12]. Eodem anno, defuncto Godefrido Cameracensi episcopo, eligitur magister Guiardus, cancellarius Parisiensis, vir in litterarum scientia et honestate vite non tam bonis comparandus quam melioribus preferendus. Qui mores sacerdotum et etiam

a) Blancĥa *c.* b) *sic c.* c) *legendum videtur* 1234, *quo anno haec gesta sunt.*

1) a. 1226, Nov. 14. 2) *circa epiphaniam Domini* (a. 1227, Ian. 6) Vinc. Bellov., Spec. hist. XXX, c. 129. 3) Demum a. 1227, Mart. 18. 4) Assche, praef. Brüssel. 5) V. de eo supra p. 540. et Hist. Vicon. cont. c. 10, SS. XXIV, p. 307; qui ibid. c. 13. Damiatae obsidioni interfuisse fertur. 6) a. 1229. 7) a. 1215. 8) Ludowicus IV. 9) Sigefridus III. 10) Haec certe ex litteris laudatis sumta, quae quidem Remensi archiepiscopo datae nondum exstant, sed conveniunt quae hic referuntur ferme ad verbum cum epistola episcopis quibusdam Italiae mediae directa, Potthast, Reg. nr. 8044. 11) Hic numerus occisorum nimius videtur; cf. Schumacher, 'Die Stedinger' p. 244. 12) Amadei.

laicorum dyocesis sue plurimum correxit et ad meliora provexit, unumquemque sacerdotem examinans et curam animarum sibi commisse parrochie committens, quod prius fieri non solebat. Gregorius papa moritur[1]; succedit Celestinus.

1240. Henricus dux Lotharingie iunior duxit in uxorem Sophiam, [filiam[a]] sancte Elizabeth. (cf. A. Parch. 1241.) Sequenti anno (1241) quidam Sarraceni, qui vulgariter Tartari appellantur, ab Orientis partibus egressi, terram Bohemie, regnum Hongarie et Pollanie et multas alias terras vastaverunt et habitatores earum occiderunt; timorque eorum cecidit super totam Alemanniam et pervenit usque ad fines Brabantie et Flandrie. Eclipsis solis 2. Nonas Octobris.

1242. Thomas comes Flandrie et Haynonie volens intrare Brabantiam, iuxta abbatiam Ninivensem cum suo consedit exercitu circa festum beati Remigii (Oct. 1.). Cuius ecclesie bona dictus exercitus et annonam per grangias ipsius per triduum multiformiter diripuit, et eam in rebus aliis graviter dampnificavit, villam Pamellam[2] incendit; tandem via qua venerat est reversus. Celestinus papa moritur[3]; succedit Innocentius IIIIus[4].

Anno Domini 1245. Innocentius papa consilium apud Lugdunum civitatem Gallie convocat, in quo hostem et persecutorem sancte ecclesie Fredericum imperatorem, diu excommunicatum, tanquam apostatam et infidelem deposuit et dampnavit. Postea eligitur Henricus lantgravius Thuringie, socer[5] sancte Elizabeth; quo non multo tempore post defuncto, eligitur Willelmus comes Hollandie, et 8 annis vel ea circiter imperavit. Eodem anno[6] obiit Iohanna comitissa Flandrie et Haynonie; cui in comitatu succedit Margareta, soror eius, relicta viri nobilis Willelmi de Dompirio, cum Willelmo iuvene filio suo.

1247. Obiit Henricus dux Lotharingie[7] et in Villariensi monasterio[8] sepelitur. Willelmus imperator electus, Frederico adhuc superstite, sed, ut dictum est, deposito ac dampnato, ad expugnandum Aquisgrani cum magna crucesignatorum multitudine profectus est[9], quia eiusdem loci incole ipsius ditioni, Frederico vivente, submittere nolebant. Igitur dictus electus idem oppidum expugnare aggressus, et per dimidium annum obsessum, licet admodum difficulter, tandem cepit, et cum optimatibus regni ingressus, in solio regni intronizatus et regalibus insigniis est honoratus. Eodem anno Guiardus Cameracensis episcopus, columpna ingens sancte ecclesie, morum honestate et iusticia clarus et verbi Dei predicator egregius, moritur apud Haffligenium in senectute bona plenus dierum et sepelitur[b] ibidem. Succedit vir nobilis Nicholaus dominus de Fontanis, archydyaconus Cameracensis in Valencheuis.

1249. Lodewicus rex Francorum in extasi raptus per duarum ferme horarum spacium, in terra repromissionis se vidit transpositum, dictumque est ei, quod per eum esset ab hostibus christiane fidei expurganda. Qui ad se reversus se statim crucesignari fecit[10], et in brevi postea cum Roberto Attrebatensi comite, fratre suo, Willelmo comite Flandrensi ac innumerabili multitudine nobilium et crucesignatorum eandem terram, prout ei revelatum fuerat, ab immundo Sarracenorum ritu emundaturus intravit[11]. Qui in brevi postea Damietam, nobilissimam Egypti urbem, tam situ loci quam murorum et immensarum turrium ambitu fortissimam, Dei nutu et adiutorio cepit et, eiectis Sarracenis, Francis inhabitandam tradidit. Verum idem rex postea in brevi a Sarracenis insidiose captus, non prius ab eis relaxatus est, quam totam terram, quam in ditione eorum acquisierat, eis restitueret et nichilominus immensam pecunie summam pro dicta relaxatione eis traderet.

Anno Domini 1251. Willelmus imperator[12] obsedit Bopardium[c] et quedam alia castra cum crucesignatis. Eodem anno Willelmus comes Flandrie reversus a Terra Sancta de partibus transmarinis, ubi inter precipuos nobiles militari probitate claruerat, in torneamento apud Trasegniez[13] cum armis viriliter se exercens, ita fatigatus et debilitatus est, ut altera die obiret. Cuius mortem planxit et doluit vehementer tota Flandria et Brabantia. Nam ante quadriennium (1247.) Beatricem, filiam Henrici ducis Lotharingie et Sophie uxoris eius[14], filie sancte Elyzabeth [duxerat[d]]. Cui succedit in comitatu Flandrensi Guido, frater suus

a) *deest c.* b) sepelitus *c.* c) Rop. *c.* d) *deest c., suppl. ed.*

1) Demum a. 1241, Aug. 21. 2) Pamele. 3) Iam a. 1241, Oct. 4) Demum a. 1243, Iun. 5) Levir, frater Ludovici IV. 6) Iam a. 1244, Dec. 5. 7) a. 1248, Ian., ut Ann. S. Pantal. referunt; ad a. 1247. etiam Ann. Parch. 8) Villers-en-Brabant. 9) a. 1248, Apr. 29. 10) Hoc iam a. 1244, Dec. factum est. Sed auctor res complurium annorum comprehendit. 11) Immo post Damiatae captionem a. 1250. in Terram Sanctam profectus est. 12) V. pag. seq., n. 4. 13) Sic hodieque vocatur, in Hannonia, praef. Charleroy situm. 14) Beatrix non fuit filia Sophiae sed Mariae, filiae Philippi regis.

germanus, post mortem nichilominus matris sue[1] sibi adiudicato, et relicto Iohanni de Avesnis, fratri suo seniori, quem mater eorum Margareta a domino Bochardo de Avesnis susceperat, Haynonie comitatu.

1251. Eodem anno pastores profecti sunt Iherusalem de diversis mundi partibus congregati; cuius rei causa hec fuit. Quidam apostata et maleficus, qui christiane fidei renuntians, ad paganismum se transtulerat, regi Sarracenorum promisit infinitam christiani populi multitudinem ad se perducturum sub hoc pacto, ut de quolibet christiano quinque bisantos ab eo reciperet. Qui mox in Gallias transiens, tam per se quam per suos complices tantam multitudinem opilionum ex diversis provinciis collegit, quod vix numerari posset. Quos in unum redactos per totam Franciam, usque dum Bituricas cum eis perveniret, se sequi fecit; ubi a quodam cive detecta nequicia sua, cum aliquibus de collegio suo vinculis mancipatus et ab archiepiscopo dicte urbis dampnatus, suspendio interiit. De reliqua autem multitudine quidam defendere se volentes interierunt, alii fuga evaserunt; sicque maximus ille pastorum exercitus penitus dissolutus est.

1252. Vir Deo devotus frater Petrus, prior de ordine fratrum Predicatorum, zelo fidei succensus et auctoritate apostolica fretus, predicabat in Longobardia contra hereticos et inimicos fidei christiane, sed ab eis iuxta Mediolanum gladio percussus, occubuit 3. Kal. Maii. Cuius diem passionis Innocentius papa decrevit eodem die sollempniter celebrari[2].

1253. Margareta comitissa Flandrie et Haynonie, collecta exercitus multitudine maxima, proficiscitur in Walacriam contra Florentium comitem Hollandie[3] ad bellum; cui occurrens comes cum paucis, omnem illam multitudinem ita delevit, ut, aliis occisis, aliis submersis, vix pauci evaderent, qui fortasse et ipsi idem discrimen experti fuissent, nisi superveniens Willelmus imperator[4], frater dicti comitis, pugnantes a cede prohibuisset. Nobiliores tamen (cf A Parch.) omnes fere aut interfecti sunt aut capti; inter quos capti fuerunt Guido et Iohannes, filii eiusdem comitisse, comes Barrensis[5], comes Gisnensis[6] et alii quam plures. Sequenti anno (1254) Innocentius papa moritur; succedit Reinaldus[a] Hostiensis episcopus cardinalis et Alexander nominatur.

De morte Willelmi Romanorum regis.

Anno Domini 1255. Willelmus Romanorum rex, dum Frisones sibi subigere nititur, quos olim Karolus Magnus perpetua libertate donaverat, ipse ab exercitu suo modicum abstractus, in quorumdam rusticorum manus incidens, cum se Willelmum regem profiteretur, ab eisdem occisus est[7] sine imperiali benedictione.

Richardus, frater regis Anglie, apicem Romani regni ab optimatibus regni, quorum (1260.) erat regem eligere, infinita summa pecunie sibi comparavit. Qui Aquisgrani perveniens, ab eis in solium regni est intronisatus[8], et 18[9] annis imperavit. Pridie Nonas Martii obiit Henricus huius nominis tercius, dux Brabantie et Lotharingie sextus, negdum[b] habens triginta annos, relinquens uxorem Alaisam, filiam ducis Burgundie[10], cum quatuor liberis necdum adultis; cuius filius Iohannes[11] in ducatu ei succedit, ducens uxorem filiam[12] Lodewici regis Francorum.

1261. Mortuo Alexandro papa IIII°, qui navem ecclesie 6 annis strennue rexerat, succedit Urbanus IIII[us], prius Iacobus dictus, natione Burgundus; in cuius promotione divine pietatis indicia manifeste claruerunt, quia primo canonicus et postea archidyaconus in ecclesia Laudunensi, inde archidyaconus Leodiensis et exinde episcopus Virdunensis, eandem ecclesiam rexit strennue aliquot annis; postea ascitus ad patriarchatum ecclesie Iherosolimitane, eam similiter rexit aliquot annis. Tandem pro quibusdam ecclesie sue negociis Romam veniens, vacante sede papali, papa est effectus. Circa idem tempus Menfredus, filius Frederici imperatoris iam dudum condempnati, vir bellicosus et potens, regnum Sicilie

a) *haec* — nominatur *hoc loco recenti s. XVII. manu suppleta sunt, folio hic desinente (?), sed manu scriptoris exarata leguntur post aliquot folia in summa pagina (?), quare sequentia folia post illigata videntur, in quibus vero eadem manus pergit.* b) *sic c.*

1) Quae a. 1279. obiit. 2) V. bullam canonizationis apud Ripoll et Brémond, Bull. ord. Praed. I, p. 228, ex qua auctor certe haec didicit. 3) Non fuit ipse comes, sed vicem gerens Wilhelmi fratris. 4) Nota compluries dignitatem falso attributam. 5) Theobaldus. 6) Arnoldus III. 7) a. 1256, Ian. 26. Ad a. 1255. etiam Ann. Parch. 8) Iam a. 1257, Mai 17. 9) 15 tantum. 10) Hugonis. 11) Successit Heinricus maior filius sub tutela matris, qui a. 1267. Iohanni ducatum tradidit. 12) Margaretham.

et Apulie sibi vendicans [1], heres paterne nequicie, etiam ab obedientia domini pape et ecclesie Romane se retraxit. Contra quem Karolus comes Andegavensis, frater Lodewici regis Francie, a domino papa et Romanis accersitus et patricius Romanorum factus, cui etiam dictum regnum Sicilie et Apulie apostolica benedictione et confirmatione ac suis successoribus datum est, cum Roberto comite Attrebatensi, Roberto Bethuniensi, filio Guidonis comitis Flandrie ac innumerabili crucesignatorum exercitu properans, tam istum Menfredum quam Conradinum etiam, fratrem Menfredi et dicti Frederici filium legitimum, unum post alterum in diversis preliis interfecit, civitates et castella cepit et ab inimicis purgavit, et tandem toto [a] potitur et rex appellatur. (1265. 1268.)

1270. Lodewicus rex Francorum, Karolus rex Sicilie et Eduardus rex [2] Anglorum cum immenso exercitu crucesignatorum terram repromissionis circa paschalem festivitatem expugnare aggredientes, civitatem de Thunis obsederunt, nec tamen ceperunt, quia, exercitu christiano moram ibidem faciente, Lodewicus piissimus rex Francorum cognomento Iustus obiit. Succedit ei in regno Philippus, filius eius. Prefati ergo Karolus et Eduardus reges, de morte Lodewici regis plurimum destituti, accepto a rege de Thunis maximo tributo, quod postea omnino in mari perdiderunt, cum inenarrabili dampno exercitus revertuntur. (Apr. 13.)

1273. Richardo Romanorum rege sine imperiali benedictione defuncto, comes Rodulfus Havecsburgensis in regem eligitur, et nemine resistente [b] vel contradicente, Aquisgrani in regni solio collocatur, et regnavit annis 19. (cf. A. Bland.)

1274. Gregorius papa presidet anno uno. Hic, Lugduni consilio convocato, universis ecclesiis occidentalibus decimam partem omnium reddituum, fructuum et proventuum suorum per sex annos solvendam in subsidium Terre Sancte indicit. Bigamos omni clericali privilegio nudatos esse decrevit. Henricum Leodiensem episcopum de incontinentia et aliis excessibus graviter diffamatum deponit. Iohannem, episcopum Tornacensem, substituit, et multa alia statuit. Eodem anno Maria, soror Iohannis ducis Lotharingie, Philippo Francorum regi matrimonio copulatur. (cf. ibid.)

1276. Gregorius papa obiit; Innocentius papa V[us] succedit. Philippus rex Francie cum exercitu valido proficiscitur ad regem Hyspanie debellandum. Qui adhuc infra limites proprios constitutus, cogente ciborum penuria, via qua venerat est reversus. In vigilia beate Gertrudis [3] comes Iuliacensis [4] cum Willelmo, filio suo primogenito, et aliis multis civitati Aquisgrani insidiose irruens, multitudine ad arma concurrente, cum suis omnibus est occisus, facta in eum divinitus, ut creditur, ultione. Ipsa vero civitas occisorum tam hominum quam equorum cruore adeo habundabat, quod usque ad gradientium genua ascendebat. (cf. ibid. Mart. 16.)

1279. Petrus dictus de Broche ex paupere ad tantam gloriam provectus est in curia Philippi regis Francie, ut nulli post regem in regno Francie secundus videretur. Hic cum reginam Mariam, sororem Iohannis ducis Brabantie, apud regem occulte accusasset, quod filium eius primogenitum [5], quod falsum erat, veneno interfecisset, tandem comperta eius nequicia et regine innocentia, capitur et tenetur et ad ultimum suspendio condempnatur. (cf. ibid.)

1281. Virum venerabilem Iohannem ex Tornacensi episcopo ecclesie Leodiensi auctoritate apostolica subrogatum, Henrico de Ghelre, ut supra dictum est [6], in concilio Lugdunensi deposito, idem Henricus capere aggressus, in villa de Hugardis [7] cepit; et cum vellet eum abducere, durius quam eius valetudini conveniret tractans, ad extrema perductum in villa prope Helleschem [c-8] dimisit, commendans eum tribus mulieribus, inter quarum manus expiravit. (cf. ibid.)

1282. Florentius comes Hollandie, collecto robore exercitus, Frisones bello aggressus est; qui adeptus victoriam, plurimos interfecit et aliquam partem terre eorum sibi subiugavit in ultionem patris sui Willelmi Romanorum regis ab eis interfecti. Cuius etiam ossa inveniens inde transtulit et in terra sua honorifice sepelivit. (cf. ibid.)

1283. Quidam [9] imperatorem Fredericum se esse mentiens, et nondum mortuum, ut putabatur, sed se in ignotis regionibus agendo penitentiam latuisse et universo adhuc orbi (cf. ibid.)

a) *forte* regno *excidit.* b) resiste *c.* c) Hellesche *c.*; Helseghem *A. Bland.*

1) Iam a. 1258. rex coronatus est. 2) Tunc nondum rex. 3) 15. *Kal. Apr.* Ann. Bland., i. e. die crastino S. Gertrudis, ubi haec recte a. 1277. ascripta; sed cum nostro conveniunt Ann. Parch., Floreff., Agripp. *(die S. Herberti)*, SS. XVI, 608. 628. 736, alii; quidam etiam Mart. 17. indicant. 4) Wilhelmus IV. 5) Ludovicum. Cf. Guill. de Nang. V. Philippi III, SS. rer. Gall. XX, p. 511 sq. 6) a. 1274. 7) Hougaerde, praef. Louvain. 8) Heylissem, pagi Hougaerde? 9) Tile Kolup.

divina voluntate imperare debere, audacter affirmans, signis verisimilibus multos in ammirationem et dubitationem traxit. Qui tandem, quod veraciter fuerat, se Fredericum non esse coactus confitens, iussu Radulfi Romanorum regis incendio concrematur.

cf A Bland. 1284. Margareta ducissa Brabantie, filia comitis[1] Flandrie, obiit et Bruxelle sepelitur, quatuor liberos nondum adultos post se relinquens.

cf. ibid. 1285. Philippus rex Francorum ex domni pape mandato ad expugnandum Petrum Arragonie regem, eiusdem domini pape auctoritate dampnatum, accersito secum Iohanne duce Brabantie et aliis principibus multis, proficiscitur cum exercitu copioso; de quo ex aeris forte et ciborum inconsuetudine pluribus mortuis quam facile credi posset, etiam rex ipse in redeundo mortuus est, obtentis nichilominus dicti Petri aliquibus civitatibus et castellis. Succedit Philippus, filius eius.

1286. Bone indolis adolescens Wernerus nomine a Iudeis in opprobrium nominis christiani Wesalie[2] in regno Alemannie inauditis tormentis miserabiliter cruciatus, in valle Windesbach repertus, in Bacheracense oppidum deportatur, ubi plurimis clarus miraculis venerabiliter honoratur[3].

cf ibid. 1287. Mare ventis validissimis agitatum procellosis fluctibus solito multo altius intumescit, ruptisque ripis et obicibus, violenter egressum, in Hollandia, Zelandia, Frisia, Datia et Anglia et aliis multis locis virorum, mulierum et infantum ac diversi generis bestiarum multitudinem infinitam in se miserabiliter rapuit et involvit.

cf. ibid Anno Domini 1288, Nonas Iunii[4] Iohannes dux Brabantie et Lotharingie cum militibus et nobilioribus terre sue hominibus profectus versus Coloniam, castellum Woeronc[5] situm super Rhenum fluvium, in quo raptores ab archiepiscopo Coloniensi[6] positi graves thelonei exactiones a navigantibus exigebant eosque nimium spoliabant, obsedit, cepit ac solotenus deiecit, patriamque raptores interficiendo mundavit. Cui tandem in eodem loco dictus archiepiscopus, comes Ghelrie[7], comes de Lussenborg[8], comes de Asseu[9] cum suis exercitibus horribili bello congressi, a dicto duce sunt superati et cesi, et in dicto prelio plus quam mille viris interemptis ceterisque in fugam coactis, archiepiscopus Colonie, comites Ghelrie et de Asseu cum multis aliis mancipantur vinculis a se ipsis allatis. Cecidit in hoc prelio comes de Lussenborg et tres eius fratres. Valkenborg[10] oppugnatur. Ducatus Lemburgie Brabantie iungitur. Dux Iohannes in torneamentis utriusque ducatus insigniis decoratur.

1290. Iohannes, primogenitus prefati Iohannis ducis Brabantie, Lemburgie et Lotharingie filius, Margarete, Eduardi Anglorum regis filie, matrimonio copulatur[11].

cf ibid. 1291. Mortuo Radulfo Romanorum rege, qui regnum Alemannie admodum strennue gubernavit, succedit Adulfus comes de Asseu, ab optimatibus regni electus[12] et in solium regni sublimatus. Eodem anno soltanus Babylonie, collecto innumerabilium Sarracenorum exercitu, civitatem Acconensem obsidet, quam variis et exquisitis machinis ac suorum continuis assultibus die noctu aliquamdiu incessanter oppugnans, christianis omnibus in ea existentibus vigiliis nimiis et laboribus diutinis fatigatis, licet cum maxima et incredibili Sarracenorum strage, eandem expugnat, ac omnibus in ea repertis christianis, heu lamentabile dictu! occisis vel captivis abductis, inclitam illam civitatem, orientalis ecclesie caput et refugium singulare, penitus destruit et subvertit, toti ecclesie dignam lamentandi materiam subministrans.

Mai 3 Anno Domini 1294[a], Nonas Maii[13], in inventione videlicet sancte crucis, Iohannes huius nominis primus dux Lotharingie, Brabantie et Lemburgie in hastiludio habito in nuptiis Barrensis comitis[14], filiam[15] regis Anglie accipientis in uxorem, occisus est, hasta militis contra se equitantis transfossus. Succedit Iohannes, filius eius.

a) *sic recte c., non 1293, ut habet Hugo.*

1) Guidonis, ut Ann. Bland. addunt. 2) Oberwesel super Rhenum. 3) Cf. de hoc praesertim G. Trev. cont., SS. XXIV, p. 470; Herm. Altah., SS. XVII, p. 415. 4) Nota hic magis genuinam narrationem Ann. Blandiniensium. Nam Iun. 5. commissum est proelium Worringense, ut ibi recte scribitur, quod ex hoc loco cognosci nequit. 5) Worringen. 6) Sigefrido. 7) Reinaldus. 8) Heinricus IV. 9) i. e. Nassau; Adolfus, postea rex. 10) Valkenburg super fl. Geule, castrum Walerami domini. 11) Cf. Ann. Bland. a. 1284. 12) a. 1292, Mai 6. 13) Hic dies non convenit cum festo sequente, qui fuit verus dies emortualis Iohannis. Fortasse excidit numerus 5. ante Nonas. 14) Heinrici. 15) Eleonoram, filiam Eduardi I.

APPENDIX.

VERSUS[a] MAGISTRI GILLEBERTI DE OUTRE DE GUERRA HABITA INTER PHILIPPUM REGEM FRANCORUM ET GUIDONEM COMITEM FLANDRIE.

Si tu vis scire, quo tempore Francia dire,
Non parcens ire, Flandrenses cepit inire,
Hic potes audire, versuque sequente require.
Mille trecentenis annis, tribus inde retractis, — 1297.
5 In iuvenum* mense pars utraque cingitur ense, — *gl. Iunio
Et memor offense parat ad certamina gens se.
Rex intrat comitis terras, ad bella peritis
Pluribus accitis. Sic incipit alea litis.*
Insula[1] firmatur, obsessa fit, ut capiatur,
10 Ipsa reluctatur, tandemque fame superatur;
Curtracumque datur inimicis et spoliatur;
Comene[2] turbatur, gladiatur et incineratur;
Furnis[3] flammatur, ubi sexus uterque necatur;
Hic miles dictus I. de Gavera[4] fuit ictus,
15 Qui prius invictus Rolandi gessit amictus.
Flandria vastatur et pars sua magna crematur.
Brugis vallatur[5] et rex in ea dominatur;
Dam[6] restauratur comitique suo revocatur;
Pars ibi[7] mactatur, pars autem fune ligatur.
20 Undique pugnatur, passim Bellona* vagatur; — *gl. Dea belli.
Francia letatur, de fine tamen dubitatur;
Sors cito mutatur, qui risit heri lacrimatur,
Quique premebatur in vespere, mane levatur.
Si rex Anglorum[8] sese non opposuisset
25 Regi Francorum, modo Flandria succubuisset,
Et Gandense forum nisi primitus obtinuisset,
Vis inimicorum comitem terra pepulisset.
Rex, qui cuncta regis et supra sydera degis,
Vires exlegis Francorum comprime regis,
30 Flandrensisque gregis comitem tua protegat egis,
Qui de collegis[9] nil querit ius nisi legis.
Hoc in conflictu pia virgo suo sub amictu
Nos a districtu regis tueatur et ictu.
Flandria, quam temo fati tulit axe supremo,
35 Iacta sub extremo, natat ut navis sine remo;
Flandria, que primis effulsit rebus opimis
Temporibus, limis modo diruta dormit[b] in imis;
Flandria, que domina fuit hactenus, ecce supina
Est incentina, nimis est gravis ista ruina.
40 Spes est firma tamen, quod ei veniet relevamen
Et consolamen. Dicat modo quilibet amen!

Discant[c, 10] subiecti maioribus esse minores,
Sint licet evecti per divitias et honores.

*) *in marg. ead. m. hic versus suppletus est:* Duacum preteriit, quia inexpugnabile vidit.

a) *alia manus praecedenti aequalis haec scripsit.* b) dormivit *c.* c) *alia manus scripsit hoc carmen.*

1) Lille. 2) Comines super fl. Lys. 3) Furnes haud procul a mari. 4) Iohannes de Gavere (super fl. Scaldim); cf. Ann. Gand., SS. XVI, p. 561. 5) Brugenses ultro regi se tradiderunt, obviam ei usque Ingelmünster venientes. 6) Damme, olim portus Brugensis. 7) scilicet Francorum, qui villam antea ceperant. 8) Eduardus I. mense Aug. ex. applicuit Brugis. 9) i. e. paribus Franciae. 10) Versus sunt canonici Ninovensis de captione comitum Flandriae a. 1300.

Si stent erecti iuvenes contra seniores,
Denique confecti patiuntur sepe dolores.
5 Hoc duo testantur, ut in exemplis habeantur,
Qui captivantur multisque bonis spoliantur.
Scilicet unius Guido, Robertus alius
Principis est nomen[1], dirum quibus accidit omen.
Hii quia se temere regi simul opposuere,
10 Propterea vere dispendia multa tulere
Ac amiserunt comitatum quem tenuerunt,
Et fore vix poterunt comites velut ante fuerunt.
Si previdissent mala que ventura fuissent,
Regi cessissent et adhuc in honore stetissent.
15 Perfidus Anglorum rex, quem Rector superorum
Destruat, istorum fuit ingens causa malorum.
Regi Francorum nexu sociatus amorum,
Contra verborum veniens promissa priorum[2].
Clades amborum comitum documenta minorum
20 Sunt, ut maiorum teneant precepta suorum
Et reminiscantur, male quando boves operantur
Cumque reluctantur, quod bis stimulo stimulantur.
Non tantum laici, sed religionis amici
Hec metra canonici monachique sciant sibi dici,
25 Ut castigentur et prelatos venerentur,
Nec dedignentur dimittere que prohibentur,
Et licet arcentur exireque claustra vetentur,
Non irritentur animoque volente morentur.
Cur appellentur monachi? Quia scire tenentur.
30 Sepe recordentur, soli sint et lacrimentur,
Moribus ornentur, sic vivant, sic operentur,
Quando resolventur, ut eis bona premia dentur.
Mundi primatum nemo putet esse beatum,
Qui videt ablatum nostro comiti comitatum.
35 Non magis esse ratum quicquid cito fit variatum
Censeo quam flatum venti volucrisve volatum.
Quando fit iratum, quicquid dat mobile fatum,
Aufert omne datum, nec vult audire precatum
Votaque magnatum, decus, imperium, dominatum
40 Magnificumque statum statim trahit in famulatum.

NOTAE NINOVENSES.

1297 Rex[a] pontem de Rase[3] iuxta Duacum preteriit, fregit et incendit, suorum tamen strage maxima. Deinde villa de Orchies[4] in deditionem accepta, totam Pabulam[5] usque Insulam pervagando incendit et terre coequavit et spoliavit, perdita nichilominus suorum hominum innumerabili et incredibili multitudine, quos incole terre illius in silvis latitantes paulatim occidebant. Et sic tandem Insula obsessa est ab ipso rege, in qua erat dominus Robertus[6] cum mille ducentis equitibus electis viris, ab ipso rege per tres menses inclusus. A qua tamen cum suis tandem egrediens, Ypram, Gandavum, Dam, Erdenborg[7], Aldenarde cum paucis terris adiacentibus vix obtinuit, reliqua parte Flandrie potentie regis subiugata. Interim rege Anglorum in Gandavo existente in auxilium comitis, per biennium treuge inter

a) *haec a latere carminis Gilleberti inde a v. 9. alia vero manu scripta sunt.*

1) a. 1300, Maio Guido et filius eius tradiderunt se Carolo comiti, fratri Philippi regis, qui eos turpiter captivos retinuit. 2) Iuravit comiti Flandriae se non pacem cum rege Franciae facturum, nisi is omnem quam ceperat terram reddidisset; quod postea infregit. 3) Pont à Rache super fl. Scarpe. 4) Inter Douai et Tournai. 5) Terra dicta Pevele. 6) Filius Guidonis comitis. 7) Aardenburg.

omnes partes confirmantur. Quo transacto biennio, iterum ipse Francorum rex, iterum per (1299.) dominum Karolum, fratrem suum, Flandriam expugnat et igne ac cede devastat. Et tandem domini Guido pater, Robertus, filius comitis, et Willelmus, filius predicti G[uidonis], voluntarie se et terram suam potentie domini Karoli tradunt, et dominus K[arolus] eos regi fratri (1300.) suo concordare promisit vel saltem legem fieri de forefactis spopondit. Interim predictis comitibus in prisione ipsius regis existentibus, rex cum regina et suis baronibus Flandriam (1301.) intrat, villas et castella ubique visitat; cuius divitiis et pulcritudine delectatus, promissi fratris sui immemor, prefatis comitibus legem fieri negavit, Flandriam occupavit, villas et castra munivit et eis dominum Iacobum de Sancto Paulo gubernatorem prefecit; qui tot mala in populo Flandrie exercuit, quod homines ville Brugensis tandem eius insolentiam (1301.[1] in quadragesima) ferre non valentes, ipsum villam Brugensem armis intrantem turpiter effugarunt, mille sexcentis viris ex suis interfectis. Qui mox in Franciam rediens, collecto flore milicie totius Francie, iterum cum comite Attrebati[2] et novem aliis comitibus et innumerabili Francorum multitudine Flandriam hostiliter intrant. Quibus homines Brugensis ville, accersitis dominis Guidone, domini Guidonis comitis filio iuniore, et Willelmo de Iuliaco, cognato suo[3], viris probissimis, in Curtraco occurrentibus[a], maximam et incredibilem illam Francorum virtutem inito prelio prostraverunt et totam regis potentiam a Flandria viriliter effugarunt[4]. Anno Domini 1302. iterum ipsa Flandria potentie comitis subiugata.

Anno[b] Domini 1299, mense Ianuarii iuxta Niniven, in parrochia que vocatur Eichem[5] quedam pauper muliercula fetum peperit monstruosum sexus feminei, a pectore et supra duplicatum ac divisum, duo capita et in cuiuslibet ore sex dentes, quatuor brachia cum manibus quatuor et totidem auribus ad invicem se amplectendo habentem, unam spinam in dorsis, unum ventrem integrum, ab ipso pectore inferius usque ad umbilicum concretum. Ab umbilico vero et infra similiter duplicatum et separatum, scilicet quatuor crura cum totidem pedibus, duo pudenda muliebria habentem, et iste fetus ab obstetrice baptizatus mox defunctus est. Mater tamen supervixit et de ipso partu convaluit.

Anno[c] Domini 1363, in crastino Gertrudis dominus Sygerus dominus de Eedinghen[6], (Mart. 18.) princeps illustris, vir formosus, armis strennuus, captus est ab Alberto duce[7], fratre Guillelmi comitis Hanonie et Hollandie, qui comes fuit et iacuit in villa de Aet[8] tanquam furibundus. Tunc dictus dominus Sygerus in Keinoet[9] castrum ductus, post triduum gladio capitali truncatione dampnabiliter suffocatus est.

RECAPITULATIO[d] OMNIUM ABBATUM ECCLESIE NINIVENSIS.

Anno[10] Domini 1137. primus ecclesie Ninivensis eligitur abbas domnus Gilbertus, (Primus abbas. 1138. Ian. 25) ecclesie Laudunensis canonicus, in conversione sancti Pauli. Qui postmodum, ut predictum est[11], a fratribus nostris in generali capitulo Premonstrati nimie indiscretionis accusatus, ibidem deponitur anno regiminis sui quinto.

2. Post quem eligitur Gillebertus, canonicus Parcensis, prudentia et religione clarus. Qui post duos menses, huius officii et nimie paupertatis pondere territus, clamdestina fuga elapsus est.

3. 1142. Post hos eligitur dominus Gerardus, Laudunensis canonicus. Qui 44 annis ecclesiam nostram irreprehensibiliter rexit et ad meliora provexit.

4. 1185. Huic in amministratione cure pastoralis successit celebris memorie dominus Arnoldus. Qui primo conversionis sue anno prioratum promeruit, quem per 45 annos probabiliter gubernans[12], in abbatem eligitur. Qui cum quinque annis ecclesie nostre laudabiliter prefuisset, expleto quinquennio, apud[13] Reinirsart[14] gravi infirmitate correptus, in redeundo versus ecclesiam suam cum apud Hacrois[15] venisset, expiravit.

a) *sic c. pro* occurrentes. b) *haec alia manu post carmina add. c.* c) *haec alia manus add. c.* d) *iterum incipit manus quae totum chronicon exaravit, praecedentibus in summa pagina verbis supra p. 544 n. a notatis.*

1) 1302, Mai 19. pugna Brugensis facta est. 2) Roberto. 3) Praeposito Traiectensi, qui fuit filius filiae Guidonis comitis. 4) 1302, Iul. 11. 5) Eychem communitati Appelterre unitum, pagi Ninove. 6) Enghien. 7) De Bawaria-Straubing. 8) Ath super fl. Dender. 9) Le Quesnoi. 10) Haec usque ad Stepponem ad verbum fere cum Chronico conveniunt. 11) Supra p. 531. 12) V. supra p. 531. et 536. 13) Haec supra non inveniuntur. 14) Villa olim ecclesiae Ninov. prope Seneffe (Hennegau). 15) Haute-Croix prope Nivelles (Brabant).

5. 1190. Cui successit in regimine pastorali venerande memorie dominus Matheus, Montis Sancti Martini canonicus, de Scornay[1] oriondus[2], vir summe religionis et in omni scientia subtilissimus et predicator precipuus; qui quinto regiminis sui anno curarum et occupationum impatiens, onus pastoralis cure sponte deposuit et ad locum unde exierat reversus, ibidem beato fine quievit.

6. Post quem pie memorie dominus Algotus in abbatem eligitur; qui post quinquennalem amministrationem ab equo suo cadens, perpetua langoris infirmitate correptus, curam deposuit pastoralem anno Domini 1199[a,3]. (1199.)

7. Post hunc eligitur dominus Steppo, ex insigni prosapia Hanonie oriondus, vir urbanus et discretus et in officio suo providus; qui ecclesiam nostram per quinquennium laudabiliter gubernavit.

8. Cui in regimine pastorali successit domnus Henricus, Montis Sancti Martini canonicus, vir utique in litterali scientia adprime eruditus et verbi Dei predicator egregius. (1224.[4]) Qui post biennium laboris et curarum nimietate fatigatus sponte curam suam resignavit et ad claustrum unde venerat regressus, beato fine quievit.

(1226.[4]) 9. Post hunc eligitur domnus Iohannes de Spinis, vir admodum religiosus; qui per quatuor menses ecclesie nostre tantummodo presidens, gravi correptus infirmitate, diem clausit extremum.

(Apr. 19.) 10. 1226.[4] Post quem evocatus est ad hanc pastoralis cure dignitatem vir venerabilis memorie domnus Rodulfus circa paschalem festivitatem. Qui cum ecclesie nostre 37[5] annis laudabiliter prefuisset et ipsam gravibus debitis et usurarum exactionibus aggravatam de paupertate ad divicias et summos honores tranquillitatis ac pacis provexisset, grangias animalibus replevisset et ecclesiam nostram pluribus edificiis, terris, possessionibus et rebus aliis mirabiliter ampliasset, appositus est ad patres suos, anno videlicet 1246, 14. Kal. Maii, eo anni tempore, quo iam dudum electus fuerat ad regimen pastorale.

11. 1246. Successit vir memoria dignus, corde, verbo et opere benignus, misericors, mansuetus et ad omnia pietatis studia consuetus, domnus Sigerus. Qui in officio pastorali per septem circiter annos et 8 menses ecclesie nostre prefuit et profuit; animarum lucra plus quam temporalium incrementa bonorum querens, ex verbo sancti Gregorii solamen recipiens, qui dicit: 'Prosperitas temporalis indicium est eterne reprobationis'[6]. Qui quidem per prioratum, quem ut pius et mitis multo tempore rexerat, aliasque prudens, dulcis alloquio et affabilis et per omnia ydoneus probatus, sicque tandem ad pastorale regimen vocatus, illud gubernavit et tenuit usque ad tempus supradictum[7].

12. 1253. Cui successit vir venerandus, moribus et vita laudandus, domnus Daniel. Qui quidem primo ad ecclesiam Getthensem, deinde ad Grimbergensem abbas electus et confirmatus, utramque suis temporibus provide gubernans, ad nostram et suam matrem ecclesiam, vita et scientia sua exigentibus, postremo est electus. Hic ergo vir habitu, incessu et omni corporis motu atque gestu compositus et maturus, non modica litteratura et trium ydiomatum, Latini, Theutonici et Gallici, eloquentia ita edoctus et eorum proprietates sic enuntians, ut ex singulis eorum locis sive terris ortus estimaretur. Verbis igitur profluus, ingenii acumine preditus et in divina pagina admodum eruditus, ubique divini sparsit semina verbi, presidens officio pastorali tribus annis totidemque septimanis[8].

13. 1256. Huic substitutus est in eodem officio dominus Willelmus, de Haeltert[9] oriondus, vir hylaris, vultu mitis et alloquio suavis; cuius tempore conventus noster fuerat dispersus. Hic tandem post aliquantum temporis quietem desiderans, oneri simul cessit et honori[10].

14. Post hunc electus est dominus Egidius, canonicus Viconiensis, qui prioratum Viconiensem septemdecim fere annis laudabiliter rexerat. Postea in abbatem nostrum

a) MCCXIX. *c., sed in marg. legitur* MCXCIX, *et sic supra p.* 538; *recens m. add. in marg.* 15. Oct.

1) Scoorisse, praef. Audenarde. 2) Haec supra non inveniuntur. 3) De Radulfo abbate huic succedente, v. supra p. 538 n. 5. 4) Hic et sequens numerus 1226. margini ascripti aperte falsi sunt; forte propter numerum 1219. supra falso scriptum sic corrupti. — Henricus et Iohannes in chartulario, cum brevi tantum tempore sederint, non nominantur. Inter a. 1206—1209. eos sedisse, statuendum est. 5) Secundum hunc numerum Rodulfus a. 1209. electus est. In chartulario occurrit saepissime inter a. 1214—1230 (nr. 109—159). Sigerus, eius successor, a. 1247 (nr. 208) primo nominatur. 6) Cf. Greg. Epist. VII, 97; Moral. in Iob IV, 15. 7) a. 1251, Ian. 1. eum obiisse, scribunt Ann. Praem. II, 374; a. 1253, Nov. ex nostri temporum notis computatur. 8) Diem obitus a. 1255, Ian. 19. indicant Ann. Praem. l. l. 9) Villa prope Alost. 10) i. e. a. 1257, ut ex tempore abbatis sequentis elucet.

assumptus, officium pastorale tredecim ferme annis quam religiose, quam fideliter quamque viriliter amministraverit et gessit:

Omnibus haut dubium quibus est contraria notum,
Quanta sit hic passus pro nostris iuste tuendis
Iuribus, adversis aliquanto tempore tritus.
Dilexit doctos pro doctrinaque studentes,
Doctus et ipse satis, quem summa sophia beatis
Associet; dicat nunc pius omnis: Amen!
Mille ducentenis annis et septuagenis — 1270
A Christo nato tunc nascitur hic paradyso[1].

15. 1270[a]. Isti successit dominus Peregrinus, vir simplex et modestus, moribus maturus, sobrius omnique corporis motu et gestu satis compositus. Qui secundum nomen sibi congrue inditum se peregrinum agnoscens in hoc mundo, cum nemo iustus manentem hic civitatem habeat, sed futuram peregrinando inquirat; hic, inquam, fastum et fastigium (Hebr. 13, 14.) huius seculi contempnens, grandem quidem pastoralis cure honorem, sed grave pondus istius considerans honoris, et illi pariter cessit et isti; sicque a pondere pastorali non coactus, sed spontaneus absolutus, speculativis sicut ante liberius incubuit, et erga pauperes beneficus, in regimine ecclesie nostre parrochialis diem clausit extremum[2].

16. Post quem constitutus est in officio pastorali dominus Henricus de Alost. Cui non fortuna successit fine secunda.

17. 1274. Huic consilio prelatorum nostrorum deposito successit in regimine cure pastoralis domnus Iohannes,

prepositus[b] noster, de Hartbeke[3] oriondus, vir prudens et dignus memoria, qui ecclesiam nostram ex mediis maris fluctibus, gravibus debitorum et usurarum procellis agitatam et tanquam sub pedibus conculcatam, de penuria ad divitiarum habundantias et honores, in portum honestatis et pacis sapientissime collocavit. Hic ergo pauperum amator piissimus, hospitum recreator precipuus et edificiorum nostrorum reparator eximius, cum grangias nostras et ecclesiam nostram animalibus, edificiis, terris, possessionibus et rebus aliis mirabiliter ditasset[4], et pondus diei et estus 30 annis et decem mensibus, quibus ecclesiam nostram laudabiliter gubernavit, sustinuisset, tandem senio fatigatus, quietem desiderans, curam suam resignavit[5].

Cui[c] successit domnus Iohannes dictus Milliis, de Ninive oriundus, vir memoria dignus, (1304) corde, verbo et opere benignus, misericors, mansuetus et ad omnia pietatis ac honoris studia consuetus[6]. Hic etiam non modica litteratura et eloquentia edoctus, ingenii acumine preditus et in divina pagina admodum eruditus, ubique virtutum ac honoris semina sparsit[6]. Qui cum ecclesie nostre ferme 10 annis laudabiliter prefuisset, quadam infirmitate in facie detentus, quam aliqui phisicorum dixerunt esse 'noli me tangere', diem clausit extremum anno Domini 1314, sub festo Symonis et Iude apostolorum. (1314. Oct. 28.)

Post quem electus est dominus Iohannes Scamp, de Leniaco[7] oriundus, vir bonus et simplex, qui tribus annis rexit ecclesiam nostram, cui non fortuna secunda. Et ideo aliqui fratrum monasterii nostri eum negligentie arguebant, appellantes contra ipsum in curia Romana, fecerunt deponi per dominum Premonstratensem[d] et ordinem.

Post hunc eligitur domnus Egidius de Cellario, de Ninive natus, vir admodum religiosus (1317) et bone reverentie. Gubernavit ecclesiam nostram circiter per 7 annos. Qui tunc per insultationem et accusationem conventus coram domino Premonstratensi[d] invite resignavit[8].

Cui successit vir prudens et magne reverentie domnus Iohannes de Hympe. Hic pasto- (1324.) ralis cure honorem duobus annis tenuit. Quem fratres sui in multis accusantes et molestantes, coram ordine resignare fecerunt per dominum Premonstratensem[d].

Isti successit in regimine cure pastoralis vir pie memorie et bone religionis domnus (1326.) Simon [de[e] Costere], de villa Ninivensi natus; qui per duos annos stetit in onere regiminis,

a) MCCLIX *c.* (*pro* MCCLXX). b) *abhinc alia manus pergit c.* c) *iterum manus mutatur c.* d) p̄mon̄ *c.* e) *haec recens manus in rasura scripsit.*

1) Diem Febr. 5. notant Ann. Praem. l. l. 2) Hic brevi tantum tempore sedit, cum successor eius iam a. 1271, Mart. et Sept., Chart. Ninov. nr. 242. 244, occurrat. Dies obitus a. 1271, Aug. 30. indicatur Ann. Praem. II, 375. 3) Vicus prope Nivelles (Brabant). 4) Haec supra de Rodulfo abbate 10. dicta sunt. 5) a. 1305, Oct. 20. occubuisse dicitur Ann. Praem. l. l. 6) Haec verba iam supra de Sigero abbate 11. leguntur. 7) Lennick-St.-Quentin vel Lennick St.-Martin, praef. Brüssel. 8) a. 1324, Mai 5. scribunt Ann. Praem. l. l.

et tunc statim ecclesie resignavit in ecclesia sancti Foylani per dominum Premonstratensem, licet satis invitus.

1328. Post hunc fuit electus et in curia pastorali provectus dominus Willelmus Busere, ex insigni prosapia progenitus, vir urbanus, discretus, religiosus, vite venerabilis et in iuribus ecclesie sue tuendis audax et strennuus; qui prefuit ecclesie nostre antedicte 8 annis et 20 septimanis, et tunc viam universe carnis ingressus, vitam finivit[1]. 5

Anno 1336. huic substitutus et electus est in eodem officio dominus Iohannes de Teneramunda[2], vir calentis religionis, vultu mitis et alloquio suavis, pauperum in elemosinis recreator, pro posse suo bonus hospitalarius; qui officii pastoralis anchoram tenens, regens et gubernans 22 annis, tribus mensibus adiunctis, religiose, fideliter, bona ecclesie nostre ampliando de curte in Okeghem[3], tandem senio fatigatus, quietem desiderans, oneri similiter cessit et honori, per dominum Parcensem[a] patrem abbatem nostrum et ordinem curam suam libere resignando[4]. 10

1358. Cui successit domnus Cornelius de Hamme, Ninive oriundus, vir memorie dignus, corde, verbo et opere benignus, misericors, mansuetus et ad omnia pietatis ac honoris studia consuetus et hospitum recreator precipuus. Hic etiam non modica litteratura et eloquentia edoctus ingeniique acumine preditus, ubique virtutum ac honoris semina sparsit[5]. Qui cum ecclesie nostre ferme triginta duobus annis, novem mensibus et octo diebus digne et laudabiliter prefuisset, interim cameram suam de novo et alia edificia quam plura cum acquisitione hospicii nostri Gandavi dicti Molleron fundaliter reformans[b], diem clausit extremum anno Domini 1391, die prima mensis Iunii[c]. 15 20

FUNDATIO ECCLESIAE NINIVENSIS.

Anno Domini 1137. erat eo tempore in oppido Ninivensi vir quidam nobilis Gerardus nomine Constabularius, filius Amelrici constabularii Flandrensis, habens uxorem nomine Gislam, mulierem nobilem; qui genuit de ea duas filias. Domina Gisla post generationem filiarum eius gravi infirmitate[d] correpta, mortua est. Unde dominus Gerardus, vir eius, fecit eam sepeliri in ecclesia de Ninive, volens ipsam ecclesiam honorare et sepultura uxoris sue et additamento sui beneficii. Quo intuitu, cum in eadem ecclesia essent tres canonici[e], quartum superaddidit, assignans ei prebendam ad memoriam predicte uxoris sue habendam, decimam scilicet de Herlinhove. De dictis vero tribus canonicis tertius obiit; ita quod[f] due prebende in dicta ecclesia de Ninive vacantes erant. Unus igitur canonicus Balduinus nomine predicto domino Gerardo persuasit, ut intenderet abbatie Premonstratensis ordinis fundande, quia cum duabus prebendis vacantibus[g] suam dare paratus esset. Domino igitur Gerardo et predicto canonico Balduino in sancto proposito concordantibus, statuerunt advocare fratres Premonstratensis ordinis, tunc de novo laudabiliter viventibus[h], quorum suavis et redolens conversatio commendabilis toti mundo existebat. Missa itaque legatione, abbatem Parcencem[h] nomine Symonem advocaverunt. Qui Simon abbas locum videns aptum canonicis regularibus et omnia parata inveniens, prout[i] sibi erant ostensa, gaudenti animo in septenario numero fratres misit in seminarium sacre congregationis confovendos septiformi gratia Spiritus sancti[k]. Anno Domini, ut dictum est supra, 1137, in festo beati Martini duo ergo canonici seculares predicti cum septem fratribus de Parcho venientibus, assumpto habitu ordinis Premonstratensis, ex unanimi consensu et eleccione canonica elegerunt dominum Giselbertum canonicum Laudenensem, virum scientia, moribus adornatum, presente domino Symone abbate de Parcho antedicto et eleccionem confirmante.* 25 30 35 Nov. 11. 40

*) *in marg. infer. manus s. XIV. hunc versum exaravit ex Ann. Parch. sumtum:* 45
Morsque fames fit in M, C tria sexque decem.

a) pceñ *c.* b) reformañ *c.* c) *quae sequuntur recentibus manibus scripta omisimus.* d) infirmate *c.* e) cañ *c.* f) dū *erasum c.* g) vocantibus *c.* h) *sic c.* i) put *c.* k) gratia *iterum add. sed erasum c.*

1) 1336, Sept. 12. Ann. Praem. l. l. 2) Dendermonde. 3) Okegem prope Ninove. 4) Dies obitus 1359, Febr. 19. indicatur Ann. Praem. II, 376, ubi eius Vita laudatur. 5) Verba iterum repetita sunt supra de Sigero 11. et Iohanne abbatibus dicta. 50

HISTORIA FUNDATIONIS ECCLESIAE NINIVENSIS.

Erat vir quidam nomine Gerardus cognomento Constabularius, filius domini Amelrici Flandrensis constabularii, vir, inquam, armis strennuus, genere preclarus et in rerum secularium administratione prudentissimus, in Ninivensi oppido advocatus. Huicque fuit uxor 5 nomine Gisla, eius generositati per omnia condigna, filia scilicet domini Ingelberti[1] de Petenghem[2], de qua et duas filias genuit, scilicet Machtildem de Ninive et Ermengardem de Wome.

Cum autem eo tempore Ninivenses multiplices in giro paterentur hostium incursus, prefatus vir ita prudenter se in omnibus agebat, ut, quicumque adversus eum se erigerent, 10 humiliatos redderet et confusos. Ut enim cetera quae gloriose gessit, taceamus, cum illi de Bouleir[3], nobilitatis et gloriae secularis nomen tunc temporis obtinentes singulare, Ninivensium finibus invasis, predam abegissent, mox nostrates ad faciendam de hac iniuria vindictam arma capientes, eorum terminis irruerunt et predam multo maiorem reduxerunt.

Ut vero de patre quoque ipsius domino Amelrico, viro utique gloriosissimo, aliquid per 15 excessum loquamur: cum dominus Balduinus de Alost cum exercitu suo Ninivensium terminos invasisset et predam de villa Okengem[4] abigere cepisset, mox dominus Amelricus ad arma convolans, cum suis obviam hostibus confidenter exivit; ubi vero ad locum certaminis ventum est, statim eos valido conterens impetu, omnes in fugam convertit et dominum Balduinum principem eorum cum ingenti gloria captivum reduxit.

20 Illudque non pretereundum, quod in patrociniis sanctorum Cornelii et Cypriani tam principes quam populi Ninivensium tantam habebant fiduciam et devotionem, ut, quotiens eos hostibus obviam ire contingeret, ecclesiam intrantes et sanctorum se orationibus committentes, in signum et securitatem futurae victoriae vexilla ecclesiae secum devota consuetudine deferrent.

25 Cum autem placuisset ei qui omnia ordinat quando vult et quomodo vult, ut odorem notitiae suae et divini cultus studium in Ninivensi oppido ampliaret, supradicta Gisla, domini Gerardi Constabularii uxor, gravi infirmitate correpta, diem claudere festinabat extremum; unde quaedam abbatissa de Gilenghem, cognata scilicet sua, eam visitans, ut ibi post mortem sepelienda deferretur, obnixe postulabat. Sed Domino aliter disponente, hoc a militibus 30 et amicis domini Gerardi penitus est dissuasum, asserentibus, quod ecclesiam suam uxoris tumulo potius deberet honorare et liberalitatis suae sublevare beneficiis.

Erant autem hic duo canonici celebris memoriae viri, Balduinus Wala scilicet et Oiotus; nam tertio eorum collega defuncto Aloudo nomine, eius adhuc prebenda vacabat. Hisque saepedictus dominus Gerardus ob aeternam suae uxoris habendam memoriam quartum 35 superaddere canonicum disponebat, decimam videlicet de Herlichove eius prebendae assignans et ecclesiae Ninivensi in perpetuam elemosynam condonans. Horum autem canonicorum prefatus Balduinus Wala cum dominis Ninivensibus a iuventute in castro conversatus, capellam procurabat; ad cuius prebendae instaurationem olim ecclesiae 21 bonaria terrae apud Ehikem[5] fuerant contradita. Vir igitur iste Deo acceptus et hominibus et do-40 mini Gerardi consiliarius fidelissimus, Spiritus sancti afflatus instinctu, ad aures ipsius cepit pulsare, verbum sacri eructans consilii, quatenus ob aeternam sui suorumque salutem fundandae intenderet abbatiae, proponens, quod suam huic fundationi paratus esset adhibere prebendam, maxime cum tertia, ut supra dictum est, vacaret, quarta nichilominus prebenda in morte uxoris eius instaurata nulli adhuc esset assignata. Cuius verbis saepedictus 45 Gerardus obtemperanter auscultans, de ipsius et aliorum prudentium virorum consilio fratres Premonstratensis ordinis censuit advocandos, quia suavissima conversationis eorum opinio grata Deo et plurimum commendabilis videbatur mundo. Missa itaque legatione pro fratribus advocandis ad ecclesiam Parcensem, advenit eiusdem ecclesiae abbas, vir eximiae religionis, Simon nomine, et in festo omnium sanctorum sermonem faciens in 50 populo, omnibus in eius adventu congratulantibus, cum summa susceptus est reverentia. 1137 Nov 1.

1) Idem, ut videtur, qui occurrit apud Lamb. Ard. c. 122, SS. XXIV, p. 620. 2) Peteghem super Scaldim fl., praef. Andenarde. 3) Boulaere prope Geersbergen (Grammont). 4) Okegem, pagi Ninove. 5) Eychem, pagi Ninove.

1137. Qui, audito huius devotissimae intentionis proposito, in spiritu exultationis domum revertens, seminarium sacrae congregationis septiformi Spiritus sancti gratia confovendum in septenario fratrum numero transmisit[1].

Nov. 11. Anno igitur Verbi incarnati 1137. predicti fratres in festo sancti Martini advenientes, benignissime sunt recepti, et omnibus quae erant ecclesiae in eorum usus assignatis, totiens 5 dictus Gerardus septem bonaria terrae apud Rubroc eis adiecit et insuper quintam[a] garbam de omni terra, quam in parrochia de Herlinhove quoquo pacto possent acquirere. Interim vero domino Gerardo et Balduino sacerdote, de quo supra diximus, pro pastore dominici gregis clamitantibus, advenerunt viri venerabiles Laudunensis[2] et Parcensis abbates, et dominum Gillebertum, Laudunensem canonicum, virum utique admodum religiosum, de 10 1138. omnium consensu in conversione sancti Pauli abbatem constituerunt; qui scientia et Ian. 25. moribus plurimum adornatus, adeo divinis studebat operibus, ut dominicis vel festis diebus ad circumiacentes exiret parrochias semen verbi seminare; unde et nomen eius tamquam oleum effusum coram populis et principibus terrae longe lateque flagrabat. In hoc itaque tempore tamquam primo mane plures a Deo missi sunt dominicae vineae cultores; qui 15 cf Gen 3,19. usque in senectam et senium in hac vinea laborantes et in sudore vultus sui panem manducantes, per quadraginta aut quinquaginta annos vel eo circiter pondus diei et aestus unanimiter pertulerunt.

Cum autem circa idem tempus dominus Woltelmus, vir opinatissimus, esset defunctus, qui Ietthensis et Lidekercensis ecclesiae abbas fuerat — nam et haec, sicut illa, libera, 20 numquam Ietthensi ecclesiae fuerat subiecta —, dominus Iwanus de Alost, qui apud Lidekercam tunc temporis dominium obtinebat, accersito domino Gilleberto abbate nostro, Lidekercensem ecclesiam cum omnibus suis appertinentiis nobis in elemosynam contradidit et episcopali auctoritate donum suum confirmari obtinuit[3]. Sed illis de Ieth postmodum reclamantibus et nos tamquam sui iuris invasores constanter impetentibus, tandem 25 post longas et varias inter nos concertationes, consilio et auctoritate domini Bernardi Claraevallensis abbatis[4], apostolicae sedis legati, facta inter nos compositione, omnis haec decisa est querela, et auctoritate Cameracensis episcopi et totius ordinis nostri utrique ecclesiae indictum est silentium. Obiit autem Gillebertus[5] abbas Ninivensis anno 1186; cui successit Arnoldus, Arnoldo Mathaeus, et post hunc Algotus[6]. 30

Anno[b,7] Domini 1222. vetus ecclesia parrochialis de Ninive de novo cepit a fundamentis nova construi, et collocatus est lapis primarius in fundamento mense Iunio a fratre Andrea plebano eiusdem ecclesie et domina Agnete de Grimbergis. Cuius ecclesie fabricam, 1227. memorato fratre Andrea post quinquennium cum magistro Egidio et crucesignatis versus Ierosolymam profecto et ibidem defuncto, frater Sigerus de Alost, successor ipsius fratris 35 Andree, venusto opere et sumptuoso de elemosynis fidelium infra triginta annos plenarie et laudabiliter consummavit.

DE PERSECUTIONE ECCLESIAE NINIVENSIS.

Principes Ninivenses Amelricus et filius eius Amelricus, viri generosi et dignitate famosi, ecclesiam primitus Ninivensem exaltare ceperunt, et eam summo studio sanctorum 40 pignoribus decorantes, tres canonicos sacerdotes, qui inibi deservirent, statuerunt. Quibus etiam ob spem aeternae retributionis ex suis abundantiis necessaria delegaverunt. Sic Deo devoti, armis strennui, mites subditis, feroces in hostes, gloriam populi sui dilatabant.

a) sextam *Bald.* b) *haec post addita videntur; v. praef. p.* 520

1) Eadem verba in Narrat. p. 553. 2) Walterus abbas S. Martini. 3) V. quae supra p. 530. annotata sunt. 4) V. eiusdem chartam, Chron. Flandr. II, 758 nr. 9, et ibid. nr. 7. 10. 11. 5) Immo Gerardus, Gilleberto iam a. 1142. cessante; v. supra 45 p. 536, ubi a. 1185. indicatur. 6) Sedit a. 1195—1199. 7) V. supra p. 541.

Coram regibus et principibus terrae Ninivensium dominorum nomen celebre factum est. Terra etiam Iherosolimorum in opibus eorum aliquando laetata est.

Postea dominus Gerardus, filius Amelrici Flandrensis constabularii, ecclesiam Ninivensem in monasterium sanctae congregationis promovere decrevit. Mox fratres religiosos (1137.) ordinis Premonstratensis adduxit aptos piae plantationi. Qui rigati caelesti rore, in brevi multiplicati sunt Dei benedictione. Quibus etiam vir illustris ob aeternam retributionem temporalia providens, ex suo predio quasdam possessiones donavit. Ad ultimum vero in eadem congregatione comam capitis deponens convertitur, et ibidem moriens, in ecclesia iuxta uxorem suam Gislam honorifice sepelitur.

Defuncto domino nostro Gerardo, heredes ei dissimiles surrexerunt[1], qui ab ecclesia abstrahere satagebant quae a patre collata fuerant. Extorta inprimis varia supellectile, quam prefatus vir ecclesiae contulerat, etiam agris inhiabant. Plaustra nostra segetibus onerata tempore messis violenter abstulerunt et ad castra duci fecerunt.

Sedato modicum turbine adversitatis et multiplicato numero fratrum, templum, in quo primum collocati fuerant, eos pariter cum parrochia capere non poterat; quapropter aliud maius seorsum cum ceteris aedificiis claustralibus construere ceperunt[2]. Monasterii nostri (1157.) nondum medietate constructa, adversarius noster diabolus graviter excitatus, dominos nostros, Gerardum videlicet de Grimberges et uxorem eius Mathildem, iniquorum consilio rursus adversus ecclesiam commovit. Ex qua commotione multa dampna pertulimus. Multi ecclesiasticarum et secularium etiam nobilium personarum super nos misericordia moti sunt et quantum prece poterant furorem dominorum nostrorum mitigare conati sunt. Episcopus quoque piae memoriae dominus Nicolaus Cameracensis[3] et abbates quam plurimi, dominus etiam Theodericus de Alost[4] cum multis aliis nobilibus personis pro nobis oraverunt; sed nulla prece flectebantur. Postremo venerabilis abbas noster dominus Gerardus, assumptis secum conventus sui senioribus, religiosis quidem viris, castrum adiit, ante dominum et dominam cum hominibus suis et sacerdotibus pro ecclesia ad pedes procidit; sed frustra. Itaque ad monasterium rediit et causam suam Christo et eius genitrici sanctoque Cornelio commendavit.

Contigit autem in brevi, in die scilicet anniversario, quo possessiones ecclesiae cum parrochianis nostris in nos etiam furentibus perambulaverant, ut venirent tres fratres, domini scilicet de Sottengem[5], cum suis sequacibus ad pugnandum contra Ninivenses. Qui quasdam casas a villa satis remotas incenderunt, sed flante vento vehementi, tota fere villa consumpta est, utpote cui Dominus solitam defensionem iusto iudicio suo subtraxerat. Domibus quidem iuxta claustrum ardentibus, nos etiam de incendio aedificiorum claustralium timuimus; sed multis votantibus[a], verso vento, flamma a nobis repulsa in domos civium grassabatur. Hac autem victoria adversarii preter spem potiti, iterum atque iterum securiores redierunt, et Ninivenses, olim insuperabiles, intra munitionem suam retrudentes, quae ante incombusta remanserant combusserunt.

Paucis annis transactis, falsus rumor totam provinciam nostram replevit, quod videlicet Philippus comes Flandrensis[6] interfectus vita decessisset. Qua fama domini nostri iterum excitati, qui eo tempore in terra Grimbergensi habitabant, aptum tempus tyrannidis suae exercendae se invenisse arbitrantes, Gerardus scilicet et filius eius Gerardus cum ministris suis ad nos properabant, pecora nostra de claustro et de curiis et quidquid invenire poterant diripiebant. Sed dum animo suspensi essemus, ad horam diei nonam, quod comes viveret, nuntiabatur. Exultavimus et delectati sumus, et operuit confusio faciem inimicorum nostrorum, et omnia quae abstulerant, ubicumque inveniri poterant, nobis restituta sunt.

a) not. *ed.*

1) Gerardus de Grimberghen, qui duxit in matrimonium Mathildem, filiam Gerardi de Ninove, cum ea dominatum Ninovensem suscipiens. V. supra Bald. p. 530, Hist. fund. II. p. 553. et chartam, Miraeus, Op. dipl. I, 542. 2) Quod a. 1157. inceptum, a. 1166. perfectum est; v. supra p. 534 sq. 3) Cf. chartam eius a. 1165. datam, qua praevaricatoribus ecclesiae Ninov. excommunicationem minatur, Chart. Ninov. nr. 22. 4) Qui primus testis nominatur in charta, qua Philippus comes Flandriae se advocatum ecclesiae Ninov. profitetur; ibid. nr. 24 (= Miraeus I, 541, cap. 53). 5) Sottegem, praef. Audenarde. — Duo fratres Walterus et Gerardus nominantur inter testes chartae a. 1166, Chart. Ninov. nr. 23. 6) a. 1168—1191.

Ceterum Gerardus dominus Grimbergensis visitatus et longa infirmitate ante mortem suam a Domino correptus, de omnibus malis patratis poenituit, et per ecclesias plurimas elemosynis dispartitis, quae commiserat conciliavit[1]. Amicos et filios suos, ne umquam ecclesiae Ninivensi vel Grimbergensi aliquid mali facere presumant, admonendo rogavit, sed in omni necessitate adiutores et defensores earum semper existant. Hac quidem bona 5 voluntate in ecclesia Grimbergensi conversus, religionis habitum suscepit, comam deposuit et in bona confessione tandem vitam finivit[2]. Nos vero de filiorum eius[3] amicitia modo gaudemus.

1) Iam a. 1167. Gerardus abbatiae Ninov. omnes possessiones confirmat; Miraeus I, p. 541, cap. 54, quam chartam Philippus comes approbat, ibid. cap. 55. 2) Quo anno obierit, non satis constat, ut videtur tamen, post a. 1184 (Chart. Ninov. nr. 48) et ante a. 1190 (ibid. nr. 65). 3) Gerardi III († 1200) et 10 Arnoldi († 1211).

IOHANNIS DE THILRODE CHRONICON.

EDIDIT IOH. HELLER.

Iohannes de Thilrode[1] *monachus monasterii Sancti Bavonis Gandavensis compilavit circa annum* 1294. *et initio proxime sequentis Chronicon ab origine mundi ad sua usque tempora hoc modo deductum. In capitulis* 1. *et* 2. *aetates mundi secundum Isidorum enumerat. Cap.* 3—7. *et* 24. *fere integra ex Aurea Legenda et praecipue ex Martino Oppaviensi hausit, quem ab initio usque ad finem sibi adaptavit. Narrationi Martini c.* 3. *pauca de origine civitatis Gandavensis inseruit, quae partim e Chronico Normannorum*[2] *e Lamberti Libro Florido sibi noto sumsit, partim ipse secundum fabulas a monachis circumlatas conscripsit. Maioris vero pretii sunt, quae c.* 8. *de initiis castelli Gandavensis ex fontibus ut videtur domesticis iamiam deperditis tradidit; sed etiam hic quae enarrat populi rumorem redolere, facile apparet. Fusior est in monasterii historia enarranda, quam secundum chartas publicas in archivo ecclesiae asservatas*[3] *et Librum traditionum in coenobio Blandiniensi initio saeculi XIII. scriptum*[4] *contexuit, id praecipue agens, ut maiorem Sancti Bavonis antiquitatem a monachis Blandiniensibus impugnatam*[5] *evincat, qua in re ne id quidem veritus est, ne narrationem libri illius Blandiniensis in sui monasterii utilitatem audacius mutaret*[6]. *De abbatibus vero, quos c.* 11. *sine ullo ordine enumerat, fortasse necrologia adhibuit, sed plurimorum nomina non nisi ex privilegiis ab imperatoribus et comitibus Flandriae vel ab episcopis Noviomagensibus et Tornacensibus eis indultis cognoscit. Etiam horum episcoporum nomina, quae c.* 17. *et* 18. *proponit, ex instrumentis publicis deprompsit.*

Multo uberiorem messem (c. 9. 12—16*) fecit noster ex vitis sanctorum, quorum corpora in ecclesia sancti Bavonis sepulta erant. Excerpsit duas vitas Bavonis*[7] *eiusdemque translationes*[8] *et miracula*[9], *vitas et translationes Livini*[10] *et Landoaldi*[11], *vitas Amandi*[12], *Macharii*[13], *Landradae*[14], *Lamberti*[15], *quarum*

1) Ita ipse propria manu nomen scripsit c. 7: *michi, scilicet fratri Io. de Thilrode, huius libri compositori, retulerunt.* Eodem modo semel amanuensis c. 7: *Ego frater Iohannes de Thilrode, monachus Sancti Bavonis Gandensis, compilavi;* sed idem aliter aliis locis, in praefatione: *ego Iohannes de Thielrode, minimus monachus Sancti Bavonis Gandensis;* c. 26: *Ego Iohannes de Tielrode monachus Sancti Bavonis;* et in versibus c. 23: *hec consuetudo Iohannis | De Thielroeden erat.* Tilroda villa, hodie Thielrode, sita est ad fl. Scaldim a Gandavo inter septentrionem et orientem (in terra Wasia). 2) SS. I, p. 532 sqq. Cf. 'Arch.' VII, p. 542 sq. 3) Indicem chartarum dedit Van Lokeren, 'Histoire de l'abbaye de Saint-Bavon' (Gand. 1855) t. II; impressae sunt (— a. 1255) ap. Serrure, 'Cartulaire de St.-Bavon' (p. 1—280). 4) Ed. Vande Putte, Annales abbatiae Sancti Petri Blandiniensis (Gand. 1842) p. 65—152. 5) Cf. c. 10. 6) c. 8. 9. 7) Auctore anonymo ap. Mabillon, AA. SS. II, p. 395 sqq.; auctore Theoderico ap. Ghesquiere, AA. SS. Belg. II, p. 513 sqq. 8) ap. Ghesquiere II, p. 563 et 570. 9) ap. Mabillon II, p. 406 sqq. 10) ap. Mabillon II, p. 450 sqq., et Ghesquiere III, p. 130 sqq. 11) Auctore Herigero ap. Ghesquiere III, p. 351. 12) Auctore Baudemundo ap. Mabillon II, p. 713. 13) AA. SS. April. I, p. 875 sqq. 14) Auctore Theoderico ap. Ghesquiere V, p. 214 sqq. 15) Auctore Sigeberto, AA. SS. Sept. V, p. 598 sqq.

plures legebat in codice iam universitatis Gandavensis nr. 210[1]. *Porro de comitibus Flandriae (c. 19) secutus est Genealogiam Lamberti*[2], *cui brevem addidit continuationem. De ducibus Brabantiae (c. 22) adhibuit Genealogiam Ampliatam supra p. 391 sqq. vulgatam, sed praeterea nonnulla de sepulturis et genere eorum tradidit, quae illic non inveniuntur. Hic et duobus aliis locis, scilicet de discordia inter comitem Iuliacensem et ducem Brabantiae a. 1277. orta (c. 20) et de morte Iohannis de Hadinghem Leodiensis episcopi (a. 1279)*[3], *ad similitudinem annalium Blandiniensium prope accedit, sed uberiorem praebet narrationem. Quare recte coniicere mihi videor, auctorem Annalium et nostrum e communi fonte, Gandavi fortasse scripto, hausisse*[4]. *— De regibus Francorum (c. 27) eorum et Brabantinorum genealogias excerpsit. Denique operi inseruit (c. 25) litteras de miraculo, quod a. 1290. Parisiis evenit, et acta concilii, quod a. 1292. de recuperanda Terra Sancta Compendii habitum est (c. 26); quae acta aliunde, quod sciam, non nota sunt. — Pauca quae restant, scilicet de bellis apud Westcappel (c. 21) et Woringen (c. 23) gestis et de discordia inter regem Franciae et comitem Flandriae a. 1294. orta (c. 28), de suis narravisse videtur. Sermone usus est contorto et obscuro. Eadem saepius repetivit*[5], *totumque opus iure collectaneam et inordinatam molem dixeris. — De sua vita nil compertum habemus praeter ea quae ipse c. 26. profitetur: se a. 1292. concilio Compendiensi supra laudato affuisse*[6].

Chronicon hoc modo absolutum[7] *auctor ab amanuensi in unum volumen transscribendum curavit, qui codex membranaceus in 4° min., olim Sancti Bavonis, deinde viri docti Lammens, iam servatur in bibliotheca universitatis* Gandavensis, *nr. 439. signatus (foll. 151); ex qua eum V. Cl. Vanderhaeghen, summus bibliothecae praefectus, ea qua excellit liberalitate nobis Berolinum transmisit. Librum postquam scriba finivit, Iohannes de Thilrode ipse inspexit, menda corrigens inque paginis vacuis relictis opus continuans (cf. tabulam adiectam). Ita quae inde a medio anno 1295. evenerunt*[8] *quaeque ipse vidit vel a fide dignis*[9] *audivit, usque ad mensem Novembrem anni 1298. litteris dedit. Haud contemnenda prodidit de rebus Flandrensibus et Hollandicis et de coronatione Elisabethae, uxoris Alberti regis Romanorum, Norimbergae facta, de qua nuntii Guidonis comitis Flandriae ei certiora retulerunt.*

Diu post Iohannem, medio circiter saeculo XIV, alius quidam librum denuo evolvit. Multa erasit vel mutavit; seriem comitum Flandriae et abbatum Sancti Bavonis usque ad sua tempora deduxit et summam temporibus accuratius definiendis operam navavit. Itaque quod Iohannes non potuit, scilicet abbatum et episcoporum vel ducum Brabantiae et regum Francorum annos statuere, ipse haud difficilius sibi esse opinabatur. Concordat quidem in ordine et annis abbatum indicandis plerumque cum Annalibus Gandensibus medio saeculo XIV. compositis, ambosque ex eodem fonte hausisse[10], *veri*

1) De hoc cf. 'Arch.' VIII, p. 551. 2) Quae ex Libro Florido nostri innotuit. Hoc capitulum Bethmann, SS. IX, p. 334 sq., vulgavit. 3) c. 7. 4) Ex eodem fonte iam ignoto Balduinum Ninovensem hausisse, supra p. 517 sq. monitum est. 5) Cf. c. 9. 10. 18 et saepius. 6) Van Lokeren, 'Chronique de St.-Bavon à Gand par Iean de Thielrode, Avant-Propos' p. III, testatur, nomen eius in charta anni 1293. occurrere, ubi cum abbate S. Bavonis arbiter decimarum constitutus fuerit. Chartam ne in historia quidem monasterii (II, p. 48) a V. Cl. Lokeren publici iuris factam esse, dolemus. 7) Index praebet viginti sex capitula; c. 27. *(Reges Francorum de genere Troianorum)* cum a scriba exaratum sit, inter scribendum ab auctore adiectum esse, patet. 8) c. 28. 23. 9) c. 7: *Nuncii et milites fide digni domini Widonis ... retulerunt.* 10) SS. II, p. 185 sqq. Coniecturam hoc loco permittas velim. Ipsum interpolatorem illos Annales compilasse, haud sine iure quis dicat; in pagina enim quadam codici nostro praefixa eadem manus fugitivo calamo nonnulla adnotavit quae arcte cum Annalibus cohaerent quaeque collegisse videtur illos compositurus.

simillimum est. Post hunc saec. XV, XVI, XVIII. rursus alii nonnulla adnotaverunt. Quare in editione nostra instituenda id praesertim egimus, ut diversas manus cum auctoris scribaeque tum interpolatorum quam accuratissime distingueremus. Quae Iohannes propria manu adiecit, indicavimus; quae posteriores intruserunt, si arcte cum narratione cohaerebant, uncis inclusimus; si vero narrationem continuarunt vel longiora adiunxerunt, ea infra posuimus.

Adhibitus fuit liber saec. XIV. ab auctore annalium Sancti Bavonis (SS. II.); saec. XV. exeunte ab anonymo, qui hortante Iacobo van den Driesche condidit chronicam S. Petri Blandiniensis[1], *et ab auctore ignoto chronici Sancti Bavonis, quod edidit De Smet in corpore chronicorum Flandriae*[2]; *saec. XVI. denique per compilatorem codicis* Bruxellensis *nr.* 16531, *ex quo in appendice quaedam ad historiam Gandavensem spectantia addidi. — Fragmenta ex codice Gandavensi a.* 1835. *vulgavit Warnkönig, 'Flandrische Staats- und Rechtsgeschichte' I, Appendix p.* 63 *sqq., et eodem anno totum opus, exceptis primis septem capitulis, publici iuris fecit Van Lokeren, 'Chronique de St.-Bavon à Gand par Iean de Thielrode.'*[3]

Berolini, mense Martio 1880. *Ioh. Heller.*

Quoniam servare nunc in memoria cuncta que pretereunt non sunt ab homine ista (f. 1.) provenientia, sed flamine divino humanitatem rationibus lucidis decorando, secundum quod dicitur: 'Omnia in memoria habere pocius est divinitatis quam humanitatis'. Igitur cum humana natura prorsus sit labilis necnon permutanda, oblivioni per tempora diversa se conferens facta precedentia minime recordando: hinc vox litteralis inventa est, modo debito inscripto protrahendo, ut ad id se prepararet, animum hominis labilem cognitione previa perlustrans, amnacca[4] venturis hominibus lucide notificando; et quia Deus que fecerat cuncta videns quod essent valde bona, hominem inter illa sensualiter ad sui respectum illuminans, sensui suo utilia per ipsum conferendo, hecque ignorantibus spergere[a] volentem eos imperfectam noticiam adducendo: nullus eidem invidere tenetur, factis et verbis nocumenta prebendo, sed eidem magis[b] acquiescendo. Ergo cum a nobis nichil habemus, sed ab eo quod studemus proficimus, gratia Dei interveniente fructus scientie studio medio humane nature colligendo, et sic quod per studium manet nunc descriptum aliis placide seminando: quemlibet benivolum ignorantia seductum reddere tenetur, hec eadem diligenter perspiciendo, a tali facto satiram depellendo. Hinc est, quod ego Iohannes de Thielrode, minimus monachus Sancti Bavonis Gandensis[c], id[d] idem monasterium de cronicis totaliter pene vacare, de hiis, que in presenti compendio sunt nunc copulata, in nostris codicibus parum inveniendo, *meum cum hoc ingeniolum pauper ac in scientia debile ad (f. 1'.) hoc apposui, istud perficiendo, ut nostris successoribus presentibus et futuris pateant subsequentia in opusculo contenta, utpote facta preterita diversorum a diversis acta super eisdem cognitionem sumentibus sencialiter delectando, secundum quod in capitulis subsequentibus continebitur per ordinem concurrendo.

1. Primo dicendum est de etatibus mundi.
2. De principio ydolorum.
3. De quatuor regnis principalibus maioribus, de quibus Roma instituta fuit; de tempore quo incepit, a quibus incepit, et de modo quo incepit.
4. De duplici regimine spirituali et temporali.
5. De etate Christi et beate virginis.

a) *ita pro* spargere *c.* b) *s in ras. c.* c) Gandū *c* d) *fortasse* videns *corrigendum vel* inveniens *ex sequentibus supplendum*

1) Edidit Vande Putte, Annales S. Petri Blandiniensis p. 33—64. 2) 'Recueil des chroniques de Flandre' I, p. 453 sqq. 3) De Iohanne egerunt 'Hist. Littér. de la France' XXI, p. 80—86; Warnkönig I, p. 48 sqq.; Pertz in 'Arch.' VII, p. 684 sqq. Prorsus falsa prodit Lorenz, 'GQ'. II, p. 19. 4) Amnaccum herbam contra vertigines utilem laudat Plinius, Hist. Nat. l. XXI, c. 30.

6. De tribus generibus cardinalium institutis, ad quod sunt, et qui sunt, et quot sunt.

7. De summis pontificibus et imperatoribus, incipiendo a summo pontifice Ihesu Christo et ab Octaviano imperatore, et de mirabilibus que contingebant temporibus ipsorum.

8. De origine castri Gandensis et oppidi, quod situm est infra Scaldam et Legiam fluvios.

9. De situ monasterii Sancti Bavonis, et a quibus originem duxit.

10. De Florberto primo pastore monasteriorum Sancti Petri in Blandinio et Sancti Petri Sanctique Bavonis in Gandavo.

11. De abbatibus monasterii Sancti Bavonis.

12. De sancto Bavone pio confessore.

13. De sancto Livino glorioso martire.

14. De sancto Amando episcopo et Landoaldo archipresbitero.

15. De sancto Machario Antiochie, metropolis Sirie, archiepiscopo.

16. De sancta Landrada virgine, abatissa Belisiensis cenobii.

17. De episcopis qui rexerunt insimul Noviomagensem et Tornacensem dyocesim.

18. De[a] episcopis Tornacensis dyocesis post divisionem a Noviomagensi ecclesia.

19. De comitibus Flandrie.

20. De comite Iuliacensi.

21. De conflictu in Zelandia.

22. De ducibus Brabantie.

23[b]. De bello apud Woronc. De morte Iohannis ducis.

24. De morte Ludovici regis Francie, qui obiit ante Thunicum.

25[c]. De miraculo eucharistie, quod accidit Parisius.

26. De[d] litteris destructionis civitatis Aconensis missis a Nicholao papa ad dominum Petrum Remensem archiepiscopum et de responsione missa summo pontifici a prelatis Remensis et Senonensis provincie.

[27[e]. Reges Francorum.]

1. Prima etas est ab Adam usque ad Noe et habet hominum generationes decem, habet annos secundum Ebreos mille sexcentos quinquaginta sex — — De numero annorum ab orbe usque ad Christum sunt diverse opiniones.

2. Cum homines non coluerunt nisi unum Deum ab initio — — ydolatria perhibetur incepisse.

3. Nunc dicendum est de 4 regnis principalibus maioribus, de quibus Roma instituta fuit. Secundo dicendum est — Demum in Germaniam, facto ponte super Renum[f], transiit

De[g] castro Gandensi, quod Gaius Iulius construxit.

Iste[h] Gayus Iulius construxit nobile castrum et famosum supra Scaldam et Legiam[1] propter decentiam et oportunitatem loci in hyeme quiescendum et in estate contra regem Cassibellaunum[i] Britannie bellandum[2], quod nunc Anglia nuncupatur; quem regem et regnum dewicit totaliter. Gayus imposuit nomen castro suo[e] a nomine suo Gayo Ganda, quod primo appellabatur Odnea. Quod nunc est monasterium Sancti Bavonis a sancto Amando episcopo constructum; ubi prius colebatur Mercurius. Post[3] vero constructionem monasterii ab Amando circa annos nativitatis Domini 850. Normanni, qui primo venerunt de Norwegia, monasterium Sancti Bavonis incendunt. Item circa annos Domini 880 Normanni incendiis et devastationibus inhiantes, sanguinem humanum sitientes, ad interitum et perditionem regni in Gandavo monasterio sedem sibi ad hyemandum statuunt; deinde Tornacam civitatem et omnia monasteria supra Scaldum fluvium ferro et igne devastant; deinde sedem sibi mutant et Cortriacum[k] castrum construunt[c]. Francorum principes, inito consilio, imposuerunt *regi et Francis 12 milia pondera argenti dare Normannis annuatim in tributum, ut de regno abirent. Postea facta pace per matrimonium, rex Normannorum cum Karolo baptizatus est et per imperatorem de sacro fonte susceptus; et tandem, cum Normannos de Frantia expellere non posset, concessit eis Karolus regiones que ultra Secanam erant; que pars usque hodie dicitur Normannia. Rorichus fuit rex Normannorum, et Godefridus[l] postea rex Normannorum duxit in uxorem Ghislam, filiam Lotharii regis. Iste Gayus Iulius, quando devicerat Britanniam et versus Romam pergebat, reliquit quosdam nobiles barones suos ad custodiendum castrum suum Ganda; unde postmodum cives Gandenses originem acceperunt[4]. Sed non

a) De — post *in ras. c.* b) III *in ras. c.* c) *in ras. c.* d) D. l. d. *in ras. c.* e) *add. manus saec. XIV.* f) Renium *corr.* Renum *c.* g) *rubrum add. manus I. d. Th. in marg.* h) Iste — famosum *in ras. c.* i) Cassibellanum *corr. superscribendo* Cassibellaunum *I. d. Th.* k) Tornacum *corr.* Cortriacum *c.* l) *in ras. I. d. Th.*

1) Lys. 2) Cf. Oros. VI, 9. 3) Ex eodem fonte eadem exscripsit auctor Miraculorum s. Bavonis, ap. Mabillon, AA. SS. II, p. 409. 4) Cf. Ann. Gand., SS. II, p. 185, et Chronicon S. Petri Blandiniensis c. a. 1497. conscriptum (ed. Vande Putte, Annales abbatiae S. Petri Blandiniensis p. 33 sqq.).

fuit tunc Ganda; quod nunc Ganda dicitur nuncupabatur Herhem; unde dicitur[a] vulgariter: 'Qui nunquam fuit apud Sanctum Bavonem, nunquam fuit in Ganda', sicut postea dicetur, ubi tractabitur de castello Gandensi. Post victoriam Gallorum Cesar Romam revertitur — — Nam tres legiones Romanorum ibi delete fuerunt. *Mart*

4. Supra actum est tantum de uno regimine Urbis — — in sequenti pagina. *ib*

5. De etate Christi et beate virginis. *f. 20.*

Quinque fuerunt Anne, prima mater Samuelis — — Attamen de etate gloriose virginis inveniuntur in libris multis opiniones diverse. *cf. Aur. Leg.*[1]

Quoniam scire tempora summorum pontificum ac imperatorum necnon et aliorum patrum, episcoporum[b], clericorum et laicorum quam plurimum inter alios theologis ac iuris[c] peritis expedit: ego frater Iohannes de Thilrode, monachus Sancti Bavonis Gandensis, compilavi hoc opusculum ex libris fratris Martini ordinis Predicatorum et ex cronicis Damasi pape de gestis pontificum; item ex cronicis Orosii de gestis imperatorum; item ex cronicis Pauli Romani dyaconi cardinalis ex gestis utrorumque; item ex passionibus sanctorum; item ex Libro nostro Florido; item ex libris diversis sapientum et discretorum virorum, quos omnes tedium[d] esset audire. *Mart. 397 / 407*

6. Factum est autem eo compendiosius hoc opusculum, ut scolasticis historiis a theologis et a iuris peritis decreto vel decretalibus convenienter possit allegari. Et quia primo summo pontifici, id est Christo, in triumphanti ecclesia — — incipiendo a summo pontifice Iesu Christo. *ib. 397. ib. 407.*

7. Pontifices. *f. 22'*

Anno 42. Octaviani Augusti natus est Iesus Christus . . . . *Mart. 408.*

. . . .

Anno Domini 1138.[2] fundata est abbatia de Dunes[3] Cisterciensis ordinis iuxta mare in Flandria. . . . . *f. 90'.*

. . . .

Gregorius in consilio deposuit Henricum episcopum Leodiensem, tunc fratrem comitis[4] de Gelria, et ordinavit in sede Iohannem dictum de Hadinghem, tunc episcopum Tornacensem. Henricus *depositus petiit Iohanni episcopo, ut debita sua solveret, que expenderat in episcopatu. Iohannes recusavit. Henricus abscondite et nocte capiens Iohannem episcopum in quadam domo sui ballivi, ubi hospitatus fuit, imposuit Iohannem super equum, et fuit homo pinguis. Ibidem in campo suffocatus obiit. Unde postmodum nulla vindicta evenit, quod scandalum fuit ecclesie christianitatis. . . . . *f. 103'. 1274. cf. Ann. Bland. *f. 104'. 1279.*

. . . .

Nicholaus III. natione Romanus sedit annis 5.* *f. 105'.*

*) *Manus saec. XIV. addit in spatio vac. rel. f.* 105': Hic de regula[e] fratrum Minorum fecit decretalem. Isto tempore sive anno Domini 1281. facta est commotio communitatum in tota Flandria fere et in proximo contra comitem suum et adversus rectores et maiores civitatum.

Martinus IIII. papa sedit annis 2. Qui dedit privilegium fratribus Minoribus de plenaria potestate confessiones audiendi.

Honorius IIII. papa sedit annis 2. Huius tempore lis magna prelatorum contra privilegium datum fratribus Minoribus exoritur.

Nicholaus IIII. papa sedit annis 5. Huius tempore civitas Tripolis capitur et destruitur a Saracenis.

Celestinus V. papa sedit mensibus 5. Cui successit

Bonifatius VIII. Qui sedit annis 9. Cuius anno 6. sive anno Domini 1300. fuerunt magne indulgentie in urbe Roma.

Benedictus XI.[f]
Clemens V.
Iohannes XXII.
Benedictus XII.
Clemens VI.
Innocentius[5] VI.

Pergit manus saec. XV:

Urbanus V.
Gregorius XI.
Urbanus VI.
Bonifacius IX.

a) d. v. *in ras. man. I. d. Th.* b) ipsorum contemporaneorum *Mart.* c) viris *c.* d) te *ex corr. manus I. d. Th* e) *in ras. c.* f) *abhinc scripsit in marg. infer. fol.* 111, *cum spatium vacuum deesset*

1) Ed. Graesse p. 585. 2) Potius a. 1128; cf. Sigeb. cont. Valcell., SS. VI, p. 459. 3) Ter Duyn. 4) Ottonis II. De affinitate cum Ann. Blandin. (SS. V, p. 32 sq.) cf. praefat. p. 560. 5) a. 1352—1362.

f 23. Imperatores.

Mart. 443 Post nativitatem Domini nostri Iesu Christi Octavianus . . . . .

. . . .

f 101. Iste* Otto[1] fuit cum Ferrando, qui Ferrandus per matrimonium comitisse Iane nuncupatur comes Flandrie. Apud Bovines contra regem Philippum[a] Frantie bellavit, et Ferandus ibidem captus est anno Domini 1214. . . . .

. . . .

f 104 Mart. 472. Post mortem vero predicti Frederici electores se in duo dividentes, quidam regem Castelle, quidam vero comitem Cornubie, fratrem regis Anglie, ad imperium elegerunt. Quod scisma multis annis usque ad tempus Rudolfi regis Alemanie perduravit.

f. 105 Rodolphus[b] regnavit in Alimannia circiter decem et octo annis et bellavit contra regem Boemie, quem in secundo bello occidit; et Rodulphus tradidit filiam[2] suam in uxorem primogenito[3] regis occisi.

Rodulpho mortuo, electus est circa annos Domini 1291. in regem Alimannie Adulphus[c] comes de Assau, probus miles in armis.

Mart. 472. Et quia plurima notabilia in diversis partibus mundi tempore huius vacationis evenerunt, sub tali vacationis titulo ea per ordinem, prout breviter potero, explicabo. Anno Domini 1250. in Dacia Ericus — — veneno mixto intulit sibi mortem.

f 106. Vacante imperio.

Mart. 473 Anno Domini 1269. Constantinopolis, que olim per Gallicos — — et a Karulo cum multis nobilibus decollatur.

f 111. Adulphus[d] rex Alimannie interfectus est in bello et cum eo magna multitudo militum et nobilium a duce Alberto Austrasiorum, qui fuit filius Rodulphi regis, sui predecessoris, anno Domini 1298, mense Iulio.

1298. Nov. 16. Anno[e] eodem predicto idem[f] Albertus dux Austrasiorum, filius Rodulphi regis, electus est in regem Alimannie, et anno eodem dominica post festum sancti Martini hyemalis coronata est uxor[4] regis Alberti, tunc soror ditissimi ducis[5] de Karenta. Coronacio hec facta est apud Nurenberghe, et erant ibi omnes regis electores insimul congregati, quod antea parum visum est. Nuncii et milites fide digni domini Widonis comitis Flandrie ad regem missi michi, scilicet fratri Io. de Thilrode, huius libri compositori, retulerunt, quod ibi fuerunt congregati circiter sexaginta centum milites, et ad prandium serviebat rex Boemie de cypho, coronam in capite habens et sceptrum in manu, ornatu regali, et ita quilibet de aliis officialibus, sicuti decebat.

f. 111'. 608. Anno dominice incarnationis sexcentesimo octavo fundata[g] est ecclesia Gande in castro Gandavo a sancto Amando episcopo, qui anno Domini 616. eandem ecclesiam[6] dedicavit Ydibus Novembris in honore sancti Petri apostoli.**

941. Anno dominice incarnationis nongentesimo quadragesimo primo, 17. Kal. Mayi facta est prima dedicatio capellule in oppido Gandensi in honore sancti Iohannis baptiste, sancti Bavonis sanctique Vedasti a Transmaro Noviomagensi episcopo[7], et ille locus capellule[h] inter Scaldam et Legiam fluvios nuncupabatur Herehem. Nam homines Sancti Bavonis de

*) *Manus saec. XIV. add. in marg. infer. f.* 98': 1211. apud Flandriam in villa que dicitur Brugis fuit in quadam feria secunda tam multorum occisio hominum per seditionem, quod illa dies usque hodie vocatur Rubea dies Lune.

Et in marg. super. f. 101: Anno Domini 1206. obiit Guido Remensis archiepiscopus in Gandavo et ibidem in monasterio Sancti Bavonis ante maius altare in choro sepelitur. De quo refertur, quod odiosus fuerat Remensibus; unde audita eius morte vehementer letati sunt et hos versus inde dixisse memorantur:

Grandis Gandavo debetur honor, quia Bavo
Sanctus prostravit illum, quem nullus amavit.

**) *Manus saec. XIV. add. in marg. superiore:* Nota:

608. Sexcentis annis[i] post Christum bisque[k] quaternis
Ecclesiam Gande fundasti, presul Amande,
Castro Gandavo, requiescit nunc ubi Bavo.

a) Ph. *c.* b) *superior paginae pars vacua relicta est.* c) *superscr. Th., postquam antea in margine locum asterisco signavit et* quis *adnotavit.* d) *sequentia scripsit Th. in pagina vacua relicta.* e) *sequentia usque* decebat *add. Th. alio atramento et alio litterarum ductu.* f) *superscr. Th.* g) fundata — apostoli *in ras. c.* h) *in ras. c.* i) S. a. *in ras. c.* k) que q. *in ras. c.*

1) IV. imperator. 2) Iuttam. 3) Wencezlao. 4) Elisabetha. 5) Ottonis. 6) Cf. Ann. Gand., SS. II, p. 185. 7) Scripsit haec secundum chartam Transmari a. 941. Blandinio monasterio datam. Edidit Van Lokeren, 'Chartes de l'abbaye de St.-Pierre au mont Blandin à Gand' (1869) I, p. 21.

villa Gandensi in Herehem transmigrantes, portum[a] ibidem statuerunt, quia abbatia Sancti Bavonis et villa Gandensis fuit desolata suo defensore[b], scilicet castello Gandensi, quod constructum fuit ab imperatoribus Romanorum in fisco Sancti Bavonis ad defendendum monasterium et villam Gandensem et in divisione imperii et regni Francorum; quod castellum capuit quidam miles nomine Lambertus, qui propter hoc a comite Arnulpho hereditarie factus est primus castellanus. Arnulphus comes in Herehem portum statuit locumque ecclesie sancti Petri in Blandinio assignavit cum censu et naulo et omni decima[1]. Computata incarnatione Domini, predicta ecclesia sancti Bavonis antiquior est prime capelle sancti Iohannis baptiste in oppido Gandensi in trecentis et triginta[c] tribus[d] annis, et in hoc nullus legentium ambiget, quia potest hodierna die monstrari per bona privilegia[2] summorum[e] pontificum[f] et comitum[f] Flandrie. Prima fundatio ecclesie sancti Bavonis antiquior est Lidrico primo comiti Flandrie in centum et[g] octoginta quatuor annis.

8. De origine castri Gandensis et oppidi, quod situm est infra Scaldam et Legiam fluvios, et de iniuria monasterio Sancti Bavonis illata. f. 112

Otto[3] imperator de Scaldi fossatum[h] ante pontem Sancti Iacobi usque in mare extensum a nomine suo Ottingam vocavit, quo regni Francorum et imperii orientalium fines determinavit. Ante Ottonem castellum, quod ad ripas Leie situm est, non reges Francie, non comites Flandrie, sed imperatores in libera Sancti Bavonis possessione propter divisionem regni et imperii statuerunt; de quo censum 5 solidorum Sancto Bavoni longo tempore comites solverunt et[i] nunc solvunt. Huic castello non castellani, sed comites prefuerunt; quibus quatuor ville cum appendiciis suis, scilicet Hasnethe, Bocholt, Axla, Hulsta[4], cum tota Wasia[5] subiecte fuerunt. Quidam horum comitum Wicmannus[k] nomine uxorem suam Lietgardem morti vicinam[l] ad oraculum sancti Petri sanctique Bavonis deduxit, eamque statim fatis urgentibus mors abstulit. Pro cuius anima non sane sollicitus villam Thesselam, [que[m] nunc dicitur Desselberghe], Sancto Bavoni abstulit et Sancto Petro tradidit.[6] Non tamen castellum ad spoliationem ecclesie, sed ad defensionem structum fuit. Quo modo idem castellum de potestate imperiali in manus comitum redactum est, eminens dirute munitionis cumulus secus villam Bochold indicat memoriamque huius rei posteris representat. Hanc munitionem comes Flandrie ad vastanda imperialia et capiendum castellum militum custodie commiserat, qui crebra per *densissimam silvam irruptione castellum casso labore fatigabant; cumque impensus periret labor, comes, coacto in unum exercitu in loco quem Herehem novimus, ubi necdum habitatio erat hominum, erectis lodiis fixisque tentoriis[n], longo tempore obsedit castellum. In sancto sabbato pasche petente exercitu discessum et ad sua reditum, monuit comes, ut prius contra oppidanos non segnem facerent impetum. Quo facto, oppidani, consciso in particulas dimidio bacone, quem solum nec quicquam amplius in cibo habebant, fedabant scuta pugnantium. Que res exanimavit comitem, eo quod eos habundare cibariis nec capi posse nisi per famem estimaret. Itaque, incensis lodiis, discessum est. Quidam Lambertus aliis festinantibus se subtrahens sepiusque respiciens, vidit de suburbio castelli mulierculam cum vase hauritorio ad Leiam descendere. Concitato equo reverti volentem preripuit, diligenter quid ageretur in oppido sciscitatus[o]. Cumque perterrita diu hereret, promisso ei tandem pretio, confessa est, nec unius diei cibum eis superfuisse. Munerata mox muliere, comitem subsequitur, adiunctisque suis fautoribus, postulat comitem, quod nec habuit nec forte habiturus erat. Conclamantibus aliis, id facile et sine dampno posse[p] dari quod nec haberetur nec posset haberi, assensum comes prebuit. Igitur Lambertus[q] castellum nondum captum sibi et posteris hereditario iure sub hac conditione postulavit, quatinus castelli suo labore adquisiti comes esset et

962. — *f. 112'

a) p. i. st. *superscr. Th.* b) ore *in ras. c.* c) tri *in ras. c.* d) *in ras. c.* e) orum *in ras. c.* f) um *in ras. c.* g) et octo *in ras. c.* h) scaldifossatū *corr.* scaldi fossato *(o rubro colore) c.* i) et n. s. *in marg. supplevit scriba.* k) Wiemannus *corr.* Wicmannus *c.* l) vicina *corr.* vicinam *c.* m) *addit in marg. man. saec. XIV.* n) tēptoriis *corr. rad.* tetoriis *c.* o) scitatus *corr.* sciscitatus *Th.* p) p. d. *in ras. c.* q) a *in ras. c*

1) Cf. chartam Arnulphi d. 8. Iulii a. 942. datam, ap. Van Lokeren, l. l. p. 24. 2) Vetustissimum privilegium S. Bavonis, quod Van Lokeren ('Hist. de l'abbaye de St.-Bavon' II, p. 1) affert, est spurium Ludovici imperatoris a. 819, April. 13; edid. Serrure, 'Cart. de St.-Bavon' p. 2. Cf. Sickel, Regesta Karolinorum II, p. 123 et 318. 3) De sequentibus fusius disputaverunt Diericx, 'Mémoires de la ville de Gand' p. 14; Hirsch, 'Heinrich II', I, p. 507 sqq. ('Reichsflandern und die deutsche Burg von Gent'). 4) Assenede, Bouchout, Axel, Hulst. 5) Waes terra. 6) Chartam huic narrationi subiecit infra p. 564.

*f. 113. dominus, *ipse vero procurator et castellanus. Ordinata itaque lege et que deinceps inter eos tenenda esset iusticia, castellum necdum habitum comes tribuit, Lambertus suscepit. Hec castellania per totam Flandriam sola tunc fuit hereditaria. Lambertus[a], petitis et acceptis quibusdam militibus, tubisque quasi ad pugnam interciso sonitu clangentibus, revertitur. Lodias instaurat, armat in pugnam milites, insultationes magnificat suisque gestibus comitem redisse[b] et adesse insimulat. Oppidani capti fame nec ullum sperantes subsidium, maxime timore comitis quem reversum arbitrabantur perterriti, accepta pace et libertate egrediendi, castellum reddiderunt. Comes castello potitus, abbatiam Sancti Bavonis plurimum attenuavit. Nam homines Sancti Bavonis de villa Gandensi in Herehem transmigrant[c], et[d] comes Arnulphus portum ibi statuit locumque ecclesie sancti Petri in[e] Blandinio assignavit[1]. Taceo de silva Mereholt, quam sibi porcariam fecit; taceo de Loe, de Iuete, de Tesseldunc[f], de Torensele[g], de Sprinchedunc; quas villas castello adiecit hominesque vectigales fecit. Capta urbe, et abbatia Sancti Bavonis suis tutoribus desolata, abbates tam ex suis quam ab extraneis hominibus tribulationes et angustias id genus miseriarum sepe diuque perpessi sunt.

962. *Wicmannus[2] comes universis salutem* et cetera. *Trado monasterio Sancti Petri in Blandinio villam Thessela*, que nunc dicitur Desselbergine, *cum silva, aqua et omnibus appendiciis* *f. 113'. *pro remedio anime coniugis mee Lietgardis. Signo meo signavi cum signo *Arnulphi marchisi[h] Flandrie, patris Lietgardis comitisse supradicte. Actum anno Domini* 962, *Lotarii regis anno* 13, *anno Womari abbatis in Blandinio* 9.

964 Lotharius rex confirmavit Wicmanni donationem[3], quam Wicmannus abstulit monasterio Sancti Bavonis.

942. *Arnulphus marchisus Flandrie monasterio Sancti Petri in castro Gandavo, quod Blandinium vocitatum est*, sito[4] in pago Curtracinse vel Listrigaugense, *salutem* et cetera. Quod monasterium sanctus Amandus reliquiis beati Petri multorumque sanctorum, quas a Roma secundo rediens secum detulit, (Lib. trad. 95.) sollempniter nobilitavit et monasterium Sancti Petri Sanctique Bavonis[5] reliquiis et privilegiis honoravit, que privilegia et reliquias Martinus papa concessit monasteriis antedictis precibus sancti Amandi tempore Dagoberti regis Francorum, tunc sancto Eligio episcopo Noviomacum[i] et Tornacum presidente. Sanctus Amandus obiit anno[k] ab incarnatione Domini 661[l], anno etatis sue 90. Arnulphus marchisus contulit monachis Sancti Petri in Blandinio censum, qui accipitur de mansionibus que site sunt in portu Gandavo a flumine Scaldi usque ad decursum Legie fluminis, et decimam, quam pro remedio animarum suarum Deo exsolvere debent in ipso commanentes portu. Naulum quoque, quod a pretereuntibus exigitur, supradicto monasterio concessit et floralia prati que adiacent ipsi portui, illorum cedit potestati. Cetera omnia, que in cartha Ainardi abbatis scripta habentur, reddidit. Item [ut[m]] abbatem preponant sibi, cuius hortatu atque regimine animati, terrena postponentes, *f. 114. celestia studeant meditari, et cetera que secuntur in *privilegio. *Actum Blandiniensi cenobio anno incarnati verbi nongentesimo trigesimo nono*[6], *octavo Yduum Iuliarum, regnante Ludovico anno sexto, filio regis Karoli reclusi* monachi.

941. *Transmarus*[7] *Noviomagensis*[n] *antistes salutem* et cetera. *Precibus Arnulphi marchisi et Gerardi abbatis corroboravi monasterio Sancti Petri in Blandinio mansioniles omnes in portu Gandensi cum censu earum et cum omni decima, naulum etiam quod a pretereuntibus exigitur. Capellam insuper, que in eodem portu constructa nuper populo fuerat, prefati cenobii abbate Gerardo rogante, dedicavi* 17. *Kal. Mayi in honore sancti Iohannis baptiste et sanctorum confessorum Vedasti et Bavonis, remota ab altario eiusdem capelle omni redemptione et respectu tam nostro quam successorum nostrorum, ut perpetua libertate ad Blandinium respiceret sine ulla successorum nostrorum usurpatione. Omnem etiam terram a portu Gandensi, que adiacet inter decursus duorum fluminum Legie et Scaldis, usque ad Seuringhahem*[o] *et Langaraca et exinde in directum usque Legiam*, et multa alia que continentur in privilegio. *Actum dominice incarnationis nongentesimo quadragesimo primo.*

a) a *in ras. c.* b) *supplet in marg. Th.* c) ant *in ras. c.* d) e. c. A. *superscr. c.* e) i. B. *superscr. c.* f) Hesseldunc *corr.* Tesseldunc *c.* g) Hornsele *corr.* Torensele *c.* h) machisi *corr.* marchisi *c.* i) vio *in ras. c.* k) a. a. i. D. *in ras. c.* l) DC *in marg. ad finem lineae manu scribae;* LXI *initio sequentis lineae in textu.* m) *superscr. m. s. XIV.* n) Nomo. *corr.* Novio. *c.* o) Seeverghem *Charta, cui* et Lang. *desunt. Sed cf. confirmationem Henrici p.* 84.

1) Haec iam supra p. 563 lin. 1. et 6. leguntur. 2) Chartam integram d. 18. Oct. datam praebet Van Lokeren, 'Chartes de l'abbaye de St.-Pierre' I, p. 35 sq. 3) d. 22. Febr. 964, ap. Van Lokeren p. 36 sq. 4) Haec ex diplomate Ottonis II. d. 28. Febr. 977. dato (Van Lokeren p. 47.) addita sunt. 5) Nota, quod noster narrationi ex Libro traditionum S. Petri Blandiniensis sumtae, ubi de hoc monasterio tantum agitur, nomen coenobii S. Bavonis adiecit. 6) Ita etiam Lib. trad.; sed secundum Van Lokeren p. 24. in originali rectius *a.* 942. legitur. 7) Ap. Van Lokeren p. 21 sq.

Henricus[1] *rex* et cetera. *Notum sit universis, quod precibus Balduini* Insulani[a] *marchisi Flandrie et Adele coniugis, videlicet*[b] *mea sorore existente, confirmavi et corroboravi* donationem Arnulphi marchisi et Transmari episcopi de oppido Gandensi antedicti. *Datum anno verbi incarnati* 1038, *anno septimo regni regis Henrici.*

Hiis scriptis superius diligenter perlectis, perspicietis originem oppidi Gandensis, quod situm est infra Scaldam et Legiam.

9. De situ monasterii Sancti Bavonis, et a quibus originem duxit; item qui monasterium et bona ipsius privilegiaverunt et confirmaverunt; item de abbatibus loci predicti.

Est[2] locus in occiduis ab Auctore mundi constitutus partibus, quem egregii[c] precurrunt amnes gemini[d], squamigero referti[e] agmine semper, et constat nobiliter antiquitus Gandavum castrum vocitatus. Et hinc quidem a climate orientali fluvius Scaldis nomine, illinc vero ab occidentali alius Legia dictus flexuoso[f] Meandro nobilem manationis sue dirigunt cursum. In quo loco construxit Gayus Iulius castrum ante nativitatem Domini anno 47. ibidem ad hyemandum et in estate contra Cassibellanum regem Britannie bellandum[3], que[g] nunc Anglia nuncupatur, et constat nobile castrum a Gayo nobili nomine Ganda nuncupatum. De Gayo Iulio lege superius de constructione urbis Romane. Hunc ergo locum dilectus Deo et hominibus presul olim adiens Amandus tempore, quo gloriosus rex Dagobertus honeste agebat in sceptris, cenobium inibi construxit Legie valle, ubi vetustissimum fanum fuit; in quo ex antiquorum more gentilium et ab stulto rusticorum populo Mercurius colebatur. Contrivit[h] ergo idolum, subvertit aram, succidit lucos atque, ut prelibavimus, ubi fanum destruxit, ibi cenobium construxit, quod secundum loci vocabulum Gandavum[i] appellavit; ubi etiam suis salubribus monitis ferocis populi animum exsuperavit. *Ceptum est autem hoc opus ab anno dominice incarnationis sexcentesimo octavo[k], indictione undecima[l], Foce imperatoris Romanorum anno quinto, et prefati regis Dagoberti anno[m] duodecimo[n], pontificante sedem Romane ecclesie papa Martino, Aicharii[o] episcopi Noviomensis anno[p] quinto[q]. Quod perfectum dedicavit in honore sancti Petri apostolorum principis Ydibus[r] mensis Novembris, insertis ibidem reliquiis eiusdem principis apostolorum doctorisque gentium Pauli sanctorumque apostolorum Philippi et Iacobi aliorumque sanctorum pigneribus, que a Martino papa impetraverat. In quo primum clericorum, deinde post aliquantum temporis, Deo favente, monachorum aggregavit catervam, quibus prefecit abbatem Florbertum, virtutum ornamentis floridum, tum tocius bonitatis honestate preclarum. Nam[4] ipsius pape apostolica auctoritate non solum episcopis et comitibus, verum[s] etiam[t] cunctis tocius regni inhibitum erat primatibus, ut non quasi libera utentes potestate ullam ab[u] externis illius loci caterve personam presumant subrogare, nisi quem inibi Deo servientes et in unum concordantes de propriis fratribus secundum Deum spontanea elegerint voluntate[v]. His auditis, indolis Christi confessor Bavo[5], qui tunc sub laicali habitu gestiebat totis nisibus famulari Domino, superno respectu animatus, perrexit ad monasterium intrepidus; quod tunc agnis Christi presul post diram Hunorum infestationem restauravit Amandus. Cuius cor cernens almus Domini pontifex dignatione Domini visitatum, sacra eum *benedictione insignitum totundit gregique monachorum consociavit. Isdem vero sanctus Bavo feliciter pio inflammatus desiderio, sanctum petiit Amandum, ut ei concederet[w] loca lustrare[x] sanctorum, quo in Christi obsequio religiosorum roboratus virorum exemplo, ardentius atque attensius[y] famularetur Domino. Lustratis enim multorum cenobiis sanctorum, repedavit Christo duce Gandavum, scilicet ad monasterium, in quo venerandus pontifex Amandus abbatem constituerat, ut prelibavimus, Florbertum virum strenuuissimum. Qui denique ipsius precatu, videlicet[z] sancti Bavonis Christi confessoris, adhibitis secum quos regebat fratribus, cellam inibi, que usque in hodiernum diem cernere cupientibus, licet post plurimas eversiones innovata, enucleate patet, iuxta chorum Deo servientium reverenter construxit. In qua sacer Christi tyrunculus trium annorum spatio preter quadraginta dies contra hostem cruentum viriliter pugnaturus mansit, pro Christi amore retrusus. Nam certissimum tenemus, hoc esse primum et capitale omnium[a] cenobiorum ab eodem sancto patre nostro Amando ubicumque fundatorum. Sed ne quis forte spiritu erroris seductus sermonem nostrum a

a) *superscr. Th.* b) b. *c.* c) egregie *corr.* egregii *c.* d) gemine *corr.* gemini *c.* e) referte *corr.* referti *c.* f) *e corr. c.* g) ꝗ *c.* h) Contrinit *corr.* Contrivit *c.* i) Blandinium *Lib. trad.* k) octavo — quinto et *in ras. Th.*, 610 *Lib. trad.* l) prima *Lib. trad.* m) a. d. *in ras. Th.* n) 14 *Lib. trad.* o) A—arii *in ras. Th.* p) a. q *in ras. Th.* q) septimo *Lib. trad.* r) Y. m. N. *in ras. Th.*; *des. Lib. trad.* s) verū *corr. rad.* veru *c.* t) *in ras. Th* u) *superscr. c.*; externis *in ras. Th.* v) voluntatē *corr.* voluntate *c.* w) concedereret *c.* x) re *in ras. Th.* y) *ita c.* z) e *corr. c.* a) *in ras. Th*

1) Ap. Van Lokeren p. 83 sqq. Cf. quae de anno adnotavit p. 85 n. 1. 2) Haec desumsit auctor ex carmine quod legebat in codice saec. XI, iam universitatis Gandavensis nr. 210, de quo cf. 'Arch.' VIII, p. 551. Incipit: *Est locus occiduis qui Ganda vocatur in horis.* 3) Haec iam supra c. 4, p. 560. 4) Haec fortasse ex privilegio spurio, cuius fragmentum infra p. 566. servatum est, sumta sunt. 5) Exscripsit noster Vitam Bavonis auctore anonymo, quam edidit Mabillon, AA. SS. II, p. 395 sqq. Narrationem breviorem reddens, verba paullulum mutat, sed sensum presso pede sequitur.

vero existimet deviare, sciat, nos orthodoxorum atque in celis cum Christo regnantium inniti testimoniis patrum, quibus nulli derogare fas est christianorum; que etiam nunc oportune et competenter possent inseri, nisi sermo ab ordine suo vitaret deduci. Respondent quoque hic magna auctoritate roborata et *prisca et moderna Romanorum testamenta pontificum et christianorum decreta augustorum. Fixa ergo tam idoneo tantarum personarum testimonio sententia de loco prefato, et omni mundo pene in id ipsum consentiente, que adhuc restant explicentur[a]. Beatus igitur Amandus, omnibus rite ordinatis alibi divino flagrans amore migraturus, famulum Dei, virum strennuissimum Florbertum, ut superius dictum est, monachorum gregi pastorem prefecit atque abbatem. Qui strennue sancti propositi normam incedens, quod subditos verbo docuit, ipse prior exemplo monstravit. Qui sexcentesimo quadragesimo secundo anno dominice incarnationis, octavo Ydus[b] Octobris, humanis rebus exemptus, ad superos, ut credimus, est[c] evectus atque in monasterio eodem ante altare sancti Petri apostolorum principis, quod adhuc scire desiderantibus prout monstrari poterit a fratribus, testante sculpti marmoris titulo, tumulatus. . . . .[d]. *Facta est*[1] *autem firma huius carte traditio*[e] 8. *Kal. Martii, anno ab incarnatione domini nostri Ihesu Christi* 648, *regnante Sigeberto rege Francorum, qui successerat in regno glorioso regi*[a] *Dagoberto, et Romani culminis sedem licet inmerito me*[f] *Eugenio papa*[g] *primo gradu post beatum papam Martinum pontificante*[a], *qui hanc traditionem apostolica auctoritate confirmavi, rogatus ab abbate Adalberto*[h], *successore domini et sepe prefati viri abbatis Florberti, ceterisque fratribus de monasterio Sancti Petri Sanctique Bavonis, quod est situm in castro famoso nomine* **Gandavum nuncupato. Sed ut hec auctoritas inconvulsa permaneat et pleniorem in Dei nomine vigorem optineat, simulque a sancte Dei ecclesie fidelibus tam presentibus quamque futuris*[a] *et verius credatur et diligentius observetur, donec seculi huius meta terminetur, universo Romane sedis clero pari devotione optante et consentiente, manu propria corroboravi eamque sepe prefato loco confirmandum transmisi. Signum mei*[i] *Eugenii pape, qui eundem assertionem feci. Signum Sigeberti regis Francorum.*

10. De sepultura Florberti primi pastoris monasteriorum Sancti Petri in monte Blandinio et Sancti Petri Sanctique Bavonis in Gandavo.

Dicunt viri religiosi monachi Sancti Petri in monte Blandinio[2], quod Florbertum primum pastorem Gandensis cenobii a sancto Amando constitutum habent secum in feretro canonizatum, et celebrant de eo, sicut decet de confessore. Viri religiosi monachi Sancti Bavonis Gandensis dicunt et affirmant tali intersigno quod sequetur, quod Florbertum primum pastorem Gandensis cenobii habent fossatum, et celebrant officium pro Florberto, sicuti fit pro fidelibus defunctis. Contigit[3] circa annos incarnationis Domini mille ducentos quinquaginta et octo, quod abbas Theodricus Sancti Bavonis, vir religiosus, bene litteratus et honestus, compatiens, quod Florbertus sepe dictus iacens sub pedibus omnium transeuntium ante locum, ubi solet aqua benedicta recipi, qui locus primitus fuit ante magnum altare sancti Petri, matutinis dictis fecit aperiri sepulcrum *Florberti et sub capite eius invenit album lapidem marmoreum, habens insculptum hec verba: *Hic requiescit Florbertus abbas Gandensis cenobii. Obiit* 8. *Ydus Octobris.* Qui lapis[4] est[k] positus in muro, ubi ossa Florberti subtus sunt condita. Presentes fuerunt conventus Sancti Bavonis et Hugo de Hoestborch, prior tunc Sancti Petri in monte Blandinio, cum suis sociis tribus; qui[a] Hugo cum suis sociis tunc moram et habitationem habuit in monasterio Sancti Bavonis causa[l] dispersionis.

11. Florberto primo pastore mortuo, successit abbas Adalbertus[m].

Mortuo Adalberto[m], successit Fulco[n] abbas.

Heinardus[5] abbas [15.[o]] rexit ecclesiam sancti Bavonis, qui fuit tempore Karoli Magni et tempore Lidrici, qui fuit primus forestarius et regnavit primitus in Flandria nomine anno ab incarnatione Domini 792. Tempore Karoli Calvi imperatoris comitatus Flandrie exordium habuit. Fuerunt ante forestarii sub rege Francie. Lege superius in capitulo[6] Karoli imperatoris. Heinardus

a) *e corr. c.* b) Ydu⁹ *c.* c) *ante est rasura trium fere vocabulorum.* d) caret *adnotavit in marg. man. s. XIV; hic quaedam excidisse apparet.* e) carttraditio *corr. ut editum Th.* f) m̄ *c.* g) pape *c.* h) *in ras. Th.* i) *ita c.* k) *superscr. Th.* l) causam *corr.* causa *c.* m) *in ras. Th.* n) F. a. *in ras. Th.* o) *superscr. man. s. XIV.*

1) Quid hoc fragmentum privilegii nimirum spurii sibi velit, nescio; v. supra p. 565 n. 4. 2) Cf. Titulum Floreberti saec. XI. conscriptum, quem edidit Vande Putte, Annales S. Petri Blandiniensis p. 26 sq. 3) Cf. Ann. Gand., SS. II, p. 191. 4) 'Cette pierre se trouve maintenant aux archives de St.-Bavon.' Vande Putte, l. l. p. 176. 5) i. e. Einhardus. 6) Est ex Martino descriptum et nil praebet novi.

abbas concessit licentiam Lidrico primo forestario Flandrie et Audacro venandi in silva Sancti Bavonis que Heimarsttrist nuncupatur, sub conditione, ut de omni venatione sua darent abbati decimum cervum vel bestiam. Heinardus abbas postulavit Ludovico imperatori augusto, cuius genitor fuit Karolus Magnus imperator[a] Romanorum, pro firmitatis namque studio privilegia renovare, ut paterne auctoritati firmitatis gratia[a] suam superadderet firmitatem de monasterio quod dicitur Ganda, quod situm est in pago Brachbatense, constructum in honore sancti Petri; *ubi sanctus Bavo corpore requiescit; quem Bavonem sanctus Eligius elevavit. Privilegia data[1] [indictione 12.[b]], anno imperii sexto, in palacio Aquisgrani. (*f. 117'.)

Karolus [Calvus[b]] rex contulit[2] privilegia ecclesie sancti Bavonis [anno[b] Domini 865] tempore, quo Reinelmus[c] prefuit ecclesie Noviomensi[d] et Tornacensi[e] necnon fidelis suus Adelelmus comes, qui largitu suo rector [factus[b] est] monasterii Sancti Petri Sanctique Bavonis [super[f] fluvium siti], quod antiquitus vocatum extitit Ganda. Innotuerunt monachi Karolo, a suo genitore Ludovico glorioso imperatore ceterorumque suorum predecessorum confirmationis habuisse precepta, sed nimia infestatione paganorum nostrisque prepedientibus peccatis ea deperisse igniqne cremata fuisse, data anno regni 25.

Lotharius rex, cuius mater Gerbergha, uxor eius Emma, contulit[3] privilegia ecclesie sancti Bavonis et confirmationes multorum bonorum suorum tempore et precibus comitis Flandrie Arnulphi[g] Magni, qui fuit consanguineus[h] Lotharii[i], data regnante Lothario anno 12, tertio Nonas Mayi, [anno[k] Domini 967]. Hec privilegia impetravit abbas Womarus[l]. Obiit 6.[m] Kal. Septembris[n].

Otvinus abbas [24.[b]] anno Domini [982[o]] rexit ecclesiam sancti Bavonis, Benedicto tercio[4] papante, Lothario[5] Romanis imperante. Obiit[p] Ottvinus 16. Kal. Iulii.

Anno dominice incarnationis nongentesimo quadragesimo[6] sanctus[q] Bavo transfertur de castro Lauduno ad[r] Nielam[7] et de Niela ad arcem opidi sui Nestiriopoli[s], quia monasterium suum in desertum redactum fuit.

Sanctus Bavo a Gherardo abbate cum paucis monachis, qui tunc erant apud Gandavum, refertur. Gherardus abbas obiit anno dominice *incarnationis 959, indictione secunda, concurrente 5, epacte 10, feria secunda. (*f. 118)

(Chron. Norm.) Tempore quo incepit pestis et desolatio Frantie et tocius patrie a Normannis, qui primitus venerunt de Norwegia, ubi Ghoti, Huni et Dani commorabantur, sunt anni a nativitate Domini 833, regnante Ludovico augusto, Karoli Magni filio. Circa annos Domini 895. Karolus Simplex concilio Francorum et proborum tradidit Rotloni principi Normannorum Neustriam causa pacis et ut de regno suo abiret; quam Neustriam Normanniam nuncupaverunt, eo quod de Norwegia egressi fuerunt.

Anno Domini 976. abbas [22.[b]] Womarus impetravit privilegia bona et confirmationes[8] ecclesie sancti Bavonis a primo[9] Ottone imperatore augusto. Otto imperator precibus abbatis Womari et monachorum cambivit eis villam de Holthem et Felthem cum appendiciis pro Nortrewic et Ydenghem erga quendam militem, cuius Holthem et Felthem primo fuit. Privilegium super hoc datum a primo Ottone anno a nativitate Domini 976[10], vivente venerabili Arnulpho, [cuius[b] avus fuit Arnulphus Magnus], marchiso Flandrie, anno regni Ottonis 15, imperii nono. Non fit officium pro Womaro abbate. Sepulturam eius ignoro. Obiit[t] 6. Kal. Septembris.

Adelardus[u] [33.[b]] abbas Sancti Bavonis rexit ecclesiam tempore quo prefuit Rabbodus ecclesie Noviomensi[v] et Tornacensi[w], qui contulit privilegia ecclesie predicte anno a nativitate Domini 994[11]. Adelardus[u] obiit 6. Nonas Martii. Sepultus est in anteriori choro versus[x] conventum [anno[y] 1099].

a) *e corr. c.* b) *superscr. m. s. XIV.* c) *partim e corr. c.* d) Noviomensiū *corr. rad.* Noviomensi *c.* e) Tornacensiū *corr. rad.* Tornacensi *c.* f) *superscr. m. saec. XIV.; post* fluvium *vox erasa est.* g) A. M. q. f. *in ras. Th.* h) us *in ras. Th.* i) Lotarii *corr.* Lotharii *c.* k) *superscr. m. s. XIV.* l) *in ras. c.* m) *corr. ut videtur ex* VIII *Th.* n) Martis *corr.* Septembris *Th.* o) *ultimum* c *in ras.;* LXXXII *superscr. m. s. XIV.* p) O. O. XVI. K. I. *in ras. Th.* q) *ante* sanctus *vox erasa* (primum?). r) a. N. e. d. N. *supplet scriba in marg.* s) *supplet scriba in marg.* t) O. VI. K. S. *add. Th. in loco vacuo relicto.* u) Alardus *corr.* Adelardus *Th.* v) Noviomensis *corr. rad.* Noviomensi *c.* w) Tornacensis *corr. rad.* Tornacensi *c.* x) *partim e corr. man. saec. XV.* y) *add. manus saec. XV.*

1) Intelligit diploma spurium (a. 819, April. 13.) supra p. 563 n. 2. laudatum. 2) Ap. Miraeum, Op. dipl. I, p. 26; Serrure p. 3. 3) Ap. Miraeum I, p. 46; Serrure p. 6. 4) Septimo potius. 5) Error apertus. 6) *a.* 939. Ann. Gand., SS. II, p. 188. 7) Nivelle ad fl. Lys. 8) Stumpf nr. 617 (a. 974, Ian. 21); nr. 691, 692, 694, 697 (a. 977, Ian. 18. 19. Febr. 28. Mart. 23). 9) Secundo potius. 10) Immo a. 974. 11) *a.* 1096. corrigendum videtur; v. Rabbodi chartam ap. Serrure p. 22.

f. 118'. Heremboldus abbas [25.[a]] loci sepe dicti rexit ecclesiam predictam viginti annis [et[b] reliquias sancti Livini de Holthem secum apportavit ad Sanctum Bavonem anno 1007]. (cf. Ann. Gand.) Tempore suo venit apud Sanctum Bavonem beatus Macharius vivus. [Qui[a] obiit anno 1012]. Tempore Eremboldi Henricus primus[1], qui imperavit annis [12[c][2]], contulit privilegia ecclesie predicte, data anno dominice incarnationis 1003. Aquisgranis[3]. Eremboldus sepultus in cripta ante altare sancti Andree in eminenti tumba. Obiit nono Kal. Augusti anno[d] 1017.

Folbertus abbas [29.[a]] rexit ecclesiam sancti Bavonis anno a nativitate Domini 1039. Sepultus est ante basilicam sancti Benedicti. Obiit 7. Ydus Martii anno[e] Domini 1066.

Rumoldus abbas [28.[a]] rexit monasterium Sancti Bavonis. Cuius tempore Henricus, qui dicitur filius Conradi, contulit privilegia monasterio predicto anno Domini 1040[f][4]. Non fit officium pro eo, et ignoramus sepulturam, sicuti est de aliquibus abbatibus prescriptis et subsequentibus, quia credimus, quod sit causa de aliquibus propter destructionem monasterii vel propter nova edificia vel quia dimissi a regimine abbatie.

Wlfricus[g] abbas [34.[a]] ecclesie sepe dicte. Cuius tempore Karolus comes Flandrie contulit[5] bona privilegia super advocatia[h], anno Domini 1122, anno tercio Karoli comitis, Kalixto Rome papante. Anno a nativitate Domini 1099. Wlfricus abbas fuit[i] ordinatus. Item Wlfricus fuit tempore, quo Symon episcopus prefuit Noviomensibus ac Tornacensibus [qui[a] contulit privilegium de altari de Waterloes[6]]. Item fuit tempore Wlfrici, quo Lambertus prefuit Noviomensibus ac Tornacensibus [qui[a] contulit privilegia octo altarium[7]]. Item fuit tempore Wlfrici, quo Baldricus [qui[a] contulit privilegia altarium[8]] *f. 119 episcopus prefuit Noviomensibus ac Tornacensibus*. Wlfricus sepultus sub lapide proximo Everdei abbatis. Obiit 11. Kal. Iulii.**

Everdeius [35.[a] abbas] primus rexit ecclesiam anno dominice incarnationis 1131[k], tempore Theoderici comitis Flandrie. Sepultus in [cripta[l] iuxta Wlfricum ex parte gastrie]. Obiit 4. Ydus Martii.

Betto [36.[a]] abbas monasterii sepe dicti fuit ordinatus anno Domini 1151. Cuius tempore Geraldus[m] Tornacensis episcopus contulit confirmationes et privilegia ecclesie ante dicte anno Domini 1159[9]. Item Alexander papa tempore Bettonis confirmavit per bona privilegia 24 altaria cum decimis et appendiciis in personatu sancti Bavonis existentia et cum toto claustro predicti cenobii[10]. Item Philippus comes Flandrie, filius Theoderici comitis, contulit privilegia ecclesie sepe dicte tempore Bettonis anno Domini 1167[11]. Betto sepultus in cripta ante altare sancte Marie. Obiit tertio Nonas Novembris.

Wicmannus [32.[a]] abbas Sancti Bavonis anno[n] Domini 1076. Cuius tempore fuit Robertus senior comes Flandrie; cuius filius fuit strennuus miles Robertus in expeditione Iherusalem.

Willelmus abbas [37.[a]] Sancti Bavonis. Cuius tempore Philippus comes Flandrie et Wiromandie, Gallice Vermendois. Cuius Philippi uxor[o] fuit Mathildis regina. Contulit privilegia ecclesie sancti Bavonis anno Domini 1170[12]. Item predictus Philippus renovavit bona privilegia anno Domini 1190.[13] tempore Willelmi abbatis. Willelmus sepultus in cripta sancte Marie iuxta Wlfricum. Obiit 18. Kal. Decembris.***

*) *Sequuntur verba:* Item fuit Wlfrici tempore, quo Gheraldus prefuit solummodo Tornacensibus, a quo Wlfricus predictus bonas confirmationes ab ipso (!) impetravit, *quae recte post del., cum G. demum a.* 1149. *episcopus electus sit. Vid. lin.* 28.

**) *Man. saec. XV. addit in marg. super.:* Fulgentius primus abbas Affligensis obiit anno 1122.[14] pridie Nonas Iulii.

***) *Man. saec. XIV. addit in marg. infer.:* Nota, quod societas inter monasterium Sancti Bavonis et monasterium Eyhamense[15] confecta est per Willelmum abbatem Sancti Bavonis et Lambertum abbatem Eyamensem. Qui Lambertus prius existens bonus prior Sancti Bavonis Gandensis, postmodum promotus fuerat in abbatem Eyamensem.

a) *superscr. m. s. XIV.* b) et — MVII. *in marg. m. s. XIV.* c) *superscr. in ras. m. s. XIV.* d) a. MXVII. *add. in loco vacuo relicto Th.* e) a. D. MLXVI. *add. in loco vac. rel. Th.* f) *post* XL *numerus erasus.* g) videlicet (vel?) Sygerus *add. Th. in marg., quibus verbis quid sibi velit, nescio.* h) *e corr. c.* i) *in ras. c.* k) XXXII *corr. rad.* XXXI *c.* l) *in ras. manu saec. XV.* m) *in ras. Th.* n) a. D. MLXXVI. *add. Th. in marg.* o) *superscr Th.*

1) Secundus. 2) Decem nimirum. 3) Stumpf nr. 1343. 4) Stumpf nr. 2183. 5) Serrure p. 27. 6) a. 1123. Cf. Miraeum IV, p. 357; Serrure p. 30. 7) a. 1121. Cf. Miraeum IV, p. 354; Serrure p. 26. 8) a. 1105, Serrure p. 23. 9) Serrure p. 45. 10) a. 1170, ibid. p. 52. 11) Ibid. p. 47. 12) Ibid. p. 53. 13) Ibid. p. 69. 14) *a.* 1120. secundum Auct. Afflig., SS. VI, p. 400. 15) Eenham prope Audenaarde.

Everdeius secundus monasterii Sancti Bavonis [38.[a]] abbas. Tempore suo Henricus sextus imperator Romanorum contulit privilegia monasterio ante nominato, data anno Domini 1193[1]. Tunc prefuit Stephanus[b] ecclesie Tornacensi. Item[2] tempore Wlfrici[b] abbatis Balduinus comes Flandrie dictus[b] Apkin[b], Roberti et Clementie filius, renovavit[3] privilegia de Cassanda[4], de Wlpa et de Rodenborch. Anno Domini 1206.[c] sepultus est Everdeius [in[d] anteriori choro medius ante tabernaculum]. Obiit decimo Kal. Mayi. f. 119'.

Oteiboldus [26.[a]] abbas. Sepultus ante basilicam sancti Benedicti. Obiit Nonas Decembris.

Wido [23.[a]] abbas Sancti Bavonis. Obiit tertio Nonas Decembris.

Woneboldus [13.[a]] abbas loci predicti. Obiit 17. Kal. Septembris.

Emoldus abbas [12.[a]] loci sepe dicti. Obiit 16. Kal. Septembris.

Columbanus abbas Hiberniensis, inclusus sancti Bavonis ecclesie, vir sanctissimus, obiit 15. Kal. Martii.

Henricus primus, natus de Dacnam, abbas [16.[a]]. Sepultus ante altare sancti Andree. Obiit tercio Nonas Novembris.

Sygerus abbas [30.[a]] fuit tempore Balduini Insulani[e] comitis Flandrie. Sepultus ante basilicam sancti Benedicti. Obiit 9. Kal. Decembris. Iste[f] interfuit elevationi Macharii anno 1067, atque[g] iste interfuit etiam translacioni sancte Pharaildis anno Domini 1072[h].

Balduinus primus, natus de Pontraven in Wasia, abbas [39[a]]. Sepultus in anteriori choro versus villam. Obiit tercio Ydus Iulii [anno[i] 1208].

Eustacius abbas [40.[a]], natus de Herem, quod nunc dicitur Gandavum. Sepultus supra gradus basilice sancti Benedicti. Obiit quarto Ydus Septembris. Successit Henricus Eustatio. 1213.

Henricus secundus abbas [41.[a]], natus de Herdenborch. Qui sepultus est ante basilicam *sancti Benedicti iuxta piscinam. Qui obiit anno Domini 1223. in crastino omnium Sanctorum. Successit ei Balduinus. *f. 120. Nov. 2.

Balduinus secundus, natus de villa Sancti Bavonis, abbas [42.[a]], probus, qui bona monasterii augmentavit et magna edificia construxit. Rexit ecclesiam viginti septem annis. Sepultus supra presbiterium in dextera iuxta murum. Obiit anno Domini 1251, tercio Ydus Iulii. Successit Balduino Theodericus.

Theodericus abbas [43.[a]], natus de Maldenghem iuxta Herdenborch, vir bene litteratus et multum honestus. Rexit ecclesiam sancti Bavonis circiter undecim annis. Successit immediate Balduino. Sepultus in basilica sancti Benedicti ante altare; quam basilicam renovavit et melioravit. Obiit anno Domini 1262, pridie Ydus Augusti.

Iohannes primus abbas [44.[a]], natus de villa Sancti Bavonis, vir mitis et modestus, pulcerrimis moribus ornatus. Edificia bona construxit, scilicet novas lapideas woutas[5] in dextera parte ecclesie. Construxit curtim de Ghisenzele et Loe fere totum et alia loca melioravit. Ordinatus abbas anno Domini 1262, infra octavas assumptionis sancte Marie. Anno dominice incarnationis 1295, in die Marie Egypciace dominus Iohannes abbas resignavit officium sue abbatie voluntarie et libere propter debilitatem corporis et visus in manibus domini Iohannis Tornacensis episcopi coram toto conventu in media aula camere abbatis, et dominus Iohannes Tornacensis de consensu tocius conventus dedit ei quingentas libras Turonenses annue pensionis[k] et managium extra monasterium quodcumque duxerit eligendum; sed elegit domum sancti Amandi. Obiit[l] anno Domini 1296[m], 2. Ydus Augusti. Sepultus ante altare sancti Stephani. 1295. April. 9.

Anno dominice incarnationis 1295. post resignationem domini Iohannis abbatis predicti, multis habitis compromissionibus diversis tempore decem septimanarum, tandem presente et precibus domini Iohannis[n] de Wassonia archidyaconi Gandensis compromissum f. 120'

a) *superscr. m. s. XIV.* b) *in ras. Th.* c) *e corr. Th.* d) *scripsit manus saec. XV. in rasura.* e) *superscr. Th.* f) Iste — MLXVII. *add. Th. in marg.* g) atque — MLXXII. *postea add. Th. alio atramento et fugitivo litterarum ductu.* h) XXIII *corr.* XXII *c.* i) *add. man. saec. XV.* k) peutionis *corr.* pensionis *c.* l) Obiit — Stephani *add. postea Th. in marg. infer.* m) XCVI *in ras. c.* n) I. *c.*

1) Stumpf nr. 4836. 2) Haec supra p. 568 lin. 15 sqq. ad Wulfricum ponenda sunt. 3) c. a. 1112—1119; Serrure p. 25. 4) Cadesand, Wulpen, Rodenburg. 5) 'voûte, gewölbe'.

1295. est ita, quod sex electi sunt tali forma: ubi quinque concordarent in unam personam, quod ille esset noster abbas. Deo adiuvante meritis beati Livini et precibus proborum quinque concordaverunt et consentierunt in fratrem Walterum de Erdenborch, qui fuit homo bone vite, sicut credimus, et simplex in temporalibus, et de quo modica erat suspicio. Electus Iun. 21. est feria secunda ante Iohannis baptiste, et in vigilia sancti Iohannis confirmatus, et in die sancti Iohannis ordinatus[a], et in crastino, scilicet in die sabati cum processione pacifice et honorifice susceptus, tunc habens annos quinquaginta unum[b].

f. 121'. Anno[c] Domini 1227, mense Martio concessum fuit a domino Balduino abbate Sancti Bavonis et a conventu loci eiusdem precibus domini Walteri Tornacensis episcopi, quod hospitale sancte Marie, quod situm fuit iuxta ecclesiam sancti Michaelis infra eandem parrochiam vel infra parrochiam sancti Martini de Heckerghem, translatum fuit ad locum amplius spaciosum quod modo nuncupatur Biloca; et situs hospitalis fuit primo, ubi nunc commorantur fratres Predicatores.*

*) *Manus saec. XIV. addit in rasura f. 122. hanc seriem:*

Abbates Sancti Bavonis[1].

Florbertus.
Adalbertus.
Fulco.
Wilfridus.
Reingerus.
Albericus.
Wilradus.
Hildebertus martir.
Egilfridus episcopus.
Rotbertus.
Wericus.
Eynoldus.
Woneboldus.
Briddo.
Eynhardus.
Eynkerikus [de[d] Dacknam].
Tasradus.
Radulfus.
Helya.
Sanctus Gerardus.
Hugo.
Womarus.
Wido levita.
Otwinus.
Eremboldus.
Othelboldus.
Lidwinus.
Rumoldus.
Folbertus.
Sygerus.
Stephanus.
Wichmannus.
Adelardus.
Wlfricus.
Everdeyus.
Betto.
Willelmus.
Everdeyus.
Balduinus [de[d] Ponteraven].
Eustachius.
Heinricus [de[d] Rodenborg].
Balduinus [Vooght[d]].
Theodericus [de[d] Maldeghem].
Iohannes [Vromand[d]].
Walterus.
Heinricus.
Walterus [de[d] Roden].
Nicholaus.
Gerelmus [Borluut[d]].
Petrus.
Iohannes [II.[e]].

Manus saec. XV. pergit:

Iohannes [III.[e] de Sancto Amando, doctor in sacra theologia].
Walterus III. [de[e] Zezelle].
Georgius [van[e] der Sichele].
Wilhelmus secundus [de[e] Bossuut].

Manus saec. XVI:

Iacobus de Bruxella.
Iohannes de Sycleer.

Raphael de Mercatellis, primo abbas Sancti Petri Audenburgensis. Cui resignavit Iohannes de Sycleer anno 80. super 1400, anno suo secundo consecratus in episcopum Rosensem.

Egidius Boele. Cui resignavit Raphael de Mercatellis anno 1508. Iste Egidius Boele anno suo quarto eciam consecratus in episcopatum Rosensem. Honor sine profectu, quia solum erat titulus. Obiit anno 1517, 14. Aprilis, tunc dies 3. pasche, mane circa horam quartam et quintam.

Cui successit Livinus Hughenoes primus sui nominis, canonice electus anno 1517, 15. Aprilis; qui sua contentus vocatione non curavit de episcopatu Rosensi. In villa Sancti Bavonis natus anno Domini 1467, 17. Septembris, in die sancti Lamberti, qui tunc fuit dominica die, et sancto Livino oblatus in cunabulo.

a) *supplet Th. in marg.* b) *post haec duae lineae erasae sunt.* c) *dimidium f. 120'. et fol. 121. vac. rel.; sequentia manu scribae in inferiore parte f. 121'.* d) *add. man. saec. XVIII* e) *alia manus saec. XV.*

1) Series concordat cum Annalibus Gandensibus, qui et idem in Iohanne II. desinunt; quae illic de morte Iohannis († 1349) eiusque successore Balduino sequuntur, manus posterior adiecit.

12. De sanctis quiescentibus in monasterio Sancti Bavonis, primo de sancto Bavone quondam comite Hasbaniensi[a].

Bavo[1] comes Hasbaniensis natus est tempore quo Pelagius — — in vita et in morte Deus fecit multa miracula. Sanctus Eligius episcopus Noviomensis, in cuius dyocesi erat locus Sancti Bavonis, visis miraculis et diligenter examinatis, de terra sanctum Bavonem elevavit anno ab incarnatione Domini sexcentesimo octuagesimo[b], anno tercio Sergii pape et anno *secundo imperii Iustiniani.

Anno[2] ab incarnatione Domini octingentesimo quinquagesimo primo pyrate et Dani monasterium Sancti Bavonis incendunt. Anno ab incarnatione Domini octingentesimo octuagesimo Normanni sedem sibi ad hiemandum apud Sanctum Bavonem statuunt. Sanctus Bavo a monachis transfertur in regio monte Lauduno, et propter miracula que ibi Deus fecit, precibus sancti Bavonis Karolus rex, qui successit Ludovico[c] Pio imperatori, tradidit Sancto Bavoni et monachis villam[d] dictam Welleiam et medietatem vinearum ad eandem pertinentium; insuper duas villas Coloniam et Nielam summa devotione condonavit. Nunc monachi Sancti Bavonis nichil iuris tenent in villis predictis.

Prima[3] translatio sancti Bavonis facta est anno dominice incarnationis millesimo decimo in Kalendis Augusti, regnante rege Roberto, Balduino marchiso Flandrie procurante abbatiam Sancti Petri Sanctique Bavonis in Gandavo, domino Eremboldo eam regente, Lamberto Noviomensibus[e] et Tornacensibus[f] presulante.

Secunda[4] translatio sancti Bavonis facta est anno incarnationis dominice millesimo quinquagesimo octavo. Hec causa fuit secunde translationis, quia quidam mendaces dixerunt[g], pium Bavonem furto sublatum fuisse aut a Lauduno nunquam reportatum. Folbertus abbas, cuius tempore hec translatio facta est, adiit ad Balduinum comitem Flandrie cognomento Insulanum, petiit ab eo auxilium et consilium. Comes, importuno circonventus malicie consilio, *abbatem removet a precum effectu, non tamen removet a proposito desiderio. Abbas Folbertus non sine dolore reditum faciens, episcopum Balduinum Noviomensem mandat et quosdam terre primates et nobiles advocat: Raingotum ecclesie sancti Bavonis advocatum, Folcardum Gandavi castellanum aliosque plures, quorum nomina proferre prohibet tedium. Coram omnibus feretrum ingenio fabrili aperitur. Nobilis thesaurus, sanctus Bavo, quem invidia ablatum furto deputaverat, per episcopum predictum omnibus ostenditur. Tripudium exinde habitum lingua que possit explicare nusquam terrarum invenitur, et ut gaudium fiat manifestius, optimorum consilio atque impulsu ad montem sancte Crucis, nunc sancti Pancratii, in quo antea deportatus fuerat, sanctus iterum deportatur, ut ad duplicis testimonii veritatem ibidem denuo demonstretur. Si quis planius scire desiderat, legat suam legendam: ibi infinita miracula inveniet.

13. De sancto Livino glorioso martyre et archiepiscopo.

Sanctus[5] Livinus natus est tempore quo fuit Colomagnus rex Scottorum — — martyrizatus est [anno[h] Domini 633, pridie Ydus] Novembris.

Translatio[6] sancti Livini de Holthem in Gandavo fuit tempore Eremboldi — — fecit innumerabilia miracula, sicut potest perpendere in libro suo et diebus hodiernis.

Anno incarnationis dominice millesimo octuagesimo tercio, sexto Nonas Octobris translatus est archiepiscopus et egregius martyr Livinus de uno scrinio in aliud a Rabbodo Noviomensis sedis presule, Wicmanno Gandensis ecclesie abbate, Roberto Flandriensium comite.

Anno[7] dominice incarnationis millesimo centesimo septuagesimo primo translatus est gloriosus martyr Livinus de scrinio suo in honestiori a Galtero tercio Tornacensis ecclesie venerabili episcopo, Bettone abbate, Philippo Flandrentium et Viromandorum comite.

14. De sancto Amando et Landoaldo cum sociis eorum, qui de Roma venerunt pariter.

Beatus[8] Amandus a rege Francie Dagoberto et populo episcopus efficitur ad predicandum verbum Dei, sicuti tunc erat moris. Per[9] predicationem suam magnam gentem in Francia ad fidem Christi convertebat. Postea Gasgoniam et Danubium adiit — — Post Normannicam repultionem, ubi corpora sanctorum reposita erant, a comite Flandrie sunt iure beneficii ablata et in cenobio Sancti Bavonis reverenter collocata. Nodgerus[10] episcopus Traiectensis vel Leodyensis ecclesie composuit Vitam sancti Landoaldi sociorumque eius et misit ecclesie sancti Bavonis *anno dominice incarnationis 980, 13. Kal. Iulii, imperante Ottone post mortem patris anno 8, episcopatus sui anno nono. Liber de vita sanctorum in monasterio Sancti Bavonis erat combustus.

Adventus sancti Landoaldi in Gandavo fuit tempore Womari abbatis, qui impetravit a papa Iohanne privilegia sanctos effodere — — in monasterio Sancti Trudonis primam mansionem elegerunt. Anno dominice incarnationis nongentesimo octuagesimo apportata[k] fuerunt corpora sanctorum in monasterio Sancti Bavonis, ubi nunc venerantur. Posita sunt in cripta sancte Marie, ubi plurima miracula contingebant tempore Womari abbatis. De[11] oblationibus[l]

a) Hasbaniensis *corr.* Hasbaniensi *c.* b) *post* oct. *vox erasa.* c) Ludovico P. i. tra *in ras. Th.* d) ecclesiam *Mir.* e) sibus *in ras. c.* f) censibus *in ras. c.* g) *post* dix. *vox erasa.* h) a. D. — Ydus *man. saec. XIV. in ras. et in marg.* i) imperavit *corr.* impetravit *c.* k) apportate *c.* l) ollationibus *c.*

1) Exscripsit posteriorem s. Bavonis vitam auctore Theoderico, ap. Ghesquiere, AA. SS. Belg. II, p. 513 sqq. 2) Ap. Mabillon, AA. SS. II, p. 406 sqq. 3) Ap. Ghesquiere II, p. 563. 4) Ap. Ghesquiere II, p. 570 ('ex parvo ms. Gandensi'). 5) Ap. Mabillon II, p. 450 sqq. 6) Ap. Ghesquiere III, p. 130 sqq. 7) Acta non prorsus cum nostro concordantia dedit Ghesquiere III, p. 138. 8) Auctore Baudemundo, ap. Mabillon II, p. 713. 9) Auctore Herigero, ap. Ghesquiere III, p. 351. 10) Haec scripsit secundum epistolam Nodgeri Vitae supra laudatae praefixam. 11) Ap. Ghesquiere III, p. 369.

sanctis offertis decenter construxerunt tria scrinia de auro et argento. Anno dominice incarnationis nongentesimo octuagesimo secundo, Ydus Iunii Liudulfus Noviomensis episcopus, cuius dyocesis erat locus, cum monachis, clericiset primatibus tocius patrie sanctum Landoaldum cum suis sociis de vilibus et antiquis vasculis transtulit in scriniis nuper honorifice *de oblationibus fidelium compositis, presente Womaro abbate et Arnulpho Iuniore marchiso Flandrie, anno quadragesimo postquam relatio facta est beati Bavonis magnifici confessoris a Lauduno.

Anno dominice incarnationis 982, in[a] Kal. Decembris a Liudulpho episcopo predicto facta est translatio sancte Vinciane et Landrade virginis.

15. Incipit de sancto Machario Antiochie, metropolis[b] Sirie, archiepiscopo.

Macharius[1] puer ex nobilissimis parentibus ortus est. Generosissimi generatores eius Michael et Maria — — Syero [abbate[c]] regente cenobium Sancti Bavonis.

16. De sancta Landrada virgine et abbatissa Belisiensis cenobii.

Landrada[2] orta est de regia stirpe. Fuit iuvencula tempore quarti Lotharii et Pipini, Karlomanni fratris[d], et Arnulphi Metensis episcopi, de quorum omni parentela fuit. Sancta Landrada, oblita sexus et etatis, in quandam virilitatem accingitur, propriis manibus vepres et spinas extirpare, humum sarrire et ecclesiam in Belisia in honore sancte Marie fundare. Affuit[e] indefesse laboratrici manus Omnipotentis[f] usque ad consummationem perfecti operis. Tunc vero sanctum Lambertum episcopum, postea Christi martyrem, evocat, et pia commonitum familiaritate, qua se ab inicio sancte anime obligaverant, nove ecclesie sue consecrationem et reliquiarum impositionem ex voto impetrat. Obiit beata Landrada octavo Ydus Iulii. Sepulta est in sua ecclesia a sancto Lamberto, monialibus et populo consentientibus[g], Lamberto contradicente; sciebat, eam velle sepeliri apud Wentershovum, et facilius elementa mutari quam Landradam mentiri. Coram omnibus aperta tumba, non solummodo corpus, sed neque corporis loculus reperitur. O rem novam! Virginis glebam cum sarcofago inveniunt transportatam eo ordine, ea decenti locatam reverentia apud Wentershovum, *ut nulli sit dubium, angelorum id effecisse misterium. De elevatione sancte Landrade et de adventu eius apud Gandense cenobium lege de sancto Landoaldo. Sanctus[3] Lambertus passus est 15. Kal. Octobris, anno episcopatus sui quadragesimo, sub rege Francorum Hildeberto, Theoderici regis filio, a quo Theoderico reges Francorum solo nomine regnabant, penes[h] maiores domus potentia regni constituta usque ad Pypinum tercium. Rustici de Haeltert[4] dicunt habere sanctam Landradam. Quidam presbyter de Haeltert familiaris cuidam monacho Sancti Bavonis rogavit, ut ei mutuaret[i] legendam sancte Landrade. Quam fecit extrascribere. Primitus nichil habuerunt. Contigit circa annos dominice incarnationis 1282. Item dicunt abbatissa et moniales Beliziensis[5] cenobii habere sanctam Landradam; quod mendatium est, quia monasterium Sancti Bavonis habet bona privilegia et confirmationem, sicuti predictum est, quomodo comes Flandrie eam impetravit[k].

17. De episcopis qui rexerunt Noviomagensem et Tornacensem dyocesim insimul.

Aicharius[l] rexit Noviomagensem et Tornacensem dyocesim tempore summi pontificis Martini anno 14. regis Dagoberti.

Sanctus Eligius rexit simul Noviomagensem et Tornacensem dyocesym et elevavit sanctum Bavonem de terra. Vixit tempore sancti Amandi et Lotharii Francorum regis.

Reinelmus[h] rexit simul Noviomensem et Tornacensem dyocesym tempore quo fuit Karolus [Calvus[m]] rex, qui fuit filius Ludovici gloriosi imperatoris.

Transmarus antistes fuit ecclesiarum predictarum anno a nativitate Domini nongentesimo quadragesimo primo.

Liudulfus[n] episcopus Noviomensis et Tornacensis vixit anno a nativitate Domini nongentesimo octuagesimo secundo. Transtulit corpora sancti Landoaldi sociorumque eius.

Rabodus episcopus rexit ecclesias antedictas anno dominice incarnationis nongentesimo nonagesimo quarto[o].

Balduinus fuit ordinatus antistes ecclesiarum predictarum anno Domini 1044. Qui elevavit sanctum Macharium in monasterio Sancti Bavonis et dedicavit novam ecclesiam

Rabbodus[e] episcopus Noviomensis et Tornacensis anno dominice incarnationis 1083. transtulit sanctum Livinum gloriosum martirem de uno scrinio in aliud, tempore Wicmanni abbatis Gandensis, Philippi[p] regis Francie, Roberti comitis Flandrie.

Baldricus episcopus ecclesiarum predictarum anno Domini 1114. obiit[q].

Lambertus presul ecclesiarum predictarum anno Domini 1122.[r] obiit[q].

Symon antistes ecclesiarum predictarum anno Domini 1123. Symon episcopus in ecclesiis predictis anno Domini 1140.

a) ı c b) metrapoli c., s *ut videtur eraso; correxi.* c) *superscr. man. saec. XIV.* d) *in ras. m. s. XIV.* e) *in ras.* c f) omip. c. g) conscentiente c. h) e *corr.* c. i) mutuaret le *in ras. Th.* k) *dimidia pars fol.* 128'. *et folium* 129. *vacua relicta sunt.* l) arius *in ras.* c. m) *superscr. m. s. XIV.* n) Liululfus *corr.* Liudulfus *Th.* o) *post* quarto *una linea erasa, ut iam legi non posset.* p) Ph. c. q) obiit *add. Th.* r) xxıı *e ras.* c.

1) AA. SS. April. I, p. 875 sqq. (ex codice Gandensi nr. 210). 2) Auctore Theoderico, ap. Ghesquiere V, p. 214 sqq. 3) Auctore Sigeberto, AA. SS. Sept. V, p. 598. 4) Aeltre. Cf. Ghesquiere V, p. 221, qui re accuratius excussa affirmat, Landradam nunquam illuc translatam esse. 5) Münsterbilsen.

Isti episcopi tradiderunt privilegia temporibus prescriptis monasteriis Sancti Petri in Blandinio et Sancti Bavonis in Gandavo.

Anno Domini 1129, quarto Ydus Decembris, dominus Symon Noviomensis atque Tornacensis episcopus fundavit abbatiam Ursicampi[1], Cistertiensis ordinis, iuxta Noviomum. Obiit 5 Symon anno 1148, quarto Ydus Februarii.

Episcopi predicti unam ecclesiam habuerunt intitulatam et aliam commendatam.

18. De episcopis ecclesiam Tornacensem regentibus post divisionem a dyocesi Noviomagensi.

10 Anselmus[a] [primus[b] specialis] Tornacensis episcopus contulit privilegia ecclesiis in sua dyocesi, [et[b]] anno Domini millesimo centesimo quadragesimo[c] [sexto[d] factus est episcopus].

Gheraldus episcopus [secundus[b]] Tornacensis ecclesie contulit privilegia monasteriis in dyocesi existenti[d*] anno a nativitate Domini millesimo centesimo quinquagesimo.

Galterus episcopus tercius Tornacensis ecclesie transtulit[2] vice secunda egregium 15 martyrem Livinum et archiepiscopum de bono[e] in meliori[f] scrinio anno dominice incarnationis 1171, Bettone abbate ecclesie sancti Bavonis.

Everardus episcopus quartus Tornacensis contulit privilegia monasterio Sancti Bavonis tempore Willelmi abbatis loci predicti.

Stephanus[g] quintus Tornacensis episcopus contulit privilegia monasteriis in dyocesi 20 Tornacensi anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo[3].

Gosvinus [sextus[b]] episcopus Tornacensis contulit privilegia ecclesiis in sua dyocesi f. 130'. anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quarto decimo.

Dominus Walterus de Marviis[h] [anno[b] Domini 1219. fit] episcopus Tornacensis. Fuit [autem[b]] probus [et[b]] iustus, [et[b]] multa bona in sua dyocesi operatus est. [Hic[i] obiit anno 25 Domini 1251, 14. Kalendas Martii[k]. Qui in choro ecclesie Tornacensis sub metallina tumba requiescit].

Post Walterum de Marviis[h] inmediate ordinatus episcopus Walterus de Cruce sive de Mandela.

Post Walterum de Cruce [qui[b] obiit anno Domini 1261] ordinatus est Iohannes dictus 30 Butziel[e] inmediate[l].

Post Iohannem Butziel [qui[b] obiit anno Domini 1267] fuit Iohannes de Hadenghem ordinatus in episcopum. Pulcra persona, de nobili progenie genitus, et in[m] Lugdunensi consilio a papa Gregorio deno in episcopum Leodyensem ordinatus est, et[n] ab Henrico predecessore suo deposito [idem[b]] Iohannes suffocatus est; unde nulla vindicta postmodum 35 contigit; quod scandalum fuit ecclesie christianitatis[4], nisi quod dicitur, quod quidam, qui cum Henrico interfuerunt in morte Iohannis episcopi, in civitate Aquisgrani interfecti sunt a civibus quasi miraculose.

Post Iohannem de Hadenghem inmediate ordinatus est in episcopum Philippus, cognomine dictus Muus [circa[b] annum Domini 1275], natus de Gandavo, magister in artibus, 40 dominus legum, magister in decretis, homo mitis et suavis. Iste contulit magistro Henrico de Gandavo archidiaconatum in ecclesia [Tornacensi[b]], qui fuit Parisius flos in theologia. Magister Henricus obiit anno a nativitate Domini 1293.

Post Philippum* successit inmediate episcopus Michael de Warenghem, qui fuit in theologia lector canonicorum, vir humilis et modestus et pro iure ecclesie sue audax.

45 Certum annum ordinationis et obitus episcoporum predictorum ignoro, sed vixerunt *temporibus prescriptis. *f. 131.

*) *Manus saec. XIV. addit in marg.:* Hic obiit anno Domini 1283.

a) *librarius scripsit sequentia hoc ordine:* Gheraldus . . Balduinus (Stephanus) . . Galterus . . Anselmus . .; *postea addidit Th* Everardus — predicti *in margine et mutavit ordinem, litteras* a, b, c, d, e *anteponens, ut editum est.* b) *superscr. m. s. XIV.* 50 c) quagesimo *corr.* quadragesimo *m. s. XIV.* d) *haec add. m. s. XIV,* sexto *in rasura, cetera in margine.* d*) *ita c.* e) *e corr. c.* f) meliori scrinio *corr.* melius scrinium *m. s. XIV.* g) Balduinus *recte corr.* Stephanus V. *m. s. XIV, sequentia usque ad* millesimo ducentesimo quinquagesimo nono *(lin. 20.) punctis suppositis et linea transducta deleta sunt, sed postea rursus puncti et linea erasa et nonnisi verba* quinquagesimo nono *deleta.* h) Marwiis *corr. radendo* Marviis *c.* i) Hic — requiescit *add. in marg. m. s. XIV.* k) Maii *corr.* Martii *c.* l) *in marg. quaedam addita, sed iam erasa* 55 *legi non possunt.* m) in L. *in ras. Th.* n) *corr.* sed *et rursus del. m. s. XIV.*

1) Ourscamp. 2) Vid. c. 13, p. 571. 3) Obiit a. 1203. 4) Haec iam supra c. 7, p. 561.

1292 Post Michaelem* successit in cathedram ecclesie Tornacensis Iohannes de Vassonia iuxta Laudunum, tunc in eadem ecclesia archidyaconus[a], Brugensis et Morinensis, et in pluribus ecclesiis cathedralibus prebendatus, magister in decretis, vir sapientissimus et summus consiliarius et sigillifer[b] illustris[a] Philippi regis Francie. Anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo in episcopum Tornacensem a reverendo patre domino Petro archiepiscopo Remis ordinatus est; canonici [vero[c]] Remenses cum magna instantia decretum electionis pecierunt, [sed[c]] consilio magistri Henrici de Gandavo archidyachoni et magistri Iacobi archydyacony et magistri Stephani canonici et aliorum proborum non obtinuerunt decretum[d].

19. De comitibus Flandrie.

f. 132. Lamb. Gen. Anno ab incarnatione Domini septingentesimo nonagesimo secundo Lidricus Harlebeccensis comes, videns Flandriam vacuam et incultam ac nemorosam, occupavit eam. Hic genuit Inghelramnum. Inghelramnus genuit Audacrum. cf. Gen. Gener. Audacer genuit Balduinum Ferreum. Balduinus Ferreus rapuit Iudith apud [urbem[c]] Silvanectensem, filiam Karoli Calvi regis Francorum, filii Ludovici piissimi augusti, filii Karoli Magni[a], viduam[a] regis Anglorum. Tempore Balduini Flandria fit comitatus et Balduinus primus comes. Antecessores sui fuerunt forestarii Flandrie sub rege Francie, sicuti legimus in cronicis Francorum. Lidricus et Audacer impetraverunt ab abbate Heinardo monasterii Sancti Bavonis licentiam venandi[1] in silva que Heinarstriist nuncupatur — modo Loe dicitur — sub tali conditione, quod de decima bestia unam darent abbati et suis successoribus. Balduinus Ferreus genuit ex Iudith Balduinum Calvum. Balduinus Calvus duxit Elstrudem[e], filiam Edgeri regis Anglorum, genuitque ex ea Arnulfum Magnum, restauratorem Blandinii[a]. Arnulfus duxit Adelam, filiam Heriberti[f] Virmandorum comitis, genuitque ex ea Balduinum iuvenem. Balduinus iuvenis duxit Mathildem, filiam Hermanni ducis Saxonum, genuitque ex ea Arnulfum iuniorem. Balduino defuncto, Machtildis nupsit Godefrido duci de Henam[g] et contulit privilegia ecclesiis sub nomine comitis Flandrie. *f. 132'. *Arnulfus duxit Susannam, filiam Berrengeri regis Longobardie et Ytalie, genuitque ex ea Balduinum cognomento Pulcra-barba. Balduinus duxit Otgivam[a], filiam Ghiisleberti comitis de Luzelenburg[h], genuitque ex ea Balduinum Insulanum. Balduinus duxit Adelam, filiam Roberti regis Francorum, ex qua genuit Balduinum Montensem et Robertum Frisonem et filiam Mathildem nomine. Hec nupsit Willelmo comiti Normannie, que peperit ei Robertum comitem Normannorum, qui genuit Willelmum postea comitem Flandrie. Balduinus Montensis duxit Richeldem comitissam Hayonensem genuitque ex ea duos filios Arnulfum et Balduinum. Hunc Arnulphum primogenitum et comitem post mortem patris occidit Robertus Friso[i], patruus eius, et Balduinum a regno expulit et sic comitatum optinuit. Robertus Friso[i] probus et strennuus miles fuit cum Godefrido de[k] Bulgoen[k] et[k] Hugone, fratre regis Frantie, et Roberto comite Normannie. Godefridus rex in Iherusalem obiit anno secundo regni sui, anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo, quinto decimo Kal. Augusti. Balduinus, frater eius, successit ei in regnum. Robertus Friso[l] duxit Gertrudem, filiam Bernardi ducis Frisonum; que peperit ei duos[m] filios, Robertum et Philippum, et tres filias. Harum una Christo nupta; altera Kanuto regi Dacie nupta, peperit ei filium nomine Karolum; terciam duxit Theodericus dux Ellesacensis, et ex qua genuit Theodericum *f. 133 *postea comitem Flandrie. Robertus, primogenitus eius, duxit Clementiam, filiam Willelmi comitis Burgundionum, ex qua genuit Balduinum militem inclitum. Quo sine herede defuncto, Karolus, filius Kanuti[a] regis Datie, ei successit; qui Karolus Brugis a suis interfectus fuit [in[c] ecclesia beati Donatiani] anno 1127, sexto Nonas Martii. Regnavit circiter octo annis. Cui successit Willelmus, filius Roberti comitis Normannorum; quem Willelmum Theodericus, filius Theoderichi ducis Ellesathensis, occidit [apud[n] Alost] et sic optinuit comitatum. Theodericus duxit Sibillam, filiam regis Ierosolimorum, ex qua genuit Philippum et Margharetam, que nupsit Balduino comiti Hainonie. Theodericus incepit regnare anno a nativitate Domini 1127. et regnavit circiter triginta octo annis. Philippus comes Flandrie et Viromandie duxit Mathildem, filiam regis[2] Portighalie. Quo sine herede defuncto, predictus Balduinus comes Hainonie ei successit, qui genuit ex Marghareta tres[o] filios, Balduinum et Henricum et Philippum[k], et filiam Elizabeth[p] nomine, que nupsit Philippo regi Francorum. Balduinus primogenitus duxit Mariam, filiam comitis[3] Campanie, ex qua 1212. genuit duas filias, Iohannam[q] et Margharetham. Iohanna nupsit Ferrando, filio[1] regis[1,4] de Portighalia; quo defuncto nupsit[1] Thome de Savoyen. Qua mortua sine herede, suc- *f. 133'. cessit *ei Marghareta, soror eius. Marghareta nupsit Willelmo de Danpetra; peperit tres filios, Willelmum, Guidonem et Iohannem, et duas filias, quarum una[5] nupsit Christo, altera[6] comiti de Baeren[7]. Willelmus primogenitus duxit Beatricem, filiam Henrichi[8] ducis Bra-

*) *Manus saec. XIV. addit in marg.:* Hic obiit anno Domini 1291.

a) *e corr. c.* b) suugf[s] *corr.* suunf[s] *c.; postea correxit* sigillifer *man. recens.* c) *add. m. s. XIV.* d) *dimidia pars f.* 131. *et folium* 131'. *vacua relicta sunt.* e) Elstudem *corr.* Elstrudem *m. s. XIV.* f) Herberti *corr.* Heriberti *m. s. XIV.* g) Enham *Gen.* h) Luzelenbug *corr.* Luzelenburg *Th.* i) Frisio *corr.* Friso *c.* k) *add. in marg. Th.* l) *superscr. Th.* m) duo *corr.* duos *Th.* n) *add. man. s. XIV, sed alio atramento ac supra not. c.* o) duos *corr.* tres *Th.* p) Maria *corr.* Elizabeth *Th.* q) Iohannem *corr.* Iohannam *c.*

1) Haec iam c. 11, p. 567. leguntur (Lo ad fl. Lys prope Courtray). 2) Alfonsi I. 3) Henrici. 4) Sanctii I. 5) Maria abbatissa Felinensis (Flines). 6) Iohanna. 7) Theobaldo I. de Bar. 8) Secundi.

bantie et viduam comitis[1] Turingie. Quo sine herede defuncto, successit ei Guido[2], frater eius. Guido genuit ex Mathilde, filia Roberti Tenremontensis, quinque filios, Robertum, Willelmum, Iohannem episcopum Leodiensem, Balduinum et Philippum, et tres filias, quarum una[3] nupsit Iohanni duci Brabantie, altera[4] Florentio comiti Hollandie, tercia[5] Willelmo comiti de Ghuleke[6]; quo occiso, nupsit domino[7] de Castello Villico[8]. Mathilde defuncta[9], duxit Elyzabet, filiam Henrici comitis de Lucenborch, et cum ea optinuit comitatum Namurcensem; ex qua genuit liberos utriusque sexus[a].

Robertus, primogenitus [Guidonis[b]] ex Mathilde, duxit Blancham, filiam Karoli regis Sicilie; qua defuncta[10], duxit Yolendem, filiam Odonis comitis Nivernensis et viduam Iohannis, filii Ludovici pie memorie regis Francie, et cum ea optinuit comitatum Nivernensem; ex qua genuit[c].

20. De comite Iuliacensi.

Anno[11] Domini 1277, 17. Kal. Aprilis Willelmus comes Iuliacensis cupiens capere regiam civitatem Aquisgrani, circa horam diei nonam intrans civitatem cum multitudine armatorum, aliter evenit quam optabat. Nam hic comes cum duobus filiis suis ac aliis militibus et clientibus circa 350 simul a communi populo interempti sunt. Sequenti anno Iuliacum et terra circoniacens comburitur ab Aquensibus[d] et Coloniensibus et penitus devastatur. Anno Domini 1280, in die beati Mathei apostoli et ewangeliste Iohannes dux Brabantie sedavit[e] inter Aquenses[f] et Iuliacenses pacem bonam pecunia mediante.

21. De conflictu in Zelandia.

Anno Domini 1253, regnante Willelmo comite Hollandie per Alimaniam, orta est dissentio[d] inter ipsum regem et comitissam Margaretam Flandrie pro quadam terra que Zelandia vocatur. Quam cum maxima multitudine exercitus Guido, filius Margarethe, eodem anno potenter invasit in die beati Martini estivalis in loco qui vulgaliter dicitur Westcapella, et[g] ibidem sine bello captus est. Raso de Gavera, Arnulphus de Materne et Scorense et dominus de Erpe milites et plures alii occisi sunt, quia noluerunt se[g] reddere captivos[h].

Annus[i] millenus ac ducentenus ab ortu
Salvatoris erat, quinquagenus quoque trinus,
Quando per Ollandos Flandria succubuit.

22. De ducibus Brabantie.

Karlomannus primus dux. Pippinus, filius eius. [Obiit[k] anno Domini 647.] Begga, filia Pippini. [Obiit[k] anno Domini 698.] Pippinus, filius Begghe. Ex illicito quippe Pippini et Alpaidis concubitu[l] natus est Karolus Martellus. [Pippinus[k] obiit 714.] Karolus Martellus genuit Pippinum Parvum[d]. [Obiit[k] 741.] Pippinus Parvus, qui ex principe in regem Francorum promotus est [anno[k] Domini 750], genuit Karolum Magnum. [Pippinus[k] rex Francorum obiit 767.] Karolus Magnus: nemo[m] ante eum vel post eum inter Francorum reges fuit maior; de quo dubitari potest, fortior an felicior esset. Genuit Ludovicum Pium. [Karolus[k] Magnus obiit 814.] Ludovicus Pius genuit Lotharium, a quo Lotaringia dicta est, et Lotarius Lotarium. [Obiit[k] 840.] Ludovicus Pius predictus genuit [etiam[k]] Karolum Calvum. Karolus Calvus genuit Ludovicum Balbum. [Obiit[k] 878.] Ludovicus Balbus genuit Karolum Simplicem. [Obiit[k] 880.] Qui[n] duxit in uxorem filiam regis Anglie. Hic postea ab Heriberto comite captus in custodiam Perrone traditur. Karolus Simplex genuit Ludovicum. [Obiit[k] 926[o].] Ludovicus [obiit[k] 955.] genuit Karolum, qui fuit dux septimus et ultimus[p] rex[12] a Karolo Magno, quia apud Laudunum captus fuit ab Hugone Capet consilio episcopi Laudunensis, et Hugo Capet Remis unctus[f] est in regem. Karolus dux genuit Gherbergham comitissam Brusellensem[q]. Gerbergha genuit Henricum. Henricus[r] genuit Lambertum. [Qui[k] obiit anno Domini 1015.] Lambertus genuit Henricum comitem Lovaniensem. Henricus [obiit[k] anno 1095.] genuit Godefridum Cum-barba ducem septimum. [Huic[k] Godefrido comiti Lovaniensi datus est ducatus Lemburgensis ab Henrico imperatore IIII. anno Domini 1106[s].] *Godefridus [I.[k]] Cum-barba, septimus dux a Karolo, genuit Godefridum [II.[k]]. Godefridus [II.[k]] genuit Godefridum [III.[k]]. Godefridus [III.[k]] genuit Henricum [I.[k]]. Henricus [I.[k]] genuit Henricum [II.[k]]. Henricus [II.[k]] genuit [Henricum[k] tercium. Henricus tercius] Iohannem. Iohannes dux septimus a Godefrido Cum-barba[t].

a) *tres lineae vacuae relictae sunt, manus scribae postea addit:* Anno Domini . . . quere in fine libri. b) *superscr m. s. XIV.* c) *inferior pars f. 133'. et folium 134. vacua relicta sunt.* d) *e corr. c.* e) cedavit *corr.* sedavit *Th.* f) *in ras. Th.* g) *superscr. Th.* h) *inferior pars f. 134. vacua relicta est.* i) *versus scripsit Th. in inferiore parte f. 138'. vacua relicta, quos huc transponere licet.* k) *superscr. vel add. in marg. man. s. XIV.* l) coniugio *corr.* concubitu *Th.* m) neno *corr.* nemo *Th.* n) Qui — traditur *add. in marg. Th.* o) xxvii *corr.* xxvi *c.* p) ū *c.* q) Brusellensis *c.* r) Henicus *corr.* Henricus *Th.* s) *post haec una linea erasa, ut iam legi non posset.* t) *spatium quattuor linearum vacuum relictum est.*

1) Henrici Raspe. 2) a. 1279—1306. 3) Margareta. 4) Beatrix. 5) Maria. 6) Iülich. 7) Simoni. 8) Châteauvilain. 9) a. 1251. 10) a. 1265. 11) Quae sequuntur usque ad: *interempti sunt* partim eisdem verbis, sed brevius, leguntur in Ann. Blandin., SS. V, p. 32. Cf. Ann. Floreff. a. 1278, SS. XVI, p. 628. 12) Non est quod moneam, Karolum numquam regem fuisse.

De ducibus Brabantie.

cf Sig. Anno Domini 1106.[a] Henricus quartus imperator [Romanorum[b]] loco patris surrexit in regnum. Ab[c] eo [partum[d]] obtinere gaudens, sed ei ingratus existens[e], omnes qui ei fideles fuerant odio persequebatur. Henricum Lemburgensem, qui pro eo strennue pugnavit, honore privavit et ducatum eius comiti Lovaniensi Godefrido tradidit. Igitur Godefridus contra Henricum ducem [Lemburgensem[f]] manu valida contendit. Cuius Godefridi exercitus tantus fuit, ut aves desuper volantes flatu equorum et hominum excepte in aere suffocate ab alto caderent. Itaque Henricum fugat [et[b]] Aquisgrani victor ingreditur. Obiit Godefridus primus dux Loteringhie ac Brabantie anno Domini 1139. [et[b] apud Affligem sepelitur].

Anno[1] Domini 1142.[g] obiit Godefridus, filius primi Godefridi, qui post patrem tantum 4 annos regnavit. Inmatura[h] morte preripitur, *epatica passione consumptus, et[i] Lovanii sepelitur. Et anno eodem ortum monstrum in Gemblaus duorum capitum et trium manuum. Qui viderunt nobis retulerunt. (*f. 136. — cf Bald. Nin.)

Anno Domini 1152. obiit Godefridus tercius[k] dux Loteringhie ac Brabantie, filius Godefridi secundi ducis Loteringhie et Brabantie.

Anno Domini 1235. obiit Henricus primus et quartus dux Loteringhie ac Brabantie, filius Godefridi tercii. Colonie[2] moritur et Lovanie apud Sanctum Petrum sepelitur. Ab isto vastatur Leodium anno Domini 1212. (cf Gen. d Br.)

Febr. 1. Anno Domini 1247, in vigilia purificationis obiit Henricus secundus, filius primi Henrici, dux quintus Loteringhie ac Brabantie, qui habuit in uxorem dominam[3] de Suavia, de qua genuit Henricum tercium. Defuncta illa, duxit lantgraviam[4] Thuringhie in[l] uxorem, de qua genuit Henricum lantgravum Hessie, sed non Thuringie, quam privatus erat fraude cuiusdam avunculi sui de Thuringia. Qui dux Henricus II. sepultus est apud Vilarium.* (cf. Gen d Br.)

Anno Domini 1260, pridie Kal. Martii obiit Henricus III, sextus dux Loteringhie et Brabantie, qui Lovanie moritur et in ecclesia Predicatorum cum uxore sua ibidem sepelitur. Hic Henricus filiam[5] ducis Burgundie duxit Lenghers de prosapia rusticorum in uxorem; de qua genuit tres filios, scilicet Henricum, Iohannem, Godefridum, et unam filiam nomine Mariam, quam Philippus illustris rex Francie, qui obiit in Arragonia, duxit in uxorem. (cf. Gen. d. Br.)

*f. 136'. Henricus IIII. tam propter defectum membrorum et quia naturali *sensu carere videbatur per Nicholaum episcopum Cameracensem et per matrem duxissam Brabantie et de communi consilio parentum ac baronum, nobilium religiosorumque omnium prelatorum predicte Brabantie a ducatu et a dominio Loteringhie et Brabantie absolvitur et in Burgundia in claustro canonicorum regularium includitur quod dicitur Dyioen[6]. Ibidem moritur et sepelitur. Pro quo Iohannes primus dominus et dux constituitur [anno[b] Domini 1268].

Iohannes primus duxit filiam[7] regis Frantie Ludovici primitus in uxorem, que cito moritur et apud Sanctum Dyonisium cum filio suo quasi obortivo tumulatur. Illa mortua, Iohannes primus nomine et septimus dux Loteringhie et Brabantie postea duxit Margaretam, filiam Widonis[m] comitis Flandrie, de qua genuit Iohannem secundum; qui Iohannes desponsatus est filie[8] regis[9] Anglie. Genuit etiam Godefridum, Margaretam et Mariam, de qua Maria duxissa moritur et in Bruxella apud fratres Minores sepelitur. Hic Iohannes secundus natus est anno Domini 1275, 6. Kal. Septembris; soror eius Marghareta sequenti anno, quarto Nonas Octobris[n].

f. 137. 1288. 23. Iohannes primus dux Brabantie et Lotharingie bellavit contra comitem[10] Ghelrie pro ducatu Lamburgensi apud Woronc, ubi occidit comitem[11] de Lusenborch cum tribus fratribus et plures nobiles. Archiepiscopum[o] Coloniensem[12], comitem de Ghelria, comitem

*) *Manus s. XIV. addit in marg. infer.:* Anno Domini 1246. Willelmus, heres Flandrie et dominus de Dampetra, duxit in uxorem Mariam, filiam Henrici ducis Brabantie, tunc relictam comitis Thuringie.

a) CVI *in ras. m. s. XIV.* b) *addit m. s. XIV.* c) a *corr.* ab *c.* d) *in ras. m. s. XIV.* e) exitens *corr.* existens *Th.* f) *e corr. m. s. XIV.* g) XLIII *corr. ut editum c.* h) mat. *corr.* inmat. *Th.* i) et — eodem *addit Th.* k) t̃cin⁹ *c.* l) i. u. *in ras. Th.* m) *supplet scriba in marg.* n) *inferior pars f.* 136'. *vacua relicta est.* o) *ante* a. *add. m. s. XIV. in margine* scilicet, *quod cum sensum verborum prorsus mutet, omisi.*

1) Haec eisdem fere verbis in Auct. Gembl., SS. VI, p. 392; Ann. Blandin., SS. V, p. 29; Bald. Ninov. supra p. 532. 2) De sepulturis noster partim cum Genealogiis ducum Brabantiae supra p. 386 sqq. vulgatis convenit, partim accuratiora prodit, quare haec aliunde sumsisse mihi videtur. 3) Mariam. 4) Sophiam. 5) Alicem. 6) Dijon. 7) Margaretam. 8) Margaretae. 9) Eduardi I. 10) Reinaldum I. 11) Henricum IV. 12) Sigfridum.

de Assau, qui postmodum electus est in regem Alemannie, et plures alios nobiles Iohannes cepit et tenuit captivos, perditis paucis de suis. Unde versus: (1288.)

Anno milleno ter centeno, duodeno
Ablato, quantus fulgebat agone Brabantus!
Lusiburgenses, sic Ghelria, Colonienses
Dedecus hauserunt, Iunio quia succubuerunt,
  Luce Bonefacii martiris egregii. (Iun. 5.)
O vos iocundi spernatis gaudia mundi!
Nam cito labuntur et tristia fine secuntur.
Ecce Brabantorum dux, milicie leo dictus
Et deus armorum, Veneris dilexerat ictus.
Iostator[1] bellis fuit optimus, ac domicellis
Miles erat tantus, quod nescio dicere quantus
Multigamus fuit. Hinc pueros plures generavit,
Ecclesias, claustra[a] populumque suum spoliavit
  Ac onus imposuit hiis, quasi predo fuit.
Ut leo magnus, mitis ut agnus sepe micavit,
Se dominis, famulis, goliardis equiparavit,
Marchio, garcio, mimus et histrio noverat esse
Et ioculator, pacificator, quando necesse (f. 137'.)
Vidit. Famosus, mundanus, deliciosus
  Fulsit[b] in hac vita, fama cucurrit ita.
Ad festum comitis de Baran venerat iste: (1294.)
Centum militibus ac denis, wach bone Christe![c]
Illic cum vasta perfossus militis hasta
  Occubuit breviter. Quisque peritus iter
  Hoc formidabit. Gloria tristis abit
Mundi par cannis: ducis hoc mors dira Iohannis
  Indicat. Hic Gayo clarior in Mayo
Inventaque cruce sublatus, perpete luce (Mai 3.)
Gaudeat in celis. Ferat amen quisque fidelis!
Consulo iam cuique, quod non dominetur inique;
  Undis tam vadit urna, quod inde cadit.
Anno milleno bis C novies quoque deno
Quarto decessit; cui sempiterna quies sit!
Amen.
A teneris annis hec consuetudo Iohannis
De Thielroeden erat, describere gesta proborum.
Hec metra composuit, cui dentur regna polorum![d]

24. De Ludovico rege Francorum [qui[e] dicitur sanctus].

Anno Domini 1270. Ludovicus rex Francie christianissimus — in Syciliam veniens est defunctus. Ludovicus bonus, qui obiit ante Thunicium, et Karolus, frater suus, rex Cicilie, et Eduardus[2] rex Anglie et Richardus electus in regem Alimannie habuerunt quatuor sorores in uxores, filias comitis[3] de Provintia. (Mart. 474.)

Anno[f] Domini 1296, circa festum sancti Iohannis baptiste Florencius comes Hollandie et Zelandie equitabat inter Traiectum Inferius et Mudam[4] ludendo cum falconibus. Ghiselbertus[g,5] de Hamstelle et Hermannus de Worden milites armata manu ceperunt comitem et duxerunt in castellum de Muda. Hollandi et Frisones hec audientes circondederunt castellum. Illi deintus pre defectu victualium ex castello fugerunt et comitem secum adducere conaverunt, sed pre multitudine crescente Hollandiorum et Frisonum non potuerunt. Tunc ipsum (f. 138. 1296. Iun. 24.)

a) ra po *in ras. c.* b) fulfit *c.* c) xpriste *c.* d) *in inferiore parte f.* 137'. *vacua relicta adnotavit m. s. XIV. eosdem versus, qui iam f.* 111'. *leguntur (supra p.* 562, *l.* 50 *sqq.).* e) *add. m. s. XIV.* f) *quae sequuntur usque ad* vulnere suffocatus *(p.* 578, *l.* 6.) *scripsit Th. in f.* 138. *vacuo relicto.* g) Ghiselbertus *corr.* Gherardus *m. s. XIV*

1) i. q. Gallis 'joûteur', nobis 'lanzenbrecher'. 2) Potius Henricus II, pater Eduardi I. 3) Raimundi Berengarii IV. 4) Muiden, ab Amsterdam ad orientem. 5) Cf. Ioh. Bekam (ed. Furmerius 1611) p. 87 sqq., qui praeter supra laudatos *Gherardum de Velsen* affert.

1296. subtus dicum aqua lutosa gladio occiderunt. Reliquit Iohannem unicum filium, cuius avus erat Wido tunc comes Flandrie, et ipse puer maritatus erat cum filia[1] regis[2] Anglie.

Anno Domini 1296[a]. quinto Kal. Aprilis Iohannes unicus Ollandie et Zelandie dominus, habens annos circiter 15, commisit bellum contra Frizones, quos omnes occidit vel captivos secum duxit numero quatuor milia, et non plus quam octo viros perdidit, quorum dominus de Erkele fuit unus, sed sine vulnere suffocatus.

f. 138'. 1290. 25. *Officialis curie Parisiensis universis presentia visuris ac audituris. Cupimus non latere, quod quidam Iudeus commorans Parisius christianam habebat ancillam, erga quam hostiam emit pro 10 libras consecratam. Ipsa vero hostiam consecratam suo domino presentavit; quo facto, predictam hostiam posuit in mensam ac alios Iudeos fecit convocari, dicens: 'Numquid non sunt stulti christiani in hanc hostiam credentes'? Accipientes cultellos et stilos ac instrumenta alia hostiam delere volebant; quod facere non potuerunt. Tandem quidam ex ipsis magnum arripiens cultellum, hostiam percuscit*[b]*, et in tres partes hostia se divisit, et continuo sanguis exivit; quo miraculo facto, multi sunt conversi. Insuper hostia ponebatur in caldario pleno aqua, ut bulliretur et destrueretur. Hostia vero ex divina gratia in carnem et sanguinem se mutavit. Hiis miraculis visis, Iohannes exhibitor presentium cum omni familia sua ad fidem catholicam est conversus. Hec acta sunt anno Domini 1290, ipso die resurrectionis Domini.*

f. 139. 1291. 26. Datum per copiam. *Petrus miseratione divina Remensis archiepiscopus venerabili fratri nostro G.*[3] *eadem gratia Attrebatensi*[c] *episcopo salutem et sinceram in Domino caritatem. Litteras sanctissimi patris ac domini*[d] *Nicholai divina providentia pape quarti anno Domini* Dec. 10. 1291. *die Lune post festum beati Nicholay hyemale recepimus, formam que sequitur continentes:*[4]

'Nicholaus episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus, archiepiscopo Remensi et eius suffraganeis, ac dilectis filiis, electis et abbatibus, prioribus, decanis, prepositis, archydiaconis et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis et conventibus universis cuiuscunque ordinis Remensis provintie salutem et apostolicam benedictionem. Dire amaritudinis calicem nuper nobis de Syrie partibus propinatum non sine lacrimarum profluvio degustantes, in amara nimis et tristia[e] *valde prorumpere cogimur vocesque depromere lugubres ac vehementem, quem sentimus intrinsecus, quo durius perturbamur, in intimis revelare ac insinuare*[f] *dolorem, quamvis forsitan presentis pagine cursum gressus celebrior precurrentis fame preveniret. Nam rumoris preloquentis affatibus ad*[g] *noticiam vestram preveniret, quod nostrarum lingua proloquitur litterarum. Sepe quidem illa orientalis plaga profundas ecclesie plagas imposuit, sepe illam protulit amaritudinem*[h] *absintii, sepe felleo cibo pavit, sauciavit vulneribus et turbationis valide acerrima punctura confodit, ac nunc ei amarissime potionis*[i] *haustus uberrimos*[k] *intulit, nunc* *f. 139'. *illam meroris immensi ferculo *copioso replevit eamque furoris feralibus gladiis crudelissime pupugit, quin potius ad eius usque interiora pervenit. Superfundimus*[l] *itaque illato calici acrem*[m] *fletum et iam amaro potui tam acerbo inundantem lacrimarum pluviam immiscemus. Audivimus etenim, mestisque relatibus aperitur, quod diebus proximo iam transactis aucta quam plurimum Babilonici persecutoris immanitas, christianum sanguinem sicientis et in christianitatis exterminium*[n] *aspirantis extremum, sue nefande potentie viribus, innumera videlicet multitudine armatorum, machinis plurimis et aliis instrumentis*[o] *bellicis congregatis, contra civitatem Acconensem — pro cuius tuitione*[p] *continua, sicut vestram*[q] *non credimus latere notitiam, predicta ecclesia labores plurimos, curas innumeras et gravia onera pertulit, expensarum scilicet*[r]*, ut expectare sufficeret passagii generalis adventum in galeys aliisque vasis maritimis*[s] *copia bellatorum, ut etiam pecuniarum summis subveniendo sollicite, prout suggessit exinde nunciata necessitas et series super hoc oblate pluries petitionis exegit — in ira spirituque furoris procedens hostiliter, civitatem ipsam, multo revera populo preditam, multe nobilitatis titulis insignitam et bonorum affluentia opulentam, que universis christicolis transitum ad partes*[t] *illas habentibus potissimum et principale refugium existebat, obsedit, ipsam angustans artius,* *f. 140. *ac eam et non modicam *fidelium tunc inibi moram trahentium sic infestis et validis impugnationibus machinarum ictibusque missilium modisque aliis bellicis per non modici temporis spacium die noctuque insultibus violentis impeciit cunctisque conatibus indesinenter oppressit,*

a) XCVII *corr. ut editum* c. b) *ita* c. c) Atreb. *corr.* Attreb. c. d) *bis scripsit* c. e) tristis c. f) insiniare c. g) a c. h) amaritavit c. i) pōtois c. k) uberrimes c. l) superfundimur c. m) rem *in ras. Th.* n) ext̊nunū c. o) instumentis *corr* instrumentis c. p) mitione c. q) nostram c. r) sibi c. s) maritinis c. t) rtes *in ras. Th.*

1) Elisabetha. 2) Eduardi I. 3) Guillelmo. 4) Easdem litteras ad archiepiscopum Turonensem missas in Gesta episc. Andegavensium recepit Guillelmus, ap. Dachery II, p. 179. Cf. Potthast, Regesta II, p. 1903.

*quod eam tandem, incolarum ipsius et ceterorum tunc ibidem presentium viribus superatis in arcu et faretra, finientibus[a] gladiis comprehendit. In cuius tam sinistri, tam flebilis[b] tamque dolorosi eventus articulo, cum religionum Christo militantium fratres aliique armis accincti quam plurimi, viri quippe strennui, robusti, athlete Domini et propugnatores electi, pro defensione civitatis eiusdem interius vigilantes, tolerare diutius irruentium undique ac insilientium Agarenorum terribiles impetus, aggressiones nefarias non valerent: demum post nefandum fidelium multorum exidium, post captionem miserabilem plurimorum — ut ceteros, quos in terra marique seviens trucidabat gladius, furor devorabat hostilis manusque inimica necabat, quosque pre magnitudine timoris exanimes[c] et in desperationis angustia constitutos in certis et ambiguis passibus, ut a necis eruerentur exitio, fugientes, fluctus obduxit equoreus, silentio relinquamus — civitatem predictam, quod non absque amaritudine copiosa referimus et profundis sedulisve[d] suspiriis recenscimus, ausu dampnabili occuparunt, illam flammis voracibus exponentes. Cum igitur ad recuperationem celerem, prout eius urgentissima *necessitas exigit, ferventibus studiis intendamus, vias et modos diversos et varios per nos et alios sollicitius exquirentes, ut iuxta desiderii nostri fervorem terra ipsa recuperari valeat et recuperata imposterum conservari: universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente[e], vobis per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandantes, quatinus, convocatis per te, frater archiepiscope, ac per eos quibus id commiseris, et si opus fuerit, ecclesiastica censura coactis ad provinciale concilium provincie tue prelatis tam regularibus quam secularibus, tam exemptis — quibus ex convocatione tua nullum volumus quoad libertates et immunitates eorum imposterum preiudicium generari, nullumque ipsis contra convocationem et coactionem huiusmodi, quantum ad hunc spectat articulum, ex privilegiis vel amminiculis libertatum exemptionumve[f] suarum excusationis seu exceptionis provenire presidium — quam etiam non exemptis, celeriter convenientes in unum et diligenter considerantes et sollertius attendentes, quod, etsi huius modi negotium universis fidelibus debeat propensius esse cordi, prelati tamen ecclesie Dei tenentur et debent arctius et ab intimis affici circa illud, opem et operam impendendo sollicitam, ut optatum exitum sorciatur, deliberando sollicite, provide et attente super toto negotio supradicto, et precipue, qualiter et quomodo circa recuperationem eandem celeriter auctore Domino proventuram et continuationem subsidii dicte terre *ac impugnationem suorum hostium faciendam et etiam circa alia negotium ipsum tangentia possit quantocius et utiliter, sicut expedit, provideri; et quod super premissis deliberatum fuerit in concilio memorato, nobis per viros ydoneos, providos et discretos ac sufficienter instructos et a vobis plenum mandatum habentes super premissis etiam faciendi que vos presentes facere valeretis, ad sedem apostolicam usque ad festum purificationis beate virginis primo venturum studeatis quantocius intimare, per quos nobis[g] super omnibus supradictis vestre circumspectionis voluntas et consilium innotescant, quorum communicato consilio sedes ipsa provida deliberatione statuat, discutiat, disponat et ordinet, quod in tam arduo christianitatis negotio publice salutis utilitas postulabit. Nostre preterea voluntatis existit, ut vos iuxta datam vobis ex alto prudentiam vestros subditos ad pacem et concordiam sollicite reducentes, ipsos ad devotionem ac reverentiam Salvatoris nostri continuam et ad eius iniuriam ulciscendam ac etiam ad ipsius subventionem negotii in tante necessitatis articulo excitare, inducere ac exhortari sollicite procuretis, illam in hiis diligentiam et efficaciam impensuri, ut a Domino, cuius negotium agitur, eterne beatitudinis consequi premia non immerito valeatis, nosque proinde[h] vestre devotionis promptitudinem condignis laudibus attollamus. Si vero te, frater archiepiscope, abesse vel, quod absit, deesse contingat, *vos, filii, Remense capitulum, auctoritate freti apostolica hec omnia exsequi procuretis. Datum apud Urbem Veterem 15. Kal. Septembris, pontificatus nostri anno quarto'.*

Item alias dicti domini pape litteras recepimus anno et die predictis, quarum tenor talis est:

'Nicholaus episcopus servus servorum Dei venerabili fratri archiepiscopo Remensi salutem et apostolicam benedictionem. Dura nimis et amara valde discrimina Terre Sancte, que sibi, prout[i] dolentes referimus, nuper intulit vis hostilis, presentium tibi non duximus exprimenda relatibus, cum illa tue prudentie per alias nostras litteras seriosius[k] referamus. Sane ad recuperandam de manibus impii terram ipsam ferventibus studiis, prout eius urgentissima neces-

a) fiuentibus *c.* b) flebiles *c.* c) accentes *c.* d) sedulis ne *c.* e) artente *c.* f) exemptionum ne *c.* g) vobis *c.* h) provide *c.* i) pout *c.* k) reseriosius *c.*

sitas exigit, intendentes et cupientes, ut illa recuperata stabiliter conservetur ad laudem divini nominis et honorem, vias et modos varios et diversos exquirimus, per quos nostrum in hac parte desiderium valeat adimpleri. Unde cum fide dignorum pandat assertio, quin potius communis vox habeat, quod dilectos filios fratres Hospitalis sancti Iohannis et milicie Templi Iherosolimitani[a] *ad unius ordinis unitatem seu religionis unionem auctoritate apostolica reducamus, ut sincerius et uniformius*[b] *in vinculo caritatis et pacis tendentes ad unum, efficacius possint prosequi negotium memoratum; super quorum unione hactenus etiam tempore Lugdunensis concilii specialis*[c] *mentio et collatio facta fuit: volumus et per apostolica tibi scripta mandamus, quatinus cum *suffraganeis tuis in provinciali concilio, quod a te fieri volumus, prout tibi per alias litteras nostras iniungimus, habito super hoc consilio diligenti et exacta cum illis diliberatione secuta, nobis quod per te ac eosdem suffraganeos deliberatum fuerit in hac parte, plene, fideliter, seriatim et expresse per tuas litteras harum seriem continentes tuoque*[d] *sigillo munitas procures quantocius intimare. Datum apud Urbem Veterem 15. Kal. Septembris, pontificatus nostri anno quarto'.*

Nos itaque plenis cupientes affectibus, quod negotium ipsum auctore Domino felicem exitum sortiatur, ac agentes[e] *in desideriis, ut tenemur, mandatum apostolicum in premissis executioni debite demandare, nostrum propter hoc concilium apud Compendium die dominica in quindena epiphanie Domini, que erit in festo beatorum Fabiani et Sebastiani proximo venturo*[f]*, ordinamus et prefigimus celebrandum. Fraternitati vestre auctoritate domini pape nobis in hac parte commissa districte precipiendo mandamus, quatinus nobiscum eisdem die et loco personaliter convenire curetis et iuxta litterarum continentiam prescriptarum electos, abbates, priores, decanos, tam cathedralis quam collegiatarum ecclesiarum prepositos*[g]*, archidiaconos, magistros Hospitalis sancti Iohannis et preceptores*[h] *milicie Templi Iherosolimitani ac alios ecclesiarum prelatos, necnon capitula tam cathedralis quam colligiatarum et conventus universos, tam regulares quam seculares, tam exemptos quam *non exemptos, cuiuscumque ordinis, vestrarum civitatis et dyocesis, ad idem concilium convocetis, videlicet ut electi, abbates, priores, decani, prepositi, archidiaconi, magistri et preceptores et alii ecclesiarum prelati personaliter per se, capitula vero et conventus per procuratores ydoneos et peritos habentes potestatem et speciale mandatum inter cetera faciendi omnia et singula que ipsi facerent si personaliter interessent, una nobiscum in virtute sancte obedientie et sub pena suspentionis et excommunicationis eisdem die et loco nostro se conspectui representent, tractaturi et deliberaturi nobiscum super negotiis antedictis et super premissa tangentibus, prout in suprascriptis litteris plenius continetur, nobis quid super hoc factum fuerit et citatorum nomina per vestras*[i] *patentes litteras fideliter rescribentes*[k]*. Datum anno Domini 1291, primo die Veneris post festum beate Lucie virginis.*

De prioribus veniendis ad illam congregationem intelligo de illis, quorum abbates non in provintia vel de provintia Remensi. Super hoc habeatis consilium, et voluntatem vestram michi rescribatis, si contingat, vos usque ad diem in littera prefixum Parisius commorari.

Consilium Remensis provincie prelatorum et omnium religiosorum de Terra Sancta.

*Cum super duobus articulis debeamus summo pontifici respondere, videlicet qualiter Terra Sancta a Sarracenis hiis diebus occupata possit cicius, liberalius et melius in *posterum conservari; item quod per viros ydoneos, providos et discretos nostrum*[l] *consilium remittamus ad curiam, qui habeant potestatem plenariam faciendi omnia que faceremus et facere possemus, si presentes essemus: super quo articulo, prout nostra parva circumspeccio nos sinit, salvo meliore iudicio, nulli respontioni alteri derogando, taliter duximus respondendum, videlicet quod primum, more Moysi, qui, cum fideliter ad Dominum preces effunderet populus Israeliticus, suos adversarios devincebat, cum vero cessabat orare populus Israeliticus, vincebatur, fiant orationes per universalem ecclesiam apud Deum, qui ponit humiles in sublimi et merentes erigit sospitati, ut ipse per suam ineffabilem misericordiam christianorum patrimonium ad suos naturales heredes quam tocius revocare dignetur. Item cum secundum ewangelii*[m] *veritatem omne regnum in se ipsum divisum non valeat prosperari, nobis videtur necesse expedire ad hoc quod Terra Sancta iterum capiatur, quod illi, qui se asserunt christianos et in discordia sunt ad presens, quod ad unitatem et concordiam revocentur, et potissime Siculi, Arragones atque Greci, cum durante eorum discordia non videatur esse securitas in eundo, cum*

a) Iherosolimitanus *c.* b) *ita Gest. And.*; miserrimus *c.* c) ēpalis *c.* d) tuque *c.* e) gentes *c.* f) venturum *c.* g) prepositis *c.* h) preceptorum *c.* i) nostras *c.* k) rescribant *c.* l) vestrum *c.* m) ewangelium *c.*

1292. Ian.

*nichil sit efficatius ad nocendum quam familiaris inimicus, et valde esset et dampnum maximum christianis et sempiternum obprobrium ecclesie sancte Dei, ponere tot expensa, procurationes[a] et labores, si fructus aliquis non sequeretur. Preterea cum rex Romanorum in ecclesia sancta Dei magnam obtineat potestatem, ad cuius nutum et indignationem omnes debent tremere barbare nationes, qui[b] etiam ex naturali creatione *sua fidem inter ceteros reges tenetur defendere christianam: nobis videtur necessarium, expediens et honestum, quod talis ac tanti principis electio acceleretur et talis promoveatur, qui sit catholicus et fidelis et qui effectuosius zelum habeat erga ecclesiam sanctam Dei et qui velit totam Germaniam ac alios populos sibi commissos ad illud sanctum negotium incitare. Preterea expedire videtur, quod serenissimus rex Francorum inducatur vel ab eo requiratur, utrum ipse per se ipsum vel per alium, qui de stirpe regia trahit ortum, velit assumere iter istud more predecessorum suorum, qui semper sancte matris ecclesie fuerunt precipui zelatores et strennui[c] defensores. Nam per hoc ad motum capitis Gallicorum tam Gallia quam cetere nationes cum maiori fiducia insurgerent contra inimicos fidei christiane. Preterea cum predicatio crucis multum possit valere ad negotium istud, nobis videtur, quod per universalem ecclesiam crucis predicatio debeat innovari, ut principum[d] et baronum, clericorum et secularium corda ad istud negotium peragendum magis valeant inflammari. Insuper cum subsidium ecclesie Gallicane non possit sufficere ad totum negotium peragendum, maxime cum a temporibus retroactis fuerit aggravata in tantum, quod ecclesie suos ministros vix valeant sustentare: nobis videtur, quod ad negotium istud compellendi sunt omnes, qui insigniti sunt caractere christiano, in quocumque regno degentes, cuiuscumque status et conditionis existant; quod, si ab omnibus fiat contributio generalis, licet fuerimus plurimum aggravati, tamen parati erimus secundum *ecclesie facultates indicto negotio ferre consilium[e], auxilium et iuvamen, tanquam christiani fideles et christiane fidei zelatores. Ad conservationem Terre Sancte nobis videtur quam plurimum expedire, quod Templarii et Hospitalarii, si bono modo et sine[f] scandalo possit fieri, in uno ordine uniantur, cum eorum divisio multum nocuerit hactenus, prout refert fama publica, Terre Sancte. Videtur etiam nobis expedire, quod inibi non modica post Terre Sancte recuperationem continue teneretur fortium bellatorum ac militum multitudo, qui virtute proprio possent resistere, cum opus existeret, Sarracenis et inimicis nominis christiani, hoc tamen proviso, quod de bonis Templariorum[g] et Hospitaliorum[h] provideatur eisdem, si idem Templarii et Hospitalii[i] non velint tot milites tenere, cum bona Templariorum et Hospitaliorum a primaria fundatione ordinis sint ad hoc specialiter ordinata; quod si bona ipsorum non sufficerent, tota christianitas debet in hoc commune consilium et adiutorium conferre, et in hoc consistit tota deliberatio religiosorum. Ista, karissimi patres, nobis videntur necessaria, utilia et honesta ad recuperationem Terre Sancte et conservationem eiusdem[c], quare[k], cum non habuimus deliberationem respondendi nisi parvam, et quia omnino non novimus armorum exercitationem, cum non simus homines multum experti in armis, vobis humiliter supplicamus, quatinus ignorantiam nostram apud vos velitis habere excusatam et per vestram scientiam et experientiam defectui nostre ignorantie suppleatis.*

Hec sunt que intendimus per procuratores summo pontifici intimare.

Ordinatio sive deliberatio prelatorum provintie Senonensis super negotio Terre Sancte.

Primo quod fiat pax generalis in universa terra[l] vel, si esset guerra que sedari non possit, quod saltem impetraretur longa[m] treuga[n], qua pendente possit prosperari negotium Terre Sancte. Item quod fiat pax inter regem Francie et regem Cecilie ex una parte et regem Arragonie ex altera interminabilis[o] ministrari. Item quod reducantur ad concordiam Pysani, Lucani, Venecii[p] et Iarci[1]. Item quod inspiciatur diligenter, quomodo et quantum ex intimis provinciis transfretantium ultra mare poterit subsidium. Item curetur diligenter, quod nulla inimicis fidei victualia ministrentur. Item quod predicetur verbum crucis. Item quod eligatur rex Francie vel alter de genere Gallicorum, qui presit exercitui transfretanti. Item, si fieri oporteat, subventio levetur per illos de genere Gallicorum. Item rescribatur deliberatio habita in consilio isto summo pontifici per procuratores[q] electos[r] ad hoc, qui habeant potestatem

a) pcūr̄ *c.* b) que *c.* c) *e corr. c.* d) *ante* pr. *legitur* negotium, *quod errore scribae ex sequentibus huc translatum esse videtur.* e) concilium *c.* f) s̄ū *c.* g) T. et H. pr. *in ras. c.*; eiusdem *in marg., quod correxi.* h) hospitalio *c.* i) hosp^tii *c.* k) quia *c.* l) *in ras. m. s. XIV.* m) a longa *corr. radendo* longa *c.* n) trega *corr. superscribendo* treuga *m. s. XIV.* o) ĩt̄uuallis *c.* p) V. et I. *supplet scriba in marg.* q) procur̄ *c.* r) elcōēs *c.*

1) Zara.

*consenciendi et tractandi solum super deliberatis et, si compellarentur procuratores ad hoc missi per summum pontificem, ut ad maiora se extendant, quod non possunt per iuramentum suum consentire ad exactionem aliquam, que excedat decimam, et hec non concedatur ultra triennium vel quinquennium, et quod non possit exigi vel levari durante decima que nunc currit. Item quod unio ordinum gladio materiali utentium fiat, *si fieri possit sine scandalo. Item quod fiat resecatio superfluorum tam in equitaturis[a], vestibus, familia, cibariis, edificiis et aliis superfluis omnibus clericis et laicis christianis, cuiusque status vel regionis existant. Item quod ad subventionem Terre Sancte reducantur omnes gentes cuiusque conditionis, clerici, laici et etiam Iudei. Item quod, nisi fiat subventio a tota christianitate, non consentiunt procuratores, istam provintiam ad aliquod subsidium obligari.*

Item per aliam litteram subplicatoriam subplicatur domino pape a prelatis, quod, cum ecclesia Gallicana longo tempore fuerit lesa subreptione collationis beneficiorum suorum et maxime eorum que vacant in curia, intendunt rogare, ut collatio beneficiorum sic vacantium ad episcopos et patronos libere revertantur. Item intendunt facere subplicationem contra abusores litterarum papalium, super quibus multi multipliciter diffamantur.

Ego Iohannes de Tielrode monachus Sancti Bavonis ad istud consilium apud Compendium cum reverendo patre nostro domino Petro archiepiscopo Remensi interfui et propria manu hec predicta scripsi[b].

27. Reges Francorum de genere Troianorum.

Priamus [incepit[c] regnare anno 381]. Marcomeius[d] [incepit[c] 385. Nota, quod isti duo in cronicis dicuntur duces]. Pharamundus [fit[c] primus rex Francorum; incepit anno 419]. Clodio[e] [Crinitus[c], secundus rex, incepit anno 430]. Merovius[f] [utilis[c] nimis, tercius rex, incepit 448]. Hildericus [quartus[c] rex incepit 458]. Isti fuerunt gentiles. Clodoveus [qui[g] et Ludovicus, quintus rex, incepit 484. A beato Remigio baptisatur et obiit 514]. Clotharius[h] [obiit[c] 564]. Cilpricus[i] [obiit[c] 597]. Lotharius [Magnus[c] obiit anno Domini 631]. Dagobertus [Magnus[c] obiit anno Domini 645]. Clodoveus [obiit[c] 662]. Lotharius[k] [obiit[c] anno Domini 666]. Hildricus [obiit[c] anno Domini 679] Theodericus [obiit[c] anno Domini 693]. [Clodoveus[l] obiit anno Domini 697. Hildebertus[l] obiit 715. Clodoveus[l] obiit 719. Lotharius[l] obiit 721. Chylpericus[l] obiit 726. Theodericus[l] obiit 740. Hyldricus[l] rex Francorum in monachum tonsoratur 750. Pippinus[l] Parvus ex maiore domus fit rex Francorum, qui obiit 768. Karolus[m] Magnus. Ludovicus Pius. Karolus Calvus. Ludovicus Balbus. Karolus Simplex. Ludovicus. Lotharius. Ludovicus iunior[n].}

Parisienses regnaverunt.

Hugo Capet [comes[o] Parysiensis]. Robbertus. Ludovicus. Philippus. Ludovicus. Philippus. Ludovicus. Ludovicus. Philippus. Philippus[p].

Karolomannus. Pippinus [obiit[o] 646]. Begga, [filia[o] Pippini, obiit 698]. Pippinus, [filius[o] Begghe, obiit 714]. Karolus Martellus [obiit[o] 741]. Pippinus Parvus [rex[o] Francorum obiit[o] 768]. *Karolus Magnus [obiit[o] 814]. Ludovicus Pius [obiit[o] 840]. Karolus Calvus [obiit[o] 878]. *Ludovicus Balbus [obiit[o] 880]. Karolus Simplex [obiit[o] 926]. Ludovicus [obiit[o] 955 Lotharius obiit 986. Ludovicus rex filius obiit anno sequenti, et Hugo Capet per vim adeptus est regnum Francorum anno 987]. Karolus, [frater[o] Lotharii, dux et non rex]. Gherbergha [comitissa[o] Bruxellensis]. Henricus comes [Lovaniensis[o] obiit anno 1039]. Lambertus [qui[o] est Baldricus]. Heinricus [comes[o] Lovaniensis obiit Tornaci interfectus anno Domini 1095]. Heinricus[q]. Godefridus [I[o]. Cum-barba, primus dux Loteringie ac Brabantie, incepit anno 1106]. Godefridus [II.[o] Godefridus III.] Heinricus [I.[o]]. Heinricus II. Heinricus III. Iohannes [I.[o] Iohannes II. Iohannes III.].

Duces Ardinenses.

Godefridus. Goselcus. Godefridus. Godefridus Gibbus[r] [anno[o] Domini 1070. regnare incepit]. Godefridus [de[o] Bulliam dux Lothariensis anno 1089. incepit]. Heinricus de Lemborch [dux[o] Lothariensis incepit anno Domini 1150].

Comites Flandrie.

Lidricus primus comes Flandrie [anno[o] Domini 792]. Inghelrammus, filius eius. Audacer, filius eius. Balduinus Ferreus, filius eius, [duxit[o] in uxorem Iudith, filiam regis Francorum]. Balduinus Calvus, filius eius, [duxit[o] in uxorem filiam regis Anglorum]. Arnulphus Magnus, filius eius. Baldewinus Iuvenis, filius eius. Arnulphus [Barbatus[o]] iuvenis, filius eius. Baldevinus Barbatus, filius eius. Balduinus Insulanus, filius eius. Balduinus Montensis, filius eius. Arnulphus, filius eius, occisus a patruo. Robbertus [Barbatus[o]], Friso, frater Balduini Montensis. Robbertus Friso iunior, filius eius. Baldewinus Hapkyn, filius eius. Karolus, filius Adele, sororis Robberti minoris. Willelmus Normannus, filius Robberti Normanni[s]. Theodericus, filius Ghertrudis. Philippus, filius eius. Balduinus [maritus[t] Margarete, sororis predicti Philippi. Balduinus Constantinopolitanus, filius eius. Farrandus, maritus

a) is *in ras. c.* b) *inferior pars f.* 145. *vacua relicta est.* c) *uncis inclusa add. m. s. XIV. inter lineas et in marg.* d) *e corr. c.* e) Clodio *corr.* Clodius *m. s. XIV.* f) Merovius *corr.* Merovecus *m. s. XIV.* g) q. e. L. *add. m. s. XIV. in ras. alio atramento ac sequentia, quae postea addidit.* h) Cloth *in ras. m. s. XIV.* i) Cilpricus *corr.* Cilpericus *m. s. XIV.* k) Hildricus . . . Lotharius *corr. ut editum Th.* l) *nomina scripsit inter lineas vel in ras. m. s. XIV; cetera postea adiecit.* m) Karolus — iunior *in ras. quattuor nominum m. s. XIV.* n) *m. s. XIV. add. rursus in marg. inferiore excerpta ex Gen. ducum Brabantiae ampl., quae hic repetere nolumus.* o) *add. m. s. XIV.* p) *post haec rursus* Philippus, *sed postea erasum; locus quinque fere nominum vac. rel.* q) *del. m. s. XIV.* r) gilbus *c.* s) Normās *c* t) *in ras. postea add. m. s. XIV.*

Iohanne, captus[a] in bello Bovines. Thomas de Sabaudia[b] [maritus[c] Iohanne]. Willelmus, filius Margarete [sororis[c] Iohanne]. Ghuido, filius Margarete [predicte[c]].*

28. Anno dominice incarnationis 1294. gerra magna erat inter regem Francie et regem *f. 147 Anglie propter terram Gasconie; unde Wido comes proloquuto[d] matrimonio et per fidem 5 firmato inter primogenitum[1] regis Anglie et filiam suam[2], quam genuit de Elizabeth. Rex Francie, hoc audito, mandavit Widonem et filiam suam in Francia. Aliquantulum captivos tenuit. Comitem deliberavit, quia non invenit in comite nisi iusticiam in sua inquisitione[e]; sed filia in Francia invito comite remansit, et rex Francie noluit matrimonium sustinere, quamdiu esset gherra inter ipsos reges predictos.

10 Anno[f] dominice incarnationis 1295. extitit gerra magna per mare et per terram inter regem Philippum Francie et Edwardum regem Anglie propter[g] terram Gasconie. Anno eodem Philippus rex misit dominum de Aricort et dominum de Monte Morencino milites strennuos capitaneos exercitus cum octoginta[h] milibus armatorum in septingentis navibus ad pacificandum mare mercatoribus contra Anglos. Flamingi non licenciati a militibus appli- 15 cuerunt apud Douvram in Anglia et incenderunt Douvram et monasterium ordinis Cluniacensis et monachos occiderunt et rapuerunt omnia bona. Actum anno predicto quarto Nonas Augusti. Rex Philippus extitit tunc apud Wiscamp[3] et suscepit Flamingos cum magno gaudio[i].

Anno[k] dominice incarnationis 1296, pridie Kal. Aprilis, littera dominicalis G, littera f. 147'. tabularis E, epacta 14, institutum fuit primum collegium canonicorum et vicariorum in 20 ecclesia beate Marie in Hardenborch[4] a domno Iohanne de Wassonia episcopo Tornacensi et domno Waltero abbate monasterii Sancti Bavonis, domino Bonefacio octavo[l] Romanis pontificante, domno Petro Remensibus presulante, in Alimannia Adulpho regnante et non imperante, Philippo regnante in Francia, Widone comite in Flandria. Dominus[m] Iohannes episcopus et abbas predicti conferebant[n] prebendas predictas alternatim, salvo abbatis iure 25 patronatus in omnibus prius obtento.**

*) *Manus saec. XIV. addit:* Robertus, primogenitus Guydonis.[5] Ludovicus,[6] filius Ludovici comitis Nivernensis, primogeniti Roberti predicti comitis. Ludovicus[7] iunior[o].

Adiecit postea m. s. XVI: Item istius filius fuit Ludovicus dictus de Male, eo quod ibidem natus fuerat et ibidem in fonte novo baptisatus iuxta Brugas.

30 Hic incipiunt duces nostri Bourgondie. Item iste Philippus[8], filius regis Francie, duxit in uxorem filiam comitis nostri Ludovici de Male unicam Margaretam, et ex ea habuit eciam Philippus Margaretam. Ex qua[9] habuit tres filios, primum scilicet Iohannem ducem Borgondie et Flandrie, secundum Anthonium ducem[p] Brabancie, tercium filium Philippum ducem de Nevers et Reteers. Ex primo filio, scilicet duce Iohanne, descendit dux Philippus, pater ducis Caroli; de duce Carolo 35 ducissa nostra Maria; ex Maximiliano imperatore dux et rex noster Philippus; ex Philippo noster modernus imperator[10], quem Dominus noster conservet in eternum.

**) *Manus saec. XIV. addit:*

De bello Curtracensi versus.

M, C ter atque bis I, transfertur dum Benedictus[11], — 1302. Iul. 11.
40 Francia Curtraci Flandrorum pertulit ictus.
Francorum fortes Curtraci sic perierunt, — cf. 1. Reg 31, 8.
Israel ut fortes in Gelboe monte ruerunt.

De Vitri versus.

Fugit de Vitria[12] rex[13] anno turpe sequenti, — 1303.
45 Et de Samaria par Syro fit fugienti.
Qui nunquam fugere novit, fugitivus habetur.
Tacta metu facere cursus anus egra docetur.

De bello apud Montem in Pabula[14] versus.

Ad Montes rursum rex Pabule lilia duxit; — 1304.
50 Eius in occursu leo niger cum grege fluxit.
Verbera mox dira longo certamine dantur.

a) c. i. b. B. *add. Th.* b) Sabaudra *c.* c) *superscr. m. s. XIV.* d) *ita c.* e) in *e ras. c.* f) Anno — gaudio *add. Th.* g) Eodem anno Ph. rex *corr.* propter *c.* h) otog. *corr.* octog. *c.* i) *reliqua pars f.* 147. *vacua relicta est.* k) Anno — obtento *manu Th.* l) roman *corr.* octavo *c.* m) *in ras. c.* n) conferent *c.* o) *post* iunior 55 *eras.* filius Ludovici *c.* p) *sequentia in infer. parte f.* 147.

1) Eduardum. 2) Philippam. 3) Fécamp. 4) Aardenburg, a Brügge ad septentrionem. Haec scripsisse videtur secundum chartam, quam Van Lokeren II, p. 48. affert. 5) a. 1305—1322. 6) a. 1322 60 —1346. 7) Hic et sequens (de Male) unus idemque est (1346—1383). 8) II, filius Iohannis II. 9) Philippus II. nimirum ex priore Margareta. 10) Karolus V. 11) Iam d. 9. Iulii pugnam fuisse, constat. 12) *Vitriacum distantem a Duaco duobus miliaribus* Ann. Gand., SS. XVI, p. 573. 13) Philippus IV. 14) Mons-en-Puelle.

29.[1] . . . .

Anno Domini 1291. civitas Occonensis multe nobilitatis titulis insignita et bonorum affluentia opulenta a Sarracenis capitur. —

f. 150 1298.

Tanquam[a] pacificus Anglorum rex[2] et amicus
Mansit Gandavi. Sua gens in fine sua vi
Incendit tecta, perimit, rapit, ut mala secta,
Et stimulo caude pungit nunquam sine fraude.
Convenit irata plebs Gandensis stimulata.
'Misit', ait, 'falsum nobis populum mare salsum.
Nunc, quicumque vir es, bona spes duplet tibi vires!
Nobis velle Dei debetur palma diei'.
Hostes invadunt, animas de corpore radunt,
Quos occiderunt Scalde Liseque dederunt.
Sunt ad aquas lati septingenti numerati
A regis gente sua premia distribuente.
Flumina suscipiunt hos tinctaque sanguine fiunt.
Tredecies anno centeno ter minus uno
Lux Blasii[3] pestis fuit huius et altera testis (Febr. 3.)
Horum raptorum combustorumque domorum
Ac caudatorum iugulatorumque virorum.
Rex redit inde die terna post festa Matthie. (Febr. 26.)
Ganda Deum lauda, si subdita sit tibi cauda;
Amodo fine cave, dum tibi dicat ave!*

Res nova, res mira, partes utreque fugantur;
Antra leo subit, rex lilia sparsa relegit.
Quique Sulas* adiit, rugiit leo, vincula fregit;
Ad regem rediit regemque pacare minatur.
Rex pacem sitiit. Fit pax. Leo laude beatur.

*) gl.: id est Insulas.

*) *Manus saec. XV. addit in marg. fol. 157':*

Anglica gens stravit Francorum nobiliores
Crispini festo semel M, C quater, ter V scripto. (1415. Oct 25.)
Lilia perdentis ubi nunc laus bellica Galli,
Anglorum rabies cito quem resilire coegit!
Rara fides magnis: ideo cecidere potentes
Mutuo discordes, heu, quos lis mutua vicit.
Hos puto non vinci leviter, quos unio vinxit.
Exemplum docet hoc. Leo percipe, nunc vigil esto,
Neve malignantum catulos traditio turbet.
Gallia non fleret, si traditione careret.
Flandria, te salvet a traditione malorum
Et reprobos reprimat qui regnat in arce polorum!
Amen.

NOTAE GANDAVENSES.

Codex Bruxellensis nr. 16531—16540, *olim bibliothecae viri b. m. Hulthem, membranaceus in 4°, in monasterio Sancti Petri Gandavensi ex aliis illius ecclesiae codicibus medio saec. XVI. conscriptus est. Folia* 161—267. *continent Sigeberti continuationes Aquicinctinam et Bergensem ex hoc codice a Bethmanno, SS. VI, p.* 438 *sqq., editam*[4]*; deinde historiam annorum* 1222—1288, *ut idem iam Bethmann notavit, totam fere ex Annalibus Blandiniensibus, Balduini Ninovensis et Martini Oppaviensis*[5] *chronicis concinnatam. Paucissima restant peculiaria, quae infra exhibemus. — Sequuntur fol.* 275—300. *excerpta ex opere*

a) *haec manu Th. exarata sunt.*

1) Omisi excerpta ex Martino hinc inde collecta, quae nullius prorsus pretii sunt. 2) Discordiam et pugnam, quae inter Anglicos et Flandrenses in civitate Gandavensi a. 1298. evenit, fusius enarrant Ann. Gandenses, SS. XVI, p. 562. 3) *Circa principium mensis Martii* Ann. Gand. 4) p. 441, l. 5. lege *Gilbertus* pro *Siwertus.* 5) Codicem rec. C exscripsit compilator.

Iohannis de Thilrode sumta, quibus nonnulla aliunde hausta de monasterio Tronchiniensi et de civibus Gandensibus intermixta sunt. Etiam haec infra lectoribus proponentes, simul versus adiecimus, qui fol. 29. de discordia a. 1348. inter comitem Flandriae et textores exorta leguntur[1].

. . . .

Anno Domini 1241. obiit papa Gregorius; Innocentius IIII. succedit. Eclipsis solis accidit pridie Nonas Octobris hora 9[2]. . . . . Bald.

Anno Domini 1250. . . . . . . Obiit bone memorie dominus Guido Cameracensis episcopus; Affligem sepelitur[3]. . . . .

Anno 1259. factus est terre motus 5 Nonas Maii in Flandria. A. Bland.

Anno Domini 1260, pridie Kal.[4] Martii obiit Henricus huius nominis tertius dux Brabantie et Lotharingie VI, nondum habens triginta annos, relinquens uxorem Alaisam, filiam ducis Burgundie, cum 4 liberis nondum adultis. Eodem anno obiit dominus Bonifacius quondam Lausanensis episcopus[5]. . . . . . . Bald.

Anno Domini 1270. obiit venerabilis abbas Iohannes[a] ecclesie sancti Petri Gandensis; succedit ei dominus Egidius dictus de Spargnemaille. Obiit Ludovicus rex Francie in[6] Thunis; unctus est in regem Philippus, filius eius, Remis ab episcopo Suessionensi, sede Remensi vacante. Versus: A. Bland.

Regnes pacifice cum Christo, rex Ludovice!
Sol tu luna tuus parvula stella[b] suus[c].

Anno Domini 1283. obiit Philippus Tornacensis episcopus; cui Michael de Insula succedit. . . . Bald.

Anno Domini 1288.

Bis quater undenus bis sex centesimus annus
In Iunii quinto palmam dedit ense Brabanto.
Destructis opidis prope Renum, dux inimicos
Teutonicos ense modica cum gente voravit.
Non hic, imo Deus, sua nec vis, sed dolus horum.

Iohannes dux Brabantie de mandato regis Alemannie, ut munitiones quasdam iuxta Renum sitas, ubi predones mercatores et peregrinos spoliantes morabantur, destrueret, cum manu quingentorum equitum terram archiepiscopi Coloniensis ingreditur. Quibus auditis, archiepiscopus, comes Ghelrensis, comes de Lucemborch et alii multi in ducem irruunt. Dux autem et sui, comparatione[d] aliorum numero pauci, viriliter resistentes et acriter pugnantes, victoriam obtinuerunt. Et ibi archiepiscopus Coloniensis, comes Ghelrensis et comes Alsatie[7] cum multis aliis capiuntur, comes de Lucemburch et frater eius comes de Rupi cum duobus aliis fratribus et fratre archiepiscopi interficiuntur. Sicque dux, munitionibus illis destructis ducatuque Lemburgensi acquisito, cum gloria rediit[8]. . . . . . .
. . . .

. . . .

Anno 606. Sabinianus papa sedit. Tunc[9] Altum monasterium beate Marie virginis in Tronchinio edificatur a sancto Amando episcopo, et ibidem 42 canonicos ad Dei servitium peragendum instituit. . . . Sigeb.

Et anno 883. Altum monasterium Tronchiniense reedificatur precepto Balduini Calvi.

Anno 914. elevatio sancti Gerulphi martiris facta est apud Merendum[10] 8. Idus Octobris ab Eynardo Noviomagensi episcopo et comite Balduino Calvo, et deferebatur in Trunchinio.

. . . .

Anno Domini 1379[e], 5. die Septembris fuit magna dissentio[11] inter communitatem Gandensem, eo quod rectores Alborum-caputiorum non fuerunt soluti, et quod unus eorum ultra concordiam factam captus fuit, verberatus et vulneratus. Ob quam causam cucurrerunt in armis et circa primam horam post nonam interfecerunt Rogerum de Hautfriede ballivum Gandensem, et altero[f] die exierunt extra villam et remanserunt inter Wondelghem et Gandavum usque 7. die Septembris, ita quod aliqui equestres ex parte comitis[12] tunc irruerunt in ipsos et interfecerunt tres pedissequos, qui nominantur Witte-caproenen. Ex quo eorum consortes indiscrete vastaverunt, spoliaverunt et incenderunt castellum de Wondelghem. Quo facto, intraverunt villam. Qui 8. die exierunt Curtraci et fecerunt ambitum

a) Ios. *semper c.* b) suus st. *corr.* st. s. *c.* c) *sic c., quid sibi velit nescio.* d) temperatione *c.* e) MLXXIX. *c.* f) al *c.*

1) Codicem accuratius descripsit Bethmann, 'Arch.' VIII, p. 542 sq. 2) Hoc ex alio fonte auctor supplevisse videtur. 3) Cf. Bald. supra p. 543. 4) *Nonas* Bald. 5) Sedit a. 1231—1239. 6) Male legitur SS. V, p. 32, l. 15: *In chunis unctus est.* 7) Corruptum videtur ex Assow (Nassau). 8) Sequitur narratio expeditionis Tunensis a. 1270. ex Martino exscripta. 9) Cf. Chron. S. Bavonis ed. De Smet I, p. 458. 497. 506. 10) Meerendre prope Gandavum. 11) Idem litigium enarrat 'Memorieboek der stad Ghent van 'T J. 1301 tot 1737', T. I, p. 107. 12) Ludowici III.

1379. Ypris, et possiderunt 6 villas cum Curtracibus, et interfecerunt multitudinem nobilium et aliorum resistentium, et exierunt cum Yprensibus versus Furnis et, aliis de Curtraco ipsis Oct. 1. adherentibus, postmodum Brugis. Item in festo Remigii fuerunt capti apud Lede et interfecti in foro Veneris 6 fullones. Et antequam Gandenses exierunt, fecerunt 5 ductores, Iohannem Yoens, Nicolaum de Lippenhove, Iohannem de Winter[a], Iohannem Perneef et Egidium de Houwe. Qui Iohannes Yoens Brugis infirmitate captus brevi tempore mortuus est et Oct. 9. adductus armata manu Gandavum sepultusque apud fratres Minores in festo Dionisii, et elegerunt pro eo Iohannem Boellem. Et eodem tempore intraverunt Gandenses cum Brugensibus, Yprensibus et quam plurimis aliis et fregerunt hospicia exeuntium per totam villam. Item 14. die Octobris exierunt versus Ghertberghe unus numerus ad succurrendum eos in Ghertberghe. Et 16. Octobris exierunt ante Aldenardum cum Brugensibus, Yprensibus et Oct. 18. aliis. In festo Luce fuit captus Egidius de le Hauve capitaneus de sociis suis ob intemperantiam ipsius et prisonarius in Peteghem ductus, et alius electus pro eo. Item in festo Oct. 28. Simonis et Iude fuerunt equestres Theutonici ante Gandavum; Gandenses vero persequentes usque Melle, interfecerunt dominum Henricum de Burne et duos probos de Ghelre usque ad numerum 9, et ibi remanserunt de Gandensibus quam plures necati et submersi.

Quoddam civile bellum Gandavi gestum inter comitem Flandrie et textores.

1348. Ian. 13.

Anno milleno C ter octo quater quoque deno,
Quando dies plenus Iani fueratque tridenus,
Gande gens comitis venit, si scire velitis.
Castrum fullonum gens fecit more baronum,
Et piscatores et gentes nobiliores,
Carnificum gentes ibi valde fuere potentes.
Sic intraverunt fora, cernere dum voluerunt:
Gens fuit armata texens et guerre parata.
Hii convenerunt ac in certamen ierunt;
Textores iacere ceperunt nec valuere,
Nam comitis gentes fuerant ibi valde potentes
Et superaverunt, aliique fugam rapuerunt.
Sic exaltatus Gande comes est et amatus,
Et comiti vere textores arma dedere.

a) Wint c.

IOHANNIS CAPITIS HISTORIA MONASTERII ILFELDENSIS.

Brevem monasterii Ilfeldensis historiam, praemissis notis de genere comitum de Honstein fundatorum eius, conscripsit, ut ipse profitetur, Iohannes Caput 5 *post a.* 1296, *necrologio et chartis monasterii adiutus; quam nonnisi fine destitutam ad nos venisse, dolendum est. Exstat vero*

1) *in chartulario Ilfeldensi, nunc in archivo comitis de Stolberg-Stolberg servato et nr.* 2. *indicato, ubi post chartas vetustiores fol.* 41'—42'. *legitur, uno saltim folio amisso. Hae pagulae manu saec. XV. ex. scriptae esse* 10 *videntur; sequuntur aliae recentioris aetatis.*

1[a]) *Chartularium nr.* 3. *eiusdem archivi fol.* 9—10'. *apographum exhibet saec. XVII. exaratum, quod iam antea desinit. Ex eodem vel simili exemplari, 'ab amico sibi subministrato', sed valde depravato, primus*[1] *edidit E. G. Förstemann, Monumenta Ilfeldensia* 1843. *p.* 1; *et primo capitulo subiecit* 15 *variam lectionem*

2) *apographi Reinhardi parochi Nordhusani* († 1714), *quae nonnullis locis praestare videtur.*

Nunc codicem 1, *a V. Cl. Beyer, archivi Stolbergensis praefecto, cum aliis duobus chartulariis Ilfeldensibus benevole Berolinum transmissum, exprimendum* 20 *curavi.* *G. W.*

1. Origo vera dominorum de Honstein, fundatorum huius Ylveldensis eclesie, qui primitus duxerunt originem ex castro Bilstein.

Volens scire originem et processum dominorum de Honstein et nostre eclesie Ylvelt in sequentibus poterit invenire. Quidam Elgerus[a] natus de Bilstein, ubi et pater eius 25 residens mortuus est et sepultus, edificavit castrum in monte ante claustrum cui[b] nomen Yliborgk, sicut adhuc patet; unde et comes vocabatur[2], non tamen adhuc in Honstein. Qui obiit 12. Kal. Marcii, ut patet in[c] libro mortuorum. Cuius uxor vocabatur Bertradis[d]; que obiit 4. Idus Octobris. Cui successit filius eius Elgerus secundus[e], et hic fuit primus comes in Honstein[3]. Quod castrum optinuit a comitissa vidua Remvice[f] nomine, que obiit 30 4. Nonas Marcii et hic sepelitur, quia maritus eius nomine Heseke comes in Honstein, qui[g] obiit[h] sine herede 4. Kal. Octobris. Iste secundus Elgerus cum impetrasset hoc castrum

a) Eilgerus 2 *constanter.* b) c. n. Y. *des.* 2. c) p. scriptum in regula nostra inter defunctos 2. d) B. nomine 2. e) s. qui legitur Idus Ian.; et fuisse comes 2. f) *ita ut videtur* 1; Renvice 2. g) *delendum videtur.* h) o. et legitur 4. Kal. Oct. et obiit sine herede 2.

35 1) Breve tantum fragmentum publici iuris fecit Lucae, 'Des heil. R. Reichs Uhr-alter Graffensaal' (1702) p. 277; inde repetivit Leuckfeld, Antiq. Ilfeld. p. 37. 2) Edelgerus de Ylvelt iam a. 1110. nominatur, Ann. Pegav., SS. XVI, p. 249; Adelgerus de Ilevelt in 40 chartis a. 1147. sqq.; v. Förstemann, Addit. p. 1. — Nusquam eum comitem de Ilburg nominari, hic adnotavit. 3) Edilgerus comes de Honsteyn iam a. 1162. 1164. nominatur; ubi Förstemann l. c. verba 'de Honsteyn' interpolata putat; postea a. 1179. sqq. Obiisse dicitur a. 1189.

Honstein a duce de Brunswigk illius temporis sibi dari, qui hoc habebat de[a] imperio, nostrum cenobium, quod[1] pater eius iniciaverat tantum, fundavit, inponens ei nomen castri Ylvelt[b] et dans ei predium Espe[2] cum 22[c] mansis sibi adiacentibus et villam O[d.3]. Item secundus Elgerus optinuit ab imperatore Heinrico anno Domini millesimo ducentesimo decem retractis[e] proprietatem fundi eclesie nostre, scilicet quicquid est inter aquam Bera[4] et rivum qui ante Espe egreditur de silva et usque in Frigidam vallem et inde per rivum piscium, ut patet in privilegio[5]. Iste secundus Elgerus obiit Idus Ianuarii[6] et est[f] hic sepultus. Eius uxor Luttradis[g] eciam[h] fundatrix huius eclesie, filia comitis Heseke supradicti, unde et comiti Elgero illud[b] castrum venit, ut quidam dicunt nata de Orlamunde. Que comitissa[b] obtulit eclesie nostre villam Appenrode cum parrochia, item eclesiam in Bellingen[i], et[k] obiit Idus Novembris et hic sepelitur. Eclesiam autem in Bellingen accepit comes Sifridus[l] in Reinstein, reddens pro ea eclesias in Veltengel[7] et Besenrode[m.8] et capellam in Ebra[n.9], ut dicitur. Mortuo Elgero [fundatore[o] secundo] successit ei tercius Elgerus, filius eius, eciam comes in Honstein, secundus fundator, qui obiit 16. Kalend. Octobris et hic sepelitur, dans 7 mansos, scilicet 4 in Veltengel et 3 in Ebra. Iste destruxit[p] castrum ante claustrum.

2. Origo huius monasterii Ilveldensis, unde fundata sit cum habitu et ritu necnon cerimoniis, ut patet in sequentibus.

Origo huius eclesie Ylveldensis sic se habet. Nam a primo Elgero iniciata est, a secundo fundata et a tercio. Descendit ab eclesia Paludensi[10], cuius et ritum et habitum, scilicet in superpelliciis et in cantu et in prepositis, tunc sequebatur. Nam primus prepositus hic fuit Rudigerus, qui legitur obisse 17. Kalend. Augusti. Secundus Bertoldus, qui legitur obisse 12. Kalend. Augustas. Tercius Helmbertus, qui obiit 3. Non. Februarii. Huius tempore consecrata est hec basilica anno Domini 1223. Quartus Wedekyndus[11], qui obiit 12. Kalend. Iulii. Quintus Vramoldus, qui videns ordinem Premonstratensem esse magis autenticum et religiosiorem et plus augeri quam Magdeburgensem, a qua Paludensis eclesia descenderat, cum consensu seniorum et iussu comitis Theoderici[12] de Honstein ivit Premonstratum et obtulit eis istam eclesiam. Et tunc factus abbas primus[13], attulit eorum regulam et habitum et cantum. Ad quem comparavit novos libros, qui adhuc sunt hic; et vendidit priores libros eclesie sancte Crucis Northusen, qui adhuc sunt ibi. Et tunc ivit Romam pro confirmacione, et optinuit ibi magnum privilegium isti eclesie, quod sic incipit: *Innocencius episcopus, servus servorum*[14] etc. Et sic transmutacio ordinis facta est anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto. Sub isto abbate ad hunc ordinem veni ego Iohannes dictus Caput, qui ista conscribo; unde quicquit[q] adhinc ego oculis meis vidi per annos quinquaginta[r].

Iste fuit multum simplex et humilis, contentus uno servo; cum calciis corrigiatis semper equitavit, eciam Romam; diligens in regulari observantia; carnibus, balneis non utebatur; rigidus contra rebelles, mansuetus ad obedientes. Conventum suum semper sequebatur, sive in refectorio, nisi esset infirmus, vel cum hospitibus — quibus tunc non ministrabantur hic carnes, nec etiam comiti Theoderico — sive in lectione, que tunc servabatur in ambitu ante monasterium — ubi et liberaria fuit, iuxta monasterium, in camera adhuc vicina — sive in choro eciam ad matutinas, ubi habebat ante se suum anthiphonarium et absconsum[15], sive ad laborem, scilicet ad silvam ad ligna cedenda vel intra claustrum edificia erigenda. Qui et obiit pridie Nonas Septembris anno Domini 1258. Istius eciam

a) ab 2. b) *deest* 2. c) 21 2. d) *ita* 1; *deest* 2. e) 1190. 2. f) et hic sepelitur 2. g) Luberadis (*pro* Lutradis) 2. h) erat 2. i) Billingen 2. k) obiit 5. Id. 2. l) Sigfridus 2. m) Gesenrode 2. n) ra *non satis patet* 1. o) *ita* 1; *des.* 2. p) Iste creditur destruxisse castrum Ilefeld scilicet ante Ilefeld claustrum 2. q) quitquit 1. r) *verbum deesse videtur:* adnotavi *vel simile.*

1) Verba sunt diplomatis Heinrici VI; v. n. 5. 2) Nunc destructum; v. 'Zeitschr. d. Harzvereins' IV, p. 288. 3) Oh sive Ohe, quae nunc non exstat; ibid. p. 287. 4) Bär. 5) Ed. Förstemann, Mon. p. 6. 6) *Edelgerus comes de Ilfeld obiit in Decembri.* Chron. Sampetr. a. 1189. ed Stübel p. 43. Annus fortasse perperam indicatur. Cf. Werneburg, 'Z. d. Harzver.' IX, p. 226, cuius genealogiam vix satis certam crediderim. 7) Feldengel. 8) Bösenrode. 9) Fortasse: Elra? Elre. 10) i. e. Pölde. 11) Memoratur in chartis Walkenriedensibus a. 1217. 'canonicus de Yleveld', a. 1231. 'praepositus de Ilvelt'; 'Walkenr. UB.' I, p. 85. 133; vixit etiam a. 1243, Förstemann, Mon. p. 17. 12) Filii Elgeri III. 13) Ita nominatur in charta a. 1251; v. Förstemann, Addit. p. 22. 14) Förstemann, Mon. p. 11 (desideratur ap. Potthast Reg.). 15) De candela (laterna) absconsa cogitavit Förstemann.

tempore consecrata est eclesia ante portam et unum altare in honore sancti Georgii, ne contingeret ultra, illos de villa cum suis mulieribus intrare claustrum et per illud discurrere. Postea fuit ibi consecratum altare in honore sancte Katherine anno Domini 12.8[a]. Qui permittente Deo ex quodam infortunio magno quadam vice stans super quedam edificia 5 erecta, inde cecidit et exspiravit, et sepelitur in armario.

Cui successit secundus abbas Geroldus nomine, qui prefuit annis 4. Qui obiit Idus 1262/63. Februarii. Cui successit tercius abbas natus de Northusen Iohannes, vere Dei gracia et nomine et re[1]. Nam litteratus homo fuit; omnes enim litteras eclesie suo tempore scribendas et privilegia ipse dictavit. In cena Domini et in magnis festis pro se vel in capitulo 10 conventui vel in monasterio predicavit vel predicari fecit. Et missas eciam in minoribus festis pro se celebravit et ceteras horas officiavit. Disciplinatus valde fuit, in vultu graciosus, in loquendo mansuetus, tardus et brevis. Verba turpia, mendacia, detractoria, iactantia, adulteria numquam protulit nec audire voluit. In mensa sua nec inmoderatos cachinnos, risus, iocos clamoresque admisit, et si oriebantur, elevata sua seriosa facie, per quod 15 patuit sua intencio, mox repressit. Elevato capite, non in potum suspenso, bibit. Post potacionem vero aliquandiu a commedendo exspectavit. Unde hospites eum valde ammirabantur et commedebant[b]. Ordinis statuta diligenter per se servabat, transgredientes in capitulo correxit. Iniurias sibi illatas non punivit, illatas vero aliis vindicavit. In dormitorio, in lectione, scilicet in cella sua, in refectorio, nisi esset infirmus vel minutus vel 20 cum hospitibus, quasi frequenter fuit. Unde comites et comitisse eum valde venerabantur et commendabant et ei confitebantur. Moderatus fuit in victu; nam ieiunium regulare intus et foris tenuit. Omni sabbato ieiunavit, et[c] cum ieiunaret, tunc in vespere nonnisi ter bibit; quod unus de ordine Minorum de eo considerans, dixit michi, se de hoc aliis predicasse. Speciales cocos, coquinam, expensas, familias numquam habuit. Sed quod parabatur ei 25 de coquina conventus hoc[d] commedit. Magne humilitatis fuit; nam unum servum secum equitantem habuit et unum capellanum, quo tamen non utebatur, nisi cum equitare deberet vel cum hospitibus esse. Reliquo tempore fuit sicut alius in conventu, horas suas solus in cella sua dixit. Cum servus ei infra bibendum vel commedendum genua sua sibi flecteret, surgere eum fecit. In litteris suis *frater Io[hannes] Dei paciencia* scribi iussit. In 30 dominica die vigilias cum 9 lectionibus, sicut et de nocte ad matutinam, legi iussit. Horas beate virginis, que usque ad tempus suum cantabantur antea sed confuse, legi morose constituit et expresse. Post recentem obitum unius conventualis clerici professi 30 missas continue secundum exemplum beati Gregorii legi iussit et per septem dies proximos in vigiliis compulsari. Usum lacticinie[2] in sextis feriis in conventis prohibuit et ipse vitavit, ne 35 seculares advenientes inde scandalizentur et eo sepius huc venirent. Officium bitancie[3] pro consolacione fratrum in refectorio primus instituit et ei allodium in Berckemore[4], quod ipse comparaverat et edificaverat, et alios speciales redditus assignavit, multas possessiones comparavit. Allodium eciam in Hasselvelde[5] et in Ebra edificavit. Sed allodium in Veltengel destruxit, quia non habebat pascua pecoribus. Preterea de istis mansis modo plus de fru- 40 mento dant laici quam antea conversi. Multa edificavit, scilicet campanile cum omnibus suis campanis, quarum maiorem ad missam beate Marie virginis pulsari constituit. Item sedes in choro et sedes ante[e] summum altare. Item organa[f]. . . . .

a) MCC octavo 1. b) commendabant? c) *hic desinit* 2. d) *superscr.* 1. e) supmū *delet.* 1. f) *reliqua in cod. 1, folio et fasciculo expleto, deperdita sunt.*

45 1) Vixit etiamnum a. 1296; Förstemann, Mon. p. 25. 2) Caro iunior, tenerior agnorum, vitulorum etc. 3) i. e. pitanciae, pictantiae; cf. Ducange V, p. 246. 4) Birkenmoor. 5) Hasselfelde.

GESTA EPISCOPORUM EICHSTETENSIUM CONTINUATA.

EDIDERUNT L. BETHMANN ET G. WAITZ.

Eichstetensium episcoporum catalogum primus condidit Gundechar, cuius opusculum edidimus Scriptorum tomo VII, p. 239 *sqq. Post eum Otto, post hunc duo alii illud usque ad Hildebrandum (a.* 1279*) deduxerunt stilo brevissimo, uti Gundechar inceperat; quos ibidem p.* 250 *sqq. habes. Inde a Reimbotone episcopo autem in Libro pontificali*[1] *sequuntur vitae ampliores, a tot fere auctoribus conscriptae, quot fuerunt episcopi, gestis igitur aequales et quamvis ieiunae saepe neque historiarum nomine dignae, fide tamen dignissimae. Auctores Eichstetenses fuerunt canonici et notarii episcoporum; nomina ignoramus fere omnium. Reimbotonis vitam anonymus paulo post a.* 1297. *scripsit; Chunradi post a.* 1305. *Thomas eiusdem notarius, qui et Iohannis vitam paulo post adiecit; Marquardi sextus continuator Thomam imitatus, ni ipse Thomas fuit, quod tamen litterarum forma vetari videtur. Septimus Philippi, Gebhardi, Friderici, Heinrici, Alberti vitas uno calamo exaravit a.* 1355. *vel perbrevi post*[2]. *Octavus Bertholdi a.* 1365*; et sic sequentium etiam sex episcoporum unusquisque post mortem suum habuit vitae scriptorem. Gabrielis vero, cui ultimo imago data est, et Christophori gesta idem retulit quintus decimus ordine continuatorum, Mauricii episcopi iussu scribens; Mauricii, Eberhardi, Martini, Caspari, Iohannis decimus sextus post a.* 1612. *Christophori septimus decimus a.* 1637, *Marquardi II. decimus octavus a.* 1687, *decimus nonus Ioh. Eucharii a.* 1697*; de reliquis nil omnino annotatum est. Ex his omnibus Iohannis III. tantum, Gabrielis et Christophori vitae integrae editae fuerunt a Gretsero in catalogo episcoporum Eichstetensium p.* 504. 521. 525*; [omnes usque ad Wilhelmum ante aliquot annos typis mandatae sunt in libro, qui extra fines Eichstetenses in paucorum manus devenit*[2]*]; eas usque ad Albertum (†* 1445*) ex ipso autographo Libro pontificali, per virum summe reverendum Popp praepositum Eichstetensem benignissime mecum communicato, a.* 1844. *accurate descriptas relegi; recentiores, quae nec multum continent nec multa, omisi.*[3] *L. B.*

1) Cf. 'Arch.' IX, p. 571 sqq., ubi codex accurate describitur. 2) Tabula Leonrodiana Eystettensis explicata et illustrata. Accedunt vitae pontificum Eystettensium ad saeculum usque XVI. (1867). 4. Cf. de hac editione a viro rev. canonico Suttner parato et ipso libro Schulte, 'Die sogenannte Chronik des Heinrich von Rebdorf' (1879) p. 64 sqq., qui in altera huius chronici parte quaedam ex vitis Heinrici et Alberti descripta esse monuit. G .W. 3) Annotationes quasdam breves addidi, libris usus de historia Eichstetensi scriptis qui praesto fuerunt; alias a Suttnero mutuatas littera S. indicavi. G. W.

1. RIMBOTO EPISCOPUS[a].

Reymboto flos cleri, decus orbis, regula veri.
Sedit ann. 18; 1297, 6. Kal. Sept. obiit.

Reimboto de Milenhart episcopus Eystetensis staturam utique sollempnem, personam vero sic elegantem habuit et decentem, ut in oculis omnium existeret graciosus. Mores etiam ac gestus sui ornati adeo et ordinati fuerunt, ut intuentibus in ammirationem cederent et quandam moralitatis regulam exhiberent. Qui cum esset scientie competentis, sed maioris industrie naturalis, iustus quidem fuit in opere, verax in sermone, constans in mente, devotus in oracione, modestus in verbis, morosus in factis, castus in corpore, sincerus in corde. Fuit etiam reverendus ille pater in dispensacione providus, in conversacione maturus, liberalis, hilaris, hospitalis, affabilis, tractabilis, tutor pudicicie et incontinencie persecutor, humilitatem servans in prosperis et pacienciam in adversis. Per has igitur et alias quas habuit virtutes, dum a Deo diligeretur et hominibus, per ecclesiam et dyocesim suam ecclesiasticum ampliavit honorem ac vitam et conversacionem subditorum in melius reformavit[1]. Preterea gloriosus ille pontifex non solum in spiritualibus, set etiam in temporalibus commissam sibi ecclesiam salubriter gubernavit. Nam pro tempore regiminis sui, quo prefuit, officium cantorie in ecclesia kathedrali de novo instituit, competentes eidem possessiones et redditus annectendo. Officium vero decanie, ad quod propter paucitatem reddituum persona de gremio ecclesie difficulter haberi poterat, quoad facultates et proventus annuos conpetenti subsidio relevavit. Ac nichilominus castrum Abenberch,[2] castrum Werdenvels[3] et oppidum in Spalt[4] cum suis attinenciis aliisque possessionibus et prediis multis in locis hinc inde diversis de novo pro ecclesia conquisivit et nonnullas a predecessoribus suis possessiones sub diversis titulis alienatas ad ius et dominium ipsius ecclesie revocavit. Castra etiam priora, que apud ipsam invenit ecclesiam, muris aliisque sollempnibus edificiis restauravit. Qui anno sui pontificatus 18. devotus ad Dominum ab hac luce migravit 6. Kal. Sept.[5] Cuius anima et memoria veneranda in pace perpetua feliciter requiescat!

1279 / 1297.

2. CHUNRADUS EPISCOPUS. GEBEHARDUS COMES.

Chůnradus vitat scelus, ecclesiam quoque ditat.
Cuius et adiutor comes est, fortis quoque tutor.

Iste Chůnradus episcopus Eystetensis natus fuit de Beffenhusen[6], et multa bona sui regiminis tempore fecit pro ecclesia, prout in sequentibus apparebit. Primo in sue creationis exordio solvit de debitis in castri Abemberch emptione contractis 600 libras Hallensium. Item eodem anno absolvit villam Hadwarstorf a burcgravio pro 160 libris[7]. Item idem oppidum in Abemberch novo muro vallavit. Item conquisivit castrum Kypfenberch de novo cum redditibus 60 librarum pro 500 libr.[8] Item emit ab H. de Oberndorf 15 librarum redditus pro 160 libr. Item fecit novum vivarium ibidem. Item comparavit castrum Gundoltsheim[9] pro 2300 libr.; quod postea venditum et in solutionem debitorum istius comitis maioris fuit utilitatis causa conversum. Item castrum Sandeser[10] similiter comparavit de novo; quod quidem castrum cum possessionibus postmodum ad ipsum spectantibus absolutis constitit 3300 libras. Item precarium quod habuit in Ratispona pro 600 libr. Hall. vendidit et in emptionem eiusdem castri convertit. Item aput castrum Arberg[c.12] muravit suburbium, et emit villulam Gostendorff[11] pro 160 libr. Item emit ibidem prata pro 100 libr. Hall.

1297.

a) *haec auro scripsit pictor saeculi XIII. ex., qui maiore atque alio plane charactere quam praecedentes Reimbotonem in media pagina, quae integra huic uni dicata est, repraesentavit sub arcu ogivali in ecclesia stantem. Circa effigiem manus s. XIII. ex. vitam scripsit; Thomas notarius post paginae superscripsit* Reymboto f. c. d. o. r. veri; *supra caput episcopi:* Sedit a. 18 *et sub eius pedes* 1297. 6. Kal. Sept. ob.; *quibus verbis subiunxit arma episcopi, scilicet scutum rubrum atque album.* b) *pictor s. XIV. in media pagina versa Chunradum, in folio sequenti ex adverso Gebehardum comitem turrim episcopo offerentem repraesentavit uno modo pictos; quibus Thomas notarius, auctor huius vitae, continuo calamo textum circumscripsit, armaque subiecit, Chunrado scutum galeatum, rubrum, album, nigrum, Gebehardo cervum nigrum cornibus rubris, in scuto flavo.* c) Arberch *ed.*

1) Ludos episcopales a. 1282. abrogavit, Falckenstein, Cod. dipl. Antiq. Nordg. p. 75. S. 2) a. 1296; Mon. Zoll. II, nr. 411, p. 241 (Lefflad, Reg. nr. 778). 3) Wernfels; a. 1284; Mon. Zoll. II, nr. 291, p. 156 (Lefflad nr. 663). 4) a. 1295; Mon. Zoll. II, nr. 403, p. 232 (Lefflad nr. 763). 5) Cf. notam SS. IX, p. 252. *Sepultus ad latus antecessoris sui* (Hildebrandi), *qui sepultus in medio chori S. Willibaldi.* Cod. Plankstett. S. 6) Pfeffenhausen. 7) a. 1302; Falckenstein nr. 131, p. 113. 8) a. 1301; v. Falckenstein nr. 127, p. 111. 9) Gundelsheim. 10) Sandser, a. 1302; Falckenstein nr. 134, p. 115. 11) Chartam comitis Conradi de Oettingen a. 1304. affert Suttner. 12) Ahrberg.

et ultra. Item in Moerensheim muravit oppidum. Item in Nazzenvels construxit turrim et novam domum adiacentem eidem et murum castri per circuitum exaltavit plus quam in altitudine 10 pedum. Item multas domos et fossata fecit ibidem. Item emit aream quondam castelli dicti Wasen[a], per quod ecclesie multa irrogabantur dispendia, una cum prato dicto Pruol ac aliis pratis adiacentibus pro 200 libr. Item domnus Gebhardus comes de Hirzperch, advocatus ecclesie, quem hic vides ex adverso depictum, dum adhuc viveret, eidem reverendo pontifici resignavit castrum et dominium suum in Hirzperch una cum castello quondam dicto Rauhenwerde[1]; que cum eorum pertinentiis et debitis pro eodem comite persolutis ac redimendis vexationibus a diversis invasoribus ecclesie hinc et inde constabant plus quam 3000 librarum. Item comparavit plures alias villas, possessiones et bona pro ecclesia, quorum omnium specialis expressio legenti tedium generaret. Quorum omnium summa, his tamen que expressa iam et posita sunt inclusis, ad 11583 libr. Hall. et amplius se extendunt; exceptis tamen multorum sollempnium edificiorum et gravium hospitalitatum expensis.

Notandum quoque, quod iste venerabilis pontifex applicavit mense episcopali ecclesiam in Alrsperch[2]. Item dedit capitulo redditus 20 librarum. Item dedit ad sacrarium eiusdem capituli baculum et infulam per eum de argento factos, taliter reservandos, quod eis, cum sit opus, utatur episcopus, nec per aliquem quantumcunque urgente necessitate vendantur. Item instituit in cena Domini dari 3 libras Hall. presentibus pro celebratione mandati; quas oblaicus de ecclesia in Megersheim[3] ministrare tenetur.

Sciendum insuper, quod iste gloriosus et ab omnibus commendandus antistes anno Domini 1297[b], 3. Non. Sept. electus, in commemoracione omnium animarum confirmatus et (Nov. 10.) in vigilia beati Martini, que illo anno evenit in dominica, sollempniter extitit in Moguntia consecratus. Sedit autem tantummodo 7 ann. et 8 mens. minus 2 diebus, et obiit apud (1305. Mai 17.) monasterium Halsprunnense anno Domini 1305, 16. Kal. Iunii, quod est in die Potentiane virginis[4], et sepultus est in medio ecclesie kathedralis[5]. Cuius anima in pace per omnia secula seculorum requiescat, amen!

Scriptum per manum Thome eiusdem episcopi iurati notarii, qui quasi his omnibus personaliter interfuit eaque ut plurima vidit, percepit et audivit.

3.[c] 'Montem Cervorum clarum castrumque decorum
Et res Chuonrado Gebhardus ego tibi trado,
Que Willibaldi vice suscipias patris almi,
Eternam requiem michi quod petat atque salutem'.

Iste comes Gebhardus nomine natus fuit de castro et comitatu in Hirzperch, quod quidem castrum cum rebus, possessionibus et hominibus, militaris condicionis videlicet et vulgaris, hic vivens tradit et assignat per manus istius gloriosi presulis beatissimo confessori Willibaldo et ecclesie Eystetensi. Item advocatus fuit ipsius ecclesie, et ipsam advocatiam super omnes possessiones episcopi et capituli post mortem similiter absolutam dimisit[6], et super oppidum in Peirchingen[7]. Item dedit capitulo iura patronatus 4 ecclesiarum parrochialium, videlicet Tutingen[8], Wetzsteten, Lentingen et Haunstat. Item fuit filius sororis illustrium dominorum Ludowici et H[einrici] fratrum, ducum Bawarie. Obiit autem in eodem castro Hirzperch anno Domini 1305, 4. Non.[d] Martii, et sepultus est in ecclesia Rebdorffensi. Cuius anima requiescat in pace!

4.[e] Hoc digno laude spoliat nos papa Iohanne.

Iste Iohannes episcopus, quondam prepositus Thuricensis et prepotens domini Alberti (1305.) Rom. regis cancellarius, magnus clericus in canonico iure fuit. Qui post obitum[9] domini

a) Walen *ed.* b) *in rasura.* c) *hoc cap. om. ed.* d) 4. Non. *in rasura; antea fuit* XVII. e) *haec idem Thomas composuit ad marginem picturae episcopum repraesentantis.*

1) a. 1304; Falckenstein nr. 146, p. 124. 2) a. 1248; Falckenstein nr. 120, p. 107. 3) Quam a. 1301. capitulo dedit, a. 1304. incorporavit. S. 4) Hoc festum alibi Mai 19. celebratur. 5) *Sepultus in ecclesia cathedrali post baptisterium sub marmore rubeo, cuius sepulcrum olim exaltatum fuit cum alio lapide in se staturam episcopi sculpti continente, qui translatus est in murum ecclesie circa altare sanctorum Mathie et Mathei app.* Cod. Plankstett. S. 6) Iam a. 1291; Falckenstein nr. 101, p. 91 (Lefflad, Reg. nr. 732). 7) Berching. 8) Titing, Wettstetten, Lenting, Haunstadt. 9) Chunradus obiit d. 17. Maii 1305, at Iohannes iam d. 28. Aprilis regalia accepit; unde sequi videtur, Chunradum in ultimis vitae diebus resignasse; d. 8. Aprilis etiamtum chartam dedit.

Chunradi episcopi et Gebhardi comitis iam dictorum, tum propter ipsius potentiam, tum ob eius scientiam, in episcopum istius ecclesie, licet prius hic canonicus non fuerit, pro defensione ipsius ecclesie assumptus concorditer extitit et electus. Qui contra duces Bawarie de rebus comitis ex morte vacantibus obtinuit pro ecclesia plus quam ad 4000 marcarum[1]. Quem etiam papa Clemens V. transtulit in Argentinam. Sedit autem in episcopatu isto tantum per dimidium annum et unum mensem. 1305

5. Hic[a] Philippus de genere nobilium de Rotzenhausen[2] in Elsatia oriundus, magister in theologia et professus ordinis Cystertiensium et egregius predicator ad populum, provisus in episcopum Eystetensem per dominum Clementem papam quintum, vacante tunc ecclesia predicta per translationem domini Iohannis episcopi supradicti[b] ad ecclesiam Argentinam, anno Domini 1306. in episcopatu 39[us] episcopus Eystetensis rexit ecclesiam 16 annis et 2 mensibus vel circa. Huius tempore ecclesia Eystetensis magnam persecutionem a diversis tyrannis patitur. Hic opidum Herridense et castrum Wartperg ecclesie obtinuit de manu Chunradi comitis de Oetingen, magni tyranni, raptorum socii et fautoris, qui ob hoc per imperatorem Heinricum fuit proscriptus et a suo dominio expulsus[3]; post mortem Chonradi prescripti predictum opidum Herridense per insidias captum est per dominum Chraftonem de Hohenloch, qui uxorem habuit filiam predicti comitis, et denuo de manibus eiusdem recuperatum per obsidionem cum effusione sanguinis et magnis laboribus et expensis[4], quasi funditus destructum ex incendio, set tempore Heinrici infra scripti muratum. Huius tempore castrum Erlieshoven est destructum[5]. Hic consiliarius Heinrici inperatoris prescripti et secutus ipsum in Italiam, ecclesie obtinuit forum Gredingen[6] ab ipso; et filio suo Iohanni regi Bohemie preceptor deputatus, in Bohemiam est secutus eundem. Hic etiam episcopum Gundikarum huius nominis secundum episcopum Eystetensem miraculis chorruscantem transtulit anno Domini 1309. Sancti[c] Iohannis euangeliste ad tabulam lapideam, ac miracula quam plura[d], que per ipsum fiebant, populo predicavit[7] hominesque ad devocionem predicti sancti provocavit; qui adhuc a multis ut sanctus adoratur ex devocione, licet adhuc in sanctorum chathalogo non sit descriptus nec canonizatus. Predictus itaque episcopus lucris animarum intendens, officio episcopali insistens, largarum elemosinarum existens[e], ac administrationi in temporalibus et spiritualibus ecclesie Eystetensis senio gravatus cedens, anno Domini 1322, crastino beati Mathie apostoli viam est universe carnis ingressus[8]. Et nota de professione et statu suo hos versus: 1306. 1322. Febr 25.

Regula Bernhardi, divini sparsio verbi,
Dogma theologicum, sic et pie pavit egenum:
Hec te Philippum fecerunt scandere thronum
Hic presularem, post hoc celeste beamen.

6. Hic Marquardus de Hagel[9] vivente predicto Philippo multis[10] annis in spiritualibus et temporalibus ecclesie exstitit procurator, et post ipsum concorditer in episcopum est electus; et ecclesiam laudabiliter rexit 2 annis vel circa. Debita ecclesie tempore antecessoris sui contracta persolvit et bona ecclesie conquisivit, prout plenius infra describitur. Fuit autem in numero 40[us] episcopus Eystetensis.

---

7. Presul[g] Marquardus, meritis redolens quasi nardus
Et virtutum dos, speculum, rosa, pontificum flos.

a) *effigiei Iohannis alius pictor in eadem pagina proxime adiunxit imaginem Philippi, benedicentis populum in inferiore paginae parte depictum. Ex adverso, in pagina opposita sextus continuator s. XIV, qui et infra Gebhardi, Friderici, Heinrici, Alberti vitas exaravit, eodem calamo sequentia* Hic Philippus — fuit autem in numero 40[us] ep. Eystetensis *posuit.* b) supra scripti *ed.* c) *supple* ad capellam. *S.* d) plurima *ed.* e) insistens *c.* f) Eystetensi (?) *c.* g) *hanc Marquardi vitam septimus continuator s. XIV. continuo calamo scripsit ex adverso effigiei pontificis, quae explet totam paginam oppositam.*

1) Cf. chartam a. 1305. Mon. Wittelsb. I, nr. 222, p. 134. 2) Rathsamshausen sub monte S. Odiliae. 3) a. 1313; v. Falckenstein nr. 179, p. 155. 4) a. 1316; Böhmer, Reg. Ludovici nr. 210. (Cf. Lochner, 'K. Ludwig d. B. Zug gegen Herrieden'. 1836. S.). 5) Erlingshofen a. 1302. S. 6) Greding; a. 1311; Falckenstein nr. 170, p. 148. 7) Cf. Miraculorum narrationem, quam Philippo tribuunt, Acta SS. Aug. I, p. 184. De translatione ita narratur: *Die dominica subsequenti elevatus est lapis sepulchri praedicti pontificis Gundekari et propter nimiam pressuram repositus est. . . . . Feria secunda sequenti exhumata fuerunt ossa eiusdem pontificis in loco in quo minus decenter sepulta fuerunt, et pro exequiis ipsius pontificis celebrato defunctorum officio, ossa ipsa cum vino reverenter et decenter lota ad aliud fuerunt honorabilius sepulchrum transposita.* 8) *Sepultus est in fine ecclesie kathedralis penes chorum sancti Willibaldi infra ambonem lapideum.* Cod. Plankstett. S. 9) Hageln. 10) Sex scilicet. B. Inde ab a. 1317. S.

1324. Febr. 8. Anno dominice incarnationis 1324, in crastino beati Richardi confessoris[1] obiit reverendus ille pater et dominus Marqardus Eystetensis episcopus, qui pro honore et utilitate ecclesie tam primo sue procurationis seu gubernationis quam postea sui episcopatus tempore bona fecit plurima ac fructuosa satis et commendabilia opera exercuit, sicut in subscriptis per ordinem plenius apparebit. — Primo itaque iste felicissime recordationis 5 episcopus ex a Deo sibi data sapientia et naturali quam habebat industria non solum in absolvendis obligatis et distractis ecclesie prediis, verum etiam ipsius ecclesie debitis, que ipsa multo tempore contraxerat, persolvendis ac in alios evidentes et necessarios usus ipsius de certa capituli scientia distribuit et expendit 18478 libras. — Item postea circa sollempnem confirmationem et consecrationem necnon celebrationem prime misse sue, 10 que omnia gloriose et laudabiliter consummata fuerunt, expendit 1000 libras Hall. et ultra. — Item controversiam et litem quandam, quam habebat vir nobilis Kraffto de Hohenloch ratione oppidi Herridensis contra ecclesiam, absolvit ab eo pro 2100 libr. Hall.[2]. — Item a venerabili patre domino Nycolao episcopo Ratisponensi quedam obligata sibi predia pro 1300 libr. Hall. — Item comparavit claustrum et totam mansionem domus in Můsprunne[3] cum universis suis pertinentiis iure proprietatis et dominii pro[a] 1300 libr. Hall. — 15 Item castrum Kypfenberch absolvit a domino Adelone milite Zartone pro 900 libr. Hall. Item castrum Moernsheim a domino Sifrido castellano ibidem pro 600 libr. Hall. — Item circa redimendam vexationem quandam a . . . Kamerawerio, ducum inferiorum vicedomino, expendit 430 libr. Hall. — Item absolvit diversa hinc inde minuta predia obligata et alienata 20 ab ecclesia pro 217 libr. Hall. et ultra. — Summa omnium premissorum 26325 libre; salvis aliis multis et variis sumptibus et expensis, que tam in hospitalitate continua quam circa honesta edificia consumpta laudabiliter et expensa fuerunt.

Inter alia quoque famosa sue pietatis opera idem episcopus ob laudabilem et perennem recordationis sue memoriam ac suam suorumque progenitorum remedium et salutem in 25 parrochiali ecclesia sancte Marie civitatis Eystetensis honestum collegium canonicorum instituit ipsumque largis dotavit prediis et honoribus exaltavit[4]. Memoratus namque Marquardus episcopus, sicut fuit clarus in actibus, ita fuit etiam pre multis filiis hominum in corpore speciosus, statura procerus, ex libera conditione ab utroque parente progenitus, de Hageln iuxta sui conditionem generis nominatus, litterarum sciencia eruditus, sermone 30 facundus, in spiritualibus providus et in temporalibus circumspectus, visu[b] et vita, conversatione placidus et in moribus ordinatus. Qui tam procurationis quam episcopatus tempore non vixit nisi usque in annum octavum; et tunc, antequam annum totius etatis sue 60um attigisset, in civitate sua Eystetensi, celestis regni ut speramus bravium accepturus, diem clausit extremum, in choro supradicte parrochialis ecclesie, sue fundationis plantule, traditus 35 ecclesiastice sepulture, anno et die predictis. Cuius anima per magnam Dei misericordiam requiescat in pace. Amen!

Extulit ecclesiam Marquardus honoribus istam
Rebus et innumeris, paucis vixit quibus annis.
Laus, insigne genus, species, sapientia, virtus: 40
Hic presul meritis alios precellit in istis.

---

8. Hic[c] Gebhardus de genere nobilium comitum de Grayspach[5] oriundus, antea prepositus Eystetensis, post obitum predicti Marquardi concorditer in episcopum est electus, et in numero 41us episcopus Eystetensis. Hic pius et mansuetus, dominum Ludovicum inperatorem se scribentem in Ytalia est secutus, per consiliarios suos inductus, et in obsi- 45 dione Pisane civitatis, quam predictus Ludovicus cum Castrucio domino Lucane civitatis fecit, in pestilentia magna, que tunc ibidem viguit, anno Domini 1327, in festo exaltacionis sancte crucis obiit et in civitate Lucana in monasterio Sancti Fridiani apud sanctum Richardum, patrem sancti Willibaldi, est sepultus. 1327 Sept. 14.

a) *om. B.* b) v. et v. *om. B.* c) *sequentes quatuor vitas iterum sextus continuator eodem quo iam supra vitam* 50 *Philippi calamo continuo adscripsit ad quatuor imagines una manu pictas, inter se non multum dissimiles, quarum quaelibet repraesentat episcopum cum duobus vassallis, iuramenta capituli sui recipientem.*

1) 6. Id. Febr.; SS. IX, p. 252; cf. Sax, 'Geschichte des Hochstiftes und der Stadt Eichstädt' p. 488. 2) Kraftonis charta post obitum Marquardi data d. 15. Oct. 1324. S. 3) Moritzbrunn, Moosbrunn; a. 1322; v. Sax p. 109. 4) a. 1316. S. Cf. chartam a. 1318, Falckenstein nr. 193, p. 163. 5) Greisbach. 55

Hic excommunicatus fuit denunciatus per papam Iohannem XXII.[1] ex eo, quia adhesit Ludovico inperatori prescripto et ipsum in Ytaliam, ut supra scribitur, est secutus. — Hic etiam episcopus ecclesie conquisivit et dedit castrum Gundoltzheim[2] racione hereditatis sue ad ipsum spectans; et libenter applicuisset castrum Grayspach similiter spectans ad ipsum, quia tota sua progenies absque liberis heredibus decesserat, ipso excepto. Set Ludovicus inperator predictus impedivit et dedit comiti de Nyeven, suo consiliario. Hic etiam altare in honorem sancti Richardi dedicavit in ecclesia Eystetensi et redditibus copiosis dotavit[3]. Unde de ipso nota versus hos:

> Gebhardus genere comitis Grayspach regit hic, re
> Vera mansuetus presul, Luccaque sepultus.

9. Hic Fridericus, origine frater domini lantgravii de Liuchenberch[4] ante nemus Bohemorum, abbas Eboracensis[5] Herbipolensis dyocesis, Cystersiensis ordinis, per papam Iohannem XXII. in odium Ludowici, contra quem diversos processus fecit et suos fautores et adherentes, ex quibus magnum cisma et quam plura scandala in Ytalia et Alamania in clero et in populo exorta fuerunt, anno Domini 1328. providetur in episcopum Eystetensem. Hic papa Iohannes reservavit sibi et sedi apostolice provisionem omnium ecclesiarum chathedralium; et hunc modum reservacionis secuti sunt successores sui Romani pontifices usque ad hec tempora: provisionem omnium ecclesiarum cathedralium, et aliqui ex eis aliquarum aliarum dignitatum reservaverunt, ita quod raro fiunt electiones per capitula ad eas, set sedes apostolica de omnibus providet; quod ante predictum papam Iohannem ita communiter in ecclesia non erat consuetum. Prescriptus vero Fridericus episcopus de curia veniens, nec a clero nec a populo est receptus, set per capitulum dominus Fridericus burgravius, tunc cannonicus Eystetensis, nunc vero episcopus Ratisponensis[6], deputatus est in spiritualibus et temporalibus procurator[7]. Et sic vixit ad annum, obiit in castro Holnstein[8], et sepultus est in monasterio Eboracensi, unde venit. Unde de ipso nota hos versus:

> Presul per papam Fridericus non tenet istam
> Ecclesiam, set Ebrach professus sic obit abbas.

Fridericus vero predictus fuit in numero 42[us] episcopus ecclesie Eystetensis.

10. Hic Heinricus nacione nobilium dictorum pincerne de Reicheneck Eystetensis dyocesis, canonicus Ratisponensis et prepositus Sancti Iohannis ibidem, industriosus valde et missus in negotio promocionis patruelis sui domini Werntonis electi Babenbergensis; qui concorditer fuit per capitulum ad ecclesiam Babenbergensem electus[9]. Contra quem de eadem ecclesia papa Iohannes suprascriptus provideraat domino Iohanni comiti de Nassawe, et ob hoc ad curiam Romanam est directus. Unde quia predictus Iohannes provisus a sede[a] modico tempore lapso postea in quodam bello est occisus, idem patrueli suo per papam Iohannem de eadem ecclesia, licet cum magna difficultate, obtinuit provideri. Et ex premissis familiaritatem domini pape prescripti et cardinalium contrahens, de ecclesia Eystetensi, postea vacante, anno Domini 1329. similiter optinuit per sedem apostolicam sibi provideri. Qui in numero 43[us] episcopus Eystetensis per annum et 3 menses vel circa Avinione existens causa suscipiende consecrationis episcopalis post provisionem suam, demum anno Domini ut supra et 31. de mense Martii venit ad partes; et intervenientibus tractatibus cum Ludwico, qui tunc venerat de Ytalia coronatus in imperatorem in urbe Romana per prefectum ibidem contra papam Iohannem XXII; qui etiam Ludwicus condixerat cum capitulo Eystetensi, ut sine consensu suo ad episcopatum neminem recipere deberent, nisi ipso consentiente, et caucione rigida sibi facta, ne contra ipsum aut heredes suos faceret, in quadragesima a clero et populo in episcopum Eystetensis ecclesie gaudenter est receptus[10].

Qui eandem ecclesiam ex debitis a tempore domini Marquardi episcopi suprascripti per antecessores suos episcopos et procuratores ecclesie diversos contractis inveniens desolatam, laudabiliter prout potuit et strennue rexit eandem, ac diversis tyrannis ecclesiam impugnantibus ex conniventia domini Ludwici predicti, cuius gratiam non habebat, viriliter resistebat. Tandem occasione debitorum predictorum discordia inter ipsum et capitulum

a) *supple:* apostolica.

1) 1327, Apr. 9; Martene, Thes. II, p. 692. S. 2) De quo v. supra c. 2. 3) 1327, Mai 26. S. 4) Leuchtenberg. 5) Ebrach. 6) a. 1341—1368. 7) a. 1328. S. 8) a. 1329, Mart. 27. 9) a. 1328. 10) Cf. Henrici Rebdorf. Ann. h. a., Böhmer, Fontes IV, p. 519.

suum est suborta, in qua Ludwicus ipsum condempnavit ad solutionem omnium debitorum. Item quia ceperat quendam civem Eystetensem, civitas Eystetensis indignabatur eidem. Et sic ex indignatione Ludwici predicti et aliis diversis concurrentibus coactus est administrationem in temporalibus ecclesie dimittere. Et constitutus est primo procurator ecclesie dominus Rabno dapifer, canonicus Eystetensis; postea Albertus de Hohenfels, prepositus 5 Eystetensis infrascriptus[1]. Et sic administratione temporalium destitutus per quadriennium vel circa ante obitum suum in multis adversitatibus, anno Domini 1344, in die beate Scholastice virginis de mense Februarii in Nůrnberg obiit; et in monasterio monialium Vallisangelorum[2] sub regula ordinis fratrum Predicatorum degencium, dyocesis Eystetensis, est sepultus. Hic in numero 43us episcopus Eystetensis missam nunquam celebravit nec 10 officium suum pontificale exercuit propter sententias excommunicationis, suspensionis et interdicti et alias diversas fulminatas per Iohannem papam prescriptum in Ludwicum predictum, suos fautores et terras sibi adherentes, quibus quasi tota Alamania fuit laqueata. Hic conquisivit ecclesie castrum Reychennawe[3] et oppidum Herridense procuravit muro muniri; unde de ipso hos nota versus: 15

1344. Febr. 10.

De Reycheneck natus, adversaque plurima passus,
Strennuus Heinricus presul regit hostibus intus.

11. Hic Albertus dyaconus, ex genere nobilium de Hohenfels ministerialium ecclesie Ratisponensis, canonicus et prepositus Eystetensis, procurator in temporalibus, post obitum Heinrici concorditer per capitulum eligitur in episcopum ecclesie Eystetensis anno Domini 20 1344, de mense Marcii, et confirmatus ab Heinrico archiepiscopo Maguntino, postea deposito per Clementem papam VI. et privato eadem ecclesia Maguntina[4]. Hic Albertus etiam canonicus et custos Ratisponensis et alias[a] pluralis in multis ecclesiasticis beneficiis, bonus temporalis, sapiens et industriosus, ex beneficiis et contractibus, quos consuevit exercere diversos, magnam pecuniam collegit et antecessori suo Heinrico prescripto multas 25 molestias aput dominum Ludwicum prescriptum et alios inferebat per se et per alios. Post confirmationem suam ad nullos alios superiores promotus ordines nec consecratus, sic regit ecclesiam per septem annos vel circa laudabiliter, pacifice et quiete, exsolvens maxima debita ecclesie et revocans ad ecclesiam castra et bona quam[b] plura ab ecclesia alienata; a tyrannis et circumsedentibus, quia pecuniosus et parcus erat, multas persecutiones est passus. 30

Anno Domini 1351. Clemens papa VI. suprascriptus asserens ecclesiam Eystetensem, sicut et alias cathedrales, sue et provisioni apostolice sedis longe ante eleccionem et confirmationem de ipso Alberto factas reservasse, de ipsa, tanquam vacante per obitum Heinrici episcopi ultimi suprascripti, venerabili patri domino Bertholdo burgravio de Nůrenberg, professo ordinis milicie fratrum domus Theutunice, providit, qui adhuc ad ordines minores 35 non promotus, de mandato eiusdem pape infra mensem extra quatuor tempora ad omnes minores et sacros ordines et ad sacerdotium est promotus et etiam in episcopum consecratus. Demum eodem anno ad partes veniens, tractante et procurante spectabili et prudenti viro domino Iohanne burgravio, fratre eiusdem domini Bertholdi, admisit eundem Bertholdum ad ecclesiam Eystetensem in spiritualibus, et ipse in temporalibus procurator 40 remansit generalis[5]. Et sic dominus Bertholdus de mense Octobris receptus est a clero et populo pro episcopo. Predictus Albertus sub certis condicionibus et pactis spiritualia et temporalia usque ad annum 53. regit ecclesie suprascripte[c]. Eodem anno, cum iam senio deficeret, renunciavit officio procuratoris, reservatis sibi certis[6] castris cum eorum redditibus. Anno Domini 1355, proximo die[d] ante octavas epiphanie Domini bono fine quievit, sepultus 45 in ecclesia Eystetensi[7]. Hic multum fidelis et in numero 44us tanquam episcopus ecclesie rector existens, omnia beneficia sua post electionem et confirmationem suam aliquot annis retinens, postea successive ipsa reliquit, et aliqua etiam ipso nolente aliis sunt collata; et sic exutus beneficiis obiit, in divitiis satis habundans. Unde de ipso hos nota versus:

1351.

1355. Ian. 12.

Ecclesiam rexit electus, debita solvit 50
Albertus Hohenfels, tytulo fit postea cedens.

a) al̄ c. b) *ita ed.; que apographum Bethmanni.* c) *ita ed.;* subscripte *ap.* d) *om. ap*

1) Cf. chartam a. 1343, Falckenstein nr. 213, p. 175. 2) Engelthal. 3) Reichenau prope Herrieden. — Chartae datae a. 1332, Febr. 3. et 1341, Sept. 12. in archivo regni Bavarici. S. 4) Haec exscripsit Henricus Rebd. a. 1344, p. 524. 5) Henricus Rebd. l. l. p. 525. 6) *tribus castris melioribus* Henricus Rebd. l. l. 7) *sepultus penes baptisterium in* 55 *ecclesia cathedrali sub albo lapide.* Cod. Plankstett. S.

12. Hic[a] venerabilis dominus Berchtoldus iam prescriptus et per sedem apostolicam provisus, natione burgrafius de Nůrnberg, 13. etatis sue anno seculo renuncians, ordini et militie fratrum Theutonicorum ordinis sancte Marie Iherosolimitorum mancipatus, usque ad 30. etatis sue annum in Bruscia et in Franconia commendator provincialis eciam aliquibus annis existens, in iuventute florida, corpore spectabilis, industria laudabilis, regulari militia militavit, ac deinde 31. etatis sue anno vel circiter per dominum papam Clementem, ut in proximo prescribitur, anno incarnationis dominice 1351, feria 2, diebus rogationum, que fuit 8.[1] Kal. Iunii, in ordine clericali dumtaxat existens, in episcopum huius Eystetensis ecclesie est promotus seu provisus. Qui etiam ex speciali gratia et dispensacione predicti domini pape quarta die post provisionem, videlicet in die ascensionis Domini, recepit simul accolitatus et subdyaconatus et in vigilia penthecostes dyaconatus ordines a domino cardinali Boloniensi, ac deinde sabbatto quattuor temporum subsequencium, quo cantatur *Caritas Dei*, per predictum cardinalem in presbiterum est ordinatus. Demum dominica proxima in octava penthecosten per manus domini Penestrini cardinalis cum aliis episcopis et abbatibus pluribus in episcopum exstitit consecratus. Et sic infra mensem omnes ordines cum consecrationis munere ipsum constat attigisse. Qui postea, cedente et decedente domino Alberto de Hohenfels predicto, ipse veniens in possessionem ecclesie[2], repperit ecclesiam bladis et aliis necessariis sufficienter procuratam et provisam, attamen cum hoc indebitatam in 8000 librarum Hall. vel ultra.

[Margin: 1351 Mai 23. — Mai 26. — Iun. 4. — Iun. 7. — Iun. 12.]

Sic igitur iuvenis nobilis et parentatus, largas expensas et honestas habens et ecclesiam viriliter regens, defendens et gubernans, tyrannidem plurium potentum et nobilium ecclesiam invadencium compescuit et domavit, mediantibus tamen sumptibus, dampnis et expensis, ecclesiam suam taliter tranquillitati et paci, suffultus amicorum suorum presidio, mancipavit, quod usque ad tempora vite sue clerus et populus ab omni infestatione liberi gaudere poterant incunctanter. Ipse etiam pater venerandus pre cunctis vicinis seu vicinarum seu forte remotarum ecclesiarum episcopis in executione sui officii, videlicet clericorum ordinacione, crismatis et aliorum sacramentorum et ecclesiarum et altarium consecratione ac omnium et singulorum, que ad execucionem pontificalis officii pertinere poterant, erat assiduus, attentus, sollicitus et humillimus, ita ut hec continuaret pro posse usque in finem vite; quamvis tamen ex inductu amicorum ac levitate animi, dono Dei forsitan non contentus, ampliorem semper honorem ambiens, ad alias ecclesias maiores et quam plures, sub expensis eciam ecclesie gravibus, promoveri anhelaret.

Preterea sepedictus pater reverendus et memorie venerandus tempore sui regiminis comparavit et acquesivit ecclesie sue bona infra scripta. Primo castrum montis Sancti Willibaldii iuxta et supra civitatem Eystetensem de novo construxit funditus et erexit, muris, fossatis, domo magna lapidea, capella, turri et aliis edificiis notabilibus muniendo, et pro huiusmodi edificiis ultra 6000 florenorum auri inpendit. — Item domum et habitationem quorundam nobilium in Winigen-Abenberg[3] cum piscinis et aliis pertinenciis comparavit pro 2400 libr. Hall. — Item burchhůtam perpetuam in castro Warppberg[4] cum bonis in Weynperg et aliis pertinenciis pro 800 libris Hall. ab Erchingero Dapifero milite comparavit. — Item curiam habitacionis in Nůrnberg sollempnem, sitam iuxta platzam Sancti Egydii, cum orto et area, ab omni impeticione iuris civilis ibidem absolutam et liberam, a domino Alberto de Leonrod milite pro 600 florenis auri pro ecclesia comparavit, et ibidem pro structura nove domus et aliorum necessariorum curie impendit 200 florenos et ultra. — Item iudicium ville Lentfridshoven[5] cum aliquibus redditibus ibidem et unam curiam in Egweil; item aliam curiam in Inchencelle et unum bonum in Weichramsdorf similiter ecclesie acquisivit. — Item curiam villicalem cum dote in Mitteln-Eschenbach iuxta Werdenvels ab ecclesia dudum alienatam pro 80 libr. Hall. preter alias expensas et labores ecclesie reformavit. — Item decimam maiorem et minorem ville in Hergersbach iuxta Werdenvels et Abenberg cum aliquibus bonis ibidem pro 800 libr. Hall. comparavit a Gotfrido de Weytersdorf et fratre suo iuniore[6]. — De aliis partim comparatis et notabilibus edificiis castrorum diversorum brevitatis causa taceo de presenti. Quorum quidem omnium, scilicet

a) *Bertholdi vitam prope eius imaginem octavus continuator coaevus continuo calamo scripsit a. 1365, ut ipse in fine ait*

1) Decimo. 2) Cf. chartam eius d. 24. Febr. 1355. Reg. Boica VIII, p. 314. 3) Kleinabenberg; v. Mon. Zoll. III, nr. 368, p. 309. 4) Wahrberg, Weinberg prope Herrieden; Falckenstein nr. 235, p. 187; Reg. Boica VIII, p. 356. 5) Landershofen. 6) a. 1365, Mart. 6; charta in archivo regni Bav. S.

gwerrarum, expensarum, emptorum et edificiorum pretextu ipse senciens ecclesiam debitorum oneribus non modicis pregravatam, dominum Carolum IV. Romanorum imperatorem et Bohemie regem secutus, tandem ipsius cancellarius effectus, ultimo regiminis sui anno ipsam suam ecclesiam in 15000 lib. Hall. exoneravit et persolvit, et sic cum dicto domino imperatore ad curiam sedis apostolice in villam Avinionensem, ubi tunc dominus Urbanus papa V. sedem tenuit, accedens, ibidem officium cancellarie realiter regens et gubernans, et de curia cum dicto domino imperatore rediens, in fluvio Rheni et civitate Spyrensi gravi depressus infirmitate, aliquamdiu ibidem pausans, demum se satis debilem, ut rei exitus, proch dolor! effectualiter ostendit, duci fecit ad ecclesiam suam in castrum predictum, per ipsum funditus erectum et constructum. Ibidem aliquibus diebus decumbens, consciencia laudabili, contricione et cognicione validissimis, ecclesiasticis decenter et sollempniter procuratus sacramentis, anno Domini 1365, 16. Kal. Octobris, hora diei 5. devotum Deo reddidit spiritum, ecclesiam cum grege sibi commisso gubernacioni Altissimi humillime committendo. Sic igitur corporis exequiis diligenter peractis ut decuit, in monasterio Halsbrunnense huius dyocesis in sepulchro et sepultura suorum progenitorum, que ibidem sollempnis habetur, honorifice reconditus et sepultus extitit[1]; ibidem enim elegerat suam ecclesiasticam sepulturam.

Porro ipso sic decedente, omnem ornatum suum pontificalem, quem de novo procuravit, cum tapetis novis et antiquis pluribus, anulum pontificalem magnum et cum hiis infulam cum margaritis et perlis finis et lapidibus preciosis, cum uno baculo pontificali, quem in curia Romana, nunc ultimo cum ibi esset cum domino imperatore predicto, pro 400 florenis auri comparaverat et redemerat, ecclesie et sacristie dominorum de capitulo tenenda et custodienda, cum una cruce pulchra argentea et deaurata, carpento ligni sancte crucis crucis sub forma imposito, cum pede argenteo similiter et deaurato tradidit et donavit. Ceterum reliquit ecclesie et suis successoribus in vasis argenteis: primo 35 scutellas magnas et 4 parvas de argento; item 13 tassias seu phyalas et 2 magnas pelves de argento; item 4 canulas magnas et mediocres totaliter deauratas; item 1 parvum cantarum cum 6 picariis abintra de argento; item 2 magnos cyphos deauratos et 1 argenteum cum coopertorio; item 7 pycaria; item 1 vas trizee cum 1 pala et 7 coclearia, et hec omnia de argento; item 5 cyphos deauratos cum coopertorio; item 1 cyphum in pede alto sine coopertorio; item cantarum magnum argenteum; item 1 magnam stoterzungen[a] et duas parvas similiter cum argento; item 1 gallum pulchrum vocatum 'ein perelmůter', cum pede et coopertorio deauratis; item 3 cornua cum argento; item 1 canulam parvam crystallinam cum argento; item 1 cyphum de alabastro et 1 crusulam, ambo cum argento; item nucem magnam[2] et ovum strucense[3] sine coopertorio, et aliam nucem parvam cum coopertorio, omnia cum argento; item 1 parvum cyphum deauratum cum coopertorio, sculptum cum litteris ab extra; item 3 cyphos altos argenteos cum pedibus sine coopertorio; item 2 furculas cum crystallo et argento. Et hec vasa omnia iusta estimacione ponderata habent in pondere 200 marcas argenti puri et ultra. Et de hiis clenodiis omnibus cum consensu capituli Eystetensis adhuc in vita existens taliter ordinavit, quod ipso decedente per executores suos et procuratores ecclesie omnia et singula a suis camerariis et familiaribus recipi et ad sacristiam capituli presentari deberent et ibidem pro necessitate et utilitate futurorum episcoporum fideliter conservari, ita quod de cetero quilibet episcopus successor suus in primo sui ingressu iurare debeat ad sancta Dei euvangelia, quod predicta clenodia nec in parte nec in toto distrahat, minuat, nec alienet vendendo nec obligando, nec extra provinciam deferat, sine capituli sui licencia et voluntate, sed ea fideliter conservet pro honore et utilitate sua et ecclesie, ac eciam fracta seu consumpta refici faciat et restaurari, taliter, quod summa 200 marcarum in pondere nullatenus minuatur. Et hec perpetuis temporibus voluit inviolabiliter observari et vacante ecclesia per capitulum exigi et ut prescribitur conservari.

Sedit igitur annis 14, mensibus 4 et diebus 2. Reliquit etiam ecclesiam ultra debita prius hoc anno persoluta notabilibus debitis oneratam. Duces vero Babarie econtra remanserunt ecclesie in 12000 florenorum auri cum litteris et citucionibus[b] competentibus. Qui quidem floreni si ab ipsis debite solverentur, de residuis debitis per ipsum relictis non multum superesset, preter tamen ea debita, que ratione exequiarum, testamenti et expensarum

a) *ita vel* xtoterzungen *B. legisse videtur;* vorterzungen *ed.; quid sit nescio.* b) *ita B.;* evictionibus *ed.*

1) Cf. R. G. Stillfried, 'Kloster Heilsbronn' p. 117. 2) 'Schale aus Kokusnuss'. 3) 'Straussenei'.

electi et futuri episcopi accrescunt seu extraordinarie accreverunt. Scripta sunt hec anno, die, loco, quibus supra.

13. Versus[a]: De Wilburgsteten Rabno Dapifer hic depictus,
Rexit Eysteten presul quadragesimus quintus.

5 Hic venerabilis pater dominus Rabno 45[us][1] episcopus Eystetensis ex utroque parente erat progeniei militaris, ex patre Dapifer de Wilburgsteten, ex matre vero de Pfalheim de dyocesi Augustensi, quondam tempore duorum episcoporum generalis procurator ecclesie Eystetensis et postea eciam procurator generalis ecclesie Ratisponensis[2]. Multa laudabilia tempore procurationis ambarum ecclesiarum exercebat; ac 10 tirannides inimicorum plurium compescuit seque ac ecclesiam Eystetensem pro illatis iniuriis viriliter vindicavit eamque defendendo laudabiliter gubernavit. Custodiam ecclesie Eystetensis ac demum prepositurām[3] ibidem per tempora possidebat. Vir itaque prudens, affabilis, providus et hospitalis, in armis strennuus, in consilio maturus, in amicorum auxilio virtuosus, in ulciscendo inimicorum iniurias animosus, animo industriosus ac universo 15 clero pius et generosus, stature denique elegantis. Propter has itaque et alias quas habuit virtutum ac meritorum prerogativas a cunctis amabatur mirifice ab hostibusque nimium verebatur. Magnas et largas ante et tempore preposituro sumptus habuit et expensas, ita quod ipsius domus bene hospitale pauperum nobilium dicebatur. Pecunias itaque aliquas ex beneficiis et precariis ac industria que[c] habuit colligebat. Tandem venerabili patre domino 20 Berchtoldo burkgravio de Nůremberg, 44° episcopo Eystetensi, de anno Domini 1365, 16. Kal. Oct. universe carnis debitum exsolvente, prefatus dominus Rabno propter virtutes suas, per quas, ut rectus ordo postulat, fit transitus ad honores, per capitulum ecclesie Eystetensis de procurationis officio ecclesie Ratisponensis vocatus, concorditer, nullo discrepante, et celeriter in episcopum ecclesie Eystetensis extitit postulatus, ipso septua- 25 genario vel quasi in ordine dyaconali existente. Demum ad curiam Romanam, que tunc in Avinione habebatur, presidente sancte Romane ecclesie domino Urbano papa V, qui nunc pro sancto veneratur, pro petenda et recipienda confirmatione seu provisione ecclesie antedicte cum certis et honestis instructoribus, videlicet domino Ulrico de Leonrod et magistro Conrado de Boppfing, canonicis ecclesie Eystetensis, sibi per capitulum deputatis, 30 ac alia decenti familia et honesta, prima die Octobr. in die sancti Remigii iter quantocius inchoavit, et 17. die eiusdem mensis in crastino beati Galli illic prospere veniebat. Ubi adversarios plures generosos et fortes cum magnis et multis promotoribus et promocionibus, videlicet domini Karoli IV. Romanorum imperatoris et Boemie regis aliorumque principum et magnatorum, pro dicta reperit ecclesia contra ipsum vigilanter et viriliter laborantes. 35 Tandem dominus papa de ipsius postulatione unanimi et testimonio laudabili necnon aliis multis suffragantibus sibi meritis sufficienter et legitime informatus, anno videlicet Domini 1365, 15. Kal. Ianuarii, in die sancti Wunnebaldi confessoris egregii, que erat feria 5. infra tempus quatuor temporum mensis Decembr., sibi providit de dicta ecclesia Eystetensi. Deinde 3. die, videlicet die sabbati proxime subsequenti, in presbiterum extitit ordinatus, 40 ac demum proxima sequenti die dominica de speciali indulto ac licencia domini pape in capella domini Petri, Marie-nove dyaconi cardinalis, Bellifortis appellati, a quodam episcopo, cooperantibus et assistentibus illi aliis episcopis, in episcopum laudabiliter fuerat consecratus; mansitque a die provisionis in curia per undecim dies usque ad diem sancti Silvestri pape. Porro a domino papa exeundi et ad partes redeundi petita licencia et obtenta, 45 valefaciens quibus debebat, cum sua familia in die sancti Silvestri iter celerius reassumpsit, et ad partes veniens, 15. Kal. Febr., in die beate Prisce virginis Eysteti pro episcopo venerabiliter, prout moris est, intronizatus extitit et susceptus.

[Margin: 1365. — Dec. 18. — Dec. 20. — Dec. 21. — Dec. 31. — 1366. Ian. 18.]

Qui presul et pastor sicut fulgebat prelatione eminencie et dignitatis celsioris, sic claruit perfeccione sanctimonie vite melioris. Fuit enim forma[b] iusticie, exemplar pietatis, assertor 50 veritatis, defensor fidei, ordinator clemens cleri, pastor pius plebis, refugium oppressorum, spes miserorum, tutor pupillorum, iudex viduarum, ultor scelerum, metus malorum, gloria

a) *nonus continuator hos versus supposuit imagini episcopi inter vassallos et capitulum sedentis et addit:* Verte folium et decursum invenies vite sue; *in folio sequenti eodem calamo vitam scripsit.* b) forum *ed.*

1) Ita, Alberto electo non numerato. 2) a. 1364, Iul. 18; Reg. Boica IX, p. 104. S. 3) Inde ab a. 1353. S.

bonorum, irreprehensibilis, sobrius, pudicus, ornatus, hospitalis et in mensa seu refectionis tempore semper hylaris et iocundus, modestus, non litigiosus, domui sue bene dispositus. Hic multa laudabilia tempore sui regiminis exercuit et ecclesiam ipsam in spiritualibus et temporalibus strennue et laudabiliter rexit ac eandem, prout infra claret, a diversis et magnis debitorum oneribus relevavit et plura bona ipsi ecclesie Eystetensi, prout inferius describitur, de novo conquisivit.

Primo enim intrando curiam pro sua confirmacione seu provisione et ibi manendo et redeundo consumpsit 1400 florenos. Item solvit camere apostolice et collegio cardinalium pro servicio communi 925 flor. Item persolvit camere apostolice pro fructibus tempore vacacionis ecclesie 700 flor. Expedivit eciam debita subscripta, per antecessorem suum derelicta. Primo expedivit testamentum domini Berchtoldi episcopi predecessoris sui, cuius summa erant 2250 lib. Hall., qui fecerunt 2250 flor., pro quibus castrum Sandser extitit obligatum. Item Seyfrido de Hawsen militi exsolvit 550 libras denariorum Herbipolensium, qui fecerunt 1100 flor. Item eidem 40 libras Hall., qui fecerunt 40 flor. Item Heinrico Pincerne de Geyrn[1] militi 300 libras Hall., qui fecerunt 300 flor. Item Ulrico de Putendorf militi 70 libras Hall., qui fecerunt tot florenos, videlicet 70.[2] Item Iohanni de Lydwach militi 60 lib. Hall., qui fecerunt tot flor. Item Rugero de Morsbach militi 70 lib. Hall., qui fecerunt tot flor. Item Rawbschen de Weytersdorf 60 lib. Hall., qui fecerunt tot flor. Item duobus Weytersdorferiis[3] 150 lib. Hall., qui fecerunt tot flor. Item Arnoldo de Zeim[a] et filio suo 96 lib. Hall., qui fecerunt tot flor. Item Paulsdorfferio 150 flor. Item Haymanno pincerne 80 flor. Item Engelhardo de Wirsperg militi 100 flor.[4] Item Iohanni de Parsperg 200 flor. Item Pincerne de Reicheneck 150 flor. Item Staufferio de Erenvels 50 flor. Item Veltprecherio 36 flor. Item illi de Ottingen 150 flor. Item eidem 46 flor. Item Arnoldo de Sparneck 40 flor. Item Conrado Nolt militi 50 flor. Item eidem pro pueris Hohenheimerii 2600 lib. Hall., que fecerunt 2600 flor. Item Erenvelserio 150 flor. Item Hohenfelserio 50 flor. Item Pincernis de Geyren 400 flor., quod prepositus Herridensis diffinivit. Item domino Iohanni de Laugingen[b] 400 lib. Hall., que fecerunt tot flor. Item Wolfsteinerio 80 flor. Item Engelhardo de Vestenberg pro villa Oenningen[5] redimenda 1100 lib. Hall., que fecerunt 1100 flor. Item eidem pro Stauffeneckerin 100 libras denariorum Herbipolensium, que fecerunt 200 flor. Item Georio de Awe militi pro castro Kipphenberg redimendo 4800 flor.[6] Item Heinrico de Reichenaw militi 600 flor.[7] Item illi de Seckendorf in Abenberg 750 flor. Item Burkhardo de Seckendorf 600 flor.[8] Item Heinrico de Wildenstain racione unius antique littere 150 flor. Item Iudeis in Nurenberg 340 flor. Item iterum Iudeis in Nurenberg et Bappenheim 200 flor. Item iterum Iudeis pro domino lantgravio 240 flor. Item Mechtildi Pruggerin in Nůrenberg 200 flor. Item apothechario in Nůremberg 20 flor. Item pro uno mulo in Nůremberg 32 flor. Item Hohenbergerio 600 flor. Item preposito Ratisbonensi 120 flor. Item Prischsnerio 950 lib. Hall., que fecerunt tot flor. Item Heinrico Walch pro equo . . . . .[c] Item Gotdanck pro equo . . . . .[c] Item Seyfrido de Wembdingen militi 2000 lib. Hall., que fecerunt tot flor. Item Hiltpoldo de Reichershofen militi tantum ut prescripto de Wembdingen. Item Erckingero Fricken 1200 lib. Hall., que fecerunt tot flor. Item Heinrico de Putendorf militi 900 lib. Hall., que fecerunt tot flor. Item dominis Hadmaro et Ulrico de Laber 2000 flor. Item redemit a Marquardo Loter quedam bona in officio Werdenvels pro 300 lib. Hall., que fecerunt tot flor. Item emit pratum unum in officio Werdenvels et decimas in Hergersbach cum dote pro 1000 lib. Hall., que fecerunt tot flor. Item comparavit a Ramungo de Mayingen quoddam bonum situm prope Aurach quod dicitur Swaygaw pro 250 lib. Hall., que fecerunt tot flor. Item comparavit a Iohanne Pincerna de Leutershawsen ligna et alia bona in Newstat iuxta Herriden pro 1100 lib. Hall., que fecerunt 1100 flor. Item emit a Burkhardo de Seckendorf milite curiam in civitate Eystetensi iuxta pontem pro 600 lib. Hall., que fecerunt 350 flor. Item comparavit ab illo de Mur redditus et iura multa, que habebat de curia magna villicali in Stainberg, pro 600 lib. Hall., que fecerunt

a) Zenn *ed.* b) Lauingen *ed.* c) *spatium pretii vacuum relictum c.*

1) Cf. Mon. Zoll. V, nr. 94, p. 104. 2) a. 1369; charta arch. regni Bav. S. 3) Götz et Iohannes; charta a. 1365. S. 4) a. 1368; Reg. Boica IX, p. 207. 5) Oenning. 6) a. 1367; Reg. Boica l. l. p. 171. 7) a. 1375; ibid. p. 334. 8) a. 1373; charta arch. regni Bav. S.

400 flor.[1] Item comparavit in Hirsperg a Pincernis de Geyren multa bona, primo videlicet habitationem valde honestam cum magna domo in inferiori castro Hirsperg in novissimo angulo et alia edificia inter duas portas et octo areas ante portam et tria pomeria et vineam unam et aliqua ligna dicta 'die Reckenhofer Leitt' et agros ante castrum quantum per 5 estatem cum uno aratro valent coli et 34 dietaria pratorum sub castro pro 5800 flor.[2] Item comparavit domum magnam in medio inferioris castri Hirsperg sitam a Conrado de Hirsperg, per eundem de novo constructam, pro 400 flor.[3] Item conparavit molendinum prope Orenbawr[4] a dicto Wilhalmsdorfer pro 400 lib. Hall., que fecerunt tot flor. Item conquisivit aliud molendinum prope Orenbauwr a fratribus dictis Volkmar pro . . . .[a] Item con- 10 paravit unam parvam decimam in Hirsperg pro . . . .[a] Item comparavit a Ludwico Pincerna de Gredingen castrum iuxta Gredingen cum suis attinenciis pro 1450 lib. Hall.[5], quarum exsolvit 500 lib. Hall., que fecerunt circa 400 flor.

Item racione exaccionum dedit dominis ducibus Bawarie circa 5000 flor.

Item monasterium ecclesie kathedralis Eystetensis vetus et ruinosum inter duos choros, 15 videlicet inter chorum maiorem[b] beate virginis et chorum sancti Willibaldi, deponi funditus ordinavit et partem ipsius mediam cum magno desiderio, expensis et laboribus propriis reerexit, quod constabat circa 3000 flor., et pro reparacione partis alterius ac pro perpetuo usu fabrice eiusdem Eystetensis ecclesie ipso in vita existente, de consensu ac confirmacione capituli sui, oves suas omnes ac prata aliqua ordinavit[6], que oves post mortem ipsius vendite sunt, 20 et pro ipsarum pretio est stipendium canonicale pro 45 annis pro fabrica conquisitum; prata vero annis singulis venduntur, quorum valor circa 50 flor. auri annis singulis se extendit; que prata perpetuo fabrice remanebunt. Et super eo est statutum apud capitulum dicte ecclesie Eystetensis, quod quilibet episcopus seu canonicus recipiendus iurabit, se ratum habere et pro viribus defendere et manutenere dicti domini Rabnonis testamentum. 25 — Summa omnium prescriptorum 48715 flor.

Item recuperavit ecclesie curiam unam villicalem in Kreglingen in officio Hirsperg[7], que multis annis ab ecclesia fuerat alienata. Item procuravit ecclesie Eystetensi de novo in Gredingen singulis annis 100 lib. Hall. de lignis ibidem dandis, quas prius non habebat. Item vasa aurea et argentea per dominum Berchtoldum predecessorem suum pro ecclesia 30 Eystetensi de novo comparata et ordinata ac relicta studiose et utiliter reformavit et ea in vero pondere conservavit. Item reliquit ecclesie vasa sua propria argentea ad 24 marcas in pondere. Item preter nobiles structuras, quas fecit in castris et oppidis ecclesie, videlicet Ornbawr, Arberg, Herriden, Gredingen, Hirsperg, Kipphenberg, Eystet et Nazzenfels, et burkhutas multas, quas nobilibus annis singulis dedit, et expensas magnas et graves, quas 35 occasione litium, quas quasi continuo habuit, ac eciam racione iudiciorum provincialium necnon serviciorum gravium, que fecit dominis ducibus Bawarie et aliis principibus et dominis et communi seu generali paci terre ac ligis[8], reliquit ecclesiam Eystetensem absque notabili onere debitorum et in granariis sufficienter provisam cum aliquibus promptis pecuniis, scilicet 1000 flor., necnon omnes municiones ecclesie liberas et solutas, excepto 40 castro Kipphenberg, quod fuit obligatum Heinrico de Morspach pro duobus milibus lib. Hall., qui faciebant 1264 flor.

Tandem in senectute bona in oppido Nurenberg gravi cepit infirmitate detineri, et ibidem ecclesiasticis sacramentis laudabiliter procuratus, ipso quasi nonagenario existente, sub anno Domini 1383, 15. Kal. Nov., in die beati Luce euvangeliste, ante noctis mediam, anno 18. provi- (1383. Oct. 18.) 45 sionis sue, ecclesiam suam cum grege gubernationi Altissimi humillime recommendans, fine laudabili in Domino requievit. Cuius anima requie beatorum feliciter perfruatur! Ductus vero ad civitatem Eystet, in choro sancti Willibaldi, ubi unam de prebendis cum cappellano de novo sumptibus propriis instauravit[9], in quo vivens suam preelegerat sepulturam, honorifice a clero et populo extitit tumulatus ad latus duorum episcoporum Eystetensium, dominorum 50 videlicet Hildebrandi de Meren et Reymbotonis de Meilnhart, quorum quilibet duas prebendas cum cappellanis in eodem choro instituit, et quilibet eorum sedendo in episcopatu annum 18. adimplevit. De quo domino Rabnone episcopo audi hos versus qui subsecuntur:

a) *spatium pretio vacuum relictum.* b) *om. ap.*

1) Falckenstein nr. 266, p. 208. 2) a. 1379; Reg. Boic. X, p. 28. 3) Similem venditionem v. ib. p. 46. 4) Ornbau. 5) a. 1375; Falckenstein nr. 267, p. 209 (Reg. B. IX, p. 334). 6) a. 1377; Reg. B. I. I. p. 384. 7) a. 1377; charta arch. regni Bav. S. 8) Cf. Reg. B. IX, p. 279. X, p. 101. S. 9) a. 1374. S.

Anno milleno ter C L X quoque quinto
In festo sancti confirmatur Wunebaldi
De Wilburgsteten Rabno Dapifer nominatus.
Rexit Eysteten in officio presulatus,
Presedit digne annis decem et octo benigne. 5
C tria post mille cum tribus octuaginta
In festo Luce presul migravit a luce.
Clerum dilexit ac ecclesiam bene rexit.

13. FRIDRICUS COMES DE OETINGEN.

1383. Notum[a] sit presentium inspectoribus universis, quod anno a nativitate Domini 1383. 10 hic reverendus pater et dominus, dominus Fridricus in proximo folio depictus, de gente[b] nobilium et spectabilium comitum de Oetingen progenitus, tunc cannonicus ecclesie Eystetensis, post obitum reverendi patris et domini Rabnonis pie memorie episcopi Eystetensis, qui in die sancti Luce euvangeliste diem suum clausit extremum, per capitulum ipsius Eystetensis ecclesie in ipsorum pastorem et pontificem est concorditer electus etatis sue anno 15 23, in ordine accolitatus existente[c]. Qui venerabilis dominus electus statim post electionem factam pro confirmatione obtinenda ad sanctissimum in Christo patrem et dominum, dominum Urbanum papam VI. ad curiam Romanam sollempnem direxit ambasiatam ac nuntios speciales, videlicet dominum Rabnonem Kachner et dominum Gerungum de Swayning, iuris peritos et canonicos Eystetenses, cum aliis comitibus fide dignis. Cum vero 20 papa Urbanus de ipsius venerabilis domini Fridrici electione et testimonio sufficienti necnon de litteratura et genealogia atque aliis sibi meritis suffragantibus sufficienter et legaliter[d] esset informatus, ipsi venerabili domino Fridrico de eadem ecclesia Eystetensi sic vacante providit et in pastorem et episcopum ipsius ecclesie canonice confirmavit et super minorennitate[e] annorum gratiose ac benivole dispensavit. Pro quorum quidem negociorum 25 sumptibus et expensis ac pro concordia camere apostolice atque aliis necessariis obtinendis ipse venerabilis pater exposuit summam non modicam florenorum.

Ipse vero reverendus pater fuit in numero episcoporum Eystetensium 46[us] et sedit in episcopatu annis 32 minus uno mense, ipsamque ecclesiam Eystetensem debitis exoneratam invenit, liberam et solutam, exceptis 1264 florenis Renanis, pro quibus castrum Kyppfen- 30 berg impignoratum fuit cuidam militi Heinrico de Morspach. Quos quidem florenos ipse maturo termino exsolvit.

Item notandum est, quod prenominatus reverendus pater princeps fuit magne eloquencie ac literature, qui per plures annos studuit ius canonicum in studio Paduensi; strennuus ac multum providens et sagacissimus, in consilio maturus, in conversatione liberalis, in 35 omnibus providus et circumspectus, ut in infrascriptis clarius apparebit. Et in executione sui pontificalis officii, videlicet missarum celebratione, in diocesis[f] ordinatione, crismatis et aliorum sacramentorum ac ecclesiarum et altarium consecratione ac omnium et singulorum, que ad executionem sui pontificalis officii pertinebant, fuit bene dispositus, expeditivus et bene deliberatus. Ipse vero gloriosus pontifex sacramentum ewkaristie valde 40 venerabatur, et in maiori choro sancte Marie Eystetensis ecclesie tabernaculum in pretiosa structura, ipsum sacramentum corporis Christi perpetuis temporibus inibi conservandum et venerandum, circa summum altare cum perpetuo ardenti lumine instituit de novo, et monstranciam deauratam valde pretiosam in pondere 15 habentem marcas argenti et velum de panno deaurato contexto similiter de novo comparavit, ut in festo corporis Christi in 45 ipsa monstrancia et sub ipso velo cum magna reverencia perpetuis temporibus portetur similiter et conservetur. Quod et ipse in ipso festo in processione per circuitum civitatis cum magna devotione et reverencia singulis annis dum viveret portavit. Ac etiam ipse gloriosus pontifex octavam prebendam in choro sancti Willibaldi in altari novo per eum de novo fundato circa hostium sacristie eiusdem chori fundavit de novo, quam satis habundanter 50 dotavit et eidem de libris horarum canonicarum ac missalium et ornatibus providit[g-1].

a) *decimus continuator post imaginem episcopi cum vassallis suis et clero in fundo rubro aureis floribus ornato satis pulchre depicti sequentem vitam scripsit calamo continuo, a. igitur* 1415. *vel paulo post.* b) genere *ed.* c) *ita c.* d) legitime *ed.* e) minoritate *ed.* f) clericorum *ed.* g) cum effectu *add. ed*

1) a. 1402; d. Iul. 31. S. 55

Insuper etiam notandum est, quod ipse venerabilis pater procuravit et ordinavit pro se et suis successoribus episcopis Eystetensibus duos libros missales valde bonos, videlicet librum missalem cum plenario, in aula cuiuslibet episcopi perpetuis temporibus conservandos. Item ipse venerabilis pater procuravit eciam libros matutinales et horarum cano-5 nicarum in omnibus castris et locis sui episcopatus necnon et in aliquibus locis et castris libros missales, ubi sibi necessarium videbatur, ut ulterius in ipsis locis et castris ipsi libri debeant permanere et pro suis successoribus episcopis Eystetensibus perpetuis temporibus conservari. Clenodia vero argentea spectantia ad ecclesiam Eystetensem in debito pondere conservavit et in aliquibus marcis augmentavit.

10 Fuit etiam ipse gloriosus pontifex in dispensatione providus et in hospitalitate multum largus, ac sumptus magnos fecit, et optimus domesticus in provisione cure domestice fuit. Magnam curiam nobilium ac familiam habuit satis copiosam; quos delicate pavit, tenuit et nutrivit. Similiter etiam reverendus pater multos pauperes laboratores, qui nimis senio gravati seu aliis defectibus et infirmitatibus impediti ulterius laborare et se non poterant 15 nutrire, ipsos pauperes in curia sua studiose cum magna diligentia tempore vite sue tanquam pater cottidie paterne pavit sollicite et nutrivit. Ipse vero pater tempore regiminis sui clerum pro[a] sua civitate et dyocesi optime rexit et ad ecclesiasticam vitam, in quantum valuit, induxit similiter et reformavit, subditosque suos per totum suum episcopatum sub magna obedientia et timore strennue tenuit et gubernavit.

20 Insuper considerandum est, quod ipse reverendus pater ultra omnia bona supra memorata[b] per ipsum gesta ipsam suam ecclesiam sibi commissam adhuc ampliori honore et commodo anhelans relevare similiter et reformare, non solum in spiritualibus, sed eciam in temporalibus sibi commissam salubriter gubernavit et benefecit eidem in multis. Omnia castra diversis edificiis et structuris reformavit, edificavit et conservavit et diversas domos 25 ex antiquitate ruinosas ammovit et loco illarum sollempnes domos de novo funditus in diversis castris undique construxit. Necnon et ipsam ecclesiam suam amplioribus possessionibus largiflue donavit, multos redditus et bona notabilia de rebus per ipsum in episcopatu residuatis ipsi Eystetensi ecclesie acquisivit, ut omnia et singula infra clarius secundum ordinem patebunt; videlicet primo castrum Eystetense circumdedit muro 'genant ein 30 zwinger', et turrem ligneam super cappellam, similiter et estuarium magnum estivale de novo fundavit. Item in castro Nassenfels sollempnem domum fecit ac ipsum castrum novo muro 'genant ein zwinger' circulariter circumdedit et plures turres per[c] circuitum ibidem edificari procuravit et immunita eiusdem castri constituit communiri. Item castrum Mernsheim[1] in diversis edificiis et muris et in aliquibus locis novo muro, videlicet zwinger, munivit et 35 circumquaque utiliter reservavit et valde delicatam domum inferius in foro Moernsheim pro successoribus suis inhabitandis[d] de novo fundavit et construxit. Item castrum Arberg in bono statu tenuit et ibidem duas domus sollempnes cum celari et coquina totaliter lapideis de novo funditus edificavit, similiter et turrem ligneam mirabili edificio constructam edificari magnis sumptibus procuravit. Item in civitate Herridensi castrum valde sollempne 40 pro se et successoribus suis inhabitandis[d] de novo funditus construxit. Item in Spalt novam domum satis delicatam pro episcopis inhabitandis[d] de novo edificavit. Item in Nůrenberg curiam episcopalem quasi totam reformavit et preciosis edificiis consummavit. Item in Berching pretorium de novo funditus construxit, in quo ecclesie Eystetensi plures annuales redditus acquisivit. Item in castro Hirsperg valde sollempnem et delicatam domum cum 45 nova turri de novo fundavit ipsumque castrum Hirsperg in pluribus locis novo muro, videlicet zwinger, communivit. Item castrum Kyppfenberg ab intra quasi totaliter diversis structuris et edificiis innovavit. Item prope civitatem Eystet versus Lantershofen in piscina, videlicet in dem weyer, valde delicatam domum estivalem pro se et successoribus suis edificavit[2] similiter et construxit. Cetera vero castra sue Eystetensis ecclesie in bono statu 50 reservavit et reparari undique procuravit. Similiter et omnes civitates ac oppida totius episcopatus restaurari et in bono statu voluit conservari et immunita ipsarum reparari constituit et precepit. Et civitatem Greding novo muro per circuitum per oppidanos eiusdem civitatis, mediante tamen iuvamine et auxilio suo, instituit circumdari.

a) per suam civitatem et dyocesin *ed.* b) notata *ed.* c) p. c. *om. ap.* d) *ita c.*

55 1) Mörnsheim. 2) Cf. chartam a. 1396; Falckenstein nr. 293, p. 229.

Notandum etiam et futuris temporibus bene considerandum, quod ipse reverendus pater et gloriosus pontifex de rebus per ipsum in episcopatu residuatis ultra supradictos sumptus et expensas pro prenotatis edificiis et structuris ac aliis, prout supra patet, expositis ipse plura bona notabilia ac redditus ecclesie Eystetensi emit similiter et acquisivit, ut infra secundum ordinem patebit; videlicet primo emit castrum Fridbertzhofen[1] prope Berching a Sweyggero de Gundolfing iuniore cum diversis villis, iuribus, advocaciis et attinenciis suis auf dem Oesterperg zwischen Berching und Greding pro 2700 flor. Ren. Quod tamen castrum Fridbertzhofen corruit et pro nunc in nichilum est redactum. Sed tamen villa Fridbertzhofen et cetera bona ac iura apud ecclesiam Eystetensem permanebant. Item emit castrum Tanhausen[2] cum villa sibi adiacente a dicto Sweyggero de Gundolfing iuniore pro 1800 flor. Ren. Et ipsum castrum Tanhausen undique muris et edificiis reformavit et inibi sollempnem domum de novo funditus construxit. Item castrum Pruneck[a,3] emit a domino Iohanne warone de Haydegg iuniore pro 2200 flor. Ren. ac ipsum castrum de novo in muris, edificiis et structuris quasi totaliter reformavit. Item emit a Dapiferis de Wylburgstetten proprietates et purckhutas ceteraque bona que habebant in castro Warperg pro 1650 flor. Ren.[4] Item emit a Marquardo Lydwather unam purckhutam in castro Sandseer pro 200 flor. Ren. et sibi, Marquardo, tempore vite sue pro precaria dedit 40 flor. Ren. Item a Friderico Hofer de Dynckelspůhel emit unam domum sive castellum in Lellenfelt[5] cum suis attinenciis pro 700 flor. Ren. Item emit ab Alberto Goeldlein unum castellum seu domum lapideam in Pleynfelt pro 30 flor. Ren. Item emit a Predicatoribus in civitate Eystetensi quatuor libras Hallensium perpetui census ex domo dicti 'Hewtlein an der hintern gass' pro 80 lib. Hall. Item emit unam vineam parvam ante portam civitatis Eystetensis ad occidentem retro muros suburbii pro 18 flor. Ren., que vinea pro nunc spectat ad capitulum Eystetense. Item emit ab Heinrico Glaser in Ochsenfelt duo feuda pro 20 flor. Ren. Item emit in Nydern-Meckenloch ab heredibus Iacobi Gager unam curiam pro 195 flor. Ren. Item in Langenaltheim emit a Georio Steyrer unum bonum seu aream pro 80 flor. Ren. Item emit a Georio de Lentersheim tabernam in Lellenfelt pro 95 flor. Ren. Item emit ab Heinrico Wysentawer stubam balnearem in Lellenfelt pro 34 flor. Ren.[6] Item emit unam curiam et alia bona in Lellenfelt ab Heinrico Hausbort[b] pro 200 flor. Ren.[7] Item emit ab Heinrico Wysentawer ein fischwasser[c] an der Wysent pro 41 flor. Ren. Item emit ab Henrico Schencken de Lewtershausen milite aliqua bona in Newenstat et in Tumenpach[8] sita pro 600 flor. Ren. Item emit a Kraftone de Lentersheim milite unam curiam in Můlpruck pro 560 flor. Ren.[9] Item emit a Sygismundo de Seckendorf plura bona in Můlpruck pro 1400 libr. Hall., faciunt 300 flor. Item emit a Iohanne de Leonrod unam hubam in Laitenpuch pro 100 flor. Ren.[10] Item emit unam decimam in Kawrnhofen pro 195 flor. Ren. Item emit a nobilibus[d] Waldenfelser[e] unam decimam in Mospach[f] prope Wynspach[11] pro 375 flor. Ren. Item emit in Pleynfelt ein gůtlein das der Hůnen[g] gewest ist pro 100 libr. Hall. Item emit dy Hueckelmůl[h] bey Spalt pro una summa que non est expressa in littera empcionis. Item emit a Marquardo Lydwacher einen weyer genant 'der alt weyer' im Egelsee pro 40 flor. Ren.[12] Item emit a Stephano de Apsperg milite in Weingarten ein gatergelt pro 56 flor. Ren.[13] Item quinque dietaria pratorum zu den geren gelegen genant 'dy Pruckpergerinn' emit pro 100 flor. Ren. Item ab Heinrico Vischer in Teyning emit unam dimidiam curiam gelegen zu Ahawsen genant 'des Sygershofers hof' pro 40 flor. Ren. Item a Margaretha Gůttingerinn vidua emit unam libram Ratisponensium aus einem gut zu Kefenhůl pro 60 flor. Ren. Item emit ein gut zu Oberndorff pro 170 flor. Ren. Item emit in Peylngries[14] a Walthasar Muracher certa bona, videlicet dy saetz, alia iura et bona que habebat in ipso oppido Peylngries, pro 831 flor. Ren.[15] Et plures parvas empciones hinc inde fecit, que causa brevitatis sunt obmisse.

Etiam notandum est, quod ipse providus princeps magnam copiam omnium utensilium, videlicet lectisterniorum et aliorum spectancium ad usus domesticos et coquinarum, procu-

a) Prunneck *ed.* b) Hauslode *ed.* c) vischwazzer *ed.* d) nobili dicto W. *ed.* e) Paldenf. *B.* f) Velpach *B* g) Hunnin *ed.* h) Hütlesmül *ed.*

1) Fribertshofen; Reg. Boic. XI, p. 119. 2) a. 1398; Falckenstein nr. 298, p. 236. 3) Bruneck prope Altdorf; a. 1413; Reg. B. XII, p. 134. 4) a. 1398; Falckenstein nr. 297, p. 234. 5) (Gross) Lellenfeld; a. 1392; Reg. B. X, p. 313. 6) a. 1403; charta arch. regni Bav. S. 7) a. 1405; ib. 8) Neuenstatt et Dumbach; a. 1317; Falckenstein nr. 296, p. 232. 9) a. 1396; Reg. B. XI, p. 63. 10) a. 1393; charta arch. regni Bav. S 11) Windsbach; a. 1413; Reg. B. XII, p. 133. 12) a. 1413; ibid. p. 135. 13) a. 1402; Falckenstein nr. 299, p. 238. 14) Beilngries. 15) a. 1414; Reg. B. XII, p. 172.

ravit in omnibus castris, oppidis et locis sui episcopatus; que utensilia post mortem ipsius reverendi principis per capitulum Eystetense in omnibus castris et locis particulariter sunt taxata et postmodum in unam summam sunt redacta, videlicet ad 3273 flor. Ren. Et per ipsum capitulum decretum fuit et determinatum, quod ulterius quilibet episcopus Eystetensis 5 in primo introitu suo iuraret, quod ipsa utensilia in esse conservare deberet et omni anno reformare et perpetuis temporibus conservare.

Et sic notandum est, quod summa pro empcionibus supra notatis ac pro debitis supra in principio expressis et solutis ac etiam pro ipsis iam supradictis utensilibus exposita extendit se ad 17973 flor. Ren., exceptis tamen expensis et sumptibus pro confirmacione ad 10 Romanam curiam factis. Et verisimile, ymmo pie credendum est, quod ipse venerabilis pater pro structuris et edificiis etiam supra notatis et pro expensis et sumptibus licium infrascriptarum defendendis[a] equalem seu maiorem exposuit summam florenorum.

Etiam notandum est, quod ipse reverendus princeps multas gwerras et lites sustinuit ab adversariis, pro quibus se opponendis[a] similiter magnos sumptus habuit et expensas. 15 Primo a ducibus Wavarie sustinuit multas tribulaciones ac molestaciones, quibus, in quantum potuit, viriliter resistebat, nunquam tamen volens cum ipsis concordiam peccuniariam inire neque modo aliquo exaccionari.

Etiam notandum est, quod tempore ipsius domini episcopi, videlicet anno Domini 1388. et 89, magne gwerre et lites exorte fuerunt inter omnes principes tocius Alimanie ex una 20 et inter omnes civitates imperiales parte ex altera; que gwerre et lites duraverunt et ultra biennium, in quas gwerras et lites ipse venerabilis pater pervenit ac etiam subintravit. In quibus quidem gwerris et litibus suus episcopatus in omnibus finibus suis magnas tribulaciones, rapinas et incendia paciebatur, in tantum, quod quasi omnia bona tocius episcopatus erant desolata et omnimode devastata[b].

25 Eciam ipse reverendus princeps similiter multas molestaciones a nobilistis Franconie paciebatur, quos ipse audacter et imperterritus persequebatur. Quapropter notandum est, quod quadam die, videlicet anno Domini 1408, ipsi nobiliste Franconici cum magno exercitu hostiliter invaserunt ecclesiam Eystetensem et prope Herriden omnes pauperes cum incendiis et rapinis immaniter dampnificaverunt vaccasque et bona eorum abstulerunt. 30 Ipse vero laudabilis pater[c] et dominus insequebatur eos animose per suum magistrum curie ceterosque suos familiares; et de sero eiusdem diei in villa Lautenpach[1], que villa distat duo miliaria a civitate Rotenburg versus Franconiam, irruerunt in eos audacter et animose prostraverunt et bona pauperum eis abstulerunt et 23 de inimicis ceperunt; ceteri vero inimici ad castrum in eadem villa et huc atque illuc fugerunt. Et sic secum captivos et 35 bona pauperum ac etiam vaccas in civitatem Herriden cum gaudio reduxerunt. Quorum quidem captivorum nobiles et ignobiles 22 ipse laudabilis dominus postmodum permisit iudicialiter decollari; unus vero ex eis iuvenis scutifer per preces pro eo factas mortem vix evasit. Et sic sue ecclesie Eystetensi obtinuit tranquillitatem et pacem, quia ipsi nobiliste Franconici tempore vite ipsius venerabilis episcopi ipsam[d] ecclesiam Eystetensem ita hosti- 40 liter ulterius non invaserunt. Ceteris vero adversariis suis austerus fuit et persequebatur eos animose et multos permisit ad mortem sententialiter ac alias condempnari.

Item etiam notandum est, quod ipse gloriosus pontifex perfidos hereticos Waldenses valde persequebatur et infestus fuit eis et per suam dyocesim cum magna diligentia fecit undique perquiri, plurimosque fecit cruce signari, et multos perversos, nequam et hereticos 45 permisit igne cremari.

Et sic omnibus bene dispositis et rite ordinatis, ultra omnes sumptus et expensas diversimode expositas, ut supra notatum est, ipse laudabilis pater et dominus ipsam suam ecclesiam sibi creditam in optimo statu reservavit et omnibus debitis exoneratam totaliter reliquit liberam et solutam, ac etiam in prompta peccunia 3000 florenorum Ungaricorum et 50 2000 florenorum Renensium et citra 400 solidos in grossis Bohemicalibus reliquit; que summa pro magna parte pro exequiis suis peragendis et pro executione sui testamenti est exposita similiter et distributa. Eciam ipse laudabilis dominus magnum bladum et granaria onusta atque plena frumentis et granis in omni suo episcopatu similiter reliquit.

Et finaliter notandum est, quod ipse reverendus pater et gloriosus pontifex, postquam 55 32 annos minus uno mense epyscopaverat et sibi commissam ecclesiam bene rexerat, ut

a) *ita c.* b) omnide defastata *c.* c) princeps *ed.* d) *om. ap.*

1) Lauterbach. Minus recte haec alibi narrantur; v. Sax p. 129.

sepe notatum est, anniversariis suis in kathedrali ecclesia sua Eystetensi ac in quam pluribus collegiis et locis tempore vite sue institutis similiter et ordinatis, etatis sue anno 55. 1415. Sept. 14. viribus corporis cepit destitui et gravi infirmitate detineri. Et in die exaltationis sancte crucis, convocato omni clero civitatis sue Eystetensis et ipsis omnibus presentibus, communione sacramenti corporis Christi et sacre unccionis fuit cum magna devotione et contri- 5 tione procuratus humiliter et devote. Ipse vero gloriosus presul de die in diem decrescens, cepit graviori infirmitate detineri; et viribus corporis totaliter consumptis, et transactis aliquantis diebus, videlicet 13. Kal. Octobris, circa angelicam salutationem iterum fecit sibi sacramentum ewkaristie afferri, et ipso sacramento affectabat magno desiderio communicari, et sicut ipse pius pater tempore vite sue venerabatur ipsum sacramentum ewkaristie, 10 sic ipso sacramento pro ultima cena et extrema est usus refectione. Qui post eandem dominicam cenam temporali cibo non utebatur ulterius neque potu. Et sic anno Domini Sept. 19. 1415, 13. Kal. Octob., primo anno concilii Constanciensis, sede apostolica vacante per privationem domini pape Iohannis XXIII, in civitate Eystetensi in aula habitationis sue circa angelicam salutationem gregem sibi commissum domino Deo recommendans, felici fine 15 Sept. 20. cum magna devotione et contritione diem suum clausit extremum; et in vigilia sancti Mathei apostoli et euvangeliste, prius tamen habitis vigiliis et missa defunctorum pro anime sue salute, circa altare suum novum aput ostium sacristie chori sancti Willibaldi ad latus domini episcopi Rabnonis, sui immediati antecessoris, cum magna sollempnitate et reverentia est sepultus. Et infra quindenam superveniente huc Eystet duce Ludwico de Wava- 20 ria iuniore ac fratribus suis Ludwico et Fridrico ac eciam Ludwico iuniore, patruo suo, comitibus de Ŏting et domino Fridrico warone de Haydegg similiter huc supervenientibus, necnon multis presbiteris et nobilistis ceterisque fide dignis confluentibus, in kathedrali ecclesia Eystetensi ceterisque collegiis et claustris ipsius civitatis exequie ipsius sollempniter cum magna devocione et reverentia sunt peracte similiter et complete. Cuius anima 25 requiescat in sancta pace in Domino feliciter. Amen!

14. IOHANNES EPISCOPUS EYSTETTENSIS DOMINUS DE HAIDECK.

Hic[a] reverendus pater Iohannes, de genere nobilium baronum baronie Heydeck oriundus, antea prepositus ecclesie Bambergensis, post obitum retro depicti Friderici Oct. 2. comitis de Ŏtingen, sub anno videlicet a nativitate Domini 1415, ipso die sancti Leode- 30 garii, qui fuit 6. Non Oct., sede apostolica tunc vacante ac concilio generali Constanciensi durante, concorditer in episcopum Eystetensis ecclesie est electus et a Iohanne archiepiscopo Maguntinensi, cum, ut prefertur, sedes apostolica vacaret, confirmatus[1], ac consequenter, omnibus sacris ordinibus receptis, in civitate Bambergensi in episcopum servatis servandis laudabiliter consecratur. Hic itaque reverendus pater affabilis, pius, 35 mitis, iustus et mansuetus, ecclesiam per se et suos, quos presertim in temporalibus secum habuit notabiles, laudabiliter regens, defendens et gubernans, seque erga principes, comites, barones, nobiles, milites, militares et alias erga communem populum in civitatibus, opidis et terris talem et taliter prebens et ostendens, favorem illorum obtinuit; ac illi sibi et ecclesie affabiles fuisse et favorabiles reperti sunt et fuerunt. Tyrannidem quoque plurium 40 ecclesias, presertim de partibus Franconie, invadentium cum hoc compescuit et domavit, subditosque suos tam ecclesiasticos quam seculares cum oneribus inconsuetis et aliis illicitis in nullo aggravavit, set illis pius et generosus existens, laudem et honorem a clero et populo digne reportavit. Bonos et dignos dilexit, et maxime suos ecclesiasticos ad sanctam et laudabilem et clericalem vitam pro posse induxit. Ipseque etiam reverendus pater, quam- 45 vis ingenio minus esset industriosus, istius tamen erat virtutis, quod ea que non saperet seu intelligeret iuxta suorum sapientum, circumspectorum et ecclesie fidelium consilium et auxilium tractaret, prout et tractavit et fideliter expedivit. Per quod etiam ecclesia debite et laudabiliter exstitit recta et expedita, et in bono esse ad tempora vite sue remansit. Item in vasis et clenodiis argenteis ad ecclesiam et usum suorum successorum pertinentibus 50 per ipsum temporibus suis reformatis et augmentatis reliquit iusta estimacione ponderata 240 marchas argenti. Etiam granaria ecclesie cum blado in tantum et plus repleta reliquit, quam retroactis temporibus umquam auditum exstitit. Et cum hoc nichilominus omnia

a) *scripsit continuator undecimus continuo calamo a. 1429. vel paulo post.*

1) Reg. B. XII, p. 209. 55

utensilia singulorum castrorum ecclesie satis decenter in esse remanserunt. Reliquit quoque ecclesiam in bono statu et absque omnibus, saltem que dici merentur, debitis; neque aliqua castra seu alia bona ecclesye occasione debitorum sunt inpignorata vel occupata.

Insuper idem reverendus pater pompas et superbiam minime curans, sumptuositates vestium et equorum ac aliorum penitus evitando, solum studuit, quomodo bona ecclesie in esse conservare posset pariter et augmentare et nequaquam dilapidare. Preterea non est in memoria hominum neque unquam auditum, aliquem suorum predecessorum per graves lites, controversias et gwerras tantas inquietaciones, molestaciones et impedimenta atque persecuciones sustinuisse, quemadmodum ipse noscitur habuisse. Presertim enim idem reverendus pater ex parte ecclesie cum Friderico marchione Brandeburgensi, Hainrico et Iohanne ac illis de Monaco Bavarie ducibus necnon comitibus de Ôtingen in gravibus litibus ac gwerris quasi in spacio trium annorum durantibus, contra Ludwicum de Ingolstat eciam ducem Bavarie in liga existens[1], per eadem tempora huiusmodi gwerrarum secum sub expensis, dampnis et periculis ecclesie circa 300 equos tenuit soldarios armigerorum; et se in gwerris et litibus huiusmodi — preter ecclesie saltim notabilia dampna — ita potenter et viriliter certandi, prout experiencia rei docuit, cum effectu ostendit, quod hec ecclesie futuris temporibus bene[a] poterunt prodesse in finem, quod ammodo quivis principum, dominorum, seu quicumque fuerit, ecclesiam ipsam non pro nichilo aut modico estimare habeat seu reputare. In illis quoque ac aliis litibus et controversiis contra suos et ecclesie sue adversarios et inimicos habitis sibi ut frequenter[b] satis prospere successit, absque eo, quod respectu litium talismodi magna exinde sustinuisset dampna. Eciam hominibus et subditis suis in lite huiusmodi per incendia et alia pericula dampnificatis in edificiis et bonis suis reparandis et construendis ac alias paterne et generose subvenit.

Item in negotio perversorum hereticorum regni Bohemie contra illos laborando semper paratus, gentes suos[c] armorum inibi transmittendo multa impendit. — Porro memoratus reverendus pater ultra omnia premissa sibi incumbentia onera ecclesiam absque debitorum contraccione, ut prefertur, et castrorum atque bonorum omnium impignoracione seu occupacione relinquens, tempore sui regiminis comparavit et ecclesie sue inter alia acquisivit 10 areas in opido Ormbawr a Conrado de Swayningen et Martino de Eyb armigeris. Festum quoque conceptionis gloriose virginis Marie tam in choro quam in foro per civitatem et totam dyocesym ac eciam festum sancte Kunegundis in ecclesia kathedrali Eystetensi perpetuis futuris temporibus sollempniter celebrandum, perpetuos notabiles redditus capitulo ipsius ecclesie pro presenciis distribuendis ad hec comparando[2], anniversarium quoque suum pro se et suis progenitoribus in pluribus locis nichilominus instituit et ordinavit. Inter alia etiam aulam episcopalem civitatis Eystetensis in parte reformavit et ex opposito illius unam novam habitationem muro civitatis penes pontem coniunctam construxit.

Sedit igitur a tempore electionis sue annis 14 minus 5 mensibus et diebus 8; et tandem senio et egritudine pregravatus, ac sacramentis ecclesiasticis provisus, obiit in castro montis civitatis Eystetensis sub anno a nativitate Domini 1429, ipso[c] die sancti Erasmi episcopi et martiris, que fuit 3. Non. Iunii, et sepultus est in choro sancti Willibaldi in ecclesia Eystetensi. Cuius anima requiescat in pace. Amen! *(1429. Iun. 3.)*

15. ALBERTUS EPISCOPUS EYSTETTENSIS NATUS DE HOHENRECHBERG.

Hic[d] reverendus pater Albertus in proximo folio depictus, ecclesiarum Constanciensis et Eystetensis canonicus et prepositus ecclesie collegiate Herridensis Eystetensis dyocesis, de genere nobilium militarium, ex patre domino Hainrico de Hohenrechperg milite, de matre spectabili et generosa domina, domina Sophia de Helfenstein comitissa, vacante ecclesia Eystetensi per obitum reverendi patris et domini, domini Iohannis de Haydeck pie memorie, sui antecessoris inmediati, per capitulum prefate ecclesie Eystetensis in ipsorum pastorem et pontificem est concorditer electus feria 2. ante festum nativitatis sancti Iohannis baptiste anno Domini 1429. Qui venerabilis dominus electus statim post electionem factam pro *(Iun. 20)*

a) bone *c.* b) *i. e.* ut plurimum. c) *ita c.* d) *continuator duodecimus uno calamo hanc vitam scripsit a.* 1445. *vel paulo post.*

1) Cf. chartas a. 1419. et 1421; Reg. B. XII, p. 315. 378. Pax a. 1422, mediante Sigismundo rege, facta est; ibid. p. 397. 401. 2) a. 1428; charta arch. regni Bav. S. 3) *Iuxta latus aliud Hildbrandi de Hern.* Cod. Plankst. S.

confirmatione obtinenda ad sanctissimum in Christo patrem et dominum, dominum Martinum papam V, qui tunc temporis in patrimonio suo Ananie[1] castello propter fugam epydimie in Roma vigente[a] sedens, solempnes misit ambasiatas ac nunccios speciales, videlicet dominum Cunradum Kunhofer doctorem omnium facultatum, dominum Iohannem de Eyb[b] licenciatum in decretis, dominum Wilhelmum de Sunthin[c], dominum Sygismundum de Leonrod[d], canonicos ecclesie Eystetensis. Qui quidem papa Martinus de ipsius venerabilis domini Alberti electione et testimonio sufficienti atque aliis suis meritis suffragantibus legittime informatus, ipsi venerabili domino Alberto de eadem ecclesia Eystetensi sic vacante providit et in pastorem et episcopum ipsius ecclesie canonice confirmavit. Pro quorum quidem negociorum expedicione, sumptibus et expensis ac concordia camere apostolice atque aliis necessariis ad hec obtinendis ipse venerabilis pater exposuit summam 5000 florenorum seu ducatorum. Confirmacione itaque predicta gratanter et devote percepta, consequenter omnibus sacris ordinibus receptis, in ecclesia Eystetensi in episcopum servatis servandis laudabiliter consecratur.

Hic itaque reverendus pater affabilis, mitis, humilis, hospitalis, compatiens adversitatibus proximorum suorum, totus amator pacis fuit, pluries et plus condolens de adversitatibus principum et ceterorum vicinorum suorum quam de adversitatibus aut dampnis sibi illatis, ita ut quandoque propriam substanciam exponeret pro concordia vicinorum. Expensas magnas fecit in dietis, lites ut extingweret et discordias sedaret. Quare ardenter ab omnibus principibus, comitibus, baronibus, militibus, communi vulgo et toto clero suo amabatur, vocantes eum ad consilia et tractatus eorum ut amicum et patrem fidelem. Nam licet esset mediocris literature, fuit tamen vir mire prudencie tam ex naturali industria quam prudencia acquisita. Que omnia conscribere, longum processum requirerent.

Circa initium vero sui regiminis, videlicet annis Domini 1429. et 30, fecit magnas expensas, stipendiarios equites et armatos 40 aut plures mittendo, qui steterunt in opidis Cham et Weyden pauperes Christi defendentes, ne a perversis hereticis regni Bohemie lederentur et occiderentur. Quod et per plura tempora continuavit cum aliis spiritualibus et secularibus principibus. Item memoratus reverendus pater anno Domini 1431. misit in regnum Bohemie contra perversos et dampnatos hereticos ibidem 150 armigeros equestres et 150 armatos pedestres, cum 32 curribus, ferramentis et cathenis ferreis optime fabricatis, valentibus pro castro curruum et defensione in necessitate, cum expensis copiosis, victualibus et utensilibus, tentoriis, armis bellicis, bombardis, pulveribus, balistis miro modo oneratis. Sed quia dampnatorum hereticorum multitudo prevaluit nimis, totus exercitus principum Teutonicorum ac armigeri prescripti tam equestres quam pedestres fugam inierunt, relinquentes expensas, utensilia, tentoria, arma, equos aliquos cum curribus et aliis necessariis in campo Bohemie, et miserabiliter evaserunt. In quibus iam dictis dampnis et stipendiis adiunctis memoratus dominus fuit in tribus milibus florenorum et ultra dampnificatus.

Idem reverendus pater multas adversitates et dampna ab adversariis suis sustinuit. Nam Iohannes comes de Oettingen invasit marscalcos de Papenhin[e], qui et pro tunc phasalli et familiares ecclesie sue erant, et consequenter bona ecclesie sue dampnis et rapinis et combustionibus rerum et domorum lesit. In qua lite cogebatur pro defensione sui et suorum habere per annum et dimidium 200 stipendiarios equites continuos suos commensales.

Cogebatur denique prefatus pater metu Bohemorum seu Hussitarum et aliorum adversariorum suorum magnas structuras, municiones seu fortalicia circumquaque in castris[f] et opidis ecclesie sue construere. Fecit enim excidere fossatum in durissima[g] petra circum castrum Eystetense versus septentrionalem et occidentalem plagas, ubi frequenter sex aut septem, quandoque plures, foderunt per 9 annos. Item iuxta fossatum fecit antemurale cum quattuor propugnaculis parvis in predictis duobus lateribus. Item in predicto castro fecit excidere in petra[h] tria cellaria parva, protensa a coquina usque ad magnam domum eiusdem castri. Item in civitate Eystet in curia episcopali nova iuxta portam pontis construxit novam domum cum magna et parva stubis etc. Item edificavit[i] turrim iuxta balneum dictum 'in arena'. In eadem curia construxit ambitum magnum tabulatum et pretiose

a) *ita c.* b) Eybe *ed.* c) Sunthem *ed.* d) Leorod *c.* e) Papenhem *ed.* f) castellis *ed.* g) durissimam petram *ed* h) petram *ed.* i) edificare *c.*

1) Anagni.

consummatum, cum aliis diversis structuris nove et antique curiarum. Item edificavit novum et magnum granarium ex opposito granarii dominorum canonicorum ecclesie Eystetensis. Item castrum in Hirsperg communivit in introitu castri cum spisso et magno muro, quod dicitur fortalicium seu pallium castri. Et per circuitum castri construxit murum de 5 novo, multis turribus seu propugnaculis adiunctis. Item circum castrum Moernshin[a] procuravit fieri fossatum versus silvam ibidem, et per circuitum castri edificavit murum cum turribus et propugnaculis in meliori forma, qua fieri potuit. Item in curia episcopali Nůrnbergensi renovavit domum, in qua cellarium habetur, eam altius construendo, edificando novam stubam et cameram; lectisternia ordinavit in ea pro se et successoribus. Pro quibus 10 omnibus impendit 500 flor. In singulis opidis et castris ecclesie sue restauravit edificia plura, restaurata conservavit, in quibus magnos sumptus et expensas fecit.

Notandum etiam, quod idem gloriosus pater tempore sui regiminis plura bona immobilia ac redditus perpetuos ecclesie Eystettensi comparavit et emit, ut infra patebit secundum ordinem. Primo emit castrum et opidum in Tollnstein[1] cum sibi annexis a Iohanne de 15 Haydeck barone pro 13000 flor. Ren. Item ab eodem emit certa bona, redditus et iura que habuit in Sappenfelt pro 750 flor. Item emit a Schechsen in Pleynfelt possessionem suam cum suis attinenciis pro 1100 flor. Item emit a Cunrado Attenfelder ius hereditarium, quod in curia villicali in Ahusen [habuit[b]], pro 1183 flor. Item emit curiam in Eytenshin[c] a Wilhelmo Fewrer pro 83 flor. sibi annuatim pro precaria ad vitam suam solvendis. Item 20 emit das hofmairlehen in Arberg et unum piscarium in Ornbawr a dicto Wunner cum certis aliis bonis ibidem pro 312 flor. Item emit a Iohanne de Bůtendorff unum piscarium in Alemonia[2] iuxta Altendorff pro 150 flor. Item emit a Wolmershuser certa bona et iura que habuit in Weynberg pro 200 flor. Item emit a Daniele Tanner unum feodum in Arberg, cuius summa reperietur in litera empcionis. Item emit domum[d] preconis in Eystet pro 25 100 flor. Item vasa argentea et deaurata per antecessores suos pro decore ecclesie Eystetensis comparata ac relicta studiose et utiliter reformavit et ea in pondere conservavit et augmentavit. Anniversaria quoque post obitum celebranda in kathedrali ecclesia tam in choro beate virginis Marie quam in choro sancti Willibaldi ac aliis in locis pro se et genitore suo tempore vite sue instituit et ordinavit. Vestes denique suas sericas preciosas, 30 quibus antea usus fuit, mutavit in casulas et ornamenta ecclesiarum et distribuit tempore vite sue in diversas ecclesias cultui divino deserviendas. Item . . . .[e] Nam multa blada reliquerat in granariis suis, videlicet 1500 modios seu muttas[3] puri siliginis et tritici et 900 modios seu muttas avene. Item 3000 flor. Ren. in debitis certis post obitum successori suo reddendos. Reliquit eciam magnam provisionem vini, quod potuit pro 35 successore suo et familia consueta ad annum sufficere, demptis diversis aliis provisionibus et empcionibus non scriptis. Comparando igitur debita ad relicta et empta in certo tempore possent modicum aut nichil differre.

Sedit preterea in episcopatu a tempore eleccionis sue annis 16, mensibus 3 minus 2 diebus. Circa igitur annum etatis sue 55. cepit visu ac aliis consequenter viribus corporis 40 destitui et gravi infirmitate per aliquot dies deteneri. Provisus igitur sacramentis ecclesiasticis, commendans Deo spiritum, obiit in curia episcopali nova iuxta portam pontis in die sancti Gorgonii martiris, sepultus in choro sancti Willibaldi ecclesie Eystetensis ante altare sancte Barbare virginis et martiris anno Domini 1445, die et loco ut supra. Cuius anima requiescat in sancta pace. Amen! 1445. Sept. 9.

45 a) Moernhem *ed.* b) *deest ap.*; habebat *ed.* c) Eytensheim *ed.* d) domus *ap.* e) *dimidia linea deleta.*

1) Dollnstein (a. 1440, Oct. 8.) 2) Altmühl. 3) i. e. metzen.

HISTORIAE PATAVIENSES ET CREMIFANENSES.

Saeculo XIII, cum fabulae de origine vetusta ecclesiae Laureacensis, post Pataviam translatae, quam maxime vigerent[1], *composita est brevis historia tam episcoporum quam ducum Bavaricorum, qua illae exponerentur et defenderentur. Uterque catalogus non ultra medium saeculum illud progreditur, tempora Berchtoldi episcopi (a.* 1251—1255) *et Ottonis ducis, qui inde ab a.* 1231. *per annos* 22 *ducatum rexisse dicitur. Neque est cur dubitemus*[2], *quin auctor revera tunc scripserit. Multis annis per diversos historicos et infinita privilegia ecclesiarum laboratum esse, ut opus melius procederet, contendit. Minime tamen quae suscepit feliciter executus est. Sane brevem et satis ieiunum episcoporum exhibet catalogum, initio fabulosum, inde a Vivilonis tempore vero ex antiquiore, ut videtur, descriptum, cuius varia habemus exemplaria, Scriptorum tomo XIII. edita. Sed ne priorem quidem partem ipse confecisse videtur; certe Quirinus, quem ipse Laureacensem episcopum habet, illic desideratur. Catalogum vero ducum Bavariae maximam partem ex annalibus composuit qui Mellicensibus nituntur et tam in Garstensi quam Salzburgensi (SS. XIII) exemplari exstant. Quibus destitutus, ne saeculo XI. quidem veram ducum seriem conficere potuit, sed erroribus gravissimis scatentem exhibet.*

Nihilominus haec compilatio se aliis commendavit, saepius descripta[3], *necnon additionibus et continuationibus aucta. Quae cum maiorem quodammodo auctoritatem nactae sint et huic etiam collectioni inserendae, ad primam formam regrediendum erat.*

Hanc invenimus in

A) codice monasterii N e u b u r g i c l a u s t r a l i s *nr.* 722 *(cf. 'Arch.' VI, p.* 186*), chart. et membr., s. XV. nitide exarato, ubi post Roberti historiam expeditionis sacrae aliaque scripta Minora in fine hi catalogi leguntur, nulla continuatione aucti*[4]. *Codicem humanissime Berolinum transmissum diligenter excussi.*


A) Cod. monasterii* M a t s e e, *membr. saec. XIV, de quo v. 'Arch.' X, p.* 619; *SS. IX, p.* 823. *Continuationi Chronicae Minoris hi inserti sunt catalogi, ad*


1) Quo tempore natae vel fictae sint, non nostrum est investigare. Cf. Dümmler, 'Piligrim von Passau', qui hunc auctorem habuit; Blumberger, 'Die Lorcher Fälschungen, Arch. f. Oest. G.' XLVI, p. 237 sqq., qui de s. XII. cogitavit. 2) Sine causa plerique hos catalogos in monasterio Cremifanensi confectos putant; v. Loserth, 'Geschichtsquellen von Kremsmünster' p. X; Lorenz, GQ. I, p. 179 n. Rectius de his iudicavit Dümmler p. 132. 3) Prima pars etiam Vitae Maximiliani c. 21—24. subiecta est, Pez, SS. Austr. I, p. 32. 4) Simili codice usus est Hund, Metrop. Salisburg. ed. Gewoldus Ratisp. 1719, I, p. 191: 'Pataviae exstat vetustus liber in membranis scriptus continens annales Patavienses deductos usque ad a. 1255, una quoque catalogum succinctum Laureac. ac Pataviens. archiepiscoporum et episcoporum cum copiis diplomatum'. Hic codex deperditus lugetur. Annales illos nullius pretii fuisse, Ratzinger mihi non satis probavit, 'Hist. pol. Blätter' LX, p. 924 sqq.

Historiae Patavienses et Cremifanenses.


Cod. Vindob. nr. 610.

f. 83'.





Cod. Cremifanensis nr. 401.



Facsimile Druck v. A. Frisch, Berlin

finem usque saec. XIV. continuati. Vir summe reverendus praepositus I. Dump humanissime nobis flagitantibus apographum transmisit.

B) Cod. archivi regii Bavarici Monacensis, olim Pataviensis, Lonsdorfensis vulgo appellatus, saec. XV, f. 210—212[d]. *historiam continet Pataviensem, uno loco interpolatam et continuatione auctam, quae ex hoc libro edita est Mon. Boic. XXVIII,* 2, *p.* 442 *sqq. Codicem in usus nostros contulit b. m. Martinus Mayr.*

C) Cod. Vindobonensis nr. 610, *olim Cremifanensis, quam plurimis additionibus et glosis post refertus, de quo infra accuratius agetur. Ordo singularum partium est mutatus. Etiam scribendi ratio a ceteris recedit (semper fere* y *habet pro* i: Phylippus, Neapolym, *alia; nonnumquam* o *pro* u: popolo, discipolorum; b *pro* w: Lodbicus; w *pro* b: Wawaria).

D) Cod. Monacensis nr. 14894, *chart. saec. XV, in* 4, *ubi f.* 129. *'Kathalogus episcoporum Pataviensium' excerptus potius quam exscriptus legitur, f.* 159'. *quaedam ex serie ducum Bavariae sumta, sed cum aliis coniuncta et ad a. usque* 1347. *continuata.*

In codice olim Cremifanensi, ut videtur, additae sunt notae de episcopis saec. VIII—XI, quae id praecipue agunt, ut de pallii usu accuratius referant. Quae ubi vel a quo conscriptae sint, nunc vix dicere possis. Monendum tamen, Hermenricum et Winchingum episcopos saec. IX. Ostrogotos natione dici, quo vocabulo in historiis Cremifanensibus Austriae incolae intelliguntur.

Sequitur catalogus abbatum eiusdem monasterii.

Huic componendo ansam dedit, ut in praefatione narratur, quod Fridericus abbas monasterii possessiones et redditus recenseri et privilegia conscribi iussit, opera usus Sigmari, cellerarii summi. 'Liber possessionum', ut prior voluminis pars inscripta est, a. 1299. *inceptus, liber privilegiorum a.* 1302. *conditus est*[1]. *Eodem tempore, a.* 1301. *catalogo ducum Bavaricorum brevissima adiecta est appendix; ante a. vero* 1304. *abbatum catalogum confectum esse, eo concluditur, quod alia manu de reddituum computatione hoc anno instituta refertur. Illum a Sigmaro 'ex privilegiis et ex cronicis ac ex defunctorum kalendariis' esse collectum, praefatio testatur, quam quominus ipsi tribuamus, eo potissimum impedimur, quod 'tunc cellerarius summus' dicitur, ideo cum haec scriberentur vel mortuus vel ad maiorem dignitatem promotus censendus est. De hac vero nihil compertum habemus, sed Sigmarum iam a.* 1292, *a. vero* 1318. *Heinricum illo munere functum esse, ex diplomatibus*[2] *constat; immo iam a.* 1298. *Ernestus id tenuisse dicitur*[3]. *Quare qui Sigmaro etiam alios libros vel notas historicas tribuerunt*[4], *longe a vero recessisse videntur. Neque catalogum illum qualis ex manibus eius evasit nunc habemus. Nam in codice Vindobonensi nr.* 610 *(olim Hist. prof. nr.* 990), *in quo f.* 82 *sqq. compilatio Pataviensis, f.* 91'. *catalogus Cremifanensis leguntur, quae scripta erant rasuris, interpolationibus et additionibus ita sunt obruta, ut quam plurimis locis primitivam lectionem agnoscere nequeamus. Nonnulla post a.* 1304. *scripta esse, supra monui; nota quaedam marginalis post a.* 1308; *unus locus demum Fride-*

1) Hagn, 'Das Wirken der BA. Kremsmünster' p. 24. Idem haec secundae partis verba publici iuris fecit, Kr. UB. p. VI: '*Incipiunt capitula huius libri. Anno Domini millesimo trecentesimo secundo collecta sunt et registrata ecclesie nostre privilegia universa, que tunc in nostra byblioteca poterant inveniri tempore domini Friderici abbatis.* 2) Kr. UB. nr. 132. 180, p. 151. 180. Dolendum sane est, tam paucas huius temporis chartas esse servatas. 3) Pachmayr, Series abb. Cremifan. p. 171. 4) Wattenbach, SS. IX, p. 481, qui minus recte Rauch eius sententiae auctorem laudat; nam quam Hansiz, Pachmayr proposuerunt hic refutare conatur, SS. II, p. 336; postea Loserth, 'Die Geschichtsquellen von Kremsmünster', p. XVI. Cf. quae accuratius exposui 'Forschungen' XX.

rico abbate mortuo (a. 1325*) in margine est adiectus. Nonnulla tamen ab ipso auctore, quisquis fuerit, mutata vel addita esse, haud negarim. Neque enim uno tempore neque eadem manu haec esse exarata, primo patet aspectu (videsis tabulam IV). Non pauca vero minime ad Cremifanense monasterium spectant, sed narrationes praebent varii argumenti, historiae sacrae et profanae, eaque saepe ex aliis libris repetita. Similes vero notae vel glosae etiam Pataviensi additae sunt compilationi, modo inter lineas, modo in margine exaratae, quibus series ducum Bavaricorum emendatur, praeterea de monasterii fatis aliisque rebus refertur. Ne haec quidem eidem tempori vel auctori tribuenda esse censeo.*

Quae ita hoc volumine congesta erant historiam monasterii, episcopatus Pataviensis, circumiacentium regionum, ducatus Bavarici illustrantia Cremifanensium votis haud satisfecisse, non est quod miremur. Nam indigesta fere erat moles; notae aridae et inter se non raro pugnantes.

Qua re procul dubio eiusdem monasterii sodalis commotus est, ut uberiores eiusdem argumenti historias, praeterea de origine et ruina ecclesiae suae libros duos componeret, quibus tam floridum prisci temporis statum quam calamitates et infortunium recentioris aetatis vividis coloribus depingeret. Primum his manum admovit, sed eo consilio ductus, ut mox etiam aliud opus susciperet, ad quod aliquoties disertis verbis provocat[1]. *Scripsit post a.* 1321, *Friderico abbate sedente, id est ante a.* 1325. *Iam a.* 1290. *se diaconum ordinatum esse dicit, nullibi vero nomen indicat. Neque qui in ipsius libro post quaedam de eius scriptis adnotavit de hoc monuit; sed:* quidam, *inquit,* de suis *(abbatis Friderici)* professis monachus formavit quendam librum de feodotariis, ministerialibus, censualibus, fiscalinis, quem Ortum ecclesie appellavit. Item de origine fundationis et fundatoris dignitate etiam quedam scripsit. *Hunc librum superstitem habemus; ille vero deperditus esse videtur. Quas praeterea varii argumenti congessit historias cum libro de origine coniunctas tamquam eius partem hic praetermissas puto. Continent vero similiter ut codex Vindobonensis catalogum episcoporum Pataviensium, ducum Bavariae, abbatum Cremifanensium, quibus inserta est series ducum Austriae. Ita in codice etiamnum Cremifanensi membr. saec. XIV. leguntur, quem recte autographon dicas, quippe qui a librario quidem exaratus, sed multis notis et additionibus sit refertus, quae auctoris manum aperte indicant. Eum Bernardum Noricum monachum in Chrembsmunster dixit Aventinus*[2], *qui his libris in Annalibus Boiorum usus est. Idem nomen etiam in codice Monacensi nr.* 1273, *saec. XVI. legitur:* De origine Bavarorum Bernardus monachus in Chrembsmunster sub Friderico[3]. *Neque video, cur haec reiciamus testimonia, cum eo tempore Bernardus quidam in*

1) I, 3: *De quo plenius in ordine ducum scribam;* II, 1: *de quo sicut de aliis abbatibus que memoranda fuerint quere infra;* II, 2: *ut patet in ordine episcoporum.* Minus diserte alius locus dicit I, 13: *Qui vero studiosior scire desiderat kathalogum ducum Wavarie, alias poterit invenire, sicut et kathalogum archiepiscoporum Laureacensium et ducum Austrie.* Etiam verba I, 13. fin.: *ut alias est ostensum* huc pertinere videntur. — Sed etiam in altero libro, illum praecessisse, diserte dicit: *videndum esset de origine et causa fundacionis nostre ac fundatoris dignitate, nisi hec alias pro posse meo atque nosse diffusius exegissem.* Verba vero in eiusdem prologo obvia: *ut alias plenius declaravi* alio spectare videntur; cf. infra. Sed ubi dicit II, 2: *ut partim supra dictum est,* catalogum abbatum intelligere videtur; cf. ibidem: *ut patet in ordine episcoporum.* 2) Inter 'authores' quos sequitur laudatur *Bernardus Noricus monachus in Chrembsmunster de rebus Boiorum.* Noricus genere etiam Hieronymus dicitur, neque Bernardi agnomen habendum est. In versione Germanica prorsus omittitur: *Bernhard von Chremszmünster, ein Benedicter, hat von den Beyrischen Fürsten geschrieben bei keyser Friederichs desz ersten Zeiten.* Tempus perperam indicatum esse, vix est quod moneam, fortasse ex cod. Monacensi sumtum, nisi hunc Aventino recentiorem habeas. 3) Sequitur fragmentum: *Noricos a Norice filio Herculis dictos legimus — polluit ossa solum.*

Cremifanensi monasterio vixisse dicatur, c. a. 1327. *mortuus*[1]. *Certe Sigmarus ille Bernardo palmam eripere nequit.*

In eodem vero codice etiam Vita sancti Agapiti legitur, librario in calamum data et ab ipso auctore quam plurimis locis emendata[2]. *Etiam hunc Bernardum habuerunt qui antea de libro retulerunt, Pachmayr*[3], *Pez*[4], *alii. Neque ego aliter statuerim. Auctor a.* 1300, *primo sacerdotii*[5], *studii sui primitias hanc vitam conscribendo dedisse videtur, ut prologo praemisso modestis quidem, sed nimis amplis verbis indicat. Cuius potiorem partem hic exhibendam duxi:*

Incipit prologus.

David Yesse filius . . . .
Hec idcirco premisi, ne me mei emuli reprehendant, quod ego vilis[a] plebecule pars exilis, tardus ingenio, modicus intellectu, abiectio sapientum, ante me intemptata ausus fuerim usurpare[b], scribendo que videbantur tam de domo quam de patrono, sancto scilicet Agapito Prenestino. Nam cum olim magister meus, materia novi passionalis cognita, nullam in eo videret eiusdem martiris fieri mentionem, et sciret antiquas de ipso legendas sermone minus esse cultas, humilitati[c] mee precepit, ut ex eisdem[d] unam ad modum stili novi passionalis scriberem lectionem. Porro ego annuo tempore festum tanti martiris, cuius nos tales debitores esse constat, quia ipsius sacro corpore nobilitamur, audiens communi et per consequens tepide cantu unius martiris celebrari, indolui, fateor, et erubui toto corde, desiderans et orans, ut Deus, pro cuius amore idem sanctus sangwinem suum fudit, dignaretur inspirare alicui suorum devotorum, ut cantum faceret ad[e] suam gloriam ipsi proprie martiri[f] assignatum[f*]. Sed cum hoc desiderium cernerem non impleri, tandem primo anno mei sacerdotii, qui[g] tunc fuit Domini 1300, quia tepedius audissem predicti martiris[g] sollempnia celebrari, fui super eo solito plus turbatus, et nescio qua animi mei audacia impulsus, eo ipso die, arrepto suo volumine passionis, ac divino auxilio adtentius invocato, propositum armantibus quibusdam quas videram[g], ut[g] reor, supernis visionibus, scripturus quod Deus ipse michi dedisset, stilum tabulis adaptavi. Et ecce, in 14 diebus subiunctum dictamen cum notulis consummatum summo examini presentavi — sic divina gratia bone affuit voluntati —, sed in[g] eodem emendando deinde diligencius laboravi, fragmenta[h] dominica[i] colligens ne perirent. Sicque factum est, ut obedientiam preceptoris, quam de scribenda legenda susceperam, sed aggredi propter temporum ignorantiam nondum audebam, in dictamen hystorie commutarem ac meum desiderium consummarem. Tandem vero cum aliquam noticiam cronicarum concepissem, eiusdem memor obedientie, ad[k] quam exequendam monitis predicti magistri et quorundam aliorum cottidie provocabar, collegi ex tribus que apud nos habentur legendis[6], quas pro sancto temporibus diversis trium Romanorum pontificum diversi[l] notarii conscripserunt, unam ad instar legendarum que in opere fratris Iacobi continentur. Processi preterea in scribendo et ex ore cuiusdam valde senis et litteratissimi viri de fratribus nostri[m] loci et ad predicti magistri et domini mei iussum reportavi que idem sive lectu sive auditu didicerat de origine huius loci, additis nonnullis que ego ipse ex cronicis inveniens addenda non superfluum estimabam. Verum quia stilus dictaminis pro hystoria rarior et nimium est coactus, non tam[n] metro sed et litteris atque signis, quo ipsum obscurum redditur intellectum, ne erres, audi, quomodo sive quare . . . . . .
Scito[o] tamen[o], quod hec ipsa manus transierunt[p] archydiaconi Paduani[7] et aliorum litteratorum virorum, quibus ea idem archydiaconus commiserat corrigenda. . . . . . f. 86.

a) pl. v. *corr.* v. pl. *c.* b) *superscr.* adtemptare *c.* c) humiliter me *corr. ut editum c.* d) isdem *corr.* eisdem *c.* e) a *c.* f) m4 *post superscr. littera* i. *c.* f*) assigat *post corr* assignat *c* g) *post add. c.* h) *ita e corr. c.* i) *ita c.* k) a *corr.* ad *c.* l) diversis *corr.* diversi *c.* m) nostris *corr* nostri *c.* n) tamen *corr.* tam *c.* o) *post add. c.* p) unt *e corr. c*

1) Hagn l. c. p. 24. Quod hic a. 1290. subdiaconus ordinatus dicitur, cum auctor historiae eodem anno se diaconi munus suscepisse referat, facile ex errore natum esse potest. Quod vero a. 1318. prioris munere functus esse narratur (Pachmayr p. 172), certo testimonio approbatum haud video. 2) Ita semel longiorem locum transposuit, in margine fol. 91'. nota adiecta: *Hoc supra legatur.* 3) Series abb. Cremifan. p. 167. 4) SS. Austr. I, p. 690. 5) Certe qui a. 1290. diaconus ordinatus est, a. 1300. presbyteri dignitatem suscipere potuit. 6) Cf. de his Acta SS. Aug. III, p. 525. 7) Fortasse Pataviensem intellexit.

Quod dicit 'se processisse in scribendo et ex ore litteratissimi viri reportasse quae ipse de origine monasterii didicerat necnon ex cronicis quaedam addidisse', minime ad ipsam Agapiti vitam spectare potest[1]*, quippe quae eiusmodi nihil contineat*; sed tunc iam in Cremifanensi historia enucleanda et conscribenda eum occupatum fuisse, innuere videtur.*

Neque semel opera absolvit; sed spatio vacuo in codice, ut ipse dicit, reservato, et ipse supplementorum nactus est occasionem et fortasse aliis praebuit; id quod iam antea in codice Vindobonensi factum videmus.

Hunc quasi fundamentum historiarum habuit, et saepe etiam cum additamentis ibi in margine scriptis convenit. Quorum partem ipsi deberi, alia ex eius libris illuc translata esse, verisimile est. At quominus omnia eidem tribuamus, eo impedimur, quod nec una manu exarata sunt, neque res eodem modo narrant, immo nonnumquam quae ibi adnotata erant in historiis post scriptis male intellecta et perperam reddita videmus[2]*.*

Historias vero, partim ex iisdem libris, qui additamenta praebuerunt, partim etiam ex aliis, auctor valde ampliavit. Hi enim ipsi ad manus fuerunt: Orosius[3]*, Iordanis Getica*[4]*, Pauli, quem miro vocabulo historiographum laudat Bobinicensem, historia Langobardorum*[5]*, Isidori Etymologiae*[6]*, Liber pontificalis*[7]*, Gesta Karoli Magni*[8]*, id est Einhardi vita, annales qui eius nomine feruntur et liber monachi Sangallensis, ut in codice supra allato nunc Vindobonensi coniuncta sunt*[9]*, Annales Mellicenses in ipso monasterio Cremifanensi continuati*[10]*, quibus etiam ipse non pauca additamenta inseruisse videtur*[11]*, Hermanni Altahensis annales*[12]*, Martini Oppaviensis chronica, Gregorii Magni registrum et liber dialogorum*[13]*; Vitae Severini*[14]*, Floriani*[15]*, fortasse Quirini*[16]*, Aegidii, Othmari*[17]*, Gregorii Magni auctore Iohanne*[17]*, Bonifacii*[18]*, Udalrici Augustani*[18]*, Heinrici II. imperatoris*[19]*, Altmanni episcopi Pataviensis*[20]*, Bertoldi Garstensis*[20]*; etiam opus Germanica lingua scriptum quod dicimus 'Kaiserchronik' inspexit*[21]*. Certe ex fontibus illis non solum veram historiam, sed*

*) *Pauca quae ipsius tempora tangunt hic exhibebo: f.* 91*:* Nam et nostris temporibus Stephanus dux W[avarie] fuit electus Salzpurgensis et Albertus dux Austrie Pataviensis et Dyemudis begina de Polhaim fuit abbatissa in Erlaco . . . .

et nostris temporibus Syghardus et alii solum clerici dicuntur abbates fuisse. . . . . . .

f. 96*:* Constat quoque, quia miracula adhuc operatur. Spiritualia quidem quando cuilibet se invocanti impetrat ista pericula evadere posse, corporalia vero sepius operatur in curacionibus infirmorum, ut habemus in hiis exemplis que in nostro monasterio declaravit. Nam dum anno Domini 1232, pontificatus domini Gregorii pape anno 7, regnante imperatore Friderico, venerabilis Hainricus abbas novam structuram erigere cogitaret, veteri ruinam minante, omnia ossa gloriosi martiris huius et patroni nostri Agapiti de maiori altari sumpta sub altari beate Dei genitricis Marie in capella cum aliis collocavit. A quo tempore usque adhuc innumera et miranda operatur miracula, ex quibus quedam partim scripto partim relatu cognita, pauca scribo . . . .

. . . .

Item cum quidam monachus huius loci nomine Leutoldus nostris temporibus vice quadam scripta et carmina venerea continentem tabulam super aram sancti Agapiti positam reliquisset et sic lecturus epistolam descendisset, subito est cecatus, quousque reminiscens commissi scripta eadem abstulit de altari. . . . .[22]

1) Provocat quidem ad cronica, sed ut tempus sancti martyris definiat, f. 90: *Nam nullus rex vel imperator huius nominis circa hec tempora regnasse, ex cronicis Orosii, Ysidori, Eusebii, Honorii vel Martini invenitur.* Praeterea saepius vitas vel legendas sanctorum affert, sive in Iacobi passionali eas legerit sive genuinas adhibuerit. 2) Cf. quae exposui 'Forschungen' l. l. 3) Lib. II. prol. 4) Hist. III. 5) Ibid. 6) Hist. prol., Lib. I, 2. et alibi passim. 7) Lib. I, 13. 8) Lib. II, 1. 9) Cf. SS. I, p. 132. II, p. 727. 10) Hist. IV, ubi 'cronica' dicitur. Lib. I, 3. vero hoc nomine Pauli historia Langobardorum intelligitur. 11) Cf. quae de Auctario Cremifanensi dixi 'Forschungen' l. l. 12) Hist. III. et alibi passim. 13) Lib. prol. 14) Hist. II. init. 15) Lib. I, 3. 16) Hist. I. 17) Hist. IV. 18) Lib. II, 1; Hist. II. 19) Hist. III. 20) Lib. I, 2; Hist. II. III. IV. 21) Lib. I, 3; Hist. II. 22) Postrema pars et alia miracula edita sunt Rettenbacher, Ann. Cremif. I, c. 10, p. 49. et Acta SS. Aug. III, p. 529.

etiam fabulas confidenter recepit et erroribus quos commisit falsaque narrationum compositione res non parum turbavit. Attamen etiam meliora subsidia non neglexit, chartas monasterii, quotquot nancisci potuit, diligenter adhibuit, — libro possessionum et privilegiorum tunc temporis composito usus, cui fortasse etiam notas marginales adiecit[1], — *monumenta antiqua consuluit*[2], *epistolas, synodorum acta, partim in eodem codice collecta*[3], *suo loco retulit, aliquoties ad seniorum*[4] *vel fratrum eius temporis*[5] *relationes provocavit, praeterea in libro de origine et ruina monasterii Gratiani decreto studiose usus est, ut iura ecclesiae defenderet et malas consuetudines impugnaret. Vir sane non mediocris doctrinae — etiam Ciceronis locum affert*[6] —, *qui etiam linguam Latinam bene calluit, sed criticae artis cognitione plane destitutus, quamvis nonnumquam se certiora assequi haud potuisse lugeat, nimia levitate tempora et res confundens, eadem nonnumquam bis terve modo sic modo aliter referens.*

Quare apud recentiores Bernardus mala fama notatus est, tamquam auctor historiarum fabulosarum de initiis praesertim Bavaricae gentis et Pataviensis ecclesiae. Attamen eas non tam commentus esse quam propagasse dicendus est[7], *cuius libri a saec. XIV—XVI. scriptoribus saepe sunt exscripti, Andrea Ratisbonensi, Vito Arenpeckh, Aventino aliisque quam plurimis, quos hic recensere longum est*[8]. *Nunc vero, fontibus, quantum fieri potuit, ubique accurate indicatis et errorum causis detectis, nonnulla restant memoria digna. Et librum de origine et ruina monasterii certe non aegre legas. Cum hic praesertim de rebus ante saeculum XIV. gestis referat et historiae etiam in antiquioribus temporibus versentur, praeterea cum opusculis codicis Vindobonensis arcta necessitudine omnia coniuncta sint, non potui, quin ea huic scriptorum volumini insererem. Recepi etiam continuationem historiae abbatum a compluribus additam et usque ad a.* 1488. *breviter deductam.*

His edendis praesto fuerunt subsidia:

A) Codex ***Vindobonensis*** *nr.* 610, *membr. saec. XIII. ex. in* 4. *minori, ubi post Gesta Karoli M. f.* 82 *sqq. catalogi supra p.* 610. *indicati leguntur*[9]. *Librum benivole Berolinum missum quam diligentissime excussi. Manus quas etiam in codice B deprehendere mihi videor* β *(fortasse Bernardi) et* γ *(minutissimam illam supra in tab. IV) indicavi.*

Nullum quod sciam huius exemplum exstat. Bernardi vero, ut opinamur, codex autographus est

B) ***Cremifanensis*** *nr.* 401, *membr. saec. XIV. in., quo continentur f.* 1—35, *in* 4 *fasciculis non signatis, historiae Cremifanenses, f.* 36—44. *post insertis et vacuis relictis, f.* 45—60, *in duobus fasciculis post V. et VI. signatis, liber de origine et ruina monasterii*[10]. *Sequitur f.* 61. Epistola *(Cassinensium)*

1) Quamvis Hagn, Kr. UB. p. VI, eas antiquiores habeat. Alias notas idem c. a. 1330. scriptas dicit. Liber vitae sive annalium, qui saepius laudatur, iam deperditus lugetur; cf. ibid. p. V. 2) Cf. de inscriptione a. 1300. reperta Hist. prol. 3) V. infra. In eodem Cassinensium epistolam legit. Hist. I. etiam decretalem Gregorii II; Lib. I, 5. constitutiones Tassilonis Niubing factas laudat. 4) Lib. II, 2 in fine. 3; Hist. IV: *a senioribus invenitur*. 5) Lib. II, 2: *de fratre loci nostri, qui a.* 1308. *Pataviam venit.* 6) Lib. prol. 7) Recte de operum eius indole iudicavit Dümmler, 'Piligrim' p. 137. 8) Cf. Massmann, 'Kaiserchronik' III, p. 789. 9) De quo cf. Wattenbach, 'Arch.' X, p. 482. 10) Pez, SS. I, p. 690, singula capita tamquam alia Bernardi opera recenset. Eidem praeter vitam Agapiti librum quoque 'De institutionibus et observantiis coenobitarum Cremifanensium' tribuit, qui in hoc codice legitur. Et quamvis hoc monasterium nusquam disertis verbis laudetur, auctor tamen de eo cogitasse videtur. Sunt etiam verba in margine et in ipso libro quae proprium eius laborem innuere videantur; e. gr. f. 105': *Sic in libro Glun.*; f. 109': *Hoc preponitur principio scilicet 'Audito' vel aliter inchoatur*; f. 112': *De modo offerendi quem nos etiam habemus*; f. 128': *De abbate require in ordine Glun.*; f. 139': *Quod hic deest (de) ordine Affligen. (est) in quaterno ultimo libri . . precepto et dispen . . in quaternulis*

de consuetudine regulari; *f.* 63. *Epistolae Urbani III. et Manegoldi episcopi; f.* 65. *praemisso titulo:* De dignitate ecclesie Laureacensis, *chartae Symmachi, Agapiti, Eugenii, Leonis (V), Benedicti pontificum Romanorum, pontificum Bavariae, Piligrimi* (petitoria pallii), *Hattonis archiepiscopi etc.* (Gracie imploracio), *quibus inserta est (f.* 75*)* Professio fidei sancte; *f.* 79'—84. *vacua sunt, tres vero quaterniones (f.* 61—84*) VII. VIII. VIIII. signati; f.* 85—104. *exstant legenda sancti Agapiti et sermo de sancto Agapito martyre, qui tamquam patronus monasterii cultus est. Fol.* 105. *alter incipit codex, cuius secundus fasciculus f.* 120'. *numero II. indicatur; continet regulam monachicam*[1] *et f.* 141'. *varias constitutiones Gregorii IX, Guidonis legati, archiepiscoporum Salzburgensium Friderici* (1274) *et Chunradi* (1300), *episcopi Gotfridi Pataviensis* (1284) *et capituli abbatum a.* 1275—1288; *quibus alia manu post f.* 151. *constitutio Clementis V. addita est. In eodem volumine post assuta sunt Vita sancti Cholomanni f.* 157—181. *manu saec. XII. exarata, et fragmenta quaedam saec. XIII. XIV. de sancta Elisabeth et sancto Udalrico. Folia* 185'—189. *vacant. Pretiosissimum hoc historiae Cremifanensis monumentum, humanissime concedente summe venerabili abbate, Berolinum transmissum quam accuratissime exprimendum curavi, opera Dr. Br. Krusch adiutus.*

Quae exstant huius libri apographa vel excerpta nullius fere pretii sunt ideoque nunc seposita. Sunt vero Vindobonensis nr. 3999, *olim, ut videtur, Waldhusanus, ubi Historiae sunt descriptae; Monacensis nr.* 1433. *(olim Sancti Emmerammi), ubi f.* 63 *sqq. Historiae tantum episcoporum Pataviensium, ducum Bavariae et Austriae exstant. Breviora etiam fragmenta leguntur in codd.* 14894. *saec. XV. f.* 134. 157; 14053. *saec. XVI,* 1273. *saec. XVI, quos Monaci inspexi. Nudum excerptum, initio paucis ex notis marginalibus codicis A auctum, praebet 'Breve chronicon Laureacensium et Pataviensium archiepiscoporum et episcoporum', quod e codice Zwetlensi edidit Pez, SS. Austr. I, p.* 5.

Quae codice A continentur edidit Rauch, SS. rer. Austr. II, p. 399 *sqq., Bernardi nomine falso inscripta; quam huic vindicamus historiam episcoporum Pataviensium Pez, SS. Austr. I, p.* 1296. *ex cod. Waldhusano (Vindob.* 3999[2]*), historiam ducum Bavariae idem II, p.* 51 *sqq. ex cod. Cremifanensi, abbatum vero Cremifanensium ibid. p.* 63. *ex cod. Waldhusano, illam Firnauer, 'Bibliothek zum Gebrauch der Bairischen Staats-Kirchen- und Gelehrten-Geschichte' I, p.* 171 *sqq. ex Pezii editione et codice saec. XIV. Wirzburgi ab ipso emto; historiam ducum Austriae Pez I, p.* 690 *sqq. ex cod. Cremifanensi; has tres historias et prologum necnon capita* 1—6. 13. *libri de ortu monasterii Rauch l. l. p.* 381 *sqq. ex cod. Vindob.* 3999; *eiusdem libri c.* 1—5. *interpolata prodierunt Mon. B. VIII, p.* 493 *sqq. ex cod. Weltenburgensi. Omnia in libro supra laudato coniunxit Loserth, sed codices quos adhibuit parum feliciter exprimi fecit.*

G. Waitz.

preli(b)atis. In fine libri legitur: *Cetera que ad eum pertinent preter ea que omnibus communia sunt, quia in aliis que premissa sunt satis expressa sunt, ideo hic ea dimittenda putavi.*

1) Haec est quam Pez monasterio Cremifanensi vindicavit.

2) Sine causa de alio eiusdem monasterii codice cogitavit Lorenz p. 178 n.

HISTORIA EPISCOPORUM PATAVIENSIUM ET DUCUM BAVARIAE.

Cum[a] sacrosancta Laureacensis ecclesia sit tempore[b] beati Petri apostoli per ipsius discipulos katholica fide accensa, cum[c] aliis ecclesiis, utpote Aquilegiense[*], Ravennate, Beneventana, Emiliense, Mediolanense, et in Galliis Treverense, Agrippina[d], Moguntina, Bisuntina, Lugdunense[e], Remense[f], Senonense, Rotomagense, Turonense, Bituricense[g], Burdegalense, Arelatense[h], Viennense[i] et Bracarense, que simul et semel per discipulos a beato Petro missos[k] illuminate fide katholica extiterunt, sicut in historiis beati Armachore[l] et sancti Fortunati, discipulorum beati Marci euvangeliste, plenius continetur[1.**]: posset opponi ab aliquo sapiente, quare sic pauci sint[m] archiepiscopi in katalogo ecclesie[n] Laureacensis; secundo, ubi sit katalogus suffraganeorum ipsius; tercio, ubi sit katalogus ducum Austrie, Stirie[***], Karinthie[†]; quarto, quare sic brevis sit katalogus regum Bavarie[o] sive ducum. Ad primum et secundum taliter respondetur, quod katalogus archiepiscoporum Laureacensium et ecclesiarum suffraganearum ipsius tempore Odoacri[p] regis Rugorum[q] et Theoderici regis Ostrogotorum[††] . . . .[r] tota ecclesia Laureacensis cum omnibus suis suffraganeis et populo utriusque sexus, parvis et magnis, vitam retinere cupientibus, eorundem regum formidine, cum unus esset barbarus et alter pessimus Arrianus, cum omnibus suis substanciis et clerici[s] libris, privilegiis, sanctorum reliquiis et corporibus eorundem Neapolim et universam Samnitarum Ytaliam transmigrarunt, nil Pannoniis[t] et Mesiis memorie relinquentes. De hac transmigracione beatus Severinus monachus Noricusensis[u.†††] in sua vita[2], ubi postulabat a suis conpatriotis, ut et ossa sua[v] Ytaliam secum deferant, facit[w] plenariam mentionem. Et sic duabus primis[x] questionibus respondetur.[*†] Ad terciam et quartam questionem sic respondetur, quod Austria, Stiria, Karinthia[**†], sed[***†] neque Pannonie[†*] seu Mesie duces vel reges habuerunt, quia omnes sub tributo Romanorum[††*]

*) *C add. in marg. manu 2:* Ad quam sanctus Marcus a Petro apostolo est directus, qui ibidem Ermachoram episcopum ordinavit. Inde idem Ermachoras sanctum Syrum et Evencium ad Papiam sive Tycinum direxit; ubi eciam vicinis civitatibus, scilicet Veronensi, Brixinensi, que sita est in Ka[rinthia], et Laudensi, que est Laureacus[3], sita in Norico Ripensi, euvangelium predicabat.

**) *C in marg. manu 2:* Nam[4] beatus Phylippus apostolus per Scythiam 20 annis verbum Domini predicavit. Scythia autem secundum Ysidorum libro 14. est prima regio Europe et habet Alaniam, Daciam et Gociam. Cui iungitur Germania, que continet Alemanniam vel Sueviam, Noricum vel Wawariam, orientalem Franciam et Saxoniam. Item sanctus Petrus apostolus beatum Marcum euvangelistam in Aquilegiam Ytalie provincie civitatem direxit, qui ibidem predicans, sanctum Ermachoram episcopum ordinavit.

***) *C superscr.:* Istrie. †) *C in marg.:* que nunc noscuntur habere principatus et provincias speciales.

††) *C in marg.:* per longeva valde tempora; *et alia manu (1):* ideo tam modicus est et quasi nullus, quia, obsistentibus paganis aut eciam Romanis opprimentibus, metropolis Laureacensis cum suis suffraganeis quasi ad 200 annos sine dignitate sacerdotalis benedictionis fuit. Nam christiani, qui eo tempore inibi habitabant, pauci erant et occulte per latebras divinum cultum exercebant. Nam si qui deprehendebantur, aut afficiebantur verberibus acribus et tormentis aut exilio pellebantur aut eciam gladio truncabantur, ut de sancto Maximiliano legitur et de 40 martiribus in legenda sancti Floriani et sancti Severini. Unde factum est ut.

†††) *C in marg.:* Qui eciam eis suasit ad exteras regiones transire.

*†) *C in marg. manu β:* Legitur[5] quoque, quod Iohannes IIII. papa multos fideles per Istriam et Dalmaciam captivos a servitute liberavit et multa corpora sanctorum, que de Istria et Dalmacia deduci feceral, iuxta fontem Lateranensem in oratorio sancti Iohannis euvangeliste[y] condidit.

**†) *C in marg.:* [ab[z] antiqua] principatus [seu[z] principes] provinciales non habebant [quia[z] Austria de terris Pannonie erat, Styria et Karinthia vero de Sclavinie sive Germanie regione. Sed].

***†) *C post corr.:* Pannonia seu Mesia plerumque per se d. v. r. h. maxime tamen o.

†*) Wawarie. *V. Max.*

††*) *C in marg. add. sed post del.:* aut in dicione ducum Wawarie.

a) *C haec post seriem ducum Bavariae ponit; in D prorsus omittuntur.* b) b. P. a. t. *A.* c) et *C.* d) Agripina *A.* e) Lugud. *C.* f) Remensis *corr.* Remensi *C.* g) Biturinense *B.* h) Ardelatensi *C.* i) Wiennensi *C.* k) missis *A B.* l) Erm. *C.* m) sunt *A.* n) k. Laureacensi *B.* o) Bawarie *C plerumque, nonnumquam vero* Wawarie. p) Odoacori *A;* Odoracri *corr.* Odoacri *C.* q) Ruguorum *C.* r) *quaedam deesse patet, quae C postea supplere conatus est.* s) *ita A. B. C.* t) Pannonis *B.* u) *ita A. B, corr.* Noricensis *manu* β *C.* v) in *B.* w) faciat *A.* x) q. p. *C.* y) baptiste *corr.* ew. *c.* z) *haec post add. manu* β *ut videtur.*

1) Acta SS. Iul. III, p. 251. 2) c. 40, Auct. ant. I, p. 26. 3) Ita auctor male interpretatus est Vitam Ermachorae. 4) Similia infra in prologo Bernardi leguntur; sed hoc loco accuratius exponuntur. 5) Cf. Lib. de origine Cremif. I, 13.

fuerunt, sicut tota Germania et omnes Gallie* proprios principes non habentes, solummodo Romanos et provinciales consules, tributum solventes eisdem, pro regibus habuerunt; et sic secunda solucione solvuntur due relique questiones.** Posset eciam[a] opponi, quod patrimonium sanctorum principum duorum Philipporum augustorum et sancti Quirini, quod sancte[b] Laureacensi ecclesie donaverunt, fuerit eciam sub tributo. Respondetur, quod non; 5 quia statim illi patrimonio sive patrie beatus Quirinus, consors augustorum eorundem, fuit in defensorem seu patricium deputatus, donec Diocleciano[c] suspectus, ex eo quod fuit frater et filius augustorum[1], occasione katholice[d] fidei, et quod fuit episcopus, ut creditur, Laureacensis[2], ab eodem Diocleciano martirio coronatur. Post passionem vero beati Quirini qui successerint[e] eidem in patriarchatus officio, ignoratur, cum persecuciones christianorum 10 et subversiones ecclesiarum veracissime[f] fuerint et diversa excidia barbarorum, primum Gotorum[g] et Gepidarum, deinde Hunorum et Alanorum, postmodum Wandalorum et Herulorum, ac post illos Marcomanorum, Quadorum et Sarmatum, et post illos Avarorum[h], Rugorum ac eciam Vinolorum[i], in fine pessimorum Hungarorum, quibus misera patria, immo tota Europa diversis temporibus miserabiliter est concussa, sicut hec omnia historiis 15 ipsarum gentium declarantur.

Et scire debet omnis homo, quod katalogus ecclesie Laureacensis et regum sive ducum Bavarie correctius et melius non potest ab aliquo annotari. Multis enim annis per diversos historicos et infinita privilegia ecclesiarum est laboratum, ut melius possit[k] haberi, minui vel augeri, sed, veritate suadente, non potuit immutari. Sed si aliquo tempore[l] aliud in con- 20 trarium apparuerit, possumus dicere ore pleno, quod sit apocrifum vel mendax scriptura.

Et ne veniat in dubium patrimonium Philipporum augustorum, qui primi inter[m] imperatores christiani facti, videlicet pater et filius, et secundus filius beatus Quirinus patrimonium suum totum sancte Laureacensi ecclesie donaverunt, ac deinde[n] Romam venientes, omnes thesauros proprios ac thesauros rei publice beato Sixto pape et beato Laurencio 25 eius archidiacono donaverunt, ut ecclesias publice construerent et possessiones sibi et clericis compararent ad honorem domini nostri Iesu Christi; sed nequam Decio cesare sic laudabile propositum suasu diaboli prepediente, de consilio senatorum et consulum urbis Rome, cupientibus[o] thesauros ecclesiis sparsos ad rem publicam revocare, Philippum seniorem Verone, filium[p] eius alterum Philippum Rome una die et[q] una hora interficiunt 30 fraudulenter, ac subsequenter beatum Sixtum papam et eius cardinales Felicissimum et Agapitum ac in fine beatum Laurencium archidiaconum urbis Rome capientes, diversis penis afflictos, eisdem diversas martyrii dant coronas[r,3]:

Nunc restat videre, quantum fuerit de patrimonio beatorum principum Philipporum imperatorum Romanorum, qui primi fidem katholicam receperunt. Patrimonium siquidem 35 ipsorum habet valvas sive fossatum Syllanum[s,4], quod a mari Mediterraneo[t] per Liburniam et Pannoniam, dividens ipsas Pannonias et Mesias, usque ad mare occeanum per lacum Pelschidis[u,5] currit, notat[v] patrimonium Philipporum. Ab occidente vero flumen Lycoas, quem Germani Lycum[w] sive Lech appellant, et per Mesias occidentales Napam, Ekaram et Odricam[x] flumina, quas vulgares insidentes eisdem Nab, Eger[y] et Odram appellavere. 40 A meridie vero Liburniam, quam Drava flumen percurrit a fonte Lycaos usque valvas[4]. Ab aquilone autem Wandalus[6], Pelsa lacus et Tyza[z] flumen. Infra hanc patriam Liburniam f. 89. excolentes[a], per has civitates flamines et tempore Iesu Christi episcopi[b] successerunt; qui omnes prothoflamini ac deinde[b] Laureacensi archiepiscopo subfuerunt[7]: ab inferius sursum

*) *C post add.:* regiones. 45

**) *C in marg. manu γ:* Qui vero studiosior scire cupit, kathalogum ducum Austrie alias poterit invenire[8].

a) et *B.* b) *deest A, ubi:* e. L. c) Dyoclic. *C, et ita mox.* d) f. k. *B.* e) successerunt *B.* f) *ita A. B;* vastissime *C.* g) Gothorum *A;* Gottorum *B.* h) *antea scr. sed del.* Avarum *C.* i) Unul. *A. B.* k) posset *C.* l) tempora *B.* m) *deest C.* n) demum Rome *B.* o) cupientes *B.* p) et f. *A.* q) in *B.* r) *una et dimidia fere columnae vacant C. Sequentia* — vacavit *infra post* Sequitur — adnotare *leguntur A*.* s) Sill. *A.;* Syllatium *corr.* 50 Syllanum *C.* t) medi *post add. A.* u) Pelhidis *B.* v) N. p. Ph. ab o. fl. *A.* w) Licum *A.* x) Odritam *ut videtur C.* y) Egr *C.* z) Tiza *A.* a) excollentes *C.* b) *deest B.*

1) Ita Metellus in carmine 'Quirinalia', et qui post eum Acta Quirini scripserunt, Heinricus alii. Cf. Wattenbach, GQ. II, p. 289. 2) In catalogo sequente nondum nominatur. 3) In Libro pont. haec sub Valeriano ponuntur. 4) Quid sit, nescio. 5) Lacus Pelso sive Peiso, Plattensee. 6) Nescio an Vistulam intelligat. 7) Unde auctor haec nomina congesserit, difficile est dictu. 8) Intelligit procul dubio cata- 55 logum codicis Cremifanensis.

Bethovia[a,1], Celeia[b], Gradus, Solium[2], Liburnia[3], Sabonia[c,4]; per Pannonias Raba[5], Putima[d,6], Asturia[7], Faviana[*], Laureacum, Valentima[e,8], Patavia, Frixinia[f,9], Ymbripolis[**]; per Mesias autem Tyrana[10], Nytraba, Seclavia[g,11], Vetrava[g*,12], Curinia[h], Wissegrada[i,13] et Herbipolis[***] fuere. Has[k] 22 civitates cum se ipsa urbs Laureacensis ut suffraganeas[l] sibi subiectas in spiritalibus et temporalibus per suos patricios Romanorum tempore antiquitus possidebat. Quod dominium postmodum diversorum barbarorum sevicia Baioariorum[m] et Noricorum malicia vacuavit[n].

Sequitur videre in katalogo archiepiscoporum et episcoporum Pataviensium, qui sint eorum nota digni et benedictione perpetua, et pro quibus ab ecclesia sit orandum, qui eciam cum Tathan[o] et Abyron propter mala sua opera descenderunt[p] in abyssum. Sed obstat plurimum, quod omnes maiores nostri, qui nos per transcursum temporis precesserunt, gesta ipsorum tacuerunt, nec scriptis aliqua prodiderunt nisi de quibusdam paucis, de quibus promserunt[q] aliqua quasi nulla. Et tamen que in quibusdam monasteriis sunt reperta studebimus annotare.[†]

Anno[r] Domini 250. Philippus cum Philippo, filio suo, regnat. Is[s] Philippus cesar Pannonie superioris et inferioris ac eciam Mesiarum fuit, qui archiepiscopatum Laureacensem, qui usque ad sua tempora pauper[t,††] fuit, diviciis et opibus exaltavit.[†††]

Anno[u] Domini 268. Eutherius[v] Laureacensis[w] archiepiscopus sedit. Hic concilio interfuit Sardicensi[x,14].

*) *C superscr.:* Wienna. **) *C superscr.:* Ratispona. ***) *C superscr.:* Wirzburch.

†) *B addit:* premittentes alios archiepiscopos Laureacenses, de quorum gestis historie non habentur, licet eorum aliqui per subscripciones conciliorum exprimantur, ut sanctus Eucherius Pannonaniorum episcopus, qui concilio interfuit Sardicensi; nec est mirandum, si episcopus appellatur, qui[y] obmissum est circa ipsum sicut circa alios scriptorum desidia infelici. Secuntur et alii archiepiscopi usque ad Theodorum, de quo nichil habemus nisi unicam epistolam, in qua sanctus Symachus papa pallium sibi transmisit tempore Theodorici regis, dominice incarnacionis anno sexcentesimo nonagesimo nono[15].

Sequitur de Uvilone archiepiscopo, quem profitetur beatus Gregorius secundus, et ad Bonifacium Moguntinum scribens, ipsi munus consecracionis impendisse ac pallium metropoliticum contulisse iuxta suorum predecessorum privilegia, ut in epistolis Bonifacii continetur[16]. Hic Ovilo tempore excidii barbarorum, in quo Laureacensis ecclesia extincta describitur, congregatis clericis, monachis et monialibus ecclesie sue, pro caucione personarum suarum ad munitam urbem Pataviam declinantes, que tamen de suo districtu et iurisdicione fuit, licet Tassilones et Utilones reges Patavorum legantur in hac parte sibi favorem suum dedisse. Nam iuxta privilegium Philipporum Patavia colligitur eorundem regum particulas feodi fuisse. De hac transmigracione in quodam privilegio Arnolffi imperatoris[17] per Winchingum archiepiscopum impetrato[z] declarabitur magis plene. Nunc ad calamum archiepiscoporum katalogi redeamus.

††) *C in marg.:* Omisso[18] autem, quo tempore provincia Wawarie vel territorium Laureacense sit conversa, vel a quo vel quando Laureacum constructum sit, sufficiat dixisse, quod primo sanctus Philippus apostolus in Scythia predicavit etc.

†††) *C add.:* Ubi[a] nunc honoratur sanctus Laur[entius], qui passus est sub Decio anno Domini 266. — *B add.:* Hiis temporibus sanctus Gerhardus Laureacensis archiepiscopus creditur ecclesie Laureacensi prefuisse.

a) Rethonia *A*; Betonia *C*. b) Celeis *A*. c) Saboria *A*; Sabona *C*. d) Putyma *A*, *sic vel* Putynia *B*. e) Valencia *C*. f) Frixima *C*. g) Seclama *B*; Sedavia *C*. g*) Vetrana *A*. h) Curuna *A*; Curima *C*. i) Wissegrede *B*. k) Per has *B*. l) suffraneas *C*. m) Bayorar. *B*. n) *magna pars paginae vacat C*. o) *ita B. C*; Dathan *A*. p) descenderint *B*. q) promis. *B*. r) Nomina episcoporum *rubram praemisit A*. *Incipit D rubra praemissa:* Kathalogus episcoporum Pataviensium et nomina archiepiscoporum Laureacensium. — A. D. 250. *hoc loco desunt, sed post* exaltavit *additur:* et hoc anno Domini 250. *A*; 251. *C e corr., ubi in hac pagina quam plurima sunt deleta, partim recentiore tempore, sed saepe perperam suppleta.* s) Idem *C*. t) panu *ram C e corr.* u) Anno D. *semper desunt B. C. D.* v) Eucherius *B. C.* w) a. L. *C.* x) Sardiensi *C.* y) *ita c.*; quod? z) impetratur *c.*? a) *post add. c.*

1) Petau, Cilli, Grado. 2) *id est Sol.* V. Max. 3) Illyrici provincia. Sed fortasse de Tiburnia (V. Severini c. 17. 21) cogitavit. 4) Seben. 5) Raab. 6) Piten? 7) Astura Noricorum urbs laudatur. 8) *id est Wels* V. Max. 9) Freising? 10) *id est Tirna* (Tyrnau) ib. 11) *id est Ygla* ib. Nisi de Seckau cogitare malis. 12) *id est Westra* ib. 13) *id est Prag* ib. 14) Mansi III, p. 39. 15) Iaffé, Reg. spuria nr. CCV. 16) Epist. 38, ed. Iaffé p. 105, ubi tamen de pallio nihil legitur. 17) Mon. B. XXVIII, 1, p. 219. 18) Haec ex Bernardi libro sumta vel ab ipso hic addita videntur.

Anno Domini 284. Beatus Maximilianus Laureacensis archiepiscopus predicans per suam provintiam verbum Dei, aput Celeiam urbem a Numeriano[a] augusto martirio coronatur. Anno Domini 508. Hoc tempore gens[b] Noricorum et Baioariorum prius expulsa revertitur ad proprias[c] sedes duce Theodone, Latinis eiectis. Hic[d] Patavia reficitur destructa.

Anno Domini 598. Erchenfridus episcopus Patavie sedit 28 annis. Huius[e] tempore beatus Rupertus[f] Wormaciensis[g] episcopus predicando[h] in[*] Bavariam et[i] Austriam venit.[**]

Anno Domini 611. Vilo Romanus Laureaci archiepiscopus sedit 45[k] annis. Ante ipsum et sub ipso sedit Patavie episcopus Erchenfridus. Huius tempore beato[***] Ruperto[l] a principibus Francorum et Baioariorum Iuvavie[m] conceditur habitare.[†]

Anno Domini 619.[n] Erchenfridus episcopus obiit[o]; cui succedit Otacarus[p] in episcopatum[q] Pataviensem.

Anno Domini 660. Bruno archiepiscopus Laureacensis et Pataviensis[r] sedit 39[s] annis.

Anno Domini 699. Theodorus Laureacensis et Pataviensis archiepiscopus sedit 24[t] annis.

Anno Domini 722.[u] Uvilo[v,1] archiepiscopus[w] Laureaci et Patavie sedit 23[x] ann.

Anno Domini 745. Sedonius archiepiscopus Laureaci et Patavie sedit 13 ann. [Hic[y] magnus philosophus et contemporaneus fuit sancti Vigilii Salzburgensis episcopi].

Anno Domini 756.[z] Antelmus[a] archiepiscopus Laureaci et Patavie sedit ann. 10[b].

Anno Domini 765.[c] Wiscarius archiepiscopus Laureaci et Patavie sedit 9[d] ann.

Anno Domini 775.[e] Waldericus archiepiscopus Laureaci et Patavie sedit 31[f] ann.[††]

Anno Domini 805. Urolfus archiepiscopus Laureaci et Patavie sedit 1 annum et mens. 3. Post hunc Urolfum archiepiscopum Arn Iuvavensis[g] episcopus per trufas et bufas a Leone papa cecato pallium Pataviensibus subripuit.

Anno Domini 807. Hatto[h] episcopus Pataviensis[i] sedit sine[k] pallio ann. 11.

Anno Domini 818. Reinharius[l] episcopus Patavie[m] sedit ut electus contendens pro pallio ann. 10; contra quem a[n] Salczpurgensibus[o] Baturicus[2] in Pataviensem[p] episcopum ordinatur.

Anno Domini 822. Reinharius[q] iam dictus cum pallio in archiepiscopum ordinatur[r] Rome per Pascalem papam[†††] pontificatus sui anno 6, et sedit Patavie ut archiepiscopus ann. 10.

Anno Domini 838. Reinharius[q] archiepiscopus Laureacensis et Pataviensis[*†] obiit, et vacat Pataviensis[s] ecclesia propter discordiam [pallii[t]] per annum[u] et ultra.

Anno Domini 840. Hartwicus[v] archiepiscopus Laureaci et Patavie sedit ann. 16[w].

Anno Domini 866. Hermenricus episcopus Patavie sedit sine[x] pallio ann. 9.

*) per Austriam et Pannoniam superiorem *D.*

**) *C in marg.:* Deinde cepit dyversio (?), ut unus esset Patav., alter Laureac. eccl., et regn. aliquando . . . . *(quae legi nequeunt).*

***) Iuvavia sancto Rudberto conceditur a principibus Francie et Wawarie in faucibus montium ad Sanctum Petrum. *D.*

†) *C add.:* ubi ante excidium eiusdem urbis et Laureacensis metropolis ecclesia fuerat cathedralis.

††) *C in marg.:* Hiis temporibus Adrianus papa contulit investituras ecclesiarum Karolo imperatori et successoribus suis sub Mychahele imperatore Constantinopolitano et Leone.

†††) *C in marg.:* successorem Stephani III. *†) *B add.:* apostolus Maravorum.

a) *in C dimidia fere linea vacat;* Mīo *B;* a. m. *in C male superlita sunt;* urbem Celeiam sub Eygulasio 265. *D ex Vita Maximiliani.* b) N. gens *C.* c) priorem sedem *D.* d) Et hic *B.* e) Cuius *C.* f) Rubertus *C.* g) Wormacensis *B*, Pataviensis *manu rec. C; deest D.* h) predicans *C.* i) Bavar. v. et Austr. *B;* Waioariam *C.* k) xl . . *A.* l) sanctus Rudbertus *C rec. m. et Auct. Cr.* m) Iuvavia *B.* n) E. ep. ob. *des. D, ubi pleraque aliis verbis referuntur.* o) *post add. B. C.* p) Ottocarus *B;* Otharius *D.* q) episcopum *A et m. r. C.* r) Pataviā *B.* s) sem episcopum *C m. r.* t) annis 23 *D;* 23 *C m. r.;* 33 *B.* u) *del. C; deest D.* v) Vivilo *C m. r.;* Wilo *D.* w) sedis *add. C.* x) 13 *C m. r.* y) *haec des. C;* contemporaneus sancti Virgilii Salczburgensis octavi episcopi *D.* z) 761. *C.* a) Antelinus *A;* Ancelmus *B;* Atelinus *D.* b) 9 *C;* 10 a. *B.* c) 775. *C.* d) ann. 9 *C.* e) 765. *C.* f) annis triginta unum h⁹ *A;* 21 *B.* g) Iuvaviensis *A.* h) Hato *A.* i) Patavie *C.* k) s. p. *(ita) C saepius;* vero? *B.* l) Rinch. *C semper;* Rinh. *D semper.* m) Pataviensis *A.* n) *deest C D (ubi* Bat. — ord. *des.).* o) Salp. *C.* p) Patavie *C;* ep. P. *B.* q) Rinh. *A. D.* r) ordinatus *A.* s) e. P. *C.* t) *ita A. D; deest B. C.* u) p. amplius et ultra *B;* per annum et amplius *C;* ann. 10 *D.* v) Hertw. *D;* Hærw. *C.* w) 17 *D;* 26 *superscr. B.* x) s. p. *des. B*, sine p. sed. 9 a. *A.*

1) Hoc loco incipiunt genuini catalogi Patavienses, SS. XIII, sed ne Sedonium quidem agnoscunt. De vero eorum ordine et tempore cf. praesertim Dümmler p. 5 sqq.

2) Episcopus Ratisbonensis; v. Dümmler p. 77.

Anno Domini 876. Winchingus archiepiscopus Patavie sedit ann. 1, mens. 3.[*]

Anno Domini 878. Engelmarus[**] archiepiscopus Patavie sedit ann. 22.

Anno Domini 889. Richarius episcopus Patavie sedit sine pallio ann. 12 et tribus cum pallio archiepiscopus[a].[***]

Anno Domini 904. Purchardus episcopus Patavie ann.[b] 12 sedit sine pallio.

Anno Domini 915. Gumpoldus episcopus sedit Patavie sine pallio ann. 17.

Anno Domini 931. Gerhardus[c,†] archiepiscopus[d] sedit Patavie[††] ann. 14.

Anno Domini 945. Adalbertus[e] archiepiscopus Patavie[f] sedit ann. 25.

Anno Domini 971.[†††] Pilgrimus[g] archiepiscopus sedit Patavie ann. 22.[*†]

Anno Domini 992.[h] Christianus[i] episcopus sedit Patavie sine pallio ann. 22[k].[**†]

Anno Domini 1013. Pergerus[l] episcopus Patavie[m] sedit sine pallio ann. 33[n].

Anno Domini 1046[o]. Engelbertus[p] episcopus sedit Patavie sine pallio ann. 19.[***†]

Anno Domini 1065. Altmannus, Pataviensis[q] ecclesie destructor, sedit Patavie sine pallio ann. 27.[†*]

Anno Domini 1092. Udalricus[r] episcopus sedit Patavie sine pallio ann. 32.[††*]

Anno Domini 1124. Regmarus[s] episcopus sedit Patavie sine pallio et cum pallio ann. 17.[†††*]

Anno Domini 1140. Chunradus episcopus Patavie[m] sedit sine pallio ann. 18. Postea Salczpurgensis[t].

Anno Domini 1159. Rubertus[u] episcopus scismaticus Patavie[m] sedit ann. 1, mens. 4, d. 3.

Anno Domini 1161. Albo electus sedit Patavie ann. 3.

Anno Domini 1164. Heinricus electus sedit Patavie ann. 1, et cessit, ne Romane ecclesie obediret.

Anno Domini 1165. Theobaldus episcopus sedit Patavie ann. 20. Tamen eidem fuerunt superpositi[v] Rubertus, Albo et Heinricus scismatici.[*]

Anno Domini 1180.[w] Wolfgerus episcopus sedit[x] Patavie sine[y] pallio ann. 14. Postmodum Aquilegie[z].[**]

*) *B, qui Winchingum post Engelmarum ponit, add.:* Hec in annalibus regum Francorum[1]: Engelmaro episcopo Winchingus quidam Alamannus contra instituta patrum, prius Maravensis ab apostolico destinatus episcopus, rege concedente successit; sed non multo post a Ditmaro archiepiscopo ceterisque suffraganeis suis contra voluntatem regis canonicali iudicio abiectus est, ac Rinnharius ad eandem sedem in eius locum ordinatus est; *postea vero:* Iste Reinharius, secundus successor Winthingi (?), tantum 3 annis Patavie sedit, quia Pataviensibus propter Salczburgenses odio fuit.

**) cum pallio *add. D.*

***) *C in marg.:* Exhinc videtur nostra ecclesia vacasse propter infestacionem Ungarorum.

†) *C superscr.:* a Leone VI. pallio donatus. ††) *C superscr.:* Laureaci, *alia manu (2):* sub Ottone imperatore I.

†††) *C in marg.:* Hiis temporibus apostolici [G. et C.] resumpserunt investituras ecclesiarum de manibus laicorum, quas Adrianus papa Karolo contulerat; sed rebellantibus imperatoribus, tandem Kalixtus II. obtinuit ab Heinrico IV. sub Ulrico I. episcopo.

*†) *C superscr.:* 19.

**†) *C in marg.:* Hic etiam dicit: *Chremsmunster iure legitimo sacre Pataviensis ecclesie sedi pertinentem; et:* Sub Christiano episcopo sanctus Cholomannus est martyrizatus anno Domini 1012. Et sanctus Heinricus imperator Babenberch constructum per Benedictum papam VIII. consecravit.

***†) *C superscr.:* et sanctus Albero in Wirzburch.

†*) *C in marg.:* In eius deiectione prefuerunt Hermannus et Tiemo; sed postea revocatur; *alio loco:* Prius Tiemo electus 1075. — *D add.:* in Chodwic sepultus.

††* *C in marg.:* Leupoldus marchio Medlicum construxit, et Cystercium est constructum sub Urbano papa II.

†††*) *C in marg.:* Hic eciam fuit destructor ecclesiarum. *Praeterea post inseruit:* Reginbertus episcopus sedit annis 9; *et iterum in marg.:* Iste anno Domini 1140. dedicavit[a] Montem Sancti Martini. — *D habet:* 1130. R. sine pallio ann. 10 episc. Pat.

*) *C in marg.:* forte propter violenciam, quam intulerat Chremsmunster; *et alia manu (2):* Hic dedit nobis Chirchperch.

**) *C in marg.:* Hic dedicavit cappellam sancti Mychahelis in Chirchperch; *et alia manu (2):* Hic cum duce Austrie Fr[iderico], filio [Leopoldi] Ierusalem ivit.

a) ut arch *B;* archiepiscopali *C;* arch. *deest D.* b) s. s. p. a. 12 *C.* c) Gebhardus *A.* d) *deest C. D.* e) Adelb. *B. D.* f) s. P. 25 a. *A.* g) Pilgerinus *B.* h) 912. *superscr.* 996. *B.* i) Cristannus *B.* k) 32 *post corr.* 22 *C.* l) Pereng. *C.* m) s. P. *A.* n) 23 *B;* 22 *D.* o) 1066. *superscr.* 46. *B.* p) Egilb. *A; tota linea deest D.* q) P. e. d. *des. A;* episcopus P. *D.* r) I. *superscr. C.* s) Reginarus *B.* t) Salp. *C;* archiepiscopus *add. A,* Idem translatus est in Salzpurgam *D.* u) Rupertus *A, qui superscr.* ch. v) suppositi *B. C;* supositi *D.* w) 1191. *C.* x) P. s. *C.* y) s. p. *des. B.* z) patriarcha *add. A.* a) dedit clavit (terminavit?) *C*

1) Ann. Fuld. a. 899, SS. I, p. 414.

Anno Domini 1200. Poppo episcopus sedit[a*] Patavie ann. 1 et mens. 6 sine pallio.

Anno Domini 1201.[*] Mangoldus[a] episcopus Patavie[b] sedit sine pallio ann. 9, mens.[b*] 3.

Anno Domini 1213.[**] Ulricus[c] episcopus sedit[d] Patavie ann. 8[e], mens. 7, d. 10.[***]

Anno Domini 1222. Gebhardus[f] episcopus sedit[g] Patavie ann. 10 et[h] mens. 10, et cessavit per annum.

Anno Domini 1233. Rugerus[i] episcopus Patavie sedit[k,†] ann. 18 et[l] 6 mens.[††]

Anno Domini 1250. Chunradus dux Polonie[m] electus sedit Patavie ann. 1, mens. 3, et postmodum duxit uxorem.[†††]

Anno Domini 1251. Berchtoldus[n] episcopus sedit Patavie ann. 3, mens.[o] 4[p].

*) *Corr.* 1206. *C.* **) *corr.* 1216. *C.*

***) *C in marg.:* Hic remisit steuram in Mauttarn et dicit in privilegio [de[q] Puchel]: *monasterio Chremsmunster, quod speciali iure nobis adtinet.*

†) *D pergit:* Thymē (?) sedit annis 18, post depositionem 4.

††) *C in marg.:* Hic commutavit Wæizch[irchen] et dicit in privilegio: *Recognoscentes, quod eidem ecclesie eo quod de corpore Pataviensis ecclesie creata esset* etc.

†††) *A* add.:* Notandum est. Nunquam venit Pat. dicit glosa.

CONTINUATIONES HISTORIAE PATAVIENSIS.

C.	*A*.*	*B.*	*D.*
1255.[r] Otto ann. 9, mens. 4.	1254. Otto episcopus Patav. sedit ann. 11, mens. 1 et dies 28.	1254. Otto episcopus Patavie sedit ann. 11, mens. 1 et diebus 28.	Otto 1254. sedit undecim menses et diebus 28.
	1266. Wlodizlaus, dux Polonie, eligitur, sed antequam veniat Pataviam, postulatur in archiepiscopum Salzburgensem.		Wolodislaus 1260, dux Polonie, eligitur; sed antequam venit Pataviam, eligitur in Salczburgam.
1264. Petrus ann. 14, mens.	Magister vero Petrus, vir prudens et litteratus, pedagogus ipsius ducis, a papa datur in episcopum Pataviensem, qui sedit ann. 14, mens. 3. Passus multa mala et fecit ecclesie multa bona. [Qui[r] etiam primo fecit pontem Danubii in Patavia. — Tempore[s] istius castrum Matze donatum est ad Pataviam].	1266. Petrus episcopus sedit Patavie ann. 14[t], mens. 3. Fecit ecclesie multum bene, passus est a civibus mala.	Petrus Stiriensis 1280. sedit ann. 14, multa passus.
1279. Wichardus ann. 2, mens. 10.	1280. Wichardus episcopus Pat. sedit ann. 2, mens. 10.	1280. Wichardus episcopus sedit Patavie ann. 2, mens. 10. Reliquid ecclesiam in bono statu.	Wichardus 1290. episc. Patav. sedit ann. 2.
1281. Gŏtfridus ann. 2, mens. 4.	1283. Gotfridus Westfalus, prothonotarius regis Romanorum, sedit ann. 2, mens. 3.	1283. Gotfridus, natione Westvalus, sedit ann. 2, mens. 3.	Wernhardus 1292. de Prampach sedit ann. 3. Vacavit sedes 7 annis.

a*) P. s. *C.* a) Manigoldus *D.* b) s. P. *A.* b*) et m. *A.* c) H. *superscr. C.* d) P. s. *A.* e) *vacat C*, octo et m. *A.* f) Gæbh. *A**; Gebeh. *D*; Gerb. *B* g) P. s. *A. A**. h) *deest A**. i) Ruegerus *A**; Růg. *C*; Rudigerus *D.* primus (?). k) sedis 18 ann. *C.* l) a. 18, m. 6 *A**. m) Polononie *C.* n) Perchtoldus *A**; Bertoldus *B. C*; Berichtoldus *D.* o) et m. *A.* p) *desinit A.* q) *post add. c.* r) *haec alia manu post add. c.* s) *manu s. XV. add. c.* t) *alia manu post add. c.*

C.	*A'.*	*B.*	*D.*
1284. Wernhardus sedit[a] usque ad annum Domini 1313. et centenarius obiit, et vacavit sedes[b].	1285. Wernhardus episcopus Pat. sedit ann. 30. Postea vacat sedes ann. 7. Bene fecit ecclesie.	1285. Wernhardus de Prampach sedit ann. 30; postea vacat sedes 7 annos. Bene fecit ecclesie.	Gottfridus Westfalus 1299. sedit annos 2.
	1342[1]. Albertus episcopus Pat., dux Saxonie, sedit ann. 22. [Qui[c] fecit ecclesie nostre Mat. multa bona, ut apparet supra in litteris].	1322. Albertus, dux Saxonie, sedit 22 ann. Reliquit ecclesiam in multis debitis.	Albertus, dux Saxonie, 1362. sedit annis 22; non bene rexit.
	13[60[d]]. Gotfridus Weizzenekker episcopus Pat. sedit ann.	13 . . Gotfridus de Weissenekh episcopus sedit ann. 22, mens. 4, diebus 10.	Gottfridus de Weizzeneck 13 . . 20 annis sedit; bene rexit.
	Albertus de Winchel concorditer electus, ab Urbano papa V. confirmatus.	Albertus episcopus sedit Patavie ann. 18.	Albertus de Wickel 13 . . sedit; Patavie ann. 20.
		Iohannes de Schefftenberg episcopus Patavie sedit ann. 6.	Iohannes 13 . . de Scheffenberch sedit ann. 6.
		1420. Georgius de Hohenloh episcopus Pataviensis, alme Strigoniensis ecclesie administrator ac Romanorum regis domini Sigismundi, necnon Hungarie, Boemie, Dalmacie, Croacie etc. regis, cancellarius, sedit ann. 23, mens. 6; mortuus Strigonii; qui etiam interfuit concilio Constanciensi, quod duraverat per ann. 3 cum dimidio, multaque bona fecit ecclesie Pataviensi; sed post mortem ipsius maxime impedita et dampnificata erat per Albertum ducem Austrie et marchionem Moravie.	Georius 14 . . de Hohenloch sedit ann. 24. Leonhardus de Laynungen 1451. sedit annos 28. Ulricus 14 . . de Nustorff.

NOTAE DE EPISCOPIS PATAVIENSIBUS

codicis C.

Urolfus[e] archiepiscopus[f], cum gesta priorum ignorentur . . . . . .[g] et utinam diu vixisset, *f. 89'.* cum fuerit probitate et virtutibus plenus. Sed post ipsum statim sequitur de pallio questio dura, quam quidam Arn Saxo episcopus Iuvavensis Pataviensi ecclesie suscitavit, de qua nimis prolixum esset dicere in presenti.

Hatto episcopus. Hic nichil fecit, nisi panem comedit, parum curans de pallii dignitate.

Rincharius inclytus atque clarus. Hic pro pallio fortissime dimicavit et strennue rehabens, cum pallio triumphavit Rome sollempniter ordinatus.

Anno Domini 831. Regenharius episcopus Matavorum[h] baptizat omnes Moravos. Post hunc vacat Pataviensis ecclesia propter discordiam pallii per annum et amplius.

Herwicus archiepiscopus, potens in opere et sermone, Iuvavensem ecclesiam opprimens, Pataviensem ecclesiam sublimavit. Capitulum Pataviense opibus auxit et libertatibus exaltavit, cuius memoria ad laudem Iesu Christi maneat in eternum! Is creditur esse sanctus.

Hermenricus episcopus, nacione Ostrogotus, vir delicatus, nichil clari fecit, pallio caruit.

a) *alia manu post add. c.* b) *maior paginae pars vacat c.* c) *post add. c.* d) 60 *post add. c.* e) *haec in solo cod. C, f.* 89'. *leguntur, praemisso loco supra p.* 619 *edito:* Sequitur videre — studebimus annotare. f) episcopus *corr.* archiep. *c.* g) *spatium unius et dimidiae fere lineae vacat c.* h) *post corr.* Moravorum *c.*

1) i. e. annus quo obiit.

f. 90 Winchingus archiepiscopus, nacione Ostrogotus[1]. Hic Laureacensem ecclesiam pressit, volens provinciam dividere et auxilio Zwentenwaldi regis Moravorum[a] in Sedavia[2] metropolim suscitare. Hic Pataviam transfertur, quam fortissime rexit per annum tantum et menses tres, et feliciter conquievit.

Engelmarus archiepiscopus, vir magnificus et spectabilis, qui multa bona et predia opulenta[b] Pataviensi ecclesie conquisivit, capitulum suum redditibus exaltavit.

Richarius ob sui bonitatem memoria dignus. Hic contendens pro pallio per 12 annos et triumphans, eo utitur tribus annis et postmodum in Domino conquievit.

Purchardus, sua querens, non que Pataviensis ecclesie, deliciis insudans, moritur sine pallii dignitate.

Gumboldus sequitur decessorem, et eius vestigia sequens, pallium non curavit.

Gerhardus archyepiscopus, omni laude dignus, vas virtutum omnisque sanctitatis. Hic pallium repetens, potenter rexit ecclesiam et eam bonis omnibus simul et capitulum exaltavit.

Adalbertus archiepiscopus, vir conpetenter bonus, nichil tamen gessit nota dignum. Hunc et Laureacensem ecclesiam more solito barbari crudeliter vastaverunt.

Pilgrimus archiepiscopus*, vir magnificus atque sanctus, ecclesiam strennue rexit et que barbari occupaverant et destruxerant ingenio magno et auxilio inperatorum revocavit. f. 90'. Capitulum, quod sevicia barbarorum opibus exhaustum fuerat, viriliter reformavit.**

Christianus episcopus nichil gessit quod debeat luce gaudere; sine pallio vita decessit.***

Perngerus episcopus ecclesiam competenter rexit, possessiones quam plures ecclesie denariis conparavit, pallium non curavit.

Engelbertus episcopus ecclesiam bene rexit et eam fecit possessionibus habundare, capitulum eciam exaltavit, sine pallio tamen decessit.†

Altmannus†† episcopus, [auctoritate[c]] magnus, Pataviensis ecclesie et eius capituli sevus destructor. Hic de possessionibus ecclesie Pataviensis et sui capituli plurimas conventuales ecclesias fundavit, restauravit et ditavit, suam autem usque ad interitum dimenbravit et suos canonicos ad ultimam paupertatem deducens, castra ecclesie et comitatus et aquarum alluvia[d], ut canonicis posset resistere, nobilibus contulit, quibusdam eciam infeudavit. Hic a canonicis ad Romanam curiam citatus, de dilapidacione inpetitur, et plurima revocantur, sed ad effectum non perducuntur, quia canonici quasi omnes Rome moriuntur, alii in via in reditu. Episcopus autem aput villam Cornudarum in Tuscia[3.†††] vita decedens, coctus ibi 1091. permanet, et eius ossa in Austriam*† deferuntur[e].

*) *In marg. m. 2:* obiit 12. Kal. Iunii.

**) *In marg.:* Hic contulit beneficia circa Trunam et Hausrukk Otachero marchioni; *post add.:* et ecclesiam Tudich.

***) *Eadem, ut videtur, manu in marg. add.:* Hic abstulit ecclesie Ch[remsmunster] Petinpach; *post alia manu:* obiit 11. Kal. Octobris.

†) *In marg.:* sedit circa annum Domini 1050. sub Heinrico rege; *antea alio atram.:* Hic nostrum monasterium consecravit et domum sancti Floriani a monachis habitatam post destructionem Ungarorum iterum clericis mancipavit, ut habetur in legenda sancti Altmanni[4]; *eadem qua supra manu:* Obiit 16. Kal. Iunii.

††) *In marg. m. 1:* Hic[5] nostrum monasterium in disciplina monastica reformavit et eciam consecravit anno Domini 1082, episcopatus sui 10, quia fuerat per incendium exsecratum, et, ut creditur, nobis dedit decimas ecclesiarum; *post (m. 2.):* et forte dignitatem pristinam restituisset, si indigena fuisset, ut eam scivisset, aut violencia principum non obstitisset; *alia manu (3):* Iste posuit curias ecclesie Tudich, quam fundator nobis dederat, et quam Pilgrimus sibi dedicans usurpaverat, commutans eam vice prediorum in Hausrukk, Otachero marchioni, que habuerat a Pilgrimo circa annum Domini 1099, pontificatus 24. Sed eadem ecclesia Tudich in marchionatu Stirie cessit duci L[eopoldo] Austrie, qui eam tradidit monasterio Glunicensi. Monasterium Glunicense est fundatum circa annum Domini 1123. sub Loth[ario] rege.

†††) *Superscr.:* in Zaizzermaur. *†) *Superscr.:* scilicet in Gothwicum.

A. Sal. Anno Domini 508. Hoc[f] tempore gens Noricorum et Baioariorum duce Theodone, Romanis eiectis, ad proprias sedes revertitur[g].

Anno[h] Domini 520. Romanus exercitus aput Otinge[i] a Theodone prosternitur.

Anno Domini 537.[k] Theodo dux primus Baioariorum obiit[l] anno 30. post introitum Bavarie[m]; Udo[n] filius successit.

a) Mo ; avorum *c.* b) opulencia *c.* c) *voc. erasum c.* d) allumi *scr. sed del.;* alluia *corr.* alluvia *c.* e) *pars paginae et f.* 91. *vacant C.* f) H. t. *des. C.* g) revertuntur *A.* h) Anno D. *des. semper C. D.* i) Otting *A.* k) *ita A. Auct. Crem.;* 532. *C.* l) obit *C.* m) Bawar. *C semper fere.* n) cui Ůdo f. succedit *C.*

1) Potius Alemannus; de quo cf. Dümmler, 'Ostfr. Reich' II, p. 195. 2) De episcopatu Neitrensi sermo esse videtur. 3) Haec prorsus falsa sunt; Vita teste c. 31, SS. XII, p. 239, in villa quae Zeizenmure dicitur in Austria obiit. 4) c. 9, SS. XII, p. 231. 5) Cf. infra Cat. Cremif., sed hic res accuratius exponuntur.

Anno Domini 566.[a] Udo secundus dux Baioariorum obiit anno 29. sui ducatus

Anno Domini 566.[b] Theodobaldus[c] dux[1] Bavarie Ytaliam intrans, omnes Gothos ab Ytalia expulit[d]

Anno Domini 567. Gerbaldus cum suo filio ducatum Bavarie[e] occupat[f].

Anno Domini 580. Hic Hildibertus[g,*] Tassilonem Bavarie prefecit, Gerbaldo quodam et filio eius eiectis[2].

Anno Domini 598. Iterum Gerbaldus[h] regnum Bavarie accepit

Anno Domini 600. Otarius rex Lombardorum[i] Gerbaldi regis[**] filiam Theodelindam[k,***] accepit uxorem

Anno Domini 614. Tassilo secundo[†] regnat in Bavaria.

Anno Domino 650. Tassilo [I.[l]] rex Baioariorum iam centenarius etate obiit.

Anno Domini 651. Grimoaldus dux Baioariorum constituitur[m] a regibus Francorum.[††]

Anno Domini 696. Theodo [II.[l]] dux Bavarie per reges Francorum preficitur[n].

Anno Domini 716. Theodo dux Bavarie Romam peciit. Iste[o] Theodo secundus fuit.

Anno Domini 718. Theodo dux obiit[†††]; pro quo Theobaldus[p] et Grimoaldus, filii eius.

Anno Domini 729. Grimoaldus dux Bavarie obiit; cui Hugbertus[q] in ducatum succedit

Anno Domini 738. Hugbertus[r] dux Bavarie obiit; cui Odilo[s] succedit.[*†]

Anno Domini 741. Pippinus [II.[l]], filius Karoli [I.[l]], cum fratre Karolomanno reges cum Odilone pugnaverunt et vincunt[3].

Anno Domini 742. Natus est Tassilo [II.[l]] dux[4].

Anno Domini 743. Karolomannus[t] et Pippinus pugnaverunt iterum cum Odilone ad Lech[5].

Anno Domini 748. Pippinus fratrem suum Grifonem[u] expulit de Bavaria, quam occupaverat, et Tassiloni[v], proprio[w] sororio, ducatum restituit[6].

Anno Domini 756. Tassilo hominium[x] Pippino [II.[l]] regi fecit[7].[**†]

Anno Domini 765. Odilo dux Bavarie, pater Tassilonis similiter ducis Bavarie, obiit[***†]

Anno Domini 766.[y] Pippinus Tassilonem[v] Bavarie prefecit, et ipse eodem anno obiit.

Anno Domini 772.[z] Tassilo[v] Karinthiam subicit, et Rome filius eius Theodo baptizatus est ab Adriano papa[†*]

Anno Domini 782. Tassilo[††*] dux Bavarie fecit hominium[x] Karolo; quem ipse rex postea detonsum et cecatum detrusit in monasterium cum filio Dietone. Et nota, quod, detonso et cecato Tassilone, regnum Bavarie reges Francorum per se ipsos longo tempore tenuerunt, scilicet[a] 24 annos.

Anno Domini 811. Bernhardus[b] rex Bavarorum[8] a Karolo[†††*] efficitur.

Anno Domini 815. Hlotarius rex in Bavariam venit et[c] ibi regnat[9].

Anno Domini 817. Bernhardus[d] rex Ludwico[e] imperatori rebellat.[*]

Anno Domini 818. Bernhardus rex Bavarie excecatus[**] interiit.

*) *C post add.:* vel Sigbertus; *et in marg.:* rex Francorum, filius Clodovei; *et in fine manu β:* Verius est, quod dicitur Sigbertus. **) *C. superscr.:* Wawarie.

***) *C add. in marg.:* ad hanc scripsit sanctus G[regorius]; *et post* uxorem: Hec habuit fratrem Gundoaldum, cuius nepoti Chuniberto regi Longobardorum contigit res miranda de musca.

†) *C superscr.:* id est iterato.

††) *C in marg.:* Dagaberto scilicet et Heriberto; *et alia manu:* Sub hoc duce Dagobertus Wawaris leges dedit, quibus tunc imperavit, sub Martino papa et Constantino, nepote Archadii[10].

†††) *C in marg. (manu 2):* Hic locavit sanctum Corbinianum in Frisinga.

*†) *C in marg. (m. 2):* Hic sepelivit sanctum Corbinianum apud Magense castrum; unde etiam Longobardi transtulerunt in Tridentum sanctum Valentinum.

**†) *C post add.:* paternum.

***†) *C in marg.:* Hic corpus sancti Wivilonis[11] episcopi Laureacensis de Anaso transtulit in Pataviam.

†*) *C in marg. rubro add.:* Anno 777. monasterium Chremsmunster edificavit.

††*) *C in marg.:* Hic corpus sancti Valentini episcopi transtulit in Pataviam de Tridento et eandem civitatem opibus et honoribus exaltavit; *post alia m.:* et sanctum Corbinianum de Magense transtulit in Frisingam; *deinde:* et abhinc Adrianus papa investituras ecclesiarum contulit Karolo.

†††*) *C post add.:* avo suo; *et alio atramento:* Iste fuit filius Pippini, filii Karoli.

*) *C in marg.:* scilicet patruo suo.

**) *C post add.:* cum multis aliis; *post:* ob coniuracionem contra Ludvicum, patruum suum.

a) 545. *C*; 565. *Auct. Crem.* b) 556. *C.* c) Theobaldus *A.* d) expulsit *C.* e) *deest A.* f) occupavit *C.* g) Hildeb. *A.* h) Gerwaldus *C.* i) Longobald. *C.* k) *deest A.* l) *superscr. C.* m) constuitur *A.* n) refic. *C*; efficitur *Auct. Cr.* o) Is *C.* p) Theoaldus *C.* q) Hugwertus *C.* r) Hub. *A.* s) Ód. *C* t) Carol *A.* u) Brif. *C.* v) Thas. *A.* w) *rubro del. C, ubi* s. suo. x) hominum *A.* y) 776. *C.* z) 777. *C.* a) id est *C.* b) Berh. *C.* c) ubi *A.* d) Berh. *post corr.* Bernh. *C.* e) Ludbico inperatore *corr.* inperatori *C.*

1) Ita perperam, cum de rege Francorum sermo sit. 2) Cf. Paul. D. III, 30. IV, 7. 3) Haec ex errore nata esse videntur; cf. Hahn, 'Jahrb. Pippins' p. 45. 4) Ita Ann. Iuv. mai., SS. I, p. 87. 5) Ita Ann. Alam., Mett. 6) Ita Ann. Iuv. min. et S. Emmer., SS. I, p. 88. 92. 7) Haec perperam ad h. a. relata sunt. 8) De Bernhardo rege Italiae agunt Ann. Sal. 9) Cf. Ann. Einh. a. 814. 10) Intellige: Heraclii. 11) De hoc auctoris errore, cum potius ipse Vivilo tunc sedem de Laureaco Pataviam translatam mutasse dicatur, v. Dümmler p. 80.

A Sal. Anno Domini 825. Ludwicus* imperator[1] in Bavariam veniens ibi[a] regnat.

Anno Domini 834. Ludwicus* imperator et rex Bavarorum[b] iudicio episcoporum deponitur et recluditur et eodem anno relaxatus[c] ab inclusorio, arma resumpsit et regnum[d].

Anno Domini 839. Ludwicus imperator et rex Bavarie[e] obiit; cui quatuor filii succedunt.** Iterum cessat regnum Bavarorum per 67 annos et subicitur[f] imperio Francorum.***

Anno Domini 905. Ludwicus† propter insultum Hungarorum[g] dux Bavarie efficitur et 7[h] annis ducatum Bavarie[i] tenens, obiit[2]; et eodem anno dux Purchardus Bavarorum[3] succedens, occiditur, anno videlicet Domini 911.

ib. Anno Domini 912. Chunradus rex Bavarorum, filius Chunradi principis Bavarie, regnavit annis 7; contra quem eodem anno surgit maledicus Arnoldus[k] dux Bavarie.

ib. Anno Domini 914. Arnoldus[k] Bavarorum dux regi Chunrado rebellans, in Hungariam[l] pellitur.

Anno Domini 916. Arnoldus dux Bavarie per Iuvaviam[m] egressus, Ratispone a Chunrado rege Bavarorum[n] obsessus est.

Anno Domini 917. Purchardus dux Bavarorum et Alamannorum constituitur.

Anno Domini 918. Chunradus rex Bavarie obiit ultimus Bavarorum[a]. Exhinc deficit regnum Bavarorum et surgit Theotunicorum[o]. Heinricus[p] comes[q] Saxo, filius Ottonis ducis, rex efficitur.††

Anno Domini 921. Heinricus[r] rex et Arnoldus dux Bavarie, maximus ecclesiarum persecutor, pacificantur. Eodem anno dux Arnoldus Bavarorum in Bohemiam cum exercitu vadit.

ib. 929. Anno Domini 928. Heinricus rex et Arnoldus dux Bavarie Bohemos[s] vincunt

ib. Anno Domini 936. Heinricus rex obiit. Otto Magnus, filius eius, succedit.

Anno Domini 937. Arnoldus dux [Bavarie[t]] subito obiit, percussus a Deo ob denudacionem ecclesiarum†††. Bertoldus, frater eius, in ducatum Bavarie succedit

Anno Domini 948. Bertoldus dux Bavarie obiit, et Heinricus, frater regis Ottonis, in Bavarie[u] ducatum succedit.

Anno Domini 951. Otto rex Ytaliam per Bavaros subicit; et Heinricus dux Bavarie Ungaros aggreditur.

Anno Domini 954. Leutoldus dux*† Ottoni regi, patri suo, rebellat; Heinricum ducem**†, patruum[v] suum, de Bavaria expellit.

Anno Domini 955. Hungari Bavariam vastant, ducente eos Ottone[4] Scirensi[w] comite; sed iuxta Augustam ab Ottone rege in die sancti Laurencii victi, usque ad 7 omnes occiduntur.

Anno Domini 956. Heroldus archiepiscopus a duce Heinrico Bavarie, qui expulsus erat[5], aput Muldorf excecatur, et ipse dux eo anno obiit; [cui[x] Henrico duci alter Henricus, eius filius, in ducatum Bavarie succedit].

[Anno[y] Domini 991. Pilgrimo episcopo decedente, Altachensis ecclesia ex canonicis secularibus fit monastica, et sanctus Godehardus, eius primicerius, fit ibidem monachus sub abbate Erchenberto, postea abbas, illo decedente[6]].

ib. Anno Domini 961. Otto rex imperator Rome consecratur.

Anno Domini 963. Otto imperator collecta sinodo Iohannem papam deposuit, Leonem VIII. papam[z] substituit.

Anno Domini 995. Heinricus dux Bavarie, qui et Hezelo, filius Heinrici ducis qui Heroldum[a] archiepiscopum cecavit, obiit; cui alter Heinricus, filius eius, succedit et 3. anno moritur.

Anno Domini 997. Heinricus dux Bavarie obiit; quintus Heinricus***†, alius filius Hezelonis, in ducatum Bavarie succedit; qui ecclesiam Babenbergensem[b] fundavit.

ib. Anno Domini 1001. Otto imperator in Ytalia obiit. Heinricus dux Bavarie succedit, patre Hezelone natus

Anno Domini 1002. Heinricus†*, frater sancte Chunigundis[c] imperatricis, fit dux Bavarie.

*) *C superscr.:* Pius.

**) *C post add. in marg. infer.:* Hiis temporibus Huni christianos persecuntur[7]. Sanctus Martinus et sanctus Remigius transferuntur. Et sanctus Otmarus abbas.

***) *C in marg. super.:* Hiis temporibus gens Ungarorum de Schitia egressa in Pannoniam se recepit, expulsis[d] Avaris.

†) *C post add.:* pronepos Ludwici Pii.

††) *C in marg. add.:* Et exhinc in Austria efficitur marchionatus, ubi tempore Heinrici[e] sancti imperatoris invenitur quidam[8] nomine Heinricus, qui forte idem erat qui et dux Wawarie.

†††) *C in marg.:* Hic episcopatus et abbatias in sua provincia ab Heinrico I. rege accepit et earum possessiones baronibus contulit.

*†) *C post add.:* Alamannie. **†) *C superscr.:* Wawarie.

***†) *C rubro add.:* sanctus. †*) *C rubro add.:* imperator[9].

a) *deest C.* b) Bawarie *C.* c) relaxatur *A.* d) regnavit *C.* e) Wawarie *C.* f) subiciuntur *A.* g) Hunger. *C.* h) 6 *C* i) t. B. *A.* k) *corr.* Arnulfus *manu* γ *C.* l) Ung. *C.* m) Iuvaniam *A.* n) Bawarie *C.* o) Teutun. *C.* p) Henr. *A semper.* q) H. S. c. *C.* r) *huius anni nota deest C, ubi quae sequuntur in a.* 921. *ponuntur.* s) Boemos *C.* t) *deest C.* u) d. B. *C.* v) patriuum *C;* patrinum *A.* w) Scir *post corr.* Schir. *C.* x) *haec des. C.* y) *haec des. A.* z) *deest A.* a) Herboldum *C.* b) Baberg. *C.* c) Chuneg *A.* d) expussis *c.* e) H. *et infra* Fr. *pro* Friderico *saepius C.*

1) De filio sermo est. 2) De rege Ludovico infante loquitur. 3) De Burchardo Thuringico dicunt Ann. Mell. 4) *quodam* Ann. Sal. 5) Haec perperam addita sunt; sed cf. Herm. Alt., SS. XVII, p. 363, quem ex Ann. S. Rudberti hausisse vix putarim. 6) Cf. V. Godehardi II, 5. et Herm. Altah. l. l. p. 363. 7) Ann. Mell.: *christianitatis nomen agressi sunt.* 8) Ann. Mell. a. 1018. 9) Singulari errore additum.

Anno Domini 1026. Heinricus dux Bavarie, frater sancte Chunigundis, obiit. Heinricus, filius eius[a], succedit.

Anno Domini 1048. Heinricus[1] dux Bavarie, filius fratris sancte Chunigundis, anno 23. sui ducatus a suis consiliariis strangulatur. Otto dux Bavarie sibi succedit.

Anno Domini 1049. Chunradus, qui et Chuno, dux fit Bavarie; quem Otto dux Bavarie interfecit[2].

Anno Domini 1056 *

Anno Domini 1070. Otto dux Bavarie regi Heinrico** rebellat.***

Anno Domini 1071. Welfo dux fit Bavarie, Ottone[b] duce expulso

Anno Domini 1073. Welfo[c] dux Bavarie, Rudolfus Swevie, Pertoldus Karinthie duces coniurant adversus regem Heinricum

Anno Domini 1119. Welfo dux Bavarie 50. anno sui ducatus obiit. Heinricus ei[d] frater successit.

Anno Domini 1127 Heinricus dux Bavarie obiit. Heinricus filius[e] + ei succedit

Anno Domini 1139. Heinricus dux Bavarie obiit. Fridericus[f] dux ei succedit[3]. ++

Anno Domini 1147. Fridericus +++ dux Bavarie obiit; cui Heinricus dux +* Saxonie succedit ++*.

Anno Domini 1180. Heinricus dux Bavarie+++* 34. anno sui ducatus ab imperatore Friderico [I.[g]] eicitur*+, et Otto palatinus Syrensis[h] ei substituitur **+

Anno Domini 1183. Otto dux Bavarie obiit.***+ Ludwicus filius[i] ei succedit.*

Anno Domini 1231. Ludwicus dux Bavarie 39. anno sui ducatus presente familia sua a quodam ignoto cultro percussus apud Chelhaim[k] obiit; cui successit filius eius dux Otto, qui iam ducatum Bavarie rexit 22 annis, et utinam bene!**

CONTINUATIO

cod. C

Otto[l].

Heinricus.

Otto et Ste[phanus] iam, scilicet anno 1301.

*) *C in marg. (manu 2):* 1056. Adalbertus marchio orientalis [id[g] est Austrie] obiit; cui Ernestus filius succedit; *post add.:* et Chunradus dux Wawarie in Pannonia pulsus exilio obiit.
1058. Agnes imperatrix suscepit ducatum [Wawarie[g]] sub Nycolao II. papa et Engelberto episcopo Pataviensi.
1066. Agnes obiit, mater Heinrici IV. imperatoris. Huius H[einrici] soror fuit Agnes, quam duxit Leupoldus marchio Austrie cognomento Largus, filius Leupoldi. *Alio loco:* Abhinc investiture ecclesiarum, quas Adrianus papa Karolo contulerat, apostolici resumpserunt, scilicet G[regorius], Pascalis et C[lemens]; sed imperatoribus rebellantibus, tandem Kalixtus II. ab Heinrico IIII. obtinuit.

**) *C post add. (manu 2):* IV, imperatori III, qui eius[4] filiam duxit.

***) *C post add.:* Hic abbatiam Altahensem ab eodem accepit.

+) *C post add.:* Welfonis.

++) *C e corr.:* regno pellitur, et Leupoldus succedit marchio Austrie. 1140. Heinricus in Saxonia obiit.

+++) *C corr.* Leupoldus. +*) *C corr.:* frater eius marchio Austrie.

++*) *C post add.:* sub Innocencio papa. 1152. Chunradus rex obiit, et Fridericus I, fratruelis eius, eligitur sub Eugenio papa et Chunrado Pataviensi episcopo; *et infra:* Iste Fridericus I. revocavit Heinricum ducem Wawarie de Saxonia, [scilicet[m] filium Heinrici qui in Saxonia est defunctus], et Heinricum, consanguineum suum, [scilicet[n] sororium avie sue], cui Wawariam contulerat cum marchionatu Austrie, fecit ducem in Austria, faciens ducatum. Item Otakerum marchionem Styrie fecit ducem; sed idem cito moritur, et marchionatum L[eupoldo] duci Austrie delegavit, sub Lucio III. papa et Manegoldo abbate.

+++*) *C post add.:* filius Heinrici in Saxonia defuncti, quem Fridericus I. restituit in Wawaria.

*+) *C post add.:* de ducatibus Wawarie et Saxonie.

**+) *C post add.:* in Wawaria; et Bernhardus comes in Saxonia.

***+) *A* add. paulo superius:* pater Ludbici, qui in Chelheim cultello iugulatus a quodam pagano est.

*) *C in marg.:* Item Rychardus Anglie rex a L[eupoldo] apud Wiennam capitur et Heinrico, filio Friderici, traditur

**) *C in marg super add.:* Nota. Privilegium ducis Heinrici[5] habet, quod Welfo dux dedit hubam Hall. Huius filius Heinricus dedit mansum, qui commutatus est pro alio manso in monte vicino. Item huius Heinrici filius Heinricus dux confirmavit hec et renovavit donacionem bonorum ab Horenbach seorsum in Chremsmunster. Item Fridericus I. imperator, consanguineus huius Heinrici et nepos Heinrici, filii Welfonis, pronepos autem eiusdem Welfonis, confirmavit omnia prenotata[6] sub Ulrico IIII. abbate.

a) regis *Sal.* b) Otto *corr. rubro* Ottone *C.* c) Belfo *A.* d) eius *C; deest A*.* e) f. eius *A*.* f) Fridr *A* g) *superscr. C.* h) *ita A*. C;* Siriensis *A.* i) eius filius s. *A.* k) Chelheim *A*. C.* l) *haec rubro addit C.* m) scilicet — defunctus *perperam post* consanguineum suum *post add. C.* n) *superscr. c*

1) Haec fabulosa unde sumta vel orta sint, nescio. 2) Haec quoque falsa. 3) Haec et quae sequuntur longe a vero recedunt. 4) Error natus ex Ann. Mell., ubi de Berhta, filia comitis Ottonis (de Morienna) sermo est. 5) Hagn UB. nr. 36. 6) Ib. nr. 40.

CONTINUATIO

cod. A'.

p. 351. 1253. Otto[1] dux Bawarie obiit, relinquens duos filios, Ludwicum comitem palatinum Rheni et Henricum ducem Bawarie.

1290. Henricus dux Bawarie obiit*, relinquens tres filios, Ottonem, Stephanum, Ludwicum, postmodum cesar.

Eodem anno rex Ungarie obiit absque heredibus.

1310. 1309. Stephanus dux Bawarie obiit; cui successit Otto, frater suus. Qui Stephanus reliquit duos filios, Henricum et Ottonem.

1312. Otto dux Bawarie obiit, qui fuerat coronatus in regem Ungarie, relinquens unum filium Henricum.

1334. Henricus, dux Bawarie, filius Ottonis regis Ungarie et ducis Bawarie, obiit, nullum relinquens heredem.

1334. 1336. Otto dux Bawarie, filius supradicti Stephani ducis Bawarie, obiit, nullum relinquens heredem; in Lantshuet sepelitur.

1339. Henricus dux Bawarie, frater iam dicti Ottonis, obiit Lantshuet ibique sepelitur, relinquens unum filium, scilicet Iohannem.

Per[a] illum exhereditata est terra Wabaria.

Eodem[b] anno elegerunt omnes nobiles et omnes civitates inferioris Wabarie unanimi consensu absque omni contradictione victoriosissimum Ludwicum imperatorem et regem Romanorum, et qui terram suscepit iure hereditario cum omnibus suis liberis.

1347. Ludwicus imperator nescio qua morte obiit; cui successerunt Stephanus et Albertus, filii eius.

1375. Stephanus dux predictus obiit. Cui successerunt frater suus Otto, quondam marchio Branburgensis, et tres filii predicti Stephani, scilicet Stephanus, Fridericus, Iohannes.**

p. 354. Dec 4. Anno[c] Domini 1393. mortuus est dux Fridericus Wavarie in die sancti Barbare in civitate Pudweis regionis Bohemie; qui fuit dux multum sapiens, construens et faciens pacem in tota terra Bawarie ac alibi locorum.

Anno 1395. obiit dux Albertus Austrie, et successit eum dux Wilhelmus, filius Leupoldi fratris ducis predicti, in terra sua Wienne et in ceteris territoriis.

Anno 1396. Pilgrimus archiepiscopus Saltzburgensis ecclesie obiit tertia die post diem Marie Egyptiace et in bona fama. Apr 5

*) *Alio codicis loco p. 290. legitur:* 1290. Magnificus princeps dominus Henricus comes palatinus Rheni, dux Bawarie obiit in die beati Blasii in Burchausa, in Lantshuet honorifice sepelitur in claustro dominarum. Febr 3.

**) *Cod. add. in marg.:* Secundus Otto abbas Sancti Petri Salizburgensis eligitur.

HISTORIA CREMIFANENSIS.

f. 91'. Cum* antiqua ecclesie Chremsmunstrensis dignitas et ipsius presens dissipacio tam in spiritalibus quam in temporalibus[d] se flebili incolarum memorie sepe ac sepius ingessisset, presertim cum nec certitudinem possessionum nec privilegiorum tenorem in scriptis ordine[e] debito haberemus, circa annum Domini millesimum tricentesimum tempore domini Friderici I.[f] abbatis, ordinacionis sue anno 26, ex consilio conventus et precipue Hertwici[g] prioris ac inperio eiusdem abbatis Sygmarus, tunc cellerarius summus, una cum villicis et officialibus ad hoc necessariis omnes nostre ecclesie possessiones perambulans et diligen-

*) *In super. marg. add.:* Igitur. Cum[2] ecclesia Ch[remsmunster] a Tassilone principe Wawarie sit fundata et a[h] successoribus honorifice sublimata necnon et a Laureacensibus pontificibus gubernata[i], opere precium estimo, de eisdem[k] episcopis seu ducibus, quod[l] memorabile iudicatur, litteris commendare et deinde gesta sive ordinem abbatum nostre ecclesie, prout valeo, annotare, precipue de hiis que ecclesiam nostram tangunt. Anno Domini 250. Phylippus imperator etc.

a) *alia pergit manu c.* b) 1347. *falso praemittitur c.* c) *haec duabus et dimidia paginis vacuis relictis leguntur.* d) tempor *e corr. c.* e) ordinem *corr.* ordine *c.* f) *superscr. eadem manu c.* g) *in marg. eadem manu suppl. c.* h) aff *c.* i) manuteat', *superscr.* gubern. *c.* k) eorundem *corr. ut videtur* eisdem *c.* l) aliquod *corr.* quod *c.*

1) Praemittuntur Excerpta ex Hermanno Alt. et Ann. Claustron. necnon cont. Sancruc. 2) Cf. Hist. prol. p. 651.

tius investigans, scriptam nobis adtulit nostrorum reddituum totam summam, immo pocius reliquias rerum, que raptorum manus effugere contingebat; qui deinde in voluminibus sunt melius ordinati[1]. Preterea et privilegia, que transcripta olim fuerunt de ipsis instrumentis, antequam vetustate corrumperentur vel certe priusquam per rapinas dissipancium aufferrentur, et que in nostra ecclesia poterant aut alibi reperiri . . . . [a*]similiter scribi fecit. Qui[a] dum ordinem datorum privilegiorum, et quorum abbatum tempore essent data, vel numerum eorundem quereret[b] [abbatum], nequaquam perfecte poterat invenire*. Veruntamen, sicut potuit ex privilegiis et ex cronicis ac ex defunctorum kalendariis colligere, annotavit, incipiens a primo abbate huius loci et perducens usque ad illum abbatem cuius tempore ista scripsit.**

Anno Domini 777. Tassilo dux magnificus monasterium nostrum in honore sancti Salvatoris construxit et ibidem religiosas personas congregavit, quibus abbatem prefecit nomine Fater, assumptum de Altah[c] inferiori, virum ob sanctitatem sue vite Deo et hominibus predilectum.***

Huius tempore datum est nobis primum privilegium ab eodem† principe fundatore[2], cum quindecim distinctionibus†† de omnibus rebus cultis et incultis inter duas Ipfas et aliis possessionibus alibi sitis, quas ipse una cum domino Arn, tunc prespitero, deinde archyepiscopo Iuvavensi, et Hleodoro comite sub terminis posuerunt tempore sancti Virgilii episcopi Salzburgensis et Pataviensis Waldarici. f 92

Item duo[d] privilegia a Karolo Magno[3], cuius amite[e] filius idem princeps fuit, de confirmacione earundem possessionum sub domino Arn archyepiscopo Iuvavensi et Pataviensi episcopo Waldarico.

*) *Post add.:* precipue a Snelperone usque ad Ditricum.

**) *Post add.:* Hiis eciam addidit diem obitus abbatum vel locum sepulture, sicut a senioribus didicit annotare.

***) *In marg. inf.:* Cuius patroni principalis festivitas in dominica palmarum hactenus agebatur, et propterea adhuc festivius celebratur quam festum apostolorum, sed a tempore D[itrici] festum sancti Agapiti gloriosius honoratur. — Tassilo[f] dictus ego Christo mea predia lego. — Sed quia noster fundator ecclesiam Pataviensem sublimavit, nostra ecclesia pre omnibus sibi subiectis ecclesiis post eam habet in dignitatibus primum locum. Unde Pataviensis de nostra ecclesia scribere ita solet. Require privil. — Item quia primus huius loci abbas fuit de Altah, cum (?) eadem ecclesia nostra noscitur esse iuncta fraternitate speciali, cuius indicia pluries sunt inventa, sed quia oblivione tepefacta, tempore B. et H. est renovata, et iterum tempore Fr. et Popponis plenius roborata. Habemus eciam cum quibusdam aliis monasteriis fraternitatem diversis temporibus et abbatibus contractam [ut[g] infra dicitur], scilicet cum Sancti Petri Salzpurge, cum Lambacensi, cum Admontensi, cum Hyrsaugiensi tempore Ditrici abbatis nostri. Item cum Tegernse et Enstorf tempore Ber[toldi]. Item cum Pruveningen, Superiori Altah. Item cum Sancti Pauli in Karinthia tempore Ber[toldi]. Item cum Affligemensi, Lambacensi [renovata[h]], Glunicensi tempore Fr[iderici].

†) *In marg. sup.:* Fundator monasterium cum filio ingreditur, scilicet Lorischaim, et Wawaria Geroldo prefecto a K[arolo] committitur, et eius termini ab Anaso usque Raben flumen Ungarie vel Pannonie per K[arolum] dilatantur[4]. — Item imperium transfertur a Constantino V. imperatore Constantinopolitano ad Francos in Karolum. — *Antea scr.:* Huius tempore cantus Gregorianus fuit autenticatus pre cantu Ambrosiano in concilio generali Adriani pape I. 793.[h-5] tempore Karoli imperatoris sub Fater abbate. Et cantus Gregorianus doctus fuit a Leone papa duos clericos de Francia a Karolo sibi missos. [Nam[i] 12 clerici[h] a Stephano papa directi ipsum[h] confuderunt pocius quam docuerunt. Unde ab ipsis precipue[h] ortum est quicquid erroris in cantu ecclesiastico invenitur, ab istis autem quidquid regulare et secundum ordinem potest esse]. Unde non habetur officium divinum quod eisdem temporibus agebatur, nisi forte a Cassinensibus didicerint quemdam modum [secundum[i] Ambrosium]. — *In marg. inf.:* Item circa annum 740. sanctus Benedictus est translatus, et Karolomannus rex est conversus, et voluit reportari. Item circa annum 780. sanctus Leodegarius occiditur[6]. *Ibidem antea scr.:* Primus abbas huius loci nomine Fater prefuit ab[k] anno Domini 777. usque 789. Sighardus anno 828, Snelpero ab anno 888. usque 893.

††) *Post add.:* in quibus dedit ecclesias et Sulzbach, Norfils, Albenburch.

a*) *una fere linea erasa c.* a) Que *corr.* Qui *c.* b) q. *in loco vacuo vel rasura,* abb. *post add. c.* c) Altah *corr.* Altach *c.* d) duo *in loco raso,* (primum?) privilegium *corr.* privilegia *c.* e) ama *ante* amite *del. c.* f) *hic versus alio tempore scriptus.* g) u. i. d. *post add. c.* h) *superscr. c.* i) *haec post add. c.* k) circa annum D. 789. *post corr.* ab anno D. 777, *et sequentia post add. c.*

1) Similia in praefatione libri possessionum leguntur, ap. Pachmayr p. 149: abbatem 'de consilio conventus Sigmarum tunc cellerarium de monachis et Dietricum praepositum suum ex laicis' elegisse, *qui omnes districtus nostros perambulantes et de quibus* (?) *libris inquirendis diligentius requirentes ad suam deferrent notitiam universa.* 2) Hagn, UB. nr. 1. 3) Ibid. nr. 2. 3; ubi etiam alia hic relata leguntur. 4) Cf. Ann. Sal. a. 791. 5) Cf. Auct. Cremif. a. 796. 6) Miro sane errore hoc tempore narratur.

Ab isto autem abbate Fater usque ad illum, qui primus illi reperitur[a] successisse, qui Sighardus dicebatur, hoc est ab anno Domini 7[77.[b]] usque ad annum 8[28.[c]], plures anni computantur, quos si idem Fater rexerit solus, an si ipse partim rexerit et Sighardus partim rexerit, aut si aliquis aliorum abbatum medius fuerit, non poterat inveniri. Sunt enim plures abbates, quorum regiminis tempus nescitur, scilicet Hoholdus* . . . .[d], Sigmarus** . . . ., [d]Bertoldus***, [Wolframus[e]], quorum si aliqui dicto Fater successerint, nequit sciri.†

Anno†† [828.[f] Syghardus[g]] prefuit. Huius tempore [datum[f] est nobis privilegium a Ludwico Pio††† et Lothario, filio eius, de*† Grunzwit].**†

Anno 885. Purchardus.***† Huius tempore datum est nobis privilegium a domino Arnulfo rege de Papalndorf sub inperatore Carolo iuniore, sed nec instrumentum nec rescriptum, proch dolor! invenimus.†*

Anno 889.††* Snelpero. Huius tempore data sunt nobis tria†††* privilegia de rebus unius comitatus et aliis pluribus possessionibus ab eodem rege piissimo Arnulfo.*

Et sciendum, quod eciam a domino Karolomanno, huius Arnulfi patre[h], data sunt tria privilegia de pluribus rebus a se ipso *et a suis capellanis nostre ecclesie delegatis; sed** qui abbates tunc prefuerunt huic loco . . . .[i] nullatenus invenitur.

Sed[k] sciendum, quod ab anno Domini 900. Huni Wawariam sepius*** preliis invaserunt, ecclesias destruentes et homines occidentes, inter que eciam nostrum monasterium destruxerunt et plus quam 200 homines propter fidem Domini peremerunt cum monachis 50, sicut adiuratus demon quidam publicavit per os femine obsesse circa annum Domini 1303.† [Unde[l] factum est, quod, inhabitatoribus†† huius loci tam Hunorum incursibus quam igne vastatis, post Snelperonem nec quis abbas esset aut quibus preesset usque ad G[erardum], non possit facile inveniri, vel pocius usque ad Ditricum, a quo et deinceps usque ad Fridericum ex cronicis et privilegiis cognoscuntur].†††

*) *In marg.:* obiit 5. Idus Iulii.

**) *In marg.:* Huius tempore computate sunt res ecclesie, ut[m] est in minori plenario.

***) *In marg.:* obiit 2. Non. Sept.

†) *In super. marg.:* Inveniuntur quoque bone memorie atque sancte quidam monachi huius loci, scilicet Rainpoto, qui est sepultus in capella sancte Marie ante altare sancti Mychaelis, et Wisinto, qui fuerat tumulatus in abside monasterii in loco qui a capite [*superscr.:* ab oriente] altaris nunc sancti Blasii et ab occidente altaris nunc sancti Thome; sed quo tempore floruerint, ignoratur.

† *Post add., sed quo pertineat incertum:* Hildemarus r[egulam] est. (?)[n].

†††) *Superscr.:* sub Iohanne papa VIII.

*†) *Post corr.:* territorio inter Sumerberch et Draismam[o. 2] sub Ryncbario episcopo et Pascali papa vel Eugenio. Item de territorio inter Sprazas (?) et inter Smidha et Wachrain[3].

**†) *In marg.:* Huius tempore habitum est concilium sub Pascali primo papa et dicto[p] Ludwico imperatore Pio post[p] nat.[p] Domini[p], in quo de statu et officio monachorum plurima sunt tractata, et inter cetera, ut ante pasca tribus noctibus 9 lectiones habeantur[1]. [Facta[q] dissensione inter episcopos et abbates pro diversitate officii ex eo, quod officium G[regorianum] non plene concordabat officio quod instituit sanctus Benedictus, quod ab ecclesia Romana nuper fuerat approbatum sub Karolo patre suo]. Huic[4] concilio idem ipse probatur interfuisse vel postea advenisse. Cum enim adtulerit nobis privilegium ex parte Ludwici, quod datum esse constat anno Domini 828, 11. Kal. Aprilis[2], ipsum vero Ludwicum nullum conventum alium hoc constet tempore habuisse Aquisgrani, non est dubium, quin idem privilegium tempore eiusdem concilii impetrarit. Hoc quoque ex annorum eorundem numero affirmatur, scilicet 15. Ludwici et Lotharii 6. — Item Theodolfus episcopus *Gloria laus* in carcere composuit. Item festum omnium sanctorum est institutum in Francia et Germania celebrari sub Gregorio IIII Mart

***†) P. — temp. *del. et scr.:* Eiusdem tempore.

†*) *In marg.:* Item ecclesiam Wels.

††*) *Corr.:* 887. †††*) *Corr.:* quinque.

*) *Post add.:* sub Adriano papa secundo et Engelmaro episcopo Pataviensi.

**) *Superscr.:* quis abbas vel.

***) *In marg.:* scil. sepcies, ut ex cronicis invenitur.

†) *Superscr.:* licet talibus testibus non credatur. ††) *Superscr.:* vel incolis.

†††) *F. 92'. in marg.:* Nota. Circa hec tempora post Arnulfum imperatorem imperium a Francis transfertur ad Ytalicos in Berengarium]. Item circa huius tempora Cluniacum construitur sub Iohanne papa X. Item

a) *e corr. c.* b) 779. *corr.* 777 *c* c) 28 *e corr. c.* d) *rasurae.* e) *post in loco raso.* f) 28 *e corr. c.* g) *in loco raso.* h) tempore *del. et* patre *scr. c.* i) *duae fere lineae erasae.* k) S. sc. q. ab a. D. *in rasura manu quae* — 1303. *scripsit* l) *manu 2 in loco raso.* m) Require *corr.* ut est *c.* n) r† est *c.*; *cf. infra p.* 668, *ubi 'regulam exposuisse' dicitur.* o) Dlaismam *legi videtur.* p) *superscr. c.* q) *haec post add. c*

1) Cf. Auct. Crem. a. 828 2) Cf. UB. nr. 4. 3) Ibid. nr. 5. 4) Haec infra p. 668. aliter narrantur.

1040. Gerhardus.* Huius tempore computate sunt omnes res ecclesie mobiles** tam in libris quam vestibus consecratis.*** Hic auxit bybliotecam.†

1050. Erchenbertus.†† Huius tempore††† datum est nobis privilegium Heinrici III.*† imperatoris de Schutzing et Diethalm[ing].**†

1060. Pezelinus. Hic redemit locum ecclesie in Talhæim cum dote sua a quodam servo Sancti Agapiti***† sub Albino advocato.†*

10[82.[a]] Dietricus.††* Huius tempore domino[b] Altmanno episcopo confirmante†††*, tradita est* nobis eclesia in Warperch et mansus in Bachæim**, et apud nos reformata est, que decreverat, monastica disciplina.***

sanctus Wenzeslaus martyrizatur[1] sub Heinrico imperatore, sub Iohanne XI. Item sanctus Udalricus episcopus floruit circa annum Domini 960. [Item papa deicitur Benedictus X, qui in penis fuit]. Item imperium ab Italicis ad Teutonicos transfertur in Ottonem I. Item apostata papa Silvester. *Et post* Item 991. sub Pilgrimo episcopo sanctus Godehardus fit monachus ex canonico in Altah[2] Item[c] sub Benedicto IX. scisma in ecclesia anno 980.

Alia manu: Horum trium, scilicet Fater, Sighardi, Snelperonis, nec dies obitus nec sepulture locus propterea invenitur. Et abhinc usque ad Heinricum imperatorem, filium Chunradi, qui imperavit circa annum Domini 1040, videtur nostra ecclesia abbate caruisse, ut patet in r[egistro] de possessionibus, quas Arnoldus dux I^us^ (?) vendicavit.

*) *In marg.:* Huius anniversarius est 6. Kal. Feb.; sanctus esse creditur. *Post:* Sepulchrum nescitur. *Iam antea scr.:* Nota quod annorum numerus a Gerhardo usque ad Her[mannum] non est certus, quia quilibet eorum cepit abbatizare aut parum ante vel parum post.

**) *Superscr.:* Require in maiore plenario.

***) *In marg.:* Et datum est Chrechdorf per Walch[unum] nobilem, qui dedit Aterse

†) *In marg.:* quam emit in Recia, cum a Roma rediret, sub Heinrico, filio Chunradi. *In marg. sup.:* A Gerhardo et deinceps huius ecclesie investitura a ducibus Wawarie vel episcopis Pataviensibus accipiebatur, et officium ecclesiasticum secundum Gregorium est assumptum. Unde ipse refert se invenisse libros tam ecclesiasticos, scilicet missalia Gregoriana et antiphonaria et alios diversos et eciam scolasticos. Item circa annum 930. Fridericus episcopus Maguntinus persequitur monachos. Item circa annum 950. Arnoldus dux Wawarie usurpat ecclesiastica sanctuaria (?).

††) *In marg.:* Huius anniversarius est 8. Kal. Iulii, et sanctus esse creditur. *Post:* Sepulchrum nescitur. *Alia vero manu:* Hic in lapide altaris sacro(?) sculptus est infulatus sicut ex alio latere episcopus Eigelbertus, unde constat eum usum infule habuisse. Circa huius tempora floruit sanctus Udilo Gluniacensis et hic sanctus Wisinto et Raimpoto presbiteri et monachi, et sanctus Cholomannus martir sub Heinrico sancto 1012.[3] Et marchio primus est in Austria, scilicet Heinricus, pater Er[nesti]. Et Fulbertus episcopus qui fecit r[esponsoria] *Stirps Iesse* et *Solem iustitie* et ymnum *Chorus nove*, id est sub Arnulfo imperatore. *Alio loco:* Ab Engelberto monasterium consecratur.

†††) *In marg. quo pertineat incertum:* modus professionis Helie.

*†) *Post add.:* rege *et post* imp.: II.

**†) *Post add.:* Sigmarus abbas; *et alibi signo huc relata:* Hic ponendos reor duos abbates, scilicet — verte infra — Sigmarum[d] et Pezelinum, qui videntur prefuisse inter G[erhardum] et Ditricum. De Sigmaro patet ex computacione ecclesiasticarum rerum, quia eadem eum invenisse legitur que invenerat et auxerat G[erhardus]. De Pezelino patet, quia idem fuit advocatus noster suo tempore qui fuerat Erchenberti. *Post add.:* . . . . . duos pono. *Alio loco, sed post deleta:* Hic [scilicet Sigmarus abbas] computavit res ecclesie quas invenit. Require in minori plenario, ex quibus patet, eum post G[erhardum] prefuisse. Huius eciam tempore ignis nostrum monasterium devastavit. Eius nec obitus scitur nec sepulchrum. Sanctus Tiemo martyrizatur sub G[regorio] VII, cum scisma fuit inter papam et imperatorem Heinricum. *Ante* 1060*:* Festum omnium animarum circa hec tempora instituitur. Item hystoria sancti Nycolai approbatur 1057.

***†) *Superscr.:* pro Chazpach.

†*) *Post add.:* Et abhinc ecclesia fuit subdita advocatis sive peticionariis sive violentis.

††*) *In marg.:* Huius anniversarius est 5. Ydus Decembr., et sanctus creditur; *alia manu:* ante altare sancte Crucis sepultus. Albinus advocatus, monachus de Gorze. *In marg. sup.:* Item consecratum est nostrum monasterium anno Domini 1082. ab eodem Altmanno. Item contracta est fraternitas inter nostram et Hyrsaugiensem ecclesias *Antea scr.:* In huius Ditrici sigillo eburneo et rotundo abbas huius nominis residet non mitratus, licet ante eum Erchembertus sculptus sit in lapide altaris sacro cum infula, et post eum H[einricus] in[e] sigillo oblongo de[f] ere sculptus cum infula adhuc videatur.

†††*) *Superscr.:* sub Gregorio VII.

*) *Corr.:* tradita sunt nobis predia et loca pro construenda ecclesia in W. per Arnoldum comitem

**) *Superscr.:* per Hoholdum prepositum.

***) *In marg. add.:* ductis consuetudinibus de Irsaugia secundum doctrinam sancti Udilonis.

a) 82 *e corr. c.* b) dom. — disciplina *manu* 3. c) *del. c.* d) Sigmarus et Pezelinus videntur *corr. ut editum, verbis* His *etc. praemissis.* e) sigillum oblongum *corr.* in sigillo oblongo *c.* f) stagno vel *del.*

1) Cf. Mart. 2) Cf. Auct. Crem. a. 990. 3) Cf. Ann. Sal.

1093.[a] Alramus I.[b] Huius tempore est[c] scriptus matutinalis liber chori[**] antiquus, et datum est nobis privilegium[***] domini Heinrici III.[b] imperatoris[†] de Petenbach. Hic resignat abbaciam.[††] Hic[d] nostrum monasterium in rebus, edifficiis et personis plurimum sublimavit. Huius[e] eciam tempore dux Welfo tradidit nobis Stæinporz pro Mochendorf[1].[†††] Item silva in Pranpach.[†]

1120. Hermannus[f] tribus annis prefuit.[**†] Huius tempore . . . .[g] [***†]

f. 93. 1126. Ulricus I.[b] sex annis[h].

1131. Ulricus II.[b] 15[i] annis. Huius[k] tempore datum est nobis predium in Slagesthæim. Item domina Alhaidis de Wiltperg[2], relicta comitis Ernstonis de Hohenburch, dedit nobis silvam Prumste et locum[†*] Pehstal[3], et locus[††*] in monte sancti Martini[4]. Item predia[†††*] in Viehtwanch dedit nobis comes Albertus de Rebgæu circa annum Domini 1155[5]. Item[l] predium in Gaizlarn dedit Pillungus de Pernstæin. Item[m] Reginbertus episcopus Pataviensis consecravit ecclesiam in monte sancti Martini[6]. Item . . . .[n] [*]

1146. Albertus [13[o]] annis.[**] Huius abbatis anno 6. completus est liber matutinalis ad Sanctam Mariam[***]. Huius[p] tempore datum est nobis privilegium de superiori Rôr[7] et de Viehtwanch. Item unum predium in Lewenpach. Item 1 predium in Puchchirchen[†]. Item 1 predium in Chazpach cum hominibus ad censum 12 denariorum, quod[q] ante eum Pezelinus pro Talhaim dedit. Item[r] Reginbertus episcopus confirmavit

*) *Post add.:* M°. . . Wolframus abbas; *et in marg.:* Obiit 2. Kal. Octobris; *sed* Wolframus *post del. et scr.*: Hoholdus abbas. Supra require in margine, *signo posito huc ducuntur quae scripta erant post* fuerat Erchemberti *p.* 631. *n.**†:* Item Hoholdus et Wolframus videntur post Ditricum prefuisse et Alrammum, quia Hoholdus Ditrici tempore fuit prepositus, alter monachus; sed quando quilibet rexerit, ignoratur. Obiit 19. Kal. Febr. Invenitur eciam quidam Bertoldus abbas in k[alendario] scriptus et in libro vite pro testimonio censualium; sed quando prefuit ignoratur.

) *Post add.:* anno 1104. *) *Post add.:* et constructa capella sancte Margarete in Perca olim.

†) *Superscr.:* IIII. rege anno 1099. ††) *Superscr.:* anno 1120

†††) *Post add.:* sub Urbano II. papa et Ulrico episcopo.

*†) *Post add.:* Item inchoatus est liber matutinalis, qui nunc est in cappella sancte Marie. Item repeciit Petenbach ab Ulrico episcopo. Huius tempore floruit sanctus Anshelmus sub Urbano II. papa. Item idem papa horas de sancta Maria cottidie et missam in sabbato instituit celebrari. *Alio loco:* Circa columpnam mediam in dextro choro in capella quiescit. *Alia manu:* Obiit 5. Ydus Marcii. — Leupoldus I. marchio Medlicum construxit, et Cystercium est fundatum. — Inter hunc et Ditricum videtur resumpta esse decima in Chirichdorf et abbate ecclesia caruisse, anno scilicet 1093. Abhinc abbatum ordo in cronicis invenitur usque ad Rudolfum.

**†) *In marg.:* Obiit 2. Kal. Iân.

***†) *In marg. sup. f.* 93: Ordo Premonstratensis cepit anno 1119[8]. Fundatum est Cystercium anno 1100[8]; *alia manu:* sub Urbano II. papa. Et resumpta est investitura ecclesiarum per Kalixtum papam ab Heinrico sub Ulrico I. episcopo, successore sancti Altmanni.

†*) *Superscr.:* ecclesie.

††*) *Superscr.:* ecclesie construende. *Post add.:* Hec confirmavit Reginbertus episcopus et marchio Leupoldus.

†††*) *Superscr.:* 6.

*) *In marg inf. compluribus erasis:* Unus eorum qui dicuntur Ulricus obiit 6. Ydus Maii, *alia manu:* alter 6. Kal. Sept., et eorum unus est sepultus ante candelabrum in cappella. Circa hec tempora Heldolfus fuit camerarius, qui tot bona comparavit. Huius tempore Leupoldus illustris construxit Neunburch et Sancte Crucis sub Innocentio II. papa et Regmaro episcopo. *In marg. sup. manu γ:* Hiis temporibus pons in Wels redempta est ab episcopo Herbipolensi per Fridericum de Rot anno Domini 1138. Require in libro annalium[9].

**) *In marg.:* Obiit 4. Kal. April.; *alia manu:* Huius etiam tempore ignis nostrum monasterium devastavit. Item homines de Ekhenperg sunt cens. 12 den. Item annalis cronica est scripta que apud nos habetur.

***) *In marg.:* qui fuit inchoatus Alramni tempore, cuius exemplar adhuc superest.

†) *In marg.:* ubi forte ecclesiam construxit.

a) 93 *vel* 94 *e corr. c.* b) *post add. c.* c) *sequentia m.* 2. d) *e corr. c.* e) Huius — Pranpach *iterum alia manu* (4). f) *voc. eras.* g) *spatium* 10 *linearum vacuum relictum; quaedam infra erasa videntur.* h) 6 ann. *fort. e corr.* — 14 *lineae vacuae relictae c.* i) 15 ann. *e corr. c.* k) *quae sequuntur alia manu* (4). l) *alia manu.* m) *iterum alia manu* (5) n) *erasa.* o) 13 a. *e corr.* p) *manu* 4? q) quod — dedit *alia m.* r) *manu* 5.

1) UB. nr. 25. 2) de Hohenburch, Auct. Cremif. p. 554. 3) UB. nr. 29. 4) Ib. nr. 28. Liber de censu ecclesiae, UB. p. 377. ita: *Predia in monte Sancti Martini tradidit nobis Alhaidis, relicta Ernesti de Hohenburch, que fuit filia Friderici Ratisponensis advocati, filii Berchtoldi marchionis de Istria, hac condicione ut ibidem ecclesia et fratrum cella edificaretur. Quod Ulricus II. abbas sagaciter adimplevit, construens ecclesiam atque cellam, quam Regenbertus episcopus in honore sancti Martini consecravit et hiis terminis designavit* etc. Brevius ibidem de Pehstal. 5) Ib. nr. 33. 6) Ib. nr. 30. 7) Ib. nr. 32. 8) Cf. Auct. Crem. a. 1098. 1118. 9) UB. nr. 31.

predia et ecclesiam in Viehtwanch, quam Chunradus episcopus consecravit.[*] Item[a] ecclesiam in Wartperch.[**] [Huius[b] eciam tempore ignis nostrum monasterium devastavit. Item homines de Ekhenperg sunt cens. 12. den.].

1160. Martinus[***] 5[c] annis; postea[d] resignavit.[†] Huius tempore datum est nobis privilegium de Wæigantstorf[1] [a[e] Chunrado episcopo]. Item huba circa Lohchirchen[2].[††]

1164. Alramus II.[f] de Gêrsten [9[g] annis].[†††] Hic[h] construxit basilicam sancti Egidii[*†], et[i] sub altari quiescit. Hic[i] deponitur a Diepoldo episcopo Pataviensi. . . . .[k] Huius tempore data sunt nobis predia in Hæitenhaim et in Perchwinden[**†] sub Otachero[***†] marchione. Item sub eodem date sunt nobis 2 vinee in Erlach.

1173. Ulricus III. de Gersten, fratruelis[l] sancti Ber[toldi], 9 annis.[†*] Huius tempore Fridericus I. imperator restituit et confirmavit nobis predia in Halle[3]. Is[i] cum duce[m] Liupoldo mare transfretavit et apud Akkaron mortuus sepelitur[††*], remittens nobis calicem aureum et crucem cum magnis reliquiis. Item data[†††*] sunt nobis predia[*] in Viehtwanch. Huius[n] eciam tempore dominus Alexander papa III. confirmavit ecclesie nostre bona[4].[**] Item Diepoldus episcopus dedit nobis Chyrichperch[5].

1183. Manegoldus[***] 23 annis, postea factus episcopus Pataviensis.[†] Huius tempore confirmata et aucta[††] sunt predia nostra in Viehtwanch[6]; et data curtis quedam apud Siernikh, et privilegium de ponte in Wels[7]. Item ecclesia in Vorihdorf data est nobis[8].[†††] Item idem factus episcopus Pataviensis dedit nobis vineam in Plikersperg. Item datum

*) *In inf. marg.:* Hiis temporibus, scilicet abbatis Alberti, sic ordo tepuerat monasticus a Ditrico deductus, ut prior huius loci Heinricus ad beatum Ber[toldum] tunc abbatem G[erstensem] veniret ad confessionem in habitu laicali. *Alia manu:* Hoc ex pictura vittri (?) quod fecit colligitur. Item marchionatus Austrie in ducatum suscitatur per Fridericum I. imperatorem, et Heinricus, filius Leupoldi Largi, post fratrem Leupoldum de marchione ibidem dux creatur.

**) *Post add.:* Hiis temporibus cepit ordo Cartusiensis, et sanctus Bernardus floruit. Item sanctus Thomas apud Cant[uariam] est occisus; *post:* sub Alexandro papa III. *In marg. add. sed del.:* Hiis temporibus cepit exordium ducatus Austrie de marchionatu per Fridericum I. imperatorem sub Innocencio II papa, *corr.* Hon[orio] III.

***) *In marg.:* ante turrim est sepultus; sanctus creditur.

†) *In marg.:* propter scisma inter Alexandrum papam et Fridericum I imperatorem sive inter Patavienses episcopos.

††) *In marg.:* Hiis temporibus floruit Gracianus, qui decretum composuit, et Petrus, qui Sententias et Scolasticam hystoriam, et Rychardus de Sancto Victore. *Add. sed del.:* et sanctus Thomas episcopus et martir sub Alexandro papa III.

†††) *In marg.:* Huius anniversarius est 3. Nonas Iulii. *Post add. sed del.:* alter Alr. (?) 5. Ydus Mar.

*†) *In marg.:* quam consecravit Albertus archiepiscopus Salzpurgensis anno Domini 1170

**†) *In marg.:* ubi forte ecclesiam construxit.

***†) *In marg.:* fundatore vel filio vel nepote fundatoris Gerstensis; sed potius videtur nepos esse, ille scilicet, qui in Ungaria est defunctus, et leprosus factus, Leupoldo duci Austrie suum marchionatum in Styria delegavit.

†*) *In marg.:* obiit 5. Ydus Iunii. *Add. sed del.:* sepultus ante candelabrum in cappella. *Alia manu:* Huius eciam tempore Heinricus dux Wawarie dedit nobis predia inter Horenbach et Chremsam, que Welfo dederat. *Iterum alia m.:* Hiis temporibus Otacherus marchio Styrensis distinxit et alleviavit honera, que nobis imposuerunt subadvocati sui, forte Pillungus de Pernstein. *Add. sed del.:* Item marchionatus Austrie surrexit in ducatum per Fr. imperatorem. *Etiam de ord. Cart. et s. Bernardo iterum refertur, sed del.*

††*) *In inf. marg.:* Iste est Ulricus, qui monachus G[erstensis] existens a beato B[ertoldo], suo patruo, dolore pedum subito est curatus. Ad hunc scripta est vita sancti Ber[toldi]. Item hiis temporibus fuit maximum scisma in ecclesia Romana sub Alexandro[o] papa III. et Friderico I. imperatore fere per 18 annos, quia quatuor erant pape.

†††*) *Superscr.:* aucta.

*) *Superscr.:* a duce Leupoldo per commutacionem vel alias; *post in marg. sup.:* vel vice pecunie quam eidem abbas idem mutuaverat.

**) *In marg.:* Idem eciam papa constituit, ut prelati ecclesiarum kathedralium nichil ardui sine consensu capituli sui agant.

***) *Superscr.:* frater Diepoldi episcopi, monachus Sancti Georii

†) *In marg.:* resignat abbaciam, quam tenuit cum episcopatu.

††) *Superscr. manu γ:* vel redempta. †††) *Superscr.:* per Wolfkerum episcopum

a) *haec post del. c.* b) *in marg. c.* c) *e corr. c.* d) *manu* 4. e) *alia m. c.* f) *superscr. c., et ita constanter.* g) 9 a. *e corr. c.* h) *manu* 4? i) *alia m. c.* k) *linea et dimidia erasa c.* l) f. s. *e corr. c.* m) *superscr. sed del.* marchione *c.* n) *alia m. in loco raso c.* o) Adriano *scr. sed del. c.*

1) UB. nr. 34. 2) Lahkirchen. 3) UB. nr. 40. 4) Ib. nr. 38. 5) Ib. nr. 35. a. 1170. 6) Ib. nr. 46. 7) Ib. nr. 47. 8) Ib. nr. 48.

est nobis unum predium prope Rôr. [Huius[a] abbatis tempore magna fuit in ecclesia dissensio, quia intrusus per Diepoldum episcopum, fratrem suum, fratres mona[sterii] ad Lucium papam appellantes, cum breviter esset defunctus, per successorem eius Urbanum III. finem discordie acceperunt. Cuius litis scripta[1] require in libro de exceptionibus ecclesiasticis ante k.[b] Ieronimi].

1206. Chunradus de Sitensteten[c] 3 annis, postea deponitur.[*]

1209.[**] Gerhardus electus.[***]

1210.[†] Rudolfus 10[d] annis. Hic construxit cappellam beate Marie.[††] Huius tempore[†††] datum est nobis privilegium de ecclesia in Puchchirchen[2,*†] [Et[e] remissum perchreht de Plikersperg[3]. Et absoluta est ecclesia nostra ab oppressione advocatorum per Leopoldum II. ducem[4]].[**†] Item[a] absoluta est decima in Achlieten[f,5]. Item absoluta est steura in Mautarn[6].[***†] Hic[e] rediens a Roma Tervisii mortuus[d] sepelitur.

1221.[7,†*] Heinricus[††*] 17[d] annis. Huius tempore cepit renovari[†††*] nostrum monasterium.[*] Item[a] dominus Innocencius papa IIII. primo privilegio confirmavit ecclesie nostre bona[8]. Item[**] Rugerus episcopus dedit nobis Wæizch[irchen][9]. Item Fridericus II. imperator confirmavit libertatem ecclesie de advocacia a duce Leopoldo factam[10]. Item Ekhebertus[g] episcopus Babenbergensis[***] dedit[†] nobis in Gærstental hubam Saizhaw[11,††] [quam[h] Otto dederat]. Item Otto de Ror dedit nobis curtem Leupoldi que dicitur curia in Wæingarten[12] vel Selgræt[13].[†††]

*) *In marg. inf.:* Horum duorum, scilicet Manegoldi et Ch[unradi] negligencia vel malicia alienata sunt nostre ecclesie predia et ecclesie que minus continentur in privilegio Innocentii IIII. respectu privilegii Alexandri III; vel forte quia requisivit que Manegoldus in abbacia vel episcopatu alienaverat, est amotus. Hic Ch[unradus] quosdam homines de fisco transtulit ad censum 5 denariorum, ut habetur in annali vel Libro vite. Hic habuit usum infule. Item ecclesia nostra incendio penitus concrematur.

**) *Corr. sed del.* 1216. *In marg. sup. add.:* Huius electi tempore H. civis Anesi de familia ecclesie nostre volens peregrinari, delegavit nobis domum suam, que collata est ad censum pro talento iure hereditario, que dicitur auf dem cheler; *post:* et habet nunc Albero de Aschperch. *Add. sed del.:* Item Ulricus episcopus Pataviensis dedit nobis ecclesiam in Pûchch[irchen] ipsius labore, sub abbate Ch[unrado] videlicet, forte cum adhuc esset camerarius, non electus. *Praeterea:* Hic eciam designavit redditus pro piscibus in quadragesima.

***) *Superscr.:* cognacione de Achliten. †) *Corr. sed del.* 1224 (?); *in marg.:* 5. Non. Marcii.

††) *Inter lineas add.:* quam consecravit Eberhardus archiepiscopus Salzpurgensis anno Domini 1220.

†††) *Superscr.:* ab Ulrico II. episcopo.

*†) *Superscr.:* sub Honorio papa III.

**†) *In marg. inf.:* Huius tempore Innocencius papa III. habuit concilium Lateran. et fecit constitucionem: *In singulis provinciis* etc. [*post add.:* et hoc ideo, quia tunc novi ordines surrexerunt, in quibus plures viri et femine virtutum miraculis claruerunt, sancti Augustini et Benedicti professoribus graviter errantibus a patrum suorum preclarissimis institutis]. Item cepit ordo Predicatorum, qui per Honorium papam confirmatur 1216.[14] Item ordo Minorum fratrum 12 . . .

***†) *In marg.:* Abhinc abbatum ordo cognoscitur ex relatu.

†*) *Corr. sed del.* 1238; *et ita etiam sequentes anni correcti et post restituti sunt, quae nunc vix legi possunt.*

††*) *In marg.:* de styrpe comitum de Plæyn, monachus in Tegernse.

†††*) *In marg:* anno 1232. sub Friderico II. imperatore.

*) *In marg:* Item huius tempore Gregorius papa IX. habuit concilium et fecit constitucionem: *In primis ordinamus.*

**) *In marg.:* Item locus iste miraculis claret usque ad canonisazionem sancti Ch.[15] *Alia manu:* Hunc Heinricum usum habuisse infule, in eius sigillo circa annum Domini 1300. vidimus manifeste. Ad cuius evidenciam in ecclesie nostre armario reservatur. Hic Heinricus videtur predia in Halle contulisse duci Wawarie vel (?) eius antecessor 1237[g]. Require in antiquo registro. De monasterio construxit presbyterium. *Alia manu:* Obiit 3. Nonas April. *Et post:* in cappella sancte Marie sub lapide in medio est sepultus. Hiis temporibus floruit Ræimundus, qui decretales composuit iussu Gregorii pape IX.

***) *Superscr.:* huius abbatis consanguineus. †) *Superscr.:* vel reddidit. ††) *Superscr.:* vel forte Chæsaw[16].

†††) *Post add.:* Sancta Elizabeth canonizatur. Item sanctus Dominicus canonizatur anno 1233.

a) *manu β?* b) *i. e.* kalendaria? c) Sintenst. *corr.* Sitenst.; *post voc. erasum c.* d) *e corr. c.* e) *alia m. c.* f) Achliten, *superscr.* e *c.* g) Ekhebertus *c.* h) *post add. c.*

1) UB. nr. 41—45. 2) Ib. nr. 58. 3) Ib. nr. 53: *ut eadem vinea libera debeat esse ab eo iure quod dicitur perchrecht.* 4) Ib. nr. 54. 5) Ib. nr. 52. 6) Ibid. nr. 59. 7) Omittitur Bernhardus, qui sedit a. 1222—1230. 8) UB. nr. 74. 9) Ib. nr. 72. 10) Ibid. nr. 63. 11) *Kayseraw*, ib. nr. 67. Gaerstental regio circa Windischgarsten. 12) Ib. nr. 62. 13) i. e. seelgeräth, sed hoc loco curiae nomen. 14) Cf. Herm. Altah. 15) Ita legi videtur, quod fortasse: *Cholomanni* intelligi potest; sed apud Bern. sermo est de canonizatione sanctae Elisabeth. 16) *Chæseraw* Bern.; cf. n. 11.

1247. Ortolfus 9[a] annis; deinde deponitur*. Huius[b] tempore** dominus Innocencius papa IIII. confirmavit omnes ecclesias et res nostras altero privilegio[1]. Item Ulricus de Truchsen dedit nobis dimidii talenti redditus circa Perndorf et Pergarn[2].***

1256. Berchtoldus† 19[a] annis. Hic restauravit multa que fuerant in ecclesie rebus dissipata, possessiones eius obligatas sive in decimis sive pascuis sive in curiis redemit. Vexaciones ecclesiarum in Chirichperch et in Wæizchirchen[3] redemit. Utensilia ecclesiastica et ornamenta diversa redemit et nova fieri procuravit, multa edificia renovavit, libros scribi fecit. Domum infirmorum†† in 15 talentorum redditibus dotavit[4].††† Summa omnium debitorum solutorum et expensarum extenditur ad 600 talenta.*† Huius[c] tempore collati sunt nobis redditus in Karinthia[5].

1270. Fridericus [30.[d]][6].**† Huius tempore renovatus est rigor monastice discipline†*, et introductus usus artis musice, et recensiti omnes redditus ecclesie, et auctus census possessionum et ornatus ecclesie in libris, calicibus et aliis ornamentis, et omnes fenestre monasterii ....[e] vitris pulchrius decorate. Hic eciam pater abbas vexacionem piscature in Albensê[7] redemit. Ecclesiam in Caminata[8] in usum prebende fratrum conquisivit. Ecclesiam in Puchchirichen per monachos inofficiari procuravit vice ecclesie in Viehtwanch[9], que tamen ambe pristinis temporibus per fratres monachos procurabantur, ut nostra privilegia attestantur. Redditus custodie auxit. Duo paria antiphonariorum et unum minus in

*) *In marg.:* et privatam bonam vitam duxit usque ad tempora Friderici abbatis; quo presidente anno[f] plus aut minus 12, est defunctus.

**) *In marg.:* Fuit capitulum Salzpurge, ubi declarate et confirmate sunt constituciones predictorum pontificum Romanorum et addite: *Abbates* etc

***) *In marg.:* Obiit 5. Kal. Iun., sepultus in cappella sancti Egidii ante altare. — Item octava sancte Marie nativitatis est instituta. — Huius Ortolfi tempore creditur privilegium de infula abbatum nostrorum, quam habuit ipse, esse venditum [Ottoni[f]] episcopo Pataviensi a custode [Holinpergensi[f.10]], quia in sigillo antecessoris eius Heinrici vidimus ipsum [sedere[f] infulatum; ad cuius evidenciam] idem sigillum in armario iussimus reservari *(corr.* ecclesie reservatur). Huius etiam negligencia alienata sunt predia nostra, que minus continentur in secundo privilegio respectu primi privilegii Innocentii IIII. De monasterio construxit parietem dextrum in abside. Item concursus fuit ad reliquias sancti Ag[apiti] in cappella sancte Marie; [sed[g] cessare cepit]. Item tota provincia dissensionibus plena fuit multis annis, Friderico duce interfecto anno Domini 1246. *Fol. 94' in marg. sup.:* Hiis temporibus alienate sunt ecclesie [Vischenhaim[g] et] Chirichdorf et Wartperch, quia qui Stainchirchen[h] a Ber[toldo] habuerat factus episcopus Sekoviensis suo cappellano locavit nomine Martino, et[i] Ch[irichdorf] et Wart[perch] tenuit frater domini Wernheri de Slierbach eciam ab eodem; sed tamen et plebani de Stainchirchen pro Vischenhaim contenderunt et abbates pro Chirichdorf. *Alia manu:* Item sedes apostolica vacat plus quam tribus annis post Clementem IV.

†) *Superscr.:* nacione de Achliten, monachus Gerstensis

††) *Superscr.:* inchoavit et. †††) *Superscr.:* anno Domini 1272.

*†) *In marg.:* Huius tempore fuit concilium in Wienna, scilicet: *Frater Gwido* etc. tempore Clementis IV pape Item concilium Salzpurge, scilicet: *Ad honorem et gloriam* etc. Item huius tempore Alexander papa IV confirmavit ecclesie nostre bona, et singulariter Vorihdorf, Sancti Martini et Wæizch[irchen] Hic[11] quia fuit inscius nostre ecclesie dignitatum, alienacionem privilegii de usu infule parvipendit, quod in eius consecracione ostendi fuerat requisitum. *Deleta:* Fuit autem antea monachus Gerstensis et hospitalarius in Pirno

**†) *Superscr.:* nacione de Aich. *In marg.:* Huius[11] tempore fuit capitulum Salzpurge etc.: *Cum instancia* etc. Item: *In primis ut* etc. Item Patavie: *Quoniam sedes* etc. Item alia 2 capitula: *Singulis annis idem episcopus.* Item: *Nos Wernherus* etc. Item Salzpurge: *Nos Chunradus.* — *Post add. manu γ sed del.:* Hiis[12] temporibus dissensiones multe erant, Otachero rege Bohemie interfecto anno Domini 1279. Item Alberto interfecto 1309. *Alia manu, sed etiam post del.:* Hic abbas usum infule non habuit nec habere studuit, eius tamen tempore ipsum privilegium in sacrario Pataviensis ecclesie cum 16 et eo amplius aliarum rerum privilegiis cognitum [vere[g]] fuit[13]. Insuper et corpora sancti Tyburcii et Valerii et caput sancte Cecilie martyris nostre ecclesie esse rapta. ....[k] Huius tempore obierunt magister Chunradus et Otto plebanus de Wels, a quibus habuimus multos libros, maxime iuris, quos omnes fere vendidit. *In altera columna:* Ecclesiam Ryed, que hactenus dabat abbacie unam carratam vini, infirmarie deputavit. *Manu γ add. sed del.:* Item et testudinem fecit et 6 altaria in monasterio.

†*) *Superscr.:* licet non permansit sic in finem.

a) *e corr. c.* b) *manu β? Ante* dominus *post al. m. add.:* Item. c) *in marg. eadem ut videtur manu c.* d) 34 *eras.,* 30 *del. c.* e) *una linea erasa;* per fratrem Hertwicum *Bern.* f) *ita c.* g) *post add. c.* h) eas *corr.* St. *c.* i) et postea *corr.* Ch. et Wart. *c.* k) *linea erasa c.*

1) UB. nr. 76. 2) Ib. nr. 83. 3) Ib. nr. 93. 4) Ib. nr. 111. 5) Ib. nr. 106. 108. 109. 6) Sedit usque ad a. 1325. 7) Almsee; UB. nr. 125. 126. 8) Kematen; UB. nr. 149; a. 1304. 9) Ib. nr. 130. 10) Ap. Bern. ipse *Pellndorfer* dicitur. 11) Haec minus accurate a Bern. narrantur. 12) Haec etiam prius quam Bern. historia scripta esse, patet 13) a. 1308; v. infria Librum de orig. et ruina II, 2.

6 voluminibus, tria gradualia in tribus, totam bibliam in 4, librum matutinalem in duobus, librum Scolastice hystorie, Sententiarum Petri, duos missales, omnes sollempnes libros in singulis voluminibus et duos de computacionibus reddituum scribi fecit.

Huius[a] tempore anno Domini 1304. computatis redditibus sunt inventa[*] in nativitate sancte Marie 58 talenta denariorum et in aliis diversis temporibus 49 et 2 talenta werchart[b.1] et stainpf.[2], preter minorem [*]numerum quam talentum.[**] 100 carrate cervisie, et constituit pro urna cervisie et pro reschchorn[3] 10 denarios.[***] Caseorum 1917 caseos[†] preter wochendinst[4] et Gerstental, de[c] Oblarn. De caseis pro wochendinst 262[††]. Agni 300 preter 12. In epyphania porci 52 preter alia servicia.[†††] Redditus camere computati sunt ad 45 talenta denariorum[*†] preter[d] alia servicia. Redditus hospitalis 6 talenta denariorum.[**†] Redditus infirmarie 10 talenta[***†] preter[e] ecclesiam et decimas, que computantur ad 20 talenta. Redditus[f] pietancie 8 talenta. Redditus custodie ad 12 talenta preter[g] decimas et alia servicia. Huius eciam tempore aucti sunt redditus caseorum in Gærstental [et[h] predia ibidem].[†*] Hic eciam abbas venerabilis fecit[††*] 4 altaria in monasterio et ipsa consecrari fecit anno Domini 1298, in dominica Iudica, cuius precedenti sabbato dominus episcopus, qui altaria consecravit, ordines in nostro monasterio celebravit 120 diversi ordinis clericorum.[†††*] Item huius tempore H[i]. (?) custos renovavit crucem et caput sancti Agapiti. Item numerus monachorum tunc vivencium huiusmodi est inventus: 26 sacerdotes, inferioris ordinis professi [15[k] cum 2 sacerdotibus et tribus subdyaconis, qui . . . . adhuc . . . . eisdem . . . 6 p. . . . non professis, quos omnes predictus dominus episcopus suscepit ad ordinem preter 8].[*]

(f 95. — 1298. Mart 23 / Mart 22.)

*) *Superscr.:* de 18 officiis.

**) *Alia manu (γ?) add.:* Item de ecclesiis. *In sup. marg.:* currus pro vino ad Anasum 24, pro lignis 247, currus pro lignis ad cameram 3.

***) *In marg.:* Item domorum decimalium [de[l] 15 curiis] de quibus habemus decimas, curie . . .[m] hube . . .[m] mansi . . .[m].

†) *Superscr.:* de 19 curiis 9 t[alenta] et 60 cas., quod sunt 2000 (?).

††) *In marg.:* 900 cas. Item Gersten. Item ibidem swaige[5]. Item decima 270 [*manu γ:* domus] *Super* Agni 300 *scr.:* de 16 officiis.

†††) *In marg. sup. manu γ:* Hec habentur de . .[n] officiis et . .[n] curiis.

*†) *Superscr.:* Item curiam Sypp[ach][6]. Item decimam domorum.

†) *Superscr.:* Item decima domorum. *†) *Superscr.:* Item ecclesie 15 t[alenta]. Item decima domus.

†*) *In marg. sup. sub signo hic posito:* Item contracta fraternitas cum ordine Cysterciensi, cum ecclesia Lambacensi, [Glunicensi[l], Scotorum Wienne, domo Sancti Floriani et cum Neunburg]. Item renovata cum Mænnse et Altah inferiore et superiore.

††*) *Superscr. manu γ:* unam testudinem primis annis et postea. †††*) *In marg. manu γ:* Item postea duo altaria.

*) *In marg sup. manu γ:* Isto abbate mortuo anno etatis sue . . . et ordinationis . . .[n] inventi sunt fratres monachi. sacerdotes . . . dyaconi . . . subdiaconi . . . conversi . . . Item de ornatu ecclesiastico: calices casule . . . albe . . . stole . . . dalmatice . . . subtilia . . . cappe . . . omnium altarium duplicia ornamenta. Item libri theologici et musici omnes predicti, et insuper etc. . . . Item iuris canonici. Item logici. Item gramatici [prosaici[l], metrici]. Item astrologici. Item arismetici. Item geometrici. Item phisici. Item cronici.

Curie decimales 113, hube 148, mansi 1431 preter Sypp[ach]-celle[6] et inf[irmarie] et cus[todie et hosp[italis].

(f 96) Anacletus[7] 3. loco sedit Rome post beatum Petrum, qui constituit, ut clericus non nutriat comam nec barbam, et ut presbiteri honorentur et ut missam celebrantes testes habeant.

Euaristus constituit 7 dyaconos in Roma, et ut coniugium a parentibus publice sponsetur et a sacerdote benedicatur.

Alexander I. constituit, aquam aspersionis cum sale benedici, et in canone addidit: *Qui pridie* usque *hoc est corpus meum*, et ut vino aqua in calice misceatur.

Sixtus I. constituit, *Sanctus* cantari in missa, et ut corporale non fieret de serico, sed de lino candido.

Telesphorus constituit, 7 ebdomadas ante pascha a clericis ieiunari et *Gloria in excelsis* cantari et tres missas in die nativitatis Domini celebrari.

Igwinus constituit, ut unus patrinus et patrina suscipiat puerum a fonte etc., et clerum composuit et gradus Rome distribuit.

Pius[o] constituit, pascha nonnisi in die dominica celebrari. Huius tempore fuit sanctus Agapitus.

a) *alia m. vel certe alio tempore pergit c.* b) werch. *c.* c) et (*corr.* de) O. *in marg. c.* d) p. a. s. *del. c.* e) p. — ad 20 tal. *in marg. c.* f) R. p. 8 t. *del.* g) p. d. et a. s. *del.;* Item decima *superscr. c.* h) et p. ib. *alia manu. c.* i) H custos *erasa;* Item — Agapiti *post del. c.* k) *haec erasa c.* l) *post add. c.* m) *numeri deleti videntur.* n) *vacat c.* o) *haec in marg. eadem manu suppl. c.*

1) Cf. infra p. 674; ubi similia leguntur. De hoc vocabulo v. Schmeller, 'Bayer. WB.' II, p. 985; Lexer III, p. 773. 2) 'steinpfenning' ex Actis Pal. III, 265. affertur a Brinckmeier, Gloss. II, p. 577. 3) Schmeller II, p. 156. 4) Cf. UB. nr. 114: *iure excepto quod aput nos vulgariter nuncupatur wochendinst.* 5) schwaich, 'viehhof'; Schmeller II, p. 626. 6) Sibpachzell. 7) Quae in codice sequuntur hic minutis litteris exprimenda duximus.

Anicetus constituit, ut clericus non nutriat comam, et ut episcopus non consecretur nisi presentibus aliis tribus episcopis.

Sother constituit, ut nulla monacha sacras pallas tangeret, nec incensum, sed velum in capite portet, et ut non habeatur uxor, nisi a sacerdote fuerit benedicta

5 Eleutherius constituit, ut nullus a suo gradu eiceretur, nisi accusatus esset, et prohibuit, ne contra absentem sententia proferatur.

Victor constituit, sanctum pasca in die dominico celebrari etc.

Zepherinus constituit, ut omnes christiani duodennes in die pasche eucharistiam acciperent, et ut omnia vasa altaris essent vitrea vel argentea vel stagnea.

10 Kalixtus I. constituit ieiunia 4 temporum.

Urbanus I. constituit, vasa altaris esse argentea vel aurea vel stagnea.

Poncius etc. Post hunc Cyriacus, qui undecim milia virginum baptizavit, et quia papatum invito populo dereliquit, de episcoporum catalogo est deletus.

Antheros constituit, ut episcopi de loco ad locum transferri possint, et ut gesta sanctorum martirum scriberentur.

15 Fabianus constituit 7 notarios qui gesta martirum scriberent, et ut omni anno in cena Domini crisma consecretur.

Cornelius constituit, ut sacerdotes pro certa causa iurare possent. f. 96'.

Lucius I. constituit, ut duo presbiteri et 2 dyaconi semper sint cum episcopo.

Stephanus constituit, ut sacerdotes et levite sacris vestibus in usum cottidianum non utantur.

Sixtus II. constituit, ut missa super altare celebretur, quod antea non fiebat.

20 Felix constituit, missas super memorias martirum celebrari.

Euticianus constituit, ut fruges et fabe prime benedicerentur etc.

Gaius constituit, ut ordines in ecclesia sic ascenderent, ut quis primo fieret exorcista etc., et qui gesta martirum scriberent.

Marcellinus se ipsum deposuit. Huius tempore passus est sanctus Vincencius.

25 Marcellus constituit 15 cardinales.

Melciades constituit, ut nulla ratione in die dominico ieiunetur etc.

Silvester baptizavit Constantinum imperatorem et constituit, ut nullus laicus crimen clerico inferat, et ut dyaconi utantur dalmaticis, et corporale sit lineum

Marcus constituit, ut episcopus Hostiensis, qui papam consecrat, pallio utatur.

30 Damasus constituit, cantari *Gloria Patri*, quod Ieronimus composuit, et ut psalmi die noctuque in ecclesia cantarentur. Ambrosianum ritum canendi et antiphonas instituit.

Anastasius constituit, ut qui caret aliquo membro non fieret sacerdos, et ne sedeatur sub euvangelio in ecclesia, sed stetur etc.

Innocencius constituit, sabbato ieiunari et oleo sacro uti ad infirmos. Sanctus Alexius.

35 Lorinus[a] constituit, ne servus fiat sacerdos, et ut cereus in sancto sabbato consecretur etc.

Bonifacius constituit, ut nulla mulier altaris pallam sacram tangeret etc.

Celestinus constituit, ut psalmus *Iudica me* ante missam dicatur, et sancta Maria theotocos appelletur.

Leo I. doctor[b] addidit in canone *Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.*

Hilarius constituit, ut nullus episcopus sibi substituat successorem.

40 Simplicius constituit, ut nullus clericus investituram a laico accipiat

Felix III. constituit, ecclesias ab episcopis consecrari.

Pelagius prefacionem composuit: *Vere dignum.*

Simachus composuit: *Gloria in excelsis.* Sanctus Paschasius, Remigius episcopus et Boecius.

Felix IIII. constituit, ut infirmi morituri oleo inungantur.

45 Bonifacius II. constituit, ut clerici sint divisi a laicis in missa. Sanctus Maurus. f. 97

Agapitus I. constituit processionem die dominica.

Vigilius constituit, missam versus orientem dici.

Gregorius I. doctor terrestris angelus est vocatus et Anglorum apostolus; in canone addidit: *Diesque nostros* etc.

Savinianus constituit, horas diei in ecclesia pulsari.

50 Bonifacius III. constituit, ut candidus pannus super altare ponatur

Bonifacius IIII. constituit festum omnium sanctorum

Theodorus constituit, cereum in sancto sabbato consecrari, et librum penitentialem edidit

Leo II. constituit, pacem dari in ecclesia post *Agnus Dei.* Hic fuit eloquentissimus.

Sergius I. constituit, ut *Agnus Dei* ter cantetur in missa. Sanctus Kylianus martir.

55 Adrianus sedit Rome 98. loco post Petrum apostolum, cuius tempore Tassilo dux construxit nostrum monasterium anno Domini 777, et suum filium ab ipso papa baptizari procuravit, et corpus sancti Agapiti martiris ab eodem sibi dari petiit et nobis adtulit. [Hic[c] Karolo investituras ecclesiarum contulit, quas Simplicius papa fieri prohibuit ante ipsum].

ANNALES BAVARICI

ex cod. Monacensi.

60 Item anno Domini 1080 (?)[d]. tanta irrupit aquarum inundacio, ut omnia semina in latere Danubii posita penitus delerentur. Eodem anno tam larga nivium exuberavit super faciem terre copia, ut in montosis locis edificia transcenderet et obrueret[e].

a) *ita c.* b) *in marg. suppl. c.* c) *alia manu add. c.* d) *ita c., cuius anni partim aperte falsi sunt.* e) obruere etc. *c.*

Anno Domini 1084 (?). Eciam universa plaga famis caristie maxima per totam Almoniam prevaluit, ut multi homines pre horribili[a] fame mortui sunt in campis, in plateis; hoc erat post obitum regis Otachri. 1230?

Anno Domini 1084 (?). Tanta ariditas[b] et siccitas erat, ut circa festum Iohannis baptiste universe segethes meterentur. Eodem anno circa assumpcionem beate Marie virginis vindemie sunt quasi universaliter inchoate. Inundacio magna hyemali glacie recedente facta est, ita ut aqua flueret super muros aliquos in castro Crembs. (A Claustron. 1173)

Anno Domini 1231. Magna pestilencia fuit inaudita, que pene universum mundum vastavit.

Anno Domini [1]230. Tota hyeme illa tanta asperitas inhorruit, ut multi fluvii, qui ante large fluebant, a fundo usque ad summum ita indurescerent pre frigore, ut fluere desinerent, circa tempus vero vernale cum solveretur glacies, Danubius ex multitudine glaciei et habundantia aquarum excessit terminos suos; turres, muros[c], domos, pomeria, arbores subvertit horreaque multa extinxit et agros a se remotos vastavit, replensque omnia glacie immensi ponderis, quod glacies per magnum tempus ipsius anni duravit.

Anno Domini 1252. Fames prevaluit in terra, et in tota Austria frumentum valde carum fuit.

Anno Domini 1309. Stephanus dux Wawarie obiit; cui successit Otto, frater suus; qui Steffanus reliquit duos filios, Heinricum et Ottonem.

Anno Domini 1347. Ludwicus dux Wawarie supradictus eligitur in regem Romanorum. Cui in ducatu Wawarie successerunt filii eius Stephanus et Adalbertus[d].

a) horribi *c.* b) arrid. *c.* c) mures *c.* d) etc. Finit foeliciter *in fine voluminis add. c.*

BERNARDI, UT VIDETUR, LIBER DE ORIGINE ET RUINA MONASTERII CREMIFANENSIS.

INCIPIT PROLOGUS.

(f. 45.) Devotissimi obsequium desiderii et affectus plenitudinem, quam erga locum nostrum, qui Chremsmunster appellatur, religio fundatorum exhibuit, necnon impiissimi maleficium negocii ac defectus amaritudinem, quem corrupcio destructorum exercuit, recolentes, trahimur in diversa, omnesque fideles ecclesie sancte Dei nostris affectibus suis animis sociari, obnixius deprecamur. Narramus siquidem cum tripudio animarum seriem rerum gestarum et cum diluvio lacrimarum elegiam sive planctum, sicuti a venerabilibus viris senioribus nostris accepimus et a nobilibus ecclesie didicimus, preambula veritate, qualiter scilicet ecclesia sancti Salvatoris mundi sit primo nobiliter inchoata per illustres principes Wawarie atque reges, et postea miserabiliter dissipata per diversos adversorum eventus flebiles et iacturas. Dignum namque fore arbitramur, ut ea, que de nostris primordiis olim in archivis nostre ecclesie habebantur, postquam per predonum violencias sunt direpta, prout a maioribus nostris intelleximus, post futuris fidelibus intimemus, quanta scilicet et qualia audivimus et cognovimus ea et patres nostri narraverunt nobis, ut cognoscat generacio altera, filii qui nascentur enarrabunt filiis suis, ut ponant in Deo spem suam et non obliviscantur operum eius, ne fiant sicut patres eorum generacio prava et exasperans, certitudinem referendorum scripturis vetustissimis declarantibus et picturis. Nec inmerito hiis fidem adhibemus, cum multa solo relatu percepta sint litteris commendata, uti sunt euvangelia secundum Marcum et Lucam et liber Dyalogorum beati Gregorii, que solum sunt cognita ex relatibus seniorum. Dicitur enim Eccli. 9: *Ne despicias narracionem presbyterorum* etc. Et iterum: *Non te pretereat narracio seniorum, et ipsi a senioribus suis didicerunt.* (Eccl. 8, 9. 11.) Item dicit beatus Gregorius in Registro[1] ad Serenum episcopum in hec verba: *Idcirco pictura in ecclesiis adhibetur, ut hii qui litteras nesciunt in parietibus videndo legant, que in codicibus legere non valent.* Et subinfert: *Quatenus litterarum nescii habeant, unde scientiam hystorie colligant.* Hystoria[2] quidem est testis temporum, lux veritatis, magistra vite, vita memorie, nuncia vetustatis.

(* f. 45'.) Hanc vero narracionem in duas *partes distinximus, in prima dicentes que occurrunt circa ecclesie constructionem, in secunda que faciunt ad eius destructionem. Et sic earum capitula ordinamus, scilicet de genealogia fundatoris, de provincia eius principatus, de origine Wawarorum, de terminis Wawarie, de religione fundatoris in monasterns construendis, de origine nostre fundacionis, de amenitate loci litteraliter, de situs pulchritudine spiritaliter, de patroni sublimitate, de institutis monachicis, de donacionibus

1) IX, 105. 2) Cicero de orat. II, 9, 36.

munificis, de principatu episcopii, de principatu territorii vel provincie, de loci nostri dignitate ac incolarum seu regencium potestate. Et hec erunt 14 capitula prime partis. Porro in secunda parte dicetur generaliter primo de ruina ecclesie, deinde de irrupcione Ungarorum, de violencia episcoporum, de dilapidacione prelatorum, de flagellis Dei, de lamentacione predictorum; et addetur ad ultimum conclusio 5 premissorum.

EXPLICIT PROLOGUS.

INCIPIT NARRACIO DE ECCLESIA CHREMSMUNSTER. PARS PRIMA DE CONSTRUCTIONE ECCLESIE.

1. De fundatoris genealogia.

10 Igitur cum preciosus illibate virginis uterus rore divini numinis irrigatus lylium celi de rosaceo Genitoris in se incorporandum sacris visceribus suscepisset et ad humanos obtutus suum florem purpureum carneo tectum velamine produxisset, ipse flos matris, sapiencia Dei patris, dominus Ihesus Christus mensam posuit, videlicet aram crucis, in qua ipse granum frumenti mortuum uberem consurgeret in segetem fidelium populorum, quam multiplicatam in ecclesia tandem reconderet in horrea celestium mansionum. 15 Hinc surrexerunt viri virtutum de eadem segete populorum in corpore suo, quod est ecclesia, qui tamquam brachia religionis et alumpni fidei christiane amicos sibi fecerunt de mammona iniquitatis, de rebus sibi temporaliter commendatis ecclesias fabricantes, monasteria construentes ibique multitudinem personarum die ac nocte Domino famulancium adunantes. Inter quos clarius emicuit splendidum celi sydus, rutilans mundi lampas, nostre fundacionis mirificus architectus, dominus princeps terre Tassilo, 20 dux illustris, paterne nobilitatis ac devocionis strennuus emulator, quem apice insignis prosapie naturalis gratia gloriosius investivit. Nam a clarissimis ac beatissimis Francorum ac Wawarorum principibus extitit *oriundus. Docet enim nos scriptura divina, in hiis qui predicabiles sunt non solum mores, sed *f. 46. eciam parentes oportere laudari, ut velut transmissa hereditas puritatis in hiis quos volumus laudare precellat. Non solum igitur a parentibus, sed eciam a maioribus Tassilonis, huius nostri fundatoris, 25 nobilitas propagatur, non tantum seculari potestate sublimis, sed et religionis successione venerabilis. Pater nempe eius fuit dominus Utilo, munificus dux Wawarie, qui fuit sextus a Theodone tercio huius nominis, quem sanctus Rudbertus baptizavit circa annum Domini 617. sub Deusdedit papa et Heraclio imperatore. Mater vero ipsius fuit filia Karoli primi cognomento Fortis, qui alio nomine dictus est Tutides, soror scilicet Pippini secundi. Qui Pippinus cum esset maior domus Francorum, factus est rex 30 post Hildericum regem per Zachariam papam, qui Hildericus fuit decimus a Clodoveo, quem sanctus Remigius baptizavit cum gente sua circa annum Domini 487, tempore Symachi pape. Hinc manifestum est, quod ex utriusque parentis linea de regali prosapia et virtuali sanctimonia est exortus. Nam si lineam Utilonis retro percurramus, invenimus, quia eius antecessores Garibaldus et Tassilo reges erant, et quia ipse sanctum Wivilonem transtulit Pataviam de Laureaco ac construxit cenobium Altahense. 35 Proavus quoque eius Theodo IIII. sanctum Corbinianum episcopum transtulit in Frisingam. Porro ex linea matris eius Karolus Fortis, ipsius avus, primus regnum Francie est adeptus, genitus de Pippino, cui per Zachariam regnum Francie est donatum[1]. Qui Karolus fuit nepos sororis sancte Gerdrudis, scilicet de Angiso, maiore domus regis Francie post Ebroinum, qui sanctum Leodegarium episcopum interfecit tempore Lotharii, filii Dagoberti I. Angisus autem fuit filius Arnulfi, cuius festum recolitur 17. Kal. 40 Sept. Dagobertus quoque iste est, qui Wawaris imperans leges dedit. Fundator itaque noster dux fuit et ducis filius, ne rex dicam.

2. De provincia principatus eius.

Wawaria, que et Noricus dicitur, non tantum provincia, sed et regio olim fuit, quia conprehendit alios principatus. Ipsam nempe Warwari inhabitantes, cum essent coniuncti diversorum provinciis popu- 45 lorum, quorum gentes non minori quam illi feritate invicem crassabantur, *pacis inpacientes et semper *f. 46'. mutuo dissidentes, nunc victi, nunc vincentes secundum varios casus belli, suos terminos dilataverunt, mutaverunt aut etiam diviserunt, idem de suis vocabulis facientes. Hanc quoque Ister fluvius, qui et dicitur Danubius, perlabitur, ut videmus, qui secundum Ysidorum 13. Ethimologiarum[2] a Germanicis iugis et occidentalibus Wawarie partibus oritur, et inde pergit contra orientem. Qui dum per innumeras 50 gentes vadit, et suum et gencium nomen mutat. Sunt autem aut Germani large aut Alemanni inproprie aut Warbari proprie et duro nomine vel Woarii apciori vel Wawari meliori et communi vocabulo nuncupati. Terra vero quam incolunt Noricus est vocata, secundum Ysidorum[3] ab agro frigido, quasi nocens cultoribus, dum steriles affert fruges. Sciendum quoque, quod secundum hystoriografum[4] eadem provincia Warwaria vocatur a populi feritate; qui[5] olim ab Armenia venientes, expulsis incolis ibi sederunt et 55 sibi nomen dederunt a Wawaro suo duce. Sed postea Norix, filius Herculis, hanc expugnans tempore Gedeonis, et civitatem edificans, Noricum appellavit tam urbem quam regionem. Hec[6] vero civitas postea a Tyberio reparata Tyburtina est vocata, que nunc Latine Ymbripolis vel vulgariter Regenspurch

1) Pippinus pater Karoli Martelli et Pippinus rex confunduntur. 2) XIII, 21. 3) XIV, 4. 4) Nescio, 60 quem intelligat. 5) Haec ex V. Altmanni c. 28, SS. XII, p. 237, sumta sunt. Cf. Acta S. Quirini, Pez, Thes. III, 3, p. 492. 6) Ibidem.

a flumine Regen, qui ibi Danubium influit, vel Ratispona a ponendo et figendo rates cum mercibus venientes, generaliter appellatur. Item Noricus[1] Ripensis ipsa regio vocatur, quia subductis montibus ripa Danubii undique arvis et vineis fecundatur. Hec et Orientalis dicitur, quia versus orientem respicit. Item eadem Ostrogochia a gencium nomine appellatur. Wawaria autem tunc proprie dicebatur provincia que est ab Aneso flumine et civitate usque ad Licum fluvium, qui eam ab Alemannia dividit. Verum provincia que est inter Saxoniam et Danubium et Salam fluvios, que nunc Saltza dicitur, Germania est vocata, et hec a Francis orientalibus habitatur. Hec ipsa Sala vel Saltza preterfluit civitatem Iuvavium, que nunc ab eodem flumine Saltzpurga dicitur, ubi quondam fedus initum est inter Karolum Magnum et Nicephorum imperatorem Constantinopolitanum[2]; ubi item Karolus fecit *palacium imperiale.

3. De bellicis viribus Wawarorum.

Invenitur autem in hystoriis et ante incarnacionem Salvatoris mundi et postea pluries nomen Wawarie et ducatus, et quod a Romanis inter alias provincias sit subacta, et quod eisdem nonnumquam cum nobili victoria rebellavit. Legitur nempe[3], quod Iulius Cesar, qui fuit tercius ante Octavianum, multa prelia cum Gallis et Germanis commisit, et sepe vincens sepiusque victus, totam Galliam et Sueviam omnemque Germaniam cum duce Wawarie Boemundo subdidit dominio Romanorum. Deinde sub Augusto, sub Tyberio, sub Iuliano et sub Constantino imperatoribus aut ipsa per se aut cum aliis provinciis est subacta, presidibus ibi datis. Quorum Licinius sanctum Maximilianum archiepiscopum Laureacensem sub Numeriano[4], Aquilinus sanctum Florianum tribunum sub Dyocleciano Christi martires cum multis aliis occiderunt[5]. Geroldus quoque preses post Tassilonem, nostrum fundatorem, ibi a Karolo ordinatur. Interea contigit, quod Wawari cedentes tyrannidi Romanorum, vel terre sterilitatem vel seviciam Ostrogothorum fugientes, in exilium secesserunt. Tandem cum Huni ac alie naciones Romanos infestarent, vires et animum resumpserunt et sub quodam duce suo nomine Theodone I, partim exclusis, partim sponte Italiam repetentibus Romanis, ad sedes proprias redierunt[6]. Quos rursus impugnantes Romani, apud Ôtingam sunt fugati[7]. Iterum Severus imperator cum suis ab Algero duce Wawarie in campo Brixinensi viriliter est prostratus[8]. Exhinc ergo tam viribus quam dignitatibus profecerunt, adeo ut eorum ducatus ad regiam surgeret potestatem, et essent federati Longobardis pariter atque Francis. De quo plenius in ordine ducum scribam. Siquidem habetur in cronicis[9], quod Autarith rex Longobardorum duxit uxorem Theodelindam, filiam regis Wawarie Garibaldi, et quod eidem Tassilo rex succedens per Hildebertum, fratruelem Guntrammi, filii Clodovei, Sclavorum provinciam subiugavit. Hec est Theodelinda christianissima, ad quam beatus Gregorius papa scribit[10].

4. De terminis Wawarie.

Cum autem per successiones temporum sepius fieret divisio regionum inter filios seniorum, terminosque suos quilibet intenderet *dilatare, et Romana sedes a gentibus maxime Longobardorum, Gothorum et Hunorum nimium premeretur, Karolus Fortis, maior domus Francie, a papa accersitur in auxilium contra ipsos, cui eciam exigenti dedit in subsidium decimas ecclesiarum conferre militibus et spem regni, quod in suo filio adimplevit. Sed cum principes Wawarorum Longobardis amicicia essent iuncti, Karlomannus, qui post patrem Alemanniam est sortitus, Utilonem ducem Wawarie preliis occupavit. Cui iterum federatus Pippino fratri totum regni negocium dereliquit, et ipse sancte conversacionis habitum assumpsit in cenobio Cassinensi. Iste Pippinus Tassilonem, filium eiusdem Utilonis et sororium suum, nostre ecclesie fundatorem, Wawarie ducem fecit, ab ipso accipiens fidei sacramentum. Quod tamen non digne, proh dolor! conservavit, nec sibi nec suo filio Karolo imperatori, instigatus per Leupirgem uxorem suam[11], que patris sui Desiderii regis Longobardorum exilium, quo eum Karolus pepulerat apostolicam sedem tuens, voluit vindicare. Propter quod in iudicio Karoli in die pasche per Adriani pape sentenciam condempnatus[12], monasterium, quod ipse construxerat, Laurishaim ingressus, cum Theodone suo filio, quem idem Adrianus baptizaverat, tonsuratur. Ubi tam religiose vixit quam spontanee introivit. Ex hiis manifestum est, quod Wawaria regio quondam fuit, cui Tassilo imperabat. Porro cum distincte eius tunc terminos ignoremus, certum tamen est, quod Reciam, Wawariam et Sclaviniam, Karinthiam quoque, quam ipse edomuerat[13] nobiliter, obtinebat, in quibus sunt episcopatus Augustensis, Aistetensis, Frisingensis, Ratisponensis, Pataviensis, Saltzpurgensis et abbatie plurime, quas construxit. Dominabatur eciam trans Renum, ubi Utilo pater eius monasteria fundavit circa civitatem Gengebach in dyocesi Argentina, iuxta monasterium Hiersaugiense et Swartzwald Sancti Blasii[14].

5. De religione eius in monasteriis construendis.

Hic est Tassilo, qui, ut dicit hystoriografus[15], in divino servicio ampliando devotissimus existens, celebria monasteria construxit, scilicet Chremsmunster, Laurishaim, Wetzenprunn. Item construxit Mænnsê, Enstorf, Matse et cenobium monialium Patavie in honore sancti Pantaleonis, propter quod et

1) V. Altmanni l. l. 2) Cf. Ann. Einh., alios, qui de Salz Franconiae villa dicunt. 3) Librum 'Kaiserchronik' intelligere videtur. 4) Cf. Auct. Cremif. a. 283, SS. IX, p. 550, et supra p. 620. 5) V. Vit. S. Floriani, Pez, SS. I, p. 36. 6) V. Hist. ducum a. 508. supra p. 624. 7) Ibid. a. 520. 8) Ita 'Kaiserchronik'; cf. 'Sächs. Weltchronik' c. 56, p. 107. 9) Cf. Paul. H. Lang. III, 30; IV, 7. 10) Ib. IV, 5. 9. 11) Ann. Einh. a. 788. 12) Haec minus recte tradita; cf. infra p. 660. Hist. ducum. 13) Cf. Ann. Sal. a. 772. 14) Haec mire confusa. 15) Fortasse idem quem c. 2. laudavit.

nos de ipso historiam propriam *decantamus. Item dicitur construxisse . . . . *f. 48
. . . .* Pataviensem quoque civitatem restaurans, episcopalem sedem, que apud Laureacum antea erat, inibi exaltavit et sanctum Valentinum illo[a] transtulit de Tridento[1].** Sanctum quoque Corbinianum retulit in Frisingam[1].
5 Et quia sedem episcopalem et Pataviensem civitatem diviciis et gloria sublimavit, nostra ecclesia inter omnes sibi subditas abbacias hactenus habuit primum locum. Unde Ulricus episcopus, successor Manegoldi, in privilegio ita scribit[2]: *Quoniam suscepti regiminis* etc. Et infra addit: *Hinc est, quod devocionem et servicia, que habemus a monasterio Chremsmunster, quod et speciali iure nobis adtinet* etc. Et Rugerus similia verba scribit[3], dicens: *Cum ad regimen* etc. Et infra: *Reco-*
10 *gnoscentes, quod eidem ecclesie*, scilicet in Chremsmunster, *eo quod de corpore Pataviensis ecclesie sit creata, in suis necessitatibus adesse teneamur, specialiter cum effectu* etc. Licet hec verba sint pocius usurpative potestatis quam devote veritatis. Verius enim primus diceret: 'cui speciali iure astringimur', et alter: 'eo quod de corpore suo Pataviensis ecclesia sit ditata', quod ita esse inferius apparebit.*** Hic est inquam Tassilo, in cuius epytaphio veraciter positi sunt hii versus:

15 *Tassilo dux primum, post rex, monachus sed ad imum.*
Ydibus in ternis discesserat iste Decembris.

Hec dicta sunt, ut clarescat huius nostri auctoritas fundatoris, cui addimus et alia in preconio loci nostri per ordinem disserenda, que sunt situs amenitas, patroni sublimitas, rerum pluralitas et incolarum dignitas.

6. De origine et causa fundacionis monasterii Chremsmunstrensis.

20 Sane monasterium istud nostrum fundator cepit construere hac ex causa. Nam cum excellens Tassilo idem dux quodam tempore hyemali apud Laureacum, ubi Anesus fluvius Wawariam a Pannonia tunc temporis separabat, moraretur, cui illis diebus vicina silva et vasta heremus adherebat, diversis habundans bestiis atque feris, strennue agilitatis iuvenis Guntharius, eius natus, considerans oportunitatem *temporis *f. 48'
atque loci, de assensu patris illo venatum ivit, comitibus negocio commodis secum sumptis. Qui dum
25 per vastitatem silve feras aliquanto remocius insectatur, silvestrem suem repperit et in loco, ubi fons qui nunc Gundræich dicitur, forte ab eventu necis et a nomine principis sic vocatus, limpidas fundit aquas, ipsum solus aggreditur, casu famulis absentibus, et cuspide hunc transfodit. Bestia vero ex ferientis vulnere irritata, ferociter acutos retorquet dentes et in sura pedis percussum iuvenem letaliter, proh dolor[1] sauciavit, sicque homo ac fera pariter corruerunt. Catulo autem quodam, qui sequi dominum
30 consueverat in venatu, Laureacum redeunte, cum hec innata canibus sit natura, ut amisso domino domum redeant non reducti, ex gestu sui corporis ac sono gutturis quiddam triste suo domino indicat evenisse, quo facile in horrorem omnium animi verterentur, presertim cum abesse inclitum cernerent domicellum. Misit ergo pater anxius satellites suos ad querendum filium circumquaque. Qui sequentes vestigia catuli precedentis, venerunt ubi exanime corpus iuvenis cum occisore suo pariter et occiso terre humero ad-
35 herebat. Quo viso, cunctorum in celum voces cum lacrimis elevantur. Huius rei triste omen cum pater ac proceres cognovissent illuc venientes, deliberare ceperunt, ubinam tam carum funus condecenti traderent sepulture. Porro sapiencia Dei Deus, qui ex tristibus quorumdam eventibus eternam salutem pluribus operatur, cum in hoc Wawarie provincie territorio incolis huius loci animarum commoda providisset, intempeste noctis silencio pater cum suis circa funus excubans cari nati, vidit cervum quendam
40 a vastitate silve venientem et in erectis cornibus candelas igneas ostendentem ac in loco ipso cominus subsistentem, quem dominus Deus nostre structure atque defuncti corporis preordinaverat sepulture. A quo loco divelli non potuit a quoquam, donec presagii secreta ad veritatis intellecte coniecturam publice deferrentur. Hinc mane facto corpus iuvenis cum debitis exequiarum sollempniis terre gremio commendatur, ibique lignea basilica primitus fabricatur, que deinde surrigitur *in culmen monasterii *f. 49.
45 sumptuosi. Deinde fragiles homines, sed celesti conversacione sublimes, congregantur in unum, prodeunt in altum habitacula monachorum, monasterii fastigia exaltantur, altaria sacra consurgunt, augetur devocio, et multiplicatur numerus devotorum. Ecce ex hac causa plantacio ecclesie Chremsmunstrensis est incepta et nobiliter cum sollempni scemate consummata a predicto et sepius dicendo principe Tassilone anno ducatus sui 30, indictione prima et anno primo ducatus sui filii Theodonis.

50 7 De amenitate situs loci litteraliter.

Hic situs loci videtur narracioni congrue inserendus, qui tripliciter sumi potest, scilicet aut generaliter aut specialiter aut singulariter. Generalis locus nostri monasterii est Wawaria, specialis Traungæu, singularis mons super Chremsam. Itaque nostrum monasterium situm est in territorio cuiusdam alia pagi

*) *Lineis 6 vacuis relictis, alia manus post suppl.:* Nunnenwerd[b. 4] et aliud monasterium monialium circa
55 Ætel, Benedictenpaeurn, Pernried, Polling, Rot et aliud Rot, Tierhaup, Nernshaim, Swæbischwerd.
**) *In marg. superiore add.:* sicut pater eius Utilo sanctum Wivilonem archiepiscopum Laureacensem inibi deportavit[5].
***) *In marg. add.:* Hic est Tassilo, de quo scribitur in libro synodalium statutorum in hec[6]: *Anno 27. regni gloriosissimi ducis Wawarie Tassilonis, pridie Ydus Oct. habitum concilium in Niunh . . . .*[c],
60 18 scilicet capitulorum.

a) *superscr.* sue *c.* b) Nunnenwert *corr. m. eadem* Nunnenwerd *c.* c) *quaedam a bibliopega abscisa; lege* Niunhing

1) Cf. infra Hist. ducum. 2) UB. nr. 59. 3) Ib. nr. 72. 4) Cf. infra p. 660. Hist. ducum. 5) Cf. infra. 6) LL. III, p. 464.

Traungæu dicti, Wawarie provincie, Germanie regionis. Wawaria autem est provincia Germanie superioris, ab oriente habens Austriam, a meridie Karinthiam, ab occidente Alemanniam, ab aquilone Turingiam. Traungæu est pagus Wawarie, ab oriente habens Austriam, a meridie Styriam, ab occidente Wawariam, a septemtrione Bohemiam. Quarum provinciarum populi inter se dissident ut frequenter. Mons ipse, in quo situm est monasterium, habet ab oriente camporum planiciem, a meridie convallium uliginem, ab occidente collium et Alpium vertices, ab aquilone montes et foncium radices. Tanta quoque horum locorum est amenitas, ut hystorice considerata omnium intuencium animos in sui excitent ammiracionem, corpora recreancia fatigata, et moraliter intellecta incolarum animas celesti imbuant conversacione, mentes erigencia ad superna. Corporeos namque sensus omnes delectare habent, dum visum letificant prata et nemora virencia, auditum avium modulamina, odoratum herbarum salubrium fraglancia, gustum fructuum dulcedo et piscium et diversorum animalium ferina, tactum et incessum indifferenter omnia. Preterea loca tam continencia quam contenta recencium aquarum dulcedine ac *salubriori aere plenius infunduntur. [*f. 49] Germania quidem Reno, Albia et Rodano fluviis ambitur, Wawaria Danubio, Eno, Vilsa, Isara et Regana munitur, Traungæu Truna[1], Albina, Lautach . . . .[a] perlabitur, mons ipse Chremsa, Sultzpach, Sippach, Aitterpach, Piselpach et Pæutenpach rivulis[b] irrigatur. Que flumina nichilominus habundant piscibus saporosis. Nec mirum, quin eciam ipsa pars mundi tercia principalis Europa, id est bona ripa, a veteribus congrue est vocata. Denique tanta erat primitus elegancia huius loci, ut ei conveniret, quod de possessionibus Loth dicitur Gen. 13: *Elegit sibi Loth regionem circa Iordanem, que universa irrigabatur, antequam Dominus subverteret Sodomam et Gomorram, sicut paradysus Domini.* [Gen 13, 11. 10] Bene sicut paradysus Dei erat, id est ortus deliciarum, quia nobili inhabitancium multitudine pollebat, erat salubris aere, iocundus flumine, fecundus terris, vineis uber et arboribus nemorosus.

8. De amenitate loci spiritaliter.

Qualiter autem animas nostras hec instruant conversacione celica, ita patet. Naciones provinciarum vicinarum, que semper inter se discordant, signant vicia, que cottidie nos impugnant. Contra quos orat Psalm. dicens: *Iudica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me.* [Ps 34, 1] Item de eis conqueritur dicens: *Inimici mei animam meam circumdederunt* etc. [16, 10.] Sicut autem quilibet homo ex naturali conspersione magis appropinquat singule qualitati et ex illa vicio consequenti, sic et congregacio populorum. Propter quod, ut salva pace eorum dixerim, quidam sunt ex hiis, quibus inest aut ex natura aut ex causa, ut sint tenaces, per hos signatur avaricia, iuxta illud Proverb. 15: *Qui sectatur avariciam, conturbat domum suam;* quidam, ut sint contenciosi et rebelles, et per hos signatur ira, iuxta illud in eodem: *Vir iracundus provocat rixas;* quidam, ut sint astuti, ne dicam dolosi, et per istos invidia designatur iuxta illud Proverb. 14: *Putredo ossium invidia;* quidam, ut sint rebus[c] copiosi, per quos gula exprimitur iuxta illud Sapiencie 2: *Venite, fruamur bonis, inebriemur vino.* Item alii sunt indiscreti, qui significant accidiam secundum illud Proverb. 20: *Piger abscondit manum sub ascella* etc. Alii sunt lascivi, qui *designant luxuriam [*f. 50.] secundum illud Sapiencie 2: *Coronemus nos rosis; nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.* Alii quoque se esse nobiles gloriantur, ceteros[d] opprimentes, qui significant superbiam secundum illud Proverb. 13: *Inter superbos semper sunt iurgia.* Hos viciorum hostes non minus debemus quam gencium gladios precavere et contra hec virtutibus nos armare secundum illud apostoli ad Eph. 6: *Induite vos armaturam Dei* etc. Et iterum: *State succincti lumbos vestros in veritate* etc. Et iterum ad Col. 4: *Deponentes omnem iram* etc. Fluvii vero, qui provinciam circumfluunt et influunt, mystice nos hortantur ad amorem sapiencie, que vincit maliciam secundum illud Ecclesi. 24: *Ego sapiencia effudi flumina.* De qua dicit Salomon: *Hanc amavi et quesivi a iuventute mea et amator factus sum forme illius.* [Sap. 8, 2] Debemus eciam habere prata et nemora virencia, id est pulchritudinem diversarum virtutum per fidem ad contemplacionem celestium perducentem, cantus avium, id est castimonie suavitatem per temperanciam, que sola cantat canticum, quod nemo alius canere valet. Item debemus habere odorem herbarum, id est exempla bonorum operum proximis demonstrare, per que ad iusticiam informentur. Item fructuum et ferine dulcedinem, id est afferre fructum paciencie in adversis et tenere perseveranciam in bonis per exercicium caritatis quoad proximum et ad Deum, que in terris rara sunt et cara, sicuti est ferina. Item debemus habere camporum planiciem, id est pacem animi et quietem per fortitudinem, ac convalles humilitatis, colles sancte spei; montem et in eius radice fontes, id est fidem domini Iesu Christi, qui est preparatus in vertice moncium, per prudenciam procul aspicientes Dei potenciam venientem, a quo fluit fons[e] aque salientis in vitam eternam. Unde dicitur Ecclesi. 24: *Ego quasi fluvius Dorix* etc.

Item locus ipse singulis[f] situs est supra montem et infra montem, quem in convallibus fluvius allabitur, ad signandum, quod hii qui in eo habitant meminerint, se Deo subesse debere et eius vestigiis adherere, cum Psal. dicentes: *Michi autem adherere Deo bonum est et ponere in eo spem meam,* [Ps 72, 28] quod scilicet ab ipso fluant flumina omnium graciarum. Item meminerint, se calcare voluptates preterfluencium rerum mundi, ne *corruant in flumen eterne miserie, [*f. 50'.] qui circa eius declivum, scilicet corporis mortem, fluit. Hunc mysticum huius loci situm in se plures antecessorum nostrorum laudabiliter ostenderunt, quod patet, quia ex eis plurimi sunt salvati, miraculis, que per eos fiunt, adtestantibus, quód sint ante Dominum sublimati gloria et honore. De quorum numero sunt sanctus Wisinto, Erchembertus, Rainboto, Gerhardus, Ditricus, Alramus et alii quam plures. Sic igitur patet amenitas huius loci.

a) *spatium 12 litt. vacat c.* b) *e corr. c.* c) r. c. *in litura c.* d) c. o. *in marg. add. c.* e) a f *signo transpositionis corr.* f. a. *c.* f) *ita* (singl'is) *c.; fort.* simul (sil')?

1) Traun, Alben.

9. De patroni sublimitate.

Cum autem in tam ameno loco ac mystico situ magnificus dux Tassilo monasterium fundasset, ipsum fecit consecrari a sanctissimis pontificibus, qui suis temporibus floruerunt, videlicet a sancto Waldarico archiepiscopo Laureacensi necnon beatissimo Virgilio episcopo Saltzpurgensi, aliis religiosis presentibus episcopis et prelatis, in honore sancti Salvatoris mundi, ut eciam in hoc ipsum locum magnificaret, quod eum patrono excellentissimo commendaret. Cuius quidem patroni sublimitas apparet ex quatuor sublimioribus operibus circa mundum, scilicet creacionis, gubernacionis, redempcionis et salvacionis. Que in una auctoritate Ysaie 49. conprehenduntur, ubi dicitur: *Ego feci*, quoad primum; *ego feram*, quoad secundum; *ego portabo*, quoad tercium; *et ego salvabo*, quoad quartum. Habemus et secundum patronum inter famulos celi[a] cives sollempnium meritorum sanctissimum Agapitum Prenestinum, martyrem gloriosum, cuius precibus suffragantibus largiretur dominus et Salvator beneficia pociora, adaugens graciam et gloriam tam in virtutibus quam in rebus. Huius enim sanctissimi corporis gleba, Dei gracia concedente et gloriosorum fundatorum industria procurante, in hoc ipso nostro monasterio corporaliter requiescit. Cuius translacionis hystoriam quamquam, proh dolor! ignoremus, que una nec minima doloris est et gemitus nostri causa, tamen certitudinem eius presencie nobis prestant scripture veterum et miracula modernorum. Arnulphus nempe, pronepos Karoli Magni, qui inperavit circa annum Domini 890, cum donaret nobis duorum comitum possessiones, in privilegio de hac donacione confecto notabiliter ita dicit[1]: *Quasdam res iuris nostri, id est quidquid Wilhelmus et Engelschalcus,* **germani fratres, comites quondam habuerunt, tam ad Eporespurch, ad Chamb sive ad Persnikh, [ad*[b] *Sanctum Dei martyrem Agapitum] tradimus ad monasterium Sancti Salvatoris, quod Chremsa nuncupatur, ubi idem electus Dei martyr corporaliter requiescit.* Item testantur hoc et alie scripture, que circa eadem sacrosancta ossa a veteribus sunt locate, necnon et infirmitatum curaciones, que per ea fiunt cottidie, id declarant. Veruntamen verisimile est, quod Adrianus papa primus ipsum corpus venerabile huic transmiserit monasterio ob amorem fundatoris et Karoli Magni, quorum cuilibet unum filium baptizavit ac de sacro fonte levavit; et certe, ut ipsum fundatorem huiusmodi muneribus in incepto proposito confirmaret atque ad similia pie devocionis opera provocaret, ac eciam ut totam provinciam, nondum perfecte ad Dominum conversam, per hec efficacius ad fidei graciam invitaret. Vel cum nuncii pape ad Tassilonem et e converso nuncii Tassilonis ad papam legaciones pacis ferentes irent et redirent, poterant apportari. Si qui vero velint affirmare, quod munere Leonis pape eiusdem sancti martyris reliquias habeamus, nos sacius arbitramur, alieno intellectui cedere quam contencionibus deservire. Nam estimari potest, quod has Karolus ab ipso impetraverit pro satisfactione Tassilonis, quem in monasterio relegavit, et quod eum idem Leo exaudierit ipsas dando, quia eundem de Romanis, qui se cecaverant, vindicavit. Aut ipse Tassilo iam conversus has impetravit, quando idem papa Leo conductu Karoli Romam per Wawariam remeavit[2]. Huius simile postea contigit, cum . . .[c] episcopus Saltzpurgensis corpus sancti Hermetis martyris a . . . .[c] papa impetravit, vel cum Otto imperator primus corpus sancti Martini a Turonis asportavit[3], quod nunc Saltzpurge veraciter requiescit, vel cum corpus sancti Dyonisii Parisius sublatum per Arnulfum[d] imperatorem Ratispone est translatum

Es 46, 4 — *f. 51.

10. De monachicis institutis.

Cum igitur talis fundator in tali loco sub honore talium patronorum monasterium construxisset, a cenobio paterne fundacionis, scilicet Altah inferiori, quendam religiosum valde virum nomine Fater cum aliis monachis, quibus esset abbas, advocavit, quorum seges in pluralem *dehinc fratrum numerum propagatur. Horum itaque alimonie tam pro victu quam vestitu largas prebuit facultates, que ipsis et eorum successoribus in eodem monasterio Deo servientibus pro remedio sue anime ac sui filii Guntharii, inibi mortui et sepulti, cuius ossa adhuc usque apud nos conservantur, perpetuis temporibus deservirent. Consuetudines quoque regularis observancie et prebendas victus et vestitus instituit, ut videtur, secundum quod Cassinenses Karolum in quadam epistola docuerunt; nondum enim constructum fuit Cluniacum, unde postea omnis religio est assumpta. Epistola hec in antiquis exemplaribus nostris scripta sic incipit[4]: *Propagatori ac defensori christiane religionis domino Karolo per potenciam Christi regum fortissimo ac sapientissimo Theothmarus*[e] *exiguus et universus beati Benedicti patris grex vestro dominatui perpetuam in Domino salutem. Tam per epistole seriem quam et per sanctum virum Adelgarium*[f] *episcopum vestra famina suscipientes, magna sumus exultacione gavisi* et cetera, quere infra. Vas quoque cupreum scelaturis insigne ex auro et argento ad modum vasis Karolo missi cum epistola prenotata, eminam, ut credimus, capientem in ventre pariter et in pede, nobis preparari fecit, in quo mensuram poculi mane et vespere designavit. Quod usque in presentem diem in sacrario conservatur.

*f. 51'.

11. De donacionibus munificis.

Tradidit autem ad idem monasterium, quod construxit, in primis quicquid in ipso territorio situm erat cultum pariter et incultum. Item territoria Sultzpach, Syppach, Leubenpach, Petenpach cum lacu et silva Albense, Tůdich, Siernich[g]. Item ecclesias Albenpurch, Nortfils et Sultzpach. Item Eporestal et silvam ibidem et Sclavos. Item quicquid conprehenditur inter duas Ipfas. Hec omnia et multo plura,

a) c. c *in marg. suppl. m.* 1. b) *haec m. eadem in superiore marg. suppl.; des. ed. Pez.* c) *vacat c* d) *rubro scriptum c.* e) Theomarus *cod. l. l.* f) Adelgardum *l. l.* g) Sifnich *c.*

1) UB. nr. 14. 2) Ann. Einh. a. 804. 3) Cf. Auct. Crem. a. 939. 4) In cod. f. 61. De qua cf. SS. Lang. p. 22.

que in privilegio sunt notata, cum hominibus, edificiis, decimis, pratis, terris cultis et incultis, aquis, piscacionibus et venacionibus, et quicquid ad hec pertinere videbatur, liberaliter condonavit. Cuius fundacionis seu donacionis privilegium est in hec verba:

12. Privilegium nostre fundacionis.

Regnante[1] *in perpetuum domino nostro Iesu Christo, qui ab arce poli descendere dignatus est in alvum virginis ac deinde in presepium, de presepio in crucem, de cruce in sepulchrum, de sepulchro ad tartara, de tartaris rediit ad ethera, binis viris albis indutis testantibus, ad postremum reversurus ad iudicium* etc.

Hec quoque omnia serenissimus imperator Karolus in duobus privilegiis confirmavit. Et horum secundi privilegii, quod utilius affirmatur, tenor est per omnia in hec verba:

Karolus[2] *Dei gracia rex Francorum et Longobardorum et patricius Romanorum. Si peticionibus sacerdotum vel servorum Dei, in quo nostris auribus fuerint prolate, libenter obaudimus, regiam consuetudinem exercemus* et cetera.

Hunc ergo pium nostri fundatoris affectum sanctamque devocionem suorum successorum plurimi imitati, ob honorem Salvatoris mundi et salutis sue causa de suis facultatibus ipsa predia adauxerunt. Quorum primi fuerunt Ludwicus Pius, filius predicti Karoli, cum Lothario filio suo, imperatores augusti, qui donaverunt nobis territorium Grunzwiten iuxta montem Sumerberch, secundum quod in privilegio terminis est distinctum. Cuius tenor talis est[3]:

In nomine domini Dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. Ludwicus et Lotharius divina ordinante providencia imperatores augusti. Si erga loca divino cultui mancipata et cetera.

Sed nota, quod istud territorium nunc detinent episcopi et canonici Pataviensis ecclesie et Sancti Nycolai regulares positi extra muros.

Item[4] post hos Karlomannus, filius Ludwici, rex Wawarie et Italie dedit nobis territorium inter* Sprazas et territorium a Smidha usque in Wachrain et plura alia cum terris, agris cultis et incultis, pratis, silvis, pascuis et aliis adtinentibus universis. Hec omnia in tribus privilegiis donata liberaliter confirmavit, que in suo ordine requirantur. Item successor horum Arnulphus imperator, filius Karlomanni predicti ac nepos Ludwici Pii, pronepos scilicet Karoli, precedencium donaciones munifice augmentavit. *Nam donavit et donata distinxit predia in Neunhofen in duobus privilegiis. Item in tercio donavit Wels. Item in quarto duorum comitum territoria, que sunt sita inter Eporespurch et Champ[a] et Persnich, cum omnibus terris, agris cultis et incultis, aquis, pascuis, silvis, edificiis, mancipiis, decimis, vineis et appendiciis universis. Hec et alia plura in exordio fundacionis et postea infra ducentos annos, quibus reges Francorum Romanum imperium gubernabant, donata quiete possedimus; que si adhuc nostris usibus deservirent, de possessionum pluralitate merito gauderemus.

13. De ortu Austrie principatus.

Verum quia supra dictum est, quod dominus Tassilo apud Laureacum sive Anesum resideret, ex quo videtur in eius dicione et aliorum ducum Wawarie extitisse, que nunc est de terminis Austrie, inserendum videtur narracioni de ortu ducatus Austrie, sed premittendum est aliquid de eiusdem civitatis Anesi dignitate. Siquidem hec ipsa civitas Laureacensis, immo ecclesia sacrosancta temporibus apostolorum ad fidem katholicam est conversa. Nam[5] sanctus Petrus beatum Marcum euvangelistam in Aquilegiam destinavit, qui ibidem sanctum Ermachoram et Fortunatum cum aliis convertit ad Dominum et Ermachoram in episcopum ordinavit. Iste autem Ermachoras aliis predicans fidem Christi, inter ceteros Syrum et Evencium convertit, quos Papiam sive Ticinum direxit. Qui ibidem verbum Domini seminantes, eciam vicinis civitatibus, scilicet Veronensi, Brixinensi et Laudanensi, que Laureacus dicitur, predicabant. Itaque plurimis civitatibus ad viam veritatis conversis, temporibus successivis factus est Aquilegie patriarchatus, Laureaci vero archiepiscopatus. Sed posset opponi, si Laureaci fuerit archiepiscopatus, ubi sit kathalogus eorumdem archiepiscoporum et ubi suorum suffraganeorum kathalogus, et ubi kathalogus ducum Austrie, Styrie, Istrie ac Karinthie, que nunc noscuntur esse principatus et habere provincias speciales. Ad primum et secundum dicendum, quod kathalogus archiepiscoporum Laureacensis ecclesie et suffraganeorum eius per longa valde tempora ideo tam modicus est et ut nullus, quia tempore Odoacri regis Rugorum et Theoderici Ostrogothorum, obsistentibus paganis, vel eciam opprimentibus Romanis, metropolis Laureacensis cum suis suffraganeis *ad 200 et eo amplius annos sine sacerdotalis dignitate benedictionis erat. Sed christiani, qui eo tempore ibi habitabant, pauci adhuc erant et oculti per latebras divinum cultum exercebant. Nam si qui deprehendebantur, aut acribus verberibus torquebantur aut exilio pellebantur aut gladio necabantur. Unde factum est, quod sanctus Maximilianus et sanctus Florianus cum aliis 40 martyribus necarentur et sanctus Severinus exilio pelleretur et plures alii torquerentur, ut legitur in Vita sancti Severini confessoris[6], qui eos hortabatur, transire ad exteras naciones vel procul positas regiones. Legitur quoque[7], quod Iohannes papa IIII. multos fideles per Istriam et Dalmaciam captivos a servitute liberavit et multa corpora sanctorum, que de hiis provinciis deduci fecit, iuxta fontem Lateranensem in oratorio sancti Iohannis bap-

*) *Alia m. add. in marg.:* quod ante pater eius dederat, sed non confirmaverat.

a) Chāmp *c*

1) UB. nr. 1. 2) Ib. nr. 2. 3) Ib. nr. 4. 4) Cf. quae supra p. 630. allata sunt. 5) Supra p. 617. 6) c. 40. 7) Liber pont. ed. Muratori p. 137.

tiste condidit. Item ad alia dici potest, quod Austria, Stiria, Istria et Karinthia ab antiquo principatu non erant, quia Austria de finibus Pannonie erat, Istria, Styria et Karinthia de Sclavinie sive Germanie regione. Sed Pannonia seu Mesia plerumque per se duces vel reges habuerunt, sepius tamen sub tributo Romanorum fuerunt, sicut et tota Germania et omnes Gallie regiones proprios principes non habebants
5 Qui vero studiosior scire desiderat kathalogum ducum Wawarie, alias poterit inveniri[a], sicut et kathalogum archiepiscoporum Laureacensium et ducum Austrie. Qualiter autem in principatum surrexerit, sic videtur. Nam Karolus, Tassilone in monasterium transeunte, terminos Wawarie dilatavit ab Aneso usque ad Rabem fluvium et Geroldo comiti commendavit[1]. Quo mortuo, alii post alios ibidem presides a principibus Wawarie ordinantur usque ad tempora Ottonis imperatoris. Extunc enim ceperunt Ungari opprimi, et
10 ideo facilius poterat elevari eadem pars Pannonie seu Wawarie ad principis dignitatem. Sed quis primus illic princeps fuerit, nondum constat usque ad tempora Heinrici imperatoris. Tunc enim primo dicitur, quod idem subiugavit Heinricum Ostrogocie marchionem[2]; post quem alii et alii, filii scilicet post parentes, facti sunt inibi marchiones usque ad tempora Friderici I. imperatoris, qui de marchionatu fecit ducatum, ut *alias est ostensum[3]. Et hec incidentaliter nec inutiliter sunt inserta; ceterum ad narracionis nostre *f 53
15 ordinem redeamus.

14. De dignitate cenobii.

Talis ac tanta dignitas incolis huius loci ab eisdem principibus est collata, ut omni iure ac potestate, quod principatus habere debuit, potirentur cum advocacia et qualibet libertate, ut sola Romani pontificis atque regis celsitudo ipsum locum defenderet et conferret cunctaque iura eius specialiter tueretur, nec
20 ad aliquem inferiorem principem spiritalem seu secularem respectum subiectionis haberet, excepta Romane excellencia dignitatis. Nam quod donacio spiritalium respiciat solum papam, probatur ex eo, quod dominus Urbanus papa III, ad quem a fratribus in eleccione abbatis fuerat appellatum, ius eligendi dedit et electum pariter confirmavit, ut apparet in decretalibus litteris de hoc datis[4]. Item idem probatur ex hoc, quod nullus huius loci abbatum neglexit, quin se sedi apostolice ac Romanorum principum curie
25 presentaret, ut ex cronicis ac privilegiis demonstratur. Quod vero donacio temporalium respiciat imperatorem, primo probatur ex hoc, quod tempore nostre fundacionis investitura ecclesiarum fiebat per principes seculares. Adrianus namque papa primus in concilio generali id indulsit Karolo imperatori, ut scilicet ecclesiarum prelatos investiret et ut decimas possideret, cuius causa plene in cronicis invenitur[5], licet hoc prohibuerit ante eum Simplicius papa[6] et episcopi contradicerent cum prelatis. Item idem pro-
30 batur ex eo quod predictum, quod rarus vel nullus abbatum pretermisit, qui non institucionis sue tempore se offerre[b] curie principis Romanorum. Item ex eo quod homines nostre ecclesie hodie affirmant, se in creacione abbatis steuram dare debere, pro eo utique, quod ultra montes, sicut dicunt, id est per longa et laboriosa terrarum spacia, ipsum procedere sit necesse, a qua eciam nemo sit ullatenus excusatus. Item dignitas huius loci ex nobilitate cognoscitur fundatorum et ex copia donacionum et ex
35 numero ac merito[c] ministrorum, immo pocius ostenditur ex gloria patronorum ac ex presencia sanctorum corporum plurimorum. Nam et corpora eximiorum martyrum Tyburcii et Valeriani, caput sancte Cecilie et brachium sancti Blasii totum cum multis reliquiis aliorum sanctorum *in nostro monasterio *f 54. hactenus servabantur, ut taceamus de corpore gloriosi martyris Agapiti et plurimorum, qui hic sunt ob meritum perfecte vite beatificati vel ob constanciam fidei ab incredulis, maxime Ungaris, martyrio coronati.

40

15. De dignitate familiarium.

Dignitas quoque incolarum huius loci patet ex multis. Primo ex hoc, quod [nullus[d]] ministerialium seu familiarium ecclesie feodum habebat ab aliquo quam ab abbate seu imperatore. Item quod nec uxorem quisquam ducere ausus fuit preterquam de familia ecclesie vel imperii; alioquin tenebatur ad emendam; quod per multa tempora servabatur. Unde 12, q. 2, habetur[7], quod liberti ecclesiarum ecclesias dese-
45 rentes debent redigi in servitutem, capitulo: *Octava discussio ex concilio Spalensi.* Item ibidem ex concilio Tolet. dicitur[8]: *Liberti ecclesie, quia numquam eorum moritur patrona, a patrocinio ecclesie numquam discedant, nec posteritas quidem eorum, sicut priores canones decreverunt.* Infra: *Sed iuxta virtutem suam obsequium et obedientiam ei prestent.* Item dignitas incolarum huius loci patet etiam ex hoc, quod nullus iudicum secularium in prediis ecclesie audebat habere placitum nec homines eius ad standum
50 suo iudicio compellere nec de negociacionibus sive provectionibus eorum aliquid exigere, sed solus abbas et sui officiales huiusmodi exercere debent et ut placuerit diffinire. Que dignitas neglectu prelatorum vel usurpacione tirannorum deiecta, per illustrem ducem Austrie Leup[oldum] est nobiliter renovata[9]. Non enim suffecit, semel vel bis a malivolis hominibus esse prostratam, ne dicam tirannice subactam nostre ecclesie dignitatem, sed quociens ipsa caput generosum voluit elevare et originalem resumere dignitatem,
55 tociens, culpis inhabitancium exigentibus et malignis spiritibus impugnantibus, sternebatur, ut in sequentibus apparebit. Verum cum postea donacio ecclesie nostre transisset in dominium episcoporum, sive per violenciam sive per iusticiam, revocatis et resumptis privilegiis clericorum de investituris per ponti–

a) *ita c., quod Loserth p. 120. inter typorum errores reiecit.* b) *ita c.* c) premio *corr.* merito *c.* d) *deest c.*

1) V. infra. 2) De Heinrico II. cogitavit, a quo Heinricum marchionem esse debellatum, ex Ann. Mellic. a. 1003. didicit; cf. notam Hist. episc. Patav. adiectam a. 918. 3) Cf. praef. p. 612 n. 1. 4) Cf. UB. nr. 45. 5) Martinum Oppav. intelligere videtur, quamvis de decimis ibi nihil legatur; cf. supra p. 620 n.** 6) Cf. supra p. 637. 7) Gratiani decr. II, 12, 2, c. 62. 8) c. 65. 9) a. 1217; UB. nr. 55.

60

fices Romanorum, scilicet Paschalem et Kalixtum, circa annum Domini 1100, et pro huiusmodi contencio esset orta, taliter est sedata, quod, si homines ecclesie Chremsmunstrensis vel Pataviensis aut imperii inter se quocumque federe iungerentur, ad satisfaccionem nullatenus tenerentur. *Sic ergo nostra ecclesia per ducentos et eo amplius annos in huiusmodi commodis et honoribus requievit, nec ullius preiudicium est perpessa, sed in rebus, iuribus et dignitatibus advocacie et principatu, ut ipsi principes donaverant atque reges, pollebat[a], ita ut ei posset dici illud Ysaie 31: *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis et in tabernaculis confidencie et in requie opulenta.*

PARS SECUNDA DE RUINA ECCLESIE.

Hucusque, fratres, quasi prosperis navigavimus ventis, et tamquam crispancia maris equora labens carina blande sulcavit; nunc velut scopulos incurrit oracio et iam uti tumescentibus fluctuum montibus utriusque hominis naufragium predicatur, dum ex hiis, que in nobis gesta sunt, scribimus luctuosa ex turbacione corporum et pariter animarum. Hucusque recitavimus, quantum priscis temporibus floruit locus iste, scilicet ex fundatoris auctoritate, loci amenitate, possessionum pluralitate, patroni sublimitate et inhabitancium dignitate; nunc gemimus, quod defecerit ab hiis cunctis. Hucusque narravimus leta et cantavimus cantica leticie; nunc sedentes super flumina Babilonis, deflemus tristia, que patimur in presenti. Et quid moramur? Quousque dissimulamus, et ignis, quem intra nos gerimus, triste pectus adurit? Quid tardamus eloqui in palam calamitatem quam patimur, que sic nota est omnibus, ut muta elementa nobis tacentibus accusare videantur superbiam eorum, qui de rebus ecclesie gloriantur, et nostram deflere humiliacionem, quam despicere mente turgida non verentur? Num putamus, nos posse consolari super multitudine dolorum, que venit super nos, si tacuerimus, presertim cum sedeat in multa tristicia ecclesia, mater nostra? Exeat, exeat foras, prodeat in publicum dolor, qui clauso tenetur in pectore, quoniam vulnus absconditum lacius serpit, sed familiaribus patefactum, quantumlibet levat dolorem, cum afflictio conpacientis fit consolacio pacientis!

Heu accidit nobis, quod dicitur Ys. 9: *Primo tempore alleviata est terra Zabulon et terra Neptalim, et novissime aggravata est via maris trans Iordanem Galylee.* Zabulon interpretatur habitaculum, Neptalim conversio, Iordanis descensus, Galylea rota[1]. Monasterium enim, in quo *conversi propter Dominum habitabant, in principio floruit opibus et honoribus elevatum, nunc flet et gemit descendens a rota mundialis fortune miseriis aggravatum. Heu accidit nobis, quod scribitur de arbore, quam vidit Nabuchodonosor, Dan. 4: *Ecce arbor*, id est monasterium, *in medio terre*, id est in confinio provinciarum, *cuius proceritas pertingebat usque ad celum*, scilicet aereum per altitudinem edificiorum, *et aspectus eius usque ad terminos terre*, quia eius fama laudabilis undique radiabat. *Esca universorum* tam corporalis quam spiritalis erat *in ea, et subter eam habitabant animalia et bestie*, id est servi et familiares, *et in ramis eius volucres*, id est viri religiosi. *Et ecce subito vigil de celo descendens, ait: 'Succide arborem et ramos et fructus eius, et fugiant ex ea bestie et volucres'. Verumtamen germen radicum eius in terra sinite.* Hec omnia in hac ecclesia mystice sunt completa. Unde dicere potuit cum propheta: *Dum adhuc ordirer, succidit me.* Accidit nobis, quod dicitur in Trenis: *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarii.* Item in Psalmo: *Deiecisti eos, dum allevarentur.* Et subditur verbum obprobrii et contemptus: *Quomodo facti sunt in desolacionem, subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.* Deducant ergo oculi nostri lacrimas die ac nocte, quas solum in calamitatibus habere licet, quoniam contricione magna contriti sumus, plaga pessima vehementer. Aperiantur katharacte miseri capitis, et erumpant fontes aquarum, si forte sufficiant sordes diluere culparum, quibus iram meruimus! Sed quid dicimus? Religio peperit divicias, sed suffocaverunt filie matrem suam more vipereo, et plenitudo ac habundancia temporalium oblivionem fecerat eternorum. Hoc autem constat ex causa duplici accidisse. Aut enim antecessores nostri, dum pace et rebus habundarent, Deum non sicut oportet glorificaverunt nec gracias egerunt, aut quia, dum copie rerum eorum animos in voluptatibus dissolverunt, ad carnis sunt illecebras devoluti. Sicut enim universe regioni Sodomitice, ut Orosius[2] adtestatur, *bonis male utenti habundancia rerum malorum causa fuit. Ex habundancia enim luxuria, ex luxuria fede libidines* **adolevere*[a], quam Deus eterna dampnavit perdicione. Unde circa annum Domini 936. sub Iohanne papa et Heinrico I. rege Fridericus episcopus Maguntinus persequitur monachos irreligiose viventes, dicens, eos debere aut ad observanciam regule cogi aut de monasteriis expelli. Cui omnes episcopi ac principes seculares cum clero ac populo consenserunt, ducentes, melius esse paucos claros vita haberi quam multos perversos. Et accidit, quod nonnulli de suis monasteriis pellerentur. Nam in Lorishaim, in quo noster fundator statuerat observancias sancti Benedicti ut in nostro, expulsis monachis et aliis introductis cum observanciis Cartusinis[3], ordo cum personis plenarie est mutatus. Ad hoc faciendum Spirensem episcopum cum premissa causa generali specialiter incitavit, quod in nocte natalis Domini tam diu potacionibus servierunt, quod negligerent tanti festi officium nocturnale. Et propterea, quia homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, quia precipitur Ecclesi. 11:

a) adoléue c.

1) Cf. Hieron., De nomin. Hebr., et Isid., Etym. VII, 7, 12. 13. 2) Orosius I, 5. 3) Haec minime temporibus Heinrici I. regis et Friderici archiepiscopi Moguntini convenire, vix est quod moneam. Neque unde haec sumserit auctor compertum habeo. De Hirsaugiensi Gebehardo episcopo Spirensi, qui Heinrici IV. temporibus monasterium Laureshamense nactus est (Chron. Lauresh., SS. XXI, p. 430), sermo esse videtur.

In die bonorum ne immemor sis malorum. Item quia *divicie conservate in malum domini sui infirmitas* Eccl. 11, 27 *est pessima*, ut dicitur Ecclesiastes 5. Nam, ut habetur in eodem, *non satis recordabuntur dierum vite* Eccl. 5, 12. 19 *sue, eo quod occupet Deus deliciis cor eorum.* In rebus namque possessis observandum est, ne licite acquisitis illicite perfruamur. Quid igitur? Per diversa ducimur, dum quod pati nolumus scribere prote-5 lamus. Tanta est nostra turbacio, ut de nobis dictum esse videatur quod scribitur in Apok. 14: *Ve,* Apoc. 8, 13. *ve, ve habitantibus in terra!* Et congrue ter ve dicit, quia tribus plagis e terra sumus oppido castigati. Et non tantum per homines e terra, sed eciam sursum e celo penas nostrorum luimus peccatorum, ut hiis ve addantur misere lamentaciones, quas Ezechiel in libro sibi ad comedendum prestito vidit scriptas. Ez. 2, 9. Prestet omnipotens Deus, ut tandem post lamentum et ve mereamur assequi carmen laudis!

10 1. De irrupcione Ungarorum.

Igitur circa annum Domini 900, tempore Ludwici, filii Arnulphi, sub Snelperone abbate huius loci Ungarorum gens perfida et crudelis de suis sedibus egrediens, Wawarorum provinciam ingreditur, cuncta vastans igne, gladio et rapinis, non ob aliam causam, nisi quia barbarice[a] *immanitatis est gratis nocere, *f. 56 presertim cum predictus Ludwicus iunior esset et ideo non facile posset contra hostes exercitum pro-15 movere. Immo cum in armis teperet, celeriter vita functus et imperium ab eo ad Italicos est translatum. Quamquam in Gestis Karoli[1] alia ponatur racio, scilicet quod post decessum Tassilonis Karolus cum Hunis de provinciarum confiniis disceptabat. Hec enim altercacio belli quod postea sequebatur et irrupcionis[b] fuit seminarium et origo. Item alia racio ibidem assignatur, quia videlicet, cum predictus Tassilo Francorum dominio premeretur tam in socero quam se ipso, ut eorum posset resistere potestati, Hunos 20 in auxilium advocavit. Et cum essent per Francos una cum Babaris superati, verecundia ducti vel rerum copia provocati, nitebantur sue avaricie satisfacere pro rebus pariter et honore. Sed licet eorum presumpcio nonnumquam a Wawaris vinceretur, tamen, quia semel presumpta iniquitas, si non severius in principio refrenetur, anhelat in ausum et temeritas iteratur, deinde sepe ipsam cum aliis Germanie provinciis vastaverunt, civitates, villas et oppida depopulantes, ecclesias destruentes et monasteria sub-25 vertentes, scilicet anno Domini 907. et 917. et [9]27. et 947.[2] sub Alberto episcopo Pataviensi et anno [9]41, quando apud Wels[3] circa Vorhdorf a Bernhardo[4] duce sunt prostrati, quod adhuc indicant tumuli ibi visi et relacio seniorum. Item 954. et [9]55, quando totam Wawariam populantes, iuxta Augustam ab Ottone I. rege victi immensa cede necantur sub Agapito papa, ut legitur in Vita sancti Udalrici episcopi[5]. Hinc ecclesie destruuntur, altaria subvertuntur, predia distrahuntur, edificia diruuntur, incole disperguntur, 30 ornamenta ecclesie in vestibus, vasis, libris et reliquiis auferuntur. Inter que eciam monasterium nostrum est destructum, et incolarum tam religiosorum quam secularium plurimi interfecti, quia successores predicti Arnulphi pro imperio hinc et inde disceptantes, ecclesias sub suo sitas dominio non solum ab hostibus non defendebant, sed per se eciam distrahebant, ut haberent per quod sue partis milites munerarent. Propter quod dicitur in cronicis, quod H[einricus] I. abbaciam Altahensem contulit Ottoni[6] duci 35 Wawarie, et Arnoldus dux *Wawarie omnes ecclesias ab eodem Heinrico in feodo accepit, quas eciam *f. 56' destruxit, adeo ut hoc sancti earumdem ecclesiarum patroni in iudicio Domini proponerent, ut legitur in Vita sancti Udalrici[7], et quod propterea vitam perderet et periret. Sic ergo factus est desolatus quondam rebus et personis habundans intus et foris et plenus populo locus noster usque ad annum Domini 1040[8], quando iam eadem gens effera ad Dominum est conversa, tempore sancti Heinrici imperatoris. Quo 40 interstitio temporis videtur eciam nostra abbacia vacasse capite et rectore vel in[d] laica manu fuisse, sicut Altah et cetere, de quibus dictum est, et Lorich, quam quidam tyrannus ab Ottone, Heinrici filio, usurpavit, usque quo devocione eiusdem religiosi principis et consilio ac auxilio beatorum episcoporum eiusdem temporis, scilicet Udalrici, Wolfkangi, Godehardi et Pilgrimi[9], viduatis ecclesiis de pastoribus est provisum. Inter que eciam nostro monasterio in abbate Gerhardo, viro mirifico, est provisum[10]. Hunc 45 enim primum post priores et tantam desolacionem invenimus prefuisse; de quo sicut de aliis abbatibus que memoranda fuerint quere infra. Interea ablate estimantur donaciones plurime fundatorum, quas sibi circumsedentes nobiles adtraxerunt vel imperiali tyrannide tenuerunt, dum nemo esset qui loca Dei defenderet sive gentes. Inter hec quoque ablata sunt territoria in Wawaria inter Sumerberch et Flinspach. Item in Austria territoria inter Smidha et Wachrain et inter Persnich et Champ et alia territoria sive 50 predia nostre dotis. Quorum territorium inter Smidha et Wachrain protenditur in longum ad 5 leucas et per latum ad tres, continens civitates, monasteria, ecclesias et castella, Sancti Ypoliti scilicet civitatem[11] cum monasteriis duobus, cenobia Chotwicense, Hertzogenburch et Sancti Andree. Item castra Chreuzpach, Vihoven, Wazzerburch, Ræichlæinsperg, Willhalmspurch, Osterberch, Goldeck, Hohenberch[e], Sessedorf, Rabenstain, Wæizzenberch, Schônnpubel, Hæusel et Totzenbach circa Lengpach. Item territorium inter 55 Persnich et Champ . . . . . .[f.12]. *Ecce ve unum abiit effective in opere perversorum; adhuc restant duo ve. *f. 57.

a) varb. *corr.* barb *c.* b) quod *add. sed del. c.* c) *superscr. c.* d) in l. *e corr. c.* e) Hohenburch *corr. m. alia* Hohenberch *c.* f) 6 *lineae vacant c.*

1) Cf. Ann. Einh. a. 788. 2) Cf. Ann. Mell. a. 907. 917. 927. 944. 3) Ita Ann. Altah. alii a. 943; 60 v. Dümmler, 'Jahrb. Otto I.' p. 130 n. 4) Lege: *Bertoldo.* 5) c. 12. 6) Nota singularem auctoris errorem, inde procul dubio natum, quod nota ad historiam ducum Bavar. adiecta, supra p. 626 n.**, Ottonem ducem a rege Heinrico (IV.) abbatiam Altahensem accepisse tradidit. 7) c. 3. 8) a. 1009. indicant Ann. Sal. 9) Mire tempora conturbat auctor. 10) Cf. Auct. Crem. a. 1044. et supra p. 631. 11) St. Pölten, Göttweig, Klosterneuburg, St. Andrae. 12) Cf. UB. nr. 14.

2. De violencia episcoporum.

Conquiescentibus publicis hostibus, insurrexerunt domestici predones, scilicet episcopi Patavienses, qui sibi eiusdem nostre ecclesie dignitates et possessiones, cum iam renasci inciperet, violenti famine[a], adtraxerunt, quia nichil facilius in alium transit quam amor pecunie et honoris. Isti ergo predia, sanctorum reliquias cum sollempnioribus privilegiis et aliis ornamentis pro suo libitu potestate tyrannica abstulerunt, ut patet in ordine episcoporum.* Contra quod dicitur 16, q. 7. ex concilio Toletano[1]: *Irrita sit ordinacio episcopi preter voluntatem fundatoris facta.* Item ex decreto Sylvestri pape[2]: *Nemini regum aut cuiquam* principum vel *hominum in ius proprium liceat monasterium convertere.* Item 25, q. 2.[3] Leo papa: *Nec novitate mutari nec improbitate convelli ecclesiarum privilegia debent.* Et Gregorius[4]: *Quod racionabiliter diffinitum est, non debet ullo modo violari* etc. Inter hec ablate sunt possessiones circa Pataviam et privilegia de dignitate originalis principatus et corpora sancti Tyburcii et Valeriani.** Hec ab ecclesia nostra rapta[b] esse, probatum[c] est circa annum Domini 1290. sub Wernhardo episcopo Pataviensi, tempore Adolfi regis. Cum enim idem episcopus cum clero et populo civitatis de quorumdam sanctorum suorum reliquiis quiddam honorabilius facere cogitarent, insperato[d] eorumdem sanctorum martyrum corpora invenerunt cum cartulis indicantibus, quod a Chremsmunstrensi ecclesia essent ducta. Quod quia 1290. Mai. 23. in festo pentecostes sabbato 4 temporum, quo idem episcopus ordines celebrarat, factum erat, ego cum pluribus aliis clericis in dyaconum ordinatus presens fui, et mei socii cum multitudine clericorum viderunt ipsas reliquias et legi litteras audiverunt. Quomodo[e] autem ad nos a Roma vel quando fuerint apportata, proh dolor! ignoramus, quia utique raptores rerum pariter abstulerunt testimonia scripturarum, ne aliquod nobis indicium evidens remaneret, cum naturalis sit providencia male agencium, auferre de medio testimonium pravitatis, ut ostenditur ex premissis. Verisimile tamen constat, tempore Ludwici Pii esse allata, quia tunc temporis Pascalis papa eorum exuvias voluit gloriosius honorare. Vel sub Gregorio f. 57'. papa IIII, quando Roma a Sarracenis fuit capta[5]. 'Quod autem incunctanter predia cum privilegiis Chremsmunstrensis ecclesie a Pataviensibus teneantur***, vivum et verum testimonium sic habemus. Nam circa annum Domini 1308. quidam de fratribus nostri loci in ecclesie negociis veniens Pataviam, inter cetera tantam custodis eiusdem ecclesie meruit graciam et favorem, ut eum in sacrarium introducens ipsa privilegia legere concederet et videre. Inter que privilegium quoque de usu infule vidit et legit, et quod sit occulte ipsis venditum, intellexit[6]. Quod potest[f] esse factum per Ottonem episcopum et nostrum custodem fratrem Chunradum Pellendorfarium tempore Ortolfi abbatis.† Superioribus quoque temporibus Christianus episcopus diripuit ecclesie dotem in Petenpach et quedam alia predia et hec contulit Leup[oldo] marchioni Austrie, que restituit Heinricus III. rex[7]. Item Ulricus episcopus eadem usurpavit, et aliquanto tempore tenens, iterum redonavit[8]. Item quidam episcopus subripuit ecclesie ad duo milia hubarum et 13 fratres loci cum aliis personis captivavit, quorum 9 in vinculis obierunt. Predictas vero hůbas talibus personis contulit, a quibus non poterunt revocari. Item Pilgrimus episcopus predia in Hausrukk circa[g] Trunam contulit†† Otachero marchioni Styrie, pro quibus postea dedit ei ecclesiam Tûdich[9]. Sed cum idem marchionatus Styrie devolutus esset in manus Leupoldi ducis Austrie, dedit eam cenobio Glunicensi. Contra quod dicitur 10, q. 2. ex concilio Martini pape[10]: *Si quis episcopus nulla ecclesiastice racionis necessitate*[h] *compulsus de rebus ecclesiasticis presumpserit aliquid vendere, restaurare cogetur, et convictus tamquam latrocinii reus honore privetur.* Item quidam alter abstulit ecclesie ad 500 hubas, inter que duo castra, Stæirekk et Ebelsperch, sibi specialiter cum quibusdam aliis vendicavit, licet nunc quedam ex hiis ad manus transierint aliorum. Item multa alia predia tam in Wawaria quam in Austria sunt ablata, et cenobiis que in nostris fundis sunt fundata, ut partim supra dictum est, devocione Es. 61, 8. temeraria sunt donata. Contra quod dicit Dominus in Ys.: *Ego Dominus diligens iudicium et odio habens* cf. Eccli. 34, 24. *rapinam in holocaustum.* Et iterum: *Qui offert sacrificium de rapina pauperum, quasi qui immolet filium in conspectu patris sui.* Videant ergo tales ecclesiarum edificatores, ne non solum pro huiusmodi dona- Es. 1, 13. tivis[i] merito non careant, sed ne eciam perpetuas penas luant, quoniam ipsis dicitur in Ys.: *Iniqui*

*) *In sup. marg. add. manu β quae partim abscisa:* . . . . ab hostibus depopulacionem et specialem ignis in nostro monasterio devastacionem infideliter retinuerunt.

**) *Alia manu add.:* et caput sancte Cecilie. Sed sive ablata sive commendata, eos huiusmodi tenere veraciter; *et perg.:* et ab e.

***) *Manu coaeva in marg. add.:* sive sint nobis violenter ablata, sive a nobis illo pro tutela contra pervasores et ignis voraginem frequentem transportata.

†) *In marg. manu β add., quae iam a bibliopega mutilata sunt:* . . . .[11] Vorhdorf et Wæizch[irchen] tempore eciam[k] Ortolfi abbatis decano Pataviensi contulit, que tamen sunt postea restitute.

††) *In marg. manu β add. signisque positis huc relata;* Subsequenter eciam ecclesie nostre Chirchdorf et Wartperg et Vischenhaim et Grůna et Gersten sunt similiter ablate, quas Fridericus abbas debuit, sed piguit revocare.

a) famie *c.* b) *superscr. m. alia* alienata *c.* c) tum *post add. c.* d) ex insperate *a miniatore corr.* insperato *c.* e) *in litura c.* f) e. p. *corr.* p. e. *c.* g) c. Tr. c. *mox suppl. c.* h) necessitates r. *corr.* r. necessitate *c.* i) donatis *c.* k) *superscr. m. ead. c.*

1) Grat. Decr. II, 16, 7, c. 32, cuius verba brevius reddita sunt. 2) c. 40. 3) c. 2. 4) Ib. c. 9. 5) Martinus, SS. XXII, p. 427. 6) V. supra p. 635 n.***. 7) Heinricus IV; UB. nr. 26. 8) Ib. nr. 27; cf. Lib. de censu eccl. c. 6, p. 376: *Tercio quoque per Ulricum episcopum usurpantur et tercio sub Alramo I. abbate restituuntur.* 9) Cf. supra p. 624 n.** et p. 656 n. 2. 10) Grat. Decr. II, 10, 2, c. 8. 11) Bertolfus episcopus; v. infra p. 658.

*sunt *celus vestri.* Huiusmodi namque donaciones non debent retineri, sed pocius dantes et accipientes sunt canonice puniendi, ut habetur 12, q. 2[1], ubi Stephanus papa ait: *Qui Christi pecunias et ecclesie aufert, fraudat et rapit, ut homicida in conspectu iudicis deputatur.* Item Pelagius papa dicit[2]: *Notario nostre sedis* etc. Et infra: *Qua de re presentibus mandamus affatibus, ut conpetentis vivacitatis instancia, quidquid de sacratis vasis vel ministeriis a quolibet clericorum usurpatum*[a] *vel distractum conpereris, sine cuiusquam more interventu exigere non dimittas et ecclesiasticis usibus reformare.* Et Symachus papa[3]: *Non liceat pape, predia ecclesie alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in usufructu rura tradere, nisi tantummodo domos, que in quibusdam urbibus non modica impensa sustentantur. Qua lege omnes custodes astringantur, ut donator, assentator, venditor honorem perdat, et qui subscripserit, anathema sit cum eo qui dederit vel qui receperit, nisi restituatur.* [Item[b] de decimis cap. *Dudum*[4] dicit Innocencius papa III: *Donatores conferre aliis non possunt, que ipsi de iure non poterant possidere*]. Item ex concilio Gabil.[5]: *Ecclesie antiquitus constitute nec decimis nec ulla possessione priventur, ita quod novis ecclesiis tribuantur.* Si vero tueri se voluerint, prescripcione audiant verba Innocencii pape 16, q. 3. c. *Inter memoratos*[6] etc. Et infra: *Ob hoc placuit inter alternas partes inspectores viros mittendos, ita ut dyocesis possidentis, si tamen basilicam veris signis limes monstraverit, ecclesie, cuius est ius retencionis, sit eternum dominium* etc. Item Gelasius papa dicit[7]: *Spacia, que distincta sunt, prescribi tempore*[c] *non possunt.* Item[d] idem 16, q. 2[8]: *Dileccio tua studeat, quesita omnium rerum fideliter veritate, si de spaciis, de quibus memoratur orta contencio, diffinicio dudum precesserit, intemerata servetur.* Item[d] Gelasius[9]: *Status ecclesiarum nec aliqua presumpcione nec temporis prescripcione mutari potest.* Item[d] ex concilio Agath.: *Que quis sua auctoritate usurpat, quia nullo iusto tytulo possidere incipit, prescribere non potest. Lex enim favet hiis solum, que bona fide et iusto tytulo possidentur.** Unde Gregorius et habetur[e] 25, q. 2[10]: *Si nec consuetudine generali nec privilegio vendicas, restat, te usurpasse quod fecisti.* Ad hoc facit quod dicit Anacletus[11]: *Privilegia ecclesiarum et sacerdotum intemerata*[f] *et *inviolata cunctis decernimus manere temporibus.* Ex hiis omnibus canonum sacrorum auctoritatibus declaratur, quod invasores ac donatores vel eciam possessores ecclesie nostre rerum et privilegiorum[g] sunt puniendi, et quod antiquioribus privilegiis nostris non possunt posteriora, si qua data sunt aliquibus ecclesiis vel personis aliis, derogare, eciamsi pro necessitate corrigendorum viciorum personaliter auferantur vel generaliter immutentur, immo exigi a detinentibus iure debent, ut patet ex premissa auctoritate Pelagii 16, q. 2. cap. *Notario*[12]. Et infra: Symachus papa cap.: *Non liceat*[13]. Et infra: *Liceat eciam quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere et cum fructibus alienata reposcere.* [Item[h] 16, q. 3, cap. *Si sacerdotes*[14] etc. Et extra. de precariis c. 2[15]. Porro presentes debere repetere alienaciones precedencium, habemus litteras papales indultas nobis a Iohanne papa XXII, quas require in prologo Libri vite]. Pena quoque alienancium et alienata detinencium[i] terribiliter in sequentibus intentatur, ubi idem dicit capitulo *Indigne*[16] etc.: *Propterea qui hoc non previderit et aliter quam scriptum est predia ecclesie tradita pecierit vel acceperit aut possederit, nisi cito se correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur. Sitque accipienti et donanti et possidenti anathema et institute pene contubernium assiduum* etc. Item Nicolaus in sequenti cap.[17] ita dicit: *De rebus, que semel Deo contribute atque dicate sunt et postea sub occasione concessionis principum a quibusdam invaduntur atque diripiuntur* etc. Et infra: *Si autem invasoris declaratur presumpcio, usque ad emendacionem excommunicacionis sit vindicta cohercendus.* [Preter[k] hec quoque in Patavienses episcopos et canonicos divina ulcio corporaliter exercetur. Nam nemo eorum sic de corpore migrat, qui in morte memor sit Dei aut salubriter evocetur, ut nostra etas et seniorum relacio recognoscit, exemplo Achab alienam vineam possidentis et Elyodori deposita auferentis]. Sic itaque per violentos invasores, cupidos detentores, scienter vel ignoranter, divicie et honores nostre ecclesie cum privilegiorum tenore, proh dolor! sunt ablati, et donacio, que ad Romanos principes hactenus spectabat, transivit in dominium Pataviensium sacerdotum. Quamquam et aliter hoc sit factum. Quia videlicet post fundacionis nostre prima tempora Kalixtus papa II. resignavit Heinrico imperatori IIII. regalia, que suis antecessoribus Constantinus dederat, et Heinricus resignavit investituras ecclesiarum, quas Adrianus I. papa Karolo Magno dedit contra sentenciam Simplicii pape, et quas eiusdem Heinrici pater Heinricus tercius usurpavit contra sentenciam Pascalis II. pape, et quas Gregorius papa VII. revocaverat post Adrianum. sed iterum Leo papa Ottoni primo contulerat iterato.** Huiusmodi tamen nostre ecclesie violenta humiliacio sive pia potest ei estimari exaltacio honorata, si consideratur originalis intencio*** virtuosa. Cum *enim constet, Pataviensem ecclesiam a nostro fundatore honoribus et diviciis ampliatam, in cuius dyocesi hec nostra est ecclesia

*) *Alia manu post in marg.:* Nota. Iustus titulus dicitur [qui?] ratione donacionis empcionis mutacionis (?) deprehenditur.

**) *Manu coaeva in marg. add.:* et sic nostra dignitas est deiecta et translata.

***) *Manu coaeva add.:* vel processio.

a) fuerit *a miniatore deletum c.* b) *m. coaeva add. in inf. marg. c.* c) n. p. t. *corr.* t. n. p. *c.* d) Item ex concilio Agath. . . . Item Gelasius . . . . Item idem . . . . Lex enim . . . . *prior ordo sententiarum erat, quae litteris* a, b, c, d *superscriptis mutatae ut editae.* e) *ita c.* f) intemerata et in. *in litura c.* g) orum *e corr. c.* h) *m. coaeva* (β?) *in marg. add. c.* i) d *e corr c.* k) *haec in marg. add. m. coaeva* (β) *c.*

1) Grat. Decr. II, 12, 2, c. 1. 2) Ib. c. 2. 3) Ib. c. 20. 4) Greg. Decretal. III, 30. 31. 5) Grat. Decr. II, 16, 1, c. 43. 6) c. 6. 7) Ib. c. 7. 8) Ib. 9) c. 5. 10) Ubi haec frustra quaeras. 11) II, 25, 2, c. 1. 12) II, 12, 2, c. 1. 13) Ib. c. 20. 14) c. 10. 15) Greg. Decret. III, 14, 2. 16) Grat. l. l. c. 21. 17) c. 22.

constituta, a qua debet accipere tam spiritualia quam temporalia sua iura, primum hoc est ei beneficium, quod per id ei parcitur in laboribus et expensis. Item[a] aliud, quod ipsi episcoporum et chori crescit familiaritas atque honor additur per hoc quod inter omnes sibi subditas ecclesias obtinet primum locum, adeo ut absente episcopo Pataviensi abbas huius loci in omnibus supplere debeat suas vices, precipue in[a] spiritalibus, ut memoria indicat seniorum. Cui consentire videntur quidam episcopi, verba favoris ponentes in privilegiis nobis datis, ut prenotatum est.

3. De dilapidacione abbatum.

Ve secundum nondum abiit, et ecce ve tercium bachabatur, quoniam intestinum malum domestico est adiunctum, cum non solum per dyocesanos episcopos, sed eciam per abbates proprios ecclesia turbabatur. Erat causa, ut referunt seniores, pro qua illius temporis abbas coram imperatore debuit comparere, negocia tractaturus communia vel privata, aut obiectionibus responsurus, quia contigerat, ut, cum episcopus Pataviensis seu circa res ecclesie seu personas quiddam extra debitum moliretur, ut ex prehabitis patet sepius contigisse, a fratribus cum ignominia de monasterio pelleretur, tamen quia rennuit per negligenciam vel contemptum principi se offerre, nec pro se legatos ydoneos destinare, perdidit sue insignia dignitatis. Imperatore namque in consistorio cum ceteris principibus eius causam tractante et[a] episcopo Pataviensi, qui in dignitates et res ecclesie aspirabat, impetrante[b], de consilio principum pristinis honoribus est privatus, et collacio principatus eius cum feodis regalibus, que ad imperatores spectabat, in manus episcopi et successorum eius in perpetuum est translata. Verum ministeriales ecclesie sua iura coram imperatore postmodum canonice obtinuerunt, quamvis non fuerint finaliter diffinita, asserentes, quod sentencia[c] nisi in convictum deberet cadere vel confessum. Quoniam certe scene species est, non iudicii disciplina, condempnare absentem, addicere sine teste. Et iterum dicit beatus Gregorius et habetur 16, q. 6[1]: *quia delictum persone in dampnum ecclesie non est convertendum.* Et ex concilio Magonc.[2]: *Episcopo non licet possessionem monasterii tollere, quamvis abbas peccaverit, sed subiciat eum* *f. 59. *potestati abbatis alterius monasterii.* Sed nec *hoc licet prescripcione, que introducta est odio sua persequi negligentis, ut habetur 16, q. 3. Immo nec ea pena licet, qua religiose viventibus collata irreligiose viventibus auferuntur, ut habetur 25. in fine[d]. Non enim iudicis auctoritate nec privilegiorum subsequenter legittime concessorum longa consuetudine sive usu ceperunt huiusmodi possidere, ut habetur 16, q. 3. Que privilegia dignitatum sive rerum sunt pro culpa vel negligencia usurpata. Insuper abbas Manegoldus, postquam fratres ipsum auctoritate sedis apostolice deiecissent, et ut de suis eligerent, si quem vellent, licenciam adepti essent, quia Swevigena erat nacione, frater Diepoldi episcopi, eum rursus inprudenti consilio elegerunt. Cuius rei scripta ex parte Urbani pape tercii et Lucii pape III. sunt nobiscum[3]. Iste ergo in resumpta abbacia confortatus, in res ecclesie manum misit, et primo quidem violenter ingressus sacrarium, calicem aureum et crucem cum reliquiis abstulit et alia ornamenta, que antecessor suus Ulricus abbas a Roma transmiserat, iam ministerialibus provincie, et precipue seniori de Storhenberch contulit predia a Tanpach usque in Ebelsperch per latum pariter et per longum. Hic eciam discordans cum Rapotone Wawarie palatino, sive in abbacia sive in episcopatu multis ecclesiis destructionis fuit causa. Item cum episcopus factus esset, simul tenuit abbaciam plus vel minus tribus annis, ideoque[e] liberius res ecclesie distrahebat. Item alter abbas bona trans flumen Chremsam, quorum partem post primam ecclesie destructionem primo reddidit dux Welfo et Heinricus, eius filius, et Heinricus, huius Heinrici filius, duces Wawarie et Saxonie hiis diebus, et que[f] Welfonis pronepos imperator Fridericus I. postea confirmavit, contulit cuidam duci Wawarie et eius filio, quem de sacro fonte levaverat, ut aput seculum potencior haberetur. Hec et multa plura sicut et predia in Ahlæiten nostri abbates distraxerunt, alienaverunt vel eciam vendiderunt et nobilibus provincie contulerunt. Contra quod habetur 12[g], q. 2.[4] ex concilio Aurelianensi: *Abbatibus, presbyteris aliisque ministris de rebus ecclesiasticis vel sacro ministerio deditis alienare vel obligare absque permissu episcopi nichil licet. Quod si presumpserit, degra-* *f. 60. *detur, et quod alienatum est temere, revocetur.* *Item et nobiles conprovinciales res ecclesie sibi vicinas et placitas abbatibus torpentibus adtraxerunt. [Nam[h] Arnoldus comes et Wilhalmus de Wels et de Lambach predia nostra tam iuxta Leubenpach quam Petenpach usurpaverunt. Et similiter Heinricus et Gebhardus de Schawenberch]. Unde et libertas advocacie propter defensionem petitorie vel propter usurpacionem violenter ad manus devenerat laicorum. Primo quidem prece[b] ad manus nobilium de Pernstain, postea ad manus Styrie marchionum. Quorum Otacherus subadvocatis suis posuit leges questus, ut in privilegio suo patet[5]. [Item[i] ad manus tum advocati Ratisponensis, a quo nobiles de Volchenstorf et de Ort eam in feodo habebant, est racionabiliter devoluta]. Item postea iura advocatorum largius sunt distincta usque ad Leupoldum ducem, qui nos et ecclesiam ab omni oppressione advocatorum penitus liberavit et libertatem pristinam a nobilibus, qui eam usurpaverant, comparatam prece et precio redonavit[6].

4. De flagellis divinis.

Triplici ve de terra consumptis de celo additum est lamentum. Nam inter Ungarorum irrupcionem, episcoporum spoliacionem et abbatum dilapidacionem, ignis domesticus divina permissione crebro pervasit et vastavit ecclesiam memoratam, sicut invenimus tempore Pezelini, [Alberti[k], Ulrici], Manegoldi,

a) *superscr. c.* b) *in marg. suppl. c* c) *supple:* non. d) fin *c.* e) que *superscr. m. alia c.* f) *superscr. m. alia c.* g) XXII. *corr.* XII, *eraso ut videtur* X. h) *haec m. coaeva* (β) *add. in sup. marg. c.* i) *haec m. coaeva* (β) *add. in inf. marg. c.* g) A. U. *add. miniator in marg.*

1) Grat. II, 12, 2, c. 3. 2) Ib. c. 7. 3) V. supra p. 634. 4) Grat. l. l. c. 41. 5) a. 1179; UB. nr. 39. 6) a. 1217; ib. nr. 55.

Chunradi et aliorum abbatum temporibus absque numero et mensura. Hic ergo ignis adeo molestus et infestus nobis fuit, ut nullam incolis requiem indulgeret. [Propter[a] quod, ut asserunt seniores, sanctorum reliquias cum pocioribus privilegiis in Pataviense sacrarium commendantur[b]]. Et forte idcirco finem non habuerunt flagella celestis vindicte, quia nec inter flagella correcte sunt accionis culpe secundum Gre-5 gorium super Ez. omilia 18. Verum circa annum Domini 1200. quidam peregrinus adveniens et nostre tribulacionis causam audiens, divino numine inspiratus, consuluit et instruxit, ut singulis annis festum sancti Floriani confessoris in 12 lectionibus ageremus et secari ab omni ignis voragine redderemur. Hinc est, quod festum eiusdem sancti recolimus adhuc usque.

Sic igitur factum est, ut, dum primo Ungari, deinde episcopi, postremo nobiles et abbates manus 10 violentas in res ecclesie extendissent, et inter hec ignis vorago residua consumpsisset, adeo ut nec ea que predonum tirannidem effugerant ad posteros devenirent, ipsa ecclesia suis rebus et honoribus penitus nudaretur, immo exenteraretur more piscis libris, privilegiis, sanctorum reliquiis ac aliis ornamentis. Hec sunt doloris nostri causa, hec nostre materia sunt iacture, hec sunt, que nobis precipiunt, ut plangamus et ut ad planctum omnes conpassivos nostris gemitibus et luctibus pertrahamus.

15 ### 5. Lamentacio de predictis.

Si quis ergo in vobis est pietatis affectus, qui hec legitis et auditis, plangite, quesumus, una nobiscum super regione desiderabili, quia viluit, super iactura huius ecclesie, quia invaluit, super nostris necessitatibus, quia crescunt! Plangite eos qui de suis rebus suam memoriam in hoc loco perpetuaverant, quia periit, de terra utique, non de celo; plangite per consequens defectum ordinis sancteque conver-20 sacionis! Plangite eos qui de rebus monasterii debita sibi stipendia expectabant, quia seu ab ipsa religionis observancia seu a religiosorum, immo a sanctorum servicio discesserunt! Plangite eos qui ultro ducti sunt ad mortem, qui nostram ecclesiam spoliantes, ipsi inanes et vacui de hoc seculo migraverunt, nichil secum preter peccata et penas perpetuas, ut scriptum est superius, asportantes! Plangite eos qui in male acquisitis vel possessis successerunt, quia ad eundem locum miserie perrexerunt! Unus 25 vero eorum non erat consenciens malicie precessorum, qui, ut credimus, fuit Altmannus, de quo legitur[1], quod reformaverit nostrum locum, ut dictum est in ordine episcoporum et abbatum. Hic, inquam, in vicem ablatarum rerum tradidit nobis decimas a Schorten[2] usque in Pirnum.** Unde in epytaphio eius dicitur:

Quod tulerant pravi, partim decimis reparavi,
30 *A Scharto monte donec Pirni prope fontem.*

6. Conclusio premissorum.

Iam sermo claudendus et liber plicandus, sed planctus nondum est terminandus, quia forte in longius, quam debuit, est porrectus. Nos enim putabamus, modum in hiis nequaquam excessum iri, sed propter eos qui astruunt, hanc domum a primis annis, sicut hodie cernitur, gloria caruisse et in paupertatis 35 pulvere sorduisse, et propter eos qui res nostras possident et volunt nos nescire, propter eos quoque qui quaslibet verborum sentencias invidiosis rictibus sunt soliti oblatrare, sermo in longius, quam speravimus, est extensus, quamquam non tam ornatus quam prolixus, quia miseria a misero pectore nonnisi misero sermone narrari debuit et describi. Ceterum nostrum erit gemere et lugere, quousque Dominus aspiciens luctum nostrum suscipiat lamentabiles preces nostras, ob interventum sue genitricis 40 virginis Marie et sanctissimi Agapiti martyris necnon beatissimi Benedicti confessoris, quos orantes pro nobis exaudire dignetur, cui laus, gloria et potestas est nunc et semper in secula seculorum!

*) *Manu coaeva* (B) *add. in marg.* sed pocius estimatur esse Pilgrimus archiepiscopus Laureacensis, qui, cognito iure nostro, cum quedam predia trans Trunam in Hausrukk et Ascha contulisset Otachero marchioni, penituit de commisso.

45 **) *Eadem manu in sup. marg. add.:* scilicet duas partes in omnibus ecclesiis nostri iuris. exceptis Vorhdorf et Wæizchirchen, que post constructe plenarie sunt donate.

BERNARDI CREMIFANENSIS HISTORIAE.

INCIPIT PROLOGUS.

Cum ecclesia Chremsmunstrensis a domino Tassilone illustri principe Wawarie sit 50 fundata et a suis successoribus magnifice sublimata necnon et a venerabilibus sancte Laureacensis ecclesie pontificibus gubernata, opere precium reor, de eorumdem locorum episcopis et ducibus ac nostre ecclesie abbatibus, quod memoria dignum gesserunt, vel que suis temporibus a Romanis pontificibus et regibus sunt patrata, prout nostram provinciam aut ecclesiam respiciunt, litteris commendare, ipso ordine, ut plenius valeo, observato; quod me

55 a) *m. coaeva* B) *add. in sup. marg. c.* b) *post haec quaedam erasa c.* c) Epylogus *alia, ut videtur, manu in marg. c*

1) Cf. supra p. 624 n. ††. 2) Scharten circuli Hausruck; Pyhrn.

in prioribus memini promisisse[1]. Verum quia nichil in humanis adinvencionibus perfectum esse potest, si quid minus fecero aut ultra quam debeo vel forsitan erravero, quod non spero diligenti adhibita caucione, venia non negetur, cum a vetustissimis exemplaribus et diversis collegerim que scribere cogitavi, licet ad omnia que volui exemplaria non potuerim pervenire. Unde et spacia vacua reservavi circa tempora singulorum. Omisso autem, quo tempore provincia Wawarie vel ecclesia Laureacensis sit exorta, aut per quem ad fidem specialiter sit conversa, dixisse sufficiat, quod primo sanctus Phylippus apostolus directus ab apostolis in Scythia predicavit. Scythia vero est provincia vel pocius regio Europe secundum Ysidorum, cui coniungitur Germania, que continet Noricum, ut alias plenius declaravi[2]. Item sanctus Petrus beatum Marcum euvangelistam in Aquilegiam destinavit gracia predicandi, qui ibidem sanctos Ermachoram et Fortunatum cum aliis plerisque convertit, Ermachora in episcopum ordinato. Per hos ergo primos verbi Dei seminatores poterat dicta ecclesia[a] Laureacensis, si tamen fundata erat, recipere verbum Dei. Porro circa annum Domini 1300, tempore Rudolfi regis et domini Wernhardi episcopi Pataviensis, cum cives eius[b] ecclesiam reformarent propter vetustatem ruinosam, invente sunt quedam ymagines cum litteris sculptis in lapidibus a parte ecclesie orientis, que videntur fundatores vel causam fundacionis cum tempore intimare, licet non ipsarum litterarum intellectus legentibus pateat manifeste. Has tamen non ab re hic volui exarare, sicuti ibi vidi:

Seccius Secundinus vet leg t alpf eiula severio cona eius si bi te Seccio Secundino filte mariis Maximo te secundo nepotibus suis vivi fecerunt te. [Et[c] infra: *Obiit anno* 25].

I.

DE ORDINE EPISCOPORUM LAUREACENSIUM.

Igitur, ut in quibusdam scriptis autenticis repperi[4] manifeste, anno ab incarnacione Domini 250. Phylippus imperator, qui primus imperatorum fidem katholicam suscepit, cum Phylippo filio suo regnat. Iste cesar superioris et inferioris Pannonie et Mesie fuit. Et[d] quia iam predecessor suus Gordianus Germanos devicerat, Laureacensem civitatem vel ecclesiam, ante sua tempora humilem, opibus et honoribus exaltavit, suum illi patrimonium delegando[e]. Qui postmodum cum Phylippo filio suo Romam rediens, Quirinum alterum filium ibi, ut creditur, episcopum[5] dereliquit. Omnes autem thesauros suos beato Sixto II.[f] pape ambo[d] committentes, ab infidelibus per Decium sunt occisi. Primo quidem seniorem Phylippum Verone, iuniorem vero Rome, una tamen die interfici, idem[d] iussit, deinde Sixtum cum sociis suis et ad ultimum Laurencium ac Ypolitum Christi martyres consecravit, quia didicit eos thesauros augustorum accepisse ad construendas ecclesias et fideles pauperes alendos, in quos summo conamine anhelabat. Horum autem patrimonium taliter in[g] scripturis autenticis designatur[6]. Primo ab oriente habet valvas vel fossatum Sillarium a mari Mediterraneo per Liburniam et Pannoniam, dividens ipsam Pannoniam et Mesiam usque ad mare Oceanum, quod per lacum Pelschidis currit. Ab occidente vero flumen Licoas, quem Germani Licum, id est Lech, vocant, et per Mesias occidentales, Napam, Ekaram et Odritam flumina, que vulgariter Nab, Eger et Oder appellantur. A meridie autem Liburniam, quam Drava flumen percurrit, a fonte Licoas usque valvas. Ab aquilone quoque Wandalus, Pelsa et Tyza flumina concludunt. Infra hanc patriam Liburniam excolentes has civitates flamines primitus dicti, post episcopi nuncupati, omnes prothoflamini, hoc est archyepiscopo Laureacensi subfuerunt, hecque[h] omnis regio dicitur fuisse patrimonium augustorum. Sane ipsa metropolis Laureacus post sui sublimacionem per multa tempora subiectas sibi habuit plurimas civitates. Ab inferioribus partibus sursum habuit Betoniam, Celeiam, Gradus, Solium, Liburniam, Sabonam; per Pannoniam vero Rabam, Putimam, Asturiam, Favianam [Wiennam[i]]; per Noricum autem Laureacum, scilicet se ipsam, Valenciam, *Pataviam, Friximam, Imbripolim [Ratisponam[i]]; per Mesias quoque Tyranam, Nytrabam, Seclaviam, Vetravam, Curimam, Wissegradam et Herbypolim. Has, inquam, 22 civitates Laureacensis metropolis antiquitus in sua habuit dicione; cui beatissimus Laurencius levita patronus est ab eisdem temporibus deputatus, qui fuit martyrio coronatus[k] brevi tempore post augustos. Verum ante eius martyrium post archyepiscopos aliquantos sedit ibidem, scilicet apud Laureacum, sanctus Eutherius archyepiscopus, qui concilio interfuit Sardiensi

a) civitas *superscr. c.* b) d' *add. sed del. c.* c) *haec post add. c.* d) *post add. c.* e) ando *e corr. c.* f) *alia ut videtur manu superscr. c.* g) d. in s. a. *corr. ut editum, et ita saepius verborum vel sententiarum ordo mutatus; quod non indicavi.* h) que *post add. c.* i) *superscr c* k) co | natus *c.*

1) V. Lib. de orig. I, 3. 13. 2) V. Lib. I, 2. et fusius supra p. 617. n. **. 3) *Seccius Secundinus veteranus legionis II. Italicae piae fidelis et Iulia Severio coniux eius sibi et Secciae Secundinae filiae et Mariis Maximo et Secundo nepotibus suis vivi fecerunt et Iulio Apricio filio militi legionis supra scriptae beneficiario praefecti stipendiorum* 6. *obito annorum* 25. Mommsen, Corp. inscript. Lat. III, nr. 5671. LOS. 4) Supra p. 619. 5) Cf. Acta Quirini, 'Arch. f. Oest. Gesch.' III, p. 281 sqq. 6) Supra p. 618.

sub Stephano papa anno Domini 268. Hic Stephanus successit Lucio, qui post Cornelium occisum una cum Cypriano Kartaginensi episcopo Valeriani et Gallieni temporibus est occisus.

Post hec enim, anno scilicet Domini 275. Syxtus papa et Laurencius dyaconus cum aliis a Decio, quem Valerianus cesarem sibi fecerat, sunt martyrio coronati.

Anno Domini 284. sedit ibi Maximilianus archyepiscopus, qui apud Celeiam, unde fuerat oriundus, est occisus, sub Numeriano imperatore. Iste sanctus martyr sub Rudolfo rege et Wern[hardo] episcopo Pataviensi [scilicet[a] anno Domini 1300] cuidam vidue est ostensus et in domo fratrum Minorum translatus, ubi nunc[b] miraculis multis claret.

Anno Domini 287. sanctus Florianus tribunus militum per Aquilinum prefectum apud Laureacum cum multis aliis martyrio coronatur sub Dyocleciano imperatore[1]. Item sanctus Mauricius cum sociis suis apud Rodanum est occisus sub collega imperii Maximiano. Item sanctus Vincencius creditur tunc occisus sub Marcellino papa, qui primo territus pena mortis diis immolaverat, sed penitens a predicto Dyocleciano est martyrizatus.

Anno Domini 305. sancta Katherina regina apud Alexandriam est occisa sub Maximo Herculio vel Maxencio.

Ante hec tempora, scilicet anno 212, Tertullianus doctor floruit. Item 250. Origenes floruit sub Phylippo.

Anno 308. sanctus Quirinus, filius Phylippi imperatoris, passus est.

Anno 322. celebratum est concilium in Nicea sub Iulio papa

Anno 323. Helena, mater Constantini, lignum sancte crucis invenit sub Sylvestro papa

Anno 330. Alexandrie Athanasius et Antonius floruerunt

Anno Domini 356. Iulianus apostata apud Renum Germanos vicit sub Liberio papa.

Hiis temporibus Liberius papa a fide erravit. Et Victorinus orator et Donatus gramaticus floruerunt. Item ossa sancti Andree apostoli et Luce et Tymothei transferuntur.

Anno 360. sepulchrum sancti Iohannis baptiste violatur sub Iuliano. Et Iulianus divinitus perimitur Et Hylarius Pictaviensis episcopus floruit. Item Gothi Arriani efficiuntur. Et Athanaricus rex Gothorum persequitur christianos

Hiis temporibus, scilicet ab anno Domini 308. usque ad annum 400, non invenitur certus princeps Wawarie vel archiepiscopus Laureaci, et populus cum rebus omnibus transiit in Ravennam[2].*

Inter hec anno 381. celebrata est synodus [secunda[c]] Constantinopolim 150 patrum sub Damaso papa et Graciano imperatore.

Hiis temporibus multi sancti patres in diversis mundi partibus floruerunt: sanctus Ambrosius, Augustinus, Martinus, Gregorius Nazanzenus, Basilius, Ieronimus, Didimus, Nycolaus, Epyphanius, Pafnucius, Moyses, Efrem, Pastor et alii.

Circa annum Domini 400. parum plus vel minus sedit apud Laureacum sanctus Constancius archiepiscopus.

Et sanctus Valentinus episcopus. Et sanctus Severinus confessor. De hoc legitur, quod ante missam psalterium peroravit, ut Celestinus I. papa instituit.

Hiis temporibus sanctus Martinus et Ambrosius obierunt sub Archadio[d]. Et sanctus Alexius sub Innocentio I. papa.

Item sanctus Iohannes Crisostomus, Orosius et Ruffinus doctores floruerunt.

Item Gothi Ytaliam invadunt.

Circa annum Domini 380 celebrata est synodus apud Constantinopolim sub Siricio papa 350 patrum.

Item Wandali per Renum Gallias intrant.

Anno 410. Gothi Romam irrumpunt sub Honorio imperatore

Circa hec tempora Patavia est destructa[3].

Revelacio sancti Mychahelis facta est sub Gelasio I. papa et Archadio.

Anno 418. synodus apud Kartaginem celebratur 317 patrum sub Zozima papa.

430. Sanctus Augustinus moritur, et Wandali[e] Africam invaserunt. Sequenti anno synodus in Epheso celebratur [sub[g] Celestino 200 episcoporum].

450. Attila cum Hunis Aquilegiam cepit sub Leone I. papa.

452 celebrata est synodus in Calcedone 630 episcoporum sub Leone I. papa.

454 Geisericus rex Wandalorum Romam vastavit sub Hylario papa

Hiis temporibus floruit sanctissimus Benedictus

470. Sanctus Remigius Remis episcopus ordinatur sub Symacho papa, [qui[f] Theodorum archiepiscopum Laureacensem confirmavit].

Hiis temporibus Clodoveus, qui et Ludwicus, rex Francorum ad fidem Christi convertitur cum tribus milibus virorum, exceptis parvulis et mulieribus.

475. Odoacer rex Rugorum et Turcilignorum Romam obtinuit sub Simplicio papa et Zenone imperatore. Iste Simplicius constituit, ne quis investituras accipiat a laicis. Hiis temporibus clerici a laicis premebantur.

480. Zenon imperator Theodericum regem Ostrogothorum contra Odoacrum destinavit, quem eciam quater vicit. Et ipse Rome sedit et Boecium consulem Romanum in exilium misit, qui multa preclara scripsit.

484. Hunericus rex Wandalorum Arrianus persequitur episcopos.

*) *Post corr.:* Neapolim.

a) *in marg. add. c.* b) *superscr. c.* c) *in marg. add. c.* d) *dimidia linea erasa c.* e) Geisericus rex *post superscr. c.* f) *post add. c.*

1) V. Vit. Floriani, Pez I, p. 36. 2) Vit. S. Severini c. 46. 3) Cf. Hist. Patav. a. 508, supra p. 620.

Anno Domini 500. Sanctus Fulgencius episcopus floruit.

Anno Domini 508. gens nostra, scilicet Noricorum et Wawarorum, que iam fere per 250 annos exulaverat, resumptis viribus, quia Romani a diversis nacionibus inpugnabantur, statuentesque sibi ducem nomine Theodonem, ad sedes proprias redierunt.

Et primo nobiles quondam civitates suas reformant, scilicet Laureacum et Pataviam et in duas dyoceses provinciam diviserunt, sed tamen Pataviensis subfuit Laureacensi.

Anno 519. Sanctissimus Benedictus migravit ad Dominum sub Iustino seniore et Hormisda papa.

520. Romani iterum Wawariam invaserunt, sed a Theodone victi apud Oeting prosternuntur pariter et fugantur sub Iohanne I. papa.

522. Clodoveus rex Francorum moritur et Parisius sepelitur.

Item Thedericus rex Ostrogothorum subita morte periit et in olla Vulcani proicitor, ut sanctus Gregorius scribit.

523 Hildericus rex Wandalorum episcopos ab exilio revocavit.

Anno Domini 532. Dyonisius abbas Romanus composuit magnum cyclum incipiens ab hoc anno sub Vigilio papa et Iustiniano imperatore. Hiis temporibus liberata est Roma a Gothis.

Item 5 synodus Constantinopoli celebratur anno 544.

Item sanctus Remigius moritur. Item Arator librum suum Vigilio representat, quem eciam approbat.

Item Theophilus in Sycilia Deum et beatam Mariam abnegat

Item sanctus Maurus in Galliam venit.

Item sanctus Rudbertus in Wormacia predicat.

Anno 532. Theodo I. moritur; cui successit Udo dux.

547. Totila rex Gothorum in Italia tyrannidem exercet.

564. Sanctus Columbanus predicat.

565. Udo dux moritur, et Theodoaldus succedit.

566. Narses patricius Totilam occidit auxilio Theodoaldi.

568 Narses offensus a regina Longobardos vocavit sub Pelagio I. papa

569 Sanctus Vedastus moritur sub Iohanne papa III

Anno 586. Richaredus, frater Erminigildi, cum Gothis convertitur sub Gregorio I. papa et Mauricio imperatore.

591. Sanctus Gregorius I. papa eligitur.

594. Gregorius synodum celebravit[a].

598. Erchenfridus episcopus sedit Patavie sub Gregorio papa, forte ab eo missus. Et exhinc, iam Wawaris confortatis et nacionibus exteris debilitatis, cepit episcopatus dividi.

Hiis temporibus sanctus Rudbertus a Theodone I. in Wawariam accersitur.

604. Sanctus Gregorius moritur.

608. Bonifacius IIII. papa festum omnium sanctorum instituit.

615 Vilo Romanus Laureaci sedit in archiepiscopatu. Huius tempore sanctus Rudbertus construxit ecclesiam Iuvavensem, id est Salzburgensem, et ibi sedit.

624. Erchenfridus episcopus Pataviensis moritur. Et Otacherus preficitur sub Honorio I. papa. Item sancta crux exaltatur.

660. Vilo archiepiscopus Laureacensis moritur 45. anno pontificatus sui, et Bruno preficitur sub Theodoro papa, qui penitentialem edidit.

Hiis temporibus sanctus Oswaldus rex moritur.

Item Theodorus Cantuariensis episcopus penitentialem edidit iussu Vitaliani pape

Item synodus Constantinopoli celebratur sub Agathone.

Item Bruno Laureacensis archiepiscopus post Otacherum Pataviensem ecclesiam simul rexit.

Item[b] sancta Gerdrudis virgo floruit, filia Pippini I, neptis Angisi maioris domus.

Hiis temporibus sanctus Willibrodus floruit Item sanctus Gallus floruit.

Item Machmet heresiarcha oritur sub Sergio I. papa.

698. Theodorus archyepiscopus Laureacensis et Pataviensis sedit 23 annis. [Huic[c] Symachus papa pallium destinavit. Require infra[1]].

Hiis temporibus synodus apud Aquilegiam celebratur sub Sergio papa.

Item facta est altera apparicio sancti Mychahelis. Item sanctus Kylianus cum sociis suis occiditur. Item sanctus Lambertus occiditur sub Leone III. papa. Item sanctus Otmarus floruit. Item sanctus Beda presbyter floruit. Et sanctus Pirminius episcopus.

722. Wivilo vel Vilo archiepiscopus sedit Laureaci et Patavie 23 annis. quem ibi instituit papa Gregorius II, ut in decretali sua ad Utilonem ducem Wawarie fatetur[2]. Iste Vilo sedit sub Gregorio II. et Gregorio III. et Zacharia. Sub istis temporibus sanctus Bonifacius [Maguntin.[d]] divisit provinciam Wawarie et Laureacensem archiepiscopatum in quatuor dyoceses vel parrochias auctoritate Gregorii pape et assensu Utilonis ducis, scilicet Salzburgensem, Frisingensem, Aistetensem . . . .[e,3]

a) *linea erasa.* b) *in marg. inf. eadem manu post add. c.* c) *in marg. post add. manu β c.* d) *alia manu superscr c.* e) *linea fere erasa.*

1) Legitur in cod. f. 65. Iaffé, Reg. spur. nr. CCV. 2) Gregorii III. epist. inter Bonif. nr. 38 (Iaffé, Bibl. III, p. 104) intelligit. 3) V. Vit. Bonif. c. 9, 28, SS. II, p. 346.

Item idem fundavit episcopatum Herbipolensem, ubi antea fuerat finis archiepiscopatus Laureacensis a Putima sursum[1]. Item Fuldense monasterium. Item idem penitentiale et leges christianas per Gregorium papam Wawaris statuit.*

Anno Domini 741. Utilo dux Wawarie construxit monasterium Altahense sub Zacharia papa. cf. H Alt

Item natus est Tassilo. Item idem Utilo pugnat cum regibus Francie. Item sanctus Benedictus Floriacum transfertur. Item sanctus Burchardus in Herbypoli primus episcopus ordinatur. Item sanctus Willibaldus in Aichsteten primus episcopus ordinatur Item sanctus Corbinianus in Fræising. H d / Mart / A Mell / cf A. Garst

Item synodus Rome celebratur sub Gregorio III. contra Leonem imperatorem fere mille episcoporum Mart

745. Sedonius archiepiscopus Laureacensis et Pataviensis sedit annis 13. H ep

Hiis temporibus Pippinus II. Tassilonem post patrem suum Utilonem ducem Wawarie fecit, quia sororius suus fuit, sub Leone imperatore H. d

Item Cassinenses per Zachariam papam corpus sancti Benedicti repetunt a Pippino, quem regem Francie esse iussit, cum fuisset antea maior domus, regni heredibus eiectis. Mart.

Item sanctus Bonifacius Maguntinensis episcopus a Frisonibus martyrizatur A M

755. Antelmus archiepiscopus Laureacensis et Pataviensis sedit annis 10 sub Stephano II. papa. H. ep.

Anno Domini 765. Wiscarius archiepiscopus Laureacensis et Pataviensis sedit annis 9 sub Stephano papa. f 4'

Huius tempore Utilo dux Wawarie obiit. H d

Item translatum est imperium a Romanis ad Francos in Karolum II. Item decimas habere laicis est concessum.

Item synodus celebratur A M

775. Waldaricus archiepiscopus Laureacensis et Pataviensis sedit 31 annos[a]. Huius tempore Adrianus I. papa investituras ecclesiarum et decimas Karolo indulsit et suis principibus. H. ep / Mart

Item idem papa Tassilonis II.[b] filium baptizavit, scilicet Theodonem. H d

Item idem Tassilo II.[b] dux Wawarie fundavit monasterium Chremsmunstrense anno Domini 777, anno ducatus sui 30. Item idem papa eiusdem ecclesie fundacionem confirmavit.

Item predictus Karolus, cum iam esset imperator augustus, nostra predia confirmavit.

Item idem episcopus Waldaricus eandem ecclesiam consecravit, iuncto sibi episcopo Iuvavense Virgilio et aliis prelatis, sub Fater abbate.

805. Urolfus archiepiscopus Laureacensis et Pataviensis sedit annum unum [Huic[c] Eugenius papa pallium confirmavit]. Cum isto Urolfo et successoribus suis ceperunt episcopi Iuvavenses contendere pro pallio. H. ep / cf Not p. 623.

Item episcopalis sedes[b], que antea apud Laureacum pocior fuerat, cepit in Pataviam transire, postquam eam Tassilo opibus et honoribus exaltavit.

Item hiis temporibus Karolus imperator post Tassilonem ducem prefecto cuidam nomine Geroldo Wawarie provinciam commendavit, per quem eius terminos in Pannoniam usque Nabam[d] fluvium dilatavit[2] sub Leone III. papa cecato.

807 Hatto episcopus sedit Patavie annis 11. Pallium non curavit[e] H. ep Not

Item Karolus petivit sibi cantores mitti a Stephano papa III.[f] Item assumptus est cantus Gregorianus, Ambrosiano in Mediolanensi tantum dyocesi reservato. Item Leoni suos clericos, ut cantum Gregorii discerent, destinavit Romam[3].

Item idem Leo letanias instituit. Mart

Anno 818. Rincharius archiepiscopus Pataviensis sedit ut electus annis 10. Iste cum contenderet pro pallio, Salzburgenses substituunt sibi Baturicum. Sed ipse non cedens nec sedi nec contencioni, cum pallio tandem triumphavit. Rome per Pascalem papam sollempniter archiepiscopus ordinatus, sedit postea ut archiepiscopus 10 annis tempore Ludwici imperatoris. f. 5 / H ep. Not

Hoc tempore prefuit in Chremsmunster abbas Sighardus.

Circa[g] hec tempora vel parum ante festum omnium sanctorum per totam Germaniam et Franciam est institutum per Gregorium IIII papam sub Ludwico Pio et abbate Sighardo. Mart

Item synodus celebratur de officio monachorum.

Item Renharius episcopus baptizat omnes Moravos. Not

838. Rynchariius obiit, et vacat sedes plus quam annum propter contencionem pro pallio. H ep

840. Hærwicus archyepiscopus sedit Patavie et Laureaci 16 annis. Iste potens in opere et sermone Iuvavensem ecclesiam humiliavit et Pataviensem ecclesiam et capitulum rebus et honoribus exaltavit sub Lothario imperatore. Not.

Hiis temporibus electus est in Romanum pontificem quidam qui dicebatur Os porci; sed mutatum est sibi nomen et dictus est Sergius II[b]; et abhinc statutum est, ut suis successoribus nomina permutentur. Mart.

Hoc tempore sanctus Remigius transfertur ab Hinchmaro episcopo, qui eius legendam compilavit. A M

Item corpus sancti Martini honoratur

*) *Alia manu in inf. marg. add.:* Sanctus Emmer[amus] sub Dietone.

a) annum *c.* b) *post superscr. c.* c) *post add. c.* d) *ita c.* e) 6 *lineae erasae.* f) IIII. *corr.* III. *c.* g) *haec infra Engelmari tempore (post p. 656, l. 6) scripta signo posito huc trahuntur.*

1) V. supra p. 652. 2) V. Ann. Sal. a. 791. et infra p. 660. 667, ubi de *Raba* fluvio dicitur. 3) V. Mon. Sang. I, 10. et infra Hist. abb. p. 667.

866[a]. Ermricus episcopus sedit Patavie 9 annis. Hic fuit nacione Ostrogothus et delicatus, nichil clari operis gessit et pallio caruit

Hiis temporibus Huni christianos persecuntur. Item sanctus Othmarus transfertur.

876. Winchingus archiepiscopus sedit Patavie unum annum. Abbhinc sedes Laureacensis cepit humiliari Ostrogothus fuit. Hic voluit in Seclavia metropolim facere[b].

878 Engelmarus archiepiscopus sedit Patavie annis 22.

Item Romana sedes multa adversa patitur.

Item post hoc Leo V. papa fecit collectas: *Deus cuius dextera* et *Deus qui beato Petro* etc. Item Snelpero abbas fuit. Iste Engelmarus ecclesiam et capitulum redditibus augmentavit.

Anno 889. Richarius episcopus sedit Patavie 12 annis. Hic per hos annos pro pallio contendit et tandem obtinuit et postea in nomine archiepiscopi et pallii dignitate sedit tribus annis sub Benedicto papa IIII. et Arnulfo ac suo filio Ludwico.

Hiis temporibus instabilis et mala fuit sedes, quia apostolici aut breviter vixerunt aut male, quidam etiam male intraverunt.

Item Ungari sive alie Pannonie naciones Wawariam et Italiam et eciam ipsam Romam diversis vicibus populantur, et propterea post Snelperonem abbatem videtur ecclesia nostra rectore caruisse, scilicet ab anno 900. usque ad annum 1040.

Item Cloniacum constructum est.

904. Purchardus episcopus sedit Patavie 12 annis. Iste deliciis vacans non curavit[c] pallii[d] dignitatem.

Ungari Wawariam vastaverunt, quia specialem principem eadem provincia non habebat, sed subfuit regibus Francie, unde coactus Ludwicus rex constituit ducem Purchardum.

Abbhinc imperium transiit in Italiam.

915. Gumpoldus sedit Patavie annis 16. Iste eciam segnis fuit et pallium non curavit.

931. Gerhardus archiepiscopus sedit Laureaci et Patavie 14 annis. Iste vas virtutum erat et pallium repetens, per Leonem papam V. pallio est donatus [quod[e] eidem Agapitus papa .... confirmavit] et ecclesiam ac capitulum bonis omnibus exaltans, in pace quievit. [Et[f] notandum, quod, cum due sint provincie Norice regionis, Heroldo occidentalis, id est Pannonia, Gerhardo orientalis, id est Wawaria, est commissa].

Hiis temporibus accepit ducatum Wawarie dux Arnoldus, ecclesiarum invasor, per Heinricum regem.

Item sanctus Udalricus Auguste floruit.

Item[1] Fridericus episcopus Maguntinus persequitur monachos sub Heinrico I. et Iohanne papa.

945. Adalbertus archiepiscopus sedit Patavie annis 25. Iste nil magnificum egit, quia Ungari provinciam vastaverunt.

Hiis temporibus bis celebratur synodus sub Ottone Magno.

Item sanctus Wolfgangus floruit.

Item imperium transfertur in Teutonicos.

971. Pilgrimus archiepiscopus sedit Patavie annis 19. Iste fuit vir magnificus et ecclesiam suam[g] strennue rexit. Que barbari occupaverant et destruxerant, ingenio magno et auxilio imperatorum revocavit. Capitulum quoque viriliter reformavit. [Huic[h] Benedictus papa pallium dedit]. Iste contulit ecclesie nostre predia circa Trunam et Hausrukk et Ascha[i] Otachero *marchioni Styrie [filio[k] Otacheri][2]. Huius tempore apostolici resumpserunt[l] investituras ecclesiarum, quas Adrianus I. papa Karolo Magno contulerat; sed resistentibus imperatoribus, dissensio propterea in ecclesia est exorta.

Item in Altah ex clericis monachi fiunt[m].

992.[n] Christianus episcopus sedit Patavie 22 annis. Iste nil clari gessit et sine pallio decessit. Hic usurpavit [cum[o] Leupoldo marchione et comitibus Peringero et Engelberto] predia ecclesie nostre in Petenbach*, sed tandem restituit [que[p] de manu Arnoldi** comitis ante eripuit]. Hic eciam specialem sibi iurisdiccionem in nostra ecclesia vendicavit. Unde dicit in privilegio: *Chremsmunstrensem ecclesiam sacre Pataviensi sedi iure legitimo pertinentem* [ideo[q] scilicet,

*) *In sup. marg. post add. quae huc pertinere videntur:* que ad eum devoluta fuerunt per comites de Welsa et de Lambach, scilicet Arnoldum et Wilhelmum[2]. **) *Post add.:* predicti.

a) *numerus mutatus, sed restitutus.* b) *in marg. suppl c.* c) caravit *corr.* curavit *c.* d) palli *corr.* pallii *c* e) *in marg. sup. suppleta; quaedam post* papa *superscripta abscisa sunt c.* f) *in marg. sup. suppleta c.* g) *superscr. c.* h) *post in marg. add. c.* i) *vocabulum erasum c.* k) *post add. c.* l) petiverunt *post superscr. c.* m) *post add. c.* n) 911. *corr.* 992. *c.* o) *alia manu superscr. c.* p) *in marg. sup. add. manu* β. q) *post superscr. c.*

1) Haec unde sumta sint, nescio; v. supra p. 646 n. 2) Huc spectat nota codicis 'De censu ecclesiarum': *Erant quidam comites Arnoldus et Wilhelmus de Wels et Lambach, qui quedam nostra predia in Ascha et Hausrukk et Petinpach sibi vendicaverant, sive scienter sive ignoranter, surgentes in discidio Ungarorum circa annum Domini* 900; *per quos ipsa transierunt in manus Pilgrimi archiepiscopi Laureacensis et Leupoldi marchionis, a quibus devenerunt ad Otacherum marchionem. Cum hoc igitur Otachero Altmannus episcopus ecclesiam Tůdich a se et suis antecessoribus usurpatam commutavit, accipiens predium in Hausrukk, et ipsam ecclesiam dans, quam idem Otacherus et eius successor Leupoldus dux Austrie dedit ecclesie Glunicensi pro prediis inibi collocatis, ut habetur in privilegiis dicti loci* (UB. p. 377 n.). Cf. UB. nr. 18. et notas chartae Arnoldi comitis adiectas p. 29.

quia antecessor eius decimas nobis dedit, ut pie creditur ab antiquis]. Hoc tempore sanctus Godehardus abbas floruit, [et[a] sanctus Cholomannus martyrizatur].

1013. Perngerus episcopus sedit Patavie annis 33. Hic ecclesiam competenter rexit, possessiones per pecuniam ecclesie comparavit, sed pallium non curavit, sub Gerhardo abbate. Sanctus Cholomannus occiditur. [Ab[b] hoc episcopo dedicata est ecclesia in Hag anno Domini 1032].

1046. Engelbertus episcopus sedit Patavie annis 19. Hic eciam ut antecessor suus ecclesiam et capitulum rebus et honoribus sublimavit et sine pallio decessit Iste nostrum monasterium consecravit[c]. Item domum sancti Floriani a monachis habitatam clericis mancipavit sub Heinrico [sancto*] rege[1]. Item Babenberch construitur. Sanctus Adalbero episcopus floruit, qui Lambacensem ecclesiam fundavit. Item Nŏtkerus doctor floruit[d].

1065. Altmannus episcopus Patavie sedit 26[e] annis. Iste vir bonus et religiosus fuit, et dum canonicis et aliis clericis male viventibus resisteret, de episcopatu deiectus, pluribus annis Rome cum papa Gregorio VII.[f] fuit. In huius deiectione clerici prefecerunt sibi quendam Hermannum, et post hunc Tiemonem, sed neuter eorum fuit confirmatus. Sub hoc electo Heinricus III.[f] imperator* restituit ecclesie nostre predia in Petenbach[2], que[g] Christianus episcopus contulerat duobus comitibus sub Alrammo I.[f] abbate. Altmannus vero episcopatui divinitus restitutus, multa bona in dyocesi ordinavit. Monasteria quedam construxit, quedam reformavit. Inter que Gŏthwich et Sancti Nycolai construxit, Chremsmunstrense, scilicet nostrum, et domum sancti Floriani reformavit in monastica disciplina [anno[h] Domini 1082]. Item nostrum monasterium consecravit et abbatem Ditricum instituit. Iste ecclesiam Tudich** commutavit Otachero marchioni pro prediis in Hausrukk, que [eidem[i]] contulerat Pilgrimus episcopus[3]. Iste pallium non curavit, sed sedit in Laureacensi kathedra et infra, quia Pataviensem sedem Tiemo occupavit [canonicus[k] Wirtzburgensis].

Huius tempore floruit in Altah Tiemo abbas, postea episcopus Salzburgensis, [ad[l] ultimum trans mare factus martir]. [Obiit[m] anno Domini 1091].

1092. Udalricus episcopus sedit Patavie et Laureaci 32 [vel[m] forte non tot] annis. Abhinc cessavit contencio pro pallio cum Salzburgensibus. Iste usurpavit predia in Petenbach, et cum aliquanto tempore tenuisset, restituit ea nobis sub Alramo I.[f] abbate. [Item consecravit ecclesiam Chirchdorf anno Domini 1119, ordinationis sue 27, quam Alramus construxerat. Item ecclesiam Chirhperg, quam idem Alramus construxit anno Domini 10 . .***].

Hiis temporibus cepit ordo Cartusiensium sub Victore II. papa. Item ordo Cisterciensis sub Urbano II. Item floruit sanctus Anshelmus episcopus. Item Medlicum monasterium est constructum a Leupoldo marchione. Item Kalixtus II. papa perfecit contencionem pro privilegio laicorum de investitura. Nam Heinricum IV. regem ad hoc flexit, ut sibi idem privilegium resignaret. Item ordo Premonstratensis ortus est sub Pascali II. papa et Heinrico IIII. imperatore. Item Gerstense monasterium est constructum.†

1124.†† Regmarus episcopus sedit Patavie cum pallio 17 annis. Hic dicitur fuisse destructor ecclesie. Berchtoldus abbas Gerstensis prefuit.†††

1140.*† Reginbertus episcopus Patavie sedit annis 9. Iste cepit reformare ecclesiam nostram, scilicet in Chremsmunster, quia confirmavit predia et ecclesiam in Monte sancti Martini et terminis distinxit et consecravit sub Udalrico I. Huius tempore synodus Lateranis sub Innocencio celebratur 500 episcoporum.

1149.**† Chunradus episcopus sedit Patavie 18 annis, postea efficitur episcopus Salzpurgensis [sub[m] Chunrado rege, Leupoldo II. duce]. Huius tempore facta est dissensio inter Fridericum I. imperatorem et Adrianum papam. Item concilium celebratur. [Hic[l] consecravit ecclesiam Viechtwangensem anno 9].

1159. Rubertus episcopus Patavie sedit annum unum et tres menses. Iste scismaticus dicitur fuisse.

*) *Superscr.:* rex. **) *In marg. post add.:* quam nunc habet monasterium Glunicense.
***) *Manu γ add.:* 21, ordinationis scilicet 7.
†) *Cod. Mon.:* videlicet recuperatum, post elapsum vetustate. ††) *Corr.:* 1133.
†††) *Post add.:* Huiús tempore anno Domini 1123. cepit construi monasterium in Glunich a Prunone nobili de Glunich. Qui eandem fundacionem dedit Ottoni episcopo Babenbergensi [sub[n] Lothario rege]. — *Cod. Waldh. add.:* His temporibus fundatum est hoc monasterium, scilicet Walthausen, ab illustri comite Ottone in Marchlandt in honore sancti Iohannis apostoli et euvangeliste.
*†) *Corr.:* 1139. **†) *Corr.:* 1150.

a) *post add. c.* b) *post add. in marg. inf. c.* c) *quaedam erasa c.* d) *una linea erasa c.* e) 27 *corr.* 26. *c.* f) *superscr. c.* g) *e corr. c.* h) *in marg. post add. c.* i) f *superscr.* eidem *c.* k) *ita post in rasura c.* l) *post add. c.* m) *in marg. post add. c.* n) *alia m. c.*

1) V. Vit. S. Altmanni c. 9. et supra p. 624 n. †. 2) UB. nr. 26. 3) Cf. supra p. 624 n. ††.

1160. Albo electus sedit Patavie annos tres, sed incriminatus amovetur. Huius tempore Fridericus imperator Salzburgensem episcopum Albertum pepulit in exilium sub Alexandro [III.[a]] papa.

1164. Heinricus electus sedit Patavie annum unum et postea cessit propter scisma tam inter papam et imperatorem quam inter suos clericos.

1165. Diepoldus, frater predicti Heinrici, episcopus sedit Patavie annis 20. Huic substituuntur[b] predicti tres, scilicet Rubertus, Albo et Heinricus, sed ipse prevaluit. Iste dedit nobis ecclesiam in Chirchperch, sed intulit nobis postea multa mala per violentam intrusionem ad abbaciam fratris sui Manegoldi. Unde magna et diu perseverans discordia inter fratres monasterii et episcopum est exorta et ad sedem apostolicam devoluta sub Lucio et Urbano III. [Iste[b] eciam[c] consecravit ecclesiam Wartperg anno Domini 1185[b]].

1175.* Wolfkerus episcopus Patavie sedit annis 14. Postea transfertur in Aquilegiam. Iste fuit in divino eloquio eruditus. Hic dedit** nobis ecclesiam in Vorhdorf [sub[b] Leupoldo duce II]. Item consecravit cappellam sancti Mychahelis in Chirchperch.

1200. Poppo episcopus Patavie sedit annum unum et 6 menses.

1206. Manegoldus episcopus Patavie sedit annis 9. Iste de Chremsmunster, ubi abbas erat, est assumptus. Multa mala intulit ecclesie nostre tam in abbacia quam in episcopatu, quia abbaciam cum episcopatu tenuit [ut[e] dicitur] fere tribus annis et multas sanctorum reliquias ac privilegia plurima asportavit, predia etiam plurima alienavit. [Item[e] Chirhperg reconsecravit anno Domini . . . .]. Huius tempore synodus celebratur Rome sub Innocencio III.[d] papa.

Anno 1216. Ulricus II. episcopus sedit Patavie annis 6 [et[e] forte plus]. Hic dedit nobis ecclesiam Puchchirchen et remisit steuram in Mauttarn[1]. Item dicit in privilegio nobis dato[2]: *Hinc est, quod devocionem ac servicia, que a monasterio Chremsmunster, quod eciam speciali iure nobis adtinet* etc.

Hoc tempore sedit Honorius III. papa [post[c] Alexandrum III]. Item cepit ordo Predicatorum, quem idem papa confirmavit. Item fratrum Minorum.

1222. Gebhardus episcopus sedit Patavie annis 10, mensibus 10. Hoc tempore floruit sancta Elyzabet. Item frater Reimundus composuit decretales sub Gregorio IX. papa.

1233. Rugerus episcopus sedit Patavie 18 annis et 6 mensibus. Hic commutavit nobis ecclesiam in Wæizchirchen pro Albenburch[3]. Item dicit in privilegio[2]: *Recognoscentes, quod eidem ecclesie*, scilicet Chremsmunstrensi, *eo quod de corpore Pataviensis ecclesie creata esset, adesse teneremur in suis necessitatibus favorabiliter et specialiter cum effectu* etc.***

Huius tempore synodus apud Lugdunum celebratur per Innocencium papam IIII. Item octava nativitatis sancte Marie instituitur sub Friderico II. imperatore.

1250. Chunradus II, dux Polonie, electus sedit Patavie annum unum, postmodum duxit uxorem.

1251. Berchtoldus episcopus sedit Patavie annis tribus et 4 mensibus. Iste fuit depositus per apostolicum, quia, cum esset reprehensibilis vita eius, offensus erat clericis, contra quos ita desevit, ut unum eorum faceret, oculis erutis, nasu et auribus mutilare. Unde canonici caput eiusdem Romam deferentes, cantabant lamentabiliter responsorium: *Videns Iacob* etc. Et subiungentes versum: *Vide, si tunica*, apostolico ostenderunt pro indicio violencie ipsum caput, et sic depositus est. [Hic[c] contulit suo decano ecclesias nostras Vorhdorf et Wæizchirchen].

Item canonizatur sanctus Eadmundus confessor. Item sanctus Petrus martir ordinis Predicatorum per Innocencium IIII.

1255. Otto episcopus sedit Patavie annis 9 et mensibus 4. Iste fuit zelator cleri et religionis et plures prelatos negligenter viventes deposuit. Inter quos eciam cessit abbacie abbas Ortolfus.

Huius tempore canonizatur sancta Clara ordinis sancti Damiani sub Alexandro papa IIII.

1264. Petrus episcopus sedit Patavie annis 14. Iste fuit doctus in divinis et humanis scripturis et bene rexit. Item apud nos tria altaria consecravit.

1279. Wichardus episcopus sedit Patavie annis 2, mensibus 10.

1282. Gotfridus episcopus sedit Patavie annis 2, mensibus 4. Iste fuit multe sapiencie et sciencie et bene rexit. Item apud nos principale altare et chorum consecravit. Item conspiratores in Altah in perpetuum exterminavit de ecclesia, quorum amici abbatem Volchmarum occiderunt.

*) *Superscr.:* [11]81. **) *Superscr.:* commutavit.
***) *Post in marg. add.:* Huiusmodi verba sunt superflua, nisi excusentur per hoc, quod antecessores sui dederunt nobis decimas sibi debitas in nostris ecclesiis et invicem.

a) *post superscr. c* b) *ita c.* c) *post add. c.* d) *numerus ut videtur erasus.* e) *post in marg. add. c.*

1) UB. nr. 58. 59. 2) Cf. Lib. de or. 1, 5, p. 641. 3) UB. nr. 72.

1284. Wernhardus episcopus sedit Patavie usque ad annum Domini 1]313. Quo mortuo [anno[a] pontificatus sui 30], vacavit sedes fere 7 annis. Iste mitis sibi, remissus suis fuit, multa tamen clara gessit. Inter que monasterium Cysterciensis ordinis fundavit, scilicet Cellam angelorum[1]. Item chorum ecclesie Pataviensis et criptam decentissime renovavit. Iste[b] quoque ecclesiam Puhchirchen fratrum* usibus plenarie contulit iterato.

1320. Dux Saxonie, nepos** Alberti regis, Albertus per dominum Iohannem papam XXII. ex laico factus est episcopus Pataviensis, et eodem anno per singulos gradus ecclesiasticos ascendens, in[c] sabbato Sicientes presbyter et sequenti dominica Iudica [anno[a] Domini 1321. Saltzpurge episcopus consecratus, in festo sancte Trinitatis primam missam presentibus omnibus prelatis sue dyocesis sollempniter celebravit [Wienne[a].][d]

II.
DE ORDINE DUCUM WAWARIE SIVE REGUM.

Descripto ordine archiepiscoporum sancte Laureacensis seu episcoporum Pataviensis ecclesie et de hiis que magis notanda suis temporibus emerserunt, de ducum Wawarie ordine est dicendum. Sed primo breviter est tangendum de origine populi Wawarorum. Quidam itaque populi feroces animo post diluvium et confusionem linguarum ab Armenia venientes[1], ipsam provinciam intraverunt, et incolis exclusis vel subactis, inibi consederunt, a nomine sui principis Babari provinciam nuncupantes. Deinde tercia mundi etate sub Gedeone iudice Iudeorum Norix, filius Herculis, easdem gentes devicit et civitatem edificans Noricum appellavit[2]. Exhinc ergo eadem regio Noricus est vocata. Istius autem provincie ac populi principatus post constructam Romam iuxta vigorem Romanorum principum mutabatur. Nam quando Romani duces minus valuerunt, tunc prevaluit Wawaria; si quando vero Romani prevalerent, tunc quoque Wawari viluerunt. Verumtamen semper extitit principatus sub regis nomine sive ducis, licet non semper sine honere servitutis. Porro qui post dictum Noricum vel quot duces ibi regnaverint usque ad tempora Iulii Cesaris, nondum legi. Ab illo nempe Iulio Boemundus dux Wawarie cum quibusdam aliis Germanie principatibus legitur esse victus[3]. Item post Iulium resumptis viribus rebellans idem populus Wawarorum, ab Augusto, a Tyberio, a Iuliano et a Constantino Romanorum regibus est iterum subiugatus. Post hec non solum a Romanis, sed eciam a diversis nacionibus est afflictus. Primum[3] a coniunctis sibi Gothis et Gepidis, post ab Hunis et Alanis, deinde a Wandalis et Herulis, postmodum a Marcomannis et Sarmatis, et demum ab Avaris, Winulis atque Rugis, ad postremum vero a pessimis Ungaris; quibus misera provincia diversis temporibus est concussa, usque quo ad ultimum ab Ostrogothis seu Romanis ipse populus de patriis laribus in exilium est propulsus. Nam, ut legitur in Vita sancti Severini confessoris[4], sollempnes civitates Wawarie, scilicet Laureacus, Patavia, Noricus, *que nunc dicitur Ratispona, et Aquilegia cum aliis plurimis dissipate[e], incole earum in Neapolim transierunt, assumptis secum omnibus rebus suis, tam in privilegiis quam sanctorum suorum reliquiis sive aliis viaticis corporalibus, que abducere prevalebant, ibique multo tempore habitabant. Tandem anno Domini 508. sub Anastasio imperatore, cum iam extere naciones, scilicet Ostrogothorum et Longobardorum, Italiam intrantes Romanos infestarent, eadem gens Wawarorum ad sedes patrias remeavit[5] sub duce suo nomine Theodone; nec amplius facta est in eis transmigracio generalis, quin pocius, cum eas Romanus exercitus sub Iustino imperatore bello impeteret, apud Ŏting se Wawari defenderunt, prostratis hostibus et fugatis anno Domini 520.

Postea anno Domini 532. predictus Theodo dux Wawarie post reditum gentis sue anno 30. est defunctus; cui successit filius eius Udo. Quo mortuo anno ducatus sui 29, successit Theodoaldus. Circa hec tempora Totila rex Gothorum regnat in Italia

Anno Domini 556. Theodoaldus dux Wawarie expulit de Italia omnes Gothos sub Iustiniano imperatore.

Anno Domini 567. quidam Gerbaldus ducatum Wawarie occupavit, quem Hildebertus rex Francorum bello petens, cum filio eiecit et Tassilonem prefecit. Et extunc duces Wawarie cum regibus Francorum contendentes, plus vel minus valuerunt circa annum Domini 580. [Circa[f] hec tempora Narses patricius ab imperatrice offensus, Longobardos in Italiam introducit sub Iohanne papa. Item[g] sanctus Medardus episcopus moritur, et sanctus Erminigildus rex a patre occiditur, et frater eius Richaredus cum Gothis convertitur. Item sanctus Gregorius Rome papa creatur 591, et anno 594. ab eo concilium celebratur. Item sanctus Rudbertus in Wawaria accersitur, et Erchenfridus Laureaci preficitur.

Anno 598. Gerbaldus iterum Wawariam occupavit. Huius filiam Theodelindam, ad quam sanctus Gregorius papa scribit[6], duxit uxorem anno Domini 600. Otarius vel Autarith[7] rex Longobardorum. Hec Theodelinda habuit fratrem Gundoaldum, cuius nepoti Chuniberto regi Longobardorum de musca contigit res miranda, ut in cronicis[8] invenitur.

*) *Corr.:* nostris. **) *Superscr.:* sororius.

a) *in marg. post add. c.* b) *post eadem manu add. c.* c) *reliqua alio atramento scr. c.* d) *f. 8'. vacat.* e) dissipatis *corr.* dissipate *c.* f) *in sup. marg. post add. c.* g) *pergit in inf. marg. c.*

1) Engelszell; cf. Ianauschek, Orr. Cisterc. p. 266. 2) Haec ex Vita Altmanni c. 28. fluxerunt. 3) Ita 'Kaiserchronik'; v. quae Massmann III, p. 472. collegit. 4) c. 40, p. 26. 5) V. supra Lib. de or. I, 3, p. 640. 6) Cf. Pauli H. Lang IV, 8. 9. 7) Cf. Lib. de or. I, 3, p. 640. 8) Pauli H. Lang. VI, 6.

Anno 614. Tassilo iterum in Wawaria regnum tenet, qui 650. iam centenarius est defunctus. [Et[a] Machmet christianos seducit. Item Heraclius reduxit Ierusalem sanctam crucem].

651. Grimoaldus constituitur dux Wawarie a regibus Francorum Dagoberto et Heriberto. Huius tempore idem Dagobertus Wawaris leges dedit sub Martino papa et Archadio imperatore[1].

696. Theodo II. dux Wawarie efficitur per reges Francie. Hic Romam peciit 716. anno Domini. Iste constituit sanctum Corbinianum *episcopum in Frisinga. Hiis temporibus floruit in Suevia sanctus Gallus. [Item[a] sanctus Emmerammus martirizatur et Ratispone sepelitur].

718. Theodo dux obiit; pro quo Theodobaldus et Grimoaldus, filii eius, surgunt. [Iste[b] Grimoaldus, defuncto fratre suo Theodoaldo, uxorem eius duxit, pro quo ipsum sanctus Corbinianus episcopus increpavit].

729. Grimoaldus obiit, et ei Hugbertus succedit. [Karolus[a] [Marcello[c]] rex decimas ecclesiarum usurpat].

739. Hugbertus obiit, et ei Odilo vel Utilo succedit. Hic sanctum Corbinianum apud Magense castrum sepelivit. Circa hec tempora Longobardi sanctum Valentinum episcopum transtulerunt in Tridentum de Magense[2]. Item sanctum Wivilonem archiepiscopum transtulit de Laureaco in Pataviam[3].

741. Pippinus II. rex Francorum, filius Karoli I, cum fratre Karlomanno pugnant cum Utilone duce Wawarie, et vincunt. Item Utilo cepit construere monasterium Altahense hortatu sancti Pirminii episcopi sub Zacharia papa. Item idem Utilo duxit uxorem sororem eiusdem Pippini.

742. Tassilo II. natus est.

743. Pippinus iterum pugnat cum Utilone circa Lech. Hiis temporibus construitur monasterium Fulda a sancto Bonifacio episcopo Maguntino. Item sanctus Burchardus in Wirzburch et sanctus Willibaldus in Aichsteten primi episcopi ab eodem ordinantur de consensu Utilonis et auctoritate Zacharie pape.

748. Grifo, frater Pippini, Wawariam occupavit contra Utilonem; sed eum Pippinus expulit et Tassilonem, Utilonis filium de sorore sua, prefecit.

751. Karlomannus rex coram Zacharia papa seculum dereliquit.

752. Pippinus a Stephano papa rex Francorum coronatur, regni heredibus abiectis. Et Grifo occiditur.

753. Sanctus Bonifacius martyrizatur, et sanctus Quirinus transfertur in Tegernse. Item Desiderius rex Longobardorum creatur.

756. Tassilo II. dux Wawarie hominium Pippino, avunculo suo, fecit.

759. Sanctus Othmarus abbas a Warino in insulam religatus, migravit ad Dominum.

765. Utilo dux Wawarie moritur, et filius eius a Pippino confirmatur, et ipse sequenti anno moritur. Huius[d] pater Karolus [Marcello[c]] primus ecclesiarum decimas usurpavit, et ideo sanctus Eutherius eius animam in inferno vidit, et in eius tumulo nichil nisi serpens maximus invenitur.

766. Pippinus rex moritur, et Karolus cum fratre substituitur.

771. Karolus synodum congregavit.

772. Tassilo Karinthiam subiugavit. Item Theodonem genuit de Leupirge, filia Desiderii regis Longobardorum, quem Adrianus papa Rome baptizavit.

773. Karolus Desiderium cum Longobardis vicit, et patricius Romanorum efficitur; Desiderius vero ab eo in exilium religatur. Item Adrianus papa investituras ecclesiarum Karolo dedit et decimas eius militibus conferri indulsit, quod ante eum Simplicius papa fieri inhibuit.

777. Tassilo dux Wawarie monasterium Chremsmunstrense construxit sub Adriano papa et Karolo imperatore, qui idem confirmaverunt, et Waldarico archiepiscopo Laureacense et Virgilio episcopo Salzpurgense, qui ipsum dedicaverunt, et Fater abbas ibi preficitur, tempore Constantini imperatoris, filii Leonis. Hic corpus sancti Valentini episcopi transtulit in Pataviam de Tridento, et eam opibus et honoribus ampliavit et sanctum Corbinianum reportavit in Frisingam. Iste quoque dux multa alia[c] monasteria construxit, scilicet Lorishaim, Wezenprunn, Enstorf, Mænnse, Rot, Benedictenpæurn, Ætel, monialium in Patavia, Swebischwerd; item Rot, Nernshaim, Polling, Nunnenwerd, Pernried, Tierhaupt[4].

782. Tassilo dux Karolo fecit hominium.

785. Tassilo misit legatos suos ad Adrianum papam, ut se componeret cum Karolo.

787. Tassilo ducatum et seculum dereliquit et cum filio Theodone in Lorishaim se recepit[5], ubi religiosissime vitam finivit.

789. Karolus, Wawaria iam subacta, cum Hunis de finibus Wawarie et Pannonie contendit, que causa irrupcionis Hunorum origo fuit.

790. Karolus Pannoniam vastat et Wawarie terminos usque ad Raben fluvium dilatat et Geroldo comiti Wawariam commendat regendam[6]. Hiis temporibus Franci et Germani cantum Gregorii sunt edocti sub Leone papa, qui letanias instituit, in quibus cum clero procedens ab emulis est cecatus, et lingua eciam amputata

800. Karolus a Leone coronatur et augustus ac cesar appellatur. Et Geroldus prefectus Wawarie occiditur.

a) *post add. (eadem manu?) c.* b) *alia manu (β) in sup. marg. add. c.* c) *post superscr. c.* d) H. p. K. *in ras. c.*

1) Nota singularem auctoris errorem; cf. supra p. 625 n. ††. 2) De hac re in Vita, Act. SS. Ian. I, p. 1095, nihil; sed Grimoaldus rex, precibus Thassilonis commotus, de Mainse Pataviam reliquias misisse narratur. 3) Cf. supra p. 625 n. ****. 4) Haec partim dubiae fidei sunt; cf. Riezler, Hist. Bavar. I, p. 137. 5) Ita primus Otto Fris., Chron. V, 29, p. 227. 6) Cf. Lib. de or. I, 13, p. 645.

810. Karolus testamentum fecit et Bernhardum, nepotem suum per Pippinum Gnanum, Wawarie prefecit regem. cf. A M.

812 Karolus Magnus moritur. Et Ludwicus Pius, eius filius, succedit.

813. Ludwicus Lotharium, filium suum, in Italia regem fecit. Abhinc tribus continuis annis quedam virgo ieiunavit in territorio Tullensi. Et Leo papa moritur, et Ludwicus a Stephano coronatur. Et Lotharius, eius filius, in Wawaria regnat. Et Bernhardus rex ipsis rebellans excecatur et sic moritur. Mart. A M

825. Ludwicus in Wawariam veniens, regnat ibi. H d

828. Ludwicus concilium celebravit, ubi de officio monachorum specialiter est tractatum, ut ipsi scilicet ante pascha tribus diebus consuetudinem Romane ecclesie imitentur, sub Eugenio I. papa[1], et Sighardo abbate nostro presente. Hiis temporibus Wetti monachus miranda vidit A M.

834. Ludwicus imperator deponitur et recluditur, sed post breviter restituitur regno suo. H d

839. Ludwicus moritur; et Wawaria Francis subicitur gubernanda. Hiis temporibus Huni christianos persecuntur. Item sanctus Martinus et sanctus Remigius episcopi et sanctus Othmarus abbas transferuntur. Item gens Ungarorum de Scythia egressa, expulsis Avaris, in Pannonia se recepit. Circa annum Domini 840. festum omnium sanctorum in Francia et Germania instituitur per Gregorium IIII. papam. Item Lotharius a Sergio coronatur, qui Os-porci antea vocabatur. A M Mart

888. Arnolfus imperator regnare cepit. Hic monasterium Sancti Emmerammi construxit in civitate Ratisponensi[2], et predia ecclesie nostre auxit sub Snelperone. f 11' A M cf. H abb

900. Arnulfus moritur, et Ludwicus, eius filius, succedit, et Ungari Wawariam populantur A M.

909.* Purchardus dux Wawarie efficitur, sed eodem anno occiditur. H. d

912. Chunradus rex Wawarie, filius Chunradi principis, succedit. Contra quem quidam Arnoldus surgit et Wawariam occupat, sed tamen a Chunrado in Ungariam pellitur. Et postea per Iuvaviam regressus, Ratispone est obsessus. Abhinc nostra abbacia videtur abbate proprio caruisse. cf. H. abb

917. Burchardus dux Wawarie et Alamannie constituitur. Et sequenti anno Chunradus moritur, et regnum Wawarie extunc defecit, et Teutonicorum regnum oritur. Nam Heinricus Saxo comes rex efficitur, qui fuit filius Ottonis ducis Saxonie. H d

[927.[b] Purchardus occiditur, et Hermannus succedit]. A M

921. Heinricus rex et Arnoldus dux Wawarie Bohemos vincunt. Iste Heinricus illi Arnoldo episcopatus et abbacias in sua provincia sitas contulit, quarum possessiones nefarie dissipavit, ut de eo conqueruntur sancti in legenda sancti Udalrici[3]. Sed rex post in brevi obiit; cui Otto, filius eius, succedit. Arnoldus[c] quoque statim miserabiliter interiit, et Berchtoldus, frater eius, in ducatum succedit. Interim in Austria marchionatus surgit, de quo dicetur subsequenter [quia[e] quidam Leupoldus post Rugerum de Preclara ibidem per Arnoldum marchio est effectus[4]]. H d.

948. Berchtoldus dux obiit, et Heinricus, frater regis [Ottonis[d]], succedit. H d.

951. Otto rex cum Heinrico fratre duce Wawarie Ungaros subicit.

954. Leutoldus** [qui[d] successerat Hermanno] dux Alamannie Ottoni regi, patri suo, et Heinrico duci, patruo suo, rebellat et Wawariam occupat. Sequenti anno Ungari Wawariam devastabant, sed iuxta Augustam usque ad 7 omnes occiduntur. Item sequenti anno Heroldus archiepiscopus [Saltzpurgensis[d]] ab Heinrico exulato*** excecatur [tempore[d] Leonis V. pape et Gerhardi Laureacensis], *sed ipse eodem anno moritur, et Heinricus, filius eius, succedit, qui Hezelo dictus est. *f 12

961. Otto imperator coronatur a Iohanne papa, qui dictus fuerat Octavianus[e]. Hunc tamen papam perversum postea deposuit in synodo generali et Leonem papam VIII.[f] substituit. Qui eidem Ottoni eandem dignitatem confirmavit, quam Karolo contulerat Adrianus. cf Mart

976. Dissensio inter imperatorem et ducem Wawarie suscitatur. A M.

978. Heinricus dux Wawarie ab Ottone imperatore, patruo suo, cum quibusdam aliis in exilium mittitur, et Ottoni duci Swevie Wawaria committitur sub sancto Wolfkango. Post hec Otto moritur, et eius filius Otto a papa Gregorio V. coronatur. Herm Alt.

Huius tempore 7 electores imperatoris statuuntur, qui officiales imperii appellantur, scilicet tres cancellarii, episcopus Maguntinus Germanie, Treverensis Gallie, Coloniensis Italie. Item 4 principes seculares, rex Bohemie pincerna, palatinus Reni dapifer, dux Saxonie armiger, marchio Brandeburgensis camerarius. Mart

995. Heinricus dux in Wawariam reversus moritur; cui alter Heinricus, filius eius, succedit, qui eciam 3. anno moritur. H d

997. Heinricus, frater Heinrici, filii Hezelonis, dux efficitur.

1001. Otto III. moritur, et Heinricus dux Wawarie rex eligitur. Iste Heinricus Chunegundem duxit, sed cum ipsa habuit coniugium virginale. Item episcopatum Babenbergensem construxit et multas ecclesias reformavit. Mart

1002. Heinricus, frater Chunegundis, in Wawaria dux efficitur. H d

1003. Heinricus rex Heinricum marchionem Austrie et alios rebelles bello petit, et sic Italiam, Bohemiam et Bolizlaum ducem Sclavorum cum sua gente subiugavit. Hoc tempore sanctus Cholomannus in Stokheraw martirizatur sub Christiano episcopo Pataviensi et in Medlicha sepelitur. A. M.

1014. Heinricus rex a papa Bonifacio coronatur, et 1020. Benedictum papam Babenberch accersivit, et 1024 obiit, et Chunradus succedit. f. 12' ab

*) *Corr.:* 911. **) *Corr.:* Leutolfus. ***) *Corr.:* duce Wavarie.

a) *superscr. c.* b) *post add. c.* c) Arnoldus — Interim *des. Mon.* d) *post add. c.* e) Octav⁹ *c.* f) *post corr.* VI. *alia manu c*

1) Eugenium II. (a. 824—827) indicare videtur; sed infra in hist. abbatum Pascali papae tribuitur.
2) Ita Auct. Vindob., SS. IX, p. 723.
3) V. S. Oudalr. c. 3.
4) Cf. Auct. Vind. l. l. et quae notavi, 'Jahrb. Heinrich I.' p. 237.

1026. Heinricus dux Wawarie, frater regine, obiit, et Heinricus filius succedit. Hic a suis consiliariis strangulatur anno 23. ducatus sui. Et Otto succedit

1039. Chunradus imperator obiit, et Heinricus, filius eius, succedit

1047. Heinricus cum uxore sua Agnete a papa Gregorio V[1], qui Swikerus dictus fuerat episcopus Babenbergensis, coronatur

1049. Chunradus, qui et Chuno, dux Wawarie efficitur, sed a predicto Ottone occiditur, et ipse [principatur[a]. Hiis temporibus marchionatus Austrie nominatur].

1056. Adalbertus marchio orientalis, id est Austrie, moritur, et ei Ernestus, filius eius, succedit.

1058. Agnes imperatrix ducatum Wawarie suscepit sub Nicolao II. papa et Engelberto episcopo Pataviensi. [Circa[b] hec tempora[2] apparuit visio penarum sub Agapito papa et sancto Udilone].

1066. Agnes imperatrix et ducissa Wawarie obiit, scilicet mater Heinrici[c].

1070. Otto dux Wawarie Heinrico regi rebellat, genero suo[3], et eidem postea federatus, abbaciam Altahensem ab eo in feodo accipiens usurpat. Sed sequenti anno expellitur, et Welfo in ducatum succedit sub Gregorio VII. papa, qui antea fuit prior Gloniacensis.

1073. Welfo dux Wawarie et alii tres duces coniurant adversus regem. Et Ernestus marchio Austrie moritur, et Leupoldus [Pius[d]], filius eius, succedit, qui sororem regis [Heinrici[d]] Agnetem duxit[4]; cui tamen cum aliis principibus rebellans, sanctum Altmannum episcopum[5] contra regem et Tiemonem sibi substitutum in sede episcopali defendit. Iste Leupoldus Medelicum construxit*, [qui[c] multos liberos habuit]

1119. Welfo dux Wawarie, qui nobis dedit predia in Hall[6], moritur, et Heinricus, frater eius, succedit.

1127. Heinricus dux Wawarie [frater[e] Welfonis] obiit, et Heinricus, filius eius, succedit. Iste Heinricus per Chunradum regem de ducatu pellitur in Saxoniam, et Leupoldus [Pius[d]] marchio ei substituitur.

1140. Heinricus dux Wawarie in Saxonia obiit [relinquens[f] ibi filium Heinricum], et ducatus marchioni remansit.

1142. Leupoldus marchio Austrie et dux Wawarie obiit; cui Heinricus, frater eius, succedit sub Innocencio II.[c] papa. [Iste[f] monasterium Scotorum construxit].

1152. Chunradus rex moritur, et Fridericus, fratruelis eius, eligitur sub Eugenio papa et Chunrado episcopo. Iste Fridericus I. imperator Heinricum, filium Heinrici ducis Wawarie in Saxonia defuncti, in ducatum Wawarie restituit, et Heinricus, filius Leupoldi [Pii[e]], in solo marchionatu Austrie resedit. Sed predictus Heinricus in Wawaria restitutus, cum opposuisset se Friderico imperatori quasi dux Saxonie et Wawarie et dominus marchionum Austrie et Styrie et Istrie ac de Vohburch, anno ducatus sui 34. de eisdem principatibus eicitur a Friderico, et Otto palatinus Schyrensis ei in Wawaria substituitur, et Bernhardus in Saxonia anno Domini 1180. Post hec Fridericus imperator rogatu principum regni restituit Heinricum predictum in Wawaria hoc pacto, ut eorum assensu de marchionatu Austrie ob amorem consanguinei sui Heinrici faceret ducatum, auferens de ducatu Wawarie partem provincie a silva Pataviensi usque ad Anesum et addens Austrie. Et sic factus est in Austria ducatus. Sed cum idem Heinricus dux Wawarie nec sic quiesceret, penitus est eiectus, et Otto ei substitutus

Iste Otto brevi tempore vivens, moritur, et ei Ludwicus filius succedit.

Hiis temporibus de marchionatu Styrie ducatus eciam suscitatur per eundem Fridericum imperatorem in persona Otacheri, filii vel nepotis Otacheri, qui Gersten construxit. Hic Otacherus iam dux factus lepra perfusus cito moritur, et ducatum Leupoldo [Largo[e]], filio Heinrici ducis Austrie, delegavit. Qui, scilicet Leupoldus, Richardum regem Anglie apud Wiennam capiens, Heinrico, filio Friderici, tradidit sub Lucio papa et Theobaldo episcopo circa annum Domini 1190.**

1231. Ludwicus dux Wawarie a quodam ignoto homine apud Chelheim cultro perimitur, et Otto ei succedit, filius eius.

Iste Ludwicus I. plura castra construxit et civitates munivit in Wawaria. Item consensit duci Austrie Leupoldo, ut castrum Schærding construeret[7].

1240. Otto dux Wawarie genuit Ludwicum II. et Heinricum. Qui dividentes Wawariam in duos principatus, cunctis diebus inter se dissenserunt, mortuo patre suo. Horum primus Ludwicus sortitus est partes Wawarie circa Renum cum nomine palatini, et uxorem suam criminatus fallaciter, interfecit, que nunc miraculis multis claret. Postea duxit filiam Rudolfi regis et ex ea genuit inter ceteros Rudolfum scilicet et Ludwicum III, qui nunc regnat[8]. Rudolfus duxit filiam regis Adolfi, de qua . . . . .[g] Ludwicus vero . . . . .[g] ***

*) *Cod. Mon. ita:* 1099, in die sancti Benedicti monachi in Medlico instituuntur, amotis clericis secularibus, quia antea ibi extitit ecclesia collegiata secularium clericorum.

**) *Manu s. XIV. in marg. sup. add. c.:* Anno Domini 1220. exactio in Behemia intolerabilis; Iudeus unum denarium, clericus de corona capitis 30 denarios persolvebant.

***) *In marg. post add.:* Anno Domini 1282. fames magna fuit in terra Bohemie, ita quod aliqui rustici suos pueros occiderunt et comederunt.

a) *in ras. eadem f. manu, quae* Hiis — nominatur *add. c* b) *post add. eadem manu c.* c) c[9] *add. c.* d) *post superscr. c.* e) *post add. c* f) *post add. eadem fort. manu c* g) *vacat c*

1) Ita perperam noster. 2) Cf. Auct. Cremif. a. 1047. 3) Ita errorem supra p. 627 n. 4. notatum propagavit. 4) Minime, sed Liutpoldus III, qui patri successit a. 1096. 5) Cf. V. Altm. c. 25, SS. XII, p. 236. 6) V. UB. nr. 36. et supra p. 627 n. ++. 7) Cf. Auct. Crem. a. 1202. 8) Usque ad a. 1347.

Alter, scilicet Heinricus, possedit inferiores partes Wawarie circa Enum cum nomine ducis, et de uxore, filia . . . . [a.1], genuit inter ceteros Ottonem et Stephanum. Quorum Otto duxit uxorem filiam . . . . .[a.2]. Postea defuncto Stephano rege Ungarie, genero Alberti ducis 1305. Austrie, eligitur ibi in regem. Sed brevi tempore regnans, revertitur in Wawariam cedens 1308 5 perfidie Ungarorum. Defuncta quoque coniuge, duxit filiam ducis . . . .[a.3]; de qua genuit filium, qui adhuc puer est[4].

Stephanus vero electus in episcopum Salzpurgensem; sed a papa . . . . .[a] reprobatus, duxit uxorem filiam . . . . .[a.5], de qua genuit Heinricum et Ottonem, qui adolescentes adhuc sunt[6].

10 Hiis temporibus imperii electores post Heinricum[b] V. inter se discordantes elegerunt duos reges, quidam predictum Ludwicum, filium Ludwici, ducem Reni, quidam Fridericum, filium Alberti, ducem Austrie, circa annum Domini 1313. Inter quos discordia adhuc durat[c]. 1314.

III.
DE ORIGINE ET ORDINE DUCUM AUSTRIE.

*f. 15

15 Quia tempore ducum Wawarie ortus est Austrie principatus, congrue post prehabita kathalogus ducum Austrie ordinatur. Sed prius de gentis eius origine breviter est tangendum. Igitur sciendum, quod, ut refert hystoriografus Bobinicensis[7], septemtrionalis plaga quanto longius distat ab ardore solis et frigida de nivibus, tanto saniores habet homines et eo apcior est ad multiplicandas gentes. In hac plaga est quedam insula Scandanavia dicta, circa flumen Fistule[8], quod Ger- 20 maniam et Schythiam determinat, a qua multe gentes propter superhabundanciam hominum exeuntes, Germaniam et Scythiam intraverunt, diverse vocabulis atque locis. Inter ceteras inde exierunt due naciones, scilicet Ostrogothe et Wisigothe; prima resedit in Scythia seu Pannonia, altera secus Meotides paludes, scilicet iuxta mare Ponticum. Dicebantur autem Ostrogothe sive a plaga mundi, que sita est versus orientem, sive a nomine sui regis. Eorum quoque provincia cepit a Laureaco et a flumine Ancsi versus 25 orientem. Verum, qui et quot fuerint sibi reges, non satis patet, usque ad Theodericum, qui missus a Zenone imperatore sub Simplicio papa circa annum Domini 450. Odoacarum regem Hunorum apud Aquilegiam occupavit et in Italia resedit. Hunc Theodericum quidam sanctus vidit in ollam Vulcani proici, ut scribit sanctus Gregorius[9]. Item legitur, quod Ecius patricius tempore Valentiniani easdem gentes Romanis subdidit; in quo conflictu inter ceteras Pannonie et Wawarie civitates destructe sunt 30 Laureacus, Aquilegia et Venecia, quas sibi Attila rex subdiderat. Item Narses patricius a Iustino contra Totilam missus regem eorum, vicit et dispersit eosdem Gothos[d] auxilio Longobardorum, qui iam sicut et Gothi ab exteris mundi insulis venientes, eciam in Pannonia habitabant. Hic est Narses, qui fallaciter accusatus, cum a Sophia imperatrice turpiter tractaretur, eosdem Longobardos in Italiam introduxit[10]. Quibus Wawari federati, Italiam et Romam postea irruperunt, usque quo Karolus Marcello et Pippinus, 35 filius eius, quibus papa dedit regnum Francorum, ipsos penitus subegerunt. Preterea Karolus *Magnus, filius dicti Pippini, non solum in regno Francorum, verum eciam a papa in Romanorum imperio confirmatus, post Tassilonis ducis Wawarie cessionem, partem Pannonie ab Anaso usque ad flumen Raben cum eisdem Ostrogothis, qui illic habitabant, subiugavit et eam addidit Wawarie regioni, committens eas Geroldo comiti gubernandas[11]. Quo postea in bello Ungarorum perempto, et regnante Ludwico, filio 40 suo, et constituto in Wawaria rege nepote suo Bernhardo, in eadem parte Pannonie, quam tunc evicerat Karolus, sunt presides collocati, qui subiecti erant principi Wawarie usque ad tempora Ottonis I. imperatoris. Extunc enim ceperunt inquieti Ungari opprimi, et presides Ostrogothorum in principes suscitari, sed a dicione ducum Wawarie nichilominus poterant liberari. Invenitur nempe in hystoriis[12], quod dux Wawarie non solum principes Ostrogocie[13], sed eciam Istrie, Styrie et Chambie [scilicet[e] de Vohburch] 45 subditos possidebat. Ad cuius nutum vocati veniebant et ut dominum honorabant. Igitur hec provincia ab incolis[f] Ostrogocia est vocata, id est Ôstergæu vel orientalis, quia versus orientem sita est; nunc pulchro ydiomate Austria, id est Ôsterrich, appellatur. Harum autem nacionum vestigium adhuc remansit in monte qui Gôtwich dicitur, ubi eius nominis monasterium iam est situm. Dicitur autem Gôtwich per composicionem duarum dicionum, scilicet Gothorum wich, id est Deus[14]. Sua namque lingua Martem vel gladium 50 Martis wich dicebant, pro eo quod preliis multos populos subiugassent. Veruntamen, per quem vel in quem primo surrexerit huius provincie principatus, non satis in cronicis declaratur [licet[g] legatur[15], quod anno Domini 920. Leupoldus primus ibi marchio fuerit post Rugerum de Preclara; sed qui vel quot

a) *vacat c.* b) *in rasura eadem manu, quae* V. *superscr. c.* c) *fol.* 14. *vacat, f.* 14'. *post notae a.* 1606. *et* 1608. *scriptae.* d) Gostos *c.* e) *in marg. post add. c.; des. cod. W.* f) *in rasura c.* g) *post in sup. marg. add. c., ubi verba* 55 usque ad t. H. I. imperatoris *fortasse del.*

1) Belae regis Ungariae. 2) Rudolfi regis. 3) Heinrici de Glogau. 4) Heinricus natus a. 1312. 5) Bolkonis ducis de Schweidnitz. 6) Nati c. a. 1304. et 1308. 7) Paulus I, 1. 8) Cf. Iord. 60 Get. c. 3. 9) V. supra p. 654. 10) Paulus II, 6. 11) De his et sequentibus cf. Lib. de or. I, 13, p. 645. 12) Ap. Hermannum Altah., SS. XVII, p. 382. 13) *Austriae* l. l. 14) Ex vita Altmanni c. 26, SS. XII, p. 237. 15) Cf. supra p. 661.

ante hos vel post fuerint imperatoris[a]) usque ad tempora Heinrici I. imperatoris. Iste namque Heinricus, primo dux Wawarie, postmodum imperator, quia* erat pius, humilis et mansuetus, ut in legenda sua[1] et ex fine vite sancte patet, resistentem tamen imperio Heinricum marchionem II.[b] Ostrogocie vel orientalis, ut ex sequentibus innuitur, subiugavit circa annum Domini 1003.[2] Huius Heinrici sive regis sive marchionis tempore martirizatus est sanctus Cholomannus in Stocheraw, anno scilicet Domini 1011. sub Bonifacio papa et episcopo Pataviensi Christiano. (A Mell.)

(f. 16.) Hiis temporibus videtur nostra abbacia vacasse. Item magister Notkerus floruit[c].

(A M.) Hoc Heinrico mortuo, successit ei Albertus sub Agapito papa.

(H. Alt. A. M.) 1042. Albertus marchio [III.[d]] orientalis maximam partem [exercitus[e]] Ovonis regis Ungarie una cum suo filio Liupoldo sub Heinrico rege Roma[norum] prostravit.

1043. Liupoldus, filius Alberti, moritur

1050. Andreas rex Ungarie post Petrum et Albertus marchio federantur. Hiis temporibus Swikerus episcopus Babenbergensis papa efficitur et[f] Leo appellatur[3]. Item Engelbertus episcopus sedit Patavie, qui nostrum monasterium dedicasse et per consequens intelligitur abbatem Gerhardum inibi posuisse vel electum confirmasse.

(ib.) 1056. Albertus marchio moritur, et Ernestus [IV.[d]], filius eius, succedit.

Hiis temporibus Chuno vel Chunradus dux Wawarie in exilium ab Heinrico rege pulsus, in Pannonia est defunctus. Et Agnes imperatrix ducatum Wawarie usurpavit.

1075. Ernestus marchio in Saxonia est occisus, et Leupoldus [II.[d]]** filius succedit sub Gregorio papa VII. et Altmanno episcopo[c].

1082. Altmannus nostrum monasterium consecravit, quod per incendium fuerat execratum tempore Pezelini abbatis. Iste Altmannus eciam apud nos reformavit monasticam disciplinam et prefecit abbatem Ditricum I.

(ib.) 1096. Leupoldus** marchio obiit, et Leupoldus [VI.[d]] filius succedit. Iste dictus est Largus*** et restituit nobis predia in Petenbach, que ad manus eius transierant forte per Pataviensem episcopum Christianum, sub Heinrico imperatore.

(Mart.) Item constructum est Cystercium sub Urbano II. papa et Alramo I. abbate.

(f. 16'. A. M.) 1106. Heinricus IIII.[d] imperator obiit, et Leupoldus† marchio filiam eius duxit Agnetem, sororem scilicet Heinrici V.[d] regis, [per[g] quam plures filios generavit].

1110. Heinricus rex Pascalem papam cepit, sed ei postea reconciliatus et ab eo coronatus fuit.

1112. Leupoldus[h] marchio regem Ungarorum insecutus, quasdam eius civitates diruit et incendit Item sanctus Bernhardus Cystercium est ingressus sub Pascali papa et Ulrico episcopo Pataviensi. (Mart.) [Iste[i] Leupoldus regem Anglie captivavit[3], Medelicum construxit].

(A. M.) 1136. Illustris marchio orientalium Leupoldus Largus*** moritur; cui successit filius eius Leupoldus.††

(ib. H. d.) 1139. Leupoldus marchio orientalis dux Wawarie constituitur, Heinrico duce, filio Heinrici, in exilium pulso a Chunrado rege. Iste Leupoldus monasteria Neunburch et Sancte Crucis construxit.

(Cont. Crem.) 1142. Leupoldus dux Wawarie et marchio orientalis cum Chunrado in Saxoniam profectus, moritur; cui Heinricus†††, frater eius, succedit.*†

1152. Chunradus rex moritur sub Eugenio papa, et Fridericus eligitur, qui tercio anno ab Adriano consecratur, cum quo tamen postea discordavit.

Item Adriano papa mortuo 1159, duo eliguntur, scilicet Rulant et Octavianus

(cf. H. Alt.) Hiis temporibus Heinricus dux Wawarie et marchio orientalis amovetur a ducatu Wawarie, restituto Heinrico vero herede principum interventu; sed eidem marchionatus idem per Fridericum imperatorem erigitur in ducatum, ablata parte Wawarie provincie ab Anaso sursum usque ad silvam Pataviensem et addita provincie orientali sive Austrie. Iste ergo Heinricus, frater Leupoldi et filius Leupoldi**† illustris marchionis, fuit primus dux orientalis. (A. M.) Hic construxit monasterium Scotorum Wienne. Item duxit Theodoram, fratruelem regis Grecie. Et notandum, quod quilibet ducatus habet legittime 12 comitatus[4].

(f. 17. Cont. Crem.) 1177. Heinricus dux orientalis, id est Austrie, de equo corruit et postea obiit; cui Leupoldus filius successit. Iste dictus est pater patrie. Hic cum multis aliis et abbate nostro Udalrico III. Ierusalem est profectus sub Clemente papa et Diepoldo episcopo et Manegoldo. Item Otto Babenbergensis episcopus canonizatur.

(ib.) 1190. Leupoldus dux iterato Ierusalem tendit cum Friderico imperatore.

*) *Post corr.:* licet esset. **) *Post in marg. add.:* vel Leutoldus. ***) *Post corr.:* Pius.
†) *Post add.:* Pius. ††) *Post add.:* Largus VII. †††) *Post add.:* VIII. marchio.
*†) *In inf. marg. add.:* Circa hec tempora monasterium Glunich[5] est constructum anno Domini 1123. a Prunone nobili, et Otacherus marchio dedit eidem predium Chæseraw, quod a Babenberch habuit, ubi[k] Chremsmunster dederat aliud antea episcopus Babenbergensis Otto II, quod confirmavit Ekbertus anno Domini 1237. **†) *Post add.:* Largi.

a) *ita c.; fort. pro* ignoratur. b) *superscr. c.* c) *quaedam erasa.* d) *post superscr. c.* e) *ita Mell.; deest c.* f) *post add. c.* g) *in marg. post add. c.* h) *numerus vel agnomen superscr. sed eras. c.* i) *haec post add., sed* Iste — captiv. *del. c.* k) quod *corr.* ubi *c.*

1) V. Heinrici. 2) De his v. Lib. de or. I, 13, p. 645. et p. 661. 3) Iterum errat auctor. 4) Haec fortasse ex loco Ann. Einhardi concludit; cf. D. VG. I, p. 506 n. 5) Gleink.

Item iste Leupoldus Rychardum regem Anglie Wiennam insperate venientem cepit et Friderico imperatori tradidit. Cont. Crem

Hiis temporibus inundaverunt aque supra modum nivibus et imbribus, quod tam ville quam domus et agri sunt penitus demoliti.

Item Leodicensis episcopus a regis Heinrici familiaribus est peremptus pro iusticia domus Dei.

Huic Leupoldo Otacherus [III.[a]] marchio Styrie, eius consanguineus, marchionatum eundem, in lepra moriens, delegavit. Qui ante lepre morbum eundem marchionatum per Fridericum imperatorem eciam[b] erexerat in ducatum. [Et[c] comites de Rebgæw Viehtwang etc. legaverunt].* H Alt.

1195. Leupoldus I. dux Austrie et Styrie infra ebdomadam nativitatis super glaciem cursitans de equo corruit, sicut pater, et postmodum obiit. Cont. Crem

Huius filii principatum patris parciuntur. Nam ducatus Austrie Friderico, filio eius, cedit, et ducatus Styrie fratri suo Leupoldo. Sed Friderico morte immatura decedente, utriusque provincie principatus Leupoldo cessit. Iste ergo Leupoldus, secundus dux Austrie, filius Leupoldi primi ducis [II.[a]], qui dicebatur pater patrie, duxit uxorem Theodoram, filiam regis Grecie. Item Lierveld construxit et castrum Schærding de consensu Ludwici, filii Ottonis, ducis Wawarie. Iste dictus est eciam[b] pater cleri, quia multa bona cenobiis et ecclesiis Dei fecit. Inter que nostrum monasterium ab advocatorum oppressione liberavit[1], sub Rudolfo abbate, anno Domini 1217, anno primo domini Honorii pape, qui successit domino Innocencio pape, qui eciam ordinem confirmavit Predicatorum et Minorum, tempore Ulrici episcopi Pataviensis. H Alt; ib. 1230; 1225; ib. 1195

Hic Leupoldus dux Austrie et Styrie, pater cleri, moriens, in Lierveld sepelitur, et Fridericus, filius eius, succedit. ib. 1230

Iste Fridericus dux Austrie et Styrie iura nostre ecclesie ampliavit et redditus ac homines in Gravenperg dedit et pensum advocacie 50 talentorum in perpetuum relaxavit, ut ex hoc in quadragesima esoces fratribus ministrentur. Insuper alia xenia ecclesie nostre dedit. Qui in prelio Ungarorum occisus anno Domini 1246. sepultus est. . . .[d] f. 17'; H. Alt

Hic cum absque liberis decessisset, Otacherus Premizzel rex Bohemorum, qui Margaretam, sororem eius, uxorem habuit, quasi heres terre ducatum Austrie et Styrie vendicavit, quia post Fridericum II. imperium tunc vacavit. [Iste[e] Otacherus occiditur anno Domini 1278].

126 .[d]. Rudolfus comes de Habsburch eligitur in regem Romanorum. Qui pugnans cum Otachero, vicit et Austriam cum Styria suo[f] filio Alberto contulit. Iste igitur Albertus post Fridericum II. ducem obtinuit Austrie principatum et fuit bellicosus ac plurimum animosus. Unde et Adolfum regem, successorem patris sui, bello peciit, licet, ut dicitur, non iusto, regnum quoque post eum fortiter usurpavit.

12 . .[d]. Rudolfus, filius Alberti, dux Austrie factus est a patre. Iste vir virtutis et pacis amator extitit et sororiam regine Francie duxit. Qua mortua et Wenezlao rege Bohemie, filio Otacheri, defuncto, eiusdemque filio Bolizlao magne indolis interfecto, in regem Bohemie sublimatur, disposicioni patris Austria derelicta.

12 . .[d]. Albertus rex alterum suum filium, scilicet Fridericum III, constituit ducem Austrie post Rudolfum. f. 18.

1308. Albertus rex occiditur in die sanctorum Phylippi et Iacobi.** Mai. 1.

*) *In inf. marg. post add. m. 3:* Circa hec tempora, scilicet anno Domini 1190, Otto II. episcopus Babenbergensis construxit hospitale in Pirno monte[2], cuius presbyterum instituere debent abbates Admontensis, Glunicensis, Gerstensis et prepositus Sancti Floriani, ut dicitur in privilegio.

Item Otacherus marchio dedit monasterio in Glunich villam Tudich[g], quam ab episcopo Pataviensi in feodo habuit, sed pro ea postea[g] Leupoldus dux, avus Friderici ducis, dedit eis ecclesiam Tůdich[3], scilicet 1201, sub Steveno abbate, successore Marquardi post Ulricum, abbates[h] in Glunich.

**) *Manu s. XIV. add.:* Anno Domini 1386, die nona mensis Iulii, que fuit feria secunda post Udalrici, illustrissimus princeps et dominus Lewpoldus dux Austrie inivit bellum contra Swidnicenses prope opidum Sempach, et ibidem interemptus est idem dominus Lewpoldus et cum eo plures nobiles, videlicet Otto margravius de Hohenberg, miles Walrafus comes in Tirnstain, miles Iohannes de Ochsenstain, capitaneus tocius exercitus, prepositus Argentinensis, Alsacie et Smiggolve[h] advocatus provincialis dicti domini ducis, Iohannes de Hasenburch miles, Fridricus de Greiffenstain miles de Athesi, Wilhelmus de Cued miles, Petrus dictus Örberger de Athesi miles vexillifer Austrie, qui ea die tenuit vexillum Australe, Hainricus Kel de Athesi, qui tenuit vexillum Tirol, Lewtoldus et Wernlinus de Werenfels, Petrus Slandersperger, Otto dapifer, Ruedulfus de Schonaw dictus Hůrus, Iohannes de Randechk capitaneus exercitus de Schaffhawsen canonicus Canstatinensis[h], Gotfridus Muller de Rechperg, Hainricus de Schollenberg, Pruni[i] dictus Gůzz miles, Hermanus Gůzz, et quam plures alii discreti et honesti viri, quorum nomina esset nimis prolixum inscribi[4].

a) *post superscr. c.* b) *superscr. c.* c) *post in marg. add. c.* d) *vacat c.* e) *in marg. add. c.* f) su *post corr.* suo *c.* g) T. q. *e corr. c.* h) *ita c.* i) Primi *c.*

1) UB. nr. 55. 2) Cf. Meiller, Reg. Babenb. p. 71. 3) Tiedach; iam a. 1192; v. Mon. B. XXIX, 2, p. 47. 4) Cf. catal. uberiorem 'Klingenberger Chronik' p. 123.

IV.
DE KATHALOGO ABBATUM.

f. 19. Explanato in prioribus perpaucis ordine ducum Wawarie et Austrie ac episcoporum Laureacensis seu Pataviensis ecclesiarum, nunc veniendum est ad ordinem abbatum ecclesie Chremsmunstrensis, qui fuit origo et causa motiva precedencia scribendorum. Sed ante hec videndum esset de origine et causa fundacionis nostre ac fundatoris dignitate, nisi hec alias pro posse meo atque nosce[a] diffusius exegissem. Quapropter ista omittentes, de abbatum ordine ac eorum tempore memorandis, quod Dominus dederit, est scribendum. Igitur primo sciendum, quod quique monachi et abbates ordinis sancti Benedicti multis retro temporibus non fuerunt in habitu et officio divino, sicut nunc sunt, alicui qualitati vel ordini alligati, sed utebantur habitu et officio qualicumque a secularibus differente, in quantum poterant statutis regule concordare. Nusquam enim legimus in regula colorem nostri habitus vel melodiam cantus ecclesiastici declarari. Verum de habitu dicit pater noster sanctus Benedictus capitulo regule 56. de vestimentis: *De quarum rerum omnino colore aut grossitudine non causentur monachi, sed quales inveniri possunt in regione qua habitant, aut quod vilius comparari potest.* De officio vero nichil distinguit, sed tantum, quot lectiones et quot responsoria et antiphone sint cantanda; in qua melodia, non docet, nisi velimus intelligere sancti Ambrosii melodiam. Nondum enim in usum venerat cantus sancti Gregorii, quia necdum natus fuerat idem doctor, quin immo idem ipse tenuit observancias habitus et officii qualiscumque traditi in monasterio conversatus. Abbatum quoque condicio nondum fuerat declarata, sed quivis religiosam ducens vitam, que aliis esse poterat in exemplum, abbas dicebatur, eciamsi presbyter non fuisset. Unde legitur[1], quod sanctus Egidius de heremo eductus a rege Gothorum Flavio est rogatus, ut regimen haberet monasterii atque fratrum. Et item a fratribus est coactus, ut assumeret sacerdocii dignitatem. De sancto quoque Othmaro legitur[2], quod Baltrammus, heres solitudinis sancti Galli, quendam religiosum presbyterum Othmarum nomine a Victore comite impetravit, quem auctoritate Karoli eidem loco prefecit. Qui modus dubius et incertus tam in habitu quam officio monachorum sive statu abbatum adhuc fundacionis nostre tempore permanebat. *f. 19'. *Unde constat ex privilegiis autenticis, quod Purchardus et Snelpero cappellani regum existentes[3] abbates cenobii nostri erant in seculari habitu constituti. Quamquam adhuc nonnulli ordinis nostri prelati sint principum cappellani, immo plerique sint sedis apostolice cardinales, ut est Gluniacensis, Cassinensis et Sancti Pauli Rome abbates. Sed quod nunc[b] adtribuitur dignitati, hoc tunc erat subditum servituti. Porro de officio patet, quod iam nostris temporibus est probatum, ut scilicet officium sancti Gregorii caneretur, ut dicetur infra. De qualitate vero habitus et coloris penitus nichil constat, quia nec Cassinenses scribentes[c] consuetudines suas primas Karolo imperatori declarant colorem habitus, sed tantummodo ita dicunt[4]: *Cucullam nos dicimus esse, quam alio nomine casulam vocamus, quod genus indumenti villis intexi solet.* Et infra de diversitate eius addunt: *Galliarum monachi hoc laxius et prolixius induuntur* — sicut nostri temporis Clemens V. papa et Iohannes XXII. declaraverunt circa annum 1315 —, *Italici vero brevius et strictius habent* [ut[d] modo Admontenses], *Greci vero modicum quiddam ante et retro dependens* [ut[d] nunc scapulare], *sed transmarini pellicium illud habent* etc. Verum nec postea sanctus Hugo Cluniacensis, cuius consuetudines in nostro armario conservantur; et non dubium est, quin ad earum observanciam corporalem eciam teneamur, presertim cum eas dominus Bernhardus abbas Massiliensis, sedis apostolice legatus, Wilhelmum Hirsaugiensem abbatem assumere monuerit et servare[5]. Quas eciam nostros seniores assumpsisse patet et hactenus observasse. Unde nichil certi de colore vestium monachicarum per multa tempora est discretum, nisi forte tunc primum, cum ordo Cisterciensium a nobis exiens specialem sibi ordinem et habitum separavit. Tunc enim potuit, quia necesse fuit, fieri talis discrecio in colore, ut nos qui vocamur Cluniacenses propter eiusdem monasterii dignitatem nigri coloris habitum teneremus, ipsi vero, scilicet Cistercienses dicti, propter originem proprii[e] coloris, id est grisei, habitum retinerent. Unde habetur in eorundem constitucionibus. . . . . .[f]

f. 20. Hiis itaque necessario prelibatis, ad exequendum abbatum nostrorum kathalagum[g] pro-

a) *ita c.* b) hic *post corr.* nunc *c.* c) scribetes *c.* d) *in marg. add. c.* e) propri *c.* f) *reliqua pars columnae vacat c.*

1) V. Aegidii, Acta SS. Sept. I, p. 301. 2) V. Othmari c. 1, SS. II, p. 42. 3) Hoc in diplomatibus Arnulfi haud legitur. 4) Theotmari Cassinensis epistola in eodem codice legitur f. 61, cuius verba tamen minus accurate reddidit auctor. 5) Cf. Mabillon, Ann. ord. S. Bened. V, p. 113, qui Trithemium sequitur.

cedamus. Circa quod primo notandum, quod multorum abbatum tempora non possunt veraciter inveniri, quos tamen abbates Chremsmunstrensis ecclesie extitisse ex kalendariis mortuorum et Libro vite discitur manifeste, sicut Wolframi, Sigmari et aliorum. Equidem nec eorum omnium, quorum tempus regiminis invenitur, finis aut principium valuit perscrutari, sicut Sighardi, Snelperonis et aliorum. Cuius causa potest esse, quia temporis antiquitate ac scripture vetustate et corrupcione seu ablacione a noticia ceciderunt. Nichilominus tamen singulorum nomina notabuntur in ordine veriori et dies obitus ac sepulture locus. Similiter et fratrum, qui secundum tempus fuerint commendandi pro merito, adiungentur.

Igitur cum monasterium Chremsmunster dictum in honore Salvatoris specialiter consecratum ab inclito principe Tassilone in Traungæu super flumen Chremsam esset constructum anno Domini 777[a], indictione prima, sub Adriano I. papa et Karolo imperatore, monachum pium ac religiosum cum quibusdam aliis fratribus, quibus esset abbas, nomine suo Fater dictum de Altahensi cenobio, quod Utilo, pater eius, ante tricennium construxerat, [cf. supra p. 629] advocavit et ipsi idem monasterium ad[b] regendum monachos commendavit.

Itaque huius abbatis tempore ipse fundator magnificus eidem monasterio ista dedit: Inprimis ipsum territorium Traungæu dictum[1] et illic homines habitantes. Item territoria Sippach, Sultzpach, Leubenpach, Petenpach cum lacu et silva. Item territoria inter ripas Ipf et Sirnikh et Tůdich sita [ad[c] 40 casetas, id est swaigas, faciendas]. Item Allenchoven et Eporestal. Item ecclesias Albenpurch, Nordfils et Sultzpach. Item duas vineas in Ascha, tres in Rotula, cultores apum 5, fabros 6, piscatores duos, cum omnibus pertinentibus ad predicta. Item in maiori salina unum hominem sal coquentem. Item in minori, scilicet Sultzpach, tres homines. Unde merito in ipsius epytaphio dicitur:

Tassilo dictus ego, Christo mea predia lego.

Et quia ipsum monasterium in honore Salvatoris est constructum, eius principalis festivitas [cf. H abb.] in dominica palmarum hactenus agebatur, et propterea adhuc sollempniter celebratur. Item, quia idem princeps Pataviensem ecclesiam *sublimavit, ecclesia Chremsmunstrensis [*f. 20] pre omnibus post eam in dignitatibus optinuit primum locum. Unde dicunt nostri seniores, quod abbates Chremsmunstrenses in episcopi absencia per capitulum vocati suppleverunt in spiritualibus vices eius, et affirmant, huius memoriam se habere Quod utrum a tempore fundacionis ceperit, non est certum, sed a tempore Altmanni episcopi et Ditrici abbatis potuit ita esse. Item, quia idem fundavit ibidem cenobium feminarum in honore sancti Pantaleonis, cum ipso fraternitatem habemus et propriam hystoriam decantamus. Item, quia primus abbas de Altah, quod pater Tassilonis Utilo construxerat, est assumptus, hiis duabus [cf. supra p. 629.] causis mutuo[d] fraternitas est contracta. Tunc quidem inchoata, sed postea sepius renovata. Item huius abbatis tempore cantus sancti Gregorii est approbatus pre cantu sancti Ambrosii in concilio generali per Adrianum I. papam, presente Karolo imperatore, anno Domini 793. Item Leo papa duos clericos a Karolo de Francia sibi missos cantum Gr[egorianum] fecit doceri[2]. Nam 12 clerici a Stephano papa pridem directi ipsum confuderunt pocius quam docuerunt[3]. Unde quicquid erroris hodie est in cantu ecclesiastico, ab eisdem precipue est exortum, ab illis vero quicquid regulare et congruum invenitur. Unde non habetur nunc officium divinum, quod primis temporibus agebatur.

Item imperium transfertur a Constantino V. imperatore Constantinopolitano ad Franciam in personam Karoli. [cf. Mart.]

Item Tassilo monasterium Lorischaim cum filio, quem Adrianus papa baptizaverat, ingreditur et ibidem fine optimo requievit. Item Karolus fundacionem et donacionem Chremsmunstrensem [cf. p. 629.] in duobus privilegiis confirmavit. Item idem provinciam Wawarie Geroldo committens, terminos eius ab Anaso usque ad Raben fluvium, per eum debellans Ungaros, dilatavit.

Iste abbas quamdiu rexerit vel vixerit vel ubi sit sepultus, ignoratur. Prefuit autem incunctanter ab anno Domini 777. usque 789, ut ex privilegiis informamur; sed utrum ante vel post hunc numerum regendo vel vivendo auxerit, ignoramus. Hoc tempore celebrata est apud [Mart.] Constantinopolim 7. sancta synodus 300 episcoporum[e]. Item alia Rome per Adrianum I, in qua dedit Karolo ius eligendi papam et episcopos investituram ab eo accipere contra statuta Simplicii pape et rebelles episcopos excommunicavit.

Anno Domini 828. Sighardus abbas prefuit; sed quando ceperit vel desierit, non habetur. Huius [cf. 21.] tempore datum est nobis privilegium a Ludwico dicto[f] Pio, filio dicto Karoli, et Lothario, filio eius, sub Iohanne papa et Rinchario episcopo Laureacensi, de territorio inter Sumerberch et Draismam, [ubi[g] nostri

a) M *ante* DCCLXXVII. *erasum c.* b) ac *c.* c) *in marg. add. c.* d) motuo *post superscr.* u *c.* e) *post add. c* f) p. d. *corr.* d. p. *c.* g) *in marg. add. manu 3?*

1) Quod in charta, UB. nr. 1, non indicatur. 2) Iohannes V. Gregorii M. II, 9. 3) Mon. Sang. I, 10, SS. II, p. 735.

fecerunt ecclesiam, ut dicitur in privilegio]. Item territoria inter Sprazas et inter Smidha et Wachrain a Karlomanno[1] [Luduvici[a] filio]. Item ab[b] eodem quinque hube in Albpurch cum terris et pascuis[2]. Item due hube in Linthart ab eodem[3] et pluribus aliis pascuis atque terris in tribus privilegiis.

Item huius tempore habitum concilium Aquisgrani per Pascalem papam[4] post nativitatem Domini, in quo de statu et officio monachorum plurima sunt tractata, et inter cetera constitutum, ut ante pasca tribus noctibus, scilicet cene Domini et parasceue ac sabbato, 9 lectiones perpetuo celebrentur. Facta enim dissensione inter episcopos et abbates pro diversitate officii Gregoriani, quod nuper per Adrianum papam sub Karolo ab ecclesia fuerat approbatum, quod a constitucione sancti Benedicti videbatur discordare, prevaluerunt episcopi in hoc, ut ipsis noctibus more Romano vigilie agerentur. Item prevaluerunt abbates in hoc, ut nocte resurrectionis dominice 12 lectiones secundum regulam haberentur.

Huic consilio idem abbas interfuisse probatur ex eo quod tunc datum privilegium impetravit. Nam idem Ludwicus hoc tempore sive anno nullum alium conventum noscitur celebrasse, quod bene colligitur ex gestis eius et ex regule expositione, quam Hildemarus[5] abbas Sancti Dionysii circa ipsa tempora exposuit, et hec tradit.

Iac. A Mell. Item Theodolfus episcopus a Ludwico predicto in carcere religatus *Gloria laus* composuit, et ipso in processione cum clericis transeunte, hilariter decantavit, et ob hoc ipsum absolvit. Item Welti Augiensis monachus raptus in spiritu multa vidit anno Domini 823.

f. 21'. Iste abbas quamdiu rexerit vel vixerit vel ubi sepultus fuerit, ignoratur[c].

Anno Domini 888. Snelpero prefuit; sed quando ceperit vel desierit, non habetur.

H. abb. Huius tempore data sunt nobis quinque privilegia ab Arnulfo, filio Karlomanni, qui fuit filius Ludwici et frater Lotharii[6]. In horum primo[7] [et[d] secundo] dedit nobis territorium Nezzilpach, exceptis hiis que[e] Purchardo et Snelperoni contulerat. [In[f] secundo[8] dedit Neunhoven]. Item in tercio[9] dedit ecclesiam Wels cum omnibus ad eam pertinentibus. Item in quarto[10] dedit ea que Snelpero in beneficium habuit in territorio Nezzilpach. Item in quinto[11] quicquid duo comites habuerant [ad[f] Eborespurch] inter Champ et Persnich fluvios, quia offenderant regiam maiestatem. Ex hiis patet, quod curam monasteriorum habebant religiose et honeste persone, que in curiis principum habitabant. Unde et predictus Purchardus in uno privilegio[12] appellatur *venerabilis abbas*, in alio[13] *fidelis noster* etc. Et idem Snelpero possessiones monasterio conferri peciit[14] dum adhuc viveret, que in beneficium detinebat; quod facere Zazco noluit, qui Wels in beneficium habens, post suam mortem peciit nobis dari[15]. Hec facta sunt sub Adriano II. papa et Engelmaro episcopo Laureacensi.

cf. Mart. Mart. Post hec Arnulfo miserabiliter mortuo [scilicet[g] a pediculis interfecto], et Ludwico, filio eius, succedente, imperium transfertur ad Italicos in personam Bernhardi* vel pocius Heinrici**. Item hiis temporibus floruit Fulbertus episcopus, qui ymnum *Chorus nove Ierusalem* et r[esponsoria] *Solem iusticie* et *Styrps Yesse* composuit.

Hactenus abbatum et principum vel donacionum nomina ex privilegiis sunt inventa.

Mart. Hoc tempore Cluniacum est constructum a Wilhelmo principe Burgundie circa annum Domini 900, sub Iohanne X. papa.

Isto abbate decedente, probatur abbacia Chremsmunstrensis vacasse plus quam centum annos, quia, regno ad Italicos translato, et regibus inter se discordantibus, et Hunis ac Ungaris Wawariam populantibus homines necando et[e] ecclesias destruendo, penitus est deserta. Nam Wawaria[h] pluries ab Ungaris est vastata; inter que Laureacus, Patavia et Basilea[16] ac alie civitates ab eis penitus sunt destructe, ut ex cronicis invenitur. Et dicunt nostri seniores, se a suis accepisse, quod 50 persone huius loci ab eisdem Ungaris illo tempore fuerint interfecte[17].

f. 22. Inter hec anno Domini 912. Arnoldus dux Wawarie ab Heinrico rege episcopatus et abbacias, ut sibi esset auxilio, impetravit, quas eciam miserabiliter dissipavit, ut de eo sancti conqueruntur, sicut dicitur in legenda sancti Ulrici[18]; qui occiditur anno Domini 940. sub Gerhardo episcopo, quem Leo papa pallio donatum direxit Laureacum, tempore Ottonis imperatoris. Hic Otto duo concilia celebravit[19].

cf. Mart. Item imperium ab Italicis ad Teutonicos est translatum in personam huius Ottonis. Per[20] hunc Ottonem

* *Superscr.:* [Bern]garii. **) *Superscr.:* Ch[unradi].

a) *post add. c.* b) *e corr.*, sub *fuisse videtur c.* c) *dimidia fere col. vacat c.* d) et s. *add. sed del. c.* e) *superscr. c., ubi* Purch. *deletum videtur.* f) *in marg. eadem ut videtur manu add. c.* g) *post add. c.* h) Waẘ *c.*

1) UB. nr. 5. 2) Ib. nr. 6. 3) Ib. nr. 7. 4) Nota auctoris errorem. 5) Amalarium et Hilduinum confundere videtur. 6) Minime. 7) UB. nr. 8. 8) Ib. nr. 9. 9) Ib. nr. 12. 10) Ib. nr. 10. 11) Ib. nr. 14. 12) Ib. nr. 8. 13) Ib. nr. 9. 14) Ib. nr. 10. 15) Ib. nr. 12. 16) Ann. Mell. a. 917. 17) Cf. supra p. 630. 18) c. 3; cf. Lib. de or. I, 1, p. 647. 19) A. Mell. a. 952. 972. 20) Cf. Auct. Cremif. a. 939.

corpus sancti Martini episcopi a Turonis sublatum transfertur in Saltzburgam per episcopum, cui rex commiserat idem corpus.

Item circa annum Domini 930. Fridericus episcopus Maguntinus persequitur monachos male vite[1]. Item sanctus Wolfkangus claruit. [Item[a] 973. sanctus Ulricus moritur]. H Alt.

Item 983. Otto III. a Gregorio V. papa coronatur.

Hiis temporibus septem principes eliguntur, qui officiales imperii habeantur et eligere debeant imperatorem, scilicet tres cancellarii: episcopus Maguntinus Germanie, Treverensis Gallie, Coloniensis Italie. Item rex Bohemie pincerna, palatinus Reni dapifer, dux Saxonie armiger, marchio Brandeburgensis camerarius. Mart.

Hiis temporibus Petenbach est ablatum per Christianum episcopum[2].

Item ecclesia Altahensis resumit habitum et monachicam disciplinam, et sanctus Godehardus monachus efficitur. H. Alt.

Inter hec cum ecclesia Chremsmunstrensis abbate tamdiu caruisset et imperium quiesceret ac monasteria a pondere persecucionum quoquomodo respirarent, estimatur Sigmarus abbas esse prelatus. De quo nil aliud invenitur, nisi quod res ecclesiasticas, quas repperit, computavit et in scripta redegit[3], que forte manus diripiencium ac ignis periculum evaserunt. Et hec sunt ornamenta, scilicet 4 calices argentei et unus aureus, 4 casule, 10 cappe coccinee, 26 talares, id est albe, 16 stole, 4 cruces deaurate et 1 de argento, 2 candelabra de auro et argento, unum thuribulum eneum deauratum, alterum aureum. Item de libris duo plenaria, 4 missalia, 2 euvangelaria, 2 epistolaria, 3 gradualia, tria antyphonalia, *novum et vetus testamentum in 11[b] voluminibus, tria psalteria, tres regulas, 4 libros omeliarum, 2 sermonum, Dyalogum, Curam pastoralem, expositionem Genesis, Smaragdum, librum visionum Wettini monachi, Exameron, Vitam sancti Martini, 2 benedictionalia, 2 ymnaria, 2 Aratores, Donatum et expositionem eius, Terencium, Boecium de sancta Trinitate, 2 martyrologia. Istum abbatem in hoc ordine collocavi ex eo solum, quod tam modicum in thesauro ecclesie est inventum. Nam Gerhardi tempore fere dupliciter est repertus[3], quia forsitan per eum est auctus, et horum quedam adhuc apud nos Deo propicio conservantur. Iste quandiu rexerit[c] et ubi sepultus fuerit, ignoratur; obiit 2. Non. Septembr. *f. 22'.

Circa hec tempora, scilicet anno Domini 1012. sanctus Cholomannus martyrizatur A Mell

Anno Domini 1040. prefuit Gerhardus tempore Heinrici regis, filii Chunradi, ut habetur ex Libro vite. Iste computans res ecclesiasticas, tam libris quam ornamentis, litteris commendavit. Et primo de ornamentis 2 plenaria, 1 auro gemmisque ornatum, alterum de argento, 4 missalia, tria euvangeliaria, 2 epistolaria, 1 lectionarium, 4 gradualia, 2 psalteria, tria antiphonalia, 2 ymnaria, 1 officiale, novum et vetus testamentum ut supra, tria passionalia, Angelomum super Pentateucum, expositionem epistolarum, Augustinus super epistolam Iohannis; Prosperum, Catonem, Aratorem, Albinum in uno volumine; Gesta et certamina apostolorum, Vitas patrum; Vitas sancti Severi, Nikolai, Martini, Gregorii, Galli; Exameron, Dyalogum, Curam pastoralem, Donatum et exposicionem eius, Terencium; Avianum, Catonem, Aratorem in 1 volumine; 2 versarios, 1 sequencionarium et 1 benedictionalem. Hiis addidit 2 gradualia, 1 missale, 1 breviarium, 1 ymnarium, 1 officiale, 1 psalterium, 1 communem librum ad missam, Boecium, Psicomachiam, 2 passionalia, librum Machabeorum et 1 Donatum. Item bibliam, quam in Recia comparavit, dum rediret a Roma. Huius tempore Walchunus nobilis dedit nobis Chirichdorf et Aterse. Obiit 6. Kalendas Febr. H aab

1050.* Erchenbertus prefuit tempore H[einrici] imperatoris II. Huius tempore monasterium ab Engelberto episcopo consecratur, quod forte per raptores et incendium fuerat violatum. Item datum est predium in Schutzing et Diethalming et 20 homines promiscui sexus per manum Pilgrimi advocati. Exhinc cepit ecclesia habere advocatos, non quidem hereditarios, sed peticionarios vel intrusos. [Nam[d] regibus cum papa propter ecclesiasticas investituras dissidentibus[e], clerici gravabantur. Unde necessario creatus fuit quidam princeps, qui dicebatur tum advocatus Ratisponensis, qui eos ab opprimentibus defensaret. Hic autem sub se alios habuit, qui singuli singulos defendebant. Et sic nobiles de Pernstain [et[f] de Volchenstorf et de Ort], quasi bellicosi, successive fuerunt nostre ecclesie advocati, aut immediate aut a marchione Styrie deputati, qui eciam eorundem subadvo- f. 23.

*) *Antea scripta sed deleta sunt:* Et hoc tempore sanctus Cholomannus in Austria martyrizatur et in Medelicum transfertur sub Heinrico imperatore anno Domini 1012.

a) *haec post del. c.* b) 10 *corr.* 11 *c.* c) *e corr. c.* d) *in inf. marg. add. c.* e) *superscr. c.* f) *in marg. eadem ut videtur manu c.*

1) Cf. supra p. 646 n. 2) Cf. UB. nr. 26. 3) Cf. supra p. 631 n.*†, ubi Sigmarus in posteriore tempore ponitur et haec aliter narrantur.

catorum suorum exactiones illicitas limitavit. Verum hec abusio ab eodem tum advocato Leupoldo duci Austrie est penitus resignata anno Domini 1217[1]].

Item huius tempore festum omnium animarum instituitur per Udilonem abbatem Cluniacensem. Item hystoria sancti Nykolai approbatur.

Iste obiit 8. Kal. Iulii; sed eius tumulus ignoratur, et sanctus sculptus a senioribus invenitur sicut et episcopus Engelbertus in lapide altaris, qui in sarcofago conservatur.

Item sanctus Wentzeslaus dux Bohemie martyrizatur[2].

Hiis temporibus surgit in Austria marchionatus[3].

Post hunc Wolframmus creditur prefuisse; sed quo tempore vel quamdiu vel quid gesserit et ubi sepultus fuerit, ignoratur. Huius tempore Rudolfus nobilis vineam in Hartperg dedit ecclesie Chremsmunstrensi sub Pilgrimo advocato[4]. Obiit 2. Kal. Octobr.

Post hunc Pezelinus creditur prefuisse. Hic redemit locum ecclesie in Talhaim cum dote sua pro Chatzpach a quodam servo Sancti Agapiti sub Albino advocato. Huius tempore ignis monasterium devastavit.* Item sanctus Udilo abbas Cluniacensis floruit. Item apud nos sanctus Wisinto presbyter et monachus, qui obiit 4. Non. Decembris; et sepulchrum eius est ante altare sancti Thome, ossa sunt cum fundatore ....[a]

1082. Ditricus prefuit, qui fuit monachus in Gôzz, et per Altmannum episcopum advocatus huic loco preficitur, et ordo monasticus, qui tepuerat, per eum sollempniter reformatur, et ruina monasterii liberaliter restauratur, assumptis consuetudinibus Cluniacensibus, quas sanctus Udilo tradiderat et miserat Wilhelmo abbati Hirsaugiensi, cum quo eciam contraximus fraternitatem. Huius tempore idem Altmannus episcopus nostrum monasterium iam tercio consecravit anno Domini prenotato, precipue in honore Salvatoris et sancti Agapiti martyris necnon sancti Blasii. Et deinde festum sancti Agapiti cepit sollempnius celebrari et festum Salvatoris mediocriter agi cepit.

Huius tempore Arnoldus[5], comes forte de Welsa [qui[b] prius Petenpach et Leubenpach usurpaverat[6]], tradidit nobis predia in Wartperch, ut ibi ecclesia fundaretur. Quod et factum est, ut hodie cernitur. Item Hoholdus emit predium Bahheim.

Iste quando habuerit principium et finem regiminis, ignoratur. Obiit 5. Ydus Decembr. Huius sigillum eburneum nostris temporibus est inventum, in quo cum infula non est sculptus, licet Erchenbertus ante eum sit sculptus in lapide infulatus. Huius tempore liber matutinalis vetustissimus est conscriptus. Item psalterium glosatum et ymnis et pluribus oracionibus et psalmorum exposicionibus, secundum quorum ordinem nos tenemur officium celebrare.

Hoholdus post istum creditur prefuisse. De quo nil aliud invenitur, nisi quod in kalendariis dicitur abbas esse. Obiit 5. Kal. Iulii.

Post hunc Berchtoldus creditur prefuisse. De quo eciam nichil constat, nisi quod in libro annalium in testimonium censualium est adductus et quod in kalendariis mortuorum abbas dicitur. Obiit 19. Kal. Febr.

Horum omnium abbatum noticia tantum ex privilegiis et annalibus est inventa. Ordo vero ex annis Domini vel temporibus principum estimatus. Ceterum quando regere ceperint vel desierint aut ubi[c] sepulti fuerint, ignoratur.

1090. Cepit ordo Cartusiensium per[d] Prunonem p[riorem?] sub Victore II. papa. Iste Victor fuerat prius abbas Cassinensis et dictus fuit Stephanus[7]; successit Gregorio VII, qui fuerat prior Cluniacensis et dicebatur Hiltprandus.

1098. Cystercium est constructum in Burgundia in die sancti Benedicti a Roberto abbate Molismensi, qui cum 20 fratribus a domo propria est egressus, ut novum ordinem faceret de antiquo. Sed ab Urbano II. papa regredi est coactus, fratribus aliis suo arbitrio derelictis. Qui fecerunt sibi abbatem Stephanum et post multas difficultates tandem per Kalixtum II. papam sunt in cenobio et ordine confirmati. Et abhinc videtur, quod color monachici habitus sit distinctus.

109.[e]. Alramus I. prefuit. Huius tempore datum est nobis privilegium[8] ab Heinrico imperatore de restitucione Petenpach, quod Ulricus episcopus Pataviensis abstulerat, anno Domini 1099. sub

* *Add sed eras.:* Sanctus Tiemo abbas Altahensis et episcopus Saltzburgensis martirizatur.

a) *linea erasa c.* b) *alia manu post in marg. c.* c) *superscr. c.* d) p. P. p. . . . . *(erasa) eadem manu superscr. c.* e) *vacat c.*

1) UB. nr. 57. 2) Perperam hoc tempore ponitur. 3) Neque hoc stare potest. 4) UB. nr. 21. 5) UB. nr. 23, a. 1083, cui in chartul. post similis nota addita est: *forte comes de Wels, qui occupaverat predia nostra.* Cf. etiam *De censu* c. 18, p. 378. 6) Charta quae haec continet, UB. nr. 18, in a. 992. vel 993. ponitur. In chart. nomini Arnoldi additur: *scilicet de Wels vel Lambach, per quem predia in Ascha et Hausrukk ad Pilgrinum episcopum supradictum fuerant devoluta, que contulerat Otachero marchioni, filio Otacheri.* 7) Desiderius. 8) UB. nr. 26.

Urbano II. papa. Item scriptus est liber matutinalis chori antiquus in duobus voluminibus. Item inchoatus est liber matutinalis in cappella. Iste monasterium in rebus mobilibus et immobilibus, edificiis et personis plurimum exaltavit, licet non invenerimus earum pondus, numerum et mensuram. Inter hunc et Ditricum estimatur resumpta esse decima in Chirichdorf et ecclesia nostra abbate caruisse aliquamdiu, vel eum qui prefuit auctoritate debita caruisse. Eo nempe tempore Altmannus episcopus a canonicis Pataviensibus, quos pro suis demeritis[a] increpavit, et a fautoribus regis Heinrici, qui cum papa discordavit, fuit a sede sua expulsus, et quidam Tyemo canonicus Wirtzburgensis intrusus, et hec dissensio annis pluribus perduravit. Item dux Welfo dedit nobis Stainportz. Item silva in Pranpach [datur[b] nobis] anno 1093. Item Urbanus II. papa constituit, ut hore de sancta Maria cottidie dicerentur et ut missa de ea omni sabbato ageretur. Abbatiam resignavit 1120.

Item abhinc abbatum ordo ex cronica invenitur usque ad Rudolfum[1]. Iste altera vice repeciit Petenpach ab Ulrico episcopo [et[c] ecclesiam Chirchdorf construxit, et forte eciam Gærsten, quam idem Ulricus consecravit]. [Hic[d] contemporanei fuerunt Kalixtus II. papa, Heinricus IIII. imperator, Ulricus episcopus, Leupoldus marchio]. Item secundo anno cessionis sue obiit 5. Ydus Marcii et sepultus creditur circa columpnam mediam in dextro latere in cappella. Hiis temporibus resumpta est investitura ecclesiarum per Kalixtum II.[e] papam ab Heinrico IIII.[e] rege post multas rixas.

1122. Hermannus prefuit tribus annis. Huius tempore . . . .[f]

Obiit 2. Kal.[g] Ianuarii; tumulus ignoratur.

1126. Ulricus I. 6 annis, sub Honorio papa et Regmaro episcopo.

Leupoldus marchio construxit Neunburch et Sancte Crucis.

1132.[h] Ulricus II. 15 annis sub Innocencio papa et Lothario rege. Huius tempore Alhaidis de Wiltperch, relicta Ernesti comitis de Hohenburch, dedit nobis locum ecclesie Pehstal et silvam Praumstê. Item locum in monte sancti Martini [1140[b]], ubi ecclesias fabricavit, quas Reginbertus episcopus confirmavit et consecravit et terminis designavit. Item Albertus comes de Rebgæu dedit nobis predia in Viehtwanch, ut ibi ecclesia fundaretur, anno Domini 1155. Item Pillungus de Pernstain predium in Gaizlarn. Item predium in Slagstheim

1147. Albertus 13 annis. Huius tempore datum est nobis privilegium de superiori Ror. Item Reginbertus confirmavit nobis predia et ecclesiam in Viehtwanch, quam Chunradus postea consecravit. Item predium unum in Lewenbach. Item 1 in Puhchrichen. Item 1 in Chatzpach cum hominibus ad censum 12 denariorum. Item homines in Ekhenperg ad censum 12 denariorum. Huius tempore anno 6. perfectus est liber matutinalis, qui nunc est in capella. Item ignis monasterium devastavit. Item marchionatus Austrie in ducatum erigitur per Fridericum imperatorem I, et Heinricus, filius Leupoldi, primus dux efficitur. Obiit 4. Kal. Aprilis. Sanctus Thomas episcopus martirizatur.

Hiis temporibus contigit, ut Heinricus prior veniret in Gersten ad confessionem sancti Berchtoldi in habitu laicali[1].

1160. Martinus 5 annis, postea resignavit, forte propter scisma, quod suo tempore fuit inter Alexandrum papam et Fridericum imperatorem I. et inter episcopos. Huius tempore datum est Waigantzdorf a Chunrado episcopo. Item huba circa Lohchirchen. Item floruit Gracianus monachus, qui decretum composuit. Item Petrus Comestor, qui Scolasticam hystoriam et Sententias compilavit[2]. Item Rychardus de Sancto Victore. Obiit . . . .[i]. Ante turrim est sepultus.

1165. Alramus II.* annis 9; postea deponitur a Diepoldo episcopo. Hic capellam sancti Egidii construxit, quam consecravit Albertus archiepiscopus Saltzpurgensis anno Domini 1170. Huius tempore data sunt nobis predia in Perchwind, ubi forte ecclesiam fabricavit. Item in Haitenhaim sub Otachero. Item due vinee in Erlach. Obiit 3. Non. Iulii et sub altari est sepultus, quod[k] super columpnam[l] est situm. [Huius[m] tempore Heldolfus camerarius emit 11 mansos in Leubenpach[3]. Iste Alramus emit vineam in Plikersperg][n].

1173. Ulricus III. 9 annis. Iste fratruelis fuit sancti Berchtoldi et prior in Gærsten. Huius tempore Fridericus imperator I. restituit et confirmavit predia in Hall. Item Diepoldus episcopus [abbatis[m] anno primo] Chirichperch nobis dedit. Item[o] ecclesia nostra penitus concrematur, et[p] Wartperch iterum consecratur. Item Heinricus dux Wawarie dedit nobis predia inter Huerenbach[q] et Chremsam, que ante dederat Welfo dux. Item Otakerus marchio de Styr [qui[r] dedit vineam in Wirthiching]

*) *in marg. manu γ add.:* monachus de Gersten.

a) meritis *corr.* demer. *c.* b) *in marg. add. c.* c) *haec in marg. add. manu β c.* d) *ibidem eadem manu iam antea scr. c.* e) *rubro superscr. c.* f) 7 *lineae vacuae relictae c.* g) Nonas *eadem manu corr.* Kal. *c.* h) 1131 *corr.* 1132. *c.* i) 12 *lineae vacuae c.* k) q2 *c.* l) colupnam *c.* m) *post add. c.* n) *duae fere lineae erasae c.* o) Item — consecr *eadem manu in marg. c.* p) et W. i. c. *alia manu, fortasse post del c.* q) Horenb. *corr.* Huerenb. *c.* r) *in marg. eadem manu c.*

1) Cont. Cremif., SS. IX, p. 545 sqq. 2) Petrum Comestorem et Lombardum confundit. 3) Cf. UB. nr. 37; Auct. Crem. a. 1140.

deputavit certa iura subadvocatis suis anno Domini 1179.[1] Hiis temporibus maximum scisma fuit in ecclesia inter principes apostolicos et Romanos et alios inferiores, et duravit 18 annis. Item H. abb Alexander III. papa confirmavit omnia bona, que tunc ecclesia possidebat, et statuit, ut prelati nichil ardui sine consensu capituli sui agant. [Et[a] forte extunc conventus propria sigilla habere ceperunt]. [Iste[b] redemit vexacionem 11 mansorum in Leubenpach ab H[einrico] et Geb[hardo] de Schaunberch[c,2]. Iste eciam antiqua plenaria renovavit]. Iste abbas auxit redditus in Viehtwanch per Leupoldum I. ducem Austrie, et cum eodem mare transfretavit, sed rediens apud Akkaron est[d] mortuus et sepultus. Qui remisit calicem aureum et crucem mirificam cum reliquiis maximis sancte crucis. Sed nec crux nec calix remansit nobis, quia crux furtim ablata est, portata, ut creditur, Sancte Crucis, calicem vero idem dux servavit [dans[a] invicem plura predia in Viehtwanch]. Item iste abbas in dolore pedum a suo patruo est curatus[3]. Item ad eum Vita sancti Ber[toldi] est scripta.*

H abb. 1183. Manegoldus 23 annis. Iste frater Diepoldi episcopi et monachus Sancti Georii et nacione Suevus fuit. Huius tempore redempta et confirmata et aucta sunt predia in Viehtwanch[4]. Item data curtis apud Sirnikh. Item privilegium de ponte in Wels. [Item[b] de castro Albekk[4]]. Item ecclesia Vorhdorf per Wolfkerum episcopum [1196[d]]. Item predium prope Ror. [Item[b] ecclesia nostra tota incendio devastatur]. Item factus episcopus dedit[g] vineam in Plikersperg**. Huius abbatis tempore facta fuit magna dissensio inter fratres, quia intrusus per Diepoldum episcopum fratrem suum, ipsum ad sedem apostolicam citaverunt. Sed Lucio papa breviter mortuo, per Urbanum III. finem querimonie sunt adepti. Cuius litis scripta require [infra[e,5]]. Iste quamvis quiddam boni impenderit ecclesie, sed multo plura intulit nobis dampna, ut alias invenitur[6], tam in abbacia confirmatus, quam in episcopum sublevatus. Moritur anno Domini 1215.

1206. Chunradus tribus annis. Iste fuit de Sitansteten. De hoc nichil aliud constat, nisi quod per privilegium suum cuidam imposuit finem liti. Postea deponitur. Item ecclesia nostra tota incendio concrematur.

f 26. 1209. Rudolfus 1.[f] annis. Iste construxit cappellam sancte Marie virginis et dormitorium et duo latera ambitus. Quam cappellam Eberhardus archiepiscopus consecravit. Huius tempore data est nobis ecclesia Puhchirchen ad usus fratrum ab Ulrico episcopo [1218[d]] sub Honorio III. papa. Item remissum perchrecht in Plikersperg [1213[d]]. Item absoluta est ecclesia a iuribus advocatorum per Leupoldum II. ducem Austrie. Item absoluta est decima in Ahliten. Item steura in Mauttarn [1220[d]]. Item cepit ordo Predicatorum anno Domini 1210.[g,7,]*** Item ordo Minorum tercio post hec anno. Item Innocentius III. papa Lateranis concilium celebravit, ubi edidit: *In singulis provinciis* etc. Et hoc ideo, quia tunc novi ordines surrexerunt, in quibus plures utriusque sexus miraculis claruerunt, professoribus regularum sancti Augustini et beati Benedicti graviter errantibus a suorum patrum preclarissimis institutis. Obiit 5. Non. Martii, sepultus in . . . . . .[h] civitate Lombardie, cum duce predicto rediens a Roma. (cf Mart II Alt; cf supra p 634)

1217. Bernhardus est electus. Iste designavit redditus pro esocibus in quadragesima, [quia[i] emit curtes Sybenbach, Grůb, Laup, Tampach et Gravenperg pro 120 tal.]. Item fuit genere de Ahliten. Huius tempore data est nobis domus quedam in Aneso ab Heinrico cive, qui fuit de familia censualium Sancti Agapiti, que collata fuit postea ad censum dimidii talenti[k]. — Item ecclesiam Pŭhchirchen se asserit impetrasse.

II abb 1220. Heinricus 17 annis. Iste fuit de styrpe comitum de Plæyn et monachus in Tegernse. Hic cepit monasterium renovare anno Domini 1232. sub Friderico II. imperatore. Huius tempore Gregorius IX. papa habuit concilium et fecit: *Inprimis ordinamus.* Item Rugerus episcopus dedit Wæizchirchen [1247[d]]. Item Ekbertus episcopus Babenbergensis dedit Chæseraw. Item Otto de Ror dedit [curiam[d]] Selgræt. Item Innocentius IIII. papa confirmavit res nostras. Item Fridericus II. imperator confirmavit advocaciam. Item (Mart) floruit Ræimundus, qui composuit decretales iussu Gregorii IX. pape. Item sanctus Dominicus et sancta Elyzabeth canonizantur.

f. 26'. 1247. Ortolfus 9 annis. Huius tempore Innocentius IIII. papa confirmavit nostre ecclesie bona. Item Ulricus de Truchsen dedit nobis redditus dimidii talenti in Perndorf et in Pergarn. Item Saltzpurge capitulum celebratum est, ubi confirmate[l], immo renovate sunt constituciones apostolice prenotate et addite:

*) *In marg. sup. add.:* Item hospitale in Pirno construitur ab Ottone Babenbergensi episcopo. Et lis terminatur inter abbatem Marquardum de Glunich et plebanum de Syrnich pro decima. Item Amelbertus Ulricus et Albero de Lůhsnikh.

) *Corr.:* perchreht. *) *Manu γ add.:* sub Honorio.

a) *in marg. manu β? c.* b) *in marg. c.* c) *duae lineae erasae.* d) *superscr. c.* e) *manu 1 post add., una et dimidia linea vacuis relictis.* f) X. . . *spatio vacante c.* g) *quaedam erasa c.* h) *vacat c.* i) *in marg. alia manu add. c.* k) *duae lineae erasae.* l) confirmata *corr.* confirmate *c.*

1) UB. nr. 39. 2) UB. nr. 37. 2) V. Vitam Bertholdi Garst. 4) De charta perdita v. UB. p. 60 n. 5) Fol. 63 codicis; edita UB. 41–44. ex hoc libro. 6) Lib. II, 2. 7) Anni neque cum Martino neque cum Hermanno Altah. conveniunt.

Abbates etc. Item instituta est octava sancte Marie nativitatis. Item concursus sollempnis fuit ad reliquias sancti Agapiti martiris, que destructo summo altari sub ara beate Marie fuerant collocate; qui cessare cepit post canonizacionem sancte Elyzabet. Item tota pro vincia dissensionibus plena fuit duce Friderico interfecto anno Domini 1246. Item privile-
5 gium de infula abbatum, cuius usum ipse sui regiminis tempore habuit, est venditum a custode ecclesie, forte [Pellndorfer[a]], Ottoni episcopo Pataviensi. Huius negligencia et temporis malicia alienata sunt predia, que minus continet secundum privilegium Innocencii respectu primi. [Item[b] ecclesie nostre, scilicet Vorhdorf et Wæizchirchen, per Berhtoldum episcopum decano Pataviensi conferuntur propter moram collacionis, sed postea redonantur].
10 Hic tamen construxit de monasterio renovando dextram absidem. Item deponitur et postea privatam et quietam vitam duxit usque ad tempora Friderici. Obiit 5. Kal. Iunii, sepultus in cappella sancti Egidii.

1256. Berhtoldus II. 19 annis. Iste fuit de Ahliten et monachus in Gersten et hospitalarius in Pirno, cuius presbiteri institucio est in arbitrio abbatum Admontensis, Glunicen-
15 sis, Gerstensis et prepositi domus Sancti Floriani. Huius tempore collati sunt redditus in Karinthia [et[c] resumpte ecclesie Vorhdorf et Wæizchirchen]. Item legatus sedis apostolice in Wienna capitulum habuit, ubi constituit: *Frater Gwido*, tempore Clementis IIII. pape[1]. Item aliud capitulum Saltzpurge, ubi est editum: *Ad honorem*[2]. Item Alexander papa IIII. confirmavit ecclesie nostre bona, et singulariter ecclesias sancti Martini, Vorhdorf et Wæiz-
20 chirchen[3]. Item sedes apostolica plus tribus annis vacavit. Hic, quia fuit inscius dignitatis ecclesie, usum infule parvipendit nec privilegium requisivit, quod in sacrario Pataviensis ecclesie est nostris temporibus publicatum. Item alienate sunt ecclesie, scilicet Vischenhaim, Chirchdorf et Wartperg, quia qui Stainchirchen habuit a Berh[toldo] predicto cappellam in Vischenhaim suo socio locavit, ut ibi divina populo ministraret etc. Item Chirchdorf et
25 Wartperch habuit frater domini Wernheri de Slierbach, qui factus episcopus Sekoviensis suo sacerdoti ecclesias locavit. *Hic redemit multa in rebus ecclesiasticis et possessionibus ac decimis obligata ad summam 600 talentorum. Domum infirmorum construi fecit et redditus 15 talentorum deputavit [anno[d] Domini 12..]. Item suum anniversarium agi instituit cum pietancia competenti. Item opus monasterii quod superest erigi fecit, excepto presbiterio et dextro pariete.
30 Nam Rugerus de Ripa tres altas testudines, ipse vero reliquas testudines cum columpnis et parietibus elevavit. Item matutinalem in duobus voluminibus, euvangeliarium, Summas viciorum et virtutum in duobus voluminibus et plura alia scribi fecit. Obiit 13. Kal. Decembris et sepultus est ante altare sancte Crucis sub marmore. Item huius tempore est renovata fraternitas inter nostram et ecclesiam Altahensem. Item de novo contracta inter
35 nostram et Tegernse. Item de Sancto Paulo Saltzpurge. Item de Pruvening. Item de Enstorf.

Margin: 14 alb. — 25 *f. 27.

1273. Fridericus [54[e]] annis, qui fuit genere de Aich.

Huius tempore dissensiones in provincia multe erant, rege Bohemie Otachero interfecto anno Domini 1278. Item rege Romanorum Adolfo ab Alberto duce Austrie supplantato.
40 Item eodem Alberto a fratruele suo, cuius hereditatem sicut regnum violenter usurpaverat, interfecto anno Domini 1308. in Kalendis Maii. [.. to[f] anno Domini 1314]. Item Friderico, filio Alberti predicti, et Ludwico, filio Ludwici ducis Reni, in reges Romanorum cum maximo scismate consecratis. Item Bonifacius papa VIII. edidit decretalium 6. librum. Item Clemens V. papa
45 Vienne concilium celebravit, ubi deletus est ordo Templariorum et de delendis quorundam aliorum Mendicancium ordinibus cogitatum. Item Saltzpurge et Patavie capitula celebrata, ubi edite sunt constituciones, quarum[g] principia sunt: *Cum instancia*[4] etc.; *Inprimis* etc.; *Quoniam sedes* etc.[h]; *Nos Wernh[ardus]* etc.; et: *Nos Chunradus*[5] etc.

a) *post add. in spatio vacuo relicto.* b) *post add. in marg. c.* c) *alia manu in marg. c.* d) *post add. c.* e) *post*
50 *in loco vacuo add. c.* f) *duae lineae erasae, quae scripta erant et nunc exstant fortasse post add. c.* g) quorum *c.*
h) *una linea vacua c.*

1) Cod. f. 147. 2) Ibid. f. 148. 3) UB. nr. 89. 88. 91. 4) Leguntur in cod. f. 148'. 149. 149'.
5) Ibid. f. 150'.

II abb. f. 27'. [Item* per eum renovatus est ordo monasticus, licet postea infirmatus]. Item introductus usus musice artis. Item recensiti sunt omnes redditus ecclesie. Item auctus est census possessionum. Item ornatus ecclesie in libris, calicibus, preparamentis et aliis ornamentis. Item omnes fenestre monasterii per fratrem Hertwicum custodem vitris pulchrius decorate. Item idem[a] frater pius caput sancti Agapiti et ambo plenaria renovavit. Item brachium sancti Blasii.

Iste abbas [anno[b] Domini 1283, sue vero institucionis 10. consecrari fecit altare sancti Agapiti atque chorum per dominum Gotfridum episcopum anno primo ordinacionis eius. Item] ecclesiam Ried, de qua antea dabatur carata vini, infirmis fratribus deputavit. Item auxit ad . . .[c] talenta redditus custodie. Item redemit violentam vexacionem piscature in Albense. Item competentem porcionem decime in Caminata conquisivit. Item ecclesiam Puhchirchen per fratres monachos regi plenarie procuravit, et iuri simili, quod in Viehtwanch habuit, renunciavit, licet eam antea habuissemus. Item multos et sollempnes libros scribi fecit de musica atque textu, scilicet tria missalia, integrum vero quartum, 1 euvangeliarium, 1 epistolarium, matutinalem de tempore unum, alterum de sanctis, 2 officialia, tria antiphonaria in 6 voluminibus, tria gradualia, totam bibliam in 4 voluminibus, Sentencias Petri et Scolasticam historiam, Registrum Gregorii, Sentencias Ysidori et de doctrina cordis in uno volumine, Gregorium super Cantica et Ysidorum super Eptaticum in uno, unum librum de possessionibus et privilegiis ecclesie, alterum item de possessionibus, de ecclesiis ac decimis, regulam sancti Benedicti cum martyrologio, Iosephum in duobus voluminibus, 2 paria ymnorum ac plures alios scribi fecit.

Item redemit vineas in Mauttarn. Item emit vineas in Chremsa . . . .[d] iugerum. Item in Neunburga . . . .[d] iugerum[1]. Item ibidem domum emptam in melius reparavit et torcular eciam collocavit.

---

f. 28. Item[e,2] anno Domini 1304, ordinacionis sue anno . . .[f], conputatis reditibus ecclesie hactenus neglectis et in scripta redactis, inventa sunt de 18 officiis in nativitate sancte Marie 58 talenta denariorum. Item in aliis diversis temporibus anni 49 talenta. Item 2 talenta werhhart et stainpfenning preter minorem numerum quam talentum.

Item de ecclesiis 58 talenta preter Chirhperch, de qua habemus ad 50 talenta. Item advocacia estimatur ad 100 talenta. Item 100 carrate cerevisie, que estimantur ad 100 talenta denariorum, pro quibus statuit dari pro qualibet urna et pro reschchorn 10 denarios, quod estimantur pro 30 urnis, quod dicitur carata[g].

Item domorum decimalium, que ad 15 curias ducuntur, curie 113, hube 148, mansi 1431, preter decimam . . . . .[d] infirmarie, camere, custodie.

Item casei pro servicio et wochendinst de 19 curiis 9 talenta et 60 casei, quod sunt duo milia 400. Item de Öblarn 900 casei. Item de Gerstental. . . .[c] Ibidem swagie[3]. . . .[c]

Item ibidem domus decimales 270.

[Hiis[h] additis domibus, que ad nostram curiam ducuntur, scilicet de curiis 23, hubis 13, mansis 138, item de Aw curiis 9 et mansis 27, erit summa domorum 2857, summa domorum in officiis . . . . . .[d]].

Item agni 300 preter 12. Item in epyphania porci 52.

Redditus camere computati sunt ad 45 talenta. Item curia et officium in Syppahcell ad. . . . .[c] Item domus decimalis curie 7, hube 5, mansi 89.

Redditus hospitalis . . . . .[c] Domus decimalis.

Redditus infirmarie de prediis ad . . . . .[c] De ecclesia ad 15 talenta. Domus decimalis.

Redditus custodie . . . . .[c] Domus decimalis . . . . .

*) *Haec post del. et in inf. marg. manu γ add.:* Pluribus ex causis. Primo quia non habuit zelum secundum scienciam. Nam contemptis consuetudinibus antiquis, quibus observandis obligamur, tum quia sunt a sanctis patribus institute, tum eciam quia a nostris senioribus assumpte nec ab ullo maiorum (?) reprobate, immo et spretis constitucionibus papalibus et episcopalibus, quas nemini (?) licet[i] contempnere, sed nec ignorare potest sine crimine, imposuit suis quasdam ad libitum consuetudines griseorum[4]. Item[k] quia minus fuit in . . . . ministerii. Item quia, ut dictum est, unicus tantum (?) . . . . Item quia . . . . alia.

a) i f. p. *post superscr. c.* b) *in marg. add. (manu β?) c.* c) *vacat c.* d) *erasa c.* e) *sequentia post addita manu fortasse β, novo fasciculo incipiente.* f) *spatium non vacat.* g) *duae fere lineae erasae.* h) *in inf. marg. add. c.* i) *vel:* nemo non dico *(?) c.* k) *sequentia vix legi possunt.*

1) UB. nr. 153 sqq. 2) Similia v. supra p. 636, partim ex hoc loco suppleta. 3) Idem quod supra p. 636. *swaige.* 4) i. e. Cisterciensium.

Iste quoque abbas in primis annis institucionis sue fecit 1 testudinem et postea 4 altaria in monasterio et ipsa consecrari fecit anno Domini 1298[a], in dominica Iudica, cuius precedenti sabbato Wernh[ardus] episcopus, qui altaria consecravit, ordines celebravit 120 diversi ordinis clericorum. Item postea alia duo fecit. 1298. Mart. 23. 22. f. 28'.

5 Isto abbate mortuo anno sue etatis . . .[b], ordinacionis . . .[b], anno Domini 132. . inventi sunt monachi sacerdotes numero . . .[b], inferioris ordinis: dyaconi . . . subdiaconi . . . professi . . . conversi familiares. . .

Item de ornatu ecclesiastico calices . . . cum sollempni, casule . . . talares vel albe . . . stole . . . dalmatice . . . tunice . . . cappe coccinee . . . samite . . . simplices . . . omnium alta-10 rium duplicia ornamenta, cottidie tribus pallis.

Item de libris: theologici et musice scripti omnes prenotati.

Insuper de libris Augustini[c]. Item de libris Gregorii. Item de libris Ambrosii.

Item de libris Ieronimi. Item de libris Origenis. f. 29

Item de libris Cypriani. Item de libris Bernhardi.

15 Item de libris ecclesiasticis bibliam, in uno volumine Eptaticum. Item Regum et Paralippomenon in uno. Item omnes prophetas. Item epistolas Pauli et canonicas et Apokalypsin et Actus apostolorum in uno.

Item libros omeliarum. Item sermonum originalium. Item postillarum diversorum.

Item liber passionum et legendarum sanctorum, scilicet sanctorum apostolorum et f. 29'. 20 sancte Katherine et de invencione sancti Stephani et . . . . .[b] in uno. Item Vita sancti Martini et . . . .[b]

Item sancti Gregorii.

Item diversorum doctorum, scilicet Heimonem super epistolas Pauli in uno.

Item biblie . . . . .[b] libros in uno parvo, quam legavit ecclesie nostre Otto quondam 25 plebanus in Welsa. Item ecclesiasticam hystoriam.

Item de libris divini officii: missales cum euvangeliis et epistolis ad singula altaria, aut in uno volumine aut in singulis; chorales 2, scilicet psalterium, ym[nariu]m, Gregorium cum sequenciis et antiph[onarium] cum hystoriis in uno. Matutinalem unum magnum, qui est in cappella, alium minorem propter egrotantes, ambos integros et perfectos.

30 Item de libris iuris canonici: decretum Graciani. Item decretales Reimundi cum glosa, f. 30. quas legavit nobis Otto plebanus in Wels.

Item de libris gramaticis, prosaicis: Priscianum maiorem et minorem in uno.

Item de metricis.

*Item de libris logicis, quos legavit magister Chunradus. *f. 30'.

35 Item quos alii fratres ecclesie mortui reliquerunt, quorum frater Wernherus physicus reliquit, scilicet . . . . .

Item frater Berhtoldus de Tzwetla, scilicet . . . . .

Item frater Ditricus de Tzwetla, scilicet . . . . .

Item de libris astrologicis. f. 31.

40 Item de libris arismeticis.

Item de libris geometricis.

Item de libris musicis: regulas Gwidonis.

Item de libris rethoricis.

Item de libris physicis.

45 Item de libris medicinalibus, quos frater Wernherus medicus dereliquit, scilicet . . . . .

Item de libris cronicis: Cronicam[d] Martini, cui conscripta sunt Gesta Karoli Magni.

Iste prelatus usum infule non habuit nec habere studuit; ipsius tamen tempore privi- f. 31'. legium dignitatis cum aliis 16 aliarum rerum privilegiis in Pataviensi sacrario est inventum. Hic[e] instituit octavas ascensionis Domini et Iohannis baptiste et festum corporis 50 Christi et divisionem apostolorum.

Item huius tempore renovata est fraternitas cum inferiori et superiori Altah bis[1]. Item contracta cum Lambacensi ecclesia[2], Glunicensi[3], Scotorum Wienne[4], domo[f] Sancti

a) 1289. *corr.* 1298. *c.* b) *vacat c.* c) *ubique sex vel septem lineae vacant c.* d) Cron. — Magni *post add. c.* e) Hic — apost. *post add. c.* f) dom[o] *c*

55 1) UB. nr. 121. 124. 2) Ib. nr. 214, a. demum 1344; sed haec antea scripta videntur. 3) Ib. nr. 171, a. 1313. 4) Ib. nr. 178, a. 1317.

Floriani, et cum ecclesia Neunburgensi et Medlicensi hoc pacto, ut apud nos festum sancti Cholomanni et apud eos festum sancti Agapiti sollempniter celebretur.

Item dominus Hyltwinus plebanus de Talheim procuravit agi festum sancti Achacii.

Item[a] quidam ex suis professis monachus formavit quendam librum de feodotariis, ministerialibus, censualibus, fiscalinis, quem Ortum ecclesie appellavit.

Item de origine fundacionis et fundatoris dignitate eciam quedam scripsit.

Item[a] idem vadens Avinionem, ubi tunc sedebat dominus Iohannes papa XXII, adtulit multarum litteras gratiarum. Quarum unius forma dicitur: *Ea que de bonis*, alterius forma dicitur: *Nonnulli iniquitatis;* forma vero tercie est: *Gracie specialis*, scilicet de repeticione hereditarie porcionis cuiuslibet monachorum, quas require in prologo Libri vite.

---

f. 32. 1325 Febr. 24. Anno[a] Domini 1325, intrante dominica Invocavit abbaciam per sigillum fratribus in manus Alberti episcopi resignavit, et sollempnem provisionem accipiens, privatam deinceps vitam duxit per ann. . . .[b]

Huic[c,*] successit Fridericus, iuvenis quidem etate, sed moribus et ingenio cum facunditate bene nitens; fuit enim genere civis Welse nomine Pitzendorfarius de familia ecclesie oriundus. Iste confirmatus consecratur a domino Alberto venerabili episcopo predicto Mart. 10. dominica Oculi, et idem se intromittendo de omnibus negociis[d] monasterii invenit, quod sui precessores, videlicet Fridericus abbas senior et sui concomites, reliquerunt. Fuit enim ecclesia eo adveniente obligata in duabus milibus libr. et 25 libris. Nam una curia in Halle cum decima fuit obligata, quam redemit pro 180 libr. Item aliam curiam in Aw pro 67 lib. redemit. Item decimam in Gusterperch pro 36 lib. redemit. Item per Hermannum Tzartonem satisfecit Iudeis, quibus fuerunt obligate curie cum decima in Puchchirchen et Eberstacella cum curia et decima pro 300[e] libr., et idem Tzarto supradictus solam habet curiam in Vronhofen cum decima. Item prenotatus abbas Fridericus satisfecit preposito Neunburgensi in 26 libr. Item Gebhardo Neunburgensi satisfecit in octo lib. Item Tzeibeteroni Wiennensi satisfecit in 36 libr. Item Gerstlario in Anaso satisfecit in 200 et triginta libr. Item Ortlino Meuslino satisfecit in 80 libr. Item Ferdlino (?) Slagoni in 14 libr. Item Szchiekkoni satisfecit in 80 libr., de quibus annuatim pro usura cedebant 5 modii boni frumenti. f. 32'. Item Albero militi de Asperch satisfecit in 100 lib. Item uni Iudeo satisfecit 5 libr. Item Ortolfo de Stiria satisfecit de 80 lib., de qua pecunia annuatim pro usura hec 4 ceciderant, videlicet ternarius vini optimi, duo modii frumenti, 3 porci bene inpingwati, duo scaphia liguminis quod est quid atenticum. Item Thome de Gærsten Stirie satisfecit in 24 libr. et super eosdem[f] 9 lib. pro usura dedit. Item Muchlario Stirie satisfecit de 4 marcis puri argenti. Item Rudlino Platzinsgůt satisfecit 85 libr. Item Perichtoldo Losenstainario satisfecit in 30 libr.

Huic[g] successit abbas Christianus dictus Ottstorfer. Hic edificavit turrim sive domum illam supra portam, per quam transitur ad villam, et quoniam vir liberalis, mundanus atque pomposus fuit, ideoque propter superfluos sumptus domum in aliquibus gravibus debitis post decessum dimisit. Prefuit autem abbacie tribus tantum annis vel paulo plus. [Obiit[h] 1349. Nov. 19. vero anno Domini 1349, in die sancte Elizabeth].

Huic successit abbas Ernestus, Ottstorfer eciam dictus, quia et ipse fuit de genere nobilium eorundem. Hic fuit vir simplex in spiritualium doctrina, sed bene eruditus in cura famelica. Fuit enim bonus paterfamilias et domum rexit in temporalibus maxime cum omni diligencia. Nam domum per conparacionem plurimorum bonorum in redditibus ampliavit *f. 33 et debita, que ab antecessore suo fuerunt contracta, exsolvit. Item testudinem ecclesie et frontem eiusdem construendo consummavit. Item turres ambas ecclesie retro in monasterio penes portam maiorem ecclesie ipse in magna parte in construendo elevavit et basilicam supra predictam portam cum altare ibidem ipse disposuit et ordinavit. Item comodum illud, quod est inter domum abbatis et grande edificium muratum, quod stat in curia, in quo cellarium, vinarium et granarium continetur, ipse edificavit. Cenaculum grande, quod est inter ecclesiam et domum abbatis, et alias reformaciones et particulares

*) *Haec ante brevius narrata erant manu praecedenti, nunc erasa:* Huic successit — a domino episcopo predicto dominica Oculi.

a) *alia ut videtur manu pergit vel certe alio tempore scr. c.* b) *vacat c.* c) *manu plane diversa pergit c.* d) nogociis *c.* e) $\overline{ccc}$ *c., sed de* 300000 *cogitari nequit.* f) *ita c.* g) *alia manu pergit c.* h) *post add. c.*

structuras plurimas ipse fecit, exceptis clenodiis ad Dei cultum pertinentes et perpetuo lumine, quod ardet ante capsulam, in qua corpus Domini conservatur, quod eciam ipse cum cunctis redditibus predisponens ordinavit. Obiit autem anno ab incarnacione Domini 1360.

Huic successit quidam Chunradus nomine, nacione Suevus. [Hic[a] multa antiqua privi- 5 legia coram domino Rudolfo duce Austrie renovavit[1]. Hic eciam a prenominato duce multa incommoda cum suis fratribus sustinuit. Rexit per duos annos cum dimidio].

Huic successit dominus Hainricus de Grůb, qui fuit de parentela domini abbatis, videlicet Friderici Bitzendorfarii. Hic fuit vir satis ecclesiasticus et monastice vite in moribus, sed in regimine tam temporalium quam spiritualium nimis remissus. Illius eciam tempore 10 monasterium plurima adversa sustinuit. Nam propter gwerras ducum Wavarie et ducis Rudolfi Austrie graviter exactionata, gravia eciam contraxit debita et per hospites et latrones medio tempore gwerre non mediocriter fuit spoliata. Postremo per incendium fuit devastata, ita quod ambo dormitoria cum capella beate virginis et ambitu fuerunt concremata.

Huic successit Hainricus nacione Sultzpech dictus. Hic cappellam sancti Iohannis f. 33'. 15 in villa perfecit, quam antecessor suus Hainricus inceperat renovare.

Obiit[b] autem anno Domini 1376, in die sancti Allexii. 1376 Iul. 17.

Huic[c] successit Martinus de genere baronum dictus Polhaymer, qui et cappellam rotundam sancti Sigismundi in lapide construxit. Idem eciam abbas Romanam curiam intravit et usum infule cum novo privilegio iterato impetravit. Ipse eciam monasterium in certis 20 debitis dereliquit. Obiit autem in octava apostolorum Petri et Pauli anno 1399. etc. 1399. Iul 6

Huic successit Stephanus de Austria natus. Suis et temporibus karistia generalis extitit. Quapropter monasterium multa debita incurrit. Obiit et idem ultima die mensis Ianuarii, anno Domini millesimo quadringentesimo quinto. 1405. Ian. 31.

Huic successit Hermannus, olim in Meten professus. Qui fuit vir senex et simplex. f. 34 25 Et quia monasterium in magnis debitis[a] invenit, suis eciam temporibus in maiora pericula et debita, videlicet in sex milia talentorum et ultra, colapsum exstitit. Unde accidit, quod dux Austrie, Albertus videlicet, qui postmodum in Romanorum, Ungarie, Boemie etc. regem est electus, ipsum monasterium in suam specialem graciam et proteccionem suscepit et cuidam fideli suo militi Andree Hedleinsperger committens, qui ibidem officiales et procu- 30 ratores speciales instituit. Qui abbati et fratribus monasterii fere quinque annis prefuerunt. Novissime vero idem dux Austrie etc. in concilio Constanciensi tempore Martini pape quinti generalium visitacionem per totum suum dominium Pataviensis diocesis impetravit. In qua visitacione predictus pater Hermannus in die cinerum anno 1419. abbaciam in manus visitatorum resignavit, provisione obtenta non modica etc. Obiit vero anno 1430. 1419. Mart. 1.

35 Anno Domini 1419, die vero quarta mensis Marcii in predicta visitacione ac regularis vite reformacione visitator quidam iuvenis de genere militarium Iacobus Trewtlkofer dictus in abbatem est assumptus, et eodem die[a] auctoritate apostolica confirmatus etc.

Hic[c] redemit monasterium a debitis 6 milium talentorum vel ultra, in quibus invenit monasterium per antecessorem suum collapsum. Hic construxit domum abbatis, capellam 40 et cellare subtus. Item granarium ab intra cum tecto. Item erexit a fundo stubam inferiorem et carceres circa portam et stabula equorum cum granario avene desuper. Idem superiorem partem *turris maioris cum tecto. Item librariam. Idem decoravit sacrastiam in libris, calicibus, monstranciis et aliis ornamentis ecclesiasticis plus quam pro 300 libris denariorum. *f. 34' Idem emit plura feoda. Require in libro privilegiorum. Idem alienavit domum iudicis in 45 villa. Huius tempore aggravatum est monasterium in magnis et multis steuris in auxilium principi terre contra Hussitas et Bohemos. Huius eciam tempore combusta est domus plebani in Puechk[irchen] et villa Hausleiten. Hic rexit 35 annis[d], 2 mensibus, 20 diebus; obiit 23. mensis May, anno 1454. Sepultusque est in abside dextra monasterii ante altare sancti Benedicti sub lapide elevato, quem ipse sic fieri disposuit. Cuius anima feliciter 50 requiescat in pace! Amen. [Fuit[a] et honestatis amator]. 1454. Mai 23.

Successit[c] illi Udalricus quidam cognomento Schoppnzaun, artium et iuris canonici bacc[alaureus], vir quidem moribus grossus, sed honestate probitatis conspicuus. Vicesima

a) *post add. c.* b) Obiit — Allexii *post add. c.* c) *alia pergit manu c.* d) annis — May *in rasura c.*

1) UB. nr. 244. 247.

quinta May canonice electus, per capitulum Pataviense confirmatus undecimaque Iunii in abbatem consecratus est. Hic monasterii redditus in notabili summa feoda decimasque comparando auxit. Sacrastiam ornatibus, calicibus, pectoralibus, clenodiis et pastorali baculo, bibliotecam etiam magnis et electis libris impressis decoravit. Ant[iphonarium] magnum temporis hyemalis, tria missalia, speciale beate virginis, duo psalteria magna exscribi, 5 tabulam sancte crucis depingi, urbarium innovari, tectum turris minoris, columpna nova turrim maiorem subduci fecit. Edificium ante portam, balneum, murum et turrim ibidem construxit. Puteum ante coquinam fratrum fodit, plura quoque preclara gessit. Hic multas magnasque[a] habuit tribulaciones. Nam *anno sui regiminis secundo, feria quarta penthe- *f. 35. costes capella beate virginis cum ambitu per quosdam familiares nequam militarium, Sigis- 10 1455 Mai 28. mundi videlicet Sinczdorffer et Casparis Mülbanger, polluta est; sed quia ipsi actores culpe detenti sunt, domini eorum procuratorem nostrum Iohannem Öder plerosque e nostris captivos in Seysnbůrg deduxerunt in reciprocam ultionem. Dictus quoque Sinczndorffer villicos nostros in Krembsczell et Nuspach rebus spoliavit. Item post obitum serenissimi regis Ladislai principis Austrie Noricus devenit ad ducem Albertum, fratrem Friderici impera- 15 toris III, post cuius repentinum decessum Steir opidum cum castro remansit in manibus cancellarii[b] sui Georgii de Stain, qui manu armata atque hostili terram nostram super Onasum devastans, inter cetera monasterium nostrum et nostros subditos spoliis, rapinis, detencionibus, incendiis, taxacionibus huldisque ultra 10 milia libr. dampnificavit, anno 1467. Elapsis demum 10 annis, simili modo domini de Liechtnstain Henricus et Christoforus 20 patriam ipsam ex Steyreck depopulati sunt. Propter illas ac Mathie regis Hunorum lites, alias quoque iniustas exaccionaciones cum magnis steuris talliisque 'als aufsleg' monasterium nostrum valde gravatum fuit per plures annos: causa potior dissensio principum. Temporibus illis curie in Krembs et Mautarn bis destructe, in Neunburga vero curia nostra igne consumpta[c] sunt. Villa hic sub monte vice altera maiori ex parte incendio periit negli- 25 gencia famulorum nostrorum. Nam ultimo ex pistrino ignis consurgens, ipsum pistrinum 1483. Iul. 24. et domum novam annexam, demum villam consumpsit in vigilia sancti Iacobi hora 9. de nocte 1483. Quidam etiam Udalricus Mayerecker antea villicus et officialis in Petnpach cum suis conplicibus horreum in prato, curias in Viechtwang, Petnpach, Tewrwang et plura *f. 35'. feoda nostra combusserunt, alios[c] rebus spoliaverunt, ceperunt, taxaverunt et alias[c] *oppres- 30 serunt iniuste, sed Deo iudice quasi omnes mortibus diversis, igne, laqueo et aliis inmaturis, penas solverunt. Ipse etiam quorundam swasu deceptus, Leonardo Haydn in Viechtwang prope ecclesiam unam tabernam ac Udalrico Hasendorffer in Petnpach castrum super fundos monasterii edificare assensit. Utinam non propter timorem futurorum! Cappellam sancti Sigismundi, quam antecessor eius inceperat, perfecit simulque cum capella sancti Iacobi in 35 Weigantsdorff consecrari fecit anno 1476, 20. et 21. Augusti. Tempore isto chorus ecclesie sancti Nicolai in Ried a fundo, in quo et ipse primum lapidem posuit, procurante fratre Iohanne Urkauff plebano, erectus est. Similiter et capella sancti Petri in Ror protunc edificata est. Tandem cum 30 annis, mense uno, 16 diebus ecclesie nostre prefuisset, in senectute bona, sacramentis munitus, feliciter obiit, sepultus ante aram sancti Nicolay sub lapide 40 1484. Iul. 9. elevato, quem sibi exsculpi fecerat, anno Christi 1484, nona die Iulii. Vivat Deo!

Post hunc electus est Benedictus Prawn, vir honeste vite. Iste etiam tempora gravia sustinuit propter lites Mathie regis Hungarie et dissensiones dominorum, et quia parum prefuit, parum gessit. Confirmatus est per cardinalem de Ursinis propter discordiam capituli et principis Friderici imperatoris etc. Hic dictu mirum, vini ternarium amari 1 libr. 45 den. comparavit, necessitate compulsus, fornacem laterum et laborem eorum disposuit, fornacem pistrini, tectum ibidem ac nove domus reformavit fundosque emit. Obiit, sepultus 1488 Iul. 29. sub marmore ante altare sancti Benedicti, anno Domini 1488, vicesima nona mensis Iulii; cuius memoria sit in benedictione! Amen. Fecit etiam scribi antiphonarium estivalem caudatum. 50

a) que *post add. c.* b) cacell *c.* c) *ita c.*

SIFRIDI PRESBYTERI DE BALNHUSIN HISTORIA UNIVERSALIS ET COMPENDIUM HISTORIARUM.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Cum ceterorum qui in Thuringia medio aevo res gestas memoriae tradiderunt libri aut omnino non aut multis saeculis post demum descripti vel etiam deformati ad nos pervenerint, utriusque libri quem Sifridus presbyter conscripsit codices autographos mutabilis fortuna nobis servavit. Nam omnibus codicibus perlustratis iam nobis constat, duos libros hunc edidisse, videlicet primo Historiam universalem, cuius autographon bibliotheca Universitatis Erlangensis possidet, tum Compendium historiarum iam typis utcunque vulgatum. Ex illo codice etiam docemur, quis fuerit auctor et ubi vixerit[1], *nam ipsius manu, ut opinor, viridi colore fol. 8'. (cf. Tab. V) scripta sunt verba*: Incipit hystoria universalis Sifridi presbyteri indigni de Balnhusin villa Thuringie *etc.*

1) De patria eius diu falsa sententia valuit. G. Fabricius, qui primus Compendium edidit, scribit, Rerum Misn. libri VII (Lipsiae 1569. 4°) p. 141, eum presbyterum Misnae fuisse, haud dubie nullo certo testimonio nisus. Indeque presbyter Misnensis noster vocabatur. Sed librum eius accuratius perlegenti apparere debuit, auctorem non in marchionatu Misnensi, sed in landgraviatu Thuringiae vixisse. Plura enim de Thuringis per Francos subiectis, de ortu landgraviatus et familia landgraviorum refert; marchionum (Heinrici Illustris et filiorum) demum mentionem facit, cum hi Thuringiae haeredes facti sint. Quae peculiaria narrat, ut de pugna prope Tennstedt a. 1275. commissa, de facinore a militibus Adolfi a. 1294. in villa Sumeringin perpetrato, alia, in regione civitatum Weissensee et Erfurt gesta sunt. Nullum commemorat episcopum Misnensem, accurate vero praesulum Moguntinorum successiones notat. Ideo neque in episcopatu Misnensi unquam vixit, neque cum monasterio Veterocellensi ullam necessitudinem habuit, ut Lorenz, 'Geschichtsquellen' II, p. 116. ex eo coniicere voluit, quod noster in prologo sanctis Mariae et Iohanni euangelistae, quibus Cellensis ecclesia dicata erat, specialiter deditum se ostendit. Contra quem Wenck, 'Entstehung der Reinhardsbrunner Geschichtsbücher' p. 63. bene monet, ecclesiam Reinhardsbrunnensem iisdem sanctis dicatam fuisse. Et haec ecclesia forte habuit possessiones in agro Balnhusensi, si villa Bulhusin, Ann. Reinh. ed. Wegele p. 252, dicta nostrum est Ballhausen, ut putat von Hagke, 'Urkundliche Nachrichten etc. des Kreises Weissensee' p. 306. Sed et alia monasteria, S. Petri Erfurtense, Iechaburg, Reifenstein, praesertim Volkenrode, bona in hac villa sita possidebant, cuius vero ecclesiam parochialem ulli horum subiectam fuisse, non memoriae traditum nec verisimile est. Quare aut hanc ipsam ecclesiam tunc, quod inquirere haud potuimus, dictis sanctis dicatam fuisse coniiciemus (nunc ecclesia Ballhausen maioris est S. Viti, minoris S. Aegidii), aut quadam causa nobis ignota inductum erga illos sanctos specialiter devotam mentem habuisse. Porro cum Lorenz l. l. statuat, a Sifrido librum Cellensem, nunc Lipsiensis Univ. codicem nr. 1314, esse retractatum et continuatum, alibi exposui ('N. Arch.' VI.), cum nostri operibus illum nihil habere commune. — Alias falsas opiniones de Sifridi statu, eum fuisse monachum (Fabricius, Bibl. med. et inf. Lat. ed. Mansi VI, 179) vel fratrem ordinis Praedicatorum et usque ad saec. XIV. ex. vixisse (Quétif et Echard, SS. ord. Praed. I, 743 sq.), iam reprobavit Ebert, 'Arch.' I, p. 116. Sed idem, 'Gesch. d. kgl. Bibl. zu Dresden' p. 8. et p. 201, n. 17. suspicatus est, cum codices Lipsienses omnes ex Pegaviensi coenobio orti sint, auctorem fuisse monachum Pegaviensem et eundem Siffridum presb. et mon., qui in Necrol. Pegav. 3. Non. Iul. (ap. Mencke II, col. 137) commemoratur. Quod nunc codice Erlangensi, qui fuit olim S. Petri Erfordiensis, refutatum est.

Quae villa nunc Gross-Ballhausen[1] *dicta sita est in districtu Erfurtensi, praefectura Weissensee, haud procul ab hoc oppido super rivulum vocatum Oedenbach, qui Unstrut fluvio influit. Huius ergo villae parochus fuit*[2] *Sifridus noster. Cum presbyteratus provectioris aetatis virum poscat, eum ante a. 1275. natum esse, coniicere possumus. Ceterum de eius vita nihil nobis notum est, cum in chartis illius regionis, quarum haud paucae servatae sunt, non occurrat. Anno 1258. Wideroldus 'rector ecclesie de Ballenhusen' testis subscripsit chartae eodem loco datae*[3]*, qui nostri praedecessor putandus est.*

Sifridus igitur saeculo XIV. ineunte composuit chronicon ab origine mundi usque ad a. 1304[4]*, paucorum vulgatissimorum librorum excerpta simplici modo congerendo, quod Historiam universalem inscripsit. Hoc continetur in*

A) codice Universitatis Erlangensis nr. 576, mbr. in 8.° min., compaginato antiquis tegumentis ligneis, corio tectis, ferratis et ferreis fibulis contractis. Saeculo XV. fuit 'Liber Sancti Petri in Erfordia', ut manus eius aetatis bis primo et secundo folio inscripsit. Constat foliis 364, quorum f. 2—362'[5]*. lineis metallico stylo ductis perspicue distincta continent opus una manu accurate ac nitide exaratum; literis quas dicunt initialibus viridi et rubro vel caeruleo et rubro coloribus eleganter depictis. In margine postea duae manus, vel certe duo calami, alter (2) viridi colore, alter (3) subfusco atramento plura addiderunt ex eisdem fontibus, ex quibus reliqua hausta sunt, praesertim ex Iacobi Legenda Aurea sumta. Aliquoties quae primo scripta erant deleta et viridi colore in margine aliter descripta vel disposita, plerumque ampliata sunt; in quibus omnibus manum auctoris agnoscas. Quae his tribus calamis diversis temporibus exarata sunt num eidem manui tribuenda sint, dubitari potest, cum solae formae litterarum respiciantur, ratio vero verborum scribendorum et compendiorum adhibitorum*[6] *omnibus eadem est, ut equidem totum librum a Sifrido exaratum esse crediderim, certe vero quae viridi, quo et titulus supra allatus depictus est, et subfusco colore scripta sunt ipsius manui tribuerim*[7]*.*

Cum primo composita Historia universalis auctori iam ita non sufficeret, ut plura addenda vel mutanda sibi visa sint, neque etiam hac forma operis contentus, novum ampliorem librum a. 1307. condendum suscepit. Usque ad hunc annum se opus deducturum ipse dicit in prologo, tamen iam a. 1306. substitit, quare a. 1307. laborem ipsum resumsisse, probabilis est coniectura. Novi libri quem Compendium historiarum inscripsit autographon praebet

1) De qua v. von Hagke l. l. p. 303 sqq. Haud procul ab hac villa situm est super eundem rivulum Klein-Ballhausen, ubi tunc nonnisi castrum Ballhusin situm fuisse videtur; v. Hagke l. l. p. 387 sqq.

2) Wenck, qui codicem Erlangensem inspexit et illam notam p. 64. inde exscripsit, male opinatus est, Sifridum natum esse ex genere dominorum de Balnhusin, cum verba relata aperte indicant eum fuisse presbyterum parochialem (plebanum) dictae villae. Ideoque Siffridus de Ballenhusen, qui a. 1246. occurrit, Wolf, 'Eichsf. UB.' p. 7, non minus a nostro alienus est quam ille Sifridus praepositus Misnensis, quem Lorenz l. l. II, p. 117 n. affert, vel Sifridus sacerdos Prutenus seu de Prussia, de quo cogitat Ursinus secundum Adelung, Direct. p. 145.

3) 'UB. der Reichsstadt Mühlhausen' nr. 1034 ('GQ. d. Prov. Sachsen' III, p. 526).

4) Postrema res commemorata est obitus Brunonis episcopi Naumburgensis a. 1304, Febr. 1. defuncti, et in prologo dicit auctor, se historiam usque ad a. 1304. deducturum. Sed numeri MCCCIIII. est IIII. in loco raso scriptus. Ideo quo anno scripserit, non satis constat, cum fortasse antea MCCCV. exaratum fuerit, ut alter Sifridi liber a. 1307. conscriptus iam a. 1306. desinit. Si MCCCIII. vel MCCCII. primo scriptum fuisset, numerus non radendo sed una duabusve hastis additis mutatus esset.


5) Saec. XIV. signata sunt folia inde a Novo testamento, unde hoc folium 241.

6) Velut omnes syllabum *que* solo; exprimunt, ut *manum;* pro *manumq;* = *manumque.*


7) Si dubitationem moveres, num quae post addita vel mutata sunt ipsi auctori debeantur, hanc perlecto altero opere Sifridi mox desines, cum omnia haec ibi inveneris.

Sifridi de Balthusis Compendium historiarum


I. a. Codex Erlangensis fol. 8'



I. b. Codex Erlangensis fol. 41'




Codex Lipsiensis fol. 304'



Johannis de Ypra Chron. S. Bertini

Codex Audomarensis No. 739 fol. 1



B) Codex Universitatis *Lipsiensis* *nr.* 1315, *mbr. in* 8° *mai.*, 323 *lineis distincta folia continens, cuius primo et extremo manus s. XV. inscripserunt:* Liber Sancti Iacobi apostoli in Pygavia *(Pegau). Fol.* 2. *depicta est tabula ad hebdomadas et dies inter nativitatem Domini et Invocavit inveniendas; fol.* 2'. *tabula ad inveniendam lunae aetatem*[1]. *Fol.* 3'—307'. *continent Compendium duabus columnis una manu accuratissime exaratum. Forma literarum aliquatenus maior est illis codicis Erlangensis; sed cum eadem prorsus compendia*[2] *et verborum scribendorum ratio atque in illo hic inveniantur, utrumque codicem ab eodem scriptore exaratum esse, paene putaverim. Certe literae initiales utriusque ab eodem pictore delineatae sunt, cum eiusdem omnino sint formae, praeterquam quod in hoc rubeus tantum et caeruleus colores adhibiti sunt. Alter calamus (2) subfusco atramento aliquoties in margine quaedam supplevit et quae rarissime falso scripta erant emendavit, quae haud dubie eidem manui — i. e. ipsius Sifridi — tribuenda sunt, quam in codice Erlangensi numero* 3. *signavimus. Postea alia manus (3) cuiusdam monachi Pegaviensis paucas notulas ex Annalibus Pegaviensibus sumtas s. XIV. nigro atramento margini fol.* 294. 295. *inscripsit. Denique in fine libri manus (4) s. XIV. ex. vel XV. in. (cf. Tab. V.) quaedam de bello a.* 1307. *in Thuringia gesto subiecit. — Postremo sequitur in codice manu s. XIV. ex. fol.* 308. 309. *adiectum* Sollempne miraculum de sancto Thoma, *reliquis foliis vacuis remanentibus.*

Huius codicis apographa sunt:

B 1) *Codex* *Lipsiensis* *Universitatis nr.* 826, *chart. fol., s. XV. ex.*, 395 *folia continens. Post Sifridi Compendium, quod fol.* 306'. *desinit, sequuntur legendae sanctarum virginum, 'Auctoritates de virtutibus', 'Auctoritates de diversis viciis'. Sifridi liber iam subsistit a.* 1306, *itaque non ex ipso codice autographo exscriptus est, sed ex exemplari quodam inde facto, cum nota illa a.* 1307. *nondum adiecta esset. Notarum Pegaviensium (manus* 3 *autographi) una quidem in margine legitur, ceterae fortasse a bibliopega rescissae sunt, cum in extremo margine eiusdem folii literarum vestigia adhuc appareant.*

B 2) *Codex* *Lipsiensis* *Universitatis nr.* 825, *chart. fol.*, 291 *foliorum, cui manus s. XV. praenotavit:* pertinet monasterio Sancti Iacobi Pigaviensis. *Praebet omnes notas monachi Pegaviensis et additamentum a.* 1307. *Post haec f.* 279'. *manu scribae notatum est:* Finitus est liber ille nunccupatus Conpendium historiarum per me Petrum Comit[em] clericum Herbipolensis diocesis pro nunc officialem abbatis Pigaviensis et cet. licet inmeritum sub anno Domini 1434, in vigilia Margarete virginis et martyris alme. *Reliqua folia varia continent, inter quae memoria dignas Notas Pegavienses a.* 1379—1395.

B 3) *Codex* *Dresdensis* *regiae bibl. nr.* 97, *chart.* 4° *mai., s. XV*, 457 *foliorum, qui non ex ipso codice autographo, sed ex exemplari praecedente B* 2 *descriptus videtur*[3].

Codices omnes huc benevole transmissos ipse evolvi.

Historiam universalem Sifridus in tres partes divisit, videlicet Historias Veteris testamenti, Novi testamenti, de passionibus sanctorum. Primam et alteram partes totas fere ex Sacra Scriptura et Petri Comestoris Historia scholastica composuit[4]. *Illius quoque exemplum sequens, eas secundum Sacrae Scripturae*

1) Numerorum arabicorum formis insignis est.
2) In B quoque saepissime; = *que*. In utroque invenitur diversis locis rarum compendium *prñte* = *prestante*.
3) De hoc Ebert, 'Arch.' I, p. 118 sqq. plura retulit.
4) In prologo auctor quidem haud contemnendam seriem fontium enumerat; sed vide quae ibi notavimus.

biblia disposuit, a libro Genesis usque ad Historiam actuum apostolorum, quorum nomina in quaque pagina minio suprascripta sunt. Noster vero etiam excerpta ex libris propheticis, Esaiae, Ieremiae etc., a Petro omissa, excepit. Etiam quae 'Incidentia', i. e. a Sacra Scriptura aliena, his partibus inserta sunt, omnia fere ex Historia scholastica, ubi et hunc titulum prae se ferunt, sumta sunt, vix paucis ex aliis fontibus mox afferendis intermixtis[1]. *Tertia pars compilata est ex Chronica Minore Continuatione I. aucta, cuius maximam partem vix verbo mutato excepit, ex Vitis patrum, Iacobi Aurea Legenda, ex qua plurima capitula, aliquoties tantum abbreviata, ad verbum transscripsit, chronici vero eidem cap.* 181 (De sancto Pelagio) *inserti (SS. XXIV, p.* 167 *sqq.) narratiunculas cum Chronicae Minoris excerptis coniunxit. Historia sacra et sanctorum multo maximam partem libri complent, profana longe brevius exponitur. Ideoque minime narratio per recentiora saecula in latius crescit, immo potius diminuitur. Quamvis igitur Gotifredi Viterbiensis Pantheon Sifridus adhibuerit, cuius narratio ipsius brevitati copiosior latiorque fuit, multo liberius quam ceterorum excerpta eam in usum suum vertit, ex multis pauca sibi mutuatus, longa in brevius contrahens. Maxime quae Gotifredus carminibus narravit neglexit, sed quae hinc (per fratris domus Theutonicae chronicon) in Aureae Legendae chronicon transierunt, ex hac integra descripsit, raro paucissima verba ex Gotifredi narratione supplens*[2]. *Pro rebus saeculi XII. iam vix bis terve Pantheon consuluit. Exscripsit praeterea Vitam S. Bonifacii auctore Willebaldo, quam vero abbreviatam et retractatam in legendario quodam legisse videtur, quandam Vitam S. Elisabeth lantgraviae ex Dictis quatuor ancillarum praesertim excerptam, sed etiam additamentis aliunde petitis auctam*[3]. *Tum complura nostri cum Chronico S. Petri Erphordiensi conveniunt, ut Annales in hoc monasterio scriptos ipsum adhibuisse, statuendum sit*[4]. *Quo anno hi desierint, difficilius est diiudicandum, certe post a.* 1259.[5] *nullum vestigium eorum apud nostrum invenitur. Compluribus locis vero Sifridus ad Annales Erphordienses a.* 1220—1254. *a fratribus Praedicatoribus compositos, quos et in Chronico S. Petri exscriptos videmus, propius accedit, aliquoties exhibet eorum locos in Chronico S. Petri penitus omissos. Quare ipsorum quoque*

1) Confiteor quidem, me harum partium molem non ita perquisivisse, ut omne verbum ad fontem suum reducerem, sed tantum legendo percurrisse, ab a. 700. circiter demum omnia accurate perscrutatum esse; neque tamen vereor, ne quis me de hac re obiurget. 2) Pantheon a nostro lectum esse, iam Struve recte statuit. Plurima vero quae ex hoc exscripta putavit, ex Aurea Legenda sumta sunt. 3) Wenck, 'Reinhardsbr. Geschichtsb.' p. 63 n. 1. dicit, nostrum Theoderici de Apolda Vitam S. Elisabeth exscripsisse, sed hoc caput Historiae univ. ad illum in nullo propius accedit, etiam praebet complura illi ignota. Duos quidem locos in Compendio hist. Sifridus addidit, qui cum Theoderico (VI, 5. et VIII, 1) ad verbum conveniunt, hos vero etiam non ex illius libro, sed ex communi fonte petitos esse, contendo, cum in Compendio alia quoque addita apud Theodericum non inveniantur. Unde hic dictos locos sumserit, nescio, cum neque in Dictis neque in Conradi de Marburg epistola, quae ipsi maximam materiam libri suppeditaverunt, legantur, fortasse ex altero Sermonum in prologo laudatorum. Noster neque etiam Conradi epistolam, neque Caesarii, cuius fragmenta Städtler, 'Leben der heil. Elisabeth' passim dedit, neque Aureae Legendae cap. 168. ex Dictis compositam Vitam exscripsit, sed certe eam reddidit, quae in sua ecclesia in officio huius sanctae legebatur, ut ex titulo 'lectionum' paragraphis praescripto intelligitur. Tales 'lectiones' aliarum ecclesiarum edidit Montalembert, 'Vie de Ste Elisabeth'. Quod Posse, 'Reinhardsbr. Geschichtsb.' p. 32. statuit, nostrum Vitam Ludovici lantgravii exscripsisse, quo modo probari possit, nescio, etiamsi talem Vitam ante nostri aetatem iam exstitisse contra Wenck contendere velis. 4) Artiore necessitudine cum Chronico Sampetrino (ed. Stübel, 'Geschq. der Provinz Sachsen' I) quam cum Annalibus S. Petri, SS. XVI, p. 16 sqq. editis, coniungitur. 5) Posse p. 33. statuit, Chronicon S. Petri a nostro usque ad a. 1291. exscriptum esse. Sed quae cum eodem sub a. 1260—1271. conveniunt, ex Chron. Minore eiusque Cont. I, in Chronico S. Petri quoque exscriptis, sumta sunt. Postea quidem aliquoties noster narrat eadem ac Chronista S. Petri, non ita tamen, ut alterum ab altero pendere credi possit.

exemplar nostro ad manus fuisse, an plura ex ipsis in Chronici S. Petri antiquiore forma exscripta fuisse, num statuas vide[1]. *Quibusdam locis indicari videtur, alios etiam annales breves saeculi XIII, nobis iam non servatos, Sifrido usui fuisse. Denique quandam historiolam Thuringiae, in qua de ortu et gente lantgraviorum praesertim relatum erat, legisse videtur.*

Cum Sifridus alterum librum, Compendium historiarum, componeret, primam et alteram partem minus auxit vel mutavit, tertiam vero Historiae universalis nunc in duas partes melius divisit, videlicet historias de persecutionibus ecclesiae, quae Constantini M. tempore desinunt, et Regnum Christi, quod inde omnia sequentia saecula complectitur. Et has duas partes multo ex omnibus iam supra enumeratis fontibus, maxime vero plurimis capitibus ex Aurea Legenda descriptis ampliavit[2]. *Praeterea addidit nonnulla capita ex aliis Vitis sanctorum exscripta, ut Afrae, Kiliani, Oswaldi regis*[3], *Willebaldi episcopi, Wilhelmi Aquitani*[4], *Iuliae virginis*[5], *Udalrici episcopi auctore Bernone, Gotehardi episcopi auctore Wolfherio altera, Heinrici II. imperatoris, Cunegundis imperatricis, quas omnes abbreviatas et retractatas in legendario reperisse videtur*[6]. *Loco post Sifridi manu addito Revelationes S. Elisabeth de Schonaugia de 11 milibus virginibus exscriptae sunt. Denique plura suo tempore gesta supplevit, praesertim quasdam aniles narratiunculas auditu certe perceptas*[7].

Qualem ex his libris cognoscimus auctorem, fuit vir simplicissimus, omnibus superstitionibus obnoxius, nec valde literatus et omni ingenio critices plane destitutus, sed etiam probus, modestus, mediocritatis suae bene sibi conscius. Verbis sane miserabilibus in fine prologi Historiae univ. mortem luget cuiusdam Iohannis adolescentis nescio qua affinitate amicitiave sibi coniuncti. De rebus publicis satis libere iudicat, de compluribus sui temporis papis minime laudabilia refert[8], *regiae potestatis*[9], *sed magis Thuringiae patriae amans, Alberto regi plane addictus est, Adolfum vero invasorem patriae acribus verbis persequitur. Certe inter rerum scriptores haud magni faciendus est, et non multum bonae frugis ex libris eius carpi potest; sed cum Thuringia illius temporis rerum scriptoribus minime abundet, haec pauca etiam grato animo accipies.*

Medio aevo nostri libro solus, quantum scimus, Iohannes Rothe in Chronico Thuringico (v. ed. Liliencron p. XIII.*) usus est, sed fortasse iam in Historia de landgraviis Thuringiae (ed. Eccard., Hist. geneal. principum Saxoniae super. p. 351 sqq.), quam Liliencron eidem auctori tribuit, quaedam ex hoc exscripta sunt*[10].

1) Vestigia locorum in Chron. S. Petri additorum apud nostrum invenis sub a. 1231. 1236. Cum Chronicon S. Petri, quale Sifridus legit, nobis non servatum sit, locos ex eodem vel Ann. Erphordiensibus exscriptos magnis litteris exprimi fecimus. 2) Quanto Compendium auctum sit, ex eo intelliges, quod Novi testamenti hist. in Historiae codice 240 folia (longa 17 cm., lata 12 cm.) comprehendat, illic vero 224 folia, quamvis multo maioris sint formae (longa $21^1/_2$ cm., lata 14 cm.). 3) Hoc convenit cum Vita quae in Aureae Legendae Appendice cap. 207, ed. Grässe p. 904, continetur, sed noster quaedam addit quae in Vita Acta SS. 5. Aug. II, p. 55 sqq. edita inveniuntur. 4) Mabillon, Acta SS. IV, 1, p. 72 sq. 5) Acta SS. Boll. 22. Maii V, p. 168 sq. 6) De Vita S. Elisabeth v. supra p. 682 n. 3. 7) Quia una res hic addita in civitate Freiberg marchiae Misnensis gesta est, Wenck p. 64 sq. opinatus est, Historiam universalem Misnae esse auctam et continuatam. Quod vero certe minime contendisset, si codicem Lipsiensem inspexisset. Ac sane illa fabella minime probatur, auctorem in marchia vixisse, immo potius eum longius afuisse a loco quo res gesta dicitur, et hanc ipsi narratam esse per quendam forte mendaciloquum. 8) Quaedam mihi suggerere videntur, eum Romam urbem, forte a. 1300, vidisse. 9) In Compendio omisit quae in Hist. univ. verba in Fridericum II. invehentia ex Aurea Legenda exscripserat, alia in favorem eiusdem imperatoris addidit. Quae Chron. Minor de eodem acria refert, omnia fere in utroque libro neglexit. 10) Liliencron l. l. p. XIV. sqq. complures locos eiusdem ad nostrum reducit, sed solum locum p. 128. de Innocentii IV. electione et octava S. Mariae noster suppeditasse videtur, ceteri aliis fontibus debentur; cf. Wenck p. 63 n. 3.

Integra adhuc nulla pars operum Sifridi in lucem prodiit. Epitomen quandam in duos libros male divisam Compendii historiarum, in qua auctoris dicta saepe mutata vel corrupta erant, edidit G. Fabricius[1] *in libro inscripto Rerum Misnicarum libri VII. (Lipsiae* 1569. 4°) *p.* 273—340, *iterum impresso cum eiusdem Originibus stirpis Saxonicae Ienae* 1597. *fol., p.* 141—181[2]. *Eam repetivit Pistorius, SS. rerum Germ. I, p.* 682—704. *Denique Struve in horum nova editione I, p.* 1020—1055. *illam epitomen denuo exprimi fecit, sed multa addidit ex collatione trium codicum Lipsiensium ab E. Benzelio, W. E. Tentzelio*[3], *I. B. Menckenio instituta et plurimis locis autenticam lectionem restituit. Nec sic vero ulla libri pars integritatem nacta est, multis ubique etiamnunc omissis. In editione nostra, parte Indicis capitum, qui in A totus libro praescriptus, in B singulis partibus praepositus est, praemissa, ex priore parte librorum pauca tantum capita sive quia peculiaria quaedam praebebant, sive ut eorum compositionem demonstraremus, selegimus, integra opera demum inde a saeculo XII. ex. praebuimus, hanc rationem secuti, ut Compendii codicem autographum (B) quam accuratissime potuimus exprimeremus, quae in A nondum exstabant, uncis includeremus, huius codicis variam lectionem in notis collocaremus, ubi vero A et B magis inter se differebant, binas columnas institueremus.*

O. Holder-Egger.

A	*B.*

*B f 3

Incipit prologus in Compendium hystoriarum.

Iac. 1, 17

Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a Patre luminum, aput quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Ne itaque de nostra virtute presumamus vel ex nostra providentia aliquid nos habere gloriemur, apostolus Iacobus in premissis verbis omne datum optimum et omne perfectum nobis a Patre luminum insinuat elargiri. Ipse enim enim[a] pater misericordiarum et Deus totius consolationis dat bona et larga dona omnibus habundanter et non inproperat. Dat utique dona nature, quibus ipso conservante subsistimus; dat dona gratie, quibus ipso gubernante proficimus; dabit dona glorie, cum ipsum in presentia[b], ipso prestante, facie ad faciem videbimus. Quod autem diversis diversa dona in presenti vita largiatur, testatur apostolus Paulus scribens ad Romanos et dicens: *Habentes donationes secundum gratiam, que data est nobis, differentes, sive prophetiam, secundum rationem fidei; sive ministerium, in ministrando; sive qui docet, in doctrina; qui exhortatur, in exhortando; qui tribuit, in simplicitate; qui preest, in sollicitudine; qui miseretur, in hilaritate; dilectio sine simulatione. Odientes malum, adherentes bono. Karitate*[c] *fraternitatis invicem diligentes, honore invicem prevenientes. Sollicitudine non pigri. Spiritu ferventes, Domino servientes. Spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitati sanctorum communicantes. Hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus vos; benedicite et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus; flere cum flentibus. Id ipsum invicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* Ecce, quantis donis omnipotens[d] Dominus largiter ecclesiam suam ditavit! Sed quia ista dona sunt diversa diversis[e], non omnia omnibus, beatus Bern-

cf Iac. 1, 5 — Rom 12, 6—16

a) *superscr. B.* b) pria *B, ubi saepius hoc compendium pro* presentia *scribitur.* c) Karitatē *B.* d) ompc *B.* e) diversas *radendo corr.* diversis *B*

1) Codice Dresdensi (B3) usus secundum Ebert, 'Arch.' I, p. 119. Sed nescio, unde in fine notam de Dicemanno marchione occiso sumserit, quae in codice Dresdensi non exstat. 2) A bibliopola idem liber postea bis in publicum emissus est Ienae 1598. et Lipsiae 1609. non denuo typis expressus, sed novo tantum titulo praefixo. V. Ebert, 'Arch.' I, p. 120. 3) Qui et locum Sifridi in Vita Friderici Admorsi, apud Mencken SS. II, col. 934, emendatius expressit.

A

B

hardus quedam generalia dona ipsius et omnibus credentibus communia declarat, dicens: *Convincor rationibus, Deum super omnia debere diligere*[a], *a quo me video omnia in pignus dilectionis accepisse. Dedit enim esse, pulchrum esse, corpus cum sensibus, animam cum viribus, virtutes cum incrementis, dona cum sacramentis, mundum cum contentis, Filium cum tormentis.*

A. *Ad gloriam et honorem amantissimi domini mei Ihesu Christi conditoris et salvatoris et gubernatoris omnium, ad extollentiam magestatis eius[b], ad magnificentiam melliflui nominis eius, ad laudem quoque gloriosissime genitricis eius semper virginis Marie et beati Iohannis apostoli et euvangeliste precordialissimi mei[c], ego pauper[d] ingenio breve quidem opusculum, sed quoad intelligentie mee tarditatem et inopiam valde laboriosum, arripui compilandum.

B. Ego igitur pauper ingenio, ebes sensu, *A f. 2 exiguus ratione, donorum tamen Dei miserantis non inmemor, in me et ex me, quod tante magestati sue offeram non inveniens, sed sua sibi dona retribuens, ad gloriam et honorem divine magestatis eius, ad extollentiam melliflui[e] nominis filii eius unigeniti domini nostri Ihesu Christi in Spiritu sancto, confisus suffragiis et meritis gloriosissime genitricis eiusdem Filii Dei semper virginis Marie et beati Iohannis apostoli et euvangeliste, breve quidem opusculum, sed quoad intelligentie mee *tarditatem et inopiam labo- *B f. 3 riosum valde, arripui compilandum.

Non solum autem mihi laboravi, sed et omnibus participibus mee exiguitatis[f], qui vel propter rerum inopiam plures libros habere vel propter intellectus inertiam multos legere nequeunt, ut ipsi una mecum, si eis placuerit, modicis sint contenti. Rogo autem te, lector, ut ortulum rusticationis mee lento gradu percurras, non more bestiarum genimina plantularum mearum dente livido discerpendo, sed modo bidentium, si quid dulce repereris, piis faucibus ruminando. Non autem suspiceris me aliqua nova cudere aut telas recenter filatas contexere, sed dudum a sanctis patribus contextas ad operiendam nuditatis mee verecundiam coaptare. Sic enim stilo insufficientie mee imperavi, ut a dictis sanctorum patrum et veteris instrumenti et novi testamenti non recederem, nec aliquibus incertis aut dubiis inserendis in hoc opusculo locum darem.

A.

In fine tamen quedam addidi, que nostris temporibus gesta vel vidi vel veridicis relationibus didici et cognovi.

Exordium autem textus huius ab ipso primordio creationis mundi inchoans et hystorias per temporum successiones percurrens, descendi usque ad annum dominice incarnationis 1304[g], qui est annus primus pontificatus domini pape Benedicti XI, annus vero 6. regni regis Romanorum Adelberti semper augusti[h], ea que utiliora et magis proficua seu edificatoria videbantur excerpens, non solum de bybliotheca Ieronimi[1], sed et de Hystoria Scolastica, de hystoria ecclesiastica[2], de hystoriis Latinorum, ethnicorum, Romanorum, Germanorum et aliarum nationum[3], de libris *passionalibus sanctorum[4], de cronicis Eusebii et Ieronimi[2], de Vitas[i] patrum, de Dyalogo Gregorii[5], de iure canonico[2], de diversis cronicis patrum et aliis libris, sicut

B.

In fine tamen quedam addidi, que temporibus meis gesta didici et cognovi.

Exordium autem textus huius ab ipso primordio creationis mundi inchoans et hystorias per temporum successiones percurrens, descendi usque ad annum dominice incarnationis 1307, qui est annus secundus pontificatus domini pape Clementis quinti, annus vero 9. regni regis Romanorum Adelberti semper augusti, ea que utiliora et magis proficua seu edificatoria videbantur excerpens, non solum de bybliotheca Ieronimi, sed et de Hystoriis Scolasticis, de hystoriis ecclesiasticis, de hystoriis Latinorum, ethnicorum, Romanorum, Germanorum et aliarum nationum, de libris passionalibus sanctorum, de *A f. 2' cronicis Eusebii et Ieronimi, de Vitas[i] patrum, de Dyalogo Gregorii, de iure canonico, de diversis cronicis patrum et aliis libris, sicut

a) *primum* i *e corr. B.* b) ex⁹ *corr.* ei⁹ *A.* c) i *e corr. A.* d) i a *ins. sed del. A* e) fl *e corr. B.* f) e. m. *A.* g) IIII. *in loco raso A.* h) que *erasum A.* i) *sic A. B.*

1) i. e. Sacra Scriptura. 2) Haec ex Chronicae Minoris prologo repetivisse videtur. 3) Gotifredi Pantheon intelligere videtur. 4) i. e. Iacobi Aurea Legenda. 5) Cuius saepissime in Aurea Legenda mentio fit.

A.	*B.*
textus plenius edocebit. Libellum istum Hystoriam universalem appellavi propter compendium hystoriarum universalium, cui possumus ego et mei sequaces ea superaddere que per temporum successiones nova evenerint usque in finem mundi. Mercedem laboris a Deo expecto, et a te, lector, exposco,	textus plenius edocebit. Libellum istum Compendium hystoriarum appellavi, ex ipsius compilationis serie vocabulum sibi tradens. Mercedem laboris a Deo expecto, et a te, lector, exposco, ut ores pro abiecto Sifrido presbitero indigno.

ut ores pro abiecto Sifrido presbitero indigno. Oro te, dulcissime et amantissime cordis mei domine Ihesu Christe, per magnifica opera tua et divina eloquia tua, que in hoc libro continentur, quatenus misertus mei, pie memoreris anime Iohannis fidelis adolescentis, quem cum mors impia ab oculis meis preriperet, sagitta meroris et compassionis cor meum crudelissime sauciavit. Cuius anima cum karis et recommendatis requiescat in luce eternitatis! Amen.

[De[a] raris dictionibus byblie.

Quasdam dictiones byblie raras hic prelibare curavi, ad quas dubitans poterit habere recursum. . . . .]

B f. 8'. A f. 2'.

Hystoria Genesis continet hec capitula.

De creatione mundi [1[b]].
De firmamento [2[b]].
. . . .
. . . .

[Incipit[c] hystoria universalis Sifridi presbyteri indigni de Balnhusin villa Thuringie, quam ipse compilavit de diversis libris, sicut in prologo eiusdem hystorie prelibatum est].

B f. 9. A f. 9.

INCIPIT[d] HYSTORIA GENESIS. Capitulum 1.

Petr. Com. Gen. 1. In principio creavit Deus celum et terram, id est continens et contentum . . . .

B f. 79'. A f. 120'. Post Iulium Cesarem regnavit Octovianus primus imperator et Cesar Augustus, ab augenda republica sic dictus. Quo regnante Deus est homo factus, [de[e] quibus loco suo dicitur].

[EXPLICIUNT[e] HYSTORIE VETERIS TESTAMENTI].

[Cathalogus[f] imperatorum et regum.

Romani imperii originem scire cupientibus, per quorum scilicet regum successiones ipsum regnum ad principes nostri temporis devolutum sit, declarare studui, cathalogum eorundem[g] regum a principio usque ad nostra tempora, secundum quod in pluribus hystoriis in id[h] ipsum concordantibus reperi, sollicite compilando. Gotifr. Notandum ergo, quod in Ytalia regnaverunt successive Ianus, Saturnus, — — Amilius Silvius. Deinde Remus et Romulus Romam condiderunt.

*B f. 80. *Romulus itaque primus rex Romanorum — — Tarquinius Superbus.

Isti dicti sunt reges Romanorum. Deinde fuerunt consules usque ad Iulium Cesarem. Post Iulium Cesarem reges Romanorum dicti sunt cesares[i] Romanorum, immo imperatores Romanorum et semper augusti ab ipso Octoviano Augusto.

Octovianus ergo primus fuit Romanorum imperator et semper augustus; cui successerunt]:

Tyberius I. 2.[k]	Fridericus[l] II.
. .	Heinricus VII.
. . . . . .	Willehelmus[m]
Fridericus I.	Rudolfus.
Heinricus VI.	Adolfus[n].
Philippus II.	Adelbertus.
Otto IIII.	

*B f. 80'. *[Hic est cathalogus Romanorum pontificum].

a) *haec des. A.* b) *numeri des. A.* c) *sic A f. 8'. viridi colore certe manu ipsa auctoris scripta et rubeis lineis interpositis et circumscriptis; cf. Tab. V; des. B.* d) *sic B;* Genesis *tantum A, ubi alia manus post superscr.:* Assit principio sancta Maria modo. e) *des. A.* f) *haec des. A, ubi catalogus hic iam ante historias veteris testamenti f. 8', superscripto* Imperatores, *exaratus sic incipit:* Iulius primus cesar. Octovianus primus cesar et augustus. g) eorunde *B.* h) *superscr. B.* i) ausgu *del. B.* k) III. cesar *A.* l) Fid. *corr.* Frid. *A.* m) Wilhelmus *A.* n) Adlfus *corr.* Adolfus *A, ubi* cxv. *add.*

*Cathalogus[a].

*A f. 8

Sanctus Petrus primus papa. Successores[b] eius sunt:

Linus.
. . . .
. . . . . .
Innocentius III.
Honorius III.
Gregorius IX.
Celestinus IIII.
Innocentius IIII.
Alexander IIII.
Urbanus[c] IIII.
Clemens IIII.
Gregorius X.
Innocentius V.

Adrianus V.
Iohannes XVIII[d]
Nycolaus III.
Martinus III.
Honorius IIII.[e]
Nycolaus IIII.
Celestinus V.
Bonifatius VIII.
Benedictus XI.[f]

Clemens V.
[Iohannes[g] XIX.
Benedictus XII].

A.

Hystorie novi testamenti.

De Octaviano Augusto.
. . . .
. . . .
De filiis Herodis.

Hystoria euvangelica.

De conceptione precursoris.
. . . .
. . . .
De sententia iudicis extrema.

De passione Christi.

De traditore et cena Christi.
. . . .
. . . .
. . . .
Quotiens apparuit.

Hystoria Actuum.

De ascensione Domini.
. . . .
. . . .
Quod venit Romam[1].

Expliciunt capitula hystoriarum novi testamenti.

Hystorie de passionibus sanctorum.

De Iacobo, fratre Domini.
. . . .
. . . .
De Philippo dyacono.

De sancto Petro apostolo et Petronilla, filia eius.
. . . .
. . . .
De Barnaba apostolo.

De Iohanne euvangelista.
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

B.

Hec sunt capitula hystoriarum novi testamenti.

A f. 3'. B f. 81

Hystoria euvangelica continet hec capitula:

De Octoviano Augusto 1.
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
De 15 signis 172.

Capitula hystorie euvangelice de passione et glorificatione Salvatoris.

De cena Domini et traditione Iude et ablutione pedum 1.
. . . .
De apparitionibus Domini diversis post resurrectionem 18.

Capitula hystorie Actuum apostolorum.

De ascensione Domini 1.
. . . .
. . . .
Quod venit Romam.

Secuntur capitula hystorie de prima persecutione ecclesie.

De cronicis 1.
. . . . .
. . . . . .
De Philippo apostolo 13.

Capitula prime persecutionis generalis quam movit Nero.

De Petro apostolo 1.
. . . .
. . . .
De Iudeis exustis 14.

Secunda persecutio sub Domiciano.

De Iohanne euvangelista 1.
. . . .
. . . .
De Prisca virgine et martyre 23.
. . . .
. . . .

a) Summi pontifices *minio A.* b) Post eum L. *A.* c) *deest B.* d) *ita B, antecedunt tantum* 17 *Iohannes;* xix. *A.* e) iii. *A.* f) ccciiii. *add. A, sed* iiii. *minio in loco raso; qui hic desinit.* g) *post alia manu add. B*

1) scil. Paulus apost.

	Decima persecutio sub Dyocletiano et Maximiano.	
De Dyocletiano[a] et Maximiano[b].	De Diocletiano et Maximiano imperatoribus 1.	
. . . .	. . . .	
. . . .	. . . .	5
De sancta Agnete virgine et martyre.	De Agnete virgine 53.	
	Hystoria regni Christi continet hec capitula:	
De Constantino imperatore.	De Constantino Magno christianissimo imperatore 1.	
. . . .	. . . .	10
. . . .	. . . .	
De 11 milibus virginibus.	De 11 milibus virginibus 60.	
. . . .	. . . .	
. . . .	. . . .	
De Erinfrido duce Thuringie et rege Francorum.	De Thuringis et Saxonibus 72.	15
De Theoderico Veronensi.	De cronicis 73.	
	De Iustino imperatore 74.	
	De cronicis 75.	
De Iustiniano imperatore.	De Iustiniano imperatore 76.	
De sancto Benedicto.	De sancto Benedicto 77.	20
	De Mauro abbate 78.	
	De Gallo abbate 79.	
De cronicis pluribus.	De cronicis pluribus 80.	
De Longobardis.	De Longobardis 81.	
	De cronicis 82.	25
De II. Tyberio imperatore.	De secundo Tyberio imperatore 83.	
De Pelagio papa.	De peste inguinaria 84.	
De Mauricio imperatore.	De Mauricio imperatore 85.	
De sancto Gregorio papa.	De sancto Gregorio 86.	
De Foca imperatore.	De divino officio 87.	30
	De cronicis 88.	
De Bonifacio papa et Pantheon.	De festo omnium sanctorum et templo Pantheon 89.	
De Heraclio imperatore.	De beata virgine 90.	
De ceco illuminato.	Item de beata virgine 91.	35
	De animabus 92.	
	Item de animabus 93.	
De sancta cruce et Heraclio.	De exaltatione sancte crucis 94.	
Sequuntur multe cronice.	De cronicis pluribus 95.	
	De Kyliano episcopo 96.	40
	De cronicis pluribus 97.	
	De Oswaldo martyre 98.	
	De cronicis pluribus 99.	
De sancto Bonifacio episcopo.	De Bonifatio episcopo martyre 100.	
*B 1 83'	*De Willebaldo episcopo 101.	45
De Leone et Constantino, filio eius, imperatoribus.	De Leone et Constantino 102.	
De progenie Karoli Magni.	De Francis et Francigenis 103.	
	De Gerdrude virgine 104.	
De cronicis pluribus.	De cronicis 105.	
	De Pipino rege 106.	50
De VI. Constantino imperatore.	De cronicis 107.	
	De translatione imperii 108.	
	De officio Gregoriano 109.	
	De Leone papa 110.	
De Karolo Magno et filiis suis.	De Karolo Magno imperatore 111.	55
	De milite defuncto 112.[1]	
	De sancto Egydio 113.	
	De sancto Willehelmo 114.	
	De sancta Iulia virgine 115.	
	De obitu Karoli imperatoris 116.	60
	De Ludewico imperatore 117.	
De cronicis pluribus.	De cronicis pluribus 118.	

a) Dyclet *A.* b) Maxĭano *A.*

1) Descriptum ex Iacobi Leg. Aur. c. 163, ed. Grässe p. 739.

De Lothario imperatore.	De Lothario imperatore 119.
	De mutatione nominis pape et cronicis[b] pluribus 120.
De II. Ludewico imperatore.	De Ludewico secundo et insultu demonum et cronicis 121.
De II. Karolo imperatore.	De II. Karolo et cronicis 122.
De Arnolfo imperatore.	De Arnolfo imperatore 123.
	De Formoso et Sergio papa 124.
De papa qui fuit mulier.	De muliere papa 125.[c]
De Ludewico III. imperatore.	De III. Ludewico imperatore 126.
De[a] I. Conrado imperatore.	De I. Conrado imperatore 127.
	De Hattone episcopo 128.
	De sancto Udalrico episcopo 129.
De I. Heinrico imperatore.	De rege Heinrico 130.
	De apostolicis pluribus 131.
De I. Ottone imperatore.	De I. Ottone imperatore 132.
	De cathena sancti Petri 133.
De II. Ottone imperatore.	De II. Ottone imperatore 134.
De sancto Udalrico episcopo.	De apostolicis pluribus 135.
De III. Ottone imperatore.	De tercio Ottone imperatore et cronicis 136.
De Gerberto papa.	De Gerberto papa 137.
	De ossibus Karoli Magni et obitu Ottonis imperatoris 138.
De sancto Heinrico imperatore.	De sancto Heinrico imperatore 139.
	De sancta Kunegunde virgine 140.
De archiepiscopo Moguntino Willegis nomine.	De Willegisio episcopo 141.
	De sancto Gotehardo episcopo 142.
	De apostolicis pluribus 143.
De chorizantibus per annum.	De chorizantibus per annum 144.
De II. Conrado imperatore.	De II. Conrado imperatore 145.
De comite Lupoldo.	De comite Lupoldo 146.
	De apostolicis 147.
	De miraculis beate virginis 148.[1]
	De quodam Theophilo 149.
	De monachis garrulis 150.
	De monacho lubrico 151.
	De clerico devoto 152.
	De altero clerico 153.
	De clerico lubrico 154.
	De milite potente 155.
	De nobili milite 156.
	De strenuo milite 157.
	De puero Iudei 158.
	De filio vidue 159.
	De discessu Grecie 160.
De III. Heinrico imperatore.	De tercio Heinrico imperatore et tribus apostolicis electis 161.
De papa Leone X.	De X. Leone papa 162.
De concilio Moguntino.	De concilio Moguntino 163.
De papa Victore II.	De toxico pape dato 164.
De rege Heinrico et morte imperatoris.	De conflictu regis Heinrici et morte imperatoris 165.
De papa Benedicto X.	De III. Heinrico imperatore[d] et IX. Stephano papa 166.
	De duobus apostolicis 167.
De cronicis sequentibus.	De alleluia dimittendo et clerico non baptizato 168.
	De papa captivato 169.
	De sancto Iacobo 170.
	De incendio Erfordie 171.
	De prefatione beate virginis et cronicis 172.
De imperatore Heinrico V.	De V. Heinrico imperatore 173.
	De conflictu in Welfisholz 174.

a) *in marg. ead. manu suppl. A, ubi* I. *superscr.* b) cronici *B.* c) De III. Ludedewico imp. *add. sed del. B.* d) impat. *B.*

1) Capitula 148—159. indicis, 158. vero textus — nam numeri utriusque hic unitate discrepant — continent Miracula S. Mariae ex Iacobi Leg. Aur. c. 119. 131. 51. ad verbum descripta.

De sancto Iacobo miraculum.

De imperatore Lotario II.
De duobus apostolicis electis.
De imperatore Conrado III.
De magistro Hugone.
De papa Eugenio III.
De landgraviis Thuringorum.
De imperatore Friderico primo.

De tribus lunis visis.
De Mediolano capta.

De sancto Thoma Cantuariensi.
De Theophilo converso.
De beata virgine miraculum.
De nobilibus submersis in Erfordia.
A f. 5' De morte Friderici primi.
De[a] imperatore Heinrico VI.
De tempestate horrenda.
De imperatore Philippo et cronicis pluribus.
De imperatore Friderico II.
De landgraviis Thuringie.
De cronicis pluribus.
De Friderico imperatore.
De sancta Elysabeth.
De cronicis pluribus.
De filiis beate Elysabet.
De marchione Heinrico Mysnensi et filiis eius.
De cronicis multis.
De beata virgine miracula.

De rege Romanorum Heinrico VII. et marchione Misnensi Heinrico.
*B f. 84 De rege Romanorum Willehelmo.
De multis cronicis.

De rege Conradino.

De Margareta, filia imperatoris Friderici.
De rege Romanorum Rudolfo et marchione Th[eoderico].
De papa Gregorio X. et successoribus eius.

De interitu regis Bohemie Odakari.

De sancto Iacobo 175.
Item de sancto Iacobo 176.
De II. Lothario imperatore 177.
De duobus apostolicis 178.
De III. Conrado imperatore 179.
De magistro Hugone et de apostolicis 180.

De principibus Thuringie 181.
De I. Friderico imperatore 182.
De libro sententiarum et decreto 183.
De tribus apostolicis electis 184.
De Mediolano capta et corporibus trium magorum 185.
De Thoma episcopo et martyre 186.
De missa peccantis audienda et nuptiis suspensis 187.
De nobilibus submersis 188.
De[b] obitu Friderici imperatoris et VI. Heinrico imperatore 189.
De tempestate magna 190.
De rege Philippo et cronicis pluribus 191.
De II. Friderico imperatore 192.
De landgravio Hermanno 193.
De cronicis pluribus 194.

De sancta Elysabeth 195.
De cronicis pluribus 196.
De filiis sancte Elysabet 197.
De marchione Heinrico 198.
De cronicis multis 199.
De nativitate et octava beate Marie virginis celebranda 200.
De rege Heinrico 201.
De conflictu regum 202.
*De rege Wilhelmo 203.
De rege Francie 204.
De legato Hugone 205.
De morte Friderici imperatoris 206.
De papa Alexandro et Ezel[ino] 207.
De morte Wilhelmi regis et Tartaris 208.
De archiepiscopis Moguntinis et ducissa Brabantie 209.
De nygromantico Vribergensi 210.
De saldano[c] et archiepiscopis et flagellatoribus 211.
De conciliis et Friderico 212.
De conflictu principum 213.
De papa Clemente IIII. et Meinfrido et soldano 214.
De conflictu regum et conflictu in Kitzingen[d] et excidio Terre Sancte 215.
De crucesignatis 216.
De conflictu regum Karoli et Conradi et Antyochia 217.
De filia imperatoris 218.
De Gregorio X. et fame valida 219.

De rege Rudolfo 220.
De landgravio et marchione 221.
De papa obruto et preliis regis Rudolfi 221.[e]
De apostolicis.
De visionibus diversis 222.[f]
De rege Odakaro occiso in prelio 223.

a) *haec eadem manu in marg. suppl. A.* b) *haec eadem manu in marg. superiore suppl. B.* c) *ita B.* d) *t superscr. B.* e) *ita B; in textu 222.* f) *ita B; in textu abhinc numeri capitum non ponuntur.*

	De rege Wenzezlao et filiis regis Rudolfi 224.
	De anima Guntheri 225.
	De anima sanctimonialis 226.
De Friderico simulato.	De episcopo Wernhero et Friderico simulato 227.
De morte principum.	De apostolicis et principibus et nobilibus defunctis et Friderico cremato 228.
	De episcopo Heinrico 229.
De convocatione in Wurzeburg et cronicis pluribus.	De convocatione in Wurzeburg et sancto Wernhero 230.
	De archiepiscopis et marchione Heinrico defunctis 231.
	De duce Heinrico 232.
	De rege Rudolfo 233.
De excidio Terre Sancte.	De Accaron capta et morte regis Rudolfi 234.
	De papa Nycolao et rege Adolfo 235.
De papa Celestino V. et papa Bonifacio VIII. et rege Romanorum Adolfo.	De papa Celestino V. et Bonifatio VIII. 236.
	De rege Adolfo 237.
	De papa Celestino et cardinalibus de Columpna 238.
	De obitu Celestini 239.
	De rege Adolfo 240.
	De prelio pape et cardinalium 241.
De coronatione regis Bohemie Wenzezlai.	De coronatione regis Bohemie et morte regine et destitutione regis Adolfi 242.
De conflictu regum Romanorum Adelberti et Adolfi.	De morte Adolfi et coronatione regis Adelberti 243.
De terremotu horribili.	De terremotu 244.
De eucharistia vendita et strage Iudeorum.	De corpore Christi 245.
	De miraculo 246.
De anno gratie et tribus archiepiscopis rebellibus imperio.	De anno gratie 247.
	De archiepiscopis rebellantibus regi augusto 248.
De comete et strage secuta.	De comete et rege Francie et civitatibus Flandrie 249.
De curia regis prepedita.	De curia regis Romanorum indicta et prepedita 250.
De Conrado martyre.	De Conrado martyre 251.
De morte pape Bonifacii.	De morte Bonifatii 252.
De papa Benedicto XI.	De papa Benedicto XI. 253.
	De episcopo Brunone 254.
	De prelio regis Romanorum et regis Bohemie 255.
	De papa Clemente V. 256.[a]
	De morte regis Wenzezlai et archiepiscoporum et de duce Bawarie 257.
	De translatione regni Bohemie ad Germanos 258.

PROLOGUS [IN[b] NOVUM TESTAMENTUM].

B f. 85
A f. 120'.

Iam terminatis hystoriis veteris testamenti, quibus insudando, quasi per asperas et spinosas vias deserti[c] transiens, portavi pondus diei et estus, nunc per prata florida novi testamenti[d] in odore ungentorum Christi letus curram, obsecrans misericordiam Dei, ut cum currentibus in stadio bravium eterne retributionis apprehendam. Quia autem series novi testamenti ab incarnatione salvatoris nostri Ihesu Christi, que regnante Octoviano [primo[b] Augusto] facta est, orditur et texitur, primo ad ipsius Octoviani Augusti hystoriam stilum vertam et consequenter de genealogia[e] Redemptoris secundum traditionem euvangelistarum et aliorum sanctorum veridicam textum scribam[f].

[Primum[b] capitulum]. De Octoviano Augusto.

Anno igitur ab urbe Roma condita 710. Cesar[g] Octovianus post Iulium Cesarem regnare cepit . . . Chr Min

. . . .

[Terminatis[h] actibus apostolorum, in quibus origo ecclesie descripta est, dicendum est consequenter de passionibus et vita necnon et felici transitu sanctorum, per quos eiusdem ecclesie status cottidie proficit, alluminatur et perficitur, de cronicis quoque concurrentibus usque in finem]. B f. 151

a) De visione quadam 257. *add. sed. del. B.* b) *des. A.* c) desertti *A.* d) letu *ms., statim del. A.* e) gene | logia *A.* f) ponam *A.* g) O. C. *A.* h) *sic B; A tantum:* Hic terminantur actus apostolorum, *et pergit:* De Iacobo fratre Domini. Videntes igitur Iudei *etc.*

[PERSECUTIO[a] ECCLESIE].

[De[a] cronicis. 1. Cap.]

Anno Domini 33, anno 19. imperii Tyberii cesaris. . . . . .

. . . .

[Incipit[b] hystoria regni Christi, qui, subiugato sibi Constantino Magno augusto, ipsum fidelem principem ac ducem christiani exercitus delegavit].

Anno Domini 311. Constantinus, Constantini filius ex Helena natus, imperator factus . . . .

. . . .

De[c] 11 milibus virginibus [60[a]].

Fuit* in Britannia rex quidam christianissimus nomine Notus, qui et Maurus — — eius quoque sollempnitas recolatur. [Passe[a] sunt autem eo tempore quo Huni et Goti seviebant, regnante Martiano imperatore].

[Beatus[d.1] autem Aquilinus Coloniensis episcopus per spiritum hec omnia previderat et sepulture necessaria preparaverat eisque in sanguine suo iacentibus cum magna diligentia et honore sepeliendi officium impendit. Ipsi antem et hiis qui cum eo laborabant affuit magestas Domini, et ministrabant eis angeli Dei; et beatus Aquilinus in brevi ex hac luce subtractus mercedem sanctorum accepit. Non post multos autem dies venit Clematius vir venerabilis et invenit quedam corpora ex hiis inhumata et sepelivit ea cum honore. Deinde alter Clematius condidit ibidem ecclesiam in honore sanctarum virginum. Porro in diebus Friderici principis aperta sunt sepulchra earum, et inventi sunt tytuli, et multa que latuerant usque ad hoc tempus revelavit Deus per Elysabeth virginem Deo dicatam in Schonaugia].

Abbas[2] quidam ordinis Cysterciensis in monasterio quod Volcolderode[3] dicitur situm in terra Thuringia, cum haberet specialem devotionem ad reliquias sanctorum, perrexit in Coloniam Agrippinam, cupiens aliquas reliquias sanctarum predictarum virginum inpetrare. Cum ergo in civitatem predictam pervenisset et de nocte se sopori dedisset, apparuerunt ei tres virgines in habitu et ornatu virginali de legione sanctarum undecim milium virginum, quarum una dixit: 'Si nos habere desideras, fode in tali loco extra septa cymiterii sanctarum virginum iuxta murum, et illic nos pariter reperies'. Sciscitanti de nominibus earum illa respondit: 'Ego vocor Theumata, ista Eleumata, illa Sentia'[4]. Et hiis dictis disparuerunt. Expergefactus abbas, mane surgens venit ad abbatissam ad Sacras virgines, petens, ut in predicto loco sibi reliquias querere indulgeret. Qua annuente, abbas quendam famulum Tymonem[5] nomine mercede conduxit, qui corpora effoderet virginum predictarum. Quod cum fieret, contigit, ut quedam canonica ecclesie sacrarum virginum nomine Vrideruna pecten quoddam aput sancta corpora inventum et de sepulchro cum terra eiectum ex devotione substraheret secumque deportaret. Igitur cum abbas tria corpora predictarum virginum reperta in uno loculo collegisset, secum ad hospitium in crastino profecturus deportasset, iterum apparuerunt virgines in visu noctis eidem dicentes: 'Ire tecum non possumus'. Quo interrogante quare, una earum respondit: 'Nisi mihi pecten quod Vrideruna abstulit reddatur, non ibimus'. Abbas ergo die subsecuta diligenter investigando omnia sic esse in veritate comperiens, a dicta Vrideruna pecten illud repetiit, et sic assumptis sacris virginum reliquiis, ad propria cum gaudio remeavit. Collocans autem iam dictas reliquias super maius altare, in magna veneratione habuit quousque advixit. Ipso autem defuncto, cum prefate reliquie[e] in veneratione solita non haberentur, contigit in quodam festo undecim milium virginum[f], cum monachi matutinas canerent, ut tres virgines de altari maiori procedentes et ante ipsum altare inclinantes* ab humanis asspectibus sunt subtracte. Monachi igitur loculum, in quo condite fuerant, aperientes, nichil penitus invenerunt].

. . . .

* *A sic:* Rex Britanie Notus, qui et Maurus — — et sic illa martyrium consummavit.

a) *haec des. A.* b) *haec des. A, ubi f. 168'. tantum:* De Constantino Magno. c) *rubra in sup. marg. suppl A, ubi* VI. *pro* XI. *scriptum.* d) *haec alia coaeva* (2) *manu in marg. suppl. B; in textu B* 1—3, *des. A.* e) *bis scr., alterum del. B.* f) *ead. manu in marg. suppl. B.*

1) Haec sumta sunt ex Revelationibus S. Elisabeth de Schonaugia, Acta SS. 21. Oct. IX, p. 172. 2) Sequens miraculum narrat Caesarius Heisterbac., Dial. Mirac. VIII, 75, ed. Stange II, p. 151 sqq., in pluribus vero a nostro recedit. 3) Volkenrode a Mühlhausen inter septentrionem et orientem, in ducatus Gothani parte situm. 4) Haec nomina in nonnullis codicibus Caesarii leguntur, ipsi nondum nota. 5) Ulricus apud Caesarium.

De Thuringis[a] [et[b] Saxonibus 72].

B f. 205 A f. 208

In[1] diebus Anastasii imperatoris et Theoderici[c] regis Veronensis dux Thuringorum fuit Erinfridus, qui in uxorem acceperat sororem regis Francorum Theoderici. Facta autem discordia[d] inter eos, rex Francorum* Theodericus bellum intulit duci Thuringie Erinfrido, sororio suo, ipsumque omnino humiliare[e] cupiens, auxilium Saxonum postulavit et stipendia tribuit 15 principibus eorundem. [Saxones** autem nondum possederant illam provinciam que nunc Saxonia dicitur, quia[f] terra Thuringia tunc ad fluvium Albeam] terminabatur in metis, quibus nunc Magdeburg metropolis est constructa, que nondum erat civitas; et Saxones necdum fidem Christi receperant nec baptisma. Eratque tunc Thuringia terra spaciosa, que a nemore Francorum protendebatur usque ad mare Occeanum contra septentrionem. In hoc[g] prelio rex Dithericus [qui[h] et Theodericus] ubique prevaluit in tantum, quod, captis munitionibus ducis, ipsum tandem multis exercitibus tam Francorum quam Saxonum vallavit[h] in civitate que Schidingen[i] dicitur[2], sita ad littus[k] fluminis quod dicitur Ungestrute. Cum ergo dux Erinfridus manus obsidentis effugere non valeret, ducissa, germana scilicet regis, misit ad regem, flebiliter supplicans, ne sororem suam viduam fieri et filios eius orphanos pateretur. Rex igitur misertus sororis et filiorum, ipsius adquievit[l] precibus supplicantis, *factaque pace et portis civitatis apertis, ipse rex ingressus civitatem, cum duce et populo cepit amicabiliter convivari. Saxones autem in campis deforis remanserunt. Quidam vero miles ducis Iringus nomine tale consilium dedit regi et duci, ut, quia Saxones Thuringis non promerentibus super ipsos stipendia belli recepissent, ipsi pro eo[h] merito reciperent talionem[b]. Hoc autem consilio aput regem et ducem approbato, quidam venandi gratia civitatem exiit, qui dictum consilium Saxonibus detexit. Saxones igitur irruentes in civitatem, regem et ducem cum universo populo, qui in civitate repertus fuerat, occiderunt. Deinde in reliquum vulgus Thuringorum crudeliter sevientes, quicquid[m] masculini sexus inter fluvios Albeam et Ungestrute[n] remanserat, prostraverunt, et sic illas partes Thuringie usque in hodiernum[o] diem Saxones possederunt.

*A f. 208'.

. . . .

De Longobardis [81[p]].

B f. 268 A f. 209 Iac. c. 181

Anno Domini 548. Narses patricius Longobardos in Ytaliam duxit. Longobardi, quondam Winuli dicti[h], de quadam insula Theotonie transmigrantes, terram sibi ad habitandum[q] querebant. Transeuntes autem Thuringiam, cum et ipsi essent Theotonici[r], quendam sibi Thuringum in regem elegerunt[3]. Inde vero castra moventes, ad Gallias profecti sunt, et ibidem quandam terram incolentes, per multos annos demorati sunt, et inde tandem recedentes, per Narsem patricium in Ytaliam deducti sunt [ut[s] iam dictum est]. Pugnaturi ergo cum Ytalicis, cesariem mulieribus suis circa mentum ligabant, ut viri crederentur, quia tunc temporis viri barbam nutriebant. Quia ergo in illo congressu cum longis barbis visi sunt, Langbardi sunt appellati a longa barba, quia in lingua eorum longum dicitur lang, barba barth[t]. Isti quondam Mercurium coluerunt, quem Gotham vocabant, unde adhuc in Theotonico[u] deus dicitur goth. Winuli ergo, qui et Longobardi, magnam stragem facientes, Ytaliam expugnabant, quam extunc possederunt usque in hodiernum diem[v], et Theotonici ydiomatis obliti, Latini facti sunt. De hac autem strage Ytalie beatus Gregorius mentionem facit in omelia[w] quadam[4].

Iac. Gotifr. p. 212

. . . .

De Karolo Magno [imperatore[s] 111].

A f. 215'. Chr. Min.

Anno Domini[x] igitur 801, ab urbe Roma condita 1552, Karolus — — monasteria et ecclesias. Equus fuit iudex diviti[y] et pauperi, ad[z] elemosinas largus, divinis intentus***. [Cum[a] igitur esset

*) Ditericus seu *add. A.*

**) *Pro uncis inclusis habet A:* Saxones autem tunc temporis habitabant ultra Albeam fluvium ad plagam orientalem, et terra Thuringia ad dictum fluvium.

***) *A add.:* corpore magnus, ut ab humero et sursum superemineret ceteris.

a) Thurigis *B.* b) *des. A.* c) Thed. *A.* d) seditione *A.* e) delere *A.* f) *in marg. suppl., alia voce erasa B.* g) igitur *add. A.* h) *in marg. suppl. A.* i) Schidingin *A.* k) litus *A.* l) acq. *A.* m) quid (q̶) *post corr.* q̶q̶ *A.* n) Ungestruthe *hoc loco A.* o) hodiernam *A.* p) *numeri capitum semper des. A.* q) inhab. *A.* r) Theton *A.* s) *des A.* t) bard *A.* u) Theonico *A.* v) *deest B.* w) q. o. *A.* x) i. D. *A.* y) tam d. quam p. *A.* z) div. int. ad el. l. *A.* a) *haec des. A.*

1) Sequens narratio in aliquibus convenit cum Widukindo I, 9 sqq., in plurimis vero longe ab eo et iis qui hunc exscripserunt recedit. 2) Burg-Scheidungen. 3) Nescio, an haec inde orta sint, quod Agilulfus 'dux Turingus' in Orig. gentis Langob. dicitur. 4) Super Ezech. II, hom. 22.

christianissimus et circa divinum cultum sollicitus, rogavit magistrum suum Alboinum, ut historiam et officium componeret de sancta Trinitate, ut per hoc errores et dubia discederent et devotio et securitas fidei augeretur. Quibus peractis, cepit festum Trinitatis a multis carius amplecti et peragi, maxime a Germanis et Gallis, quorum principum auctoritate fuerat ordinatum]. Hic[a] Karolus expugnavit Sclavos et repulit paganos, vicit Saxones, subegit Ungaros. Longitudo[b] eius octo — — ut[c] scribit Turpinus archiepiscopus. [In[d] diebus dominicis et festivis utebatur regalibus vestimentis, ornatus sedebat, gladium super genua per transversum ponebat].

. . . .

[De[d] muliere papa 126].

Erat et alius pseudopapa, cuius nomen et anni ignorantur. Nam mulier erat, ut fatentur Romani, et elegantis forme, magne scientie, sed ypocrita, latens sub virili habitu, quousque in papam eligitur. Hec in papatu concepit. Et cum esset gravida, demon in consistorio coram omnibus prodidit factum[e], clamans ad papam sic:

Papa, pater patrum, papisse pandito partum.

[Adhuc[d] ostenditur Rome in quadam platea civitatis symulachrum ipsius sculptum cum pontificalibus indumentis in pariete de marmore et infantis ymago similiter[1]].

. . . .

De sancto Odalrico[f] [episcopo[d] 130].

[Lectio 1.* Odalricus eo tempore claruit ex nobili Alemannorum genere ortus, patre Hubaldo et Dithburga matre. Qui lactens macie afficiebatur, unde quodam clerico de puero multa predicente, ablactatur et crescens in cenobio[g] Sancti Galli commendatur, ubi dum assumere vellet habitum, ab inclusa quadam nomine Wiberad prohibetur, dicente sibi revelatum a Deo, eum Auguste civitatis episcopum futurum. Commendatur igitur Adelberoni dicte urbis episcopo. Deinde Romam venit et a Martino papa recipitur, qui ei episcopi sui mortem eadem die factam denunciat. Cumque Udalricum episcopum ordinare vellet, rennuit. Cui papa predixit, quod periculosiori tempore episcopatum effugere non posset. Occulte ergo rediit, et Hildewinus episcopatum suscepit, cui tamen sanctus Udalricus successit.

2. Quadam die sanctus Udalricus cum sancto Conrado Constantiensi episcopo apud Sanctam Afram ad mensam consedit, a qua surgens missam celebravit. Quod dum Conrado innotuit, dixit: 'Nemo illo saturior hodie ad altare accessit'. Putabat enim eum comedisse. Predecessor eius Adelbero apparuit Reinberto clerico sancti Udalrici et episcopo gratias egit, quod multas orationes et elemosynas pro eius anima fecisset, fratres vero arguit, quod in hiis negligentes fuerunt, et perficere monuit, ne Deo contingeret eos reddere rationem. Predixit quoque, se ipsum cum Fortunato sancto Udalrico in confectione crismatis velle assistere et criptam ecclesie ruituram.

3. Alia etiam vice idem episcopus eidem apparuit in die cene, et in die pasche dextera Dei super eum visa est, et duo sibi predecessores in confectione crismatis, videlicet Fortunatus et Adelbertus[h] astiterunt, et celitus intellexit opera sua Deo placere. Sancta quoque Afra ei apparens, ut eam sequeretur, precepit, et in Lechveld perduxit, ubi sanctum Petrum cum multis vidit sanctis, qui Arnolfum ducem Noricorum, id est Bawarorum, pro suis peccatis dampnabant. Ostenduntur etiam duo enses, *unus sine capitello, qui Heinricum [non[i]] regem unctum, alter cum capitello, qui filium eius Ottonem primum significabat. Etiam monstratur ei, qualiter Beringerus Longobardorum rex[k] cum multis aliis Ottoni facto cesari ad obsequendum presentaretur, et qualiter gens Ungarorum eius precibus esset superanda. Que omnia postmodum impleta sunt. Vindictas in invasores sancte Marie virginis, que est patrona ecclesie Augustensis, factas a Deo in Arnolfum palatinum et Lutholphum, Ottonis filium, et multos alios ipse presenserat]. Quodam tempore sanctus Udalricus proficiscens ad concilium Moguntinum, cum venisset in curru suo ad littus[l] Reni fluminis, nullam invenit navim[m], quia iam onuste omnes transierant. Dixit ergo aurige sue, ut in[n] nomine Domini procederet. At ille[o] obediens[p] sancto viro cum curru et equis ibat super aquas quasi super aridam, transvectis omnibus integris et[m] illesis[m]. Rote autem huius currus adhuc servantur in Augusta in ecclesia

A.

in qua idem sanctus Udalricus quiescit, quas fateor me vidisse. In eadem ecclesia tumulata est sancta Afra martyr[q], que in dicta civitate cum matre sua et pedissequis suis martyrium consummavit.

. .

B.

sancte Afre. Multa veneranda loca ipse fecit, multas reliquias sanctorum sue civitati obtinuit et multis miraculis claruit. Iussus divinitus in die sancti Iohannis baptiste bis missam celebravit et postea undecima die in Domino obdormivit et a sancto Wolfgando[r] Ratisponensi episcopo in ecclesia sancte Afre sepultus fuit.

. .

*) *Haec omnia des. A (ubi hoc cap. multo inferius positum est, cf. Indicem p. 689), pro quibus habet:* Eo tempore sanctus Udalricus Augustensis episcopus migravit ad Christum. Iste sanctus Udalricus fecit prandium cum Conrado — — sed karitas. *Ex Chr. Minore.*

a) Ipse exp. *A.* b) Long. — archiepisc. *in marg. suppl. manu* 3 *(Sifr.) A post* ceteris *in nota* ***, *p.* 693. c) Hec *A.* d) *des. A.* e) *suppl. manu* 3 *in marg. A.* f) Ud. *A.* g) bio *in marg. suppl. B.* h) Adelber *B.* i) in *erasum videtur B.* k) in *ins. sed. del. B.* l) litus *A.* m) *in marg. suppl. B.* n) pr. in n. Dom. *A.* o) statim *add. A.* p) obiens *minio superscr.* ed *A.* q) mr̄ *B.* r) f *superscr. B.*

1) Cf. Mart. Opp., SS. XXII, p. 428 n.

De sancto Heinrico imperatore[a*] [140[a]].

[L. 1[a]]. Anno Domini 1002. dux Bawarie Heinricus imperium adeptus, a Cesare Augusto Octoviano 88. imperator, regnavit annis 24. [Huic[b], antequam esset ad imperium sublimatus, visio talis apparuit. Videbatur enim sibi, quod ad sepulchrum sancti Wolfgangi in Regensburg oraret et in pariete videret scriptum: *Post sex.* Cogitavit igitur vir Dei, se post sex dies moriturum. Quibus transactis, computat sex ebdomadas, deinde sex menses, tandem sex annos. Sexto autem anno, dum se mori estimaret, eligitur imperator]. Huic[c] desponsata fuit Kunegundis [virgo[b] nobilis], cum qua celibem vitam ducens*, cum virgine virgo permansit.

[L. 2[a]]. Dyabolus[d] hoc graviter ferens visus est aliquotiens in forma militis procedere de thalamo ipsius imperatricis[e]. Cumque de hoc infamata esset aput imperatorem, super candentes vomeres 15 pedum spacio nudis pedibus eam incedere iussit. Que ascendens desuper dixit: 'Sicut ab Heinrico et omnibus viris intactam me novisti, ita me, Christe, adiuva'. Cui vox divina dixit: 'Virgo Maria te virginem liberabit'. Totam igitur candentem massam illesa percurrit[1].

[L. 3. Imperator[b] ite Heinricus et semper augustus totum se divino cultui tradidit, ecclesias reparans, novas edificans et dotans]. Ipse** fundavit Babinbergensem ecclesiam, [quam[b] et cathedralem instituit, et civitatem eandem ecclesiis, clero et populo decoravit]. Ipse etiam[a] restauravit ecclesias, Magdeburgensem* — — et ecclesias et universum regnum[f] ditavit. [Idem[b] augustus tradidit sororem suam regi Ungarie Stephano, qui cum toto regno suo fidem Christi recepit, et dilectione Dei fervidus et sanctis operibus et virtutibus clarus, pro transitorio regno elegit eternum].

[L. 4[a]]. Denique*** imperator Heinricus in Quithelingeburg curiam suam celebravit. Ibidem principibus convocatis ipsisque singulis et universis — — Burgundiam sibi subegit.

[L. 5[a]]. Cumque rediret de Apulia — — locum illum multis ditavit donis.

[L. 6[a]]. Anno† autem etatis sue 52, imperii vero 24, ipse sanctus Heinricus Romanorum imperator et semper augustus temporale imperium eterno Regi resignans, celeste regnum feliciter introivit. Denique pluribus splendens virtutibus et miraculis, regali honore sepultus est[g] in Babinberg in ecclesia cathedrali. In transitu autem eius merita — — a quodam sancto recluso[2], ante cuius cellam ipse cum multis aliis transibat. Nam calicem — — qui adhuc servatur in huius rei testimonium. [Transactis[b] autem a transitu eius 112 et eo amplius annis, dominus papa Eugenius III. ad petitionem imperatoris Conradi tercii tunc regnantis ipsum sanctum Heinricum — — confestim visum recepit].

[De†† sancta Kunegunde virgine 141.

L. 1. Post discessum sancti Heinrici gloriosi imperatoris felix sponsa sua[g] Kunegundis imperatrix, perpetue virginitatis observatrix, orationibus, ieiuniis, vigiliis, elemosynis et aliis sanctis operibus humiliter insistens, multis claruit virtutibus. Nam cum quadam die orationis gratia ecclesiam ingrediens ad locum ubi orare consueverat pervenisset, videns radios solis per fenestram intrare, super eos cyrothecas suas ex inproviso appendit, que super ipsos quasi supra vectem miraculose herebat. Nec mirum, quod huic virgini celeste lumen deservivit, cuius mens super celesti lumine fulta fuit.

2. Quadam die dominica sancta ista regina Kunegundis cum puellis et pedissequis suis ingressa est monasterium aput Babinberg, in qua cognata sua abbatissa erat, ut ibi sacris missarum sollempniis interesset. Cumque sanctimoniales more solito processionem facerent, nec abbatissa interesset, interrogat regina, ubi cognata sua sit vel quid operetur. Que cum sibi prodita fuisset, invenit eam in loco sequestrato cum quibusdam monialibus commessationibus et ebrietatibus epulantem. *Imperatrix ergo zelo domus Dei ducta et furore iusticie stimulata, abbatissam in maxillam percussit, increpans, cur aliis malum exemplum preberet, ut, illis psallentibus et orantibus, ipsa deliciis inhereret. Et ecce, mirum in modum post alapam datam vestigia digitorum regine in maxilla abbatisse multo postmodum tempore apparebant. Et merito huius regine et virginis castis manibus tanta virtus inerat, que in testimonium innocentie et virginitatis sue, ut supra diximus, super ignitos vomeres ambulaverat. Post multas autem virtutes dicta Kunegundis Romanorum imperatrix et semper augusta a Rege angelorum evocata, feliciter transiit ex hoc mundo, honorifice aput sponsum suum in Babinberg est sepulta, cuius anime ipsius anima in regione vivorum procul dubio est coniuncta. Post transitum eius inter alia miracula hoc quoque noscitur accidisse, quod, dum lupus infantem cuiusdam mulieris rapiens deportasset, ipsa auxilium sancte Kunegundis importunis clamoribus et lacrimis invocabat. Mox ergo lupus subsistens et quasi homo residens, puerum illesum in gremio detinebat, donec accurrentibus rusticis ipsum puerum fugiens dereliquit. Interrogatus ergo puerulus, quomodo sibi fuisset, respondit: 'Ille qui me deportabat in sinu suo fovebat'. Quo audito, omnes gratias Deo et sancte Kunegundi reddiderunt].

. . . .

*) *A add.:* de pari consensu et voto. **) *A sic:* Iste imperator fundavit episcopatum in Babinberg.
***) *A sic:* Ipse conv. pr. in Quitelingeburg curiam celebravit, ibique universis.
†) *A f. 221'. post alia inserta sic:* Eo tempore imperator Heinricus II, sponsus sancte Kunegundis, feliciter obiit a. et. s. 52, i. v. 24, et splendens miraculis, sepultus est in Babinberg in ecclesia kathedrali.
††) *Totum caput deest A, ubi post cap. 146. haec tantum:* Eo tempore sancta Kunegundis imperatrix in Domino obdormivit multis clara virtutibus et miraculis et sepulta est in Babinberg aput sponsum suum sanctum Heinricum imperatorem[3] in ecclesia kathedrali.

a*) II. *add. A.* a) *deest A.* b) *haec des. A.* c) Huius sponsa f. sancta Kun. *A.* d) autem *add. A.* e) regine *A.* f) *in marg. suppl. A.* g) *in marg. suppl. B*

1) Cf. V. Heinr. add., SS. IV, p. 820. 2) Cf. Vit. Heinr. c. 33. 3) Cf. Chr. Min. p. 188.

[De* sancto Gothehardo episcopo 143.

Gotehardus in Altheimensi[a] monasterio nutritus et, duce Bawarie Heinrico, qui postmodum imperator factus est, operam dante, abbas inibi factus, in omnibus bonis monasterium emendavit. Post hec duce Heinrico in regem electo, de ipsius mandato per Willegisium archiepiscopum Moguntinum Hersveldensis monasterii regimen suscepit, et secundum sui nominis interpretationem lascivos fratres durius increpabat. Nam Gotehard 'Dei durus' Germanice sonat.

2. Garense[1] et Cremense[2] monasteria in curia habuit, et inde Altheim rediit, ubi sompnium tale vidit vidit namque olyvam pulchram ortam in claustro, sub qua sedebat legens, iussu regis auferri. Sed cum nimium radicata effodi non posset, preciditur, et exinde multa virgulta oriuntur. Hiis visis se vocari de hac vita credidit, sed aliter divina providentia disposuit. Nam a sancto Heinrico imperatore, qui fuerat dux Bawarie, ut iam supra dictum est[3], ad Hildinesheimensem episcopatum provincie Saxonie vocatur

3. Diu tamen restitit, sed quedam *domina cum pulchra caterva puellarum ei in visione apparuit et eum in ecclesiam perduxit, dextera eidem innuens, ut veniam peteret coram Crucifixo. Quod dum fecisset, clara voce cum aliis cantavit: 'Infunde unctionem tuam clemens nostris sensibus'. Ex hac igitur visione episcopatum recipere consensit. Hic miraculis clarus etiam mortem suam predixit. Quandam dominam Sophiam nomine secum ante festum sancte Marie virginis disceptaturam coram Deo prenunciavit. Procuratorem suum multos offendentem et false iurantem Dei iudicio commisit, qui morte subitanea ilico periit. Iuvenem quendam, quem nutrierat, suis vestibus indui precepit et eum secum iturum predixit. Quod et factum est; nam in ascensione Domini, dum in matutinis cantaretur *Ascendo ad Patrem meum*, anima eius celos ascendit, et dictus iuvenis continuo sequitur, et Sophia ante purificationem beate virginis eodem anno obiit, cum ipso coram summo iudice disceptatura].

. . . .

De [II.[b]] Conrado imperatore [146.[b]]

Anno Domini 1025. Conradus[c] dux Francorum imperium adeptus, regnavit an. 15. Hic descenderat de[d] stirpe *Clodovei, et duxit Gyselam de Gwebinlingen[4], neptem sancti Heinrici imperatoris, uxorem, que Arnolfo duci Suevorum[e] pepererat Ernestum et Hermannum, et huic peperit Heinricum, qui Aquisgrani unctus est in regem per Peregrinum Coloniensem archiepiscopum. Tempore[f] huius Conradi imperatoris visa est in celo — — Ambrosium imperatori comminantem.

De comite Lupoldo[g] [146.[b]]

Iste[5] imperator Conradus [II.[b]] nulli violatori pacis pepercit. Quam ob rem comes Lutpoldus[i] cum uxore solus in silva in quodam tugurio latitabat. In hac silva dum cesar venaretur, dispersis suis post feras, nocte cogente in dicto tugurio se recepit. Cui hospita benigne ministravit. Ipsa autem[k] cum esset gravida, eadem[l] nocte filium peperit, et vox ad cesarem tercio facta est: 'Hic puer gener tuus erit'. Mane igitur dum suos reperit, precepit duobus armigeris, ut puerum de manibus matris violenter raperent, et per medium scindentes, cor eius sibi afferrent. At illi iussa conplentes, puerum de gremio matris rapiunt. Quem videntes elegantissime forme, misericordia moti, ipsum super quandam arborem, ne a feris devoraretur, posuerunt, et scindentes[m] leporem, cor eius cesari detulerunt. Eodem die, dum quidam dux inde transiret et puerum vagientem audiret, eum ad se adduci fecit, et dum filium non haberet, ipsum uxori attulit, et a se et uxore genitum esse finxit, et Heinricum vocavit. Cum igitur[n] crevisset, erat corpore pulcherrimus, ore facundus et omnibus graciosus. Quodam autem tempore cesar cum duce convivatur, vidensque[o] Heinricum adolescentem decorum et prudentem, ipsum curie sue assumpsit. Sed videns eum omnibus graciosum et ab omnibus commendari, cepit dubitare, ne post se regnaret, et ne iste sit, quem occidi mandavit. Volens igitur esse securus, litteras manibus suis scriptas per eum uxori dirigit in hunc modum: 'In quantum est vita tua, mox ut litteras receperis, puerum necabis'. *Dum igitur pergens in quadam ecclesia hospitatus fuisset, et fessus super bancum quiesceret, et bursa, in qua erant littere, dependeret, sacerdos curiositate ductus, bursam aperuit et litteras sigillo imperatoris videns munitas, ipsas salvo sigillo aperuit, et legens, scelus abhorruit, et radens subtiliter quod dicebatur: 'Istum necabis', scripsit: 'Isti filiam dabis'. Regina, lectis litteris, principes convocavit, et tradens ei filiam suam, nuptias celebravit. Quo audito, cesar *ira fremuit. Tandem videns ordinationi[p] Dei non obstandum, a duce, a duobus armigeris, a sacerdote et a matre pueri veritate comperta, letanter eum generum suum et heredem constituit.

. . . .

[De[q] conflictu regis Heinrici et morte imperatoris 164].

Anno Domini 1056. rex Heinricus, filius imperatoris Heinrici tercii, conflixit in Thuringia cum Saxonibus inter Hoenburg[r] et Neilstete[6], et victi sunt Saxones. Quos cum secundo inpeteret, dederunt se gratie. Rupto autem federe, abduxit captivos episcopos Magdebur-

*) *Totum caput deest A, ubi haec tantum:* Hoc etiam tempore sanctus Gothehardus migravit ad Christum. Hic successerat in episcopatu Hildensheimensi sancto Berwardo. *Ex Chr. Minore p.* 189.

a) *sic B pro* Altahensi. b) *deest A.* c) II. *add. A.* d) a Clodoveo *A.* e) Swev. *A.* f) H. Conr. *(in marg. suppl.)* temp. *A.* g) Lutpoldo, t *ead. manu superscr. A* h) *sic B; deest A.* i) Lup. *A.* k) quoque *A.* l) gra *eras. A.* m) sind. *minio corr.* scind. *A.* n) iam *add. A.* o) que *in marg. suppl. A* p) Dei ord. *A.* q) *des. A.* r) Homburg *A.*

1) Hoc corruptum pro *Tegarense*, ut Vita c. 7 habet. 2) Hoc in paucis tantum codicibus legitur sic: *commendata sunt ei et alia duo monasteria Tegarense et Chremsense.* 3) c. 140. ex Chron. Minore. 4) Conradum ex villa Guebelingua ortum dicit Gotifr. p. 242. 5) Hoc caput maxime convenit cum Chron. Cellensi, de quo v. 'N. Arch.' VI, ut noster librum in illo exscriptum et Iacobum, initio tantum capitis Gotifredum compilasse videatur, quem tamen postea etiam in margine notavimus, quia omnes hi tres ad illum recedunt. 6) Homburg et Nägelstädt super fl. Unstrut. Proelium commissum est a. 1075. — Haec verba leguntur etiam in Hist. de landgr. Thur. c. 16, apud Pistorium ed. Struve I, p. 1309, ubi quae sequuntur ex Chron. S. Petri sumta sunt.

gensem[1] et Halberstadensem[a,2] et[b] Ottonem quondam Bavarum[c] ducem, Magnum ducem Saxonie et 9 comites.

Eodem anno imperator Heinricus III, pater istius regis Heinrici, defunctus est Leodii[3] et sepultus est in Spira cum patre suo Conrado [imperatore[b]]. Cuius exequiis interfuit papa[d] Victor et patriarcha Aquilegiensis[e] ac plurimi episcopi et nobiles. Chr. Min

. . . .

[De[f] incendio Erfordie. 170].

Anno Domini 1079. civitas Erphordia incensa est a militibus imperatoris Heinrici, et monasteria Sancti Petri et Sancti Severi cum multis qui ibi confugerant. Chr. S. Petri a. 1080.

[De[f] prefatione beate virginis. 171].

Anno Domini 1080. Urbanus — — casibus exceptis*: *Chr. Min. p.* 191.

Anno Domini 1093. eclypsis solis facta est tercia hora diei, et draco visus est. Chr S. Petri

Paschalis II. a sancto Petro 170.[g] papa ordinatus, sedit an. 9[h]. Chr. Min

Anno Domini 1097.[i] cepit ordo Cysterciensium tempore Paschalis pape.**

Eo tempore obiit Heinricus IIII. et sepultus est in Spira.

[De[f] V. Heinrico imperatore. 172].

Anno Domini 1107.*** Heinricus V, quarti[k] Heinrici filius, imperium adeptus, regnavit annis 14[4]. *Iste cum 40 milibus militum venit Romam et in gradibus Sancti Petri a papa Paschali, clero et populo processionaliter suscipitur.† Ipse multa magnifica fecit. Spire obiit et ibidem quiescit cum patribus suis. Super 4 tumbas predictorum 4 imperatorum, videlicet Conradi, Heinrici III, Heinrici IIII, Heinrici V, in Spira unus versus divisim scriptus est, qui complectitur omnes tumbas in hunc modum: *A f. 225. Gotifr p. 255 Chr Min

Filius hic, pater hic, avus hic, proavus iacet istic

[De[f] conflictu in Welfsholz. 173].

Anno Domini 1115. imperator Heinricus V, de quo iam dictum est, conflixit[l] cum Saxonibus in Welfsholz, ubi multi ceciderunt, et imperator victus est; [et[f] post hoc obiit et sepultus est in Spira, ut dictum est].†† Chr S Petri. cf Chr. Min.

. . . .

[De[f] III. Conrado imperatore. 179].

Anno Domini 1138. Conradus III, nepos Heinrici cesaris, frater Friderici ducis Swevie, electus est[m] in regem Romanorum, adhuc vivente Lothario superius memorato. Tandem pace inter eos facta, Lotharius aput Veronam moritur et aput Brunswic[n] in monasterio Luthere sepelitur. Conradus autem Aquisgrani a Theodewino Portuensi episcopo, apostolice sedis legato, coronatus, regnavit annis 15. Ipse mortuus est et sepultus in Spira. Chr Min Gotifr Chr. Min Gotifr. Chr. Min.

. . . .

[De[f] principibus Thuringie. 181].†††

Anno Domini 1140. landgravius[o] Thuringorum Ludewicus obiit. Cuius filius Ludewicus ab imperatore Conrado III. principatum suscepit. Chr. S. Petri

Eodem anno fundata est basilica in Valle sancti Georii. Chr Min

[Nota[b]]. Nota quod primus Ludewicus, de quo landgravii[o] Thuringie nati sunt, vocabatur Ludewicus Dodus Barbatus, et ipse descenderat de[p] genealogia Karoli Magni imperatoris[5]; et cum esset unus de ducibus Swevie, preliis adnichilatus cessit inde.

*) *In cod. B. add. manus 3 s. XIV. in marg. (B 1 in marg. ead. manu, B 2. 3 in textu):* Anno[6] Domini 1091. fundacio ecclesie Pygaviensis inchoata est a Wicperto marchione, presentibus domino Hertwigo Magdeburgensi, Walravano Cycensi et Albuino Meresburgensi episcopis.

**) *Hoc loco add. A:* Gelasius II. a sancto Petro 172. papa ordinatus, sedit anno uno. *Ex Chr. Min.*

***) *Manus 3 add. in marg. cod. B: (B 2. 3 in textu):* Hoc[7] anno dedicatum est monasterium Pygav. 7. Kal. Augus.

†) *Manus 3 add. in marg. B (B 2. 3 in textu):* Anno Domini 1110. monasterium Reinsdorf a Wicperto marchione consilio Ottonis episcopi Babinbergensis fundatur.

††) *Manus 3 add. in marg. B (B 2. 3 in textu):* Anno Domini 1116. fundatum est cenobium Hallense, videlicet Novi operis [extra murum situm *add. B* 2], a venerabili archiepiscopo Magdeburgensi Adelgoto.

In superiore marg. f. 294'. cod. B add. manus 3 (B 2. 3 in textu): Anno Domini 1124. Wicpertus, fundator huius[q] ecclesie, monachus factus quievit in pace.

†††) *Ad cap. praecedens:* De Hugone *etc.* 180. *ex lac. c.* 181. *et Chr. Min. exscriptum, ubi de Caelestino papa sermo est, sed non ad certum annum add. manus 3 in marg. cod. B (B 2. 3 in textu):* Hoc anno obiit sanctus Otto Babinbergensis episcopus. *Ex Ann. Pegav. a.* 1139.

a) *sic A;* Halbirst. *corr.* Halberst. *B.* b) *deest A.* c) baur̄ *A;* baurū *B.* d) V. p. *A.* e) Aquileiensis *A.* f) *des. A.* g) 171. *A.* h) 19. *Chr. Minor.* i) 1098. *Chr. Minor.* k) f. H. IIII. *A.* l) conflictum habuit *A.* m) *superscr. A.* n) Bruniswic *A.* o) lantgr. *A.* p) *post in marg. suppl. B.* q) f. monasterii Pigaviensis m. f. in eodem q. in p. *B* 2

1) Wezelonem. 2) Burchardum. 3) Hoc male inserit Sifridus. Heinricus IV. Leodii obiit. 4) Hi sunt anni imperii ex Gotifr. 5) Cf. libellum 'De ortu principum', SS. XXIV, p. 820, sed certe hunc noster non legit, ut Wenck, 'Reinhardsbr. GB.', p. 63 n. opinatur, cum prorsus ab eo recedat. 6) Haec et sequentes notae sumtae sunt ex Ann. Pegav., SS. XVI, p. 244 sqq. 7) Ann. Pegav. ad a. 1096.

A.

Cum autem iam dudum duces Thuringorum defecissent, idem Ludewicus Barbatus suscepit principatum dicte terre Thuringie, que tunc per plures divisa et distracta iam ducatus esse non valuit; sed extunc principes eius non duces, sed lantgravii, quod Latine sonat 'provinciales comites', appellati sunt. Dictus ergo[a] Ludewicus[1] primum edificavit castrum Wartberg in excelso montis super civitatem Ysinachum; et ipse et filii sui et filii filiorum suorum super dictam terram Thuringiam principabantur usque in sextam generationem per annos 200 et ultra.

B.

Cum autem dudum duces Thuringorum defecissent, idem Ludewicus Barbatus suscepit principatum dicte terre, que tunc per plures distracta et usurpata, cessavit dici ducatus; sed usque hodie princeps prefate terre non dux, sed landgravius, quod Latine sonat 'provincialis comes', appellatur. Dictus ergo Ludewicus primum edificavit castrum Wartberg in vertice montis excelsi super civitatem Ysinachum. Et ipse et filii sui et filii filiorum suorum super sepedictam terram Thuringiam[b] a tempore sancti Heinrici imperatoris usque ad tempora imperatoris Friderici secundi per sex generationes principabantur[c].

Chr Min. Anastasius IIII. a sancto Petro 179. papa ordinatur.

[De[d] I. Friderico imperatore. 182].

Chr. Min. et Iac. Anno Domini 1154. Fridericus dux[e] Suevorum, nepos[f] Conradi imperatoris, imperium adeptus, regnavit annis 39. Eodem anno beatus *Bernhardus migravit ad Christum, clarus multis *virtutibus et miraculis. (*B f. 29b'. *A f. 226'.)

[De[d] libro Sententiarum et Decreto. 183].

Iac. c. 181 et Chr. Min. Eo tempore floruit magister Petrus Longobardus Parisiensis episcopus, qui quatuor libros Sententiarum et glosas psalterii et epistolarum Pauli utiliter compilavit, et magister Gratianus Decretum.

Chr. Min. Adrianus IIII. a sancto Petro 180. papa ordinatus, sedit annis 4, mens. 10.

Alexander III. a sancto Petro 181. papa ordinatus, sedit annis 12.

De tribus apostolicis electis. 184.

Iac. c. 181. Eo tempore tres lune in celo vise sunt et in media signum crucis; nec multo post visi sunt tres soles Tunc contra Alexandrum papam, qui canonice electus fuit, duo alii eliguntur et favoribus imperatoris Friderici primi fultiuntur[g]. Duravit hoc scisma aliquot annis. Infra[h] quod tempus Theotonici, qui aput Tusculanum pro imperatore morabantur, Rome ab hora nona usque ad vesperam tot occiderunt, quod numquam ex Romanis tot milia occisa sunt. Licet tempore — — Kartaginem[i] destinavit.

Tandem Alexander papatum obtinuit. Iste constituit — — Sitientes: *Chr. Minor. p.* 193.

[De[d] Mediolano capto et corporibus trium magorum. 185].

Chr. Min. Anno Domini 1162. imperator Fridericus primus Mediolanum cepit et expugnavit. Tunc Reinaldus[k] archiepiscopus Coloniensis, qui cum eo erat ibi, impetravit ab imperatore[l] corpora trium magorum, qui Christo infanti munera obtulerunt, que Mediolani extra muros ante portam Romanam in ecclesia sancti Eustorgii servabantur pariter in uno sarcofago[m] marmoreo. Quibus habitis, in Coloniam gaudens secum tulit et in ecclesia maiori honorifice collocavit.

[De[d] Thoma episcopo et martyre. 186].

ib. Anno Domini 1173.[n] sanctus Thomas Cantuariensis archiepiscopus occisus est tempore Alexandri pape et imperatoris Friderici primi[o].

Sequitur V. S. Thomae ex Iacobi Legenda Aurea c. 11. in sola rec. B, in A omissa.

[De[d] missa peccantis audienda et nuptiis suspensis. 187].

ib. Anno Domini 1181. defuncto papa Alexandro, Lucius II. a sancto Petro 182. papa ordinatus, sedit an. 3. *Hic constituit, quod missa presbiteri[p] concubinarii licite possit audiri, quamdiu non est excommunicatus, et possunt ab eo recipi ecclesiastica sacramenta. (*A f. 229.) Urbanus III. a sancto Petro 183. papa ordinatus, sedit menses 2. Gregorius VIII. 184. papa ordinatus, sedit mens. 4. Clemens III. 185. papa ordinatus, sedit an. 4. Hic constituit, ut non fiat traductio sponsarum vel sollempnitas a dominica adventus usque ad octavam epyfanie et a septuagesima usque ad octavam pasche et a dominica ante ascensionem usque post octavam pentecostes. Celestinus III.[q] 186. papa ordinatus, sedit an. 7

[De[d] nobilibus submersis. 188].

Chr. S. Petri. Anno Domini 1184. rex Heinricus, filius imperatoris Friderici primi, venit Erphordiam[r], volens concordare Conradum archiepiscopum Moguntinum et landgravium[s] Thuringie Ludewicum discordantes. Cumque in cenaculo residerent cum nobilibus terre, repente pavi-

a) *littera erasa ante* g *A.* b) fere *expunctum add. B.* c) *in marg. suppl. B.* d) *des. A.* e) *in marg. suppl. A.* f) frater *minio post in loco raso scriptum B.* g) fulc. *B, ubi* c *e corr.* h) *ita A. B.* i) Karthag. *A.* k) Reinoldus *A* l) ipso imp. *A.* m) sarcophago *A.* n) MCLXXIIII. *A. Chr. Minor.* o) II. *B.* p) pbr *minio corr.* pbri *A.* q) II. *post corr.* III. *A.* r) Erfordiam *A.* s) lantgr. *A.*

1) scil. Barbatus. Dictus libellus c. 6. hoc Ludewico Salico, Barbati filio, tribuit.

mento disrupto, multi in latrinam subtus existentem ceciderunt, scilicet comes Fridericus de Abenberg, comes Heinricus de Swarzburg, comes Hassie Gozmarus, comes Fridericus de Kyrchberg, Burghardus[a] de Wartberg.

[De[b] obitu Friderici imperatoris. 189].

Anno Domini 1190 imperator Fridericus primus, vir catholicus[c], peregre profectus ultra mare cum multa turba[d] cruce signatorum militantium per desertum Romanie, postquam gloriose triumphavit de inimicis Christi, in modico flumine, in quem[e] balneandi gratia post meridiem descenderat, aput Armeniam in die Barnabe apostoli, multis presentibus, casu submersus est. Huic successit filius eius[f] [rex[g]] Heinricus[h] eodem anno, et regnavit annis 7.

[De[b] tempestate magna. 190].

Eo tempore tante pluvie — — et domos incendere. Heinricus[i] [itaque[g]] VI. [imperium[k] adeptus, regnavit annis 7, ut iam dictum est, et] contra Romanam ecclesiam semper tyrannidem exercuit. Ipse veneno interiit et sepultus est in Spira

Anno Domini 1191. eclypsis solis facta est in vigilia Iohannis baptiste. Innocentius III. a sancto Petro 187. papa ordinatus, sedit annis 19. Hic composuit librum de sacramento altaris et librum de miseria humana, fecit etiam plures decretales.

[De[b] Philippo et Ottone. 191[l]].

Anno Domini 1198. Philippus dux Swevorum, frater imperatoris Heinrici VI, in regem [Romanorum[m]] electus est. Cui se papa Innocentius III. opposuit, quia frater suus imperator Heinricus contrarius fuerat ecclesie Romane. Ordinavitque papa, ut Otto, filius ducis[n] Saxonie, Aquisgrani coronaretur.

Anno Domini 1200. Conradus archiepiscopus Moguntinus obiit; pro quo duo eliguntur, Lutpoldus[o] Wormaciensis episcopus et Sifridus Byrnensis[p] prepositus[1].

Anno Domini 1201. sancta Kunegundis imperatrix et virgo canonizata est ab isto papa Innocentio III.[2] Eodem anno urbs Constantinopolis capta est et spoliata a christianis plurimis rebus*.

Anno Domini 1202. rex Philippus a papa Innocentio[q] excommunicatur, et rex Otto ab eodem papa Rome in imperatorem ungitur[3], et Sifridus archiepiscopus Moguntinus confirmatur.

[Cronice[r]]. Anno Domini 1203. dux Bohemie[s] Thuringiam vastavit, et iterum veniens in Thuringiam, voluit cum rege Philippo confligere, sed territus revertitur.

Anno Domini 1204. rex Philippus Wizinse[t] obsedit, et ducem Bohemie in regem primum coronavit [illi[u] regno].

Anno Domini 1208. rex Philippus in Babinberg occisus est a palatino comite de Witelingisbach[v] et in Spira sepultus.

De II.[w] Friderico [imperatore[u]. 192].

Anno Domini 1209. papa Innocentius III. Fridericum II, filium imperatoris Heinrici VI, ad sceptrum regni sublimavit, *adhuc vivente Ottone imperatore, quem pridem idem papa excommunicaverat; et sic excommunicatus fuit usque ad obitum suum; sed in articulo mortis a prelatis absolutus est. [Fridericus[x] II, imperium adeptus, regnavit annis 30. Hic erat ingeniosus, studiosus et litterarum scientia magnus. Leges optimas propter libertatem ecclesie et contra hereticos edidit. Ipse super omnes divitiis et gloria habundavit. Tandem filios suos reges constituit super diversa regna, videlicet Conradum, Meinfridum et alios. In diebus ipsius tam Latinorum quam Thetonicorum et aliarum nationum provincie multa pace et tranquillitate et habundantia rerum gaudebant].

De landgravio Hermanno[y]. [193.]

Eo tempore landgravius[z] Thuringie *Hermannus, filius landgravii[a] Ludewici, mortuus est et sepultus [est[b]] in Ysinacho in ecclesia sancte Katherine [virginis[b]] monialium ordinis Cysterciensis, relinquens 4 filios[4], Ludewicum, Heinricum Rasponem, Conradum, Hermannum[5]. Ludewicus duxit sanctam Elysabet[c], filiam regis Ungarie, in uxorem. Heinricus Raspo postmodum unctus est in regem Romanorum. Conradus vero ordinem fratrum

*) et divitiis *add* A.

a) Bur | hardus A. b) *des.* A. c) kath. A. d) militia c. s. per A. *Chr. Min.* e) *sic* (q̄) A. B. f) *in marg suppl.* A. g) *deest* A. h) VI. *add.* A. i) Iste imperator Heinr. A. k) *des.* A. l) *deest numerus* B, *ex Indice supplevi.* m) *deest* A. n) *in marg. suppl.* A. o) Lup. A. p) *sic* A. B; *i. e.* Bunnensis. q) III. *add.* A. r) *deest* A. s) e *e corr.* A. t) Vizense, n *e corr.* A. u) *des.* A. v) bach *in marg. suppl.*, et *e corr.* A. w) Fr. II. A. x) *haec in fine cap.* 194. *ampliata leguntur in* A, *ubi* Fr. igitur. y) De landgraviis *rubro* A, *ubi numerus deest.* z) lantgr. A a) *sic h. l.* A; langr. *post superscr.* d. B. b) *deest* A. c) Elysabeth A

1) Haec propius quam ad Chr. S. Petri accedunt ad Ann. Herbipol., SS. XXIV, p. 828. 2) Cf. Chr. Minor. p. 196, Chr. S. Petri a. 1201. 3) Haec falso ex Chr. S. Petri a. 1201. et Chr. Minore p. 196. composuisse videtur. 4) Cf. 'De ortu princ.', c. 12, p. 822. Quod cum Wenck p. 63 n. haec ex fonte Reinhardsbrunnensi sumta putes, nulla exstat causa. 5) Qui fuit maior natu fratrum; v. Häutle in 'Zeitschr. f. Thür. Gesch.' V, p. 131.

domus Theotonice[a] ingressus, factus est magister ordinis eiusdem generalis[1]. Hermannus autem mortuus est, cum esset annorum[b] 15[2], et sepultus est aput patrem suum in Ysinacho.

[De[c] cronicis pluribus. 194].

Anno Domini 1212. in Accaron cepit ordo fratrum[d] domus Theotonice[3]. Eodem anno imperator Otto Wizinse[e] obsedit.

cf. Chr. S. Petri. Chr. Min.

Anno Domini 1214. [papa[f]] Innocentius III. in Lateranensi palatio[g] concilium celebravit, in quo multas constitutiones edidit.

Anno Domini 1215.[4] obiit papa Innocentius[h] Perusio et sepultus est ibidem.

Huic successit eodem anno Honorius III, a sancto Petro 188. papa ordinatus, et sedit annis 11. Hic primo anno pontificatus sui confirmavit ordinem fratrum Predicatorum, cuius institutor[i] et rector extitit sanctus Dominicus. Idem papa Fridericum secundum, filium imperatoris Heinrici VI, Rome in imperatorem consecravit.

cf. ib. — ib.

[De[k] Friderico II. Fridericus igitur II. — — gloria habundavit *ut supra c.* 192. Tandem tyrannidem contra ecclesiam exercuit, duos cardinales vinculavit, prelatos, quos Gregorius IX. ad concilium convocaverat, capi fecit et ideo ab *ipso postmodum excommunicatur. In diebus istius imperatoris[l] Friderici tam Latinorum quam Theotonicorum et[m] aliarum nationum provincie multa pace et tranquillitate et habundantia rerum gaudebant. Ipse plures filios habuit, quos reges constituit super diversa regna, videlicet Conradum, Meinfridum et alios, et filiam nomine Margaretam, de quibus dicetur infra].

Iac. c. 181. — *A f. 230'.

De sancta Elysabeth [195[r]].

Lectio[n] 1. Regnante[5] itaque imperatore Friderico secundo claruit illa benedicta inter mulieres beata Elysabeth, regis Ungarie[6] inclita filia, [soror[o] Bele ex matre[7] filia ducis Meranie]. Hanc pater suus in annis infantie, utpote existentem trium annorum, desponsavit illustri principi Ludewico, qui post patrem suum Hermannum terre Thuringorum tenuit principatum, cuius prosapia de nobilissima stirpe Karoli Magni imperatoris originem traxit. Sancta igitur Elysabeth ab infantia Spiritu[p] sancto edocta, cum ad annos nubiles pervenisset, sponso[q] lege et federe coniugali sic coniuncta[r] est, ut tamen spiritum quo filii Dei aguntur non extingueret.

Lectio[r] 2. Quamvis enim idem[s] sponsus eius genere esset nobilissimus, potentia et divitiis inclitus, moribus et virtutibus preclarus, totius corporis habitudine elegans et speciosus, ipsa quoque eum decentissimo amore diligeret, amorem tamen celestis sponsi hiis omnibus preferebat. Denique tantis divitiis, tanta pompa et fastu mundi huius fulta, tanta militum et famulorum pedissequarumque nobilium[t] sibi ministrantium catervis[u] vallata, tam preciosarum vestium serico, auro gemmisque radiantium circumfluentia adornata, ista regis filia non extollitur, sed semper semet ipsa fortior, per humilitatem excellentissimam se sibi subegit.

3.[v] Erat utique humilitatis observatrix, continentie coniugalis in quantum sibi licuisset semper amatrix, viduarum, pupillorum et aliorum desolatorum et pauperum pia mater et consolatrix, quibus se non tamquam dominam preferebat, sed tamquam amicam familiarissimam exhibebat. *Istorum namque miserie[w] compatiens, esurientes alebat, nudos vestiebat, et ad reliqua opera misericordie cum magno karitatis affectu manum largissimam extendebat[x]. Sic autem in semet ipsa concupiscentias et vicia *crucifixit, ut etiam potestates aereas in formidinem verteret, nec inimicus humani generis et filius iniquitatis sibi nocere aliquatenus prevaleret.

*A f. 231. — *B f. 298.

4. Cum autem beata Elysabet suo predilecto coniugi landgravio Ludewico unum filium Hermannum nomine et duas filias peperisset, contigit, ut idem princeps Ludewicus una cum imperatore Friderico et multa militia[y] cruce signatorum ad Terram Sanctam properaret, ut transfretantes terram quam Salvator noster sui sanguinis effusione sacraverat ipse de Sarracenorum manibus liberarent. Cum autem fines Apulie attigissent et in civitate que Ydrona[8] dicitur morarentur, dictus landgravius Ludewicus, Deo dilectus et homini-

a) Theotonicorum *A.* b) 15 a. *A.* c) *des. A.* d) d. f. *corr.* f. d. *B.* e) Wizense *A.* f) *deest A.* g) generale *add. A.* h) III. *add. A.* i) institor *post corr. B.* k) *haec h. l. add. A, quae breviora in B iam supra c.* 192. *leguntur.* l) imperatores *corr.* imperatoris *A.* m) *minio post suppl A.* n) L. 1. *des. A.* o) *des. A.* p) sancto Sp. *A.* q) suo *add. A.* r) coniungitur ut *A.* s) *eadem manu in marg. suppl. B.* t) cater *ins., statim del. B.* u) numerositate *A.* v) *numerus deest B.* w) semper *add. A.* x) exten | tendebat *A.* y) turba *A.*

1) a. 1239—1241. 2) Natus 1199. vel 1200, mortuus 1216, Dec. 31; v. Häutle l. l. 3) Hoc Chr. Minor sub a. 1200. refert. 4) 1217. Chr. Minor. 5) Cf. praef. p. 682 n. 3. 6) Andreae. 7) Gertrude. 8) Otranto.

bus, carnis debita solvens, feliciter in Domino obdormivit. Comites igitur et milites ossa[a*] domini sui utique militis Christi inde tollentes, non sine magno planctu et lacrimis ad terram Thuringiam revexerunt et in monasterio quod Reinherisburnin[a] dicitur sepelierunt anno[b] Domini 1227[1].

5\. Beata igitur Elysabet[c] sponso suo fidissimo sic orbata, cum tribus infantulis suis omni solatio destituta relinquitur. Quam etiam quidam vasalli mariti sui crudeli infamia denigrantes, de castro [quod* Wartberg dicitur] eiecerunt. Ipsa autem[d] in solo Christo spem ponens manumque mittens ad fortia, omnia que de dotaliciis suis habere poterat et que de regia aula patris[e] in auro et argento et ornamentis secum attulerat in usus pauperum convertebat, aput civitatem Hassie que Martburg dicitur hospitalis iaciens[f] fundamenta[2]. Et que quondam sericis et auratis vestibus tegebatur, nunc in vili habitu et pannoso[g] cum pedissequis suis sibi adherentibus *in eodem hospitali ipsa paupercula pauperibus humiliter serviebat, ac ibidem vagos quosque et exules[h] atque infirmos colligens, unicuique secundum facultatem domus necessaria ministrabat. Pauperes quoque sordidos, quos etiam infimi famuli domus abhorrebant, ipsa manibus suis humiliter abluebat, feminas debiles ad necessaria deportabat, infantes egentium quasi nutrix alebat[3]. **A f. 231.*

[Lectio[i] 6. Interea pater suus sollempnes legatos ad ipsam destinavit. Qui dum eam sic humilem respexissent, suspirantes dixerunt: 'Non est hic habitus filie regis'! Illius autem vultus non est in diversa mutatus, quam nullus amor transitorius ab amore Christi potuit separare[4]. Neminem abhorrebat, in tantum ut etiam leprosos aleret et eorum aliorumque[k] pedes lavaret. Multa abinde Dominus per eam in vita sua miracula operatus est, sed ipsa studuit eadem attentius occultare. Mater eius, que ab Ungaris miserabiliter perempta iam dudum fuerat, eidem in sompnis apparuit genibusque curvatis dixit: 'Mea dilecta filia, ora pro doloribus meis, quos adhuc patior, quia negligenter vixi. Potes etenim'. Evigilans autem sancta Elysabet surrexit, et cum fletu orans, iterum obdormivit. Adest mater, et gratias agens, se asserit liberatam et cunctis eam invocantibus eius orationes profuturas]. *cf Theod. VI, 8*

7.[l] Accidit[m.5], ut quadam die pauper valde gravi morbo *infectus ad hospitalis hostium procidens sterneretur. Quo comperto, beata Elysabet statim accurrens, miseratione plena interrogat, si quid cibi sumere affectaret. Ille autem respondens dicebat, se recentes pisciculos appetere[n] supra modum. Tunc illa conversa ad famulos domus dixit: 'Eya[o], quis miserebitur mei[p] et pauperis huius, ut pisces recentes habeat?' Igitur famuli ad forum currentes, nichil piscium penitus invenerunt. Cumque vacui[q] redissent, beata Elysabet [utpote[r] pia materfamilias] ilico pelvim arripuit[s], et ad fluvium qui ante hospitale defluit properans, tantam copiam piscium cum pelvi uno haustu prendidit[t], ut pelvis ex aqua ab aliis accurrentibus vix elevari posset. Quibus decoctis, statim ut infirmus de ipsis gustavit, continuo sanitatem recepit. **B f. 298*

8.[u] Dum quadam die quadragesime beata Elysabet ieiuniis et orationibus fessa de capella ad domunculam suam redisset, extra se[v] quodammodo rapta, in sinum unius pedissequarum suarum que Ysintrudis vocabatur corruit, [versaque[r] contra quandam fenestram], fixis quoque[w] oculis in celum, nichil deforis sentiens, nunc in fletum, nunc in risum resoluta[x], [in[y] hec verba prorupit: 'Ita, Domine, si vis esse mecum, volo esse tecum, numquam a te volo separari']. Cum igitur ad sensum redisset, dicta Ysintrudis nobilis femina, exclusis omnibus excepta una puella, cepit dominam suam sollicite interrogare, quomodo sibi fuisset vel quid vidisset. Illa autem valde difficulter[z] acquiescens precibus supplicantis, tandem respondens ait: 'Vidi dominum Ihesum Christum vultum suum speciosissimum[a] modo a[b] me avertentem, modo mihi exhibentem atque dicentem: *'Si vis esse mecum, et ego ero tecum'. Cui ego respondi: 'Ita[c], Domine, volo esse tecum, si vis esse mecum, numquam a te volo separari'. *Dicta III* **A f. 232*

Lectio[e] 9.[d] Adpropinquante autem die salutis et iocunditatis, quo eam sponsus celestis ad eternum dignatus est vocare convivium, cepit beata Elysabet gravi totius corporis infirmitate languescere. [Cui[y.6] Dominus in visu apparuit dicens: 'Veni, electa mea, in prepa-

*) *Pro uncis inclusis habet A:* et aliis possessionibus[7].

a*) corpus *A.* a) Reinherisbornin *A.* b) a. D. 1227. *eadem manus minutioribus litteris post suppl. A.* c) Elyzabet *hoc loco A.* d) *in marg. suppl. prima manu A.* e) sui *add. A.* f) iaiciens *puncto supposito* i *del. B.* g) p̄anoso *A.* h) q. pauperes et inf. *A.* i) *haec lectio deest A.* k) que *superscr. manus 2. B.* l) 6. *A.* m) autem *add. A.* n) s. m. a. *A.* o) Eia *A.* p) *in marg. suppl. B.* q) *in marg. prima manu suppl. A.* r) *des. A.* s) arripiens *A.* t) *sic A. B.* u) 7. *A.* v) *superscr. A.* w) fixisque *A.* x) resolvitur *A.* y) *des. A.* z) dific. *A.* a) speciosimum *B.* b) m. mihi exh. modo avert. et d. *A.* c) *deest A.* d) 8. *A.*

1) Cf. Chr. Min. p. 198; Ann. Reinh. p. 209 sqq. 2) Cf. Dicta III, col. 2022. 3) Cf. Dicta IV, col. 2027; Conradi ep. apud Kuchenbecker, Anal. Hass. IX, p. 112. 4) Multo aliter de hac legatione refertur in Dictis p. 2028, et a Theoderico VI, 6, qui haec sequitur. 5) Hanc fabellam a nostro aliquatenus recedens narrat Ioh. Rothe, Vita S. Elisabeth §. 14, apud Mencken, SS. II, col. 2087, et 'Düringische Chronik' §. 435, ed. Liliencron p. 353. 6) Haec — *tabernacula* habent etiam Theodericus VIII, 1. et Iac. c. 168, p. 764. 7) Sic Dicta III, col. 2019.

rata tibi intra[a] tabernacula']. Hinc[b] ad extremam horam deveniens, exitum[c] suum sacramentorum ecclesiasticorum[d] perceptione munivit. Cumque iam spiritus tenderet ad Dominum, qui dedit[e] illum, audita est in gutture agonizantis melodia responsorii: *Regnum[f] mundi et omnem ornatum* et cetera[1]. Et sic felix illa anima cum iubilo evolavit ad Christum anno[g] Domini 1231. [Statimque[g*] odor nimius omnes perfudit]. 5

A.

Dicta 9. Honorifice autem sepulta est in capella hospitalis in Martburg, ubi inter innumera que ibi divina largitate fiunt miracula 16 mortui suscitati sunt et, quod raro auditum est, cecus quidam a nativitate, cui etiam nec sedes oculorum erant, sed[h] super locum oculis naturaliter deputatum integram pellem habebat sicut in genis et fronte. Hic ergo, beate Elysabet suffragantibus meritis, per temporum momenta et oculorum recepit instrumenta et lucida visus officia; ipso prestante qui *B f. 299. vi[vit] et cetera[2].

B.

Honorifice sepulta est in capella hospitalis in Martburg, quam pluribus abbatibus et religiosis, nullo vocante sed divina disponente providentia, ibidem coadunatis. Ad tumbam eius, meritis ipsius suffragantibus, cecis visus, surdis 10 auditus, claudis gressus redditur, lingua mutorum diserta efficitur, paralytici, epylentici curantur, captivi compedes et carceres evadunt, leprosi mundantur, mortui suscitantur, prestante bonorum[i] omnium largitore.

Lectio 10.[k] Et cum ad minus 16 mortuorum po- 15 tens fuerit suscitatrix, * hanc gratiam cum ceteris sanctis habens communem, tamen specialiter eam Dominus in illuminatione ceci nati tamquam electam ex milibus decoravit. Iste etenim sic cecus natus est, ut etiam nec sedes oculorum haberet, sed super locum oculis naturaliter deputatum integram pellem sicut in genis et fronte; qui, ut multi religiosi testes hoc videntes affir- 20 mant, meritis huius sancte Elysabet per temporum momenta et oculorum recepit instrumenta et lucida visus officia. Hiis aliisque innumeris virtutibus et miraculis coram domino papa Gregorio IX. et senatu venerabilium cardinalium examinatis et approbatis, ipse summus pontifex consensu omnium et applausu hanc gloriosam et benedictam Elysabet sanctorum cathalogo annotavit anno 25 Domini 1235[3]. Sequenti igitur anno, dum sancta ossa ipsius transferri deberent, multitudo cleri et populi innumerabilis ad tumbam eius aput civitatem Martburg confluxit. Sed et imperator Fridericus cum episcopis et prelatis atque principibus ibidem affuit et coronam auream obtulit multaque privilegia et donaria largiter tribuit[4]. Translatione ergo sollempniter peracta, singuli 30 ad propria cum gaudio redierunt. Demum de sanctis ossibus huius famule Christi sacrum oleum resudans multis proficit in salutem, prestante Ihesu Christo, qui cum Deo Patre et Spiritu sancto[l] vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

[De[m] cronicis. 196]. 35

1218. Anno Domini 1217. imperator Otto obiit in Brunswic[n].

Anno Domini 1221. beatus Dominicus migravit ad Christum et sepultus est in civitate Chr S Petri Bononia. Eodem anno Iudei in Erphordia occisi sunt.

Chr. Min [Cronice]. Anno Domini 1222[5]. Engelbertus Coloniensis archiepiscopus occisus est a comite Friderico de Ysinberg, qui et ipse in ultionem fusi sanguinis crurifragio interiit. Eodem anno Damiata* a Sarracenis 40 resumpta est.

Anno Domini 1223. ordo fratrum Minorum confirmatus est ab Honorio papa.

Anno Domini 1224. Tartari magnam multitudinem Ruthenorum prostraverunt.

Chr. Min. Anno Domini 1226. beatus Franciscus institutor ordinis fratrum[o] Minorum pie[p] obiit

*A f. 232'. [Cronice[q]]. Anno Domini 1227. *Gregorius IX. a sancto Petro 189. papa ordinatur. Eodem anno, ut 45 Chr S Petri. supra dictum est[6], imperator Fridericus[r] cum multa turba cruce signatorum ad Sanctam Terram pro- Chr Min. peravit; sed illud passagium impeditum fuit[7].

Anno Domini 1228. Iherusalem christianis restituitur. Gens Scotorum tunc temporis fere duobus annis discurrendo terras pertransiit.

*) id est Damascus *add. A.* 50

a) b *ins. sed del. B.* b) Tandem *A.* c) perceptis ecclesiasticis sacramentis cum iam sp. *A.* d) *in marg. suppl. prima manu B.* e) *minio alia manu in loco raso B.* f) Regū *B.* g) a. D. 1231. *eadem manu minutioribus literis in inferiore marg. suppl. A.* g*) *des. A.* h) *prima manu in marg. suppl. A.* i) *manu 1. in loco raso B.* k) *numerus deest B.* l) *suppl. manu 1. in marg. B.* m) *des. A; numerus deest etiam B.* n) Bruniswic *A.* o) ordinis *iterum ins., sed del. B* p) migravit ad Christum *A.* q) *deest A.* r) II. *add. A.* 55

1) Haec nusquam alibi legi. 2) Cf. Iac., Leg. Aur. c. 168, § 12, p. 769. 3) Cf. Dicta col. 2010; Theod. VIII, 8, 9; Ann. Erphord. p. 31. 4) Cf. Theod. VIII, 10. 12; Chr. Min. p. 198; Caesar. Heisterbac. apud Städtler, 'Leben der h. Elisabeth' p. 588 sqq. 5) Chr. Minor haec recte sub a. 1225. refert. 6) C. 195, l. 4. 7) Chron. S. Petri et Chron. Min. componendo utriusque pervertit sententiam Sifridus. 60

Anno Domini 1230. archiepiscopus Moguntinus Sifridus II. obiit in Erphordia; cui Sifridus tercius successit[1].

[De[a] filiis beate Elysabet. 197].

Anno Domini 1231. beata Elysabet transiit, relinquens unum filium nomine[b] Hermannum et duas filias, quarum unam[2] dux Brabantie[c,3] accepit uxorem, altera vero Gerdrudis nomine monasterium[4] ingressa, celibem vitam duxit. Hermannus autem landgravius, filius landgravii Ludewici et sancte[d] Elysabeth, ducens uxorem[5], post celebratas nuptias veneno peremptus est a quadam malefica[d*] nomine Berchta[e] de Seberg[6], que fuit *uxor cuiusdam nobilis de curia dicti principis. Iste ergo [landgravius[f]] Hermannus mortuus est, non relinquens heredem[g]. Eodem tempore dux Bawarie Ludewicus occisus est ab assisinis [ut[h] dicebatur] missis ab imperatore Friderico[7].

[De[h] marchione Heinrico. 198].

Hoc tempore marchio Misnensis Heinricus, [cognatus[h,8] landgravii Thuringorum Ludewici et fratrum suorum], cum haberet duos filios Adelbertum et Dŷthericum[i], quos genuerat ei nobilis et inclita princeps [Constantia[k]], filia ducis Austrie[l,9], cum magna pompa et fastu venit ad curiam imperatoris Friderici, petens filiam ipsius[m] cesaris Margaretam dari filio suo in uxorem[10]. Iste[n] princeps marchio Heinricus divitiis et gloria omnes[o] principes[p] Germanie excellebat; [eratque[h] largus valde et munificus, multa militum et famulorum caterva munitus, semper hylaris, semper vivens in magnis deliciis et honore. Hic non solum baronibus et militibus, capellanis et famulis suis, immo etiam aliis principibus et nobilibus victum et preciosum vestitum habundanter et largiter tribuebat]. In[q] tanta autem gloria et prodigalitate in curia cesaris apparuit, ut non solum principes et nobiles, sed et ipse imperator et augustus in stuporem verteretur. Tandem adepta filia imperatoris, tradidit eam Adelberto[r], filio suo, in uxorem, quem procedente tempore landgravium constituit[s] Thuringorum. Hec[t] genuit dicto Adelberto tres filios, Heinricum, Fridericum, Diethericum[u].

[De[h] cronicis multis. 199].

Anno Domini 1232. in Theotonia multi[v] heretici cremati et tonsorati sunt *a magistro Conrado de Martburg ex commissione domini pape Gregorii IX.[w,1]

Anno Domini 1233. idem magister Conradus de Martburg, predicator verbi Dei, confessor beate Elysabet, occisus est et sepultus aput[x] Marburg[y] in ecclesia sancte Elysabet.

[Cronice[f]]. Anno Domini 1235. canonizata est beata Elysabet landgravia Thuringorum a papa Gregorio IX.

Anno Domini 1236, presente imperatore[z] Friderico et innumerabili populi multitudine, beata Elysabet* translata est.

Anno Domini 1238 Tartari in Ungaria et in Polonia milia[a] multa christianorum occiderunt. Contra ipsos Gregorius papa fecit crucem predicari. Similiter contra Stelingos, de quibus quinque milia hominum** a cruce signatis occisi sunt. Eodem anno landgravius Conradus, frater Ludewici, Fritschelarensibus[b] humiliter satisfecit[11], et intrans ordinem fratrum domus Theotonice[12], vitam in bonis operibus consummavit. Et hic sepultus est aput[c] Martburg in ecclesia beate[d] Elysabeth, [ubi[h] fratres domus Theotonice magnum habent conventum militum et clericorum et aliorum fratrum ordinis; ibique pauperibus et advenis karitative victus necessaria ministrantur].

*) in Martburg quiescens *add. A.* **) et plures *add. A.*

a) *pro his habet* Nota *rubro A.* b) H. n. *A.* c) Brabancie *A.* d) beate Elysab; *A.* d*) malif. *corr.* malef *A* e) Berhcta *A.* f) *deest A.* g) filios *A.* h) *des. A.* i) Theodericum *A.* k) *in marg. suppl B; deest A.* l) Austrice *corr. eraso* e *A.* m) suam M. *A.* n) namque *add. A.* o) princeps *ms del. B.* p) totius *add. A.* q) et in t. g. *A.* r) f. s. Ad. *A.* s) consti *alio atram. in loco raso A.* t) Ipsa autem peperit d. *A.* u) et Theodericum *A.* v) *bis scr. A, ubi* cr. s et t. a m. w) *erasum B.* x) in *A.* y) *ita h. l. B;* Martburg *A.* z) Fr. imp. *A.* a) multa milia *A* b) Fritscel. *post corr.* Fritschel. *B, et ita A.* c) *deest A* d) sancte *A*

1) Haec in Chr. S. Petri ex Ann. Erphord. exscripta sunt. 2) Sophiam. 3) Heinricus II. 4) Altenberg prope Wetzlar. 5) Helenam, filiam Ottonis ducis de Brunswic. Cf. Alb. Stad. a. 1239, p. 369. 6) Cf. Ann. Reinhardsbr. p. 223. 7) Cf. Chr. Minor. p. 200. 8) scil. nepos, cum mater eius soror fuerit Ludewici. 9) Leopoldi VII. 10) Cf. de hoc loco Tittmann, 'Heinrich der Erlauchte' II, p. 184. Adelbertus a. 1240. demum natus est. 11) Cf. Ann. Erphord. p. 32. Oblitus est noster narrare iniuriam Fritzlarensibus a. 1232. factam, ibid. p. 27 sq. 12) Quod iam a. 1234, Nov. fecit; Ann. Erphord. p. 30.

[Cronice[a]]. Anno Domini 1239. spinea Domini corona a rege Francie recepta est[1].
Eodem anno papa Gregorius excommunicavit imperatorem Fridericum, obiciens ei multos graves articulos.

[Cronice[a]]. Anno Domini 1241. Gregorio IX defuncto, Celestinus IIII. a sancto Petro 190. papa ordinatus, sedit diebus 16. Quo defuncto*, vacabat sedes fere duobus annis. Eodem anno gens Tartarorum ducem Polonorum cum centum milibus occidit, et multi profugi in Thuringiam et Misnam venerunt. Hoc[2] anno fuit generalis eclypsis[b] solis in octava sancti Mychaelis.

Anno Domini 1242. Tartari in Ungaria multa milia hominum occiderunt.

[De[c] octava beate virginis. 200].

Anno Domini 1243. Innocentius IIII, a sancto Petro 191. papa[d] ordinatus, Lugduno mansit per octo annos[e]

Anno Domini 1245. Innocentius papa concilium Lugduni[f] celebravit, *in quo constituit, ut octava nativitatis beate virginis ab omnibus clericis et religiosis annuatim sollempniter celebretur. Cuius causa hec fuit:[g] Gregorio IX. defuncto, Romani omnes cardinales in quodam conclavi concluserunt[h], ut citius ecclesie in electione pape provideretur Sed cum per plures dies concordare non possent, et ipsi a Romanis multas molestias sustinerent, voverunt regine celi, quod, si eius meritis concordarent et abire possent, octavas sue nativitatis diu neglectas de cetero statuerent celebrandas. Sicque in dominum Celestinum convenerunt; et liberati, per dominum Innocentium impleverunt. Celestinus enim tantum 16 diebus supervixit, et ideo per eum implere[i] non potuerunt.

Dies vero nativitatis beate virginis aliquanto — — universaliter statuerunt. Sed hoc factum est multo tempore ante institutionem octave.

Epyscopus quidam beatam virginem — — ceteris autem respondentibus: *Iac. c.* 131, § 3.

Dictus papa Innocentius in iam dicto concilio imperatorem Fridericum* sententialiter imperiali dignitate privavit.

[De[k] rege Heinrico. 201].

Anno Domini 1246. landgravius Thuringie Heinricus cognomine Raspe in regem Romanorum electus est, annuente papa Innocentio, qui eidem regi Heinrico infinitam pecuniam misit[3], ut imperatori Friderico prevalere posset. Eodem anno dux Austrie[4], cum uno die bis triumphasset, in ipso conflictu a propriis hominibus occisus est.

[De[l] conflictu regum. 202[m]].

Anno Domini 1247. rex Romanorum Heinricus[n] Conradum, filium imperatoris Friderici, aput Franconvord in die sancti Oswaldi regis prelio vicit[5]. Eodem anno idem rex Heinricus VII. mortuus est et sepultus aput patrem suum[o] landgravium Hermannum in Ysenacho[p], in ecclesia sanctimonialium ordinis Cysterciensis[3]. Et in isto defecerunt illi nobiles principes Thuringie qui de prosapia Karoli Magni imperatoris originem traxerant.

A.	*B.*
Tunc marchio Misnensis Heinricus, qui provisor orphanorum sancte Elysabet esse debuerat, terras eorum sibi usurpavit et Albertum, filium suum maiorem, landgravium Thuringorum constituit.	Tunc marchio Misnensis Heinricus Thuringiam et Saxonie palatiam sibi usurpavit.

Quam ob rem grande bellum inter ipsum et ducissam Brabantie[6,**] postmodum est exortum.

[De[l] rege Wilhelmo. 203[m]].

Anno Domini 1248 comes[q] Hollandie Willehelmus in regem[r] Romanorum electus est* et civitatem Aquisgrani expugnavit, ac ibidem a duobus cardinalibus coronatus, regalem accepit benedictionem. Eodem anno obiit dux Brabancie[7].

[De[l] rege Francie. 204[m]].

Anno Domini 1249. rex Francie Ludewicus Damiatam expugnavit et in possessione pacifica habuit. Postea in brevi a soldano captus est, et centum milia marcarum dedit et Damiatam restituit. Eodem anno obiit archiepiscopus Moguntinus Sifridus. Cui successit Christianus.

*) propter crimina sua *add. A.* **) filiam scilicet sancte Elysabet *add. A.*

a) *deest A.* b) eclipsis *A.* c) De o. b. *in loco raso B; haec des. A.* d) *deest A.* e) et . . . *(erasum) add. B.* f) Lugd[5] *A. B.* g) De beata virgine *minio ins. A.* h) incl. *A.* i) impleri n. potuit *A. Iac.*; Item *minio ins. A.* k) *post in marg. suppl. ut supra in Indice B; des. A.* l) *des. A.* m) *numerus post in marg. suppl. B.* n) regem *add. A.* o) *post in marg. suppl. B.* p) Ysinacho *A.* q) W. c. H. *A.* r) Rege *iterum ins., del. B.*

1) Cf. Vinc. Memor., SS. XXIV, p. 161. 2) Hoc male ad a. 1242. quidam codices Chr. Minoris referunt. 3) Cf. Ann. Erphord. p. 35. 4) Fridericus II. 5) Cf. Chr. Minor., ubi *in die s. Dominici*, et Ann. Erphord., ubi *Non. Aug.*, qui omnes = Aug. 5. 6) Sophiam. 7) Heinricus II.

Anno Domini 1250. rex Dacie[1], procurante fratre suo Abel, per traditionem et fraudem miserabiliter est occisus. cf. Ann. Erphord.

[De[a] legato Hugone. 205[b]].

Anno Domini 1251. dominus Hugo cardinalis, in Theotoniam[c] legatus missus, Willehelmum[d] regem confirmavit, Christianum archiepiscopum Moguntinum destituit, Gerhardum eidem[e] subrogavit. Ann. Erphord.

[De[a] morte Friderici imperatoris. 206].

Anno Domini 1252. imperator Fridericus [II.[a] ad extrema vite deveniens, perceptis ecclesiasticis sacramentis] mortuus est et sepultus aput Fogiam. Chr. Min.

Anno Domini 1253. rex Wilhelmus contra comitissam Flandrie[2] pugnavit et victoriam habuit. Eodem anno obiit rex Bohemie[3]. Ann. Erphord.

[De[a] papa Alexandro. 207].

Anno Domini 1254, defuncto [papa[f]] Innocentio IIII, Alexander IIII. a sancto Petro 192. papa ordinatur. [Hic* sequenti anno] Ezelinum de Tervis, tortorem christianorum, interfectorem[g] 60 fratrum Minorum et aliorum plurimorum fidelium, pro heretico cum omnibus fautoribus suis condempnavit. Chr. Min.

[De[h] morte Wilhelmi. 208].

Anno Domini 1256. rex Wilhelmus in Frisia occisus est a Frisonibus. Chr. Min. et Chr. S. Petri.

Anno Domini 1258. Tartari[i] expugnaverunt partes orientales, videlicet regnum Indie, regnum Armenie, regnum Nynive, regnum de Baldach[k], regnum etiam Iherosolimitanum, Antyochiam et partes christianorum ultra mare. Chr. Min.

[De[a] ducissa Brabantie. 209[b]].

Anno Domini 1259.[l] Gerhardus archiepiscopus Moguntinus mortuus est in Erphordia[m] et sepultus ibidem. Cui successit Wernherus. Eodem anno ducissa Brabancie[n], filia beate Elysabeth, *cum magno exercitu *et armis bellicis intravit Thuringiam, ducens secum filium suum landgravium Hassie[4], qui tunc erat annorum 12, dictamque terram spoliis et incendiis devastavit, quia marchio Misnensis Heinricus predictam sibi terram usurpaverat, cum tamen[o] filius iam dicte ducisse, landgravius scilicet Hassie, propinquior esset heres. Chr. S. Petri; *B f. 301 *A f. 235

[De[p] nygromantico in Vriberg. 210[b].

In diebus istius marchionis Heinrici accidit quiddam valde miserabile et horrendum in Vriberg[5], civitate dicti principis. Quidam enim scolaris in iam dicta civitate amore cuiusdam puelle nimium stimulatus, consilium et suffragium a quodam nygromantico promissa sibi pecunia requisivit, ut sibi puellam impetret memoratam. Ille ergo[q] in quoddam cellarium scolarem eundem secum ducens, et speras ac figuras, ut assolent, circum se super pavimentum describens, cepit legere dyabolicas coniurationes. Postquam autem multa fantasmata dyaboli se utriusque oculis ingessissent, tandem dyabolus in forma illius puelle supradicte ibidem apparuit seque[r] illi in eius amore ardenti eminus exhibebat. Ille ergo ceco amore ductus, cum manum extra speram extenderet, volens amasiam suam apprehendere, statim a demonio arreptus et ab eo parietibus cellarii allisus et conquassatus, super nygromanticum illum mortuus est proiectus. Tunc ille fere exanimis factus, inde se movere non potuit, sed toto residuo illius noctis mortuum super se prostratum sustinens, voces miserabiles clamitabat. Mane autem facto multi de civitate, auditis huiusmodi clamoribus, conturbati et territi convenerunt et ipsum inde seminecem eduxerunt].

[De[a] archiepiscopis et flagellatoribus. 211].

Anno Domini 1260. soldanus Babylonie, rex Egypti, resumptis viribus, cum exercitu barbarorum clam irruit in castra Tartarorum et multa ex[s] eis milia interfecit. Hoc anno 4 metropolitani, scilicet Moguntinus, Treverensis, Bremensis[t], Magdeburgensis[6], a papa Alexandro IIII. Rome consecrati sunt. Eodem anno multa milia flagellatorum prodierunt in mundum, dicentes, hominem ab omnibus peccatis absolvi, si in tali secta per unum mensem iret. Chr. Min.; ib. 1261

*) *Pro uncis inclusis habet A:* Anno Domini 1255. Alexander papa.

a) *des. A.* b) *numerus post in marg. suppl. B.* c) Thet. *post corr.* Theot. *B.* d) Wilhelmum *A.* e) ei *A.* f) *deest A.* g) et int. *A.* h) *post in marg. suppl. B; des A.* i) potentissime *add. A.* k) potentissimum *add. A.* l) *post* I *eraso corr.* MCCLX. *B.* m) Erfordia *A.* n) Brabantie, e *e corr. A.* o) *deest A.* p) *hoc caput deest A.* q) *in marg. eadem manu suppl. B.* r) que *in marg. suppl. B.* s) milia ex eis *A.* t) Magd. Br. *A*

1) Ericus. 2) Margaretham. 3) Wenzeslaus I. 4) Heinricum, tum iam 15 annos natum. 5) Freiberg. 6) Wernerus, Heinricus II, Hildeboldus, Rupertus.

[De[a] conciliis et Friderico. 212].

Chr Min. Anno Domini 1261. celebrata sunt concilia in Moguntia ab archiepiscopo Wernhero et alias ab aliis archiepiscopis, iubente papa Alexandro, contra Tartaros et alia pericula, ut per[b] verbum crucis et orationes fidelium inimicis ecclesie resisteretur. Eodem anno obiit papa Alexander IIII. Cui successit Urbanus IIII, a sancto Petro 193. papa ordinatus

Anno Domini 1262. venit quidam cum exercitu magno, dicens se esse imperatorem Fridericum, qui ante decem annos mortuus fuerat.

[De[a] conflictu principum. 213].

ib Anno Domini 1263, in vigilia apostolorum Symonis et Iude illustres principes Adelbertus Thuringie landgravius et germanus suus marchio[c] Dythericus de Landisberg conflictum habuerunt cum duce Saxonie Adelberto, et* gloriose triumphantes, ceperunt ipsum ducem et comitem Heinricum de Anehald et alios plures comites et nobiles.

Anno Domini 1264. stella que dicitur cometes visa est.

[De[a] Clemente papa et Meinfrido. 214].

B f 301'. Anno Domini 1265. Clemens IIII. a sancto Petro 194. papa ordinatur. Hic cum Meinfrido rege Apulie, filio imperatoris Friderici, grave prelium habuit. Eodem anno soldanus Babylonie inpugnans christianos in Terra *A f. 235'. Sancta, *cepit Azotum castrum domus Hospitalis et castrum et civitatem Cesaream et civitatem Caypham.

[De[a] conflictu regum. 215].

Chr Min Cont I. Anno Domini 1266. Clemens papa precepit crucem cum magna indulgentia predicari in subsidium Terre Sancte. Eodem anno[d] comes Karolus, frater regis Francie Ludewici, conflixit cum Meinfrido[e] rege, filio imperatoris[f] Friderici, et vicit et occidit eum. Quo facto, papa fecit Karolum regem Sicilie. Eodem anno[g] comes de Hoenlo et cives Wurceburgenses conflixerunt cum comite Hermanno de Henninberg aput civitatem Kytzingen, iuxta Mogum fluvium, pro episcopatu, quia duo per dissensionem electi fuerant[1]. Sed comes de Hoenlo[h], omnibus[i] suis cruce signatis, victoriam habuit. Hoc etiam anno soldanus Babylonie subiugavit sibi Iherusalem, Bethleem[k], Nazareth, Galyleam totam et alias multas[l] municiones Cepit etiam et suffodiens expugnavit castrum munitissimum quod dicitur Iaphet[m], in quo fratres domus Theotonice et alios christianos inventos duris vinculis constrinxit ad duo milia et plures[n]. Hos[o] omnes in fide examinari fecit. Ipsi vero omnes preter octo in confessione Christi occisi sunt

[De[a] cruce signatis. 216].

ib. Anno Domini 1267. cruce signati sunt in subsidium Terre Sancte rex Francie Ludewicus, rex Anglie, rex Arragonie, rex Navarre, archiepiscopus Rotomagensis et alii plures. Eodem anno beata Hedewigis, quondam ducissa Polonie, canonizata est a papa Clemente.

[De[a] Conrado et Karolo. 217].

ib Anno Domini 1268.[p] Clemens papa crucem predicari fecit contra [regem[q]] Conradum, filium imperatoris Friderici, et contra[q] civitates Tuscie et Longobardie sibi adherentes. Inito autem conflictu inter Conradum et Karolum, victoriam habuit Conradus[2]. Sed a quodam potente Longobardo[3] in munitionem receptus, traditus est fraudulenter cum marchione de Baden[4] et comite Pisano[5]. Qui post *A f 236 paucos dies a Karolo capitalem sententiam acceperunt, *prius tamen confessione[r] facta et missa[s] audita. Post hec protinus papa Clemens IIII. in Bitervio defunctus est. Post quem vacabat sedes 4 annis[6].

Anno Domini 1269. soldanus expugnavit Antyochiam et occidit in ea multa milia hominum.

[De[a] filia imperatoris. 218].

ib. Anno Domini 1270. obiit rex Ungarie Bela. Eodem anno inclita et nobilissima princeps Margareta, filia imperatoris Friderici, Thuringie landgravia[t,7], cum multas contumelias et etiam comminationes mortis a marito suo landgravio Adelberto indigne pertulisset, tandem existens in castro Wartberg, suffragio cuiusdam militis per murum in sporta de altissima rupe eiusdem montis castri dimissa, cum duabus tantum pedissequis et duobus camerariis[u] fugam iniit. Ipsa namque inter ceteras pedissequas suas unam habuit que Kunegundis de *B f 302. Ysinberg vocabatur, *quam ipse landgravius[t] amans et cum ea frequenter adulterans[v], filiam cesaris exosam habuit et despectam. Abbas autem Fuldensis[w,8] dictam filiam impe-

*) Quo devicto, ceperunt eum et com. *A.*

a) *des. A.* b) *superscr. A.* c) Theodericus m. *A.* d) *in marg. suppl. A.* e) r. M. *A.* f) F. i. *A.* g) *in marg. suppl. B.* h) cum *ins. erasum A.* i) o *e corr. A.* k) N. Bethl. *A.* l) mun. multas *A.* m) Iapheth *A;* Saphet *Chr. Minor.* n) *e corr. B.* o) s *minio post corr. B.* p) MCCCLXVIII. *corr.* MCCLXVIII. *B.* q) *deest A.* r) f. c. *A.* s) a. m. *A.* t) langr. *A.* u) cubiculariis *A.* v) adulterando *A.* w) Fulden | densis *radendo corr. B*

1) scilicet Conradus de Trimberg et Bertholdus de Henneberg. Haec in Chr. Min. Cont. et Chr. S. Petri aliter narrata sunt. 2) Victus aufugit. 3) Iohanne Frangipani domino de Astura. 4) Friderico. 5) Gerhardo. 6) *fere tribus annis* Chr. Min. Cont. 7) Haec verba sapiunt Chron. Min. Cont., ubi vero hoc anno Margaretham tantum obiisse narratur. Cetera bene cum Ann. Reinhardsbr. a. 1269, p. 239 sq., concordant. 8) Bertholdus.

ratoris fugientem usque Franconevord deduci fecit; ubi a civibus honorifice suscepta et pertractata, ibidem defuncta est eodem anno et honore regio tumulata per archiepiscopum Moguntinum.

[De[a] papa Gregorio decimo et fame valida. 219].

5 Anno Domini 1271. in Bitervio electus est dominus[b] Theobaldus archidyaconus ecclesie Leodicensis in summum pontificem et Gregorius X. nomen sortitus. Eodem anno in Theotonia fames valida fuit et tribus annis duravit, ita quod multi homines fame perierunt.

Chr Min. Cont. I — Chr S. Petri a. 1272.

Anno Domini 1272. Gregorius X, a sancto Petro 195. papa ordinatus, cum sollempni comitatu intravit urbem Romam. Nam ante ipsum nullus papa infra 11 annos intraverat propter rebellionem Romanorum. Eodem anno rex Ungarie 10 Stephanus post plura prelia[c] inter ipsum et regem Bohemie Odakarum habita[d] mortuus est.

Chr Min. Cont. I

[De[a] rege Rudolfo. 220].

Anno Domini 1273, in festo Mychaelis *in Franconevord[e] electus est in regem Romanorum comes Rudolfus de Habichisburg [provincie[a] Alsatie] et statim Aquisgrani coronatus.

*A f. 236'. Sept. 29.

15 Anno Domini 1274. Lugduni celebratum est concilium magnum, presidente papa Gregorio X. Hic electionem regis Rudolfi confirmavit, reprobatis nunciis regis Hyspanie et regis Bohemie. [Ipse[a] namque rex Bohemie Odakarus sollempnes nuncios et multam pecuniam et munera ad curiam domini pape Gregorii transmiserat, eo quod ipse ad imperium aspiraret. Papa autem munera non adtendens, circumsedentibus sic dicebat: 'Cum 20 in Alemannia plures principes et comites habeamus[f], quare vellemus Sclavum ad imperium sublimare'?]

[g]Rudolfus itaque imperium adeptus, regnavit annis 18. Iste in diebus suis[h] tranquillam pacem procuravit, equus iudex diviti et pauperi exstitit[i], ecclesias et pauperes defendit et protexit,

25 *A.*

raptores et iniquos exstirpavit. Cum videret, quod milites non permitterent pauperem vel humilem personam ad ipsum accedere, dixit eis: 'Pro Deo date hominibus accessum; non 30 enim propter hoc ad regnum sublimatus sum, ut pauperibus in archa precludar'.

B.

Cum videret milites pauperibus vel humilibus[k] personis sibi loqui cupientibus accessum prohibere, dixit eis: 'Pro Deo date hominibus accedendi locum; non enim[l] propter hoc ad imperium sum electus, ut hominibus in archa precludar'.

Ubicumque processit, si conspexit aliquem sibi[m] loqui cupientem[m], statim se illi exhibuit ad confabulandum. Ipse[n] denique[o] omnibus se exposuit et neminem contempsit. Strennuus erat in armis, in religione christiana fidelis. Et cum esset mire prudentie et iam provecte 35 etatis, hilaris tamen et iocundus semper exstitit[i], et cum magna [modestia[p] et] mansuetudine imperium gubernavit.

A.

Anno Domini 1275. archiepiscopus Mag- 40 deburgensis et marchio Dythericus de Landisberg cum magno exercitu armis hostilibus Thuringiam invaserunt. Quos landgravius Thuringie Adelbertus, collecto exercitu mille equitum, in fugam convertit et de terra sua 45 potenter eiecit.

B.

De landgravio et marchione. 221.

Anno Domini 1275. orta discordia inter nobiles principes Adelbertum Thuringorum landgravium et fratrem suum Dyethericum marchionem de Landisberg, idem marchio Dyethericus[q] et archiepiscopus Magdeburgensis Conradus Thuringiam cum magno exercitu armis hostilibus invadentes, castra metati sunt in civitate que Tennestete[1] dicitur, et tantum una nocte inibi permanserunt. Nam predictus *landgravius Adelbertus[r] eadem nocte exercitum mille equitum armatorum et ultra et peditum vulgus innumerabile convocans, fratrem suum iam prefatum una 50 cum archiepiscopo potenter et viriliter de terra Thuringia effugavit.

*B f. 203'.

a) *des. A.* b) *e corr. B.* c) *in marg. suppl. B.* d) habita O. hab., *primum del. B.* e) Franconeord *post corr.* Franconevord *B.* f) heb hab. *B. sed primum del.* g) De Rudolfo *minio ins. A.* h) *in marg. suppl. A.* i) ext. *A.* k) humilibȝ, *comp. eraso B.* l) *in marg. suppl. B* m) volentem sibi l. *A.* n) Ipsa *corr.* Ipse *B*; Ipe *A.* o) namque *A.* p) *des. A.* q) Dyethicus *B.* r) Abelb. *corr.* Adelb. *B.*

55 1) Tennstädt, praef. Weissensee.

[De[a] papa obruto et preliis regum. 222].

Anno Domini 1276. venerabilis papa Gregorius X. feliciter in Domino obdormivit. Cui successit Innocentius V, a sancto Petro 196. papa ordinatus. Iste fuerat[b] in ordine Predicatorum et vocabatur Petrus[b] et ante papatum factus fuerat[c] archiepiscopus cardinalis Ostiensis. Obiit autem primo anno pontificatus sui. Huic successit eodem anno Adrianus V, a sancto Petro 197. papa *ordinatus, et obiit etiam eodem anno. Eodem anno Iohannes XVIII[d], a sancto Petro 198. papa ordinatur. Hic dum quendam librum, ut dicebatur, hereticum et perversum dictaret, subito domus[e] in qua sedebat super eum corruit in tantumque concussit, ut infra spacium 5 dierum miserabiliter moreretur, replicans sepius hec verba vel similia: 'Quid fiet de libello meo? Quis complebit libellum meum'? Obiit et iste primo anno[f] pontificatus sui.

*A f. 237.

A.

Isti ergo 4 omnes uno et eodem anno, videlicet Gregorius, Innocentius, Adrianus, Iohannes, Romani pontifices fuerunt. Eodem anno rex Romanorum Rudolfus movit exercitum ad terras quas sibi rex Bohemie usurpaverat, optinuitque Austriam, Stiriam et Carinthiam.

B.

Eodem anno rex Romanorum Rudolfus, multa militia et pugnatorum turma collecta, aciem direxit ad orientem, subiciens[g] sibi terras quas rex Bohemorum Odakarus occupaverat et sibi illicite usurpaverat, videlicet Austriam, Styriam et Carinthiam et alia plura loca.

[De[a] apostolicis].

Anno Domini 1277. papa Iohannes ruina cuiusdam domus obrutus et concussus, miserabiliter obiit, ut supra dictum est, successitque[h] ei Nycolaus III, a sancto Petro 198.[i] papa ordinatus. Hic dum esset in quodam castro[1] quod cuidam nobili abstulerat, stans ad fenestram, leni vento [tactus[a] et] infectus, subito mortuus est.

Martinus[k] III, a sancto Petro 199.[l] papa ordinatur. Hic in tanto odio habebat[m] Theotonicos, quod obtabat totam Alemanniam piscinam esse[2].

[De[n] visionibus diversis[o].

In illis diebus, dum gwerre et prelia inter regem Romanorum Rudolfum et regem Bohemorum Odakarum crescerent, et utrobique malum discordie augeretur, diverse visiones et sompnia veridica de casu regis Odacari sunt diversis diversimode revelata. Ipse namque rex Bohemie Odakarus vidit in visu noctis, quod plura cornua haberet in capite, que omnia preter unum sibi radicitus sunt evulsa. Quidam etiam clericus in Alemannia vidit in sompno, quod fluvius magnus et turbidus glacie mixtus raptim curreret ab occidente[p] contra Bohemiam, vocemque audivit lamentabilem clamitantem hec verba: 'Dies tribulationis, dies miserie'! et plura alia sic clamabat. Quidam quoque miles[q] nomine Reinboto, similiter Theotonicus, vidit per sompnium 15 lunas in celo pugnare, quarum due ceteris erant maiores, et una ex hiis duabus habebat foramina multa, in quam cetere lune impegerunt et penitus consumpserunt. Cumque iam dictus miles hec miraretur, vidit regem Bohemie prope stantem et multum vomitum emittentem].

A.

De interitu regis Odakari.

Anno Domini 1278. rex Romanorum Rudolfus et rex Bohemie Odakarus multis milibus pugnatorum iuxta fluvium Maram[r] ad dimicandum hostiliter sunt congressi. In hoc autem conflictu, utrisque exercitibus crudeliter dimicantibus, rex Bohemie a propriis hominibus ad mortem vulneratus occubuit.

*B f. 303.

B.

De[a] rege Odakaro occiso. [223[s]].

Anno Domini 1278. rex Romanorum Rudolfus et rex Bohemie Odakarus multis milibus pugnatorum *in campo Austrie quod Marchveld dicitur ad dimicandum hostiliter sunt congressi. In hoc autem conflictu, utrisque exercitibus crudeliter dimicantibus, rex Bohemie a suis traditus et ad mortem[t] vul-

a) *des. A.* b) voc. frater Pet. et f. in o. Pred. *A.* c) est *A.* d) *sic B*; XIX. *A.* e) *bis scr., alt. del. B.* f) ano *post corr.* āno *B.* g) subicies sub., *primum del. B.* h) Huic successit Nyc. *A.* i) *sic A. B, post corr.* cxcix. *B, quia iam supra idem numerus.* k) Huic successit Mart. *A, et post* ord'. l) *post corr.* cc. *B.* m) habuit *A.* n) *totum cap. deest A.* o) *numerus deest B; in indice capitum bis idem numerus* 222. p) in *ins. sed del. B.* q) l' *ins., sed erasum B.* r) M *e corr. A.* s) *deest B, ex indice supplevi.* t) motem *post corr.* mortem *B.*

1) Sorano. 2) Cf. Nicolaum de Bibera v. 1001, ed. Fischer p. 72; quem forte noster legit.

Cuius mortem rex[a] Romanorum supra modum doluit, quia commiserat suis, quod ipsum sibi incolomem observarent. Mortuo itaque rege Bohemie, statim maxima clades totius regni sui secuta est, ita quod per triennium cottidie gens Bohemorum turmatim de terra sua, relictis habitaculis, transmigrarent, *venientesque[b] in Thuringiam et Misnam et alias partes Theotonie, miserabili inedia[c] per plateas civitatum mortui corruerunt.

neratus occubuit. De cuius morte rex Romanorum supra modum turbatus est, quia commiserat suis, quod ipsum incolomem observarent. Mortuo itaque rege Odakaro, statim maxima clades totius regni sui secuta est, ita[d] quod per triennium cottidie gens Bohemorum de terra sua, fame compellente et inopia, relictis habitaculis, transmigrarent, venientesque in Thuringiam et Mysnam et alias partes Theotonie, miserabili inedia per plateas civitatum mortui corruerunt. Corpus quoque regis Odakari servabatur multo tempore insepultum, quia ipse fuerat a domino papa excommunicationis sentententia innodatus.

*A f. 237'.

[De[e] rege Wenzezlao. 224[e*]].

Filius[f] autem regis Odakari unigenitus Wenzezlaus secundus regnavit pro patre suo; cui rex Romanorum Rudolfus filiam suam [Gutham[e] nomine] tradidit in uxorem; [alteram[e] filiam[1] dedit Karolo, filio regis Sicilie, terciam[2] duci Bawarie[3], quartam[4] duci Saxonie[5]]. Sororem autem[g] Wenzezlai[4] coniunxit[h] [Rudolfo[i]], filio suo iuniori, quem constituit ducem Austrie. Hic defunctus est Prage et sepultus in ecclesia cathedrali[k], relinquens filium nomine Iohannem[l]. Adelbertus autem, senior filius regis[m] Rudolfi, successit fratri suo in ducatu Austrie,

1290.

A.

et Iohannes[n], adhuc parvulus existens, in curia regis Bohemie enutritur.

B.

et Iohannes mansit aput avunculum suum regem Bohemie Wenzezlaum. Dux autem Adelbertus, filius regis Rudolfi, iam duxerat in uxorem Machthildim[6], sororem ducis Carinthie et comitis Tyrolensis, que genuit ei multos filios et filias. Primogenitus eius Rudolfus duxit filiam regis Francie[7], que in primo puerperio[o] defuncta, sepulta est in Vienna Austrie.

[De[p] anima Guntheri de Salza. 225.[q]

In diebus regis Rudolfi Romanorum augusti accidit in Thuringia res miranda et memorie commendanda. Aput civitatem Arnstete[8] in monasterio quod Mons sancte Waldburgis dicitur erat sanctimonialis, filia nobilis cuiusdam, simplex valde et devota. Hec dum quadam nocte ante fenestram dormitorii pro salute defunctorum orans devotius psalterium ruminaret, vidit de balneo caloris contra se in declivo montis posito ignem et vaporem fumi erumpere, cum quo etiam homines utriusque sexus procedere videbantur, inter quos nobilis miles dominus Guntherus de Salza, vestitus habitu militari rubeo, cui intexte erant nigre virgule, progrediens, cum ipse noviter esset defunctus, ad fenestram cui dicta sanctimonialis assistebat accessit[r] ipsamque lamentabiliter alloquitur, dicens: 'Domina, rogo propter passionem domini nostri Ihesu Christi, ut misereamini mei'. Cui illa: 'Quis estis vel quid vultis ut faciam vobis'? At ille respondit: 'Ego sum Guntherus de Salza, qui nuper de hoc seculo migrans, eternaliter fuissem dampnatus, si non mater misericordie obstitisset'. Cumque iterum[s] eam rogaret, ut propter passionem Ihesu Christi pro se oraret, quia in tormentis maximis esset, illa, ut erat tota simplex, respondit: 'Et quare pro vobis *orare deberem, cum nunquam aliquid boni mihi feceritis'? At ille magis ac magis instabat, ut propter passionem Ihesu Christi pro se oraret. Tandem interrogatus ab ea, in quo

*B f. 303'.

a) *in marg. suppl. A.* b) que *minio post suppl. A.* c) in *e corr. A.* d) *e corr. B.* e) *des. A.* e*) *numerus deest B.* f) *A nulla distinctione interposita sic:* Wenz. autem, fil. dicti r. O., r. p. p. s. g) *bis scr., alterum del. A.* h) desponsavit *A.* i) *deest A.* k) kath. *A.* l) Lupoldum *erasum, et, m. 3. (Sifr.) corr. in marg.* Iohannem *A.* m) Romanorum *add. A.* n) Lupoldus *erasum, et in marg. m. 3 (Sifr.) corr.* Iohannes *A.* o) puep. *corr.* puerp. *B.* p) *sequentia duo capita des. A.* q) *deest B.* r) *in marg. suppl. B.* s) era *ins., sed del. B.*

1) Clementiam. 2) Mathildem. 3) Ludovico II. 4) Agnetem. 5) Alberto II. 6) Immo Elisabeth. 7) Blancam, filiam Philippi III; defuncta a. 1305. 8) Arnstadt super fl. Gera in Schwarzburg-Sondershausen.

sibi suffragari posset, respondit: 'Si domine nostre in hoc claustro pro me legerent psalterium, quod vos aureum, nos vero in purgatorio lucidum dicimus, eo quod multe anime per hoc illuminentur, sperarem subito liberari'. Solet autem psalterium illud[a] taliter legi, quod post quemlibet versum fit prostratio cum *Pater noster* et *Ave Maria*, et offertur numPs 21. mus cum candela. Item ille adiunxit: 'Rogo etiam, ut psalmus ille *Deus, Deus meus, respice* 5 *in me*, devotius dicatur, et tres versiculi qui in eo continentur sepius et devotius repetantur. ib. v. 7. Primus est: *Ego autem sum vermis et non homo* et cet., quatenus ipse qui propter nos tantum se[a] humiliavit, ut etiam vermi se comparet, ignoscat mihi, quod[b] in magna pompa et arroib. v. 16. gantia vixi. Secundus est: *Aruit tamquam testa virtus mea* et cet., ut qui propter nos in cruce sic exaruit, indulgeat mihi, quod in mundo existens valde lubrice et carnaliter et volup- 10 ib. v. 17. tuose vixi. Tercius[c] versiculus est: *Foderunt manus meas et pedes meos* et cet., quatenus ipse cuius manus et pedes in cruce transfixi sunt ignoscat mihi, quod manus meas ad multa illicita[d] exhibui et pedibus superbe et arroganter incessi. Rogo insuper, ut omnia ista uxori mee significetis, et etiam, ut ipsa mihi tantum[e] numerum missarum procuret et tantum elemosynarum pro salute mea pauperibus largiatur'. Hiis dictis, ab oculis eius evanuit. 15 Dicta autem sanctimonialis omnia que ei anima iam dicti militis commiserat diligentius adimplevit].

[De[f] anima sanctimonialis. 226.[g]

Accidit circa idem tempus in confinio Thuringie in monasterio quod Petri-mons dicitur[h] prope civitatem Ysinberg[1], quod quedam sanctimonialis eiusdem claustri nomine 20 Sophia de Salecke, supra modum simplex, humilis et devota, post matutinas quadam die intraret pomerium coniunctum monasterio, in quo erat cymiterium monialium, ut pro sepultis ibidem orationem faceret. Et ecce, quedam sanctimonialis noviter defuncta supra proprium tumulum stare videbatur, que contra orientem assidue se[i] usque ad genua inclinabat. Ad quamlibet autem inclinationem quidam terga ipsius cum pugno validis ictibus 25 verberabat. Cuius pugnum iam dicta Sophia conspexit, ipsum autem percutientem videre non potuit. Sicque ex huiusmodi visione nimium perterrita, ad monasterium velocius remeavit, cepitque secum cogitare, quod memorata defuncta, dum adhuc viveret, inclinationes in choro, quas religiosi facere assolent, tepide[k] observarat[k] et pro tanto huiuscemodi purgatorium sustineret]. 30

[De[l] Friderico simulato. 227[m]].

Anno Domini 1284. archiepiscopus Moguntinus Wernherus defunctus est. Eodem anno vir quidam senex[2] venit in Coloniam Agrippinam, asserens[n] se esse imperatorem Fridericum, qui ante 32[3] annos mortuus fuerat. Hic eiectus a Colonia, receptus[n*] est a civibus Nussie[4]. 35

[De[l] episcopis et nobilibus defunctis. 228[m]].

Anno Domini 1285. obiit papa Martinus III. Cui successit Honorius IIII, a sancto Petro 200.[o] papa ordinatus. Hoc anno obiit rex Sicilie[p] Karolus, et filius eius in bello B f. 304. occisus[5]. Defuncti sunt eodem anno episcopi Babinbergensis[6] et Nuwenburgensis[q] Lutherus. Cui successit Bruno episcopus. Mortui etiam[r] sunt marchio Dythericus de Landisberg, 40 filius marchionis Heinrici Misnensis, comites de Orlamunde[s] Hermannus et Otto, comes Heinricus de Swarzburg[t]. Eodem anno vir ille qui finxerat[u] se imperatorem Fridericum, in Wipfelaria crematus est.

[229[v]]. Anno Domini 1286. Basiliensis episcopus Heinricus ab Honorio papa Moguntine sedis archiepiscopus est ordinatus. 45

a) *in marg. suppl. B.* b) *e corr. B.* c) r *superscr. B.* d) *bis scr., primum* (illita *corr.* illicita) *del. B.* e) *in marg. suppl. B.* f) *hoc caput deest A.* g) *deest B.* h) cui *ins. del. B.* i) *superscr. B.* k) *e corr. B.* l) *des. A.* m) *numerus deest B.* n) dicens se imp. Fr. *A.* n*) recep *in loco raso A.* o) *sic A. B, post corr.* cci. *B.* p) Sitilie *B.* q) Nuenb. *A.* r) s. e. *A.* s) Orlamynde *A.* t) Swarburg *A.* u) finx̄. *A.* v) *deest B; ex indice cod. B hic supplenda est rubra:* De episcopo Heinrico 229. 50

1) Eisenberg in ducatu Sachsen-Altenburg. 2) Tile Kolup. Cf. Chr. Sampetr. p. 119. 3) Sic computat Sifridus, quia Fridericum a. 1252. mortuum esse ex Chr. Min. falso didicerat. 4) Huius etiam mentionem facit Girardus de Arvernia in brevi chronico quod a. 1287. composuit et Ivoni Cluniacensi inscripsit (N. Arch. VI); cod. Parisiens. nr. 4910, f. 27: *Hiis temporibus venit quidam Alemanniam, qui fingebat se esse Fredericum, qui fuit imperator Alemannie, qui condempnatus fuit per Innocentium quartum. Rex Rodulphus Alemannie, audita fama illius, accessit ad locum, precepit eum comburi.* G. W. 55 5) Immo captus est Carolus Claudus. 6) Bertholdus.

[De[a] convocatione in Wurzeburg. 230[b]].

Anno Domini 1287. dominus Pocomatius episcopus cardinalis a papa Honorio missus legatus [Alemanniam[c]], in civitate[d] Francorum que dicitur Wurzeburg[e] convocatis archiepiscopis, episcopis[f] aliisque prelatis Germanie[g], exegit quintam. Sed ipsi *omnes appellaverunt contra eum ad sedem apostolicam. [Rex[a] Romanorum Rudolfus tunc ibidem colloquium habuit cum principibus et nobilibus Theotonie]. Eodem anno obiit papa Honorius ante pascha. Cui successit Nycolaus IIII, a sancto Petro 201.[h] papa ordinatus. Iste fuerat de ordine fratrum Minorum[1]. Hoc anno felix adolescens Wernherus passus est a Iudeis et occisus in die parascheues[i] ad[k] littus Reni fluminis in civitate Wisela[2] et in oppido[l] Bacherach[m] sepultus; cuius sanctitatem miracula ibidem facta protestantur.

*A f. 238.

Apr. 4.

A.	*B.*
	De archiepiscopo Heinrico et marchione Heinrico defuncto. [231[b]].
Anno Domini 1288. obiit archiepiscopus Moguntinus Heinricus et marchio Misnensis Heinricus, qui sepultus est in Cella[3], in monasterio ordinis Cisterciensis.	Anno Domini 1288. obiit archiepiscopus Moguntinus Heinricus. Cui successit Gerhardus. Hoc etiam anno inclitus princeps marchio Misnensis Heinricus defunctus est in Dresden, et sepultus est in Cella cum patribus suis, in monasterio ordinis Cysterciensis.

Eodem anno[n] archiepiscopus Coloniensis[4] captus est in prelio[5], et occisi sunt viri circiter mille in ipso conflictu.

[232[o]]. Anno Domini 1289. dux Waratizlaviensis Heinricus subiugavit sibi regnum Cracovie, et veneno interiit sequenti anno.

A.	*B.*
Anno Domini 1290. rex Romanorum Rudolfus intravit Thuringiam, reformans pacem terre et convocans principes ad curiam suam in Erfordiam.	[233[p]]. Anno[p] Domini 1290. rex Romanorum Rudolfus intravit Thuringiam, reformans pacem non solum illi terre, sed et aliis in confinio eius, et convocans principes et multos nobiles, in conviviis et deliciis cum eisdem mansit in Erfordia civitate[q] per plures dies.

Fueruntque secum ibidem filii sui Adelbertus et Rudolfus dux Austrie [qui[r] adhuc vixit, licet de morte sua anticipando dictum sit[6]], filie quoque eius, Gutha regina Bohemie, ducissa Bawarie et ducissa Saxonie, et alie multe nobiles.

[De[a] excidio Terre Sancte. 234[s]].

Anno Domini 1291. civitas Accaron capta est a Sarracenis, et multa milia[t] hominum ex utraque parte ceciderunt; et tunc christiani omnino de Terra Sancta exstirpati sunt, quorum multi confugerunt[u] in Cyprum insulam. Eodem anno obiit [gloriosus[n]] rex Romanorum Rudolfus et sepultus est in Spira [anno[a] regni sui 18].

[De[a] rege Adolfo. 235[s]].

Anno Domini 1292. obiit papa Nycolaus IIII. et sepultus est Lateranis in ecclesia sancte Marie Maioris. Eodem anno in[v] Franconevord electus est comes Adolfus de[w] Nasowe in regem Romanorum [archiepiscopo[a] Moguntino Gerhardo alios *principes ad eiusmodi electionis consensum attrahente].

*B f. 304'.

a) *des. A.* b) *deest B.* c) Alim. *corr.* Alem. *B; deest A.* d) in W. civ. Franconie *A.* e) Wurceb. *corr.* Wurzeb. *A. B.* f) et e. *A.* g) Theotonie *A.* h) *post corr.* ccii. *B.* i) parasceues *A.* k) *e corr. B.* l) opido *A.* m) Bacheracho *A.* n) *deest A.* o) *deest B; ex indice capitum cod. B hic supplenda est inscriptio:* De duce Heinrico 232. p) *deest B; ex indice capitum cod. B hic supplenda est inscriptio;* De rege Rudolfo 233. q) ci *e corr. B.* r) *haec in marg. alia (2) manu (Sifridi) suppl B.* s) *numerus deest B.* t) *in marg. suppl. B.* u) fugerunt *A.* v) el. e. c. A. de N. in r. R. in Frankinvord *A.* w) *e corr. B.*

1) Girardus de Arvernia (v. p. 710 n. 4) his verbis operi finem dedit: *Anno sequenti in cena Domini obiit Honorius IIII. Anno huius Yvonis* 12 (i. e. 1288) *in kathedra beati Petri* (Febr. 22.) *assumptus fuit in summum pontificem Iheronimus, qui fuit de ordine fratrum Minorum, qui alterato nomine Nicolaus V.* (ita) *est vocatus.* 2) Oberwesel. Cf. Chr. Sampetr. p. 120. 3) Alt-Zelle. 4) Sifridus. 5) Woringensi. 6) c. 224. Mortuus est hoc anno, mense Maio.

De Celestino [papa[a] et Bonifatio papa. 236[b]].

Anno Domini 1294. vir magne sanctitatis, abstinentie et virtutis frater Petrus heremita ordinis sancti Benedicti in summum pontificem est electus et sortitus[c] nomen Celestinus quintus, a sancto Petro 202.[d] papa ordinatus. Hic auxit numerum cardinalium, addens 12 cardinales[e] illis 12 quos reperit. (*A f. 238') *Dominus autem Benedictus cardinalis ad papatum aspirans[f], Celestinum papam non solum persuasionibus, immo quibusdam terroribus stimulavit, ut papatui cederet. (Dec. 13.) Cessit ergo in die sancte Lucie, pontificatus sui anno primo. Igitur (Dec. 24.) eodem anno in vigilia nativitatis Domini cardinalibus ad electionem congregatis, electus est in[g] primo scrutinio dominus Matheus Rubeus archidyaconus cardinalis. Quo rennuente papatum, [secundo[a] ad scrutinium accesserunt, nec aliquid actum est. In tercio vero scrutinio] electus est [dominus[e]] Benedictus, de quo supra dictum est, et Bonifatius[h] VIII. appellatus, a sancto Petro 203.[i] papa ordinatus, et sedit annis 8, mens. 9 et paulo plus. Iste edidit sextum[k] librum decretalium et instituit 6 festa celebriter peragenda, videlicet Marci et Luce euvangelistarum, Gregorii pape, Ambrosii et Augustini episcoporum et Ieronimi presbiteri. Ipse edificavit altare in basilica sancti Petri super sepulchrum sancti Bonifatii[h] pape, qui templum Pantheon a Foca cesare quondam impetraverat[l], et super altare illud sibimet tumbam eminentem et preciosam de candidissimo[m] marmore sculptam et auro[n] [desuper[e]] ornatam fieri statuit, et ciborium desuper quatuor columpnis suffultum, similiter de marmore auroque[o] preciosum, et iuxta tumbam in pariete simulachrum[p] suum de marmore sculptum atque[q] auro ornatum.

[De[a] rege Adolfo. 237[b]].

Eodem anno rex Romanorum Adolfus forti manu intravit Thuringiam in mense Septembri, multa mala ibidem exercens, stuprans virgines*, ecclesias vastans, innocentes et iustos spolians, opprimens et occidens, et alia plura[r] perpetrans contra normam iusticie[1]. Contigit[s] autem, cum idem rex Adolfus in Thuringia quandam villam pertransiret que Sumeringin[2] dicitur, iuxta quam constructa est ecclesia sancti Gangolfi militis et martyris, (*A f. 239.) ut due vetuste[t] mulieres ad dictam ecclesiam cum rebus suis *confugerent. Multa enim[u] miracula Dominus in eadem ecclesia per sanctum Gangolfum martyrem operatur, nec aliquando ecclesia eadem seratur nec seram sibi affigi patitur. Predicte igitur femine cum ad iam dictam confugerent ecclesiam, quidam pedites[v] de exercitu ipsas rebus et vestibus spoliantes, nudas perunxerunt[w] [pice** cum sepo mixta], deinde in plumis volutantes, discurrere permiserunt. Tunc ille[x] cum fletu[y] et clamore usque ad regem pervenerunt. Quas videns comes Dythericus[z] de Hohenstein[a], lacrimatus est, et adpropinquans regi, dixit: 'Domine, videte et miseremini'. Cui rex: 'Et quis modo invenire poterit reos[b]'? Et sic pauperes[c] ille mulieres ad sua cum merore[d] sunt reverse [nullam[a] gratiam consecute].

[De[e] Celestino captivato. 238[b]].

(*B f. 305.) *Anno Domini 1295. papa Bonifatius[f] dominum Celestinum papam ad urbem Romam (Mart. 27.) in die palmarum captivum adduci fecit, timens, quod ad papatum resumeretur. Eodem (Apr. 3.) anno post pascha nobiles viri dominus Iacobus et dominus Petrus de Columpna cardinales opposuerunt se pape Bonifatio, non tamen adhuc cum effectu.

[De[a] obitu Celestini pape. 239[b]].

Anno Domini 1296. dominus papa Celestinus V, in curia Bonifatii[e] pape sub custodia constitutus civitate Anangia[g], plenus sanctitate et virtutibus, feliciter in Domino obdormivit.

*) violans sanctimoniales *add. A.*
**) ungento quo rote curruum ungi solent[3] *A.*

a) *des. A.* b) *numerus deest B.* c) n. C. V. s. *A.* d) 202 *post corr.* 203. *B.* e) *deest A.* f) assp. *A.* g) dom. M. R. a. c. in p. s. *A.* h) Bonifac. *A.* i) 203. *post corr.* 204. *B.* k) VII^m^ *corr.* VI^m^ *A.* l) impetrañ *A.* m) sc *ins. sed del. B.* n) aure *corr.* auro *B.* o) et auro *A.* p) simulacrum *A.* q) et *A.* r) multa *A.* s) Nota *minio add. A.* t) mul. antique *A.* u) *superscr. A.* v) cursores *A.* w) perux. *A.* x) *in marg. suppl. B.* y) cl. et fl. *A.* z) Dith. *A.* a) Hoenstein *A.* b) reis *corr.* reos *A.* c) paupercule *A.* d) luctu *A.* e) Nota *minio scr. A.* f) Bonifac. *A constanter.* g) *sic* B; Anagie *A.*

1) Cf. Chr. Sampetr. p. 132 sq. 2) Gangloff-Sömmern, praef. Weissensee. Cf. v. Hagke, 'Urkundl. Nachr. des Kreises Weissensee' p. 253. 3) Haec verba etiam in Chr. Sampetr. p. 132.

[De[a] rege Adolfo. 240[b]].

Eodem anno rex Adolfus, tyrannide sua in Thuringia crudeliter expleta, ut superius est narratum, ad Terram quoque Orientalem castra movit et arma[1]. In qua quibusdam munitionibus occupatis, quibusdam funditus destructis, direxit aciem contra Misnam, et tradita est ei civitas Vriberg, in qua firmissimum castrum suffodiens, cepit[c] et multos strennuos viros in eo repertos capitali sententia condempnavit. Tradita est ei et Misna castrum et civitas et alie munitiones [terre[d]]. [Et[a] tunc marchio Fridericus et Th[eodericus], germanus suus, filii landgravii Thuringorum Adelberti, nepotes imperatoris Friderici ex filia sua Margareta, de iam dictis terris progenitorum suorum eliminati sunt. Quasdam tamen munitiones in Misna et Thuringia et Orientali Terra resumpserunt].

[De[e] prelio pape et cardinalium. 241[b]].

Anno Domini 1297. dominus Iacobus et dominus Petrus *de Columpna cardinales manifeste [a* papa Bonifatio recesserunt], et facto prelio, multi ex utraque parte vulnerati et mortui ceciderunt. Sed papa prevalens et in prefatos cardinales crudeliter desevieus[f**], munitiones[f] eorum circiter 12 cepit et funditus evertit, vineas eorum et oliveta[g] et ficeta et aliarum arborum plantationes tamquam bestia cruentissima[h] exstirpavit radicitus et evulsit.

*A f. 239'.

A.

Eodem[i] anno in festo penthecostes rex Bohemie Wenzezlaus a domino archiepiscopo Moguntino coronatus est et unctus super regnum suum. Et hec sollempnitas, convocatis multis episcopis et principibus, Prage peracta est[k] regali sumptu et pompa gloriosa. Sed gaudium in merorem, proch dolor! est conversum. Nam inclita regina, regis Romanorum Rudolfi filia, dicti regis Bohemie uxor, cum noviter peperisset, sic in ipso puerperio coronata, invalescente dolore post partum, defuncta est.

B.

De coronatione regis Bohemie. [242[b]].

Iun. 2.

Eodem anno in festo penthecostes rex Bohemie Wenzezlaus II. ab archiepiscopo Moguntino Gerhardo coronatus est et unctus super regnum suum. Et hec sollempnitas Prage peracta est regali sumptu et pompa gloriosa. Affuit ibidem dux Austrie Adelbertus, filius regis Romanorum Rudolfi, et alii principes Germanie et Polonie et episcopi multi. Sed gaudium in merorem, proch dolor! est conversum. Nam inclita regina Gutha, regis Romanorum Rudolfi filia, dicti regis Bohemie coniunx, cum noviter peperisset, sic in ipso puerperio coronata, invalescente dolore, defuncta est, relinquens filium nomine Wenzezlaum et filiam[2], quam postmodum iunior dux Carinthie[l,3] accepit uxorem. In eadem sollempnitate principes electores una cum archiepiscopo Moguntino et rege Bohemie decreverunt destituere regem Romanorum Adolfum, plures articulos contra ipsum producentes; quorum unus fuit, quia ecclesias vastasset; secundus, quia virgines stuprasset; tercius, quia accepisset stipendia belli ab inferiore se[m], scilicet rege Anglie, quod augusto non licet nec decet; quartus, quia rem publicam non *auxisset, sed magis dissipasset, et ob hoc augustus vocari de cetero non deberet. Hiis aliisque de causis eodem anno eidem Adolfo imperium abiudicantes, ducem Austrie Adelbertum elegerunt, ipsum regem Romanorum et augustum[n] rei publice nuncupantes. [Eo[o] tempore grossi Pragenses denarii inicium sumpserunt sub rege Wenzezlao secundo].

*B f. 305'.

Post aliquot annos Wenzezlaus, merore abiecto de morte regine, duxit filiam regis de Calis[4] sibique regnum Kalis et regnum Cracovie subiugavit.

*) se pape Bonifacio opposuerunt *A.*
**) castrum quod inviolabilis Columpna dicebatur et alias *add. A.*

a) *des. A.* b) *numerus deest B.* c) expugnavit *A.* d) *deest A.* e) *des. A.* f) ni *superscr. B.* g) olyv. *A.* h) crudelissima *A.* i) Nota *in marg. minio A.* k) *minio suppl. A.* l) C *e corr. B.* m) *in marg suppl. B.* n) reiplice *ms., sed del. B.* o) *haec manu 2. in marg. suppl. B.*

1) Cf. Chr. Sampetr. p. 134 sq. Terra Orientalis = Osterland. 2) Annam. Reliquit vero Iutta duas filias. 3) Heinricus. 4) Elisabeth, filiam Primislai regis Poloniae (de Kalisch).

De conflictu regum.

Anno Domini 1298, cum principes Theotonie regi Adolfo imperium abiudicassent et ducem Austrie Adelbertum, filium regis Romanorum Rudolfi, in Romanum regem elegissent, grave prelium inter eosdem reges ilico est exortum. Tandem dictis regibus cum multis milibus militum et pugnatorum iuxta Renum fluvium tempore messis ad confligendum congressis, multi ceciderunt. Denique ex utraque parte hostiliter dimicantibus, totum pondus prelii versum est in Adolfum; et sic, Deo permittente, rex Adolfus cecidit, non solum gladiis vulneratus, sed et ungulis equorum conculcatus, et in proprio sanguine volutatus, miserabiliter animam exalavit. Et sic, Deo annuente, victoriam gloriosam obtinuit novus rex Adelbertus. Per omnia benedictus Deus! Amen.

De interitu regis Adolfi. [243[a]].

Anno Domini 1298. inter regem Adolfum iam abiectum et regem Adelbertum noviter electum grave prelium est exortum. Tandem dictis regibus cum multis milibus militum et pugnatorum iuxta Renum fluvium tempore messis ad confligendum congressis, multi ceciderunt. Denique ex utraque parte hostiliter dimicantibus, totum pondus prelii versum est in Adolfum, ceciditque non solum gladiis vulneratus, sed et ungulis equorum conculcatus, et in proprio sanguine volutatus, miserabiliter animam exalavit. Et sic, Deo annuente, victoriam gloriosam obtinuit novus rex Adelbertus. [Adelbertus[b] itaque Aquisgrani coronatus, regalem accepit benedictionem].

De terremotu. [244[c]].

A f. 240. Eodem anno ante nativitatem Domini magnus *terremotus et inauditus cepit fieri in Tuscia, qui protendebatur tempore et loco[d]. Tempore quidem, quia continuavit [octo* ebdomadas] et factus fuit singulis diebus pluries, loco vero, quia cepit in civitate que dicitur Forlylium[e,1] et protendebatur per tres dietas usque Reatum[2] civitatem, in qua tunc morabatur papa Bonifacius cum cardinalibus, et de[f] Reatu per tres dietas[g] usque ad muros urbis Rome. Fuit autem tam vehemens ille terremotus, ut in diversis castris et civitatibus[h] multas turres et domos subrueret, quarum ruina quot homines utriusque sexus obruti et perempti fuerint, quis enarrare sufficiat? Ipse denique papa Bonifatius[i], dum altari divina celebraturus astaret[3], subito terra horribili motu et stridore concutitur, parietes basilice quatiuntur, lapides collisi ad invicem dissecantur. Quid plura? Papa ex huiusmodi strepitu terribili defecit viribus, et licet vallatus esset turba cardinalium et militum, inter manus ministrorum corruit, vixque eductus de ecclesia, fugam cum ceteris iniit. Hoc anno visa fuerat stella que dicitur cometes.

De eucharistia vendita. [245[c]].

Anno Domini 1299. perfidissimi Iudei sacrum corpus Christi in nocte sancta pasche emptum a custode[k] ecclesie in civitate[l] Franconie que Rotingin[4] dicitur per diversas civitates et castella aliis Iudeis distribuerunt. Quedam autem religiose mulieres, que sacras vigilias ad tumulum Crucifixi observabant, sicuti moris est in Theotonia, cum, hora matutinarum de ecclesia prodeuntes, irent ad excitandum presbyterum ecclesie, ut Crucifixum de monumento ante matutinas secundum consuetudinem sublevaret, viderunt super domum Iudei, qui dictum sacramentum emerat, duo luminaria rutilare. Cumque attonite starent et secum quererent, superveniens presbyter interrogat, quid conferant; vidensque cum ipsis *A f. 240'.* luminaria, compertoque, quod Iudeus *cum custode[m] in ecclesia fuisset et iuxta altare, caute *B f. 306.* vocat iudicem[n] civitatis et quosdam de civibus. Qui irruentes in domum Iudei, *ipsum et custodem ecclesie ceperunt. Qui statim coacti confessi sunt facinus perpetratum. Iam vero, ut dictum est, idem corpus Christi per diversas Iudeorum dispersum fuerat mansiones. Qui sepe dictum corpus Christi sacratissimum acubus et subulis pungentes[o] et in mortariolis tundentes et per illas puncturas et tunsiones sanguinem elici conspicientes,

*) duos menses *A.*

a) *numerus deest B.* b) *haec in marg. suppl. manu* 2 *(Sifr.) B.* c) *numerus deest codd* d) c *minio corr. A.* e) *ita B;* Forlilium *A.* f) a *ins. del. A.* g) i *e corr. B.* h) bus *e corr. B.* i) Bonifacius *A.* k) cuiusdam *add. A.* l) in Franconia in ciutate Rothingen p. *A, ubi* in c. R. *post minio in marg. suppl.* m) custo *in extrema linea, post add* de *B.* n) advocatum *A.* o) perforantes *A.*

1) Forli. 2) Rieti. 3) Cf. Mart. Cont. Angl., SS. XXIV, p. 254 sq. 4) Roettingen super fl. Tauber. Cf. de sequenti narratione Herm. Alt. Cont. Rat., SS. XVII, p. 419; Ann. Halesbr., SS. XXIV, p. 46; Chr. Sampetr. p. 139, omnes ad a. 1298.

tandem in diversis locis in terra suffoderunt. Sed Deus omnipotens sacramentum salutis multis miraculis prodentibus suis fidelibus propalavit. Quapropter christiani insurgentes contra Iudeos, eos per diversas civitates et loca turmatim occiderunt.

De[a] miraculo. [246[b]].

Contigit autem, ut multi Iudei ad quoddam castrum confugerent, ut se ibidem[b*] defensarent. Cumque christiani ad expugnandum dictum castrum forti manu convenissent[c] et illud iam vallassent, quedam virgo Iudea de eodem castro inportunis clamoribus rogabat christianos, ut ipsam inde eriperent et baptizarent. Iudeis autem ipsam deorsum trahentibus et increpantibus, illa de manibus eorum elapsa, de altitudine castri se precipitem dedit. Sed ecce, mirum in modum ipsa, quasi angelicis manibus portaretur, ad terram illesa descendit et mox ad fidem Christi et baptisma confugit. [Deo[d] gratias].

De anno gratie. [247[b]].

Anno Domini 1300. papa Bonifatius talem gratiam indixit et per totam ecclesiam divulgari mandavit, ut, quicumque eodem[e] anno vere contriti et confessi Romam peterent ac ibidem per 15 dies devote sanctorum limina visitarent, omnium peccatorum suorum indulgentiam ab eodem summo pontifice[f] percipere mererentur. Unde factum est, ut innumerabiles populi utriusque sexus de diversis provinciis Romam petentes[g], quererent[h] promisse *gratie largitatem. *A f. 241.

[De[d] archiepiscopis rebellantibus. 248[b]].

Eodem anno tres archiepiscopi, [Gerhardus[i]] Moguntinus, Treverensis[1], [frater[d] scilicet regis Adolfi, et] Coloniensis[2], se contumaciter contra regem Romanorum Adelbertum erexerunt, et orto gravi bello, inter eosdem hostiliter preliatum est usque ad sequentem annum.

[De[k] rege Francie et cet. 249[b]].

Anno Domini 1301. stella cometes visa est ante nativitatem Domini. Post occasum solis apparuit et ante mediam noctem occidit. Comam fudit ad orientem, et visa est per quindecim[l] noctes. Eodem anno rex Francie cum magno exercitu pugnatorum contra civitates Flandrie, quibus bellum indixerat, properavit. Sed ipsis rebellantibus, multa milia nobilium et militum aliorumque[m] pugnatorum de dicti regis exercitu ceciderunt.

[De[d] curia regis Romanorum indicta et cet. 250[b]].

Anno Domini 1302. facta[n] pace inter regem Romanorum Adelbertum et archiepiscopos supradictos, quos idem rex multum humiliaverat, statim ipse rex et semper[o] augustus dato edicto omnibus principibus precepit, ut ad curiam suam in festo Sebastiani martyris[o] (Ian. 20.) in[p] Merseburg celebrandam convolarent[p]. Sed quia sepedictus archiepiscopus Moguntinus [Gerhardus[o]], quibusdam litteris regis Bohemie Wenzezlai mutatus[q], contra magestatem augusti se temerarie erigens, pacem et fidem datam violavit[r], fuit dicte curie celebritas[s] prepedita. [Idem[d] archiepiscopus Gerhardus sepius arroganter *et iactanter dicere solebat, *B f. 306. se habere adhuc tres reges in pera sua, quasi ipse solus posset reges Romanorum destituere et creare. Sed mentita est iniquitas sibi. Ipse namque longe ante regem Adelbertum mortuus est[3]. Itaque tres memorati archiepiscopi, scilicet Moguntinus, Treverensis, Coloniensis, una cum rege Bohemie contra regem Romanorum Adelbertum conspirabant].

De Conrado martyre. [251[t]].

Anno Domini 1303. perfidi Iudei[4], christiani[u] sanguinis effusionem[u] sitientes[v], quendam puerum scolarem Conradum nomine, filium cuiusdam[w] militis* in Wizzense[x], civitate Thuringie, multis cruciatibus affligentes et, sectis omnibus nervis et venis, totum sanguinem eius elicientes, ante festum pasche crudeliter occiderunt. Sed Deus omnipotens, qui gloriosus est in sanctis suis, innocentis pueri necem occultari non sustinens, et homicidas prodidit et martyrium innocentis multis miraculis decoravit. Cum enim dicti Iudei puerum occisum

*) eiusdem nominis *add. A.*

a) Miraculum *minio A.* b) *numerus deest codd.* b*) ibi *A.* c) venissent *A.* d) *des. A.* e) *deest A.* f) pontifi *in extrema linea A.* g) tendentes *A.* h) querent *B.* i) videlicet *A.* k) De comete *minio A.* l) quindenam. Eod. *A.* m) atque *A.* n) p. f. *A.* o) *deest A.* p) cel. in M. convenirent *A.* q) animatus *A.* r) *vox erasa A.* s) scelebr. *corr.* cel. *B.* t) *numerus deest B.* u) eff. c. s. *A*; effusione *B.* v) *bis scr., alterum del. B.* w) dam *in marg. suppl. B.* x) Wizense *A.*

1) Dietherus. 2) Wicboldus. 3) a. 1305; v. cap. 257. 4) Cf. Chr. Sampetr. p. 142 sq.

*A f. 241'. occulte per plura[a] loca *Thuringie ducerent ad tumulandum, Deo disponente, nusquam abscondere valuerunt; unde ipsum reducentes, aput predictam[b] civitatem Wizzense[c] in quadam vinea suspenderunt. Tandem tam crudeli homicidio prodito et rei veritate comperta, milites de castro prosilientes et cives eiusdem civitatis reliquumque vulgus una cum marchione Friderico, filio landgravii Thuringie Adelberti, Iudeos repugnantes[d] turmatim occiderunt; virtute autem Dei ad tumbam huius novi martyris multipliciter choruschante[e], ceperunt populi accurrere catervatim, cupientes cernere que per ipsum fiunt miracula copiosa.

[De[f] morte Bonifatii pape. 252].

Hoc anno nobiles domini de Columpna ceperunt dominum papam Bonifatium et observabant in custodia, quousque composuit cum eis pro voluntate eorum. [Quo[g] facto, ipse nullum cibum amplius sumere voluit, sed cum[h] ab suis amicissimis rogaretur, ut cibum caperet, cum indignatione respondit: 'Nolo comedere, nolo amplius vivere']. Sicque* mortuus est anno pontificatus sui nono, et positus[i] in tumba preciosa, quam sibi exstruxerat in basilica sancti Petri in monte Aureo.

[De[f] papa Benedicto XI. 253].

Huic successit eodem anno, scilicet anno Domini 1303, Benedictus XI, a sancto Petro 204.[k] papa ordinatus. [Hic[g] cum esset magister fratrum ordinis Predicatorum, Bonifacius papa iam prefatus ipsum Romane ecclesie constituit cardinalem].

A.

Anno Domini 1304. vir venerabilis dominus Bruno Nuwenburgensis episcopus ad extrema vite infirmitate prevalente deductus, cum[l] ecclesiastica sacramenta devote percepisset[m], iussit se extra stratum suum super cinerem poni, et ibi recubans, cum magna contritione felicem animam exalavit[n.1].

B.

De obitu episcopi Brunonis. [254[o]].

Anno Domini 1304. Bruno Nuwenburgensis episcopus, strennuus[p] propugnator et defensor ecclesie sue, largus valde et misericors, cum ad extrema vite infirmitate prevalente deductus, ecclesiastica sacramenta devote percepisset, iussit se extra stratum suum super cinerem poni, et ibidem humiliter recubans, cum magna contritione spiritum exalavit.

De preliis regis Romanorum et regis Bohemie. [255[o]].

Anno eodem facta concordia inter regem Romanorum Adelbertum et archiepiscopos sepedictos, rex Bohemie Wenzezlaus adhuc augusto se opponens, pluribus principibus, baronibus et militibus multis larga stipendia tribuit, quibus ad rebellandum dicto regi Adelberto augusto se muniret. Inter hos *precipui erant marchiones de Brandenburg, scilicet *B f 3.* Otto Cum-telo et Hermanus Longus, gener augusti, filius quoque regis Adolfi Rubertus[q]. Rex igitur Romanorum Adelbertus augustus, vocatis ad se archiepiscopo Moguntino Gerhardo et duce Bawarie Ottone aliisque episcopis et principibus atque baronibus quam plurimis, collegit sibi preelectam militiam, sicque ad preliandum regali comitatu processit. Descendensque per Bawariam, assumpto filio suo Rudolfo duce Austrie, strennuo valde in armis, qui gener fuit regis Francie, aciem direxit contra confinia Moravie et Bohemorum. Tunc occurrerunt ei in auxilium ab eodem augusto vocati Ungari et pagani[r]. Sed cum eedem gentes Moraviam et confinia eius inaudita vesania devastarent, ita ut, virorum ac mulierum manibus perforatis et funibus innexis, ipsos sic deducerent infantesque ad sellas equorum connecterent, virgines quoque in aspectu omnium constuprarent, rex augustus expavit ipsosque a se abegit et ad sua redire coegit. Quo comperto, dicti Ungari et pagani[r] populum turmatim de terra tamquam gregem minabant, dicentes, se nequaquam

*) Mortuus est autem in brevi post hec a. p. s. *A.*

p. l. *in loco raso B;* diversas civitates Thur. *A.* b) supradictam *A.* c) Wizense *A.* d) rebellantes *A.* e) choruscante *A.* f) *des. A; numerus deest etiam B.* g) *des. A.* h) *in marg. eadem manu suppl B.* i) est *add. A.* k) ccv. *B, ubi* v. *post corr. in loco raso.* l) dum *corr.* cum *A.* m) percepissit *corr.* percepisset *A.* n) *hic desinit A; miniator vero post haec unum rubrum paragraphi depinxit, acsi plura adiungi debuissent. Cf. Tab. V.* o) *numerus deest B.* p) strennus *B.* q) *in marg. suppl. 2. manu B.* r) pag *post corr. in loco raso B.*

1) Depositus Kal. Febr., Kalend. Pegav. ap. Mencken, SS. II, col. 120.

debita stipendia percepisse. Quo audito, augustus fortissimum exercitum post eos destinavit, qui ipsos insequentes et ultra mille ex eisdem prosternentes, captivitatem, quam[a] abduxerant, reduxerunt. Multi tamen deducti sunt, quorum quidam per se postmodum redierunt[b]. Denique rex Romanorum Adelbertus movit exercitum, veniensque in Bohemiam, castra metatus est in medio terre, e regione montis argentifodiarum qui vulgariter Cuttina[1] dicitur, indixitque conflictum pugne sororio suo, regi scilicet Bohemie Wenzezlao. Rex autem Wenzezlaus, cum multo maiorem exercitum pugnatorum secum haberet quam rex[c] Adelbertus, veritus tamen ipsum augustum, cum eodem confligere non presumpsit. Transactis itaque pluribus diebus, quibus iam dictus rex Romanorum in regno Bohemie demoratus fuerat, alimentis in exercitu deficientibus, nimia fame compulsus, castra inde movit atque in Austriam reversus est.

[256[d]]. Anno Domini 1305. archiepiscopus Portugallie[2] in summum pontificem electus est, defuncto papa Benedicto XI, et sortitus est nomen Clemens V, a sancto Petro 205.[e] papa ordinatus. Iste multis supplicationibus invitatus et rogatus a cardinalibus, ut ad urbem Romam venire dignaretur, omnino rennuit mansitque in provincia sua, trahens ad se cardinales atque totam curiam.

[257[f]]. Hoc anno quidam presbyter existens[g] in Dresden, civitate terre Misnensis, vidit sompnium in festo nativitatis Domini, presagium futurorum. Vidit namque super regnum Bohemie lunam prelucidam in celo choruscare, cuius claritatem cum ipse et plures alii, ut sibi videbatur, mirarentur, subito luna eadem in formam piscis transformata, cecidit super terram statimque disparuit. Et ecce alia luna venit ab occidente et corpore maior et splendore clarior, stansque in celo super regiones Bohemie et Misne in[h] tantum crevit in splendore, ut homines ad agriculturam et ad alia opera sicut in die egrederentur, ita ut campi pleni operariis viderentur. *Revelatum est autem videnti hanc visionem, quod sub rege significato per istam secundam lunam tanta erit pacis habundantia, quod homines in nocte sicut in die secure ambulabunt. Itaque eodem anno ante pascha cepit rex Bohemie Wenzezlaus II. graviter infirmari, vidensque sibi periculum mortis imminere, per litteras et sollempnes mediatores et nuncios regi Romanorum Adelberto reconciliatus est, et formam concordie huius scriptam reliquit unico filio suo Wenzezlao III, cui et regnum suum tradidit adhuc vivens. Tandem, dispositis largissimis et regalibus testamentis, perceptis quoque ecclesiasticis sacramentis, dormivit cum patribus suis [circa[i] festum penthecostes[3]], anno regni sui 27, sepultusque est in monasterio monachorum ordinis Cysterciensis dicto Aula-regis[4], quod ipse de novo fundaverat et supra modum ditaverat. Ipse namque magnus fuerat fautor et benefactor cleri et religiosorum[5].

*B f. 307'.

Iun. 6

Eodem anno mortui sunt archiepiscopi Coloniensis et Moguntinus Gerhardus, episcopus quoque Argentinensis[6] et alii plures episcopi.

Anno eodem dux Bawarie Otto, invitatus a quibusdam nobilibus Ungarie, idem sibi regnum usurpavit preter consensum regis Romanorum, cum tamen iam regnaret super dictum regnum filius regis Sicilie[7], quem ei genuerat filia regis Romanorum Rudolfi, qui a papa Bonifacio VIII. rex Ungarie fuerat declaratus. Et sic scisma ortum est[a] in iam dicto regno, ita ut quidam sequerentur filium regis Sicilie, quidam[k] ducem Bawarie.

De rege Bohemie occiso. [258[l]].

Anno Domini 1306. rex Bohemie Wenzezlaus III, nondum coronatus, occisus est fraudulenter a quodam milite[8], procurantibus quibusdam baronibus regni sui. Hic cum esset adolescens vix 16 annorum et noviter duxisset filiam cuiusdam ducis Polonie[9] in uxorem, eodem anno nuptiarum sic miserabiliter peremptus est, non relinquens heredem regni. Tunc barones dicti regni elegerunt sibi regem ducem Carinthie[10], sororium scilicet iam prefati regis occisi[m], inconsulto tamen rege Romanorum, cuius interest conferre iam dictum

a) *in marg. suppl. B.* b) redieru *(del.)* p. red. *B.* c) x *e corr. B.* d) *deest c.; hic inserenda est ex indice inscriptio:* De papa Clemente V. 256. e) ccv. *post corr.* ccvi. *B.* f) *deest c.; hic inserenda est inscriptio ex indice:* De morte regis Wenzezlai et archiepiscoporum et de duce Bawarie 257. g) *duo verba* (et . . .) *erasa B.* h) ta? *corr. in B.* i) *in marg. suppl. manu 2 (Sifr.) B.* k) *bis scr., alterum del. B.* l) *numerus deest B.* m) 9 *erasum B.*

1) Kuttenberg. 2) i. e. Burdegalensis, dictus Bertrandus. 3) Obiit Ian. 21. 4) Königsaal (Zbraslaw). 5) Similia verba in Chr. Sampetr. p. 146. 6) Fridericus I. 7) Carolus Robertus. 8) Iohanne de Botelstein. 9) Violam, filiam Casimiri de Teschen. 10) Heinricum.

regnum. Igitur rex Romanorum Adelbertus forti manu intravit Bohemiam et constituit ibi regem filium suum Rudolfum ducem Austrie, dans ei uxorem reginam Bohemie, videlicet relictam regis Wenzezlai secundi[1]. Sic ergo regnum Bohemie ad Theotonicos translatum est.

ADDITAMENTUM.

Anno[a] Domini 1307. Swevi in manu forti Thuringiam et alias provincias circumiacentes ingressi sunt, multa castra et alias municiones hostiliter devastantes; et tandem per gentes Thuringie et Misnen. miserabiliter[b] interempti sunt, et relicti in fugam versi circa oppidum Luckow[2] Nuemburgensis dyocesis.

a) *haec manu saec. XIV. ex. vel XV. addita sunt B (cf. Tab. V); manu librariorum scripta B 2. 3.* b) miseab. *B.*

1) Elisabeth. 2) Lucka in confinio regni Saxonici et ducatus Altenburgici.

GESTA PRAEPOSITORUM STEDERBURGENSIUM CONTINUATA.

Anno 1316.[1] *vel paullo post conditum est magnum monumentorum historicorum Stederburgensium volumen, quo tam monasterii chartae quam rerum gestarum narrationes ibi scriptae colligerentur, impensis ad hoc necessariis partim per pias donationes solutis*[2]. *Qui id composuit registrum nonnullis annis ante a Iohanne praeposito compilatum secutus esse videtur*[3]; *et quae is de administratione sua memoriae tradidit ad verbum recepit, eodem modo quo antea Gerhardi librum compilationi huic insertum videmus. Qui cum iam Scriptorum tomo XVI. una cum Annalibus Stederburgensibus vetustioribus ibidem servatis editus sit, nunc restat, ut acta praepositorum, qui Gerhardo successerunt, hucusque maximam partem inedita*[4], *proponamus.*

Ea initio brevia spatio inter diplomata vacuo relicto illata sunt, ut filum narrationis inter Gerhardum et Iohannem abruptum quodammodo reficeretur; hic vero copiosa et diligenti relatione praesertim expensarum a se factarum rationem dedit, lites et alias monasterii molestias exposuit, et ita non pauca memoriae tradidit quae ad res eius temporis accuratius cognoscendas faciunt. Eodem modo, quamvis brevius, de eius successoribus ad a. usque 1309. *refertur. Nonnulla post in margine ab aliis, ut videtur, addita sunt. Qui vero chartarum collectionem continuaverunt neque praepositorum ordinem neque quidquam aliud historico ritu adiecerunt.*

Codicem in tabulario Guelferbytano asservatum, quem ante multos annos Hannoverae manibus triveram, nunc permittentibus summis ducatus Brunsvicensis ministris humanissime Berolinum transmissum, ope V. Cl. Krusch adiutus, plenius exscripsi. Librarius non semper a mendis satis cavit; in verbis distinguendis nonnumquam perperam erravit, aliquoties etiam vocabulo omisso sententiam deformasse videtur, scriptura vero usus est perspicua et satis eleganti, cuius specimen habes t. XVI, tab. 1.

Locorum, maximam partem prope monasterium et urbem Wolfenbüttel sitorum, explicationes, quas b. m. Hettling, tunc summus tabularii Guelferbytani

1) Ultima primi scriptoris manu exarata charta data est a. 1316. ipso die S. Urbani, p. 288; alia manu adiectae pertinent ad a. 1318. sqq., nonnullae vero etiam ex saec. XIII. suppletae sunt.

2) v. c. a. 1277. 1290.

3) p. 84. codicis haec leguntur: *Ego Iohannes Dei gracia prepositus in Stedereburch perspiciens privilegia eiusdem ecclesie, et ad quasdam negligencias precavendas hec in uno volumine conscribi volui, que per ordinem invenies in littera subsequenti.* Cf. 'Arch.' VII, p. 610, ubi codicem accuratius descripsi. Iohannes praepositurae iam a. 1290. cessit, neque tunc codex superstes scriptus esse potest.

4) Nam parva tantum fragmenta Leibnitius, SS. I, p. 867 sqq., Gerhardi libro subiecit.

praefectus, cum G. H. Pertzio communicaverat et hic in indicem reiecerat[1], *non ibi, sed in versione Germanica a V. Cl. Winkelmann instituta*[2] *invenies. Praeterea notis usus sum quas V. Cl. Zimmermann, eidem tabulario ab epistolis, mihi benivole suppeditavit.* *G. Waitz.*

p. 109. [1211—1219]. Ubi[a] Bertoldus prepositus post dominum Gerhardum prepo-situram suscepit.

Bertoldus pie memorie prepositurum ecclesie Stederborch post obitum domini Gerhardi suscepit, qui per multos labores et exspensas largissimas ecclesiam nostram ab advocatis, per quos multum gravata fuit, exoneravit[3]; dedit eciam ad prebendam nostram[b] 2 mansos et dimidium sitos in Stidere[4], de quibus in ipsius anniversario dominabus in refectorio statuit ministrari; dedit eciam 5 mansos in ipso Stidere ad emendacionem vestium nostrarum[5]. Hic eciam omnia edificia nostra vetustate dilapsa reparavit.

p. 118. De obitu prepositi Bertoldi.

Postquam pie memorie dominus Bertoldus prepositus in Stederborch vitam suam laudabilem, plenam laboribus, consumaverat, iubente Domino de hoc seculo migravit, et pro terrenis beneficiis pius Dominus perpetue mansionis gaudia conferat sempiterna!

p. 119. [1223—1230]. Titulus altaris ad septentrionalem plagam monasterii prope altare sancte Crucis.

Anno gracie 1234, indictione 13, Kal. 10, die sabbati consecratum est hoc altare a venerabili antistite sancte Hilden[semensis] ecclesie domino Conrado sub Bernardo huius loci preposito, in honore domini nostri Ihesu Christi et gloriose Dei genitricis Marie, ad singulare patrocinium sancti Christofori gloriosissimi martiris et aliorum sanctorum quorum hic patrocinia fideliter habentur[6]. Continetur autem hic de ligno Domini, de sepulcro Domini, de oleo sancte Marie et de capillis eius, de casula sancti Iohannis baptiste, sancti Petri apostoli, sancti Andree apostoli, sancti Iacobi maioris, sancti Iacobi minoris, Stephani martiris, Urbani martiris, Vincenti martiris, Laurencii martiris, Oswaldi regis et martiris, Pancracii martiris, Wenesclai martiris, Viti martiris,

a) *rubro in marg. c.* b) nostra *c.*

1) SS. XVI, p. 201 n. 9. 2) 'Geschichtschreiber der Deutschen Vorzeit', saec. XII, vol. XI. 3) Chartae Sifridi et Conradi episcoporum Hild. hac de re datae a. 1120. et 1122. Cod. p. 109. 114. 117. 4) Olim prope Steterburg situm, nunc desertum. 5) Charta data a. 1220, ib. p. 111. 6) Quae in priore chronici parte, ubi altarium dedicationes referuntur, de reliquiis ibi servatis notantur in editione SS. XVI, p. 212 sqq. omissa sunt, et sane taedium movent. Nam ita abundant, ut pene integrum martyrologium exscriptum credere posses. Quare exempli causa unum saltim locum hic addere placet: *Continetur autem hic de cunabulis Domini. De veste Domini, de scuttella Domini, de ligno dominice crucis, de sepulchro Domini, de crine, unguibus, camisia, vestibus, lecto ac sepulchro beate Dei genitricis Marie. Reliquie sancti Iohannis baptiste, Abrahe patriarche, de virga Moysi, Ioseph ab Arimathia, Petri, Pauli, Andree, Iacobi maioris. De manna sepulchri sancti Iohannis ewangeliste, Iacobi fratris Domini, Bartholomei, Mathei, Mathie apostolorum; septem Machabeorum, Stephani prothomartiris, Clementis pape et martiris, Ciriaci pape et martiris, Ignacii, Dyonisii, Cypriani, Blasii, Bonifacii, Kiliani, Lamberti, Donati, Florencii, Mimatis, Iacobi, Aquilini, Simplicii, Pantuli, Eusebii, Gregorii, Wingeri episcoporum et martirum; Alexandri pueri et martiris, filii sancte Felicitatis, Christofori, Viti, Georgii, Pancracii, Felicis et Adaucti, Eustachii, Sebastiani, Vincencii, Valentini, Pelagii, Floriani, Simplicii, Faustini, Crispini, Crispiniani, Iohannis, Pauli, Cosme, Damiani, Thiburtii, Valeriani, Cancii, Canciani, Iusti, Arthemii, Oswaldi, Nothi, Etherii, Macharii, Wenzlai, Mauricii, Secundi, Gereonis, Exuperii, Valerii, Iuvenalis, Thebeorum militum, Maurorum marturum, Eucharii, Valerii, Nicolai, Basilii, Benedicti abbatis, Martini, Auctoris, Burchardi, Willehardi, Epyphanii, Bernwardi, Godehardi episcoporum; Marie Salome, Marie Cleophe, Marie Magdalene, Marie solitarie, Anastasie martiris, Felicitatis plus quam martiris, septem filiorum matris, Agnetis, Cecilie, Agathe, Lucie, Margarete, Eufemie, Beatricis, Honeste, Cancianille, Scolastice, Gertrudis, Speciose virginum; Helene regine, Sophie vidue, Ursule regine ac sodalium eius, id est Demetrie regine, Margarite, Clemencie, Gerbencie, Alexandrine, Quirille, Panafrete, Bargarie, Bobbilie, Fenagarie, Eufrosine, Karisie, Panie, Berrencie, Colencie, Sannie, Claradomie et aliarum virginum undecim milium, necnon aliorum sanctorum plurimorum, quorum nomina in libro vite scripta sunt. Circiter* 127 *porciones.*

Pantaleonis martiris, Mauricii martiris et sociorum eius, Quirilli martiris, Georgii martiris, sancti Martini confessoris, sancti Benedicti confessoris, sancti Servacii confessoris, Anne, Marie Magdalene, Eulalie virginum[a*], sanctarum virginum undecim milium et aliorum sanctorum quorum nomina ignoramus.

[1231]. Eodem[a] tempore Everhardus prepositus eligitur.

5 [1232—1238]. De fratre Ottone. p. 121

Quidam conversus frater noster Otto de substancia quam laycus habuerat ad specialia bona dominarum in Beddinghe et in Vimmelsen[1] adiuvit fideliter preposito Everhardo.

Temporibus[a] Everhardi prepositi triginta virgines Deo dicate et coronate sunt in die apostolorum Philippi et Iacobi. p. 135. Mai. 1.

10 [1254—1257]. Pie memorie Everhardus prepositus ex hac vita migravit, qui ecclesiam nostram pene destitutam prediis sollicite recuperavit et officinos[b] atque allodia edificiis et multis utilitatibus ubique sublevavit. Cuius anniversarius in vigilia sancti Nicholai. Dec. 5.

[1259. 1260]. Cum ecclesia nostra Stederborch vacaret, a quodam converso nostro dicto Iohanne de Mandere superior pars monasterii cum tribus altaribus, que dilapsa 15 fuerant, reedificata est cum largis exspensis. p. 137.

[1262—1266]. De consecracione ecclesie in Stiderborch in die sancti Iacobi et velacione virginum. p. 138

Edificato monasterio, et convocato venerabili domino Iohanne episcopo, tria altaria cum toto monasterio in die sancti Iacobi de novo consecrata sunt, et triginta tres virgines 20 Deo dicate et coronate sunt. Et ad quodlibet altare dominus episcopus quadraginta dies indulgencie et annum unum ad antiquiorem indulgenciam addidit. — Hec[a] est secunda consecracio trium altarium et tocius monasterii. Iohannes conversus promovit. Iul. 25

De discessu Henrici prepositi de Alvelde. p. 140

Temporibus eiusdem domini Henrici prepositi dicti de Alvelde chorus dominarum edi25 ficabatur lacior et ornabatur cum pictura. Insuper eciam edificabatur chorus dominarum in Meinolverode[2]; et cum novem annis laudabiliter rexisset ecclesiam Stederburgensem, infirmitate cogente recessit. Cuius anniversarius in festo beate Agnetis virginis peragetur. Ian. 21.

1268.

De primo adventu prepositi Iohannis de Valersleve.

30 Dei[c] gracia Iohannes Stederburgensis ecclesie prepositus suo conventui, suis successoribus huius vite prosperitatem et post cursum presentis vite ad eternam beatitudinem feliciter pervenire. Cum ex suscepto nostre amministracionis officio ea que in ecclesia nostra Deo auctore nostris temporibus racionabiliter geruntur, predecessorum nostrorum sequentes vestigia, scripture, que posteris facti memoriam representet, propter diversos ecclesiarum 35 invasores utile credimus commendandum, ut tenore presencium ad noticiam perveniant futurorum: p. 141.

Anno igitur post partum virginis 1269, pridie Nonas Maii, die videlicet sancti Iohannis euvangeliste, quando agitur festum ante portam Latinam, onus tocius regiminis per communem electionem nostre congregacionis, sicuti nobis postmodum ab ydoneis personis est 40 relatum, necnon per domini nostri Hildensem[b] electi debitam confirmacionem duximus acceptandum, postea vero cum primo de facto nostro poteramus ordinare, uno tantum mense transacto, pridie Nonas Iunii ab honorabilibus viris prelatis, monachis, secularibus, clericis, militibus, burgensibus multis et non invitatis ducti fuimus in possessionem, quibus omnibus eodem die simul et dominabus nostris per Dei graciam competens servicium ex parte nostra 45 fuit procuratum. Nos vero, dominarum debita recepta obediencia, ecclesiam Deo devotam ac honore dignam invenimus, sed fere ad centum marcas, ut scripta computacionis honorabilis viri predecessoris nostri adhuc protestantur, obligatam. Emimus[d] et statim carnes pro undecim talentis, brazium pro quatuor talentis, quindecim modios *siliginis pro undecim talentis et quinque solidis. Secundo anno dedimus Henrico Gruben quindecim marcas 50 examinati argenti pro carnibus. Eodem anno defectum habuimus in annona; dedimus ergo dominabus duodecim talenta pro triginta modiis siliginis, domino Bertoldo vicario duodecim talenta pro viginti octo modiis tritici. Ipso anno teximus dormitorium dominarum, 1269. Mai 6. Iun. 4 *p. 142

a*) vir. *post add. c.* a) *rubro in marg. scripta c.* b) *ita c.* c) *manu quae maiorem chartularii partem exaravit.* d) Eminus *c.*

1) Beddingen, Fümmelse. Cf. chartam Conradi episcopi Hildesh. a. 1240, 10. Kal. Nov. p. 123. 2) Melverode.

cuius expense in lapidibus, in tegulis, in asseribus et aliis lignis ad hoc necessariis, in claviculis, in precio tectorum, in procuracione ipsorum, in vectura lapidum, de quibus plus quam centum plaustratas oportebat nos habere, in vectura lignorum et in precio carpentariorum et tegularum plus quam ad quadraginta marcas sunt computate.

Fecimus eciam servicia domino episcopo in Luttere[1] ad structuram castri nobis inconveniencia et nimis sumptuosa; nam currum cum quatuor equis et duobus servis per duas estates nostris expensis oportebat nos ibidem procurare. Sustinuimus eciam magnas exspensas et iniurias de quodam advocato de Asseburch Annone nomine, que ad enarrandum per omnia nimis essent tediosa.

Sedavimus eciam diversas querimonias multis laboribus et expensis. Venit quidam Almarus cognomine Vulpis, qui dicebat, patrem suum aput conventum nostrum sexaginta marcas examinati argenti reservasse, et post obitum patris sui nec ipse nec aliquis heredum aliquam consolacionem inde recepisse, et cum eadem fallacia advocato de Luttere se adiunxit, qui per multas minas ad restituendam iam dictam pecuniam nos nimis infestavit. Nos igitur reminiscentes quod dicitur, quia: *maior reverencia* *p.143. *iniquis exhibetur timoris quam benignis amoris*, advocatum ante[a] dictum per munera nostra, licet occulta, tamen satis larga, compescuimus, et sic eundem Almarum in presencia nostri conventus omnem querimoniam et inpeticionem iuramento in reliquiis sancti Iacobi apposito fecit abnegare, ita plane quod numquam aliquis heredum suorum pro hac causa ecclesiam nostram debet infestare.

Dedimus eodem anno unum talentum filiis cuiusdam litonis nostre ecclesie, qui Hardenacke in cognomine dicebatur, pro dampno quod dicebant patrem ipsorum de nostra ecclesia sustinuisse; qui eciam in presencia nostri conventus, presente domino Iohanne de Thide milite et Bertoldo de Mandere et Herbordo de Thide et aliis quam pluribus, in reliquiis sancti Iacobi iuraverunt, preposito et ecclesie deinceps debitam servare fidelitatem.

Venit eciam Thitmarus nomine cum litteris comitis de Wilipia[2], qui prebendam de nostra ecclesia requirebat, et quia idem Thitmarus, postquam apostaverat, uxorem duxerat et pueros genuerat, grave videbatur nobis, quod eum cum uxore sua et pueris reciperemus. Unde eciam amicabili composicione, donis nostris mediantibus, ab ipso fuimus absoluti.

Venerunt eciam filii cuiusdam Iordanis, qui frater fuerat Bertrammi de Adersem[b], qui ministeriales nostre ecclesie se esse dicunt, et de magno dampno, scilicet de sex mansis in Mandere[3] sibi ablatis et tribus talentis nostram ecclesiam incusaverunt; nos vero post diversa colloquia, considerantes eos esse vagos et secundum opinionem nostram maliciosos, malum ecclesie precaventes, dedimus eisdem duo talenta, filiis patrui ipsorum presentibus et compromittentibus, quod numquam *p.144 *ecclesie querimonia aliqua ab eis omnibus deberet renovari. Iuraverunt eciam omnes, ecclesie nostre perpetuo debitam servare fidelitatem.

Venit eciam quidam Ricbertus nomine, frater Hildebrandi coci, qui quosdam sibi ablatos agros requirebat; cui eciam post multa et diversa colloquia, presente Hildebrando iam dicto et Florino de Alvedessem, dimidiam marcam examinati argenti dedimus, et sic ab omni impeticione, fratre suo H[ildebrando] et F[lorino] nepoti[c] suo compromittentibus, liberaliter cessavit.

Fuit eciam quidam nostre ecclesie lito Iordanis nomine dictus de Beddinge, qui per multos annos debitum censum de quatuor mansis, quos in potestate sua tenuit, non persolvit; cuius detencionis summa ad decem talenta et amplius fuit computata. Hanc summam cum nec per excommunicacionem nec per minas nec per blandimenta ab eo possemus extorquere, post multas vexaciones cum eo habitas superaddidimus ei unum chorum siliginis et duo talenta Brunswicensium denariorum pro quodam manso in Northeim[4] sito, quem quondam litonico iure ante edificacionem illius curie possederat; et sic coram nostro conventu, multis eciam aliis tam clericis quam militibus et rusticis, quos secum duxerat, presentibus, in reliquiis sancti Iacobi iuramento confirmavit, quod numquam de cetero ecclesiam sive procuratores ecclesie verbo vel facto vel consilio pro aliqua impeticione nec pro mansis nec edificiis nec rebus mobilibus deberet molestare. Dedit eciam pro legitimis heredibus suis fideiussores Bertrammum de Vimmelsen, Hermannum de Geitlede, Sifridi

a) autem *c.* b) Ader *in litura c.* c) *ita c.*

1) Königslutter. 2) Wölpe. 3) Grossen-Mahner prope Salzgitter. 4) Ubi nunc Nortenhof inter Steterburg et Üfingen.

filium, Hermannum de Stedere, duos sororis sue filios, *quod talem ordinacionem inviolabiliter deberent observare. *p. 164

Incusavit nos eodem tempore quidam molendinarius, nostre ecclesie lito nomine Iohannes pro quodam manso in Lindem[1] sito, quem dixit sibi litonico iure pertinere; quam impeticionem quamvis iniustam esse sciremus, tamen pro bono pacis et pro vexacione redimenda eidem Iohanni annonam unum talentum valens et unum talentum promptorum denariorum dedimus, et sic eciam in reliquiis iuramento coram dominabus et aliis quam pluribus confirmavit, quod nec ipse nec aliquis heredum suorum hanc impeticionem deberet renovare, et ad maiorem cautelam adhibendam tres molendinarios, carnales fratres, ecclesie nostre litones, in tribus molendinis aput Lindem commorantes, hiis nominibus Bernardum, Willekinum et Ludegerum, dedit fideiussores, ut hec ordinacio firmiter observetur.

Supra mencionem de quodam Bertrammo de Adersem fecimus, cuius filii Ludolfus et Achilles post mortem patris bona ecclesie nostre in ipsa villa Adersem[2] loco villicacionis coluerunt, qui debitum censum raro persolverunt; cuius detencionis summa de utroque plus quam decem talenta fuit computata. Unde Achilles paupertate cogente suam curiam resignavit; cui de debitis sibi computatis in tribus talentis propter bonum pacis pepercimus persolvendis; tria vero talenta octo solidis minus fide data promisit persolvenda; que tamen secundum nostram opinionem nostris successoribus relinquemus requirenda. Ludolfo, quia in alia curia remansit, inducias de debitis suis, hoc est de quatuor talentis et duobus solidis et octo modiolis *tritici et uno porco et pullis et ovis, inducias dedimus; que omnia forte numquam recipiemus. Hec propterea notavimus, ut, si forte in posterum de hiis mencio facta fuerit, successores nostri maliciis ipsorum sic possint obviare. Habebant eciam idem servi quendam consobrinum nomine Ludolfum dictum de Levede, qui nos de duabus areis in Levede[3] a predecessoribus nostris sibi alienatis incusavit; cuius querimonia cum iniusta esset, in iudicio villicorum sex talenta nobis duabus vicibus vadiavit, que ei ex toto fuerunt relaxata. Unde quendam sartorem, sororis sue filium, et iam dictum Ludolfum fideiussores dedit et in et coram conventu et aliis quam pluribus clericis, militibus et rusticis iuramento confirmavit, quod numquam de cetero ecclesiam per aliquam querimoniam deberet molestare. *p. 146.

Venit eciam quidam qui de progenie illorum de Vimmelsen Bertrammi et fratris sui se esse fatebatur. Hic, comparante sibi domino Annone advocato, magnam pecuniam requisivit; qui tandem post multa colloquia, recepto a nobis uno talento, iuravit nobis et ecclesie debitam litonicam servare fidelitatem. Quidam eciam Iohannes nomine dictus de Lindem, lito ecclesie nostre, movit querimoniam de duobus mansis et dimidio in Lindem sitis, cooperante sibi Hermanno Papa seniore; eius querimonia quia iniusta a multis militibus et burgensibus de Brunswich est probata, vadiavit eciam duabus vicibus, qualibet vice tria talenta; que simili modo successoribus nostris relinquemus requirenda. Fuerunt eciam quidam servi in Lindem, litones nostre ecclesie, filii *cuiusdam qui Thidericus Bruningi vocabatur, qui simili modo pro quibusdam agris in Lindem sitis nos incusaverunt; quorum querimonia quia iniusta erat, eciam in iudicio nostrorum villicorum sexaginta solidos vadiaverunt; quos et posteris relinquemus. Multa adhuc incommoda et pericula eodem tempore passi sumus, que, magnis laboribus et bonis nostris mediantibus, quandoque quieverunt. *p. 147

Accidit autem eodem tempore, ut magnum horreum in curia nostra Mandere plenum frumento et domus pecorum in eadem curia a quibusdam servis dictis de Werre clam incenderetur, et per hoc ecclesia nostra plus quam ad centum marcas periculum passa fuit. Dedimus eciam eisdem incendiariis postmodum pro redimenda vexacione, licet indebita, Burchardo de Asseburch hoc agente et pacem nobis pro eis promittente, Halberstadensis argenti octo marcas.

Eodem tempore inter dominum ducem[4] de Brunswich et dominum Ottonem de Hademersleve magna discordia fuit orta, et quociens dominus noster Hildensem electus[5] fratri suo, hoc est duci, homines in adiutorium misit, semper in bonis nostris vel aput claustrum vel in curiis nostris fuerunt hospitati. Insuper curribus nostris domino duci per vecturam servicia faciendo gwerra perdurante paratos frequenter [nos[a]] esse oportebat. Tales expensas et servicia et incommoda triginta marcis puri argenti libenter potuissemus redimisse[b].

a) *deest c.* b) *ita c.*

1) Linden, a meridie Wolfenbüttel. 2) Adersheim. 3) Lewe, ex oriente Salzgitter, praef. Liebenburg. 4) Albertus senior. 5) Otto.

Accidit nobis malum eciam inopinatum, ut quidam servus Olricus nomine, qui nobis eques serviebat, cuiusdam burgensis de Goslaria servum nobis nescientibus vulneraret; quod (*p. 148.) malum licet nobis invitis factum fuerit, tamen a burgensibus *de Goslaria et quibusdam burgensibus de Brunswich multas incusaciones sustinuimus ac vexaciones, tamquam nobis volentibus fuisset perpetratum. Tandem post multa colloquia, proborum virorum consilio mediante, sic fuit ordinatum, ut eidem vulnerato quamdiu viveret duo modii siliginis Goslariensis mensure in Goslaria singulis annis a nobis deberent[a] presentari. Insuper tria talenta Brunswicensium denariorum iam dicto vulnerato in prompto fuerunt persoluta, et sic pax firmata est fideiussoria caucione. Quadam eciam vice, cum annonam, que dominabus ad vestituram est deputata, Brunswich, quo vendita erat, cum curribus nostris duceretur, accidit, ut quidam puer, prevignus[a] Reineri, quem burgenses Rosere nominant, sub rotam unius currus faceret lapsum, ita ut lederetur parum, nostris servis nescientibus; pro qua lesione per multas querimonias compulit nos duo talenta et quinque solidos ei dare. Hiis malis ante notatis et aliis quam pluribus nobis frequenter imminentibus, manum nostram non retraximus, ut a[b] forcia non mitteremus.

Dormitorium dominarum, sicuti dictum est, a nobis sumptuose et utiliter est reformatum. Domus fratrum et domus sororum ex promocione nostra lapidibus sunt tecte. Marstabulum eciam et domus illa tota[c], que straminibus fuerat tecta, et[d] stillicidium circumquaque pateretur, ita ut muri ruinam minarentur, muri reformati et domus tota lapideo tegmine a nobis est reformata. Laqueare de lignis abienis in nostro granario[e] a nobis ex novo est constructum. Domus nova et bona in Lindem a fratre Hardewico nostris tempo- (*p. 149.) ribus est edificata, cuius expensas in precio *carpentariorum licet per omnia non portaremus[e], tamen per vecturam et alias necessitates eidem H[ardewico] a nobis est subventum. Horreum eciam novum, quod frater Iohannes in Mandere ex novo fecit, non sine nostris expensis consumavit; nam ligna fere omnia de Bernebroke[1] per nostram vecturam sunt adducta. Candelabrum de elemosinis quarumdam dominarum factum, nostro eciam consilio et auxilio mediante fusum et in honore domini nostri Ihesu, simul ob reverenciam passionis eiusdem Ihesu Christi ac in honore sanctissime Dei genitricis virginis Marie et sancti Iacobi sanctique Christophori et omnium sanctorum, quorum reliquie aput nos requiescunt, bona[2] quinta feria in monasterio est erectum.

(p. 150.) [1270. 1271]. De coronacione virginum.

(1272.) Anno Domini 1272.[f] procuravimus, quod viginti quatuor domine nostri conventus una die coronate[e], velate et Deo sollempniter consecrate fuerunt. Laqueare in medio monasterio et[g] laqueare super altare domine nostre et ipsa pictura et laqueare super altare sancti Iohannis nostris temporibus est constructum. Fontem salive in Getere[3] ex novo sumptuose reparavimus, cuius expense ad triginta[e] marcas fuerunt computate. Speramus enim, quod ecclesia nostra multo tempore de utilitate illius salis debeat gaudere.

Eodem anno fundamenta ad pirale et ad cameras pirali contiguas iecimus, et per Dei (*p. 151.) graciam ipso anno omnibus placita subtus *et supra ac tegmine lapideo eadem[e] edificia[e] fere sunt consumata. Horum edificiorum expensas cui placuerit poterit computare.

Eodem eciam tempore quedam predia nostre ecclesie incepimus comparare. Duos mansos cum omni utilitate quidam Bertoldus nomine dictus de Lochtene in Capelstockem[4] ab ecclesia nostra tenuit iure feodali; post mortem iam dicti B[ertoldi] vidua ipsius, receptis a nobis decem et octo marcis examinati argenti, duobus filiis suis et una filia, qui legitimi heredes ipsorum exstiterunt, volentibus et compromittentibus, coram omnibus consulibus in Brunswich, quibusdam eciam presentibus qui nobis omnino sunt astricti, libere resignavit. Quidam eciam burgensis in Brunswich Henricus nomine dictus de Barem ab ecclesia nostra unum mansum in Thide[5] situm iure tenuit feodali; eo mortuo, filius eius Henricus, qui legitimus heres ipsius fuit, acceptis a nobis sex marcis examinati argenti, coram nostris ac suis familiaribus in Brunswich[h] in domo consulum libere resignavit. Quedam eciam mulier, coniunx cuiusdam institoris in Brunswich, unum mansum in Thide situm ab ecclesia

a) *ita c.* b) ad *legendum videtur; cf. p.* 729 *l.* 42. c) *post* tota *add., sed eras.* ut::: *c.* d) *quaedam deesse videntur, vel* cum *legendum.* e) *in litura c.* f) ıı *in litura c.* g) et — pic *in litura c. In marg. crux rubra.* h) wich in d. *in litura c.*

1) De cuius situ non constat. 2) i. e. coena Domini. 3) Salzgitter. 4) Klein-Stöckheim inter Wolfenbüttel et Braunschweig. 5) Thiede.

nostra tenuit iure ministeriali; que, suis amicis et heredibus volentibus et compromittentibus, receptis a nobis octo marcis et dimidia, eundem mansum in Brunswich coram consulibus civitatis libere resignavit. Hec prenotata[a] et alia, de quibus mencionem non fecimus, infra terminum quatuor annorum sunt ordinata. 1272.

Hiis ita actis, accidit, ut fidelem cooperatorem nostrum fratrem Iohannem de Mandere, nostre ecclesie conversum et illius curie in Mandere procuratorem, inopinata morte in die sancte Anne, heu! preventum, perderemus; cuius memoria aput conventum nostrum merito semper erit in benedictione; cuius eciam animam propter fidelitatem, quam nobis exhibuit, speramus esse coronatam. Iul. 26.

De Iohanne preposito.

p. 156.

Anno[b] Domini 1273. mortuo fratre Iohanne predicto, fratrem Hardewicum nostre curie in Lindem procuratorem in locum eiusdem Iohannis recepimus, ut, sicuti nichil sine consensu suo fuerat ordinatum, sic et sine consensu istius Hardewici nichil racione dignum ordinaretur. Post mortem iam dicti Iohannis laqueare super altare[b] sancti Iohannis, de quo eciam mencionem ante fecimus, est constructum, et organa *ipso tempore sunt parata; turris ecclesiastica laqueariis est emendata. 1273 *p. 157.

De bonis in Vimmelsen. Iohannes prepositus promovit.

Quidam miles Olricus nomine dictus de Barem quedam predia, hoc est sexdecim iugera in Vimmelsen sita, de nostra ecclesia tenuit iure feodali; qui, receptis a nobis novem talentis Brunswicensium denariorum, iam dicta sexdecim iugera cum omnibus attinenciis, filio suo Olrico et aliis heredibus suis compromittentibus, libere nobis resignavit. Decima super quatuor iugera in novali de eisdem bonis debet nobis pertinere.

Fuit eciam quidam sacerdos in Brunswich Hermannus nomine dictus de Vimmelsen[c], cuius mater et fratres quatuor iugera in ipso novali cum decima et omni iure de ecclesia nostra in feodo tenuerunt; qui, receptis a nobis tribus talentis, iam dicta iugera nobis libere cum omni iure resignaverunt.

Eodem anno comparavimus[d] ex novo unam curiam in Beddinge a nobilibus viris domino Hogero et domino Olrico dictis de Alta-fago[1] pro septuaginta quatuor marcis examinati argenti; qui et in donacione predictorum prediorum, que coram domino duce Alberto est facta, patronatum ecclesie in ipsa villa Beddinge nobis propter Deum contulerunt; ipsorum et adiutorio iam dicta bona per cautelam, que adhiberi poterat, et privilegia, ut speramus, satis bona ecclesie nostre sunt confirmata.

Eodem anno duas curias cum duobus mansis et aliis attinenciis in Dusnem[2] emimus[e] contra dominum Iohannem Nigrum dictum de Saldere, qui hec predicta bona proprietatis iure possidebat; qui, receptis viginti tribus marcis puri argenti, suis legitimis heredibus volentibus et compromittentibus, et fideiussoria caucione adhibita, presente domino Iohanne duce, nobis contulit, a quo nobis pacifice perpetuo *possidenda sunt per sentencias confirmata. Tenuit et idem dominus Iohannes de Saldere tres partes decime in feodo in ipsa villa Dusnem a comite Ludolfo de Waldenberch, ipse[f] vero comes tenuit de episcopo Hildensemensi; ipse vero dominus Iohannes, receptis a nobis pro redempcione trium partium huius decime sexaginta quatuor marcis examinati argenti, promovit, quod dominus episcopus cum consensu capituli post resignacionem comitis eandem decimam nobis integraliter contulit perpetuo possidendam. Quartem partem Burchardus, frater domini Iohannis de Saldere in Lechtenberche commorantis, licet nostra sit proprietas, tamen in sua adhuc tenet possessione. Emimus[g] et eodem anno tres mansos in eadem villa Dusnem cum duabus areis contra filios domini Lodewici de Lindede, quos a nobilibus de Meinersem tenuerant iure feodali; quos cum publice resignassent, idem nobiles tres mansos iam nominatos cum omnibus attinenciis et omni iure in presencia domini Iohannis ducis de Brunswich, in cuius iuridicione sunt siti, nobis liberaliter contulerunt perpetuo possidendos, et *p. 158.

a) ta et alia de *in litura c.* b) Anno — altare sa *in litura c.* c) Vimmil. *corr.* Vimmel. *c.* d) com *e corr. c.* e) *in litura c.* f) ipso *c.* g) us et *in litura c*

1) Hohenbüchen; cf. chartam Alberti ducis Brunswicensis hac de re datam 1274, prid. Idus Decembr., ap. Scheidt, Mantissa p. 270. 2) Sita erat villa Dusem prope Salder, ex occidente Wolfenbüttel, nunc deserta; v. Hänselmann, 'Braunschw. Chron.' I, p. 96 n. 4.

1273. hanc donacionem privilegiis suis nobis firmaverunt. Comes Ludolfus de Waldenberch et comes Ludolfus de Dasle fideiusserunt pro bonis in Beddinge, fide data, quod collacio ac empcio illorum bonorum ecclesie nostre stabilis debet permanere. Et hanc fideiussionem ex parte ecclesie nostre nobiscum receperunt dominus Fridericus et dominus Walterus de Dorstat, dominus Baldewinus et Henricus[a] dicti de Campe, dominus[b] et Ludolfus de Wenden, 5 dominus Gevehardus senior et iunior de Bortvelde, Iohannes Marscalcus de Saldere, Thidericus de Walmode; burgenses Ludolfus Mathei, Iohannes Helye, *Wedekindus de Gandersem, H. et T. Holtnicker, C. et H. de Gustede, Henricus dictus Clericus cum filio suo Henrico. Comparavimus iam dicta bona pro septuaginta quatuor marcis pro bonis, que contra dominum Iohannem Nigrum emimus, duobus videlicet mansis et decima in Dusnem. 10 Dominus Iohannes de Saldere et fratres sui Bodo et Burchardus, dominus Bertoldus de Godenstede et frater suus Iohannes, dominus Conradus Marscalcus de Hildensem et frater suus Ludolfus, Ludolfus de Drismenstede, Conradus, filius domini Iohannis Nigri, fide data promiserunt, quod predicta bona sine inpeticione heredum domini Iohannis ecclesia nostra quiete debet possidere; et hoc promissum nobiscum ex parte nostre ecclesie receperunt 15 dominus Iohannes Marscalcus dictus de Saldere et filius suus Burchardus, dominus Willekinus de Olbere, dominus Anno de Gowisch; burgenses Ludolfus Mathie, Herbordus Clericus, Conradus et Hermannus de Gustede, Henricus qui vocatur Vorlorene. Dedimus itaque pro decima sexaginta quatuor marcas, pro duobus mansis viginti tres marcas. Pro tribus mansis, quos emimus a filiis domini Lodewici, promiserunt fide data, quod nullus heredum ipsorum 20 debet inquietare, dominus Brant de Lindede, dominus Iohannes Marscalcus et filius Burchardus, et idem servi qui vendiderunt, Conradus et Brant; et hoc promissum ex parte ecclesie nostre receperunt dominus Baldewinus et filius suus dominus Iordanis et dominus Henricus dicti de Campe, dominus Thidericus de Walmode, Fridericus de Stedere; burgenses Ludolfus Mathie, Iohannes Helye, Widekindus de Gandersem, Conradus de Gustede. Emimus eosdem 25 mansos pro triginta* tribus marcis. Et est summa, quam illo anno in comparandis bonis expendimus[c], exceptis aliis expensis et clenodiis et denariis, quos pro privilegiis dedimus, ducente marce, sex marcis minus.

*p. 159 / *p. 160.

Supra cuiusdam Iohannis de Lindem nostri litonis mencionem fecimus, qui pro iniusta querimonia sua sex talenta nobis vadiavit. Idem postmodum, cooperantibus sibi quibusdam 30 burgensibus de Brunswich, per minas incendii coegit nos sibi dare sex talenta, et sic in duodecim talentis ecclesie nostre est astrictus.

p. 164.

De dammone. Iohannes[d] prepositus promovit.

De lapidea via.

Anno Domini 1274. viam in dammone[1] cum lapidibus et arena incepimus edificare. Construximus eodem anno ex novo duos puteos, unum in claustro et alium ante allodium, 35 et[e] unam[e] domum novam in Dusnem cum omnibus attinenciis et ipsam curiam quasi totam. Sartaginem ad braxatorium comparavimus pro octo marcis puri argenti.

Quidam[e] Hermannus de Meynem cognomine Goseke incusavit nos pro quibusdam agris in Getlede[2] sitis, quos dixit sibi proprietatis titulo pertinere, et post multa placita, in quibus ad diversa loca, hoc est Hillegendorpe[3], in Kissenbrucke[4], in Horneburch[5] et sepius in 40 Brunswich, eum secuti fuimus, et nichil iuris consequi posset, tamen ab inpeticione sua non cessavit. Tandem venit quedam domina vidua domini Iohannis de Arebeke, que fuerat *mater domini Iohannis de Stockem, qui cum consensu sue uxoris domine Gerlindis et aliorum legitimorum heredum suorum hec prenotata bona ecclesie nostre vendiderat, et coram multis nobilibus, scilicet coram domino Bernardo de Indagine, domino Hermanno de Wer- 45 berch, domino Friderico et domino Waltero de Dorstat, domino Burchardo de Meynersem, comite Hermanno de Waldenberch, in curia domine Werberch aput turrim Sancti Blasii et de bonis ante nominatis, iam dictis nobilibus in vice domini ducis audientibus, ecclesie nostre debitam warandiam exhibebat, post hec in domo burgensium coram consulibus civitatis Henrico Engelhardi, Conrado Holtnicker, Henrico Resen, Ludolfo Mathie, Iohanne 50 Helye, Iohanne et Conrado et Henrico et Bertrammo fratribus dictis de Velstede, Bernardo

*p. 165

a) H. d. de C. *in litura c.* b) *ita c.* c) expedimus *c.* d) I. pr. p. *post add. c.* e) *in litura c.*

1) Nostrum 'damm' esse videtur. 2) Gittelde. 'Braunschw. Chron.' I, p. 293. Hornburg, e meridie 3) Heiligendorf in praef. Fallersleben. 4) Kissenbrück. 5) '*in dem richte to Horneborch*', Börssum. 55

de Peina, Bernardo advocato, Widekindo de Gandersem, Bertoldo Bulsing, Denecone de Pattensen, Herbordo Clerico, Meynecone et Thiderico de Blekenstede et aliis quam pluribus eandem warandiam renovavit. 1274

Quidam Bertoldus nomine dictus de Mandere tenuit duas areas in ipsa villa Mandere a nobilibus de Meynersem iure feodali. Idem Bertoldus, receptis a nobis quatuor talentis et sex solidis, areas iam dictas dominis suis de Meynersem resignavit, quarum proprietatem nobis pro dimidia marca puri argenti liberaliter contulerunt. Incusavit eciam nos dictus Bertoldus multis vicibus pro quadam supellectile, quam dixit sibi temporibus domini H. decani predecessoris nostri sibi fuisse alienatam, et hoc dampnum ad multa talenta computavit; nos vero nec a decano nec ab aliquo aliquid verisimile poteramus experiri acta[a]; inde pro vexacione redimenda *et ad instantem peticionem suorum amicorum commisimus eidem quandam aream in Thide, quinque solidos et quinque pullos singulis annis solventem, ea condicione, ut, quamdiu vixerit et personalem in dicta area residenciam facere voluerit, tres tantum solidos singulis annis nobis presentabit, post suum vero recessum vel discessum nostra ecclesia suis heredibus in bonis prenotatis nichil iuris recognoscit. De areis in Mandere. *p. 166.

Supra mencionem fecimus de bonis in Dusnem a nobis noviter conquisitis, hoc est de quinque mansis et tribus partibus decime eiusdem ville. Quartam vero partem dominus Bodo de Saldere post mortem fratris sui Burchardi cum alia hereditate sua sibi usurpavit.

De bonis in Dusnem. Iohannes prepositus promovit. p. 174.

Anno igitur post partum virginis 1275. quartam partem predicte decime et sedecim iugera in ipsa villa Dusnem pro viginti octo marcis cum una area et aliis attinentiis et omni iure a domino Bodone de Saldere curavimus comparare[1], que eciam ecclesie nostre privilegiis sunt confirmata ac fideiussoria caucione. Fideiussit enim dominus Iohannes Marscalcus[b] et filius suus Burchardus, dominus Iohannes Niger et dominus Iohannes Lenkener[2]. Habet itaque ecclesia nostra in iam dicta villa quinque mansos et dimidium ex novo comparatos et decimam cum omni iure; in primis duobus mansis, quos a domino Iohanne Nigro emimus, continentur iugera quadraginta duo, in tribus aliis domini Brant septuaginta, in dimidio sedecim.

Et hec est summa pecunie que *nostris temporibus usque ad presens in comparandis bonis absque edificiis est expensa: pro decem et octo marcis redemimus duos mansos in Capelstockem, pro novem marcis unum mansum in Thide ab institore, pro sex marcis unum mansum ibidem a Henrico de Barum[a], pro novem talentis sedecim iugera in Vimmelsen, pro tribus talentis quatuor iugera ibidem, pro quinque talentis aream in Mandere, ad structuram salis in Getre triginta marcas, pro bonis in Beddinge septuaginta quatuor marcas, pro decima in Dusnem octoginta quatuor[b] marcas, pro duobus mansis viginti tres marcas, pro tribus mansis triginta tres marcas, pro sedecim iugeribus ibidem octo marcas. Dedimus eciam decem marcas ante non notatas, nostris amicis mediantibus, pro redimenda magna vexacione. Et est tota summa trescente[c] marce sex marcis minus et decem et septem talenta. Denarios incendiariis datos hoc loco non computavimus, nec denarios singulis annis pro carnibus, pro butiro, pro caseis, pro allecis, pro cepo datos; que omnia singulis annis quinquaginta talentis vix possunt comparari. Precium utriusque curie, sacerdotum, scolarium, cocorum, pistorum, braxatorum, meorum servorum, clavigeri, ortulanorum, conversorum indumenta et sororum, agriculorum[c], ancillarum, messorum, pastorum, opilionum, subulcorum: hec eciam omnia quinquaginta talentis singulis annis non solvuntur. Superest precium fabri, quod octo talentis quolibet anno non persolvitur; precium sectoris lignorum quatuor talenta; comparacio curruum et aratrorum[d] plus quam quinque talenta. Hec omnia a predecessoribus nostris sunt probata et ad nos ita perducta. Quicumque ergo querit, quo pecunia *a nobis recepta devenerit, in prescriptis investigari[c] poterit. Sunt enim adhuc multa computabilia, que ad presens non scribimus, ne propter inanem gloriam scripsisse videamur, que tamen in specialibus litteris continentur. Dedimus eciam ipso anno quatuor marcas et dimidiam puri argenti procuratori racione visitacionis Maguntini. *p. 175. *p. 176.

a) *codex saepe aliter, sed perperam distinguit.* b) *in litura c.* c) *ita c.* d) aratorum *c.*

1) Charta a. 1275, 4. Non. Ianuar. p. 176. 2) 'milites dicti de Saldere', ibid. p. 177.

1275. Anno prenotato refectorium dominarum, quod per stillicidium et vetustatem omnimodis perierat, ita ut nichil preter muros remaneret, magnis expensis et laboribus incepimus reformare et ad commodum dominarum dormitorium desuper decrevimus construendum.

Eodem anno orta est werra inter ducem et marchiones, et servivimus domino duci cum tribus curribus sumptuose.

Eodem anno comparavit dominus episcopus Hildensemensis[1] castrum Woldenberch; ad cuius solucionem in omnia claustra nostre dyocesis fecit exactionem, nobis vero ex precepto ducis cum aliis quibusdam cenobiis non licebat ad hanc empcionem eidem in aliquo subvenire; unde post multas adversitates et minas per sentenciam a domino episcopo contra nos latam oportebat per decem septimanas excommunicacioni subiacere; cuius indignacionem non sine sumptu et dispendio poteramus pertransire. Dedimus eciam pro decima ad curiam Romanam eodem anno duodecim talenta. Dedimus eciam eodem anno episcopo quatuor marcas puri argenti pro gracia sua acquirenda et postea quatuor quando comeciam comparavit.

p. 181 Hec domina Margareta[2] quondam priorissa dicta Holtnicker et custrix ad decorem domus Dei, quam dilexit, scrinium sancti Christofori argento ornari fecit pro novem marcis, tapetum magnum de domina Friderunda operari fecit, duas tabulas in vitrea fenestra parari fecit, magnam crucem super altare sancte Crucis poni fecit, et candelabrum magnum ante altare sancte Crucis parari fecit, et omnes vitreas fenestras in choro dominarum parari fecit, inferius laqueare supra refectorium dominarum parari fecit. Insuper quantis expensis et studio preparamenta ornaverit, domino Deo committimus numeranda. Anniversarius[a] domine Mai 3. M[argarete] est in die sancte Crucis post pascha.

p. 182. De coronacione virginum in Melverode. Iohannes prepositus promovit.

1276. Anno Domini 1276. venerabilis pater noster dominus Iohannes prepositus duo altaria sumptuose in ecclesia sancti Nicholai Meinolverode edificaverat, et hec sunt consecrata a venerabili domino Ludolfo Halberstadensi episcopo, unum[b] in septentrionali plaga in honore domini nostri Ihesu Christi et gloriosissime virginis Marie et omnium sanctorum, et aliud in australi plaga in honore domini nostri Ihesu Christi et sancti Iacobi apostoli et omnium *p. 183. sanctorum; quorum altarium dedicacio peragetur *in die sanctorum martirum Felicis et Aug. 30. Adaucti, si dominica est, sin autem, prima sequenti dominica post Felicis et Adaucti hec dedicacio peragetur. Insuper eciam viginti virgines nostre una die coronate, velate et Deo sollempniter fuerunt consecrate ab eodem episcopo. Hec omnia prepositus Iohannes sollempniter studuit promovere. Idem episcopus ad quodlibet altare contulit quadraginta dies indulgencie et karenam.

De bonis in Stideum. Iohannes prepositus promovit.

Eodem anno emimus duos mansos in Stedium[3] a domino Iohanne Marscalco cum consensu et compromissione omnium heredum suorum pro viginti septem marcis puri argenti, qui nobis eciam per privilegia et fideiussores ydoneos coram duce sunt confirmati.

Eodem anno circa messem invaluerunt mures, et demoliti sunt segetes in tantum, ut vix mediam partem frugum reciperemus. Qua necessitate conpulsi plus quam triginta marcas puri argenti expendimus annonam comparando.

Anno sequenti pestilencia pecorum est exorta, ita ut nobis secundum veram computacionem mille et ducente oves et plus quam centum vacce morerentur; unde in comparandis lacticiniis multa expendere oportebat.

Insuper eodem[c] anno comparavimus ecclesie nostre a domino Ekberto de Asseburch quedam predia, partem in molendino Lefforde[4] solventem quolibet anno quatuordecim modios siliginis Brunswicensis mensure et inpinguacionem unius porci alternis[d] annis per duodecim septimanas et singulis annis quinque solidos pro parte porci et piscaturam et avium capturam in superiori parte eiusdem molendini pro septuaginta quatuor marcis puri argenti, compromittentibus legitimis heredibus suis et domino Burchardo, fratre suo; que *p. 184. eciam nobis *primo per sua propria privilegia et postmodum donacio proprietatis coram duce Henrico facta et ipsius ducis privilegio sunt confirmata. Eodem tempore redemimus unum mansum in Vimmelsen continentem in se viginti iugera pro decem talentis a duobus

a) *haec post addita sunt c.* b) *in marg. codicis crux rubra delineata.* c) e. a. com *in litura c.* d) alterius *c.*

1) Otto; cf. Orr. Guelf. IV, praef. p. 18. 2) Cuius charta praecedit. 3) Stiddien praef. Wolfenbüttel. 4) Leiferde inter Braunschweig et Wolfenbuttel.

fratribus Ludolfo et Hermanno, qui eum de ecclesia nostra iure tenuerunt feodali, quem cum voluntate heredum suorum coram hominibus nostre ecclesie nobis publice resignaverunt. Nec hoc pretermittendum, quod de eisdem decem iugeribus octo, et quatuor, hoc sunt duodecim, ibidem cum decima nostra, de quibus ante fecimus mencionem, et omni iure nobis actenus pertinere debent, et iacent insimul in campo Adersem, Hermannus colit. 1276.

[Domina[a] Elizabet priorissa dicta de Helmenstat in officio custodie comparavit duos choros tritici pro marcis 10, et fecit parari argenteam crucem pro sex marcis et nova vexilla pro[b] 10 marcis, et cetera que sunt Deo cognita sibi committimus. Dedit eciam dimidiam marcam ad presentem librum. Domine Frederundis et Hadewigis pro remedio anime sue et parentum suorum pro quatuor stolis 6 marcas]. p. 188.

Iohannes prepositus dicit.

Anno Domini 1278. fere generalis et miserabilis plaga nostre provincie, peccatis hominum exigentibus, est exorta; nam tota siligo, cum iam esset in flore, per gelu periit, similiter alie segetes per ariditatem temporis minus valuerunt; et sic in comparando annona[c] eodem anno plus quam quinquaginta marcas expendere oportebat; vix semina in omnibus curiis nostris colligere poteramus. Eodem anno fere tota civitas Brunswich est exusta, unde non modicum detrimentum passi sumus.

Iohannes prepositus dicit. p. 190.

Anno Domini 1279.[d] accessit nobis inopinabile malum; nam werra maxima oriri cepit in terra. Multi enim principes, dominus Magedeburgensis electus et Bremensis archiepiscopus, Hildensemensis episcopus, quidam ex marchionibus de Brandeburch, cum multis nobilibus et comitibus, baronibus et ministerialibus et potestatibus terre contra ducem Albertum de Brunswich conspiraverunt et ad malum terre et destructionem ducis iuramento confederati sunt; unde multa mala per rapinas et incendia et exactiones diversas nimis fuimus angariati. Bona et redditus ecclesie nostre fere omnia in dominio ducis sunt sita, unde coacti ad servicia ducis oportebat nos esse paratos; pro qua causa dominus episcopus nos pro inimicis reputabat. Unde post multas minas ab ipso episcopo et suis advocatis nobis illatas, et cum videremus, mala que fiebant in terra nimis esse indurata, consilio super hoc habito, pro vexacione redimenda, ut sperabamus, viginti sex marcas dedimus puri argenti domino episcopo; de qua spe tamen multociens fuimus viduati, nam bona nostra postea fuerunt exusta in Brotzede[1], in Alvedessem, in Beddinge; homines ecclesie nostre fuerunt captivati, spoliati, et nos cum eis; quandoque nostra nobis fuerunt reddita, quandoque non.

Eodem anno ambo nobiles et illustres principes, videlicet dominus Otto Hildensemensis episcopus et dominus Albertus dux de Brunswich, mortui sunt. Nam dominus episcopus in* die sancti Odelrici viam universe carnis est ingressus; transactis inde sex septimanis, hoc est in die assumpcionis beate Marie, dux debitum omnis carnis non sine magno gemitu et dolore suorum, heu! persolvit; cuius corpus quinta die cum magno honore in Brunswich est sepultum. Eodem die advocatus de Peina cum suis cooperatoribus magnam rapinam de omnibus villis nobis adiacentibus attulit, cum qua omnia pecora nostra et duodecim equi fuerunt deducta; que omnia rehabuimus, exceptis undecim vaccis, de quibus nullam graciam poteramus invenire. *p. 191. Iul. 4. Aug. 15.

Hiis malis adhuc perdurantibus, in Domino confisi, manus nostras misimus ad forcia. Nam tres mansos sitos in Minori Mandere, quos dominus Henricus dictus de Gowisch a nobilibus de Meinersem tenuerat in pheodo, ecclesie nostre comparavimus pro quinquaginta tribus marcis examinati argenti; quorum proprietatis donacio ac fideiussoria caucio coram duce et ipsius ducis privilegio ecclesie nostre est confirmata[2]. p. 191.

De decima Stidere. Iohannes prepositus promovit. p. 192

Anno Domini 1280. comparavimus decimam, quam solebamus dare domino Sifrido Scadewalt de agris nostris sitis in Stedere, quos coluimus propriis aratris; de qua decima ecclesia nostra singulis annis nimium paciebatur inpedimentum, quia, cum nos partem decime haberemus et ipse partem, et certos agros, de quibus ipse decimam colligere debet, nesciremus, sic fuit ordinatum, ut ipse de omnibus agris nostris mediam partem decime

a) *loco vacuo relicto alia manu add. c.* b) p. x. m. *superscr. c.* c) *ita c.* d) ix. ac *in litura c.*

1) Broitzen, Alvesse. 2) Sequitur charta huc spectans, data Brunswich a. 1279, nono Kal. Ian.

1280. reciperet et nos mediam partem optineremus; cum vero singulis annis annona ad inducendum esset parata, quandoque per tres septimanas, quandoque eciam per quatuor, quod unam garbam tangere non poteramus racione decime, fuimus inpediti, et per hoc coacti fuimus, ut singulis annis totam annonam suam, non solum decimam, sed eciam alias fruges induceremus, et non solum induceremus, sed eciam decimatorem suum muneribus nostris p. 193 placatum haberemus. Et hec racio est, quare iam dictam decimam nimis preciose *oportebat nos comparare. Constitit enim nobis centum et viginti quatuor marcas. Et sic nostra ecclesia de tali angustia per Dei misericordiam est liberata.

Domino Ottoni episcopo successit dominus Sifridus episcopus, qui de nobili prosapia dominorum de Quernvorde fuit oriundus, qui ecclesiam Hildensemensem debitis nimis invenit obligatam; unde necessitate conpulsus decimam, que ad mandatum domini pape per totam dyocesim ad subsidium Terre Sancte collecta et in Hildensem deposita fuerat, acomodavit[a]; ad quam decimam de nostra ecclesia viginti et una marca examinati argenti et una marca nigri[1] argenti et unus calix et alia pignora argentea in pondere quinque marcas habencia sunt presentata. Nec in hoc adiutus est. Unde generalem primo peticionem, que postea in duram exactionem[b] mutata est, in totam dyocesim fecit. Petivit enim decimam omnium reddituum et centesimam omnium rerum mobilium tam a spiritualibus personis quam a laycalibus sibi dari; ad quam exactionem tredecim talenta a nobis fuerunt persoluta, que summa constitit nobis novem marcas et dimidiam marcam examinati argenti.

p. 201 De bonis Scadewolt. Iohannes promovit.

Anno Domini 1282. reformavimus cellarium et totam domum super cellarium, cuius muri de vetustate corruerunt, et hec[c] edificia de cetero reformacione non egebunt. Eodem anno fecimus ex novo cameram farine aput pistrinum. Que structura, sicuti apparet, satis fuit sumptuosa, et prima et secunda. Eodem anno curiam domini Sifridi cum omnibus attinentiis, quatuor videlicet mansis simul iacentibus et silva et pratis, et partem ville et quicquid iuris in villa Stederborch habuit pro trecentis marcis puri argenti ab eodem comparavimus. Sed quia iam dictus Sifridus bona prenotata a duce in pheodo tenuit, oportebat, ut ipsum ducem et suos consiliarios, immo scriptorem pro privilegio muneribus et diversis clenodiis nobis placatos faceremus, et sic eadem hec bona per legitimam donacionem et per debitas sentencias a duce Henrico et fratribus suis Alberto et Willehelmo et Ludero ecclesie nostre sunt confirmata. Testes et fideiussores huius donacionis in privilegio domini ducis satis sunt expresse notati.

1283. Anno futuro dux circa messem incepit edificare castrum Wlfrebutle, et ad hoc factum exercitum collegerat, et quia nobis in vicino fuit, oportebat, ut cum magno dispendio cibariorum multis inportunis serviciis ei subveniremus. Dedimus enim ei prima vice viginti choros siliginis et per vices quatuor plaustra[c] cervisie, panem pistavimus, cervisiam braxavimus, frequenter cum *curribus nostris servivimus, et pro omni defectu ad nos recursum habuerunt. *p. 202

1284. Anno sequenti Theodericus de Kramme spoliavit nos equis nostris; quos redemimus cum tredecim marcis puri argenti. Dedimus eciam eodem tempore tria talenta domino duci, novem marcas Lippoldo de Vressen, viginti sex marcas pro curia Mandere [comiti[d] de] Werningerod. Cum idem comes de Werningerode[2] et comes Henricus de Slanstede cum duce gwerram habuerunt, ab eodem exercitu comitum molendinum Lefforde et allodium nostrum ibidem, duo allodia in Thide, unum in Aderseim et una[e] domus, una[e] domus in Druetede[3] totaliter fuerunt exusta, et pars unius allodii in Vimmelsen exusta, et quicquid inimici ducis nobis reliquerunt, de exercitibus domini ducis et de castris Asseburch et Harlingeberch[4], heu! sine misericordia nobis sunt ablata, pro curia Lindem novem fertones. Quot et quantas exactiones et incommoda eodem tempore sustinuimus, longum esset enumerare[c]; homines ecclesie spoliati, exactiones diversas passi et in tantum adnichilati, quod agri nostri quasi inculti permansissent, si propriis exspensis et multis laboribus eis non

a) *ita c.* b) exacionem *c.* c) *in litura c.* d) *ita supplendum videtur.* e) u. d. *fortasse perperam bis scr. c.*

1) Cf. Bode, Münzwesen Niedersachsens p. 43. 2) Conradus, Albertus et Fridericus comites de Werningerode 'super quadam lesione . . . per nostros illata tempore werre quam habuimus cum domino duce de Brunswich' modum compositionis amicabilem inierunt a. 1287, feria 4. post dom. Invocavit; p. 217. 3) Drütte ex occidente Wolfenbüttel. 4) Herlingsburg, a. 1291. destructum; ubi postea Liebenburg aedificatum est.

1284. subvenissemus. Reedificavimus eodem anno Lefforde satis sumptuose et duas domos Thide, unam domum Aderseim et in curia nostra tria horrea; et quod eodem tempore infra claustrum sit edificatum, ista vice non facimus mencionem.

Eodem anno dominus episcopus cooperante sibi duce de Luneborch castrum Luttere obsedit, et novam peticionem[1], inmo exactionem in totam dyocesim fecit; que peticio nobis sex marcas et dimidiam constitit.

Eodem anno villico de Watenstede[2] pro laboribus suis et edificiis et aliis exspensis, quas circa eandem curiam fecerat, quinque *talenta[a] fuerunt persoluta. Ipso tempore dedimus quinque talenta dominabus[3] Lammespringe pro avena, preposito[b] Iohanni de Reppin tria talenta, vidue Iacobi pro area in Tymberla[4] et tribus iugeribus, que solvunt singulis annis sex solidos et sex pullos, duo talenta, Henrico, filio Wicelini, quinque marcas puri argenti, Iohanni de Ymmendorpe pro annona tres marcas et dimidiam, domino Friderico, in Heninge[5] quondam preposito, pro annona, quia in curiis nostris Mandere et Lindem fere per raptores fuit devastata[c]. Eodem anno octo marcas pro sedecim pernis, et pro lacticiniis multum, quia preterito anno oves nostre mortue fuerunt. Iohanni de Luckenem triginta solidos et sex denarios dedimus. Eodem anno octo marcas puri argenti pro allecis. Licet sumptus istius anni specialiter computemus, sciendum tamen, quod singulis annis, sicuti ante notatum est, tales exspensas et quandoque maiores nos oportet sustinere; de precio servorum et de aliis, que pertinent ad agriculturam, eciam ante est notatum. Computacio viginti trium talentorum debito loco non est posita, que dedimus domino Alberto de Winnigenstede in nostra magna tribulacione. Computacio precedens usque ad visitacionem Maguntini continet in se trecentas marcas sex marcis minus et decem et septem talenta, sequens usque modo octingentas[d] marcas et quadraginta octo talenta et octo marcas.

*p. 203.

Olricus de Warmenstorpe dedit Iudeo viginti marcas. Iohannes Stapel dedit Iohanni, filio Herbordi, ex parte Pentigut viginti marcas. Bertrammus de Velstede dedit viginti marcas: ex hiis dedimus quindecim Iohanni Elye pro piscatura, reliquas quinque dedimus *pro[e] allecis. Hermannus Wulverammi dedit viginti marcas: quinque dedimus ad exactionem Horneborch, quinque Lulene[6] pro bobus, sex Brunswich viro aput Sanctam Katerinam pro carnibus, duas ibidem Iohanni de Watenstede pro carnibus, duas marcas legato, unam marcam pro caseis. Tymberla dedimus duo talenta pro area et tribus iugeribus. Bungenstede[7] viginti tres marcas pro duobus mansis dedimus.

*p. 204.

Dampnum, quod recepimus in gwerra dominorum de Harto[8] et ducis, computavimus ad centum et viginti quinque marcas et ad septuaginta talenta. Post dedimus advocato de Peina sex plaustra annone, que constiterunt sex marcas; domino episcopo octo marcas; Horneborch decem massas allecium, que constiterunt sex marcas absque vectura; duci Willehelmo quatuor marcas et duci Alberto[f] quatuor marcas et dimidiam pro equis. Lichtenberche[g,9] Nudipes advocatus abstulit nobis duo plaustra siliginis, que constiterunt tres marcas; domino Wolthero de Dorstat viginti choros siliginis: tenetur[h] solvere dominus Fridericus; pro domino Willekino de Olbere duodecim choros farine, cum advocatus fuit Asseborch: eciam solvere promisit; Iordani de Barkevelde omnes porcos in curia Lindem abstulit et duos equos in nostra claustrali curia valentes quinque marcas, exceptis equis, quos Lindem abstulit: eciam solvere promisit fallaciter.

De ymagine sancte Marie.

p. 212.

Eadem[b,10] Sophia Tymmo spiritalis fecit parari organa atque ymaginem sancte Marie virginis, fornacem in refectorio et in kaminata fenestras aput gradus et[i] inferius laqueare.

a) *in litura c.* b) prepositi. Ioh. *c.* c) *summa pecuniae solutae deest; neque aliter distingui potest.* d) octin *in litura c.* e) pro a. H. *in litura c.* f) Abberto c. g) *nescio an recte ita distinxerim* h) t. s. d. F. *in litura c.* i) Eadem — gradus et *in litura c.*

1) i. e. bede. 2) Watenstedt prope Wolfenbüttel. 3) i. e. sanctimonialibus. 4) Timmerlah ex occidente Braunschweig. 5) Heiningen, monasterium dioec. Hildesheimensis. 6) Lühnde e septentrione Hildesheim, praef. Ruthe. 7) Bungenstedt. 8) Comitum de Werningerode. 9) Ex occidente Wolfenbüttel. 10) Praecedit charta, de donatione Sophiae sanctimonialis ad luminaria nocturno tempore ministranda 'ante ymaginem b. . . . virginis Marie, que eciam de promocione iam dicte Sophie facta, et ante columpnam que est inter altare sancte Crucis et altare sancti Christofori locata est, que eciam ab episcopo consecrata et multorum *(ita c.)* reliquiarum in ea reconditarum est insignita'.

Nov 3. Hec omnia parari fecit. Cuius domine Sophie anniversarius in die quatuor coronatorum peragetur.

Domina Sophia Tymmo promovit.

[Hec[a] sunt reliquie, que condite sunt in hac ymagine: Oleum sancte Marie, sancti Pauli, Thome, Mathie, Mathei, Symonis et Iude, Iacobi maioris, Martini, Iacobi minoris, Gregorii, Brictii, Laurencii, 5 Cyriaci, Marie Magdalene et aliorum plurimorum sanctorum, quorum licet nomina ignorantur, eorum tamen reliquie in hac sacra ymagine sunt recondite et[b] cum magna devocione ad honorem Dei et sue pie matris recoluntur].

p. 215. Anno Domini 1285. magnum detrimentum in ecclesia nostra nobis accidit, quia in die Iul. 25. sancti Iacobi intra congregacionem[c] nostram Sifridus Scadewalt miles quendam virum aput 10 altare sancte Crucis occidit; unde congregacio maximo terrore concussa, ut impleretur cf. Amos 8, 10. dictum[d] propheticum: *Dies festi vestri vertentur in lamentum et dies sollempnitatis in luctum;* et ita factum est, ut cyttera[e] et organa nostra verterentur in ploracionem, ita ut sollempnis missa *Terribilis* totaliter obmitteretur et, divinis suspensis, solummodo super capellam missa sancti Iacobi celebraretur; unde usque ad festum Michaelis in eadem perturbacione 15 permanentes, divina totaliter suspendebantur. Post hec igitur prepositus dolore mitigato ecclesiam renovare proposuerat; adepta licencia domini Sifridi episcopi Hildensemensis, dominum Ludolfum de Sladem, quondam[1] Halberstadensem episcopum, advocare fecit et summa devocione et leticia cordis sui de novo monasterium consecrare ordinavit, et viginti quatuor virgines velamine et coronis devotissime consecrando, per uberrimam lacrimarum 20 effusionem intimi cordis affectum et devocionem patefecit.

De[f] coronacione in festo sancti Michahelis. Iohannes prepositus promovit.

1286.[g] Postquam venerabilis prepositus Iohannes bona domini Sifridi Scadewalt militis multis laboribus et studio ecclesie Stederburgensi acquisierat, pre ingenti cordis leticia, conventu in curiam dicti Sifridi Scadewalt convocato, *p. 216. magna exultacionis devocione convivium exhibuit. Quo facto, burgensibus de Brunswich convocatis, presentis conventus disciplinam 25 et silencii gratitudinem favorabiliter exponendo commendavit.

Idem dominus Iohannes prepositus suis temporibus bibliam magnam et antiphonarium super capellam scribi fecit. Quedam eciam priorissa dicta domina Margareta de Barem argenteam pixidem, de qua corpus Domini sumitur, et crucem in choro dominarum et librum qui vocatur Flos virginum cum promocione domini Iohannis prepositi eiusdem 30 comparavit[h].

Idem eciam dominus Iohannes magnas vexaciones[i] sustinuit a quibusdam, qui prebendas rogabant, in tantum ut aliquando sedecim litteras pro prebendis haberet, quas tamen peticiones, licet graviter sibi minarentur, totaliter recusavit. Contigit eciam aliqua vice, ut exercitus infinite multitudinis sepius claustralem curiam intrarent et ecclesiam in tantum 35 dampnificarent, ut ulterius supportare non valens preposituram lacrimis et doloribus multis resignaret. Unde ecclesia Stederborch multiplici lesione desolata est. Amicis vero ecclesie eandem desolacionem principibus, scilicet ducibus Henrico et Alberto, intimantibus, mox illi litteris suis et probis viris mediantibus, ut preposituram reciperet, impetrabant. Quod dum conventus perciperet, communis alacritatis tripudio altera vice in spiritualem patrem 40 in nomine Ihesu Christi eligere et debita obediencia honorare studuit.

p. 220. Margareta, sanctimonialis nostra, filia predictorum[2], officium infirmarie et capellam ab inicio inchoata tam edificiis quam aliis utensilibus cum Ludolfo, filio Martini, utiliter promoverat. Dedit eciam conventui duos libros, unum plenarium et alium in quo continetur Paulus et Actus apostolorum. Hec et cetera plura que nobis exhibuit domino Deo 45 committimus.

[Margareta[k] et Gertrudis de Peyna contulerunt dimidiam marcam ad istum librum].

p. 224. De obitu prepositi Iohannis de Valersleve.

Pie memorie obiit. Hic dominus Iohannes, huius loci quondam venerabilis prepositus atque custos Sancte Crucis in Hildensem, in prepositura nostre ecclesie ut fidelis servus et prudens laboriose 50 viginti uno anno pervigilavit; quia in hiis annis edificia nostra vetustate dilapsa infra et

a) *haec post alia manu in spatio vacuo add. c.* b) et — recoluntur *ead. manu in marg. scr. c.* c) congreacionem *c.* d) *crux rubra in marg. c.* e) ttera *in litura c.* f) *haec in marg. minio scripta c.* g) *numerus in litura c.* h) com *in litura c.* i) v. s. *in litura c.* k) *in marg. rubro add. c.*

1) iam a. 1257. amotum. 2) de Adenstede; ipsa de Peyne dicta. 55

extra sollicite reparavit. Dormitorium super refectorium positum ab ymo usque ad summum edificavit. Prediola a prefecto de Werningerode concremata reformavit[a]. Post modicum tempus dimidiam decimam in *Stidere* et quatuor mansos in nostra villa et dimidium {*p. 225.} opidum cum adiacente silva a domino Sifrido milite dicto Scadewalt et a filiis et filiabus suis maxima necessitate coactus multis expensis acquisivit**. Alia quoque multa bona, que nostre ecclesie promovit, inveniuntur in suis privilegiis scripta. In die sancti Luce a nobis {1290. Oct. 18.} recessit et aput Sanctam Crucem in[b] Hildensem duodecim annis supervivens, magno desiderio ultimum[b] requiei sue locum in ecclesia nostra gratuitis lacrimis sepissime ad nos accedens flagitavit. Cumque sentiret diem vocacionis sue imminere, presente preposito nostro aliisque confratribus suis, decem et octo marcas ad usum nostre ecclesie contulit et tres mansos*** in usum dominarum pro remedio anime sue comparavit, et unum bonum graduale nobis in obitu suo misit. Hiis omnibus rite dispositis, feliciter ex hac vita ad celestia, ut speramus, sequenti die Katerine migravit. {Nov 25} Mox prepositus noster dominus Iohannes de Lochtene summo studio corpus cum quibusdam confratribus suis ad ecclesiam nostram honorifice transtulit; quem tota congregacio ut[c] venerabilem[c] patrem nostrum devotis suspiriis et studiosis exequiis ante altare sancti Iohannis sepulture tradidit. Cuius anniversarius quinto Kalendas Decembris a nobis digne[d] peragetur.

De adventu prepositi Henrici de Isenebuthle.

Huic dominus Henricus de Isnebutle successit; qui duobus annis utiliter ecclesie nostre prefuit et a debitis ita exhoneravit, ut nichil nisi triginta marcas relinqueret posteris suis persolvendas.

[Eadem[e] domina Elizabet[1] fecit parari magnam campanam pro . . .[f] marcis. Eadem {p. 227 p. 228} domina Elizabet fecit parari scrinium sancti Iacobi pro tribus marcis et ymagines domine Frederundis et Hadewigis pro una marca].

Hec[b] domina Sophia[2] Holtnicker quondam priorissa et custrix . . . . fecit reno- {p. 230.} vari capitolium trabibus et fenestris, et fenestras in kaminata et calicem magnum parari fecit, et comparavit velum ante altare sancti Iacobi pro quatuor marcis. Hec et multa alia, que numerare non possumus, domino Deo committimus.

[Dominus[g] Henricus de Saldere eodem tempore preposituram suscepit ecclesie {p. 231.} Stederborch].

Anno[3] Domini 1292. Henricus Dei gracia Stederburgensis ecclesie prepositus et plebanus in Saldere[4] huius loci prelature, honoratis viris agentibus, a domino episcopo {p. 232.} preficiebatur[h] regulariter et honeste. Qui cum susceptum regimen divina favente clemencia provide et honeste gubernaret, inter reliqua laborum suorum exercicia instauracioni dilapsorum edificiorum nostrorum pie intencionis sollicitudinem, ut in eisdem edificiis evidenter apparet, humiliter adhibuit et devote. Edificatis summo studio per largas exspensas a fundamentis necessario et appendente domo cum duobus dormitoriis, quandam domum cum contigua capella ab inferiori dormitorio novis trabibus et duplicibus laqueariis sumptuose *instauratam cum adiacente orto pia deliberacione infirmancium commodis deputavit. Qui, {*p. 233.}

*) *In inf. marg. p. 224. minio scripta:* In anniversario domini Iohannis prepositi, qui est sequenti die Katerine, accipientur duo solidi, unus ad lumen per diem et noctem et alius ad elemosinam.

**) *In marg. manu alia add.:* Decimam in agris nostris, molendinum Leyferde, 2 mansos Thide, 2 mansos Vimmelsen, 3 mansos Mandere, salinam Getere, decimam Dusnem et sex mansos, 3 mansos Beddige, 2 mansos Stedium, 2 mansos Capelstockem, 2 mansos Bunginstede.

***) *Eadem manus quae antea in marg. add.:* in Alvedessem.

a) formavit *in litura c.* b) *in litura c.* c) ut uenera *in litura c.* d) digne per *in litura c.* e) *haec rubro scripta sunt in marg. inf. p.* 227, *super. p.* 228. f) *numerus deest c.* g) *minio post add. c.* h) *prius* i *e corr. c.*

1) 'sacrista dicta de Brunswich sanctimonialis et soror nostri conventus' dicitur in charta de quadam eius donatione data a. 1291. 2) Praecedit charta eiusdem data 1292, Kal. Novembris, indictione quinta. 3) Ex charta, qua Ludolfus de Brotzem 'confrater noster, quem pocius benignus Dominus nobis providit in fidelissimum patrem', cum 'quedam bona ad infirmariam comparasset', 'dignum duxit scriptis commendari, qualiter officium infirmarie inicium habuerit . . . qualiter eciam ex ipsis bonis predicta infirmaria sit procuranda' etc. etc. 4) Salder, ex occidente Wolfenbüttel.

tanto labore vix consumato, non sine gravissimo ecclesie nostre dampno de huius seculi erumpnis absolutus[a], pro hiis manufactis edificiis aput nos perpetue benedictionis memoria clareat et lucidissimas beatorum mansiones in perhenni requie per assiduas supplicaciones nostras, piissimi Salvatoris annuente clemencia, misericordissime consequi mereatur! Et licet adhuc idem bone memorie Henricus incolumi vita vivens omnia que in frumento et 5 iumentis habebat ad communem utilitatem conventui nostro contulisset, tamen post obitum suum per quandam clericorum et laycorum presumpcionem ecclesia nostra in eisdem bonis detrimentum non modicum est perpessa, attamen specialiter quasdam oviculas numero sexaginta quinque, quas postea in quinto anno conventus ad edificacionem dormitorii[b] contulit. Idem eciam bone memorie Henricus quatuor lectos prefate infirmarie pro anime sue 10 remedio delegavit. Quoniam[c] vero pie memorie dominus Henricus, heu! inmatura morte preventus, ordinacionem suam de iam dicta infirmaria minime definierat, statim post obitum conventui nostro [placuit[d]] cum consensu bone memorie Ludolfi, quatenus officium infirmarie, quod hoc loco minime usitatum, set noviter inchoatum exstiterat, cuidam discrete domine assignaretur, que sibi eciam possit eligere socias competentes, quarum 15 concilio[e] et auxilio iniunctum sibi officium cum timore Domini possit provide et utiliter procurare, ita ut in die iudicii remunerabilem Domini vocem audire mereatur: *Infirmus fui, et visitastis me.* Ne autem tam pie devocionis liberalitas totaliter adnichilaretur, set pocius plurimorum *proventibus augeretur, superna providente clemencia, quidam confrater noster bone memorie Ludolfus nomine, filius domini Martini militis, ut credimus 20 divinitus inspiratus, non solum fraterno, set et paterno animo promovendis[f] dicte infirmarie negociis se fideliter intromisit. Idem vero bone memorie Ludolfus et Hildebrandus coquinarius, adhuc vivente domino Henrico preposito, quatuor mansos in Beddinghe sitos ad usus infirmarie pariter comparabant et mansum unum in Lindum, qui solvit marcam unam. Post obitum vero domini Henrici prepositi et Hildebrandi coquinarii predictus bone 25 memorie Ludolfus, sollerti usus industria, ex propriis et Hildebrandi facultatibus, que ex hereditate ipsius Hildebrandi colligere poterat, emit sex mansos in Getledhe ad dictam infirmariam perpetuo possidendos[1].

Math 25, 36 — *p. 234.

p. 242.

Ista dominus Ludolfus dedit capelle infirmarie in Stederborch.

Missale librum. Preparamenta. Calicem. Mancipium. Pelvim. Ampullas et cam- 30 panam. Altare cum omnibus attinenciis, et cistam, in qua omnia ista continentur. Candelas. Candelabrum. Manutorium pendens aput altare.

p. 250.

De obitu domini Henrici de Saldere.

1299 Defuncto pie memorie domino Henrico de Saldere, loco suo dominus Iohannes de Goslaria successit; qui uno anno ecclesie nostre prefuit, et anno completo aput nos defunctus 35 est; cui dominus Iohannes de Lochtene pie memorie successit; qui eciam uno anno ecclesie nostre prefuit utiliter et honeste, et infirmitate cogente decessit.

p. 252.

De electione Henrici de Wartekenstede.

Iul. 13. Anno Domini 1301. dominus Henricus de Warthekenstede in die sancti Henrici[g], recepta a domino episcopo[2] ecclesie nostre prelatura, a preposito de Richenberche[3] et 40 aliis honestis personis ecclesie nostre inducitur, et accepta a conventu debita obediencia, spiritalis ecclesie nostre pater prelatus est; qui divina gracia largiente tam spiritali religione quam *temporali utilitate intendens, in primo dimidio anno velacionem triginta quinque virginum in die nativitatis sancte Marie virginis et consecracionem altaris sancti Augustini et sancte Marie Magdalene summa devocione procuravit, quod altare ad reve- 45 renciam domini nostri Ihesu Christi et gloriose virginis Marie et sancti Augustini et sancte Marie Magdalene pro remedio anime domini Henrici prepositi de Saldere et domine Godhelindis, uxoris domini Aschwini de Saldere, qui ibi sepulti sunt, constructum est. Insuper eciam veneranda crux domini nostri Ihesu Christi eodem die consecrata et multis reliquiis sanctorum in ea repositis super altare posita est. Deinde dominus Henricus prepositus 50 fecit parari tectum monasterii trabibus et laqueariis et magnum[h] dormitorium trabibus et

*p. 253 — Sept. 8.

a) absolutis *c.* b) dormito *in litura c.* c) Quomodo *c.* d) *eiusmodi vocabulum supplendum est.* e) *ita c.* f) ndis d. i. *in litura c.* g) *post* H. in ecclesia nostra *eras. c.* h) m dor *in litura c.*

1) Sequitur ratio reddituum dividendorum. 2) Sigfrido. 3) Riechenberg prope Goslariam.

laqueariis reformavit et coquinam eciam de novo muris et tecto edificavit. Insuper eciam cellarium infra claustrum adiutorio Ludolfi edificavit. Temporibus eciam domini Henrici prepositi de Warthekenstede liber qui vocatur Breviarium scriptus est.

Anno[a] Domini millesimo trecentesimo nono dominus Henricus de Wartekenstede pro- p. 281.
5 movit, quod in civitate Peyna viginti octo virgines per venerabilem dominum Sifridum episcopum Hildensemensem Domino consecrabantur, velabantur et coronabantur in dominica Misericordia. Post[b] duos annos fecit consecrari capellam infirmarum a venerabili Apr. 13. 1311. episcopo Hen[rico] Hildensemensi[1], qui ad eandem contulit 40 dies[2] et karenam et[c] unum annum et contulit quatuor mansos in Blekenstede[3] ad communem prebendam.

10 a) *alia fortasse manu post add. c.* b) *in litura c.* c) *et usque ad finem postea addita sunt.*

1) Successit a. 1310. 2) scil. indulgentiae. 3) Bleckenstedt inter Braunschweig et Hildesheim.

CHRONICA MONASTERII SANCTI BERTINI AUCTORE IOHANNE LONGO DE IPRA.

ED. O. HOLDER-EGGER.

Iohannes Longus[1]*, natus ineunte saeculo XIV. in civitate Flandrensi Ipra*[2]*, ab Heinrico de Coudescure abbate S. Bertini, qui sedit a.* 1311—1334*, habitum monachalem accepit*[3]*. Ab eius successore Allelmo Bristel abbate litteris imbuendus Parisios missus est*[4] *ante a.* 1345*. Nam, ut ipse cap.* 44*, parte* 3*. testatur, interfuit ibi a.* 1345*, Ian.* 18*. torneamento in nuptiis Philippi ducis Aurelianensis facto Ubi studiis incubuit philosophiae et theologiae, maxime vero iuris canonici, de quo Wilhelmum de Grisac, postea a.* 1362*. papam electum et Urbanum V. vocatum, praeceptorem audivit. Et iuris scientiam multis locis libri sui probat, modo lites abbatiae exponens, modo decretorum capitula laudans, modo causas sententiae iudiciariae a curia emissae explicans. Ceterum ex opere eius cognoscimus, etiam physicis*[5] *et arti alchimicae discendis ipsum operam dedisse. Hanc vero prudenti animo haud magni facit, lectores dehortatur, ne eius studio se implicent* (*cap.* 49*, parte* 10)*, cum* '*pulchra promittat et pauca donet, et plurimi decipiantur in ea*'*. Laudat libellum Alberti Magni quo de hac arte agitur; cuius celeberrimi tunc magistri et alia scripta lectitasse videtur, cum cap.* 12*, parte* 2*. eius librum* '*de natura locorum*' *citet. Aliquot annis Parisiis versatus, ab Allelmo abbate domum revocatus, eique ut iuris perito cura causarum forensium abbatiae commissa est. Deinde iterum Parisios reversus,* '*iuris canonici gradu honoratus*'*, i. e. baccalaureus decretorum promotus est. Ubi cum degeret Allelmo abbate a.* 1365*, Mart.* 17*. defuncto, ipse a capitulo revocatus et d. Mart.* 24*. eiusdem anni unanimi suffragio abbas huius nominis quintus — cum et duo Iohannes de*

1) Laplane, 'Abbés de St.-Bertin' I, p. 329, scribit, hoc cognomentum ei propter staturae proceritatem esse inditum; sed nullum laudat testem. Mihi quidem videtur hoc esse nomen familiae 'Lang' usitatissimum. 2) Inde Martene et Durand eum Iperium vocaverunt. Quod nomen, quamvis iam nunc notissimum, reiiciendum esse duximus, ut minus bene derivatum a nomine Flamingo urbis 'Yperen', cum a nomine Latino Ipra Iprensis deducendum esset adiectivum. Sed scriptores Bertinienses eum Iohannem Longum (ut Alardus Tassart in Chartulario S. Bertini ed. Guérard p. 372) vel Ioh. L. de Ipra vocitant. Et infra p. 747. n. 'Jehan le Long' dicitur. 3) Chron. S. Bert. cont., apud Martene et Durand, Coll. VI, p. 617; cf. ibid. p. 616. – Gallia christ. III, p. 303. a. 1334. monachus effectus esse dicitur; neque vero huius opinionis testimonium inveni. Certe ante a. 1320. natus est Iohannes, cum demum annorum 14 religionem suscipere licuerit. 4) Chron. S. Bert. cont. l. l., ex qua omnia fere de Iohannis vita allata sumsimus. 5) Vide, quam prudenter cap. 48, parte 1, eclipsis solis et lunae causas exponat.

Ipra, I. a. 1081—1095, *III. a.* 1186—1230, *ante eum sedissent — electus, mense Aprili*[1] *ineunte ad curiam Romanam Avinionem profectus est, ut confirmationem papalem obtineret. Quam, litteris commendatitiis regis Franciae, comitis Flandriae et doctorum Parisiensium necnon favore Urbani papae, quondam magistri sui, adiutus, d.* 16. *Apr. a.* 1366[2], *ut videtur, adeptus, die* 19. *eiusdem mensis a Guidone cardinali Bononiensi consecratus est. Mense Iunio ineunte reversus, abbatiam suam intravit. De regimine eius nihil dici potest nisi quae continuator Chronicae S. Bertini tradit, priusquam* 188 *chartae*[3], *quae in chartulario magno S. Bertini conscriptae ad eius tempora spectant, typis mandatae sint. Maximam operam dedit, ut abbatiam, quam debitis onustam et bonis diminutam invenit, in meliorem statum rerum temporalium promoveret, possessiones ablatas reacquireret. Quare registrum omnium bonorum, quale in Folcuini chartulario legerat, conscribi fecit. Hoc studium fortasse ei causa fuit, ut libros de abbatiae historia perquireret, et sic forte adductus est, ut chronicam componendam susciperet. Nam haec cura rerum temporalium multis chronicae locis probatur, cum accurate quo modo possessiones acquisitae sint notaverit, deperditas aliquoties doluerit, nonnumquam diserte addiderit, se nescire, quomodo quoddam bonum Sancto Bertino ablatum sit. Bellis vero suo tempore maxime in Flandria exardescentibus, abbatiam, ut ait continuator, 'pro voto in deperditis restaurare minime potuit'. Apud quem plura de eius regimine videas. Postquam plus annis* 17 *ecclesiam rexit, anno* 1383[4], *Ian.* 2. *obiit. Certe sermone Francogallico utebatur Iohannes, sed etiam linguam Flandricam ut Iprae natus haud dubie scivit; quod et apparet ex compluribus locis, ubi nomina locorum vel rerum ex hac lingua interpretatur*[5]. *In omnibus se ut Francogallicum gerit; regibus Francorum satis deditum animum ostendit; Anglicis, qui suo tempore regiones Sancto Bertino vicinas occupaverant et pace a.* 1360. *facta comitatus Ghisnensem et Pontivensem retinuerant, infestum se probat. Ut omnes Flamingi vero patriae Flandrensis amans, maxime comitibus Flandriae favisse videtur, cum bella regum Franciae et comitum Flandriae describens, horum partes teneat, praeterquam si invenit, horum aliquem contra monasterium S. Bertini minus clementer egisse. Sed his iam ad librum eius tractandum ducimur.*

Toto medio aevo monasterium S. Bertini studio historiarum prae ceteris excelluit, praesertim res ab abbatibus et in abbatia gestae a compluribus auctoribus sibi succedentibus descriptae sunt. Sed saeculo XIII. disciplina monastica decrescente, dehinc bellis et tumultibus Flandricis exortis, paucissima vel nulla huius studii documenta prodierunt usque ad tempora Iohannis. Qui omni litterarum scientia saeculi illius imbutus et altiore loco conditionis humanae promotus, ideoque ad res gestas scribendas maxime idoneus, chronicam domesticam ab origine monasterii sui usque ad ipsius regimen, vitas ergo 58 *abbatum complectentem, componendam suscepit, ut ipse in praefatione testatur. Sed*

1) *post pascha* Chron. S. Bert. Cont. l. l., quod illo anno d. Apr. 2. fuit. 2) Dies electionis et consecrationis affert Gallia christ. l. l., nescio unde; ubi de anno dubitatur. Secundum Chron. S. Bert. Cont. videtur ipso anno electionis ab itinere Avinionensi rediisse. Sed spatium temporis dierum 10 vel 12 brevius videtur tam longo itineri et rebus in curia Romana ante probationem gerendis. 3) Tot exstare, refert Laplane I, p. 346. 4) Hunc annum indicant Chron. Cont. l. l. p. 618. et Epitaphium eius, Gall. christ. l. l.: *Hic iacet piae memoriae Iohannes oriundus de Ypra, quondam abbas huius monasterii, qui rexit* 17 *annis et obiit anno Domini* 1383, *secunda die mensis Ianuarii, feria* 6. *Orate pro eo! Requiescat in pace! Amen.* Et in hoc anno Ian. 2. in feriam 6. incidit. Videntur igitur tunc Bertinienses annum non Gallico more a paschate, sed a natali Domini secundum stylum Anglicum incepisse. 5) Ut Santinvelt, Zondenvelt, Hondsdam, Brugghe, colvekerlia.

librum usque ad Eustachii 54. *abbatis initium, i. e. ad a.* 1294. *tantum perfecit. Capite quo huius gesta continerentur incepto, narratio inopinate abrupta est. Compluribus locis auctor lectores ad partes ab ipso non compositas relegat et hoc tali modo, ut appareat, eum iam materiam illorum capitum collectam habuisse et disposuisse. Velut cap.* 46, *parte* 6: Ex huius igitur donacionis titulo rex Anglie super regem Cypri prerogativa petit, ut patet infra capitulo Allelmi abbatis, parte . . . *Ad huius sui praedecessoris et Heinrici de Coudescure capita compluries provocat. Ex his et iis quae infra de codicibus referemus patet, Iohannem morte praeventum librum imperfectum reliquisse*[1]. *Extremis igitur vitae annis eum huic labori incubuisse, statuere licet*[2]. *In praefatione sibi proposuerat annum quo opus perfecerit indicare ideoque illum locum in autographo suo vacuum reliquit, quem in uno codice saec. XV. manus posterior numero* 1380. *explevit. Quod si non multum a vero abest, nullius tamen auctoritatis.*

Totum librum secundum 58 *abbates S. Bertini auctor dividit in* 58 *capitula, cuique singulorum abbatum nomen inscribens. Sed non solum res abbatiae suae, sed etiam historiam universalem, regni Francici, praesertim vero Flandriae patriae enarrare voluit. Capita igitur in partes et has in particulas subdividens, unaquaque diversas res tractavit, primam et extremam cuiusque capitis particulas praeter alias abbatum rebus gestis reservans. Ac sic modo de emptionibus et venditionibus bonorum abbatiae, modo de regum et pontificum gestis agitur. Habemus libros simili modo complures praesertim in Flandriae monasteriis compositos, ut chronicon Andrense, Ninovense, S. Bavonis; huius generis vero amplissimum et perfectissimum exemplum est hic Iohannis Longi liber.*

Cum auctor ea parte quam absolvit res sui temporis nondum attigerit, paucissima ex auditu referre potuit, cetera omnia ex libris maximam partem adhuc exstantibus composuit, quos in ditissima libraria Bertiniana invenit; sed hac non contentus, etiam ex abbatiis vicinis, ut in praefatione testatur, sibi libros comparavit. Ac primo pro historia universali ad manus habuit Martini Oppaviensis chronicon ultimae editionis cum continuatione Romana, ex quo omnia fere quae de pontificibus apud eum leguntur exscripsit, Sigeberti Gemblacensis chronicon cum continuationibus Gemblacensibus, Aquicinctina, Bergensi[3] *necnon etiam Burburgensi et Valcellensi. Quamvis haud mirum esset, ipsum compluria exemplaria Sigeberti habuisse, fortasse tamen quae ex Burburgensi et Valcellensi continuationibus affert aliunde ad eum pervenerunt. Ex hac sumta sunt pauca; notis ex illa mutuatis ipse compluries quaedam addit, quae ex alio eiusdem exemplari aliquanto uberiore, eoque aut Bertiniano aut Audo-*

1) De Wind, 'Bibl. der Nederlandsche geschiedsschrijvers' I, p. 59, male quae Martene et Durand editioni praefati sunt interpretatus, contendit, Iohannem ipsum ad a. usque 1229. tantum chronicon composuisse, dehinc alios scriptores Bertinienses id continuasse. Cum illi editores tantum moneant, Iohannem saepe verba auctorum rebus aequalium repetiisse. Locorum vero, quos in hac re laudant, unus tantum valet, cum Iohannes saepissime *nunc* pro *tunc*, et *Hoc anno* pro *Eo anno* scribat.
2) Eum abbatiae regimine suscepto demum librum composuisse, indicant diserte verba eius imagini in codice nostro B 1 subscripta; v. infra p. 745. Et hoc etiam ex ipso libro coniici potest, cum multis locis appareat, eum dignitatem abbatis quam plurimi aestimare, numquam abbatem S. Bertini nisi titulo 'domini' praemisso nominet, contra monachos adversus abbatem rebellantes vehementissime invehat; etiam in praefatione se ipsum abbatem dicit.
3) Hanc praeter Willelmum Andrensem ei usui fuisse, probatur ex duobus locis qui apud hunc non leguntur. Videtur igitur habuisse codicem similem Bethmanni B 5* (S. Petri Gandensis), in quo Cont. Aquicinctina et Bergensis, ut minus recte dicitur, coniunctae sunt. Et noster etiam praebet locum a. 1191. a Bethmanno prorsus omissum, quem vero SS. rer. Gall. XVIII, p. 542. ex codice B 5** (Parisiensi s. XVII), apographo cod. B 5*, afferunt.

marensi, exscripta esse, credere possis. Porro habuit Andreae Marchianensis[1] *et Willelmi Andrensis chronica, in uno codice coniuncta ut videtur, cum hic illius librum integrum suo chronico inseruerit. Iohannes in praefatione scribit, sibi etiam Vincentii Bellovacensis Speculum historiale usui fuisse, sed pro illa magna mole paucissima ex eo hausit, quantum iudicare possumus, cum et multi illius fontes ipsi ad manus fuerint. Praeterea vero Adami Claromontensis Flores historiarum ex Speculo historiali excerptos habuit, ut certissime probatur ex huius propria continuatione in SS. rerum Gall. t. XXI, p.* 75 *sqq. edita, quam fere totam noster excepit. Pauci loci cum Floribus historiarum Bernardi Guidonis conveniunt, sed hos eum legisse negarim, potius, cum de papis saeculi XIII. quaedam singularia, quantum scio, tradat, historiam pontificalem aliquam Bernardi Guidonis libro innisam exscripsisse videtur. Ex qua nescio num epitaphium Urbani II. papae quod Heriberto Cenomannensi auctori tribuunt*[2] *sumserit. Tum magnas plagas ex Einhardi Vita Karoli M. excerpsit, cum alias de imperatoribus et rebus in imperio gestis perpauca referat. Omnia fere de rebus Terrae Sanctae et bellis Latinorum contra Sarracenos gestis, quae multa sunt, ex Marini Sanuti Secretis, pauciora ex Iacobi de Vitriaco historia Hierosolymitana*[3]*, quos auctores ipse in praefatione laudat, praeterea vero quandam Descriptionem Terrae Sanctae, ut videtur, exscripsit, in qua epitaphium Godefridi de Bullione invenit*[4]*. Nonnulla de Tartaris ex libro Marci Pauli Francogallica lingua composito enotavit, alia ex fratris Haithoni 'Libro historiarum partium orientis sive Passagio Terrae Sanctae', ex quo et Marinus Sanutus permulta hausit. Hunc librum primo Francogallica lingua compositum*[5]*, postea in Latinam versum*[6]*, ipse quondam iterum in Francogallicum transtulerat cum aliis rerum orientalium libellis*[7]*, ex quibus singulos locos in chronicam transsumsisse videtur. Cognovit etiam Gervasii Tilleburiensis Otia imperialia, quae cap.* 46, *parte* 13. *citat, sed nullum locum ex his exscriptum reperi.*

De historia regum Franciae libros laudatos ei multa praebuisse, vix est quod moneam; praeterea usus est libello Guillelmi de Nangiaco dicto 'Chronique abrégée', lingua Francogallica conscripto, cuius ultima pars edita est SS. rerum Gall. XX, p. 649 *sqq. Sed etiam alium huiusmodi librum, quales saec. XIV. innumeri fere compositi sunt, habuisse videtur, quem equidem indagare nequivi.*

Res gestas comitum Flandriae non paucas conscriptas invenit in Andreae et Willelmi chronicis et continuationibus Sigeberti, libros vero specialiter has tractantes legit Flandriae generosae recensionem ex Herimanno Tornacensi, Tomello Hasnoniensi aliisque ampliatam, quam Bethmann in editione sua (SS. IX.) B vocavit, deinde Chronicam Flandrensem lingua Francogallica conscriptam in oppido S. Audomari usque ad a. 1342, *nuper editam*[8]*, cuius prior pars nihil nisi versio Flandriae generosae est, saec. XIII. vero plura de regibus Franciae et rebus Terrae Sanctae quam de comitibus Flandriae refert. Etiam genealogiam comitum Flandriae Bertinianam vel Lamberti Audomarensis, qui illam exscripsit, noster habuisse videtur; quod tamen uno tantum loco probari*

1) Hunc citavi ex editione R. de Beauchamps. Duaci 1623. 4°. 2) Watterich, Vitae pont. I, p. 620. 3) Ex huius libro secundo (ed. Duaci 1597. 8°) praesertim nonnulla de origine ordinum religiosorum excepit. 4) 'Recueil des historiens des croisades' III, p. 542. Idem quod Annalista Saxo SS. VI, p. 733. exhibet. 5) Apud Bergeron, 'Voyages faits principalement en Asie dans les XII—XV. siècles'. 6) Haganoae 1529. 4°. et saepius editus. 7) Cf. infra p. 747. 8) 'Istore et croniques de Flandres par M. le baron Kervyn de Lettenhove'. T. I. Bruxelles 1879. 4°. Editor p. IV. monet, hanc chronicam a nostro esse lectam. Eiusdem chronicae recensio parum diversa, sed continuatione usque ad a. 1383. aucta, iam edita erat per D. Sauvage. Lyon 1562. fol. Eiusdem excerpta ampla invenis in SS. rer. Gall. t. XXII, p. 329 sqq.

potest. Praeterea vero nonnulli loci nusquam alibi quam in Chronico rhythmico Flandrensi ('Rymkronyk van Vlaenderen') inveniuntur. Quos quidem Ed. Kausler, qui illud primus edidit[1]*, ex nostri libro a poeta Flandrensi mutuatos iudicat; at certe nescivit, Iohannem demum circa a.* 1380. *scripsisse, nam huic opinioni obstat quod ipse demonstrare conatur, Chronicon rhythmicum non demum saec. XV. in., quo tempore finitur, sed priorem partem iam multo antea — saec. XIII. exeunte ipse statuere videtur — compositam esse. Quodsi adhuc in dubium vocari potuisset, abhinc certius constabit, cum facile probari possit, Iohannem non exiguas plagas ex illa vertisse. Carminis Flandrici enim prior pars usque v.* 4715. *versio est chronici illius Francogallica lingua conscripti, dicti 'Ancienne chronique de Flandre', quod De Smet, Corp. chron. Flandriae II, p.* 31 *sqq., edidit, insertis quibusdam ex aliis libris, ut Flandria generosa ampliata*[2]*, Vincentii Speculo historiali, sumtis et nonnullis peculiaribus, quae alibi non occurrunt, praesertim ad civitates Brugensem et Gandavensem pertinentibus. Sed et ipsum chronicon Gallice scriptum est versio Flandriae generosae ampliatae, aucta multis capitibus ex Walteri Vita Caroli comitis et Herimanni Tornacensis historia S. Martini sumtis. Si ergo librum Latinum, ex quo ceteri omnes fluxerunt, et versiones Gallicam et Flamingam cum Iohanne contuleris, intelliges, hunc, quamvis Flandriam generosam ipsam in manibus habuerit, multas tamen particulas non ex hac vel versione Gallica, sed ex chronico rhythmico sumsisse. Ideoque factum est, ut saepissime sententias, non vero verba librorum Latinorum dictorum repeteret. Poetam Flandrensem nostri opus legisse, nullo modo statui potest*[3]*. Chronicon rhythmicum a Iohanne visum in v.* 5013. *desiisse videtur, a quo in codice unico Stuttgartensi alia manus incipit et alium poetam filum suscepisse Kausler existimat. Nonnulla quidem etiam postea cum nostro conveniunt, sed non sunt eiusmodi, ut alterum ab altero pendere statuere ausim*[4]*. Itaque res Flandricas usque ad saec. XII. med. fere omnes Iohannem ex his tribus fontibus sumsisse apparet: Flandria generosa, Walteri Vita Caroli, Herimanno Tornacensi; sed Vitam Caroli ab ipso lectam esse, minus probabile est; Herimanni librum certe non habuit. Alia de rebus Flandricis etiam ex Willelmi Malmesburiensis historia Anglorum et Lamberti Ardensis historia comitum Ghisnensium excepit. Inde a saec. XII. medio vero praesertim Contin. Aquicinctinam et Willelmum Andrensem, deinde 'Cronique de Flandres' sequitur. Sed iam inde a primis comitum Flandrensium originibus singularia quaedam praebet, partim fabulosa, partim et maxime de rebus saec. XIII. non contemnenda. Quare librum de gestis comitum adhuc ignotum habuisse videtur. Alia, velut quae de sanguine Domini a Theoderico comite Brugias translato refert, ex descriptionibus peculiaribus sumsisse videtur. In praefatione testatur, ipsi quoddam chronicon 'ducum Austrasiorum et Brabantinorum' usui fuisse. Sed qui fuerit hic libellus,*

1) Tübingen 1840. 8°. Recusum est apud De Smet, Corpus Chron. Flandriae IV, p. 591 sqq.

2) Cf. v. 2005: *Van den ersten Vriese vand ic van hem ghescreven in Latiin* etc., sequente loco Flandriae gen. B, SS. IX, p. 323 n.**, quem versio Gallica omisit. Haec, cum Kausler editionem suam paravit, nondum typis mandata erat, quare quae ille de fontibus disserit non omnia constare possunt. Sed et ipse iam p. LV. LVII. acri ingenio perspexerat, plurima quae tradit in versione quadam Gallica poetam Flandricum legisse.

3) Quod pluribus probare nolo, affero tantum formas nominum apud nostrum, Botsardum pro Burchardo (Boutsaert Flandrice), Winricum pro Vulfrico (Wynri in Chron. rhythm.), quae ad hoc demonstrandum faciunt.

4) Quae poeta de saec. XIII. refert magnam partem sumta sunt ex Flandriae generosae Continuatione Bernardi de Ipra, quam Martene et Durand, Thes. III, p. 402 sqq. ediderunt, deinde Warnkönig in Corp. chron. Flandr. I. cum aliis continuationibus confudit.

indicare nequeo, cum auctor nihil de rebus Brabantinis referat. Titulo genealogia, quales supra hoc tomo p. 385 *sqq. editae sunt, indicari videtur.*

Quam plurima quae de suae abbatiae rebus gestis tradit ex Folcuini et Simonis Gestis abbatum Sithiensium et historia ab altero continuatore huic subiuncta[1] *hausit. Quorum narrationem non modo totam transsumsit, sed etiam omnium chartarum ab illis exhibitarum quasi regesta excepit et ipsam historiam ex eis ampliavit et supplevit. In fine cuiusque capituli annotat, quot chartae cuiusque abbatis tempore datae exstent, et tot in chartulario Folcuini et Simonis inveniuntur. Non pauca ei praebuerunt Vitae SS. Bertini*[2] *auctore Folcardo interpolata et Audomari*[3], *et Miraculorum S. Bertini libri duo*[4]*; singulis locis exscripsit Vitas SS. Silvini*[5] *et Folquini*[6] *episcoporum Morinensium, Winnoci*[7], *Walberti*[8], *Gerardi abbatis Broniensis*[9], *Bernardi Poenitentis monachi*[10], *Historiam relationis corporis S. Walarici abbatis in monast. Leuconaense*[11]. *Laudat etiam Vitas Fulconis archiepiscopi Remensis et abbatis S. Bertini, Hunfridi*[12] *abbatis et Grimbaldi monachi Sithiensis*[13] *adhuc nondum typis impressas, et ex hac nonnulla sunt exscripta. Praeterea Vitas Mommolini*[14] *et Erkenbodonis*[15] *abbatum Sithiensium et Iohannis episcopi Morinensis citat, sed vix quidquam ex eis sumsit. Vitam Lamberti abbatis Bertiniani, quae in duobus exemplaribus mss. adhuc exstat*[16], *non legisse videtur. Etiam catalogum abbatum, qualem Lambertus Audomarensis Libro florido inseruit, SS. XIII. editum, habuisse videtur, cum quidem abbatum saec. VIII. annos successionis et tempora regiminis accuratius quam Folquinus annotaverit, quae vero certe nullius auctoritatis sunt. Pro spatio temporis saec. X, quod inter librorum Folquini finem et Simonis initium interest, nihil nisi nomina abbatum et ne annos quidem eorum invenit. Bis terve etiam Annales Bertinianos inspexisse videtur, nisi pauca verba, quae ex his fluxerunt, iam in Catalogo abbatum eum legisse statuas. Ubi Simonis continuator desinit, iam pauca de abbatiae suae historia comperta habet. Praeter nonnulla quae Willelmus Andrensis ei praebuit — qui et ipse 'ex chronicis Sancti Bertini'*[17] *inde ab a.* 1195. *quaedam se exscripsisse c.* 108, *SS. XXIV, p.* 722, *profitetur —, historiolam translationis S. Bertini a.* 1234, *quam habuisse videtur, et epitaphia abbatum, nulla subsidia nisi chartae ei ad manus fuerunt. Harum vero multarum, praesertim privilegiorum papalium*[18], *regesta excepit, narrationes litium cum aliis coenobiis actarum vel rerum in ipsa abbatia gestarum confecit. Semel computos pecuniarum in aedificiis exstruendis persolutarum ipsi visos commemorat. Pro quo tempore chartularium ei usui fuit, archivum abbatiae rarius adiit, cum tunc paucissimas chartas quae in eo non leguntur afferat, et inter has privilegium civibus Audomarensibus datum. Nonnulla etiam de archiepiscopis Cantuarien-*

1) 'Appendice au cartulaire de l'abbaye de St.-Bertin' ed. F. Morand. Paris 1867, p. 91 sqq. Continuatio quae continetur in 'Cartulaire de l'abbaye de St.-Bertin' ed. Guérard. Paris 1841, p. 322 sqq. ab Alardo Tassart monacho Bertiniano saec. XVI. in. ex continuatione praedicta, Iohannis nostri libro, nonnullis aliis libellis et chartis composita est. 2) Acta SS. Sept. II, p. 604 sqq. 3) Mabillon, Acta II, p. 1. 4) Ib. III, 1, p. 117. 5) Ib. III, 1, p. 294. 6) Ib. IV, 1, p. 624. 7) Ib. III, 1, p. 301. 8) Ib. III, 2, p. 452. 9) Ib. V, p. 248. 10) Acta SS. Boll. Apr. II, p. 675. 11) Mabillon IV, 1, p. 536. 12) Cf. ib. IV, 2, p. 223. 13) De qua v. ib. V, p. 3. 14) Acta SS. Boll. Oct. VII, 2, p. 980. 15) Ib. Apr. II, p. 92. 16) Oxfordiensi Laud. F 15. et Audomarensi nr. 788. Cf. 'Arch.' VII, p. 266. VIII, p. 420. 17) Num et Iohannes haec legerit, nescio. De abbatibus monasterii sui plura quam Willelmus tradit certo non in illis reperit. Praebet vero illa aetate nonnulla alia peculiaria, quae ex Annalibus S. Bertini vel S. Audomari exscripta videntur. 18) Quorum pleraque adhuc inedita sunt. Nonnullas temporum notas ex nova editione regestorum papalium, quae nunc praeparatur, annotavimus, ascriptis litteris V. Cl. Löwenfeld, qui eas nobiscum communicavit.

sibus, qui apud Sanctum Bertinum versati sunt, affert, et quae de sancto Dunstano tradit, partim ex Florentii Wigorniensis chronico, partim ex Willelmi Malmesburiensis Gestis regum ad eum pervenerunt. De Thoma Becket singulos locos affert ex Vitis eius a Iohanne Salesburiensi, Alano, Herberto conscriptis, quare Petri Rogerii Quadrilogum ex horum trium et Willelmi, filii Stephani, Vitis concinnatum legisse videtur.

Iohannes etiam id egit, ut origines et res gestas, praesertim vero restaurationes et reformationes ecclesiarum Sancto Bertino vicinarum, ut Alchiacensis, Claromariscensis, Watinensis, S. Winnoci Bergensis, Liskensis, Ghisnensis, aliarum multarum enarraret. Ad quod propositum ei Simon, Lambertus Ardensis, Willelmus Andrensis non pauca praebuerunt, alia ex Vitis sanctorum sumsit, videlicet praeter iam supra laudatas ex iis quas ipse in praefatione enumerat. Uno loco Annales S. Bavonis Gandensis exscripsit. Abbatiarum vero Alchiacensis, quae filia fuit Sancti Bertini et ex eius conventu abbates eligere debuit, S. Winnoci Bergensis, Aquicinctinae, scripta quaedam hucusque ignota habuit. Quae de fundatione Fiscannensis monasterii Normannici tradit sumta videntur ex 'Relatione historica veri sanguinis Christi apud Fiscannum', cuius hucusque tantum versio Gallica saec. XVII. demum scripta nota est[1]*, sed Latina lingua conscripta exstabat olim in codice Fiscannensi, cuius initium A. du Monstier, Neustria pia p.* 256, *affert. Idem p.* 193 *sqq. 'Libellum de revelatione et autoritate Fiscannensis monasterii' Guillelmo abbati*[2] *dedicatum imprimi fecit, ubi eadem fere de fundatione abbatiae leguntur, sed noster propius ad illam relationem accedit. Quaedam quae saec. XII. usque XIII. med. praebet, indicare videntur, ipsi Annales breves Audomarenses vel Bertinianos iam deperditos usui fuisse.*

Tot tamque variis subsidiis omnino diversis modis usus est, alia fere integra transsumsit, ex aliis amplis voluminibus paucissima excerpsit. Aliorum, quorum sermo et stilus narrationis ipsi conveniebat, ut Martini Oppaviensis, Marini Sanuti, Simonis et eius continuatoris, Andreae March. et Willelmi Andr., verba retinere solet, aliorum, ut Lamberti Ardensis, cuius narratio ipsi nimis ampla et stilus nimis tumidus videbatur, non modo verba sed etiam sententias mutavit. Narrationes ex Francica lingua, velut ex chronico Flandrensi, in Latinam versas liberius reddit. Modo longarum et uberum narrationum quasi summam tantum excipit, ut ex capitibus Vitae Caroli comitis in chron. rhythm. Flandr. versis et Vita Gerardi Broniensis, modo quae ipsi brevius narrata videbantur, ut quae Folcuinus de prioribus saeculis abbatiae Bertinianae tradit, sive ex coniectura sive de rebus traditis commentatus ampliare conatur. Ubi fieri potuit alterius narrationem ex altero augere et complere solet, aliquoties, et hoc praesertim res Flandricas narrans, ex tribus quatuorve libris suas relationes componit. Cum saepe nudas res gestas traditas inveniret, causis earum excogitatis, eas inter se coniungere et continuam historiam componere conatus est. Tali vero ratione — quod nemo in chronista medii aevi mirabitur vel non excusabit — in multos ac graves errores incidit[3]*. Sermo minus politus, saepe durus, verborum compositio non raro manca et mendosa est, quae quidem*

1) Edita a Pottier, 'Documents inédits pour servir à l'histoire de Rouen et de la Normandie' ('Révue rétrospective Normande') nr. 5. 2) Ultimus huius nominis abbas Guillelmus VI. sedit a. 1339—1343. 3) Quapropter apud nonnullos iustas reprehensiones incurrit. Sed nimis dure in eum et eius editores, qui eum magnis laudibus extulerint, invehitur Acta SS. Sept. II, p. 553, quod in Vita S. Bertini in temporum notis erraverit. Melius de eo iudicarunt SS. rerum Gall. editores compluribus locis, ubi eius fragmenta recudi fecerunt.

menda ipse forte sustulisset, si operi confecto emendatricem manum adducere potuisset. Nimis saepe res iam narratas repetit, lectores ad locos superiores vel infra sequentes relegat, ut res de quibus agit cum illic narratis connectat, sicque non raro nimis longae et molestae relationes eius existunt. Attamen inter meliores medii aevi rerum scriptores non infimum locum obtinebit Iohannes, cum summa diligentia multos libros excusserit, quae ex eis collegerit bene disposita semper aequali stilo tractaverit, vere historicum et bene criticum se probaverit, qui chartas et rerum scriptores in annis regum saepe inter se differre inveniens, ter[1] *diserte iudicaverit, chartas maioris auctoritatis esse scriptoribus,* sigillum enim regum, *inquiens,* nec fallit nec fallitur. *Si ergo meritam laudem auctori non denegamus, profiteamur tamen oportet, librum eius nobis minoris esse pretii, cum pauca scripta adhuc ignota, neque haec magnae amplitudinis nec magnae auctoritatis habuerit. Etiam qui ex iis quae peculiaria praebet fructum capere velit, magna cautione agat, ne auctoris additamenta, coniecturas vel fictiones pro vera historia habeat.*

Ex quo liber limina Sancti Bertini transiit semper magni aestimatus, ab omnibus qui inde a saec. XV. de rebus Flandrensibus egerunt diligenter exscriptus est et etiam hoc saeculo magnae auctoritatis apud plerosque fuit, et merito quidem optimoque iure, antequam Folquini et continuatorum chartularium in publicum prodierit; quo edito, permultum pretii perdidit. Quam magni liber habitus et quam crebro lectus sit, cognoscitur ex eo, quod permulti codices eius exstant.

Iam supra demonstrare conati sumus, Iohannem morte praeveniente impeditum esse, quominus ipse librum confectum ederet. Hac re forte factum est, ut duae recensiones codicum discernendae sint. In prima et praesertim in codice A 1 *saepissime vestigia libri imperfecti inveniuntur; multis enim locis, ubi auctor ad partes superiores lectores relegat, numeri partium desunt spatiis vacuis relictis, qui omnes in recensione B suppleti sunt praeter paucas, ubi auctor falsum capitulum citaverat. Nonnumquam laudata capitula et partium numeri in duabus recensionibus inter se differunt, ut a diversis librariis haec in utraque suppleta videantur. Aliquoties verba initialia chartarum, quae Iohannes afferre solet, in A omissa, in B suppleta sunt. Inscriptiones capitum et partium saepe in A et B variant. Paucis locis recensiones longius ab invicem recedunt, in quibus omnibus fere manum emendatricem in recensione B deprehendes, ut cap.* 45, *p.* 1, *ubi de rebus a.* 1176. *agitur, repetit A Simonis continuatoris verba:* Aliquos enim de quibus erat ista suspicio, frequenter audivi conqueri, *quae in B, cum Iohannes illius temporis homines videre non potuisset, sic mutata sunt:* Aliqui enim, de quibus ista erat suspicio, solebant conqueri. *Hoc quidem loco et paucis aliis auctoris ipsius emendationem suspicari possis, sed talia etiam ab alio attento viro, cui forte Iohannes mandarat, ut opus relictum recenseret, mutari potuerunt. Si igitur statuere non vis, Iohannem libro nondum perfecto iam secundam recensionem confecisse, codices A ex schedis a Iohanne relictis, codices B ex autentico a quodam sodali Sancti Bertini recensito fluxisse dicendi sunt.*

Codices quos legi hi sunt:

*A*1) *Codex Audomarensis bibl. civitatis nr.* 811, *olim S. Bertini nr.* 625, *mbr. fol., saec. XV. med. vel ex. magnis characteribus, lineis per totam paginam continuis a librario minus litterato scriptus, qui sexcenties verba et*

1) In praef. et cap. I, 10. 15.

praesertim nomina, quae in descripto exemplari legere non poterat, omisit spatiis vacuis relictis, quae altera manus c. saec. XV. ex. plerumque recte, non raro vero, ut apparet, ex coniectura perperam supplevit; qui emendator exemplum a librario descriptum prae oculis habuisse, sed et ipse multa verba legere non potuisse videtur. Hoc exemplum Iohannis fuisse autenticum, minime mihi probabile est. Certe innumeris mendis hic codex maculatus, nonnumquam tamen in eo solo vera lectio servata est. Index capitum[1] *et series abbatum desunt, forte excisa, antequam codex a bibliopega recentiore compactus esset; prima pagina humiditate corrupta maximam partem legi nequit. Tituli capitum et partium, sicut in omnibus sequentibus codicibus, minio scripti sunt. Continet* 205 *folia, quorum postremum vacuum est*[2]. *Huius apographum est*

*A*1*a) Codex* ***Bruxellensis*** *nr.* 3366, *chart. fol. saec. XVII,* 168 *folia continens. Rubricae capitum plerumque mutatae, partium et particularum omnes fere omissae sunt.*

*A*2*) Codex* ***Boloniensis*** *bibl. civitatis nr.* 147, *olim S. Bertini nr.* 629[3], *mbr. fol., nitide saec. XV. scriptus a Bertino Dampman monacho Bertiniano, qui, teste Laplane I, p.* 385. *ex Catal. rel. Bert., cod. Audomar. nr.* 815, *ab Iohanne VII. abbate (a.* 1425—1447*) habitum monachalem recepit et diu caecus fuit. Idem enim f.* 111'. *minio notavit:* Hunc librum scripsit frater Bertinus Dampman religiosus huius monasterii sacerdos et professus. Orate pro eo. *Index capitum in fine libri f.* 112 *sqq. scriptus est, ex quo nonnullis foliis, sicut et ex ipso libro antecedente, excisis, quae desunt suppleta sunt foliis chartaceis illigatis manu saec. XVII. ex codice nullius auctoritatis. Series abbatum deest. Olim codex* 118 *foliis constitisse videtur. Frater Bertinus nonnumquam sermonem, maxime verborum ordinem mutavit. Numeri plerique locorum citatorum, qui in A*1 *desunt, hic suppleti sunt. Lectiones, etiam falsae, nonnumquam cum B conveniunt. Codex non multum facit ad veram orationem restituendam*[4].

*B*1*) Codex* ***Audomarensis*** *nr.* 739, *olim S. Bertini nr.* 630[5], *mbr. fol., omnium est vetustissimus, nam a.* 1405. *a monacho Bertiniano Petro Bourgois, qui sub Iacobo III, successore Iohannis Longi, (a.* 1383—1407*) religionem suscepit*[6], *postea*[7] *abbas Alchiacensis effectus est, nitidissime lineis per totam paginam continuis scriptus est. Fol.* 1—9. *exstat index capitum; f.* 9'—11'. *vacuis relictis, f.* 12. *Series abbatum; f.* 13. *minio manu librarii notata sunt:* Hunc librum scripsit frater Petrus Bourgois monachus Sancti Bertini anno Domini 1405. *Fol.* 13'—15'. *imagines totas paginas explentes pictae sunt, videlicet* 13'. *sancta Virgo cum Salvatore infante sedens, ab utroque latere eius S. Petrus et S. Paulus apostoli; f.* 14. *abbas et monachi Sancti Bertini genibus nisi, versus S. Mariam spectantes et eam adorantes; f.* 14'. *SS. Bertinus et Audomarus, a quorum dextro latere monachus codicis scriptor* Frater Petrus Bourgois *genibus nisus sanctos adorat; f.* 15. *SS. Folquinus et Silvinus, a quorum sinistro latere monachus eos adorans, cuius nomen erasum est; f.* 15'. *auctor libri Iohannes Longus mitratus in sella scriptoria, cui tabula mensae*

1) Hunc iam in autographo fuisse testatur Iohannes in praef.: *si quid . . . sine tabula desideras invenire.* 2) Cf. 'Catal. des départ.' III, p. 369. 3) Manus s. XVII—XVIII. notavit f. 1: *Bibliotheca Bertiniana.* 4) Cf. 'Catal. des départ' I, p. 665. 5) In ultimo folio legitur manu s. XV—XVI: *Mezemacre. — Allardus Mezemacre est nomen eius. — Iste liber pertinet Allardino Mezemacre.* 6) Laplane I, p. 357. 7) a. 1403. vel 1404, sed 'electus continuo cessit' (Gallia christ. X, p. 1601), quare librum post abbatiam abdicatam scripsisse videtur.

praefixa est, sedens et scribens. Imagini subscripta sunt haec: Hic est Iohannes abbas Sancti Bertini huius* nominis V^us^, oriundus de Ypra, qui ad studium missus gradum in scientia decretorum est adeptus, deinde abbas effectus compilavit subsequens opus. *Abhinc novo ordine foliorum incepto, quorum numeri* 5 *in margine superiore manu librarii notati sunt, sequitur ipse liber* 192 *folia comprehendens, quatuor postremis foliis vacuis relictis. In indice cuique capiti et parti ascripti sunt numeri foliorum, in quibus incipiunt, quod et in codicibus A*2 *et B*2 *factum est. In margine saepissime — rarius in A*2 *— anni, quibus narrata gesta sunt, annotantur, quod in autographo suo se fecisse Iohannes* 10 *ipse in praefatione testatur. Et omnino codex sic, ut ibi auctor autographum describit, institutus est, praeterquam quod rubrae particularum, quas Iohannes 'remissiones' vocare videtur, his superscriptae sunt, cum in autographo eas in margine scriptas fuisse ex isto nomine concluserim. Codex accuratissime exaratus est, paucissimis mendis et his levioribus aspersus, quae a vera lectione* 15 *longius recedunt, iam in exemplari priore, i. e. fortasse, ut conieci, ab amico auctoris autentico recensito, fuisse videntur. Compactus est antiquis tegumentis ligneis*[1]. *Ex hoc teste b. m. L. Bethmann, 'Arch.' VIII, p.* 420, *descriptus est*

*B*1*a) Codex Audomarensis nr.* 740, *olim S. Bertini, mbr. fol., in quo* 20 *notatum est:* Hunc librum scripsit frater Iacobus Anesart monachus Sancti Bertini anno Domini 1437[2], *qui sub Iohanne VI. abbate (a.* 1407—1420*) monachus effectus*[3], *a.* 1438. *abbas Alchiacensis electus est*[4]. *Etiam imagines in B*1 *pictae in hoc codice elegantius repetitae sunt.*

*B*2*) Codex Bruxellensis nr.* 8381, *chart.* 4°, *solum nostri librum con-* 25 *tinet. Fol.* 1. *inscripta sunt*[5]*:* Hic est liber cronicarum abbatum Sancti Bertini, quem Iohannes abbas eiusdem loci huius nominis quintus, oriundus de Ypra, ad studium missus, gradum in sciencia decretorum adeptus, deinde abbas effectus, compilavit, excopiato[6] ex scriptis domini Albini Bainel[7], tunc temporis venerabilissimo viro ac domino domino Ludovico Dongnies priori de Mentenay[8], 30 suo domino ac magistro, famulantis et secum residentis in predicto loco Sancti Bertini anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto. *Liber omnino eodem modo institutus est ac B*1, *multo tamen negligentius exaratus, et cum eo in tantum convenit, ut huius apographum eum haberem, nisi perpaucis locis ac levioris momenti lectionibus ad codices A accederet et nota* 35 *praescripta obstaret. Tamen exemplaris ex B*1 *facti apographum eum esse, putaverim. Certe vix ullo loco ad veram lectionem constituendam facit. Ex hoc descriptus est*

*B*2*a) Codex Bruxellensis nr.* 8037—8050, *chart.* 4°, *varia saec. XV. et XVI. continens, primo loco nostri librum manu saec. XV. ex., ut videtur,* 40 *exaratum, quae et notam scribae codicis B*2 *descripsit et numeros foliorum in indice capitum, qui cum illius quidem, non vero huius codicis foliis concordant*[9].

1) Vide de eo 'Catal. des départ.' III, p. 329. 2) Ib. p. 330, ubi falso *Avesart* impressus est. 3) Laplane I, 45 p. 368. 4) Gallia christ. X, p. 1601. 5) Quorum pridem fuerit, indicant notae fol. 1, saec. XVII—XVIII: *Ioannis Cerejo can. Sancti Donatiani Brug. ex auctione reverendissimi Matth. Lambrecht tertii episcopi Brug.;* et: 1569. *Petri Adurni.* 6) *excopiatus* 50 cod. B 2[a]. 7) vel *Baiuel?* 8) Postea a. 1440. abbati Gemblacensi. 9) In fol. praefixo: *Musei SS. in domo professa societatis Iesu Antwerpiae (N. Ms.* 12. *B* 190*).* In fol. 1: *Hunc librum anno* 1655. *mense Ianuario donavit P. Godefrido Henschenio societatis Iesu nobilis et generosus dominus D. Eduardus Sandelin, olim senator civitatis Antverpiensis, tunc praetor Lovaniensis.* Ex hoc codice supra p. 405. chron. ducum Brabantiae editum est. Cf. 'Arch.' VIII, p. 508.

His accedunt:

B3) Codex Musei Britannici nr. 30033, *chart. s. XV, olim S. Bertini, quem huic recensioni ascribendum esse, locis a V. I. Waitz exscriptis probatur.*

B4) Codex Parisiensis Lat. nr. 5438, *chart. saec. XVII, qui solum Iohannis librum cum continuatione usque ad a.* 1471. *continet, etiam huc referendus videtur secundum lectiones SS. rer. Gall. t. XVIII, p.* 593 *sqq.*[1] *annotatas.*

Praeterea afferuntur:

Codex Brugensis, olim S. Bertini, chart. saec. XV, quem scripsit Franciscus de Walmcappeln religiosus Sancti Bertini[2]. *Cf. 'Arch.' VII, p.* 672.

Codex comitis de Ashburnham, Barrois nr. 48, *mbr. saec. XV.*

Codex Gandavensis V. Cl. de Alstein, chart. fol., saec. XV. Cf. 'Arch.' VII, p. 671. *VIII, p.* 555.

Codex Audomarensis nr. 741, *chart. fol., saec. XVI. Cf. 'Catal. des départ.' III, p.* 331.

Codex Atrebatensis bibl. civitatis nr. 306, *olim S. Vedasti G.* 50, *chart. saec. XVI. Cf. 'Catal. des départ.' IV, p.* 127.

Codex Audomarensis nr. 745, *chart., a.* 1590. *a Francisco Lanc Coloniensi, canonico S. Martini Yprensis scriptus, cum continuatione usque ad a.* 1522. *auctore Marco Vassoris, presbytero capellano ecclesiae Morinensis, 'qui propter bella apud Sanctum Audomarum deverterat sexagenarius.' Ibid. III, p.* 332.

Codex Audomarensis nr. 818, *chart. saec. XVII. Ibid. p.* 371.

Codex Parisiensis nr. 9929, *chart. saec. XVII.*

Codex Parisiensis nr. 11732, *chart. saec. XVII, continet tantum libri fragmenta.*

Codex Parisiensis nr. 11844, *chart. saec. XVII.*

Codex Atrebatensis nr. 158, *olim S. Vedasti G* 28, *chart., a.* 1680. *scriptus. Cf. 'Catal. des départ.' IV, p.* 75.

Codex Cheltenhamensis nr. 3210, *chart., cum cont. usque ad a.* 1641[3].

Codex Musei Britannici, Egerton mss. nr. 1841, *saec. XVII—XVIII. 'Catal. of add. mss.' a.* 1854—1877. *II, p.* 893; *'N. Arch.' IV, p.* 377.

Codex Parisiensis S. Germani paq. 13. *nr.* 6, *saec. XVII—XVIII.*

Libri editionem iam Dacherius paraverat ex 'duobus codicibus optimis', quos describi curaverat et notis illustraverat, sed morte praeventus propositum exigere non potuit. Eius liber manu scriptus pervenit ad Mabillonium, eo mortuo ad Ren. Massuet et ab hoc Martenio et Durando ad edendum traditus est, qui eum in 'Thesauro anecdotorum' III, p. 442 *sqq. imprimi fecerunt. Duorum codicum Dacherii alter, quem ab haeredibus Andreae professoris Duacensis acceperat, olim monasterii Guillelmitarum Brugensis, fuit recensionis A, alter rec. B, cum lectiones eius modo cum hac modo cum illa conveniant. Rec. B aut ipsum codicem nostrum B*2, *aut, quod minus probabile est, exemplum ex eo descriptum B*2*a habuit, cum alterum codicem a.* 1434. *a famulo Ludovici Dongnies exaratum fuisse, annotaverit. Codex rec. A praestantior fuit, modo cum nostro A*1, *modo cum A* 2 *facit, semel vero codicis A*1*a corruptam lectionem apud eum reperimus*[4]. *Editio his subsidiis parata, diversis partibus omnino diversi pretii est. Quamvis ubique graviores errores inveniantur, semper*

1) Ubi errore typographico nr. 4385. impressus est. V. Catal. cod. bibl. regiae IV, p. 118. 2) Recepit religionem sub Iohanne VII. abbate (a. 1425—1447); Laplane I, p. 386. 3) Easdem duas continuationes, primam — 1450 (editam apud Martène, Coll. VI) et — 1642, ut videtur, continet ac codex Audomarensis nr. 744. 4) *rexisse* B, quae vera lectio videtur, *exisse* A 1, quod in A 1[a] *egisse* correctum est, et sic editio. In A 2 locus deest.

fere verba, quibus auctor alios locos libri laudat, omissa sint, partes tamen quibus de rebus exteris agitur non multum a vera auctoris oratione recedunt. Ubi vero de rebus Bertinianis agitur nomina miserum in modum corrupta sunt, in posterioribus partibus saepissime oratio omnino mutata, innumera verba et sententiae, praesertim data chartarum ab ipso allatarum omissa sunt. Et nonnullas fabellas ex Martini chronico sumtas, ut de ficta expeditione Caroli M. in Terram Sanctam, de papa Gerberto et cet. editores reiecerunt; quippe qui nonnulla 'quae ad historiae veritatem nihil conducebant' se omisisse, in praefatione profiteantur. — Excerpta ex hac editione recusa sunt SS. rerum Gall. VII, p. 266. *IX, p.* 70. *X, p.* 297. *XI, p.* 380. *XIII, p.* 455. *XVIII, p.* 593, *in hoc tantum volumine codice B*4, *qui nullius virtutis est, adhibito.*

Librum integrum iterum typis mandare non nostrum fuit. Quaecumque Iohannes ex libris adhuc notis exscripsit, etiamsi verba auctorum liberius reddiderat, praesertim ea quae in historia universali versabantur, omisimus. Quae vero ad historiam comitum Flandrensium spectant omnia exhibuimus.

*Maxime codicem B*1, *ut antiquissimum et accuratissime exaratum, praesertim in ratione verborum scribendorum, secuti sumus, sed eum non raro ex A*1 *emendavimus. Quae in una tantum recensione legebantur uncis inclusimus, nisi librariorum errore omissa videbantur. Cum Iohannes verba multorum auctorum liberius reddiderit, ea tantum mutata litteris latius positis exprimi fecimus, quae a sententiis auctorum aliquatenus recedere videbantur.*

De continuationibus libri iam in indice codicum dictum est.

Iam a. 1351. *Iohannes noster, cum adhuc monachus existeret, quatuor libellos de rebus Asiaticis ex Latina lingua in Francogallicam vertit*[1], *videlicet librum Haithoni*[2], *quem in Chronica exscripsit, Oderici de Foro Iulii fratris ordinis Minorum Iter transmarinum*[3], *Tractatum de Terra Sancta*[4] *et Tractatum de gubernatione magni chaan Tartarorum. Falso vero Vitam Erkenbodonis auctore Iohanne quodam a nostro conscriptam esse, suspicatur Henschen, Acta SS. Apr. II,* 92, *cum ille Iohannes iam circa a.* 1120 *vixerit*[5].

Berolini mense Iunio 1880. *O. Holder-Egger.*

ANNOTACIO[a] CAPITULORUM OPERIS SUBSEQUENTIS.

Prologus primus est recommendacio sanctorum Audomari atque Bertini[b].

Prologus secundus est divisio seu declaracio operis subsequentis.

Capitulum primum est beati patris nostri Bertini et dividitur in partes[c] 15.

Pars prima est de[d] nativitate beati patris [nostri[e]] Bertini, [et[f] quod[g] in Luxovio monachus est effectus].

Pars secunda de Gregorio [papa[f] et eius successoribus usque ad adventum sancti Bertini in Flandria].

Pars tercia de imperio[h] et morte Mauricii imperatoris. Item de imperio Heraclei[i] [et[f] eius victoria

a) *index capitum deest A* 1, *in fine operis fol.* 112. *exstat A* 2. b) *in codd. asscripti sunt numeri foliorum, in quibus capitula incipiunt.* c) 15 p. *A* 2. d) ortu sive *add. A* 2. e) *deest A* 2. f) *des. A* 2. g) *superscr. B* 1. h) Mauricio imperatore *A* 2. i) Heraclii *A* 2.

1) Exstat haec versio in cod. bibl. Paris., Franc. nr. 5514. Cf. Lebeuf in 'Mém. de l'Acad. des Inscr.' XVIII, p. 748 sqq. 2) Lebeuf l. l. titulos libellorum ex codice exscripsit, ubi sic: *et fut ce livre translaté du Latin en François par frère Jehan le Long dit et né de Yppre, moine de l'abbaye de St. Bertin en St. Omer . . . en l'an de l'incarnation N. S.* 1351. 3) Qui libellus Latine scriptus exstat in codice S. Bertini, nunc Audomarensi nr. 739. 4) *Traictié de la Terre Sainte par Guillaume de Bouldeselle en l'an de grace* 1336, *et fut translaté par frère Jehan le Long* 1351. 5) Videlicet 400 annis post mortem Erkenbodonis, ut ipse profitetur.

contra Cosdroe et delacione sancte crucis ad Iherusalem]. Item de inicio Machometi [et[a] de morte Heraclei imperatoris].

Pars 4. de regnacione[b] Clotharii regis Francorum. Item de adventu beati Columbani [de[a] Ybernia et de fundacione monasterii Luxoviensis]. Item de malicia et fine Brunechildis[c].

Pars 5. de quo genere sancti Audomarus atque Bertinus prodierunt. Item de regno Dagoberti in Austrasia. Item de adventu beati[d] Bertini in has[e] Flandrie[f] partes [et[a] de morte beati Columbani]. 5

Pars 6. de fundacione ecclesie sancti Bertini in[g] loco qui[h] nunc dicitur Vetus monasterium. Item de obitu regis Francorum Clotharii et successione Dagoberti. Item de fundacione ecclesie[i] sancti Bertini in loco ubi nunc est.

Pars 7. de fundacione ecclesie[k] sancti Dyonisii [in[a] Francia]. Item de sancto Amando et sancta Rictrude[l] [et[m] plurium ecclesiarum fundacione, et de morte Dagoberti regis]. 10

Pars 8. de successione[n] filiorum Dagoberti, scilicet Sigeberti in Austrasia et Clodovei in Francia. Item de fundacione monasterii[o] Fiscanensis et [de[a] sanguine Domini[k], qui est in eodem monasterio, et de fundacione monasterii] Floriacensis.

Pars 9. de obitu Clodovei et successione[p] Lotharii [filii[a] eius, et de morte sancti Amandi], et quod sanctus Winnocus[q] est hic monachus effectus. Item de secunda fundacione monasterii[r] Fiscanensis. Item de miseria regum Francie et potencia maioris domus eius. 15

Pars 10. de concambio quarundam terrarum[s] inter sanctos Bertinum et Mommolinum[t]. Item de fundacione ecclesie sancte Marie [virginis[u]], que nunc est canonicorum Sancti Audomari. Item de sancto Walberto comite et donacione comitatus de Arkes[v]. 20

Pars 11. de malo regimine[w] regis Theoderici et eius expulsione. Item de revocacione Theoderici regis et martirio sancti Leodegarii [et[x] de morte Ebroini].

Pars 12. de capcione Theoderici regis, et quod Pupinus[y] maior domus eius efficitur. Item de donacione Amalfridi de Hinilficurte[z]. Item de fundacione ecclesie [et[x] translacione] sancti Vedasti[a] Atrebatensis et [de[u]] morte Theoderici regis. 25

Pars 13. de regno Clodovei III. et successione Hildeberti et martirio sancti Lamberti. Item de donacione Heremari de Wormoult, et quod sanctus Bertinus sanctum Winnocum ibidem misit [[et[x] de morte interfectoris sancti Lamberti].

Pars 14. quod sanctus Bertinus Rigobertum sibi substituit[b] abbatem et [quod[u]] mulieribus interdixit[c] ingressum monasterii sui. Item de fundacione ecclesie sancti Michaelis in Periculo-maris. Item de transitu beati Audomari episcopi. 30

Pars 15. de substitucione Elefridi[d]. Item de transitu beati patris nostri Bertini.

Capitulum secundum est[e] de Rigoberto [huius[x] loci] abbate [secundo[u]].

De Rigoberto abbate[f].

Capitulum tercium est[e] de Erlefrido [huius[x] loci] abbate [tercio[g]]. 35

Pars[h] prima de Erlefrido abbate nostro.

Pars secunda de morte Pupini principis. Item de regno Dagoberti secundi et de morte sanctorum Silvini atque Winnoci. Item de regno Lotharii quarti et morte[i] Erlefridi abbatis nostri.

Capitulum 4. est de sancto Erkenbodone [huius[x] loci] abbate [4[g]].

Pars[k] prima de sancto Erkenbodone abbate nostro[l]. Item de regno Chilperici. Item de bellis Karoli Tuditis contra Sarracenos. Item de Liedrico primo stipite comitum Flandrie. Item[m] de pluribus bellis et[n] victoriis Karoli Tuditis[o]. 40

Pars secunda de morte Chilperici regis et successione Theoderici. Item de promocione sancti Erkenbodonis ad episcopatum Morinensem. Item de obitu[p] sancti Erkenbodonis regisque Theoderici.

Capitulum 5. de Waymaro [huius[q] loci] abbate [5]. 45

De[r] Waymaro abbate nostro, et[s] de morte Karoli Tuditis.

Capitulum 6. de Nanthario [huius[q] loci] abbate [6[t]].

Pars prima de Nanthario abbate nostro huius nominis primo. Item de conversione Karlomanni[u] ad monachatum.

Pars secunda de translacione regni Francorum de persona Hilderici regis[v] in personam[w] Pupini[x], et[y] de morte Nantharii abbatis [nostri[y]]. 50

a) *des. A2.* b) rege Fr. Clothario *A2.* c) regine *add. A2.* d) patris nostri *A2.* e) occiduas *add. A2.* f) p. Fl. *B1.* g) in l. *des. B2.* h) que *B2.* i) huius eccl. Sythiu *A2.* k) *deest B2.* l) Vict. *B2.* m) *pro uncis inclusis habet A2:* ac filiis et filiabus eius. n) regno Clodovei filii Dagoberti *A2.* o) monasteriorum *A2.* p) regno *A2.* q) Wynn. *A2.* r) *deest B2;* F. m. *A2.* s) villarum *A2.* t) Momol. *hoc loco B1.* u) *deest A2.* 55 v) Arkas *A2.* w) reginine *B1.* x) *des. A2.* y) *ita codd.* z) Hinifilcurte *B2.* a) Vedastis *B1.* b) instituit *B2.* c) congressum mon. int. *A2.* d) *sic hoc loco codd.* e) *deest B2.* f) nostro *add. A2.* g) dividitur in duas partes *A2.* h) Pr. pars *B1.* i) de m. *A2.* k) Pars — nostro *del. B2; des. B2a.* l) Item Pars 2. de morte Pupini principis. Item de regno Dagoberti secundi *ins. sed del. minio B2.* m) *A2 sic:* Item quomodo Karolus Tudites eiecit Sarracenos de regno Francie. n) et v. *des. B2.* o) *B1 add. sed del.:* Item de victoria Karoli Tuditis contra Sarracenos 60 p) morte *A2.* q) *des. A2.* r) Item de *A2.* s) Item de obitu K. Tudites Waymarique abbatis nostri *A2.* t) dividitur in duas partes *A2.* u) fratris Pupini *add. A2.* v) *deest A2.* w) persona *A2.* x) regis *add. B2.* y) *deest A2.*

Capitulum 7. de Dadberto [huius[a] loci] abbate [7[b]].

Pars prima de Dadberto abbate nostro [et[a] de Gendulfo martire].

Pars secunda de factis Pupini regis ac de bellis eius, et de fine Dadberti abbatis[c].

Capitulum 8. de Hardrado [huius[a] loci] abbate [8[d]].

Pars prima de Hardrado abbate nostro [et[a] morte Pupini regis].

Pars secunda de regno Karoli Magni, de eius forma et fortitudine. Item de bellis[e] Karoli Magni.

Pars tercia de huius magnifici[f] regis actibus pacis et[g] pietatis. Item de pia intencione eius circa Deum et viros ecclesiasticos. Item de huius regis generacione ac[h] eius pietate circa propinquos.

Pars 4, quod Karolus factus est patricius Romanorum. Item de origine comitum Flandrie et fine domini Hardradi abbatis[i] nostri.

Capitulum 9. de Odlando [huius[a] loci] abbate [9[k]].

Pars prima de Odlando abbate nostro.

Pars secunda, quod[l] Karolus Magnus effectus est imperator Romanorum. Item de profectione[m] Karoli Magni ad Terram Sanctam et reportacione sanctarum reliquiarum[1].

Pars 3. de industria et fine domini Odlandi abbatis nostri[n].

Capitulum 10. de Nanthario [huius[o] nominis secundo, huius vero[n] loci abbate 10].

Pars prima de Nanthario abbate nostro huius nominis secundo.

Pars secunda de morte[p] magnifici regis ac imperatoris Karoli Magni. Item de sepultura predicti imperatoris[q].

Pars[r] 3. de signis et presagiis mortis predicti imperatoris[s]. Item de visione Wetini post obitum predicti imperatoris[s]. Item de successione in [regno[t] et] imperio Ludovici, filii Karoli, et sublimacione beati Folquini ad episcopatum Morinensem et fine Nantharii abbatis [nostri[t]].

Capitulum 11. de Fridogiso [huius[t] loci] abbate [11[u]].

Pars prima de Fridogiso abbate nostro et quod[v] in ecclesia sancti Audomari canonicos[w] instituit[x].

Pars 2, quod Ludovicus imperator regnum suum divisit, et de quibusdam eventibus illius temporis.

Pars 3. de Gontberto monacho nostro et donis que huic ecclesie dedit.

Pars 4. de regno[y] et restitucione imperatoris Ludovici, et de fine Fridogisi abbatis nostri.

Capitulum 12. de Hugone huius loci abbate 12.

Pars prima de Hugone abbate nostro huius nominis primo. Item quod sanctus Grimbaldus est hic monachus effectus, et quod ecclesia sancti Audomari fuit huic ecclesie sancti[z] Bertini subiecta[a].

Pars 2, quod Dani seu Normanni venerunt in Franciam. Item de morte Ludovici imperatoris. Item de pugna filiorum Ludovici imperatoris et divisione regni.

Pars 3. de furto et restitucione corporis sancti Audomari, et de morte Hugonis abbatis nostri.

Capitulum 13. est[b] de Adalardo huius loci abbate 13.

Pars prima de Adalardo abbate nostro. Item de translacione beati[c] Bertini.

Pars secunda de morte Lotharii imperatoris et imperio Ludovici, filii eius.

Pars 3, quod comes Honrocus est hic monachus effectus et de eius obitu. Item de transitu sancti Folquini Morinensis episcopi et quibusdam miraculis eius.

Pars 4. de sublimacione beati Humfridi ad episcopatum Morinensem et quibusdam eventibus illius temporis. Item de quibusdam factis domini Adalardi, et quod hec ecclesia fuit ab eo ablata.

Capitulum 14. est de Hugone huius nominis secundo, huius vero loci abbate 14.

De Hugone abbate nostro huius nominis secundo. Item de destructione huius monasterii per Normannos et martirio 4 fratrum nostrorum.

Capitulum 15. est de Adalardo huic loco reassumpto 15[b].

Pars prima de Adalardo abbate nostro huic loco reassumpto[d]. Item de matrimonio Balduini primi comitis Flandrie et Iudith, filie regis Francie.

Pars 2. de Nicholao papa huius nominis primo et quibusdam eius factis. Item de quodam miraculo beati Bertini, et de morte Adalardi abbatis nostri.

Capitulum 16. est de sancto Humfrido huius loci abbate 16.

De sancto Humfrido abbate nostro, et de stipite unde Hugo Capet duxit originem.

Capitulum 17. est de Hilduino huius loci abbate 17.

Pars prima de Hilduino abbate.

Pars secunda de quibusdam eventibus illius temporis.

a) *des.* *A* 2. b) dividitur in duas partes *A* 2. c) nostri *add.* *B* 2. d) nostro, dividitur in quatuor partes *A* 2. e) gestis K. M. et primo de bellis per eum gestis *A* 2. f) r. m. *A* 2. g) ac *A* 2. h) et *A* 2. i) a. n. *des* *B* 1. k) nostro, dividitur in tres partes *A* 2. l) quomodo *A* 2. m) perf. (pf) *B* 2. n) *deest* *B* 2. o) N. abbate, dividitur in tres partes *A* 2. p) fine r. et imp. *A* 2. q) regis *A* 2. r) *hanc rubram post sequentem ponit B* 2. s) regis *A* 2. t) *des.* *A* 2. u) dividitur in quatuor partes *A* 2. v) monachos suos *add.* *A* 2. w) i. c. *B* 2. x) *duo folia excisa sunt B 2, sed deficientia recens manus ex codice quodam rec. B in 6 foliis chartaceis illigatis supplevit.* y) de imp. L. regno rest. *B* 2. z) *deest* *B* 1. a) folio *add. saepe B 2, numeris foliorum hic iam omissis.* b) *deest* *B* 2. c) sancti *B* 2. d) reasumpto *h. l.* *B* 1.

1) Hanc particulam ex Martini Oppav. chron. exscriptam omisit Martenius.

Pars 3. de promocione Karoli Calvi in imperatorem, et quod plures ecclesias edificavit.

Pars 4. de[a] morte domini Hilduini abbatis nostri.

Capitulum 18. est de sancto Fulcone huius loci abbate 18.

Pars prima de sancto Fulcone abbate nostro et morte[b] Karoli Calvi imperatoris. Item de successione Karoli regis Swavorum[c] in imperio et Ludovici Balbi in regno.

Pars 2. de regno filiorum Ludovici Balbi ex concubina. Item de morte Flandrie[d] comitis Balduini Ferrei et successione filiorum eius. Item de principio fortalicii huius ville, quod sanctus Fulco abbas noster incepit.

Pars 3. de morte Ludovici et Karlomanni regum Francie. Item de promocione Karoli imperatoris in regem Francorum[e] et electione sancti Fulconis abbatis nostri in archiepiscopum Remensem.

Capitulum 19. est de Rodulpho huius loci abbate 19.

Pars prima de Rodulpho abbate nostro. Item de regnacione Karoli imperatoris in regno[f] Francie.

Pars 2. de fine Karoli imperatoris et regno Eudonis.

Pars 3. de adventu Danorum[g] et Normannorum ad hoc monasterium. Item de coronacione Karoli, filii Ludovici Balbi, in regem Francie. Item de obitu domini Rodulphi abbatis[h] nostri.

Capitulum 20. est de sancto Fulcone huic loco reassumpto 20[i].

Pars prima de sancto Fulcone abbate nostro huic loco reassumpto[k]. Item de fundacione monasterii Cluniacensis.

Pars secunda de morte et sepultura Eudonis regis. Item de secunda coronacione Karoli Simplicis et eius matrimonio.

Pars 3. de martirio sancti Fulconis archiepiscopi et abbatis nostri et fuga sancti Grimbaldi in Angliam.

Capitulum 21. est de Balduino huius loci abbate 21.

Pars prima de Balduino abbate nostro huius[l] nominis primo.

Pars secunda de coronacione Arnulphi regis in imperatorem et eius morte.

Pars 3. de morte Formosi pape et confusione que ex hoc provenit in ecclesia Dei.

Pars 4. de fine domini abbatis nostri Balduini Flandrie[m] comitis et successione filiorum eius.

Capitulum 22. est de Adalolpho[n] huius loci abbate 22.

Pars prima de Adalolpho[o] abbate nostro. Item quomodo Ghysna nobis ablata fuit.

Pars 2. de regno Roberti, fratris Eudonis regis, et morte eiusdem Roberti. Item de morte regis Karoli et fuga filii eius Ludovici in Angliam. Item quod Rodulphus dux Burgundie[p] factus est rex Francie, et de elevacione beati Folquini.

Pars 3. de reductione Ludovici, filii Karoli Simplicis, et eius coronacione et morte Heriberti nequissimi.

Pars 4. de rege Anglie submerso et in hoc monasterio sepulto. Item de morte domini[i] abbatis nostri Adalolphi.

Capitulum 23. est de Arnulpho huius loci abbate 23.

Pars prima de Arnulpho abbate nostro.

Pars 2. de primo ingressu feminarum in hoc monasterium. Item de quodam miraculo beati patris nostri Bertini.

Pars 3. de huius comitis devocione ad ecclesiam. Item quomodo predictus comes hanc ecclesiam reformavit et resignavit.

Capitulum 24. est de sancto Gerardo huius loci abbate 24.

De sancto Gerardo abbate nostro. Item de huius monasterii reformacione ad regularis[q] vite normam. Item quod sanctus Gerardus hoc ordinato monasterio ad Blandinium rediit.

Capitulum 25. est de Widone huius loci abbate 25.

De Widone abbate nostro. Item de capcione et liberacione Ludovici regis.

Capitulum 26. est de Hildebrando huius loci abbate 26.

Pars prima de Hildebrando abbate nostro et morte Ludovici regis. Item de translacione sanctorum Walarici[r] et Richarii ad hoc monasterium Sancti Bertini. Item de translacione sancti Silvini ad hoc monasterium Sancti Bertini.

Pars secunda, quod dominus Hildebrandus factus est abbas Sancti Vedasti.

Capitulum 27. est de Regenoldo huius loci abbate[s] 27.

Pars prima de Regenoldo abbate nostro.

Pars secunda de malis iniciis pravisque successibus comitum Ghisnensium. Item de delacione[t] corporum sanctorum Audomari atque Bertini ultra Rhenum[u] et miraculis ibidem per eos patratis. Item de signo crucis apparente in vestibus hominum. Item de peste lepre et fine domini Regenoldi abbatis nostri.

a) dm̄ dm̄ Hild. B 1; dom. *deest B* 2. b) de m. *B* 2. c) Francorum *B* 2. d) B. Fer. Fl. com. *B* 2. e) Francie *B* 2. f) regem *B* 2. g) Dãnorum *B* 2. h) a. n. *des. B* 2. i) *deest B* 2. k) reasumpto *h. l. B* 1. l) *deest B* 2. m) Flandrę *B* 1. 2. n) Adalopho *h. l. B* 2. o) Adalolfo *h. l. B* 2. p) Burgond. *B* 2. q) regularum *B* 2. r) Wallar. *B* 2. s) *deest B* 2. t) *post corr. B* 1. u) Renum *B* 2.

Capitulum 28. est de Adalolpho huius nominis secundo, huius vero loci abbate 28.

De Adalolpho abbate nostro huius nominis secundo. Item de morte Balduini, filii Arnulfi[a] Flandrie comitis, et fine regiminis domini Adalolphi[b].

Capitulum 29. est de Hildebrando huic loco reassumpto 29[c].

5 Pars prima de Hildebrando abbate nostro huic loco reassumpto[d]. Item de adventu beati Dunstani ad hoc monasterium Sancti Bertini et exterminacione luporum in Anglia.

Pars secunda de Flandrie comite Arnulpho secundo. Item de bello Lotharii regis contra Otthonem imperatorem. Item quomodo Merk et Petresse a nobis sunt detente.

Pars 3, quomodo comitatus Ghisnensis quoad nos perditus mansit, et de comitum successione.

10 Pars 4. de mutacione regni Francorum de genere Karlencium ad Hugonem Capeti. Item quomodo corpora sanctorum Walarici et Richarii sunt locis suis restituta, et de morte Arnulfi secundi Flandrie comitis et successione filii eius Balduini Barbati.

Capitulum 30. est de Balduino huius nominis secundo, huius vero loci abbate 30.

De Balduino abbate nostro huius nominis secundo.

15 Capitulum 31. est de Arnulfo huius nominis secundo, huius vero loci abbate 31.

De Arnulfo[a] abbate nostro huius nominis secundo.

Capitulum 32. est de Waltero huius nominis primo, huius vero loci abbate 32.

De Waltero abbate nostro huius nominis primo.

Capitulum 33. est de Trudgaudo huius loci abbate 33.

20 De Trudgaudo abbate nostro, et de rege Roberto, et quod abbas Cluniacensis instituit commemoracionem fieri omnium fidelium defunctorum in crastino omnium sanctorum.

Capitulum 34. est de Odberto huius loci abbate 34.

De Odberto abbato nostro, de[e] liberacione huius loci ab incendio per sanctos Vincencium, Audomarum atque Bertinum, et de duello facto in Calmont. Item de Gerberto nicromantico facto papa[1].

25 Item de sancto Henrico imperatore, et de electoribus et modo eligendi imperatorem Romanum.

Capitulum 35. est de Hemfrido huius loci abbate 35.

De Hemfrido abbate nostro.

Capitulum 36. est de Roderico huius loci abbate 36.

Pars prima de Roderico abbate nostro.

30 Pars secunda de fundacione monasterii Sancti Winnoci in Bergis. Item de expulsione monialium et[f] institucione monachorum in monasterio Marchianensi.

Pars 3. de quibusdam eventibus illius temporis. Item de morte Francorum regis Roberti et successione filii eius Henrici pueri. Item de morte Flandrie comitis Balduini Barbati et successione filii eius Balduini Insulani. Item de morte domini Roderici abbatis nostri.

35 Capitulum 37. est de Bovone huius loci abbate 37.

Pars prima de Bovone abbate nostro. Item de elevacione corporis beati[g] Bertini.

Pars secunda de bello comitis Flandrie Balduini Insulani contra imperatorem et de novo fossato quo ipse ab occidente clausit Flandriam. Item de fine domini[h] Bovonis abbatis nostri.

Capitulum 38. est de Heriberto huius loci abbate 38.

40 Pars prima de Heriberto abbate nostro. Item de Guillelmo conquisitore Anglie.

Pars secunda de morte Balduini Insulani et fundacione monasterii Messinensis[i]. Item de fundacione ordinis et domus Cartusie. Item de Flandrie comite[h] Balduino Pio et morte eius.

Pars 3. de bello Roberti Frisonis contra regem Francie et nepotes suos Arnulfum et Balduinum. Item de fundacione ecclesie sancti Petri Casletensis et monasterii Watinensis. Item quoddam valde

45 mirandum.

Pars 4, quomodo ecclesia Bergensis fuit a nobis alienata. Item de reditu domini Heriberti ab Autisiodoro ad hoc suum monasterium et principio abbacie Alchiacensis.

Pars 5. de fundacione ordinis Grandimontensis et monasterii Aquicinti. Item de fine domini[k] Heriberti abbatis nostri.

50 Capitulum 39. est de domino Iohanne huius nominis primo, huius vero loci abbate 39.

Pars prima de domino Iohanne abbate nostro huius nominis primo. Item de Hucberto episcopo et discordia Morinensium.

Pars secunda de huius loci incendio fortuito et eius reparacione. Item de fundacione monasteriorum Hamensis et Andrensis et translacione sancte Rictrudis. Item de peregrinacione Roberti Frisonis

55 Flandrie[l] comitis ad Iherusalem et Terram Sanctam. Item de delacione corporis sancti Bertini in Ostresela. Item de fundacione monasterii de Capella.

a) *sic h. l. B* 1; Arnulph. *B* 2. b) Adalolfi *h. l. B* 1. c) abbate nostro *add. B* 2. d) reasumpto *B* 1. e) et *B* 2. f) in *B* 2. g) sancti *B* 2. h) *deest B* 2. i) Messinensi *B* 1. k) H. d. *B* 2. l) Flandrę *B* 1. 2, *saepius*.

1) Haec quoque particula omissa est in editione Martenii.

Pars 3. de austeritate Roberti Frisonis contra ecclesias terre Flandrensis et eius correctione[a].

Pars 4. de morte Roberti Frisonis et successione Roberti, filii eius. Item de obitu domini Iohannis abbatis nostri.

Capitulum 40. est de domino Lamberto huius loci abbate 40.

Pars prima de domino Lamberto abbate nostro. Item de renovacione[b] episcopatus Atrebatensis.

Pars secunda de crucesignacione[c] et peregrinacione Francorum ad Iherusalem et Terram Sanctam et eius conquesta. Item de gestis eorum post Iherusalem conquisitam et morte Godefridi regis.

Pars 3. de successione in regno Iherusalem et plurium religionum fundacione. Item de fundacione ordinis Cisterciensis.

Pars 4. de reparacione ecclesie Morinensis et electione domini Iohannis episcopi. Item de reditu Roberti Flandrie comitis a conquisita Iherusalem.

Pars 5. de huius ecclesie reformacione quoad ordinem, et de morte Urbani pape secundi. Item quod Henricus imperator Pascalem papam incarceravit.

Pars 6. de ordinis reparacione apud Alchiacum. Item de reparacione ordinis in monasterio Bergensi.

Pars 7. de fundacione ecclesie beate Marie de Dunis. Item de reparacione ordinis in monasterio Sancti Vedasti[d] Atrebatensis.

Pars 8. de obitu sancti Anselmi Cantuariensis episcopi. Item de obitu Hugonis Cluniacensis abbatis. Item de obitu regis Francie Philippi et successione filii sui[e] Ludovici et quibusdam eventibus.

Pars 9. de morte Willelmi, filii Roberti Flandrie comitis, et martirio sancti Canuti regis et reparacione ordinis in monasterio Aquicinti. Item de obitu Roberti Flandrie comitis et successione filii eius Balduini Hapkin.

Pars 10. quomodo[f] Cluniacenses dominium super nos habere[g] voluerunt. Item de Poncii abbatis Cluniacensis ad tempus pacificacione cum domino Lamberto abbate nostro.

Pars 11. de quodam miraculo sancti Audomari. Item de fundacione monasteriorum Clarevallis et Pontinensis[h]. Item de reformacione ordinis in monasterio Sancti Petri Gandensis. Item de reformacione ordinis in monasterio Sancti Remigii Remensis.

Pars 12. de guerra filiorum Willelmi conquisitoris Anglie ad invicem. Item de guerra Balduini Hapkin Flandrie comitis contra Henricum regem Anglie, et de morte predicti comitis.

Pars 13. de obitu Gelasii pape et electione Kalixti secundi et antipapa Burdino. Item de fundacione ordinis Premonstracensis[h]. Item de secunda reformacione ordinis in ecclesia Sancti Winnoci Bergensis.

Pars[i] 14. que est recapitulacio factorum domini Lamberti abbatis nostri. Item de fine domini Lamberti abbatis nostri.

Capitulum 41. [est[k]] de domino Iohanne [huius[l] nominis secundo, huius vero loci] abbate [41[m]].

Pars prima de domino Iohanne abbate [nostro[n]] huius nominis secundo, et de morte Poncii Cluniacensis abbatis. Item de renovacione litis Cluniacensium contra nos.

Pars 2. de Flandrie comite Karolo, regis[o] Kanuti filio. [Item[p]] de Karoli comitis pietate. Item de Karoli[q] comitis devocione. [Item[p]] de conspiracione facta in mortem[r] Karoli comitis[s]. Item de occisione ipsius Karoli comitis. Item de punisione[t] ipsorum proditorum sive malefactorum.

Pars 3. de adventu regis[u] in Flandriam et sepultura Karoli comitis. Item de discordia inter Theodericum de Helsate[v] et Willelmum Normannum [pro[w] comitatu Flandrensi].

Pars 4. de principio ordinum militarium, et primo de ordine Hospitalariorum. [Item[x]] de inicio ordinis Theutonicorum seu Alemannorum. Item de inicio ordinis [militum[w] Templi seu] Templariorum. Item de inicio ordinis de Caletravia[y]. Item de inicio ordinis sancti Iacobi de Spata.

Pars 5. de gravi scismate in ecclesia Dei per Petrum Leonis[z]. [Item[p]] de fundacione monasterii monialium de Ghisnis. Item de Iohannis[a] abbatis nostri adhesione cum Petro Leonis in[b] hoc scismate. Item de turpi exitu Iohannis abbatis nostri.

Capitulum 42. de domino Symone [huius[c] nominis primo, huius vero loci] abbate [42[d]].

Pars prima de [domino[p]] Symone abbate huius[e] nominis primo. Item de obitu Balduini de Burgo regis Iherusalem et successione Fulconis. Item de fundacione monasterii de Lisques. Item de complecione fundacionis monasterii de Ghisnis. Item de fundacione monasterii de Bello-loco. Item de fundacione domus de Santinvelt[f].

Pars secunda de Theoderici comitis pacifica[g] adepcione Flandrie. [Item[p]] de quibusdam eventibus illius temporis. Item de quibusdam miraculis sancti Folquini in Ghimmeke[h]. Item de morte regis Francorum Ludovici Grossi et successione filii eius Ludovici.

a) correcione *B* 1. b) revocatione *B* 2. c) crucis sign. *B* 2. d) Wedasti Attreb. *B* 2. e) eius *B* 2. f) de q. *B* 1. g) habuere *B* 2. h) *sic B* 1. 2. i) *pergit A* 2. k) *deest A* 2. *B* 2. l) *des. A* 2. m) dividitur in quinque partes *A* 2. n) *deest A* 2. o) Dacie sancti *ms. A* 2. p) *deest A* 2. q) eius dev. *A* 2. r) morte *A* 2. s) Flandrie *add. A* 2. t) punicione istorum predictorum *A* 2; provisione *B* 2. u) Francie *add. B* 2. v) Holsate *B* 1; Holsace *B* 2. w) *des. A* 2. x) De principio *A* 2. y) Caletrama *A* 2. z) plus quam 8 annos agitato *add. A* 2. a) de stolida adh. a. I. n. *A* 2. b) a hoc gravi sc. *A* 2. c) *des. A* 2. d) dividitur in tres partes *A* 2. e) nostro *solum A* 2. f) Santiwelt *A* 2. g) pacificacione *corr.* pacifica *A* 2. h) Ghimmeque *A* 2.

Pars[a] 3. de deiectione domini Symonis abbatis nostri [de[b] prelatura]. Item de fine scismatis et reductione[c] pape Innocencii [secundi[d]]. Item de conversione ecclesie de Dunis ad ordinem Cisterciencium[e].

Capitulum 43. [est[d]] de domino Leone abbate [nostro[f] 43].

Pars prima de [domino[d]] Leone abbate nostro. Item de finali victoria domini Leonii[g] abbatis [nostri[d]] contra Cluniacenses.

Pars 2. de fundacione monasterii de Claromarisco. Item de transitu domini Wilhelmi[h] de Yppra ad Angliam et eiusdem[i] milicia et probitate. Item de morte[k] Innocencii pape et impetracione quorundam privilegiorum nostrorum[l].

Pars 3. de crucesignacione imperatoris et regis Francie, et epistola Abagari[m] ad [Ihesum[d]] Christum, et rescripcio Ihesu[n] ad Abagarum[o]. Item de expedicione atque progressu regis et imperatoris in[d] obsequium crucis.

Pars 4. de reditu comitis Flandrie, et de sanguine Domini qui est in Brugis. Item de reditu Leonis abbatis a Iherusalem et aliis eventibus post reditum. Item quod rex Francie reginam[p] Aanordem repudiavit et aliam superduxit.

Pars 5. de huius monasterii combustione et reparacione. [Item[b] de domino Willelmo de Yppra], de bonis per eum[q] nobis collatis [tam[b] in hac reparacione quam alias], et de eius obitu. Item de ablacione[r] et restitucione earum rerum, que[s] nobis in Anglia Willelmus de Yppra[t] donaverat.

Pars 6. de transitu[u] beati Bernardi et obitu Eugenii[v] pape. [Item[d]] copia[w] literarum Adriani pape ad Federicum imperatorem[x]. [Item[d]] rescripcio[y] imperatoris ad papam.

Pars 7. de translacione trium magorum et quibusdam eventibus illius temporis. Item de Iocione[z] monacho nostro cum rosis. Item de morte Balduini regis Iherusalem et transfretacione[a] Theoderici Flandrie comitis.

Pars 8. de ultimis actibus domini abbatis[b] nostri Leonii. Item de berquaria in parochia sancti Willebrordi[c], et de morte [domini[d]] Leonii[e] abbatis nostri.

Capitulum 44. [est[d]] de domino Godescalco abbate [nostro[f] 44].

Pars prima de [domino[d]] Godescalco abbate nostro[g]. Item de rebellione monachorum [nostrorum[d]] contra [dominum[d]] Godescalcum abbatem[h], et de berquaria.

Pars secunda de exilio sancti Thome Cantuariensis archiepiscopi[i]. [Item[d]] miraculum sancti Thome[k] in Sancto Bertino. Item de obitu Theoderici Flandrie comitis et Sibille, eius uxoris. Item de reditu beati[l] Thome ad Angliam et eius martirio. Item quod Alchiacenses elegerunt[m] de collegio suo proprio.

Pars 3. de Roberto Ariensi preposito et aliis qui hanc ecclesiam molestarunt.

Pars 4. de canonisacione beati Bernardi, et de[d] morte Amalrici[n] regis Iherusalem et de [aliquibus[d]] eius[o] successoribus in eodem regno. Item de quibusdam factis domini Godescalci abbatis nostri, et de eius[p] morte.

Capitulum 45. [est[q]] de domino Symone [huius[r] nominis secundo, huius vero loci] abbate [45[s]].

Pars prima de domino Symone abbate [nostro[d]] huius nominis secundo.

Pars 2. de fine scismatis et reconciliacione Federici imperatoris. Item de reditu pape Alexandri ad sedem suam et privilegiis ab eo nobis datis[t].

Pars 3. de reditu domini Symonis abbatis [nostri[d]] a Roma[u] et quibusdam huius ecclesie negociis.

Pars 4. de tribus translacionibus beati Folquini et quibusdam eius[v] miraculis. Item de cyrotheca beate Marie[w] virginis atque capillis[x] et quibusdam miraculis. Item de obitu domini pape Alexandri et quibusdam privilegiis[y] nostris. Item de domino sancto Bernardo Penitente et eius obitu.

Pars 5. de guerra Philippi Flandrie comitis contra regem Francie[z]. Item de discordia in regno Iherusalem et nunciis missis ad regem Francie, et de patriarcha[a] Heracleo.

Pars 6. de quibusdam actibus domini Symonis abbatis nostri. Item quomodo dominus Symon abbas [noster[d]] prelaturam dimisit et [de[b] eius obitu].

Capitulum 46. [est[d]] de domino Iohanne [huius[r] nominis tercio, huius vero loci] abbate [46[c]].

Pars prima de domino abbate nostro[d] Iohanne huius nominis tercio. Item de pluribus factis domini Iohannis [abbatis[e] nostri] circa suum principium.

Pars secunda de capcione regis Iherusalem. Item de factis Salahadini post hoc bellum et liberacione regis Iherusalem a captivitate.

a) De fine sive expulsione d. *A* 2. b) *des. A* 2. c) reduxione *A* 2. d) *deest A* 2. e) Premonstracensem *male A* 2. f) dividitur in 8 partes *A* 2. g) *sic in ipso capite saepius codd.*; Leoni B 1; Leonis *B* 2. h) Will. de Ypra *B* 2. i) eius pr. et mil. *A* 2. k) fine p. 1. *A* 2. l) ab Eugenio papa *add. A* 2. m) Abagarii *A* 2. n) Xpristi *A* 2. o) Abagarium *B* 2. p) regina *A* 2. q) dominum Willelmum de Yppra *A* 2. r) obl. *B* 2. s) *sic codd.* t) Ippra *h. l. B* 1. u) transiti *B* 1. v) Eugeni *B* 1. w) Copiam *A* 2. x) et econtra *add. B* 2. y) de rescripcione *B* 2. z) Iosione *A* 2. a) translacione c. Fl. Th. *A* 2. b) L. a. n. *A* 2. c) Willebordi *A* 2. *B* 1. d) *deest A* 2. e) Leoni *B* 2. f) dividitur in quatuor partes *A* 2. g) 44. *add. B* 2. h) *deest B* 1; nostrum *add. B* 2. i) episcopi *B* 2. k) archiepiscopi *add. A* 2. l) et mart. sancti Th. Cantuariensis archiepiscopi *A* 2. m) abbatem *add. B* 2. n) Almarici *B* 2. o) s. e. *A* 2. p) m. e. *A* 2. q) *deest A* 2. *B* 2. r) *des. A* 2. s) dividitur in 6 partes *A* 2. t) donatis *A* 2. u) a supradicto concilio *A* 2. v) m. e *A* 2. w) *deest B* 1. x) eius *add. A* 2. y) prev. *B* 2 *semper.* z) Philippum *add. A* 2. a) patriarca *A* 2; H. p. *B* 2. b) *sic A* 2; dimisit *iterum B* 1; resignavit *B* 2. c) dividitur in 23 partes *A* 2. d) dom. Ioh. a. h. *A* 2. e) de Yppra *A* 2.

Pars 3. de predicacione et crucis signacione pro subsidio Terre Sancte. Item de morte Elizabeth regine Francorum et quibusdam privilegiis nostris.

Pars 4. de transfretacione regum Francie et Anglie.

Pars 5. quomodo rex Francie invasit partem Flandrie.

Pars 6. de statu et factis christianorum qui in Terra Sancta remanserant[a]. Item de facto quod dicitur passus Salahadini. Item de principio regni et regum Cypri. 5

Pars 7. de reditu regis Anglie a Terra Sancta, de[b] eius capcione et liberacione et quibusdam eventibus illius temporis[c]. Item de morte Salahadini. Item de morte Henrici Campanie comitis et regno Amalrici et renovacione treugarum.

Pars 8. de quibusdam factis domini Innocencii pape tercii. 10

Pars 9. de confederacione comitis Bolonie cum comite Ghisnarum, et quod ambo fecerunt homagium comiti Flandrie. Item quomodo comitatus Artesii incepit et separatus fuit a Flandria. Item de guerra Blavotinorum et Ingrekinorum. Item de origine Tartarorum.

Pars 10. de uxoracione Ludovici comitis Artesii et quibusdam privilegiis[d] nostris. Item de principio ordinis fratrum[e] Predicatorum. Item quod multi cruce signantur et ad Terram Sanctam proficiscuntur. Item de crucesignacione Balduini Flandrie[f] comitis et aliorum plurium. 15

Pars 11. de progressu crucesignatorum, et de imperio et morte Alexii pueri. Item de electione Balduini Flandrie comitis in imperatorem Constantinopolitanum. Item de fine ipsius imperatoris et coronacione[g] Henrici, fratris eius, in imperatorem.

Pars 12. de heresi Albigensium[h] et interfectione Petri cardinalis et legati. Item de crudelitate Iohannis regis Anglorum in monachos Cantuarienses, et quod predicti monachi fuerunt in hoc monasterio recepti. Item de[i] sentencia lata contra regem Anglie propter excessus[k] predictos. 20

Pars 13.[l] de lite nostra et victoria contra Alchiacenses. Item de imperio Otthonis IIII. et eius expulsione ab[m] imperio.

Pars[n] 14. de tribulacione huius patrie et huius ecclesie per Reginaldum[o] de Dompno-Martino et Arnoldum comitem Ghisnarum. Item de quadam pace inter nos et illos de Claromarisco. Item de expulcione[p] Reginaldi comitis Bolonie et crucis signacione contra Albigenses et Sarracenos. 25

Pars 15. de matrimonio Ferrandi et Iohanne heredis[q] Flandrie. Item de revocacione exilii monachorum Cantuariensium. Item de commocione regis Francie contra regem Anglie, et quod sua arma convertit contra Ferrandum comitem Flandrie[r], et quomodo monachi Cantuarienses fuerunt ab exilio revocati. 30

Pars 16. de guerra regis Francorum contra Ferrandum et Flamingos. Item de victoria regis in Pictavia. Item de bello regis Francorum contra Ferrandum et [Flamingos[s]. Item de] victoria dicti regis. Item de quodam miraculo beati patris nostri Bertini.

Pars 17. de consilio per Innocencium papam tercium Rome celebrato. Item quomodo Ludovicus, filius regis Francie, regnum Anglie sibi acquirere voluit. 35

Pars 18. de obitu Innocencii pape tercii et quibusdam eventibus illius temporis. Item duo miracula beati patris nostri Bertini.

Pars 19. de obsidione et capcione Damiete. Item de translacione sancti Thome Cantuariensis. Item quomodo Damiata fuit a christianis amissa. 40

Pars 20. de obitu Philippi Francorum regis, et de regno filii eius Ludovici. Item de quodam qui se finxit esse comitem Flandrie. Item de adventu Romani cardinalis in Franciam et exclusione monialium ex hoc monasterio.

Pars 21. de crucesignacione et profectione contra Albigenses et obitu regis Ludovici.

Pars 22. de principio regni sancti Ludovici Francorum regis. Item de domino Adam Morinorum episcopo effecto monacho et electione successoris eius. 45

Pars 23. de transfretacione Federici imperatoris ad Terram Sanctam. Item[t] de morte domini Iohannis abbatis nostri.

Capitulum 47. est[u] de domino Iacobo huius nominis primo, huius vero loci abbate 47.

Pars prima de domino Iacobo abbate nostro huius nominis primo. Item de guerra sancti Ludovici contra suos rebelles et regem Anglie eorum confederatum. 50

Pars secunda de conspiracione illorum de Arkes contra dominum suum abbatem Sancti Bertini.

Pars 3. de quibusdam victoriis contra Stactingos[v] infideles. Item quomodo Tartari Hungariam aggressi per ducem Austrie fugati et debellati fuerunt. Item de translacione corporis sancti Bertini. Item de fine sive recessu domini Iacobi abbatis nostri. 55

Capitulum 48. de domino Symone huius nominis tercio, huius vero loci abbate 48.

Pars prima de domino Symone abbate nostro huius nominis tercio.

Pars 2. de transfretacione plurium magnatum ad Terram Sanctam. Item de transfretacione comitis Cornubie. Item quomodo corona Domini spinea per sanctum Ludovicum Parisius est allata.

Pars 3. de condempnacione[w] et deposicione Federici imperatoris ab imperio. 60

a) remanserunt *A 2*. b) et de *B 2*. c) *reliqua indicis des. A 2, foliis excisis.* d) prev. *B 2*. e) *deest B 2*. f) Flandry *B 1. 2*. g) coronacionacione *B 1*. h) Albigencium *B 2*. i) *deest B 1*. k) exessus *B 2*. l) XIIII *B 2*. m) ab i. *des B 2*. n) Item de *B 2*. o) Regnaldum *B 2*. p) *sic B 1. 2*. q) herede *B 2*. r) Flandry *B 1. 2*. s) Fl. Item de *des. B 1*. t) *haec des. B 2*. u) *deest B 2*. v) Stat. *B 2*. w) comdempn. *B 2*.

Pars 4. de crucesignacione sancti Ludovici Francorum regis. Item de successione Margarete ad comitatum Flandrensem.

Pars 5. de transfretacione sancti Ludovici regis et Damiete regisque predicti capcione. Item de morte domini[a] Symonis abbatis nostri.

Capitulum 49. est de domino Gilleberto abbate nostro 49.

Pars prima de domino Gilleberto abbate nostro. Item de redempcione et liberacione sancti Ludovici a captivitate et factis eius post liberacionem.

Pars 2. de progressu regis Armenie ad[b] Tartaros et eius confederacione cum eis, et de septem peticionibus eius. Item responcio[c] magni Chaan ad septem peticiones predictas.

Pars[d] 3. de guerra Margarete Flandrie[e] comitisse contra comitem Hollandie.

Pars 4. de obitu domini Innocencii pape quarti, et de[f] successione Alexandri quarti et impetracione pontificalium et[g] plurium privilegiorum nostrorum.

Pars 5. de perturbacione Terre Sancte per guerras Ianuensium, Venetorum et Pisanorum in Ptholomaida[h].

Pars 6. de perturbacione Terre Sancte pro defectu succursus Tartarorum, et de facto ipsorum Tartarorum contra calipham et[f] civitatem Bladacensem[i] et eorum conquisicione Syrie et Damassi[i].

Pars 7. de Guidone Flandrie comite et utroque eius matrimonio et filiis eius ex utroque matrimonio susceptis.

Pars 8. de quadam pace inter reges Francie et Anglie et discordia baronum Anglie cum rege suo. Item de quodam bello maximo inter reges Hungarie et Boemie.

Pars 9. de morte Alexandri[k] IIII, et de quibusdam[f] successoribus eius. Item de bello Karoli, fratris regis Francie, contra Manfridum[l].

Pars 10. de factis domini Gilleberti abbatis nostri. Item de presumpcione cuiusdam curati Sancte Margarete contra Gillebertum abbatem[m]. Item de Godescalco priore, et de recessu domini Gilleberti ad Claromariscum.

Capitulum 50. est de domino Iacobo huius nominis secundo, huius vero loci abbate 50.

De Iacobo abbate nostro huius nominis secundo.

Capitulum 51. est de domino Willelmo huius loci abbate 51.

Pars prima de domino Willelmo abbate nostro. Item de pugna Karoli regis Cicilie contra Conrardinum.

Pars secunda de legatis Tartarorum ad papam missis. Item de iterata guerra Guidonis Flandrie comitis contra Hollandiam.

Pars 3. de transfretacione sancti Ludovici ad regnum Thunici, et de fine sanctissimo. Item de sepultura sancti Ludovici et coronacione Philippi, filii eius.

Pars 4. de transfretacione Edoardi, filii regis Anglie. Item de morte domini Willelmi abbatis nostri.

Capitulum 52. est de domino Iohanne huius nominis quarto, huius vero loci abbate 52.

Pars prima de domino Iohanne abbate nostro, huius nominis quarto. Item de consilio generali celebrato Lugduni pro subsidio Terre Sancte.

Pars 2. de turbacione regni Iherusalem post obitum Gregorii decimi. Item quomodo rex Cicilie sibi regnum Iherusalem acquisivit.

Pars 3. de possessionis accepcione regni Iherusalem et relevacione perturbacionis eiusdem regni. Item de morte Bendochdar et quibusdam victoriis christianorum.

Pars 4. de reformacione huius ecclesie tali quali. Item de fine seu resignacione domini Iohannis abbatis nostri.

Capitulum 53. est de domino Waltero abbate nostro[n] huius nominis secundo, huius vero loci abbate 53.

Pars prima de domino Waltero abbate nostro[n], huius nominis secundo. Item quomodo Guido de comitatu dudum investitus, nunc[n] est vere comes effectus.

Pars secunda de duce Bracbancie[o], quomodo sibi acquisivit ducatum de Lembourgh et arma sua mutavit. Item de Nicholao papa III. et quibusdam eventibus illius temporis.

Pars 3. de inicio guerre contra Petrum de Aragonia. Item epistola Petri de Aragonia ad Karolum regem Cicilie missa. Item rescripcio Karoli regis Iherusalem et Cicilie Petro[p] de Aragonia missa.

Pars 4. de morte Karoli regis Iherusalem et Cicilie. Item de morte Martini pape et de quibusdam successoribus eius. Item de progressu regis Francorum in Aragonia, de bellis ibidem gestis, de reditu et morte dicti regis.

Pars 5. de inicio guerre[q] inter regem Philippum Pulcrum et Guidonem comitem Flandrie. Item causa seu principium guerre inter reges Francie et Anglie. Item de desponsacione filie comitis Flandrie et capcione[r] patris et filie. Item de guerra aperta inter reges Francie et Anglie.

Pars 6. de finali amissione Terre Sancte promissionis. Item de amissione Licie, Tripolis et aliorum locorum. Item de amissione Ptholomaide[s] civitatis. Item de amissione reliquarum[t] parcium Terre

a) *deest B* 2. b) ad T. *des. B* 2. c) responsio *B* 2. d) Item *corr. in marg.* Pars 3. *B* 2. e) Flandry *B* 1. 2. f) *deest B* 2. g) et pl. pr. *des. B* 2. h) Ptol. *B* 2. i) *sic codd.* k) pape *add. B* 2. l) Manfredum *B* 2. m) nostrum *add. B* 2. n) *deest B* 2. o) *sic B* 1 *semper fere*, Brab. *B* 2. p) P. — Cicilie *des. B* 2. q) guere *B* 1. r) capcionis *B* 1. s) Ptol *B* 2. t) reliquiarum *B* 2.

Sancte. Item de consolacione pape christianis de ultra mare in Cypro degentibus transmissa. Item de vindicta Dei in soldanum et suos Sarracenos.

Pars 7. de divisione parrochiarum de Poperinghes[a]. Item de morte Philippe, filie Flandrie[b] comitis, unde est[c] orta guerra inter ipsum comitem et regem Francie. Item de[d] papatu Celestini V. et Bonifacii VIII, et morte domini Walteri abbatis nostri. 5

Capitulum 54. est de domino Eustacio huius loci abbate 54.

Pars prima de domino[e] Eustacio abbate nostro[f].

Hec[g] sunt nomina abbatum Sithiensis cenobii, quod fuit fundatum a sanctis Mommolino, Bertino et Ebertranno in loco qui usque hodie Vetus vocatur monasterium anno Domini 626, et a beato patre nostro 10 Bertino in loco ubi nunc est anno Domini 640.

Primus[h] abbas. Sanctus Bertinus. Anno[h]
2[h]. Rigobertus.
3[h]. Erlefridus.
Sanctus Erkenbodo.
Waymarus.
Nantarius huius nominis I.
Dadbertus[i].
Hardradus.
Odlandus.
Nantarius huius nominis II.
Fridogisus.
Hugo huius nominis I.
Adalardus.
Hugo huius nominis II.
Adalardus huic loco reassumptus.
Sanctus Humfridus.
Hilduinus.
Sanctus Fulco.
Rodulphus.
Sanctus Fulco huic loco reassumptus.
Balduinus huius nominis I.
Adalolphus huius nominis I.
Arnulphus.
Sanctus Gerardus.
Wydo[k].
Hildebrandus.
Regenoldus.
Adalolphus huius nominis II.
Hildebrandus huic loco reassumptus.
Balduinus huius nominis II.
Arnulphus huius nominis II.
Walterus huius nominis I.
Trudgaudus. 15
Odbertus.
Hemfridus.
Rodericus.
Bovo.
Heribertus. 20
Iohannes huius nominis I.
Lambertus.
Iohannes huius nominis II.
Symon huius nominis I.
Leo. 25
Godescalcus.
Symon huius nominis II.
Iohannes huius nominis III.
Iacobus huius nominis I.
Symon huius nominis III. 30
Gillebertus.
Iacobus huius nominis II.
Willelmus.
Iohannes huius nominis IIII.
Walterus huius nominis II. 35
Eustacius.
Egidius.
Henricus.
Allelmus.
Iohannes huius nominis V.* 40

*) *Codd. B 1. 2. continuaverunt seriem:* Iacobus huius nominis III; *(B 1 alia manu)* Iohannes huius nominis VI. Allardus. Iohannes huius nominis VII[l]; *B 1 alia manu pergit:* Guillelmus II. Ioannes VIII. Antonius. Engelbertus. Gerardus II. Vedastus; *alia manu:* Nicolaus. Guilelmus [III[m]]. Philipphus. Antonius; *alia manu:* Franciscus [I[m]]; *alia manu:* Franciscus II. Benedictus. 45

a) Poperinges *h. l. B 1, alibi ut editum.* b) Flandry *B 1. 2.* c) o. e. *B 2.* d) *bis scr. B 1.* e) *deest B 2.* f) *reliquum spatium huius paginae f. 11. et f. 11'. 12. 13. vacua relicta sunt B 1 indici continuando.* g) *haec series deest A 1. 2, in A 2 forte cum ultimis foliis excisa; litteris latius positis expressa minio scripta sunt B 1. 2.* h) *des. B 2.* i) Dabertus *B 2.* k) Wido *B 2.* l) *hic desinit B 2.* m) *quinta manus add.*

CRONICA SIVE HYSTORIA MONASTERII SANCTI BERTINI.

PROLOGUS PRIMUS EST RECOMMENDATIO SANCTORUM[a] AUDOMARI ATQUE BERTINI.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Missis in orbem apostolis et discipulis Domini predicare et testificari salutem[b], quam[c] operatus est Dominus in medio terre, quam 'qui crediderit et baptisatus fuerit, salvus erit; qui vero non crediderit, condempnabitur', per se suosque successores, signis preeuntibus, sic adorsi sunt Christi[d] predicare magnalia, quod in omnem terram exivit sonus eorum. Siquidem prima fidei fundamenta iecerunt[e] sancti Dei Fuscianus et Victoricus in hac occidua regione Taruannica[1]; quibus martirio coronatis, huius terre populus tantis pastoribus destitutus[f], dum deest qui doceat, gradatim cepit ad[g] pristinos errores ydolatrie velud canis ad[h] vomitum remeare, donec pius Pater misericordiarum et Deus tocius consolacionis populum suum miserans, religiosos viros et[i] lege euvangelica sufficienter edoctos ad vineam suam excolendam[k] in has partes destinavit, Augustinum ad Anglos, Amandum ad Nervios et Menapos, Richarium et Iudocum ad Pontivum et alios plures ad alia loca. Qui singuli suis in locis in opus Dei fideliter laborarunt. Specialiter autem sancti Dei Audomarus atque Bertinus de Luxovio Burgundie monasterio ad has partes Teruannicas, Mempiscum et Bolonesium[l], destinati, opus sanctum dignum benedictione fecerunt, residuumque populum multis predicacionum laboribus et miraculis ab erroribus revocantes, in euvangelica soliditate firmaverunt, sic ut numquam postea sit relapsus; quare Teruanencium speciales[m] apostoli et euvangeliste dici merentur[n], qui totum[o] terre populum Deo sic potenter acquisierunt. Sancti videlicet Fuscianus et Victoricus, Audomarus atque Bertinus isti sunt viri[p] sancti, per quos euvangelium Christi tibi, Teruanna[q], resplenduit, qui te regnis celestibus condiderunt, ut beata gens merito dicaris, populus electus[r] in hereditate Dei. Ergo laudes sanctis Dei Fusciano et Victorico nobiscum pagus Ambianensis, nobiscum pagus Corbeyensis[s] exsolvant, quorum martirio sunt consecrati, et apud quos eorum sacra busta manent. Sed laudum preconia beatorum Christi confessorum Audomari atque Bertini Sytiensium ora non taceant in eternum, qui eorum salutari doctrina se gratulantur eruditos, et eorum dulcia pignora presencialiter venerantes, eorum cotidie miraculis iocundantur et patrociniis[t] adiuvantur! Gratulare specialiter, plebs urbana Sytiu[u], urbis egregie, tam sancti presulis aucta virtutibus tituloque sui nominis insignita! et que ante[v] sancti presulis obitum Sytiu quasi prophetice vocabaris, nunc eius in aula Regis eterni subfulta[w] suffragiis, villa Sancti Audomari, quasi sui nominis heres, appellaris, utens in negociis sue ymaginis impresso sigillo, ac pro signo bellico nomen eius Saint Omer vocaliter intonans, exaudiri[x] mereris, cum procul dubio voces vestre ad aures Domini Sabaoth eius sanctis precibus inferuntur. Letabunda nichilominus et laudans exulta satis, filia Syon, specula sancte contemplacionis, Sytiu[y] plebs humilis, monastica, fidelis, tam sancti patris nostri Bertini miraculosa fundata[z] sollercia, regularibus quoque monitis instituta! Quem[a] tantus prosequitur[b] excercitus[c] monachorum, ut eo duce perveniat ad regna celorum; quos in hoc sacratissimum[d] beato Petro dicatum ovile congregavit tot, tales atque tantos, ut de vinginti[e] et duobus sanctis huius ecclesie monachis iam sollempniset[f] ecclesia Dei; sic de sanctorum reliquiis, privilegiis[g], et possessionibus instauravit, ut, regalibus equiparata[h] monasteriis, cresceres in montem magnum, de quo sunt quatuordecim honesta monasteria derivata, patrie quoque sedem primam obtineas post[i] cathedralem; et sicut euvangelicam[k] beati Petri naviculam[k] Christus, ne mergeretur, erexit, ita beatus pater noster[l] Bertinus suam hanc beati Petri ecclesiam mundi turbinibus agitatam, numquam

Marc. 16, 16.

a) s. — Bertini *des.* *B* 1 *(uno verbo eraso)*. 2. b) test. Sal. *dist.* *B.* c) *post superscr.* *A* 2. d) pr. Chr. *A* 2. e) gesserunt *B* 2. f) destitutī *B* 1; destitutis *post corr.* destitutus *B* 2. g) ceteros *add.* *B* 2. h) *bis scr.* *B* 1. i) *deest voce erasa* *A* 2. k) excolendas *corr.* excolendam *A* 2. l) Bolonensium *A* 2. m) *sic* *A* 1[a]; sp̄ales *A* 2. *B* 1; spuāles *B* 2. n) mererentur *A* 2. o) orbes *add.* *B* 2. p) sancti v. *A* 2. q) Teruanne *B* 2. r) ecclesiasticus *B* 2. s) Corbˢyensis *A* 2; Corbeiensis *corr.* Corbeyensis *B* 1. t) patrocinis *B* 1. u) Sityu *hoc loco* *B.* v) te *alia manu in rasura* *B* 1. w) suff. *A* 2; subf. *post corr.* suff. *B* 2. x) Exaud. *disting.* *B.* y) Sythiu *hoc loco* *B* 2. z) *del.* *B* 2. a) Quam *B* 2. b) prosequar *B* 2. c) *sic semper* *B* 1, *plerumque* *A* 2. d) sacratissimo *B* 2. e) vig. *A* 1, *ubi prima pagina abrasa iam legi nequit.* f) sollempnizet *A* 2. g) *deest* *B* 2. h) equiper. *A* 1. i) *deest* *A* 1. k) ewangelicum . . . naviculum *A* 2. l) non *B* 2.

1) Haec ex Vita S. Audomari c. 4.

tamen reliquit desolatam, sed iuxta propheticum suum in huius ecclesie sue fundacione
Ps. 131, 14. promissum: *Hec requies mea in seculum seculi*[1] et cet. semper et continuo[a] confortatam rexit,
regit, erigit et erexit, provexit, provehit, protegit[b] et protexit, ut[c] non solum equipolleat,
sed[d] religionis exemplum dici mereatur omnibus per circuitum monasteriis. Quare non
inmerito locus iste creditur a sua primeva institucione dictus prophetice Sythiu[e], qui tanto 5
vigore iam diu[f] extitit, id est fere octingentis annis. Oremus igitur, ut in posterum Domino
miserante sit diu! Datum ......[*]

PROLOGUS[g] SECUNDUS, QUI EST DIVISIO SEU DECLARACIO OPERIS SUBSEQUENTIS.

Opusculi presentis intencio sive subiectum est cronica texere et declarare statum huius
ecclesie sancti Bertini ac[h] prelatorum eius a suo primo fundatore[i] beato Bertino conse- 10
quenter[k] usque ad datam presencium, eiusque augmentum atque progressum, oppressiones
et dampna plurima, reparaciones[l] et relevamina magna[m], que diversimode diversisque
temporibus in spiritualibus et temporalibus, privilegiis et libertatibus est perpessa[n], qua-
tenus legentibus cedat in solacium et presentibus sit memoria futurorum, huiusque ecclesie
filii prudencius intendere valeant circa negocia ecclesie, predecessorum exemplis uberius 15
informati; facta namque preterita cautum reddunt hominem de futuris, iuxta illud:

Rumor de veteri faciet futura caveri,
Cras poterunt fieri turpia sicut heri.

Et ut hec per singula clarius illucescant[o], hiis nostre ecclesie historiis inseremus histo-
rias nos et hanc patriam concernentes[p], maxime paparum, regum Francie et comitum Flan- 20
drie, per quos presens ecclesia defensatur[q], inseremus eciam fundaciones novarum reli-
gionum, episcopatuum, monasteriorum et locorum notabilium, et a quibus fundata sunt, ut
videatur, quis quem precedat ordine[r], tempore seu dignitate; maioritas enim et senioritas
quandoque prestant in causis, sicut[s] patet in lite nostra contra Cluniacenses[2], ubi per nostra
privilegia suis antiquiora papa nobis causam adiudicavit. 25

Dividitur autem presens opusculum in capitula 58[t] iuxta numerum 58[3] abbatum, qui
hanc ecclesiam hucusque rexerunt, cuilibet abbati successive capitulum suum attribuendo,
cuilibet eciam capitulo nomen abbatis sui cum[u] sue successionis numero[v] preponendo.
Capitula vero[w] dividuntur in partes intitulatas de rubro iuxta contenta in eisdem[x], partes
vero[w] per particulas, que capitalibus litteris iniciantur[y], ut[z] remissionibus sit locus et inu- 30
tiles repeticiones evitemus, que frequenter et supervacue membranas occuparent. Si quid[a]
autem preter remissiones et sine tabula desideras invenire, considera, que tempora petis;
nam hoc invenies per numeros annorum Domini extra textum in margine titulatos. Et sicut
ex multis floribus mel apes colligunt, ex multis granis panis[b] conficitur, ex multis racemis
vinum confluit, multeque virtutes in sola caritate solidantur: sic presens opusculum ex 35
multis voluminibus scriptisque autenticis grato labore collegimus, sumendo de quolibet
quod ad propositum spectare visum est, nichil inserendo quod non autenticis scriptis
approbetur.

Collegimus enim ex legendis sanctorum Bertini, Audomari, Folquini, Silvini, Remigii,
Vedasti, Audoeni, Eligii, Amandi, Mommolini, Erkenbodonis, Hunfridi, Fulconis, Gerardi, 40
Grimbaldi, Walberti, Pharonis, Winnoci, Thome Cantuariensis, Bernardi quoque Penitentis
et plurium aliorum; collegimus eciam[c] ex cronicis paparum, imperatorum[4], regum Francie,
ducum Austrasiorum et Brabantinorum[d], comitum Flandrie et Ghisnarum[5]; itemque[e] ex
antiquitatibus huius ecclesie, ex annalibus, historiis et cronicis, archivis[f] quoque publicis

*) 1380. *post alia manu suppl. A 1, et sic A 1*[a]*; in reliquis codd. spatium vacuum.* 45

a) continue *A.* b) et pr. *A 2.* c) et *B 2.* d) secundum *A 2*; *ẜ B 1.* e) *sic A 2. B*; Sytiu *A 1.* f) die *B 2.*
g) Incipit pr. *A 2.* h) et *A 2.* i) fundante *B 2. ed.* k) consequentis *A 2. B 2.* l) et dampna plurima *iterum
ins. A 2. B 1. 2, quae deleta sunt A 2. B 2.* m) multa et m. *B 2.* n) p̄pessa *B 1*; prepessa *B 2.* o) illucesscant *B 1.*
p) *sic A 1. ed.*; continentes *A 2. B.* q) deff. *A 2.* r) ordiñe *A 2.* s) *e corr. B 1.* t) quinqua ... et octo *eadem manu in
loco raso B 1.* u) con *A 1.* v) *deest spatio vacuo rel. B 2.* w) non *B 2.* x) eiusdem *corr.* eisd. *B 2.* y) innic. *B 1.* 50
z) et *B 2.* a) Siquid(em) *B 1.* b) p. c. *des. B 2.* c) *superscr. B 1*; eĩ *A 2.* d) Branbant. *B 2.* e) iterque *B 2*
f) achivis *A 1. B, post corr.* arch. *B 2*; achinis *A 2.*

1) Sic in Folcardi Vita S. Bertini c. 15, quae noster cap. 1, parte 6. exscripsit. 2) V. Simonis chartul. III, cap. 4—8, quae exscripsit noster c. 43, a nobis omissa. 3) Hunc numerum ita efficit Iohannes, ut tres abbates qui bis sederunt bis numeret, ipse enim fuit seriei 55. 4) Martini Oppaviensis. 5) Lamberti Ardensis. 55

ecclesiarum Sancti Dyonisii Ariopagite, Bergensis, Watinensis, Marcianensis, Blangiacensis, Andernensis, librisque historicis Vincencii[a] Belvacensis, Iacobi de Vitriaco, Marini Sanuto[b] et aliorum; itemque ex textibus[c] mille privilegiorum et cartarum autenticarum[d] tam istius quam aliarum ecclesiarum, ex eorum sigillis auctoritati credenciam, ex die et consule tempora temporibus et ex causis in eis contentis negocia negociis concordando[e].

Benignum igitur[f] lectorem querimus, eum[g] quesumus et rogamus, maxime pro cuius utilitate presens opusculum compilatur, ut, si quid minus sibi gratum occurrat, illud ruminet, antequam iudicet, et pie ad melius interpretetur. Nam in omnibus perfectum attingere et in nullo[h] deficere, divinum est, non humanum. Si quando vero placidum[i] aut utile quid[k] occurrat, opificem piis apud Deum precibus adiuvet, qui se quinquaginta et octo abbatum ultimum tempore[l], meritis, ordine et dignitate cognoscens, se Sythiencium[m] oracionibus humillime[n] recommendat. Datum anno Domini 13 . . . .[o]

INCIPIUNT CRONICE HUIUS ECCLESIE SANCTI BERTINI SYTHIENSIS[p].

Capitulum primum est ipsius beati patris nostri Bertini.

Pars[q] prima[r] est de ortu sive nativitate eiusdem beati patris.

590.

Anno Verbi incarnati quingentesimo nonagesimo vel circiter[1], sancte sedi apostolice presidente beatissimo[s] papa Gregorio, imperatoria sceptra gerente Mauricio et in Francia regnante Clothario[t] secundo adhuc puero, ab oriente solis iubar emicans, qui nostras occidentales tenebras illustraret, ortus est beatus puer Bertinus in Constanciensi regione, nec longe a Constancia civitate Alemannie[u], in loco sue hereditatis nuncupato Vasima[v, 2] provincie Magontine, subter cuius urbis Constancie muros Renus fluvius in Apothamo[w] lacu tribus ferme stagnatur[x] milibus, que hinc Baioariam, illinc[y] Burgondiam[z], ab Austro vero[a] Alpium suscipit[b] iuga. In eadem eciam regionis parte et specialiter in loco qui Aurea-vallis dicitur, vulgariter autem Guldindal[c], natus est beatus Audomarus, eadem ambo stirpe progeniti, de genere scilicet regum et ducum Austrasiorum, Lotharingorum et Brabantinorum, Magni videlicet Arnulphi[d] sanctique Arnulphi[d], Ansegisi[e], Pupini maioris et minoris, Karoli Tuditis[f] et Karoli Magni, ut testatur isdem[g] Karolus Magnus in quodam privilegio[h], in quo sanctum ipsum nominans, dicit: *Et quoniam idem sanctus de genere nostro fuisse dinoscitur*[i, 3] et cet.

V. Bert. — ib. — V. Audom. c. 2.

Ablactatus igitur infans indolis eximie Bertinus, scolis datur liberalibus imbuendus; dein etate corporeque robustior, relicta patria cum[k] parentibus, in Luxovio Burgondie monasterio sub patre Eustacio monachus efficitur, et a sanctis ibi[l] patribus regularibus institutis informatur, hauriens ibi sacre fidei rudimenta, que nostris auribus postmodum excellenter infudit. (V. Bert.)

Pars 2.

De beato Gregorio papa et eius successoribus usque ad[m] adventum beati Bertini in Flandria.

A beato Gregorio principium hystorie nostre sumpsimus, quia sub eius tempore natus fuit beatus pater noster Bertinus. . . . .

. . . .

Successit ei Severinus, homo sanctus et benignus, amator cleri et pauperum. Cuius tempore beatus pater noster Bertinus in has occiduas Flandrie partes advenit predicare regnum Dei. (Mart.)

Pars 4.

. . . .

De malicia et fine Brunechildis.

. . . .

Hic finis Brunechildis, que licet insolens esset et periculosa, ecclesias tamen honorabat, ecclesiam sancti Vincencii Laudunensis fundavit, multa eciam opera miranda construxit, inter que stratam publi- (Andr. March.)

a) Vincenci *A* 2; Vincensii *B*. b) de S. *A* 1; Sancto *post add.* rum *B* 2. c) test. *B* 2. d) autentiquarum *A* 1; auct. *A* 2. e) *nulla distinctio A* 2; Conc. ben. *disting. B* 2. f) *deest B* 2. g) enquesumus *A* 2; cum? *post corr.* tum *B* 2. h) nullum *A* 2. i) placitum *B* 3. *ed.* k) quod *A* 2. l) ipe *B* 2. m) Sithiencium *A* 1; Sytiencium *A* 2. n) humilime *A* 2. *B* 3. o) *sic, loco vacuo relicto, A* 1. 2; MCCCLXXX. *A* 1[a]; MCCC *deest B* 1; a. et cet. *B* 2. p) Sith. *A* 1. q) unde p. *A* 1. r) *deest B* 2. s) beato *B* 2. t) Clotar. *A* 2. *B* 2. u) Alam. *A* 1; Alim. *A* 2. v) Vasinia *A* 1. w) Apothano *B* 2. x) stangn *B* 2. y) illic *A* 2. z) Burgund. *A*. a) non *B* 2. b) suscepit *A* 2. c) Guldendal *B* 2. d) Arnulfi *A* 1. e) Ansegisii *A* 2. f) Tutidis *A* 2. g) idem *A* 2. h) previl. *semper B* 2. i) dignosc. *A* 1. k) que *B* 2. l) ibidem *A* 2. m) *deest B* 2.

1) Cf. Folcard. V. Bert., ubi a. 698. annorum 112 obiisse dicitur. 2) Hoc certe sibi finxit Iohannes, quia Folc. I, 4. dicit: *Bertinus dedit Mummolino episcopo portionem suam de villa nuncupante Vausune in pago Constantino;* cf. chartam ibid. I, 5. 3) Diploma, in quo haec verba legantur, non exstat.

cam de Cameraco ad Atrebatum, hinc ad Morinum et usque ad mare Witsantum fecit, que calceria Brunechildis nominatur usque in hodiernum diem. Sicque Clotharius rex tocius Gallie monarchiam solus optinuit, sicut optinuerat avus eius Clotharius primus. . . . .

Andr. March.

Pars 8.

. . . .

De fundatione monasterii Fiscanensis, et de fundatione monasterii Floriacensis

Vir[1] inclitus hic nobilis Ansegisus per Neustriam[2] venacioni libenter intendere solitus erat, unde semel in valle Caletensi, in loco qui Campus-Tronci dicebatur occurrit ei cervus candidus grandis et ingens, qui diu canibus agitatus, dum ad locum Tronci venit, inclinato capite stetit immobilis; venatores et canes impotentes ad cervum accedere non poterant. Viso miraculo, Ansegisus pronus ad terram oravit ad Dominum, ut sibi ostenderet, quid portenderet stacio cervi. Statim cervus humiliter incedens, locum stacionis circuivit, et facto passibus circulo, cervus evanuit; venatores et canes vires recuperant, Ansegisus autem in loco, quem cervi stacio signaverat, defixis ramis arborum, capellam signavit et altare ibidem construxit in honorem sancte et individue Trinitatis, Deo vovens, quod vita comite ecclesiam ibi fundaret; sed morte preventus non complevit. Hec ramulosa strues seu prima figura capelle prima fuit ordinacio ecclesie Fiscanensis. . . . .

Sigeb. cf V. Iudoci. Eodem tempore Iudocus, filius Iudicail regis Britonum, spretis regno et mundo, venit in pagum Pontivum, et ibidem vitam heremiticam sub reclusione longo tempore duxit; ubi ad eum sepe veniebant sancti Dei Bertinus atque Richarius, ut invicem consolarentur in verbo Dei. . . . .

Pars 9.

. . . .

De secunda fundatione monasterii Fiscanensis.

Eodem[3] quoque tempore quidam regis Lotharii consiliarius nomine Vaningus, vir iustus, a rege factus est prepositus provincie Caletensis; qui circa Fici-campum, de quo supra, parte proxima, venari consuetus, de facto Ansegisi et loci illius sanctitate vel sanctitatis eius causa penitus ignarus, in validam febrim incidit et in eodem loco languens decubuit. (V. Audoeni.) Ingravescente[4] morbo raptus in extasi, vidit inferni multa supplicia; sanctus autem Audoenus super eum orans, sanum reddidit, precipiens, ut locum in quo iacebat Domino consecraret. Postea vero monitus a beata Eulalia, monasterium[5] Fiscanense in honore sancte et individue Trinitatis in eodem loco fundavit, ibi moniales ordinans, quibus iussu beate Eulalie prefecit Childemarcam abbatissam. Duravit sic monasterium istud, donec Normanni gentiles Neustriam conquirentes subverterunt, monialibus trucidatis. (Sigeb.) In huius monasterii fundacione coadiutor valde fuit sanctus Wandregisilus, qui et Wando dictus fuit, filius Walchisi, fratris Ansegisi supra memorati; hic de milite monachus effectus, multorum miraculorum patrator exstitit. (Vinc. XXIII, 129. Sigeb.) Monasterium etiam Fontinellam sanctimonialium Domino fundavit.

Pars 10.

. . . .

De fundatione ecclesie sancte[a] Marie virginis que nunc est canonicorum Sancti Audomari.

(V. Bert.) Beatus pater noster Bertinus ecclesiam suam de Veteri-monasterio transferens, in hoc Sythiu loco fundaverat supra parte 6; sed quia locus ille tunc sic paludosus erat, ut in eo cimiterium habere non posset, a beato Audomaro episcopo suo consilium et[b] opem querit; qui sibi cimiterium in collis vertice et basilicam consecravit in honore beate Dei genitricis Marie, et domino[c] Bertino dedit in sepulturam fratrum huius loci, (Folc. I, 6. 7.) rogans eum et obtestans, ut, ubi nature sors humanis eum rebus eximeret, corpus suum ad hanc basilicam deferatur et ibidem cum monachis subterretur. Tunc beatus Bertinus ordinavit de suis monachis, qui Deo servirent ibidem, et ut de monasterio suo principali ad capellam et econtra vicissim per menses et ebdomadas sibi succedant. (Folc. I, 7.) Unde sibi sanctus presul Audomarus privilegium dedit, quod sic incipit: *Dominis sanctis ac venerabilibus in Christo mihi adherentibus fratribus* et. cet. *Actum in basilica ipsa sub die* 18. *Maii, anno* 6 *domini nostri Lotharii regis. In Christi nomine, quamvis peccator, ego Audomarus nomine absque merito episcopus hanc epistolam voluntarius dictavi et recensere audivi et qui subterius scribere deberent rogavi. Hec abocellis feci, et altus manum meam tenens scripsit et subscripsit.* Et quia utriusque[5] horum privilegiorum data est anno Lotharii 6, et alique cronice[6] dicunt, hunc Lotharium solum regnasse annis 4, hoc intelligo de quatuor annis in se com-

a) beate virg. *A* 2. b) q. et o. *A* 2. c) dompno *A* 2. d) s. d. h. L. *B* 2.

1) Haec sumta videntur ex Relatione hist. veri sanguinis Christi apud Fiscannum; de qua v. praef. p. 742. 2) i. e. Normanniam, quam medii aevi scriptores Neustriam esse putabant. 3) Haec sumta, ut videtur, ex Relatione modo laudata. 4) Haec ex V. Audoeni, Acta SS. Aug. IV, p. 805, vel Vinc. XXIII, 13. sumta in dicta Relatione et in Libello de revelatione Fiscann. monast. apud Monstier, Neustria pia p. 198, aliter narrantur. 5) Videlicet huius et in praecedente particula memorati Chlotharii regis apud Folc. I, 5. 6) Sigeb. ad a. 662. et ex eo Andr. March.

pletis, ut iunctis eis parte anni precedentis et parte sequentis, veniatur ad annum eius sextum, in quo data fuerunt hec duo privilegia. Sigillum enim regum nec fallit nec fallitur.

De sancto Walberto comite et donatione comitatus de Arkes[a].

Andr M. V Pharonis et Pharae.

Hangericus, vir illustris, maiordomus Theoderici[1] regis Burgundiorum, filii Hildeberti, filii Sigeberti ex 5 Brunechilde, uxorem habuit Leodegundam, de qua genuit Pharonem, Walbertum, Canoaldum et sanctam Pharam. Sanctus Pharo primo miles, inde clericus, deinde monachus in Resbaco sub beato Agilo abbate, cognato suo, filio Agnoaldi, fratris Hangerici predicti, deinde episcopus Meldensis est effectus. Sanctus Canoaldus, frater eius, a puero monachus in Luxovio sub patre Columbano, postea fit episcopus in Lugduno Clavato. Sancta Phara ab infancia virginitatem Deo vovit in manu sancti Eustacii Luxoviensis abbatis. Hec in Som- 10 bris prope Wissantum monasteriolum edificaverat, ubi aliquantisper Domino serviens morabatur; sed inde ad Calam monasterium transiit[2], ubi sub habitu regulari Domino fine tenus inservivit. Sanctus autem Walbertus successione paterna Pontivensis[3], Ternensis et Arkensis comes, uxorem habuit Regentrudam[b], de qua filium genuit, quem beatus pater Bertinus de sacro fonte levans, Bertinum nominavit, et utriusque pater confessionum verbum vite sepius proponebat[c]. Quare Walbertus ad sanctum Bertinum sepe veniebat 15 audire verbum Dei et benedictionem de manu eius accipere. Quadam vero die Walbertus ad basilicam sancte Dei genitricis oraturus accessit, sed insalutato beato Bertino recedens, de equo lapsus, fracto crure membrisque collisis, a beato Bertino aliquid sua manu benedictum per celerem noncium[d] expossit[d]. Sanctus autem Bertinus ex ignaro vini dolio direxit ei signatum sua manu vinum, quo gustato sospes, gratiam referens, magnam hereditatis sue partem Deo et beato optulit Bertino, Arkensem scilicet villam et comitatum cum omnibus appendiciis eius, et seculo renuncians, hic 20 primum sub beato Bertino, deinde in Luxovio monachus est effectus sub beato patre Eustacio. Post quem ipse Walbertus immediate est in abbatem assumptus, et demum[e], ut aliqui referunt, post beatum Pharonem, fratrem suum, est Meldensis episcopus sublimatus. Filius vero eius sanctus Bertinus hic in Sythiu monasterio sub beato patre Bertino professus, religiosam vitam sancto fine concludens, ad Dominum gloriose migravit. Cuius corpus cum corpore beati Erkenbodonis et aliorum sanctorum supra maius altare in 25 ecclesia canonicorum Sancti Audomari repositum veneratur.

(Margin: V. Bert. et Lamb. Ard c. 3. — V. Bert. — Lamb. Ard. c 3. 5 6. cf. V. Phar.)

. . . .

Pars 12.

. . . .

De[f] donatione Amalfridi de Hinilficurte.

30 Quidam vir nobilis Amalfridus nomine monasterium in sua proprietate construxerat in pago Cameracensi super fluvium Scaldim, in loco vocato Hinilficurte[g], in quo monasterio filiam suam Aurianam fecerat abbatissam. . . . .

(Margin: Folc. I. 10 12.)

. . . .

Deinde Amalfrido Aurianaque defunctis, moniales ibi succedere sancti Bertini successores inhibuerunt et monachos ibi statuerunt[4]. Ecclesia illa subiecta fuit abbati Sancti 35 Bertini; quomodo vero sit abalienata et ab hac obediencia nostra recesserit, scripta nostra non continent.

Pars 13.

. . . .

De donatione Heremari de Wormoult[h], et quod sanctus Bertinus sanctum 40 Winnocum ibidem misit, [et[i] de morte interfectoris sancti Lamberti].

Hoc tempore Heremarus vir nobilis villam suam Wormoult[5] dictam in Flandria super fluvium Pena beato tradidit Bertino. Sanctus vero Bertinus considerans viros Dei Winnocum et tres fratres eius in Dei servicio plus ceteris proficere[k], eos illo misit monasteriolum construere, conventum congregare Christique pauperibus hospicia[l] preparare. Quibus Heremarus iam dictus villam suam Wormoult cum appendiciis eius 45 privilegii sui assercione firmavit, quod sic incipit[6]: *Omnibus presentibus et futuris qui christiana fide censentur* et cet. *Actum Sythiu monasterio Kal. Novembris, anno primo Hildeberti regis.* Illi[m] conventiculo beatus pater Bertinus sanctum concessit preesse Winnocum, ubi[n], multis miraculis concomitantibus, Domino fine tenus inservivit. Pupinus filium suum Grimoaldum constituit maiorem domus Francie et ei filiam Rabbodi Frisonum ducis uxorem dedit.

(Margin: Folc I, 16 et V. Winnoci c. 3 4. — 695 — Folc I, 15. V Winn. — Andr M)

50 a) Arkas *A* 2. b) Leodegundam *A* 2. c) prepon. *A* 2. d) *sic saepius A* 2. *B* 1. e) demon *A* 2. f) Donacio *A* 2. g) cum suis pertinenciis *hic male add. A* 2. h) Wormout *h. l. B* 1. i) *des. A* 2. k) proficisse *A* 2. l) hospicium *A* 2. m) Illo *A* 2. n) ibi *A* 2.

1) In Vita S. Pharae legitur: *Hagnericus ex gente Burgundionum duxit prosapiam, atque in aula regis* 55 *Theodeberti inter pretores et proceres non mediocriter fulsit.* Nomen regis noster forte mutavit, quia apud Andr. March. p. 608. legit: *Theodebertus adeptus est Austrasiorum regnum, . . . Theodericus Burgundiam.* 2) De hac re nihil in Vita S. Pharae 60 invenitur. 3) Duo Walberti Pontivensis et Luxoviensis hic confunduntur, quod iam Lambertus Ard. fecerat. 4) Est coniectura auctoris ex eo quod Honnecourt postea coenobium monachorum fuit. 5) Wormhoudt, praef. Dünkirchen. 6) Charta nondum impressa est; Miraeus, Ann. Belg. p. 227, quem laudat Wauters, 'Table chronol.' I, p. 56, nostri tantum verba affert.

Eo eciam tempore Dodo, interfector beati Lamberti, pessimo langore cruciatus, a vermibus consumitur et ob intolleranciam fetoris in Mosam demergitur; omnes sceleris eius complices infra annum divinitus puniuntur. Hildeberti regis anno tercio[a] beatus Bertinus ab eo privilegium impetravit confirmacionis omnium bonorum nostrorum, et quod nulla iudiciaria potestas ingrediatur in nos, quod sic incipit: *Hildebertus rex Francorum. Si illa beneficia que parentes nostri* et cet. *Actum sub die Kal. Iunias anno 3. regni nostri*[1]. Hoc tempore Beda presbiter et monachus in Anglia claret tricesimum etatis agens annum, reliquum vero vite sue tempus in sacris scripturis exponendis utiliter exegit. Ipse est de quo dicimus: 'Omelia Venerabilis Bede presbiteri'.

Pars 14.

. . . .

De transitu beati Audomari episcopi.

Anno post hoc dominus sanctus Audomarus episcopus post multos diutinosque labores lecto decubans in villa Waurantis, que a Sythiu tribus fere distat milibus, accersito beato[b] sodali suo Bertino cum monachis suis dilectis in Christo filiis, valedicens et fratribus, celo spiritum reddidit. Cuius corpus beatus Bertinus devote recolligens, de Waurante ad Sythiu, concomitante toto suo collegio populique ac cleri frequencia attulit et[c] in capella[d] beate virginis, quam ipse beato Bertino dedicaverat, inter monachorum corpora sepelivit anno Domini 695[2].

Pars 15.

. . . .

De transitu beati patris nostri Bertini.

Condigna sancti[e] viri Bertini laboribus rependere Christus premia volens, vocatum ad se transire fecit plenum dierum perfectorumque meritorum. Quem Erlefridus et monachi cum honore, ut tantum decebat patrem, conditum sepelierunt hic in monasterio suo proprio Sythiu, quod ipse fundaverat, in quo ipse fuit primus sepultus. Ex quo clare conicitur, ipsum beatum patrem Bertinum in hac[f] sui monasterii fundacione multum ac diligenter insudasse seu laborasse; nam locum, quem a principio sic paludosum invenit, ut sepulture non esset ydoneus, et ideo atrium in arce ville a beato Audomaro consecrari impetravit[g], supra parte 10, ipse[h] tempore sui regiminis, id est[i] 73[3] vel circiter annorum, materialiter elevavit, edificiorum, lapidum terreque ceterarum rerum congestionibus inaltavit fossatisque et aquarum commeatibus exsiccavit, ut sufficeret[k] sibi ad sepulturam. Transiit autem idem athleta[l] Domini Nonas Septembris anno Domini 698, anno ex quo monasterium suum fundavit in Veteri-monasterio 73[3], anno vero a sui monasterii fundacione in hoc loco 59, etatis vero sue 112.

Discrepat hic[m] hystoria nostra[4] in annorum assignacionibus[n] ab illis qui dicunt[5] Hildebertum regnasse ab anno Domini 698. usque ad annum 715. Hoc forte fit, quia quidam[o] historici[p] quandoque numerant annos completos et quandoque numerant excrescencias seu non completos annos pro plene completis; quare, si in tempore regnacionis 9 vel 10 successive[q] regum[r] scriptores differant, non est mirandum, licet[s] non sit bene tutum. Nos vero non tantum in hoc opere[t] sequimur fidem hystoriarum, sed magis sequimur fidem privilegiorum nostrorum et sigillorum autentiquorum[u] regum vel aliorum. Sigillum enim regum[v] nec fallit nec fallitur. . . . .

Carte seu privilegia per beatum Bertinum acquisita seu impetrata sunt numero undecim[6], ut superius suis locis apparet.

Capitulum 2.

est[w] de Rigoberto huius loci abbate secundo.

Rigobertus huius loci abbas secundus, non tamen proprie, sed substitutus beati Bertini, pauco tempore, sed eleganter rexit, et propter etatem et corporis gravedinem, utque liberius sancte contemplacioni vacare

a) IIII. *h. l. A* 2. b) sod. suo b. *A* 2. c) *deest A* 2. d) cappella *A* 2 *semper fere.* e) *in loco raso B* 1. f) hoc *B* 1. g) impetravit *B* 1. h) Ipso *magna initiali A* 2. i) anno 73. vel c. mat. *A* 2. k) sibi suff. *A* 2. l) adletha *A* 2. m) hec *B* 1. n) assinacionibus *A* 2. o) quidem *A* 2. p) hyst. *A* 2. q) *in loco raso B* 1. r) sc. r. *A* 2. s) tamen *add. A* 2. t) tempore *A* 2. u) *sic in loco raso B* 1; antiquorum *A* 2. v) regium *B* 1. w) *A* 2 *sic:* Rigobertus abbas secundus.

1) Hoc diploma non exstat neque ab Iohanne visum est, ut opinor, sed ex Folc. I, 15. cognovit, Childebertum a. 3. regni diploma cum eo Chlodovei, apud Folc. I, 14, in omnibus congruens s. Bertino dedisse. Ideo initium et finem illius privilegii iam supra parte 13. memorati repetiit, neque etiam diem illius mutavit. 2) Sic scripsit ex V. Bertini c. 6, 9, ubi S. Audomarus a. 35. post donationem supra memoratam obiisse dicitur, quae secundum Folc. I, 4. a. 660 (verius 662) facta est. 3) Hunc numerum computavit ex eo, quod V. Bert. c. 4. dicitur sanctus 14 annis in Veteri-monasterio resedisse, tunc (c. 12) post novum monasterium exstructum 59 annis vixisse. 4) V. Bert. c. 12, ubi traditur, Bertinum obiisse Childeberti regis a. 15. 5) Intelligit Sigebertum, qui vero iam a. 697. Hildebertum successisse scribit. 6) Octo chartas praebet Folc., unius mentionem facit, v. supra parte 13. Hunc numerum efficit Iohannes addendo singulas chartas Rigoberti et Erlefridi.

posset, a predicto beato patre Bertino indulgenciam et requiem temporibus suis impetravit. Cetera vero eius[a] facta scribuntur supra parte penultima cum cartis et privilegiis suo tempore impetratis; et quia sub beato Bertino ac de eius mandato fuerunt impetrata, ipsi beato Bertino ascribimus.

Capitulum 3.
est[b] de Erlefrido huius loci abbate 3.
Pars 1.

Erlefridus huius loci abbas tercius, a beato Bertino nutritus eique post Rigobertum substitutus, emit villas Saroalsclusam et[c] alias supra memoratas in capitulo sancti Bertini, parte finali; quam acquisicionem sive cartam ascribimus beato Bertino, quia de suo tempore ac de eius mandato fuerunt impetrata. Post obitum vero beati patris Erlefridus basilicam beati Martini supra beati viri tumulum ampliori opere quam ante fuerat edificavit, constructa veneracionis ara ad capud tumuli. Unde notandum, quod ecclesia ista diversis successive temporibus diversimode nominata fuit. Primo enim dicta fuit Sythiu a nomine ville vel loci qui Sythiu dicebatur. Quam ecclesiam beatus Bertinus fundavit in honore beati Petri apostoli, qui noster adhuc est pater et patronus. Deinde beato patre nostro Bertino numero sanctorum adaucto, quia ipse primus fundator noster exstiterat, ab eo denominatus est locus monasterium Sancti Bertini Sythiensis; et ut nominis recompensacio fieret, constructa fuit ecclesia beato Petro ad occidentalem partem templi, ad plagam septemtrionalem, a qua adhuc nominatur porta Sancti Petri ibidem[d]. Beato vero Martino facta fuit ecclesia iuxta illam que nunc est parrochialis ecclesia sancti Martini in Insula; et inter duas has ecclesias sanctorum Petri et Martini factum est hospitale pauperum seu domus elemosine, via quoque patens, per quam de una ecclesia ad aliam ac de hospitali ad utramque[e] patebat ingressus. Demum igne fortuito consumptis ecclesiis beatorum Petri apostoli et Bertini, tempore domini Roderici abbatis ordinatum fuit, quod adhuc hodie servatur, quod templi nostri maius altare, ymmo ipsummet templum semper consecratur in honorem beate Marie virginis, beatorum apostolorum Petri et Pauli atque Bertini confessoris Christi; secundum vero altare, in quo solet dici missa matutinalis, semper appropriatur et consecratur in honore beati Martini Turonensis episcopi.

V. Bert. Folc. I, 19. — V. Bert.

Pars 2.

. . . .

De regno Lotharii IIII. et morte Erlefridi abbatis nostri.

Dagobertus II. regnavit annis quatuor; post quem Karolus Tudites regem instituit Lotharium IIII, qui fuit filius Theoderici, filii sancte Baltildis, contra Chilpericum[f] predictum et suum Ragenfridum; et regnavit iste Lotharius annis solum duobus. Cuius anno secundo dominus abbas noster Erlefridus, postquam a deposicione beati patris nostri Bertini duodecim vel circiter annis eleganter rexisset, obiit, et sibi successorem reliquit sanctum Erkenbodonem anno Domini 710. . . . .

Andr M. — Folc. I, 22

Carte seu privilegia per Erlefridum impetrata sunt unum et unicum[1], quod sancto Bertino ascribimus supra capitulo eiusdem.

Capitulum 4.
est[g] de sancto Erkenbodone huius[h] loci abbate 4.
Pars 1.

Sanctus Erkenbodo huius loci abbas 4, vir in omni bonitate conspicuus, incepit anno Domini 710.[2] . .

Folc I, 22

De bellis Karoli Tuditis contra Sarracenos.

Inter Karolum et Eudonem Aquitanie ducem bellum redivivum insurgit. Karolus, transito Ligere, Eudonem victum fugat. Eudo se per[i] omnia videns inferiorem Karolo, Sarracenos ab Hispania[k] sibi in adiutorium invitat. Sarraceni cum innumerabili multitudine atque familiis suis quasi in[l] Galliis habitaturi provincias occupant, villas et castella et faciem terre replent[m] ut locuste, et Garonam[n] transeuntes, infinita mala perpetrant. Quibus Karolus, Dei fretus auxilio, cum Gerardo de Rossilione Burgundorum duce[3] viriliter occurrens, tricenta et octoginta milia Sarracenorum cum rege suo Abdirama[o] interfecit, de suis autem solum mille quingentos amisit. Post hoc[p] Eudo dux Aquitanie Karolo reconsiliatur. Karolus autem Lugduno et aliis illius terre civitatibus castrisque captis, eciam Burgondiam sibi subiugavit.

Andr. M.

a) huius *A 2.* b) *A 2 sic:* Erlefridus abbas tercius. c) *deest A 2.* d) Ibidem beato *distinguit A 2.* e) utrumque *A 2.* f) Cilp. *A 2.* g) *deest A.* h) h. l. *des. A.* i) v. p. o. *A 1.* k) Hysp. *A 2. B 2 saepe.* l) Gallias inhabitaturi *A 1.* m) replevit *B 2.* n) Garannam *A 1.* o) Abdiramo *A 1*; Abdronna *B 2.* p) bellum *add. A 1.*

1) Apud Folc. I, 20. 2) In Vita S. Erkenbodonis c. 3, Acta SS. Apr. II, p. 93, quam se legisse testatur Iohannes in praef., hic a. 717. in abbatem promotus esse dicitur. 3) Huius, quantum scio, Iohannes primus mentionem fecit. Fabula de propinquitate comitum Flandriae cum dominis de Rossilione postea multo ampliata est, ut legitur apud De Smet, Chron. Flandr. I, p. 19 sqq.

De[a] Liedrico primo stipite comitum Flandrie.

Dum[b] Sarraceni sic ab[c] Hispania venirent ad Eudonis mandatum, miles quidam iuvenis christianus de partibus Ulixibone[d] seu Portugallie[e], regia stirpe progenitus, Liedricus nomine, despectis parentibus, qui cum illis de patria ad legem perfidi transierant Machometi, ad Karolum Tuditem[f] et Gerardum de Rossilione[g] se contulit, ut sacri baptismatis 5 christianeque fidei Deo pacta servaret, et sub Karolo militans, multa probitatis opera gessit. Et Karolo predicto carus effectus est, sibi toto vite sue tempore servivit et filio suo Pupino post[h] eum regi. Cui postea Karolus Magnus terram Flandrie dedit. Ipse est a quo Flandrie[i] comites descenderunt. Ipse uxorem habuit filiam Gerardi de Rossilione[g] predicti, de qua genuit filium Ingelramnum[k], militem probum et prudentem, suum Flandrie successorem. 10

. . . .

De obitu sancti Erkenbodonis regisque Theoderici.

Folc. I, 30. Interea decedente rege Theoderico, dum adhuc laboraret in extremis, sanctus Erkenbodo migravit a seculo et in monasterio Sancti Audomari cum multa reverencia sepelitur anno Domini 742; cui in episcopatu successit Adalgerus; abbaciam vero regendam suscepit Waymarus, postquam regnasset sanctus Erkenbodo annis 31 15 abbas in hoc loco ac in episcopatu Morinensi annis 15[1]. . . . .

Carte seu privilegia quas sanctus Erkenbodo acquisivit sunt numero 4[2].

Capitulum 5.

De Waymaro huius[l] loci abbate 5, et de[m] morte Karoli Tuditis.

. . . . 20

Abbas eciam noster Waymarus, postquam rexerat solum duobus annis, obiit. Carte eius seu privilegia solum unicum[3].

Capitulum 6.

De Nanthario huius[n] loci abbate 6.

Pars 1. 25

Folc. I, 32 Nantharius huius loci abbas 6, institutus anno secundo Hilderici regis . . . .

Pars 2.

De translacione regni Francorum[o] de persona Hilderici regis in personam Pupini, et de morte Nantharii abbatis nostri[p].

. . . . 30

Andr. M. Franci regem Hildericum attonsum in monachum in monasterium[q] istud Sancti Bertini in Sythiu detruserunt. Quem abbas noster Nantharius in monachum suscepit et ut melius potuit eius curam egit. . . . .

Sigeb. 754. Eodem anno Karlomannus monachus Montis Cassini, frater Pupini regis, Vienne obiit. Nec multo post hoc Nantharius abbas[r] noster migravit ad Dominum. Carte seu privilegia per dominum Nantha- 35 rium huic ecclesie acquisita sunt unum solum[4].

Capitulum 7.

De Dadberto[s] huius loci abbate 7.

Pars 1.

Folc. I, 35. Dadbertus[t] huius loci abbas 7. rexit hoc monasterium a tempore secunde coronacionis regis Pupini 40 fere usque ad obitum ipsius. De eius regimine seu factis per eum, de acquisicione privilegiorum seu possessionum, aut aliqua sui cenobii utilitate per ipsum proveniente nichil in huius monasterii narratur gestis.

Pars 2.

De factis Pupini regis ac de bellis eius, et de fine Dadberti abbatis.

. . . . 45

Abbas denique noster Dadbertus, postquam hoc monasterium rexerat annis circiter 12, cf. ib. diem clausit extremum. Carte seu privilegia sui temporis nulla reperiuntur[u].

a) De Lieder. Fl. pr. forestario de quo comites Flandrie sumpserunt originem *A* 1[a]. b) Cum *A* 1. c) in *B* 2. d) Ulixb. *A* 2. e) Portugalie *A* 1. f) Tutidem *A* 1. g) Rosil. *A* 2. h) r. p. e. *B*. i) c. Fl. *A* 2. k) Ingelramum *B* 2. l) W. ab. nostro 5. *A* 2. m) *deest A* 2. n) N. ab. nostro 6. *A* 2. o) a Meroveis ad genus 50 Karlensium *ins. A* 2, *ubi postea* in p. P. *des.* p) *deest A* 2. q) monasterio *A* 2. r) n. a. *A* 2. s) De Dagoberto ab. nostro septimo *A* 2. t) Aadbertus, *male littera* A *a miniatore picta, quamvis* d *praescriptum fuerit A* 2. u) reperimus *A* 2.

1) a. 720—742. secundum Folc. I, 28. 30. 2) Folc. I, 23. 25. 27. 29. 3) Ib. I, 31. 4) Ib. I, 33.

Capitulum 8.

De Hardrado huius[a] loci abbate 8.

Pars 1.

Hardradus huius loci abbas 8, vir insignis in extollenda monasterii sui dignitate; cuius labor et industria enitent in cartis que hactenus sub eius memoria penes nos conservantur, quasi biennio ante mortem Pupini regis est abbas noster effectus. . . . . [Folc I, 36.]

Pars 2.

. . . .

De[b] bellis Karoli Magni.

. . . .

Hic contra Sarracenos bellum insurgit Hispanicum[c] — — ac ab Hispania Sarracenis eliminatis, sano et incolumi revertitur exercitu, nisi quod in Pyrenei iugo et in Rossidavalle dolo Guenelonis Vasconumque perfidiam sunt perpessi. . . . . [Einh. c. 9. — cf. Vinc. 24, 18.]

In hoc prelio Sighiardus regie mense prepositus, Anselmus comes palacii et Rotlandus[d] Britannici limitis prefectus cum pluribus aliis interierunt. Hic finis Hispanici[c] belli. Hic est Rotlandus[d], quem Karolus testem nominat in quodam privilegio, quod huic ecclesie concessit, quod de verbo ad verbum sequitur in Gallico sic: *Ens ou palais a Carisy donna Karles a Saint Bertin Caumont et ses appartenanches, present Rolant*[e] *et Olivier.* Hoc privilegium litteris exaratum est in marmore in palacio Narbonensi, cuius originale sive sigillatum est penes episcopum Noviomensem; idem in scriptura, non numero[f], sed duplatum[g], servatur in[h] Carisiaco palacio. . [Einh. c. 9]

Pars 3.

. . . .

De huius regis generatione ac eius pietate circa propinquos.

Rex iste[1] patris sui gloriam non minuit, sed eius regnum pene duplum adauxit. Mater eius Bertha seu Bertrada apud eum in magno honore consenuit — — soror nomine Gisla — — in monasterio cuius erat monacha sepulta iacet. Matrem quoque suam iuxta patrem in ecclesia sancti Dyonisii cum magno sepelivit honore; cuius ac eciam mariti sui Pupini regis ossa nunc Arie canonici cum multa reverencia servant et ostendunt. . . [Einh. c. 13. 18.]

Pars 4.

. . . .

De origine comitum Flandrie et fine domini Hardradi abbatis nostri.

Circa principium imperii Constantini VI, filii Leonis IIII.[i] ex matre Hyrene, id est anno Domini 792, regni vero Karoli Magni 23, annis scilicet decem antequam electus esset in imperatorem, porro domini abbatis nostri Hardradi anno 25. Liedricus miles egregius, de quo supra capitulo sancti Erkenbodonis[*], parte secunda, postquam sub Karolo Tudite[k], deinde[l] sub Pupino, Tuditis filio, ac demum sub hoc rege magnifico Karolo Magno plus quam 60 militaverat annis, iam antiquus[m] et emeritus miles ab hoc rege Karolo [Magno[n]] pro sue merito probitatis honoratur; nam Flandrie patriam rex sibi dedit[2] hereditarie possidendam, eum illius terre dominum constituens anno Domini prenotato; qui super Lisam fluvium in Arlebeka sibi mansionem eligens[3] et reliquum vite sue peragens, ibidem sepultus iacet[4]. Hic arma detulit auri et lazuri[o] distincta pyramidibus in umbonis[p] centro scuto rubeo iunctis. Ipse est stipes et radix, a quo Flandrie comites processerunt, qui omnes hec armorum insignia detulerunt usque ad Philippum[5], qui aurum cum nigro leone sua probitate conquisivit. Liedrico mortuo, filius[q] Ingelramnus successit in Flandrie dominatu. Cui defuncto et in[r] Arlebeka iuxta patrem suum sepulto successit Odacer, filius eius, qui eciam in Arlebeka iacet sepultus. Qui tres, licet Flandrie domini fuerunt[s], non tamen proprie ut comites; et propter hoc, ac eciam quia Liedricus Flandriam nemorosam repperit et incultam quasi forestam, eum[t] aliqui Flandrie forestarium[u] appellabant. Inde et ignarum vulgus eum credit extitisse[v] plebeum, dominorum nemora custodientem; cuius contrarium patet per iam dicta. Miles[w] fuit strennuus et regia stirpe progenitus. [Fl. gen. 792. — * c. 4. — Rymkr. v. 27. — Cron de Fl. — Andr. M — Fl gen — Andr. M]

Hic nota, monache, senioritatem huius ecclesie nostre Sancti Bertini, que fundata fuit anno Domini 626[x], hec vero donacio Flandrie facta fuit anno Domini 792. Liquet[y] igitur, quod nostra fundacio precessit tempore donacionem ante predictam[z] 166 annis.

a) H. ab. nostro 8. *A* 2. b) De gestis K. M. et primo de bellis per eum gestis *A* 2. c) Hysp. *A* 2. d) Rodlandus *A* 2. e) Roudlant *A* 2. f) *sic B; minimo A 2; locus corruptus.* g) duplicatum *A* 2. h) In C. p. *distinguit A* 2. i) *deest B* 2. k) Tutid. *A* 1 *semper.* l) dein *A* 1. m) *sic saepissime A* 2. *B* 1; antiquis *B* 2. n) *deest A.* o) lazurii *B* 2 p) p. involutis *A* 1. q) eius *add. A* 2. r) *deest A* 2. — Harleb. *B* 2. s) fuerint *A* 2. t) tum *B* 2. u) forestanum *B* 2. *ed.* v) esse *A* 1. w) Fuit enim m. *B* 2. x) vii^c^xxvi, *eraso* ii. *corr.* v^c^xxvi. *A* 2; 626 — a. Domini *des. B* 2. *ed.* y) Licet *A* 2. z) d. antedictam *B*.

1) Karolus Magnus. 2) Cf. 'Croniques de Flandres' p. 2. 3) Harlebeccensis nominatur in fontibus Iohannis. 4) Cf. Ann. Blandin. a. 836, SS. V, p. 23. 5) a. 1168—1191.

Circa idem tempus, dum Constantinus imperator predictus quasi imperii sui anno primo sepulcrum cuiusdam amici sui fodi faceret in ecclesia sancte Sophie, sub illo sepulcro aliud sepulcrum invenit antiquissimum[1] et in eo corpus hominis defuncti cum lamina aurea cum hac scriptura. *Christus nascetur de virgine Maria, et credo in eum; sub Constantino et Hyrene imperatoribus sol iterum me videbis.* Hec lamina cum predicta scriptura adhuc servatur in eadem ecclesia sancte Sophie, et dicunt, hoc fuisse sepulcrum Hermetis philosophi Trismegisti. (Sigeb.)

Eodem quasi tempore dominus abbas noster Hardradus, postquam eleganter hanc ecclesiam rexerat annis 29, appositus est ad patres, et sibi successorem reliquit Odlandum anno Domini 795, Constantini et Hyrenes[a] anno scilicet[b] quarto, Karoli quoque regis anno 26. Carte seu privilegia per dominum Hardradum[c] acquisita sunt numero 4[2]. (Folc. I, 44. — 795.)

Capitulum 9.

De Odlando abbate huius[c*] loci 9.

. . . .

Pars 3.

De industria et fine domini Odlandi abbatis nostri[d].

(Folc. I, 48) Huius domini abbatis nostri Odlandi labor et industria maxime patent in villa nostra Archas, que[e] unum erat de principalioribus huius[f] abbatie membris, in quo Odlandus sedem statuit et eam omni nobilitate nobilitavit. Ibique ut plurimum negocia tractans, ab inquirenti frequentabatur populo[3]; basilicam eciam ibi construxit in honore beati Martini episcopi, ut ibi singulis ebdomadis monachi 5 ex beati Bertini et totidem ex beati Audomari monasteriis ad sanctum servicium deputarentur. Mirabile eciam et in hiis partibus eatenus inauditum, fecit ibidem molere molendinum aquis contra montem currentibus. Constituit eciam, ut nullus hominum intra iam dictum locum molendinum construere presumeret. Que omnia ad honorem seu utilitatem huius monasterii aliquanto tempore fuerunt observata. Sed iam a longe retroacto tempore sunt omnia subversa[g]. Ordinacio autem monachorum, qui vicissim ibi Deo servirent, deleta fuit per Fridogisum, huius abbatis secundum[h] successorem[4], et edificia materialia subversa per guerras Danorum et Normannorum[5] ac alias multas. Hic dominus abbas noster Odlandus vir fuit industrius et[i] naturaliter valde sagax. (ib) Cuius tale fuit ingenium, quod aquarum decursus[k] subterraneos, quove defluerent per inscios ocultosque terre meatus, auditu percipere sciret. Fuerunt et alia laudum eius preconia plura, que propter cronice brevitatem seniores nostri dudum inscibere dimiserunt. Rexit elegantissime annis circiter octo, et obiit anno Domini 804[6], regis vero Karoli Magni 35, imperii vero sui circiter 4. Carte eius sunt due[7]. (804.)

Capitulum 10.

De Nanthario abbate 10, huius nominis secundo.

. . . .

Pars 3.

. . . .

De successione in[l] regno et imperio Ludovici, filii Karoli, et sublimatione beati Folquini ad episcopatum Morinensem et fine Nantharii abbatis nostri.

. . . .

(Folc. I, 55) Huius Ludovici regis ac imperatoris anno 3. magnum lumen exortum super candelabrum ecclesie collocatur, beatus Folquinus per eundem regem ac imperatorem ecclesie fascibus sublimatur ac Morinorum episcopus intronisatur anno Domini 817. Cuius sanctitatis ac laudum preconia apud nos iure manebunt in secula, quippe qui huius ecclesie amator et promotor semper in omnibus extitit, sicut eius testantur gesta martirologio nostro legendisque conscripta. . . . .

Predicti regis anno 7[8], episcopii vero beati presulis Folquini 4, dominus abbas noster Nantharius migravit ad Dominum, postquam hanc ecclesiam rexerat annis 14. Carte seu privilegia sui temporis sunt tres[9].

Capitulum 11.

De Fridogiso huius[m] loci abbate 11[n].

Pars 1.

(Folc. I, 56) Fridogisus huius loci abbas 11, nacione Anglicus, de genere Karoli Magni, sacri[10] palacii imperialis summus cancellarius, canonicus secularis et abbas Sancti Martini Turonensis, regia donacione suscepit hanc abbaciam a Ludovico imperatore anno suo 7. et simul hanc abbaciam tenuit una cum Turonensi[o] predicta. . . . .

a) Hirenis *A* 1; Hyrenis *A* 2. b) circiter *B* 2. *ed.* c) Haldr. *h. l. B* 2. c*) nostri *A* 2. d) *deest A* 2. e) qui *A* 2 f) m. h. a. *A* 2. g) subversata *A* 2. h) *deest A* 2. i) aquarum *add. A* 2. k) discursus *A* 2. l) in r. *des. A* 2. m) h. l. *des. A* 2. n) et quod in ecclesia sancti Audomari canonicos instituit *add. A* 2. o) Turonensy *A* 2, *et ita saepe.*

1) Quae sequuntur ex Hist. misc. orta sunt, neque vero ibi neque alibi quae praemittit noster ita leguntur. 2) Folc. I, 37. 39. 41. 43. 3) Sic Folc. II, 78. de omnibus abbatibus. 4) Folc. I, 56. 5) Ib. II, 36. 6) a. 805, Karoli a. 39. Nantharium Odlando successisse, dicit Folc. I, 49. 7) Folc. I, 45. 47. 8) A. Ludovici 7, inc. 820. Fridogisum huic successisse refert Folc. I, 56. 9) Folc. I, 50. 52. 54. 10) *sacri — canc.* ex charta apud Folc. I, 58.

Capitulum 12.

De[a] Hugone huius nominis primo, huius vero loci abbate 12.

Pars 1.

Folc II, 1 — cf. A Bert. 844. 838.

Hugo huius loci abbas 12, filius imperatoris et Francorum regis Karoli Magni, frater imperatoris Ludovici Pii tunc regnantis, Lotharii quoque ac Karoli Calvi imperatorum patruus, abbas de monasterio Sancti Quintini Viromandensis[1], secularis canonicus hanc ecclesiam regia donacione suscepit et tenuit una cum ecclesia Sancti Quintini predicta[1] anno Ludovici fratris sui 21.

[Quod[b] sanctus Grimbaldus est hic monachus effectus, et quod ecclesia Sancti Audomari fuit huic ecclesie Sancti Bertini subiecta].

Hic abbas regiminis sui anno primo iuvenem elegantissimum beatum Grimbaldum recepit et induit huius monasterii monachum; qui qualiter et quantum profecerit, testatur eius legenda[2], quam de ipso canimus in ecclesia Dei; de quo eciam aliqualis mencio in subsequentibus erit. . . . .

Folc. II, 3. 4.

Post hoc Hugo abbas[c] noster condolens huius ecclesie divisioni per Fridogisum facte, supra capitulo Fridogisi, parte prima, fratris sui imperatoris atque beati Folquini antistitis auctoritate ecclesiam Sancti Audomari, etsi non ad plenum ad religionis obedienciam, tamen ad huius monasterii Sancti Bertini ac eius abbatis subiectionem reduxit, sic[3] ut ab abbate Sancti Bertini monachus[d] ibidem instituatur canonicorum edituus et custos illius ecclesie, qui quater in anno, id est in feria tercia rogacionum in festisque beati Iohannis baptiste, sancti Audomari et omnium sanctorum, ibi maiorem missam decantet, oblaciones et emolumenta percipiat, sicut in privilegio super hoc a beato presule Folquino consensu Ludovici imperatoris confecto plane continetur, quod sic incipit: *Ego Folquinus Dei gracia Morinorum episcopus omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus. Quidquid ob amorem Dei* et cet. *Actum est anno incarnacionis dominice* 839, *indicione* 2, *imperii autem Ludovici regis anno* 26.

ib. II, 3. 5.

Hugo eciam noster abbas, cui ordinacio Fridogisi sui predecessoris preiudicare non potuit, cum par in parem non habeat imperium, de dicta ordinacione privilegium suum concessit consensu imperatoris antedicti, quod sic incipit: *Quidquid ob amorem Dei exigentes rei veritatem* et cet. *Actum anno Domini* 839, *indicione* 2, *imperii autem Ludovici regis anno* 26, *presulatus quoque almi presulis Folquini anno* 23. *et nostri regiminis anno* 6. *Ego Hugo abbas consensu domini Ludovici imperatoris hec*[e] *voluntarie firmavi ipsumque ut subscriberet rogavi.* Hac eciam ordinata subiectione auctoritate regia et imperiali sanctique Folquini episcopi privilegio roborata et utriusque collegii capitulari sentencia concordata[4] ac in plena synodo confirmata et publicata[5], Hugo noster abbas edituum ibidem constituit huius loci monachum nomine Morum[6], ordinacionem exequens antedictam. Qui Morus postea corpus sancti Audomari furatus est[7], et in privilegio beati Folquini inter testes ascribitur. Hoc officium sive dignitas editui hodie est et dicitur prepositura Sancti Audomari; quod satis intelligitur ex vi verbi seu vocabuli; dicitur enim edituus quasi ediciori[8], id est eminenciori, loco positus, et nunc nomini prepositi consonat. Dicitur enim prepositus quasi ante alios positus, qui prepositus custodiam sibi vendicat et canonicorum et clericorum illius ecclesie subiectionem. Multa[9] eciam huius ecclesie bona sive negocia per hanc divisionem a Fridogiso factam, monachorum eciam et canonicorum[f] incuria depravata, ut ad melius deducerentur, ab imperatore fratre suo expeciit, que, imperatore morte prevento, manserunt inacta.

Capitulum 13.

est[g] de Adalardo huius loci abbate 13.

Pars 1.

Adalardus huius loci abbas 13, filius Honroci comitis de milicia Karoli Magni

Pars 3.

. . . .

De transitu Folquini Morinensis episcopi et quibusdam[h] miraculis eius.

ib. II, 12 13 — V. Folq 16.

Folquinus presul beatissimus, cum iam longo senio pressus non posset commode missarum sollempnia publice celebrare, — — animam celo reddidit anno Domini 855, regis Karoli 15, Adalardi abbatis 12, episcopii vero sui 40. . . . . . Sicque in monasterium Sythiu delatus, ad dexteram beati patris nostri Bertini tumulatur. Habuit hic sanctus episcopus equum, — — et ideo eum fratres humano more subterraverunt. Multa eciam huius sancti miracula non solum legimus, sed eciam ad oculum experimur. Et adhuc sub antiquo decore

a) Hugo primus 12; et de subiectione ecclesie sancti Audomari *A 2*. b) *rubra deest A, v. n. praecedentem.* c) n. a. *A 2*. d) in monachis *A 2*. e) hoc *A 2*. f) clericorum *A 2*. g) Adalardus abbas 13. *A*. h) de q. *A 2*.

1) Cf. Folc. II, 8. 2) Quae iam non exstat vel saltem non impressa est. 3) Haec ex charta Folquini episcopi apud Folc. II, 4, quam infra laudat. 4) Nescio num haec effecerit ex verbis male intellectis privilegiorum: *per descriptionem capitularem coram quibusdam primatibus regalis palatii et huius patriae eos huic loco subegi.* 5) Haec coniecit ex verbis subscriptionis privilegii Folq.: *Actum . . . presente universali sinodo,* et Hugonis: *Actum . . . post sinodum . . . celebratam.* 6) Haec ex verbis privilegii Hugonis abbatis: *et monachum ad custodiam ibi statui*, cum Folc. II, 8. Morus custos nominetur. 7) Folc. II, 8. 8) Graviter errare auctorem, vix est quod moneam. 9) Haec ex diplomate Caroli Calvi apud Folc. II, 56. effecisse videtur.

conservamus cappam eius unam processionalem, mitram, cyrothecas atque sandalia, stolas quoque tres, de quibus experimur cotidie, quod quelibet pregnans mulier, quantumque periclitetur, quecumque[a] istarum trium stolarum ei supposita fuerit, sine sui aut partus periculo faciliter expeditur[1].

. . . .

Capitulum 15.

De Adalardo huic loco reassumpto.

Pars 1.

Adalardus huius loci abbas, 15. loco reassumptus anno regni Karoli 21, inter cetera donaria dedit huic ecclesie casulam purpuream auro et margaritis mirifice ornatam et decoratam, quam adhuc sub antiqua sui pulcritudine conservamus.

De matrimonio Balduini primi comitis Flandrie et Iudith[b], filie regis Francie.

Circa hec tempora in Flandria principabatur Balduinus Ferreus, filius Odacri, filii Ingelramni[c], filii Liedrici, qui dono Karoli Magni Flandriam primus obtinuit, supra capitulo Hardradi, parte [4[d]][2], vultus et corporis multo pollens[e] robore, viduam duorum virorum[3], filiam Francorum regis Karoli Calvi nomine Iudith[b] in coniugium asscivit hoc ordine. Anglorum rex Edelvulf de Roma per Galliam rediens, predictam regis filiam Iudith[f] consensu patris sibi matrimonio copulavit et secum in Angliam duxit; qua potitus aliquo tempore, obiit; filiusque[g] eius Adelbaldus[h] hanc patris viduam uxorem duxit[4], quod, licet esset nimis incestuosum, amanti tamen non videbatur[i] onerosum, nec regis facinus videbatur Anglicis esse grave, quibus Dei cultus multum erat incognitus. Tandem Iudith, Adelbaldo[k] mortuo, omnia sua vendens, in Franciam ad patrem suum rediit; quam in Silvanecto manere precepit[l], sibi promittens, ut, si continentem vitam ducere vellet, sufficienter sibi necessaria provideret. Morabatur tunc in Silvanecto Flandrensis Balduinus Ferreus iam dictus, qui, agente Ludovico, fratre eiusdem vidue, rege vero patre eius rem penitus ignorante, hanc regis filiam adamavit, abduxit et sibi matrimonio copulavit. Unde rex valde turbatus, eum per episcopos excommunicari fecit iuxta Gregorii pape decretum: *Si quis viduam* et cet. Balduinus igitur Romam pergit ad papam Nicholaum I, qui tunc ecclesie Dei presidebat, dicens, hoc matrimonium fore legitimum utriusque consensu consummatum, nec aliquod[m] interesse canonicum impedimentum. Item, nec sibi debere vidue raptum imputari, cum ipsa libera sua sponte fuerit eum ultro sequta[n], supplicans, ut papa regis indignacionem mitigare dignaretur. Papa Nicholaus misericordia motus, pro eorum pace facienda cum rege, litteras suas per duos legatos Rodoaldum Portuensem et Iohannem Ficodensem episcopos ad regem Suessionis misit; quos aliquamdiu secum retinuit; et concessa Balduino venia, pro qua venerant, cum epistolis ad papam predictum redire muneratos absolvit. Rex vero matrimonium Iudith et Balduini in Autisiodoro coram Francie proceribus sollempnisari fecit anno Domini 862; in qua sollempnitate rex predictus ob amorem et honorem filie sue Iudith[b] Balduinum comitem Flandrie auctorisabiliter instituit eumque, heredes et successores eius perpetuo comites nominari mandavit. Nam ante eum pater suus, avus et attavus, licet dominos, non tamen comites Flandrie se nominaverunt. Eciam rex in hiis nupciis[5] eidem enseniavit[6] corpus sancti Donaciani Remorum episcopi[o], quod ipse secum Brugis attulit et in capella, que ibidem beate virgini dedicata fuerat, collocavit; quam villam Brugensem ipse Balduinus incepit, et contra Danorum ac pyratarum[p] incursiones municione burgum, id est castellum, cinxit; in qua[q] cinctura sive muro vel fortalicio ecclesiam beate Marie predictam, que nunc dicitur sancti Donaciani, capellam sancti Basilii, in qua sanguis est domini Ihesu Christi[7], domum scabinatus, domum petre, que carceres ville habet, domumque et turrem que burgus dicitur ac domos omnium canonicorum Sancti Donaciani inclusit. Post hoc ad[r] opus[s] seu necessitates illorum de castello ceperunt ante portam ad pontem castelli confluere mercemanni, id est cariorum[t] rerum mercatores, deinde tabernarii, deinde hospitarii pro victu et hospicio eorum, qui negocia coram principe, qui ibidem sepe erat, prosequebantur, domus construere et hospicia preparare, ubi se recipiebant illi qui non poterant intra castellum hospitari; et erat verbum eorum: 'Vadamus ad pontem'; ubi tantum accreverunt habitaciones, ut statim fieret villa magna, que adhuc in vulgari suo nomen pontis habet; nempe Brugghe in eorum vulgari pontem sonat.

a) quousque *A* 2. b) Iudich *B* 2 *semper.* c) Ingelrami *B* 2. d) *deest spatio vacuo relicto A* 1. e) polens *B* 2. f) *deest B* 2. g) que *deest B* 2. h) Adelwldhans *B* 2. i) est *B* 2. k) Adelboldo *B* 2. l) precipit *A* 1. m) aliquid *A* 1. n) *sic saepissime codd.* o) archiepiscopi *A* 1. p) pyratorum *B* 2. q) *deest B* 2. r) a *B* 2. s) eius *A* 1. t) mercantiarum *suppl. sec. manu A* 1.

1) Cf. V. Folquini apud Mabillon, Acta IV, 1, p. 629. 2) p. 765. 3) Ex Will. Malm.; v. infra. 4) Cf. Fl. gen. c. 2. 5) *Desen Boudin was ghesent*
Van Riemen een groet prosent. Chron. rhythm. 6) Verbum deductum a voce 'xenia, euxenia', pro qua noster semper scribit 'ensenia'. 7) Cf. infra cap. 43, parte 4.

Fl. gen Balduinus interim[a] de Iudith[b] uxore sua filium procreavit nomine Balduinum, quem rex de sacro fonte levavit[1], unde postea se Balduinum Calvum nominari fecit, ut[c] avi[d] nomen suscitans, suum nomen proprium exaltaret. Rymkr v. 161. Villam[e] autem Brugis, quam, ut dictum est, pater suus Balduinus Ferreus inceperat[f], pro castello, quod ibi firmaverat, iste Balduinus Calvus postea muro cinxit et firmavit. . . . .

5 . . . . Carte seu privilegia istius sui secundi temporis nulla reperiuntur[2].

Capitulum 18.

. . . .

Pars 2.

. . . .

10 ### De morte Flandrie comitis Balduini Ferrei et successione filiorum eius.

Fl gen. Andr M Balduinus cognomento Ferreus, filius Odacri, filii Ingelramni, filii Liedrici, primus comes Flandrie auctorisabiliter constitutus, postquam Flandriam strennue rexerat annis 17, circa hec tempora carne solutus, mortis debitum solvit anno Domini 879[g.3]; Folc add. 879. cuius corpus sive bustum in hoc monasterio fuit sepultum, cor autem et intestina delata sunt et sepulta in Blandinio. Fl gen Successit illi filius eius ex Iudith[h], filia Karoli Calvi, nomine Balduinus, qui 15 se Calvum cognominari[i] fecit, non quod calvus actu fuerit, sed ut nomen avi sui suscitans, sui ipsius nomen ac generis nobilitatem exaltaret[4]. Andr. M Habuit et alium filium[k.5] nomine Rodulfum ex eadem regina, qui fuit comes Cameracensis. . . . .

Capitulum 19.

De Rodulfo huius loci abbate 19.

20 ### Pars 1.

Folc II, 59. Rodulfus huius loci abbas 19, monachus noster de senioribus huius ecclesie, modice litteratus[6], ib II, 65. ab abbate Sancti Amandi Gauzlino monachum eius Hucbaldum, virum litteratum, impetravit hic ad se mitti, ut ab eo noster abbas instrueretur; ib. II, 59, 60. cui aurem benigne Rodulfus accommodans, etate non obstante bene profecit[6]. . . . .

25 ## Capitulum 20.

De sancto Fulcone huic loco reassumpto abbate 20.

. . . .

Pars 3.

De martirio sancti Fulconis archiepiscopi et abbatis nostri et fuga
30 ### sancti Grimbaldi in Angliam.

Andr. M Karolus rex estivo tempore super Oysiam cum exercitu sedit tractaturus, quid ageret de inimicis. Balduinus Flandrie comes illo pergit, ut regem reblandiret, quatinus sibi Atrebatum redderet; et cum sibi hoc contradicerent Heribertus Viromandensis comes et Fulco archiepiscopus et noster abbas, comes Flandrie sciens Heribertum publice sibi inimicum, de eo non multum admirabatur, sed indignans contra Fulconem abcessit, et recordatus 35 dierum antiquorum et veteris odii, quod contra Fulconem iam diu ante conceperat, quando ei[l] hec abbacia fuerat denegata, supra e[odem], parte prima[7], Folc. II, 68. vocavit ad se quendam militem suum nomine Winemarum, et eum ad regem Karolum misit pro hoc monasterio, quod diu concupiverat, si posset, adipiscendo, et ut archiepiscopi animum pacaret et ad consensum, si quomodo posset, induceret, quatinus ipse comes hoc monasterium obtineret, allegans se per eum utraque abbacia, ista scilicet et Sancti Vedasti Attrebatensis, fuisse privatum. Sigeb Folc. II, 68. Cumque Winemarus sentiret, 40 beati viri Fulconis animum contra sancte religionis amorem et ecclesie Dei statum flecti non posse, ut scilicet locus religiosus sub laicali redigeretur potestate, cum ira recessit; et quia hec in Conpendio palacio acta sive dicta fuerunt, Winemarus insidias episcopo tetendit Remis revertenti, harum insidiarum penitus ignaro. Sancto igitur archiepiscopo cum sola domestica familia pergente, Winemarus de insidiis exiliens, nec Deum veritus nec hominem, in episcopum irruit et lanceis eum perfodit. Sicque pro ecclesie fidelitate venerabilis archiepiscopus et abba lanceis 45 Winemari transfossus, martir invictus animam Deo dedit 900, 15. Kalend. Iulii, feria 3, hora 6. 900. Cuius corpus Remis delatum est et in ecclesia beati Remigii positum. Andr. M Post hoc ordinato ibidem archiepiscopo Hyreneo, facta synodo, dampnaverunt omnes interfectores archiepiscopi et a liminibus sancte matris ecclesie reddiderunt extorres. Folc. II, 68. Quod nefas inauditum Romanam sedem orbis dominam latere non potuit; unde papa predictum Winemarum et suos huius piaculi complices auctoritate apostolica anatematis[m] sentencia ligavit, mandans omnium provinciarum episcopis, ut eodem 50 modo dampnarent tanti facinoris reum. Winemarus autem in duricia sua persistens, se minime reum esse dicebat; excusabat enim se hoc pro senioris sui fidelitate perpetrasse.

Beatus itaque Grimbaldus, de quo supra capitulo 1, parte prima, et supra e[odem], parte prima[7], memor euangelici consilii: *Si vos persecuntur in civitate[l] ista, fugite in aliam,* Matth. 10, 23.

a) iste *B* 2. b) *deest* *B* 2. c) et ut *B* 2. d) tam n. illius quam suum n. *suppl. sec. manu in loco vacuo rel.* *A* 1.
55 e) Villa eciam *B* 2. f) incepit *B* 2. g) DCCCLXXX. *A* 1. h) Indich *B* 2. i) nominari *B* 2. k) f. ex e. r. n. R. *A* 1.
l) *post add.* *B* 1. m) anetem. *B* 1.

1) Hoc auctor sibi finxisse videtur. 2) Similiter de chartis Humfridi c. 16, Hilduini c. 17, Fulconis c. 18, Rodulfi c. 19. retulit ex Folcuino, quae omisimus. 60 3) a. 875. Folc. add.; annus forte ex Ann. Bland. sumtus. 4) Eadem verba iam supra cap. 16. 5) Andr. March. p. 748. Rodulfum fratrem dicit Balduini Calvi; unde noster recte sic scripsit. 6) Ex coniectura auctor haec addidit. 7) Ubi haec ex Folc. II, 68. sumta.

timore comitis inductus, et quia sciebat res ecclesie per suam presenciam in melius deduci non posse, sed pocius et verisimiliter timens propter eum in deterius ire, transfretavit in Angliam et ibidem usque in finem vite sue permansit[1]. Carte seu privilegia huius domini abbatis nulla sunt.

Capitulum 21.

est[a] de Balduino huius nominis primo, huius vero loci abbate 21.

Pars 1.

Folc II, 68. Fl gen. Folc II, 66. 901. Balduinus cognomento Calvus, huius loci abbas 21, Flandriarum[b] comes 5, filius Balduini Ferrei ex Iudith, filia regis ac imperatoris Karoli Calvi, nunc domino sancto Fulcone archiepiscopo et abbate nostro ad patres apposito, a iuvene[c] rege Karolo Simplice, cui ipse consanguinitate propinqus erat, hanc abbaciam impetravit et regia donacione suscepit; miles et laicus optinuit anno Domini 901. et simul tenuit comitatus Flandrensem, Boloniensem et Ternensem et cum hoc presentem abbaciam cum omnibus appendiciis eius. Inicium[d] dolorum hec et huius monasterii triste, durum et magnum exidium[e]. Ab hoc enim tempore hic intus[f] regularis ordo et monastice vite disciplina sub laicali manu redacta tota deperiit; neque mirum, cum[g] in magistrum assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit. Comes enim laicus nunc abbas noster effectus, in monachali regula non fuerat imbutus. Extra nichilominus[h] res, possessiones, libertates et privilegia huius monasterii ut plurimum per factum eius occultata, infeodata, alienata et in deterius commutata. Nondum[i] enim exiderat[k] odium a corde suo contra sanctos Fulconem et[l] Grimbaldum et conventum huius loci, qui sibi in presentis abbacie assecucione prestiterant impedimentum, supra capitulo proximo, parte prima. Unde res et negocia monasterii, que ut abbas tractare debebat, pretermisso abbatis nomine, sub nomine comitis omnia disponebat et multa suis usibus ut comes reservabat; quorum plura comitibus applicata manserunt. V Winnoci c 16. Ipse villam Bergas, antequam esset abbas noster, presidio munierat in illius patrie tuicionem; et nunc abbas noster effectus, ecclesiam in inferioribus illius ville in honore[m] Christi confessorum[n] Martini atque Winnoci[o] construxit, et canonicos[p] instituens, corpus beati Winnoci[o], quod hic reconditum fuerat, supra capitulo Adalardi primi, parte finali, ab hac ecclesia, monachis in quantum poterant reclamantibus, vi abstulit et Bergis in predicta canonicorum ecclesia collocavit, 903. regiminis sui in hoc monasterio anno secundo[2]. Rymkr. v. 161. Villam Brugis, cuius castrum, quod Balduinus Ferreus, pater eius, firmaverat, hic abbas noster muro cinxit[q.3], sumptis ad hoc lapidibus ruine de Aldenbourch[r], quam Heccula[4] rex Hunorum [antea[s]] destruxerat; sic et villam Ypram[t] munivit et fortalicio firmavit ac eciam quasdam alias propter sue patrie Flandrensis assecuracionem. Folc. II, 73. et Mir S Bert. Fortalicium eciam istius ville, quod dominus sanctus Fulco tunc abbas noster dudum inceperat et per ministeria distribuerat, supra[u] capitulo Fulconis primi, parte 2, sed civium incuria inperfectum remanserat, quodque beatus Audomarus iam pridem Herrico monacho apparens fieri iusserat, supra capitulo Rodulfi, parte 3, hic abbas noster Balduinus comes effectui mancipavit et complevit, intra murorum ambitum hanc abbaciam suam includens. De hac materia vide infra eodem, parte finali.

Sanctus[v] Grimbaldus monachus noster et condam prepositus, qui timore huius comitis in Angliam confugerat, supra proximo, parte finali, etsi non plane martirium, insidias[w] tamen et pericula tandemque exilium pro defencione[x] religionis et libertatis ecclesiastice 903. perpessus, in Anglia civitate Vintonia[w] migravit ad Dominum anno Domini 903[5]. . . .

. . . .

Pars 4.

De fine domini[y] abbatis nostri Balduini[z] Flandrie[a] comitis et successione filiorum eius.

Sigeb., Andr. Folc II, 73. Anno Domini 915, mortuo imperatore Ludovico, rex Francorum Karolus Simplex regnum Lothoringie recepit. Anno post hoc secundo Balduinus Calvus Flandrie comes et abbas noster, postquam ambitum fortalicii sui atque castelli circa hoc suum monasterium nobiliter construxerat ac per ministeria disposuerat, peregrotans obiit. Cumque corpus eius pars aliqua militum hic in Sythiu monasterio iuxta patrem vellet sepelire, Elstrudis comitissa, eius uxor, 917. cupiens cum illo in eodem loco incinerari, eum ad Blandinium transferri et ibidem tumulari fecit anno Domini 917, postquam Flandriam rexisset annis 39 et hoc monasterium annis 17. Nundum enim erat licitum mulieri-

a) *A haec tantum:* Balduinus I. abbas 21. b) Flandrie *A* 1; Flandrarum *B* 1. c) annuente *ed.* d) Innicium *B* 1. e) excidium *A* 1. f) rectus *B.* g) Cum enim *B.* h) nicil. *A* 1. i) Nund. *A* 1. k) excid. *A* 1. l) *deest B.* m) honorē *A* 1. n) et conf. *A* 1. o) Winoci *A* 1. p) canonicis *A* 1. *B* 1. q) cincit *B* 1. r) Aldembourch *A* 1; Aldenbourhc *B* 1. s) *deest B.* t) Ypram *A* 1. u) supra — parte 2. *ponit A* 1 *post* remanserat. v) *post in loco raso suppl. B* 1. w) *suppl. sec. manu A* 1. x) deff. *A* 1. y) a. n. d. *A* 1. z) Calvi *add. A* 1. a) c. Fl. *A* 1.

1) Haec ex Vita Grimbaldi non servata vel saltim non impressa sumta sunt; cf. Mabillon Acta V, p. 3.
2) In V. Winnoci c. 16. hoc a 900. factum esse scribitur.
3) Iam supra c. 15. haec retulit.
4) *Die coning Hettel.* Rymkr.
5) Cf. supra n. 1.

bus hoc intrare monasterium. Marchiam autem filii eius inter se diviserunt, et quidem Arnulfus, qui maior erat natu, [Folc. II, 73.] Flandriam, Adalolfus Boloniam et regionem Taruannicam[a] atque hanc Sancti Bertini abbaciam susceperunt. Et hic nota verbum, quod statim dictum est eadem parte et particula: 'Comes fortalicium huius ville per ministeria disposuit', quia per hoc patet, quod custodia huius ville spectat[b] non ad cives, sed ad principem; nam ad eius custodiam ordinavit[c] suos certos feodatos, cuilibet suam atribuendo custodiam: verbi gracia dominis de Haveskerka[1] tradita fuit custodia porte . . . .[d], castellanis de Bourbourg[e] custodia porte de Arbostade, et sic de aliis; prout satis notatur in carta, quam Guillelmus[f] Normannus huic ville concessit, per quam[g] se dicunt Audomarenses valde potenter et nobiliter privilegiatos, ubi[h] cavetur, quod feodati principis villam istam custodiebant et propter hoc a villatensibus certum aliquid recipiebant[2]. Carte seu privilegia per hunc abbatem huic ecclesie acquisita vel donata nulla sunt omnino; unde per hoc et alia patet, eum huic collegio non multum afectatum[i] et ideo privilegia regum[k] pocius occultasse quam impetrasse nova; nam hanc ecclesiam hereditarie tenere volebat.

Capitulum 22.
est[l] de Adalolpho huius loci abbate 22.
Pars prima.

Adalolphus[m] huius loci abbas 22, filius Balduini Calvi Flandrie comitis, de quo supra proximum est capitulum, frater quoque Flandrie comitis Arnulfi nunc regnantis, quasi in particionem et successionem paterne hereditatis suscepit comitatus Boloniensem et Ternensem abbaciamque presentem anno Domini 918; miles et laicus toto tempore vite sue tenuit; pius dominus, qui hunc locum multum dilexit. [Folc. II, 73. Fl gen B]

Circa principium huius domini Adalolfi ira Dei contra Francos in misericordiam versa est. Nam Dani [Andr M] et Normanni, qui Franciam plus quam 60 annis vexaverant, nunc per Richardum Burgundie ducem et Robertum Parisiensem comitem, fratrem Eudonis condam regis, in pago Cameracensi duobus proximis bellis sic sunt devicti, ut Normanni Christi misericordiam implorantes efficerentur christiani. Eo tempore erant duo cognati duces eorum, quorum unus Rollo, alter Gerlo vocabatur. Karolus igitur rex Francorum de consilio optimatum suorum dedit Rolloni[n], qui maior erat inter eos, Gillam, filiam suam, in uxorem, eo tamen pacto ut baptisaretur, deditque sibi totam Neustriam, quam sic per Normannos edomuit, quia iam diu contra eum rebellaverunt[o]. Gerloni vero secundo Normannorum duci dedit et sub eadem condicione uxorem nobilem et montem Blesensem. Quos ambos cum eorum gente Rothomagensis archiepiscopus baptisavit. Rollonem Robertus, frater regis Eudonis, de sacro fonte levavit et de suo nomine Robertum nominavit. Ipse vero patriam sibi datam a sue gentis vocabulo, id est a Normannis, Normanniam appellavit, que prius Neustria dicebatur; ipseque primus dux Normannie [ib.] fuit; qui genuit Guillelmum[p], qui Richardum, et iste Richardum secundum, et ille Richardum tercium et Robertum, fratrem eius, patrem Willelmi[q] Nothi, qui[r] Angliam conquisivit, Araldo Anglorum rege in bello perempto; qui rex Guillelmus[s] Anglie conquisitor genuit Willelmum[t] et Henricum reges Anglorum, ex quibus processerunt Anglorum reges et eorum successores usque in hodiernum diem. Et sic reges Anglie ex huius Rollonis Normanni genere prodierunt.

Gerlo in monte Blesensi castrum edificans habitavit ibidem; qui de uxore sua genuit Theobaldum Vetulum, Theobaldus Odonem Campaniensem, sic dictum quia natus fuit in campo; Odo genuit alium Odonem, qui genuit Theobaldum et Stephanum; Stephanus vero genuit comitem Theobaldum. Hec est generacio comitum Blesencium[u] qui de genere prodierunt Gerlonis Normanni. Taceant igitur, quoniam errant, qui dicunt, a Guenelone comites descendisse Blesenses, cum nec eiusdem generis nec patrie nec lingue seu nacionis aut nominis extiterint Genelo[v] proditor et Gerlo Normannus, nec eciam eiusdem temporis[w]; nam Genelo[x] tempore Karoli Magni fratres suos christianos prodidit; hic vero Gerlo[y], qui prius fuerat christianorum persequtor, nunc tempore Karoli Simplicis est christianus effectus.

Quomodo Ghisna nobis ablata fuit.

Post hoc bellum cruentissimum et Normannorum conversionem miles quidam de Danorum reliquiis, qui hoc monasterium et patriam cum Danorum excercitibus frequenter affligendo destruxerat[3], nomine Sifridus Dacus cum sua turma huc rediit, et Ghisnas villam et patriam occupans, a nobis abstulit, sibimet usurpavit, sedem suam in ea posuit, dunionem[z] et castrum construxit, et se Ghis- [Lamb. Ard. c 7 8]

a) Taruennicam *A* 1. b) spectant *A* 1. c) ordinari *A* 1. d) *locus vacuus in codd.* e) Bourbourch *A* 1 f) *suppl. sec. manu A* 1. g) quem *B* 1. h) ub canetur *A* 1. i) affect. *A* 1. k) regnū *B* 1. l) *A haec tantum:* Adalolphus abbas 22. m) Adalolfus *h. l. B* 1, *et saepius A* 1. *B* 1. n) Roboni *A* 1. o) debellaverant *A* 1. p) Guillermum *A* 1; Gillelmum *B* 1. q) Willermi *A* 1. r) et *add. A* 1. s) Guillermus *A* 1; Gillelmus *B* 1. t) Willermum *A* 1. u) Blesensium *A* 1. v) *sic hoc loco A* 1. *B* 1. w) tpi *A* 1. x) Ghenelo *h. l. A* 1. y) Gherlo *h. l. A* 1. z) divionem *A* 1. *B* 1.

1) Haveskerque, praef. Hazebrouck. 2) Certe intelligit chartam postremo apud Giry, 'Hist. de la ville de St. Omer' p. 371 sqq. impressam, et in hac locum: *Custodes qui singulis noctibus per annum vigilantes . . . et qui preter feodum suum* etc., quo vero minime probatur quod noster demonstrare vult. 3) Mera auctoris coniectura.

Lamb. Ard. c. 9. 10

narum dominum appellavit. Cui cum abbas noster Adalolfus et monachi pro sui[a] posse resisterent[1], ipse Sifridus ad Arnulfum Flandrie comitem se transtulit, qui eum secum retinuit; sciebat enim eum virum fortem et armis strennuum. Cumque a domino abbate nostro comes Arnulfus, frater suus[b], fuisset requisitus, ut rem suam sic violenter ablatam eo iuvante recuperare posset[2], Arnulfus comes non solum non reddi fecit, sed ipsum Sifridum in facto suo penitus sustinuit et eum ad fidelitatem et homagium de terra Ghisnensi recepit.

ib. c. 10.

. . . .

Pars 4.

De rege Anglie submerso et in hoc monasterio sepulto.

932. Sigeb. Folc. II, 65.

Anno Domini 932.[3] obiit Hucbaldus monachus monasterii Sancti Amandi Elnonensis, magnus philosophus atque musicus, qui de multis sanctis cantus dulci modulacione composuit. Ipse fuit ille quem domnus abbas noster Rodulfus huc ad se instruendum mandavit, supra capitulo Rodulphi, parte prima; cui in prestariam abbas noster concessit villam huius ecclesie Henbencort in pago Viromandense, capitulo Rodulfi, parte 2; quam villam hodie non tenemus; quomodo vero recesserit a nobis, penitus ignoramus.

Will. Malm. II, 139. Folc. II, 77. Fl. gen. Will. Malm. II, 123. 126. Folc. II, 77.

Eodem tempore Anglorum rex[4] Eadwinus, filius Eadwardi, frater Atelstani, regum Anglie, orta regni perturbacione, apud regem Atelstanum, fratrem suum, per quendam eius pincernam de prodicione insimulatus[c], rex eum solum cum armigero navem ascendere iussit remige et remigio vacuam et vetustate cassam, et a portu in altum mare deductam fortune committi; sicque iuvenis in talibus[d] vite pertesus, nave fluctibus involuta, submersus est; cuius corpus, cum ad littus nostrum esset fluctibus eiectum, dominus Adalolfus comes et abbas noster cum honore recolligens, ad hoc Sancti Bertini monasterium suum detulit et cum status decencia sepelivit, quoniam propinquus erat ei carnali consanguinitate. Etenim Balduinus Calvus, pater huius abbatis nostri Adalolfi, uxorem habuit Elstrudem, filiam Anglorum regis Alvredi[5], sororem Eadwardi, patris huius regis Eadwini submersi et Ogive Francorum regine, matris[6] Ludovici regis nunc regnantis. Frater vero eius rex Atelstanus, qui hunc in fluctibus propulit, plurima huic loco in elemosina direxit ensenia. Eadwinus autem licet non regnaverit, rex tamen nominatur; nam filii regum reges, filii[e] ducum duces et filii comitum comites iure nominari possunt, ut notatur in glosa capituli . . . .[f], et sic habent in usu Theuthonici. Post hoc quadam die sollempni, dum pincerna regis et fratris sui delator sive proditor regi propinaret, et uno pede lapsus, cum altero se recollegisset, ait: 'Sic frater fratrem adiuvat'. Quo audito, rex auxilii fratris, si viveret, reminiscens, fratris proditorem statim obtroncari precepit.

Will. Malm. II, 139.

De morte domini Adalolphi abbatis nostri.

Folc. II, 75. 933.

Post hoc dominus abbas noster Adalolphus comes in monasterio egrotans, obiit anno Domini 933, Idus Novembris. . . . . Carte eius et privilegia nulla sunt.

Capitulum 23.

est de Arnulfo huius loci abbate 23.

Pars[g] 1.

Folc. II, 75. et Fl. gen. 3i. Ps 82, 13

Arnulfus Magnus sive Senex vel Vetulus, huius loci abbas 23, Flandrie comes, filius Balduini Calvi fraterque Adalolphi Boloniensis et Ternensis comitis et abbatis nostri nuperrime defuncti, dictus Senex sive Vetulus propter sui longevitatem[7], quia diutissime vixit, sicut patri successerat in comitatu, ita nunc fratri defuncto successit in Boloniensi comitatu et Ternensi ac in abbacia presenti iuxta illud psalmi: *Hereditate possideamus sanctuarium Dei*. Incepit autem hic abbatissare tempore Iohannis pape XI, de quo supra proximo, parte 3. Videns et dolens inclitus comes et abbas noster Arnulfus, quod Normanni a Willelmo secundo Normannorum duce, filio Rollonis, a Dacia [vocati[i]] hec nostra Picardie littora maximeque Boloniensis ac Ternensis comitatus terramque Sythiensem devastaverant, supra proximo, parte secunda, que quidem terre patris sui Balduini ac post fratris sui Adalolfi comitum fuerant et nunc, hiis defunctis, hereditarie sibi provenerant[8], Normannis parans rependere vicem[9], excercitum[10] de Monsterolo[11] duxit usque ad Pikiniacum[12] in pago

a) suo *A* 1. b) eius *A* 1. c) insimilatus *B* 1. d) vitalibus *B*. e) filii — possunt *eadem manu in loco raso B* 1. f) *spatium vacuum in codd.* g) P. 1. *des. h. l. B.* h) scant. *B* 1. i) *deest B.*

1) Haec certe sibi finxit Iohannes. Lambertus Ard. Sifridum dicit ortum e genere Walberti Pontivensis, e cuius donatione Bertinienses totum comitatum Ghisnensem sibi pertinere contendebant (cf. supra cap. I, parte 10; Lamb. Ard. c. 4; V. Bertini c. 7). Quare noster cum illud Lamberti omisit, tum semper quae ille in laudem comitum Ghisnensium tradit ad eorum reprehensionem contumeliamque infesto animo vertit. Lamberti verba omnia fere mutat. Quam ob rem ea tantum typis latius positis expressimus, ubi illius sententiam mutasse videtur. 2) Haec certe pure mentitus est auctor. 3) Sigeb. ad a. 931. et a. 879. 4) Rex appellatur a Folcuino II, 77. 5) Fl. gen. et ceteri Flandrenses libri falso tradunt, eam fuisse filiam Edgeri regis. 6) Haec ex Andr. March. p. 759 sq. 7) Cf. 'Cron. de Flandres' p. 2. 8) Ex Folc. II, 73. 75; cf. supra p. 771. 9) Causam belli inter comitem Flandriae et ducem Normanniae sibi effinxit auctor. Multo aliter coaevi scriptores rem referunt. 10) Unde sequens narratio sumta sit, nescio; maxime convenit cum Willelmo Gemeticensi IV, 10—12, cum vero hic ducis, noster comitis partes faveat. Cf. de his rebus praesertim Dudonem III, et Richerum II, 32. 33. 11) Montreuil. Quod oppidum a. 939. Arnulfus ceperat, sed ab Erluino, cuius fuerat antea, auxilio ducis Wilhelmi mox eiectus erat. Quae sequuntur gesta sunt demum a. 942, Dec. 17. 12) Picquigny.

Ambianensi super Somonam fluvium; contra quem Willelmus dux Normannie cum excercitu venit[1]. Ambobus excercitibus utrimque locatis soloque flumine interlabente divisis, Willelmus et Arnulfus ad mutuum colloquium seu tractatum diem sibi statuunt in insula Pikiniaco predicta, se treugis invicem assecurantes, sed solum quamdiu in insula simul
5 essent; die statuta simul in insula veniunt, quiete tractant et colloquntur; tandem sine concordia Willelmus recedens ab insula, navem intrat, et treugis per sic finitis, Willelmus incaute, non confestim renovatis induciis, in insula rediens Costin, a Blasone[2] cognomento Curto, comitis camerario, interficitur[3]; sicque Willelmum ipsum sua fefellit incauta simplicitas, qui defectis treugis ad hostem rediit non assecuratus. Ad eius cingulum inventa est clavis
10 familiaris scrinii, in quo fuerunt inventa indumenta monachalia, que semper inter bella meditabatur se gestaturum apud Iumegium, quem locum a tempore Astingi[a] desertum ipse fructicosis sentibus purgaverat et ad hunc statum quem nunc evexerat. Post eum fuit dux Normannorum Richardus, filius eius. . . . . (Will. Malm. II, 145.)

Pars 3.

De huius comitis devotione ad ecclesiam.

15 Hic comes et abbas Arnulfus, ecclesiarum maximus reformator, eas omnimodis honorabat, decorabat et ditabat. Ipse Brugis in ecclesia beati Donaciani duodecim canonicos instituit et prebendas, ecclesiam et canonicos et Toralto fundavit. (Fl. Gen. B) Ipse eciam ecclesiam Blandiniensem, quam dudum sanctus Amandus Elnonensis in monte Blandinio[b] construxerat, que nunc dicitur sancti Petri Gandensis, valde lapsam per beatum Gerardum tunc Primiensem[c] abbatem, qui quasi solus in hiis occiduis partibus religionis erat exemplum, repa-
20 ravit et ad regularis vite normam restauravit; (V. Gerardi c. 28) quam eciam ipse comes possessionibus augens, apud plures reparator Blandini[d] nominatur. (Fl. gen.)

Quomodo predictus[e] comes hanc ecclesiam reformavit et resignavit.

Tunc vero specialiter Arnulfus comes et abbas noster, visis miraculis prenaratis[f,4], que Deus ipso presente per merita beati patris nostri Bertini dignatus est operari, compunctus corde intrinsecus atque dolens hic religionem
25 monasticam dudum a beato Bertino constructam et fortiter observatam et nunc a 40 annis et citra patris sui et fratris atque sui incuria prorsus aboletam, ut pristinam religionem extrueret et locum istum antiqua sanctitate nobilitaret, beatum Gerardum hunc, de quo sermo nunc habitus est, qui quasi solus religionis destrictionem in hiis partibus observabat, ad se vocavit et, ut hic ordinem reduceret, rogans, hanc abbaciam et monachorum regimen ei concessit anno Domini 944; (Folc. II, 77.) sed ne secularia negocia monachorum corda a principali, id est sancto, propo- (944.)
30 sito diverteret, in temporalium gubernacione beato Gerardo suisque successoribus adiutor semper extitit, et inde est quod rex Lotharius in privilegio suo nobis a se concesso[5] et[g] iam superius alegato Arnulfum semper[h] abbatem nominat; quod[i] tamen privilegium longe post hanc huius ecclesie mutacionem datum fuit, id est tempore Regenoldi abbatis. Nam et hunc beatum Gerardum, Widonem, Hildebrandum primum, Regenoldum, Adalolfum [II.[k]] et Hildebrandum II. successive abbates nostros ipse
35 Arnulfus[l] pro suis gratibus instituit et amovit[6]. Ipse comes et abbas Arnulfus ante hec tempora beati Gerardi solus et in solidum rexit hoc monasterium annis undecim[7], et post hoc longo tempore vixit, et tandem plenus dierum obiit. Unde et[m] in cathalogo[n] comitum Flandrie multis agnominatur[o] vocabulis; dicitur enim Arnulfus primus, quia ante eum[p] nullus Arnulfus[q] comes fuit, dicitur eciam reformator Blandini[d] propter causam iam dictam, dicitur Arnulfus Senex et Arnulfus Vetulus propter sui longe-
40 vitatem[8], nempe comitatum Flandrie rexit plus quam 46 annis[9]. (Fl. gen. c. 3. 4.) Carte sui temporis nulle.

Capitulum 24.

est de sancto Gerardo huius loci abbate 24.

Sanctus Gerardus huius loci abbas 24, nacione Namurcensis, vir genere nobilis, in iuventutis sue flore milicie cingulum adeptus, dein consiliarius ac gubernator comitis Namurcensis effectus, domino suo (V. Gerardi)
45 gratus et cunctis amabilis extitit. Hic, seculo derelicto cum pompis eius, primo monachus in monasterio Primiensi, deinde sub abbate Sancti Dyonisii Ariopagite, a quo corpus beati Eugenii martiris obtinuerat, professus, ipsum sanctissimum thesarum[r] in monasterium Primiense detulit, ubi postea abbas effectus sic profecit in regulari professione, ut in hiis occiduis partibus singulare religionis exemplum diceretur et vere esset. (Folc. II, 77.) Cuius fama virtutum undequaque diffusa ad aures Flandrie comitis Arnulfi Magni tunc abba-
50 tis nostri pervenit. Qui comes inclitus, viso miraculo, quod eo presente in uxore sua propria Deus per merita beati Bertini dignatus est operari, supra capitulo proximo, parte secunda, itemque miraculo de filio pretoris huius ville, e[odem] capitulo et parte, consideransque hunc locum, in quo semper religio ab eodem patre con-

a) Austigi *B* 1. b) Blandino *A* 1. c) p̄miensem *A* 1. *B* 1 (*pro* Broniensem) *semper.* d) Blandinii *A* 1. e) pr. c. *des. A* 1. f) *sic B* 1. g) nam sup. *A* 1. h) pp *A* 1. i) q̄ dictum priv. *A* 1. k) *deest B.* l) Arnoldus *A* 1. m) *deest A* 1.
55 n) chatalogo *B* 1. o) anom. *A* 1. p) ipsum *A* 1. q) Arnulphus *suppl. sec. manu A* 1.

1) Non ad pugnam cum exercitibus, sed ad colloquium convenerunt principes. 2) i. e. Balzo. 3) Cf. Andr. March. p. 761; Will. Malm. II, 145. 4) Parte 2. ex Folc. II, 76. et Mirac. Bert. II, 12.
60 5) Apud Folc. II, 79. 6) Ut Folc. singulis locis narrat. 7) a. 933—944, ut ex Folc. II, 75. 77. didicit Iohannes. 8) Cf. 'Cron. de Flandres' p. 2: *appeles le Vieulx pour son grant eage.* 9) scil. ab a. 918—964, ut ex Folc. et Fl. gen. B. didicit.

Folc. II, 77 structa viguerat, iam patris sui fratrisque sui, utpote laicorum, incuria totaliter a sancta religione destitutum, compunctus corde vehementer indoluit, et accersito domino sancto Gerardo, ipsum rogat et deprecatur, ut religionem hic aboletam reparare velit. Quod dum beatus Gerardus annueret[a], comes abbaciam in manibus eius resignavit et eum a Wicfrido Morinorum episcopo consecrari fecit in abba- 944. tem[1] anno Domini 944.

De huius monasterii reformatione ad regularis vite normam.

Folc. II, 77 Hoc facto, comes Arnulfus et abbas Gerardus super ordinis reformacione cum monachis tractare ceperunt, ut eos ad consensum boni consilii possint inclinare, et aliquos quidem sed paucos promptos invenerunt bonis monitis acquiescere, quosdam eciam pusilanimes, quos abbas dulciter attrahens, eis religiosissimos[b] viros e diversis mundi partibus huc advocatos adiunxit, qui eos instruerent in via Dei; plures autem induratos a benevolis segregans, seorsum per cameras distinxit, ne bonos suis maliloquiis a sancto proposito retraherent, nec cessavit eis viam ostendere salutis, si forte audiant et acquiescant; ib. sed cum induratos animos eorum flectere non valeret nilque proficeret, abbas Gerardus[2] secundum beati Benedicti regulam, utens ferro abscisionis[3], invocato brachio seculari, eos sic induratos nec converti volentes per vim comitis de monasterio expulit, ne morbida ovis pium gregem contaminet[3]. Concurrit populus quasi ad spectaculum, eratque videre dolorem in exitu monachorum, qui, multitudine populi concomitanti, ad Longonessum villam huius monasterii[c], et ibidem aliquantisper comes eos immorari fecit. Tunc comes pluries eos rogavit et induci fecit, ut ad bonum revertantur propositum, promittens eis omnia laute necessaria, solum ut religionem teneant quam Deo voverant; sed cum nichil omnino proficeret, eos de terra sua eiciens, mare in Angliam transire coegit; qui in Angliam venientes, ab Adelstano rege benigne suscepti sunt, et monasterium eis concessit ad Balneos dictum, vulgariter vero Bade, eo specialiter, quia rex Eadwinus, frater eiusdem regis, in mari pridem mersus hoc in monasterio fuerat recollectus et honorifice susceptus, supra capitulo Adalolfi*, parte finali *c. 22

Quod sanctus Gerardus, hoc ordinato monasterio, ad Blandinium transiit.

Gerardus abbas noster, vir sanctissimus, hac abbacia quoad religionem bene disposita, ad Blandiniensem, in qua reformanda multum laboraverat, et adhuc sua personali presencia multum indigebat, ib. redire deliberans, videns se personaliter utrobique non posse vacare, in hoc monasterio regularis vite regimen loco sui commisit venerabili viro Agiloni, monacho condam Sancti Apri Tholetani, iuncto sibi Womaro Blandiniensi monacho, non tamen sub nomine abbatis; nam et beatus Agilo inter abbates nostros non nominatur; et sic dompnus sanctus Gerardus ad Blandinium rediit, postquam hoc monasterium rexerat annis tribus[4]. . . . .

ib. Dominus sanctus Gerardus, hoc monasterio et Blandiniensi reformatis, sanctoque Agilone defuncto, nepotem suum 947. Widonem hic abbatem instituens anno Domini 947, ipse penes Arnulfum comitem mansit; quem eciam comitem ipse beatus Gerardus Dei gracia de morbo calculi miraculose curavit, ut in eius legenda continetur. (V. Gerardi 27. 28.) Comes vero Deo et ecclesie devotus sancteque religioni multum affectus, huic viro sanctissimo Gerardo omnes terre sue abbacias huius ordinis reformandas commisit, numero decem et octo; quas, abbatibus et eorum regimini superintendens, gloriosissime reformavit et ad regularis discipline normam instauravit. Carte seu privilegia sui temporis nulla sunt.

Capitulum 25.
est de Widone huius loci abbate 25.

Folc. II, 77 Wido huius loci abbas 25, nepos dompni beati Gerardi iuvenis ab eo regulariter educatus, defuncto beato Agilone huius monasterii sub beato Gerardo gubernatore seu rectore, fuit hic a beato Gerardo abbas institutus promocione Flandrensis comitis Arnulfi anno Domini 947; qui promotus in abbatem, a beato Gerardo aliqualiter elongatus, iuventutis sue gaudia nimium sectabatur; quam ob rem fuit hinc a beato Gerardo depositus; vixque comes a beato Gerardo optinere potuit, ut eum permitteret ad alium locum promoveri, sed finaliter insistente comite, translatus est ad abbaciam Sancti Bavonis Gandensis, Womaro vero Blandiniensi monacho, de quo mencio fit supra capitulo proximo, fuit huius loci regimen ad tempus a beato Gerardo commissum 950. anno Domini 950[4]. Rexit autem Wido monasterium annis vix tribus. . . . .
Carte Widonis nulle.

Capitulum 26.
est de Hildebrando huius lo ci abbate 26.

. . . .

De translacione sancti Silvini ad hoc monasterium Sancti Bertini.

Folc. II, 78. Eodem tempore idem comes Arnulfus senior corpus beati Silvini de Alchiaco[6] per modum vadii

a) anueret *B* 1. b) religiosimos *B* 1. c) *quoddam verbum deest.*

1) Paene crediderim, hoc sibi auctorem finxisse, cum ex Folc. II, 71. 80. sciret, tunc sedisse Wicfridum. Non enim probabile neque alibi traditum est, Gerardum consecratum esse abbatem Bertiniensem. Immo huius monasterii regimen ei tantum ad tempus a comite commissum est, ut ex Folc. et V. Gerardi elucet. 2) Gerardo tribuit quae Folc. de comite narrat. 3) Verba sunt regulae S. Benedicti cap. 28. 4) a. 944—947, ut ex Folc. coniecit. 5) Annum ex coniectura falso supplevisse videtur auctor, cum Folc. II, 78. dicat, parvo tempore post Widonem a. 950. Hildebrandum electum esse. Ideoque tres annos 947—950. regiminis Widoni tribuit. 6) Auchiles-Moines.

receptum huc[a] attulit[1], ea tamen condicione, ut, si statuta die et ante pulsacionem prime in hoc monasterio non redimeretur, idem sancti corpus nobis perpetuo remaneret. Die statuta venerunt Alchiacenses cum precio, ut vadium redimerent, et Morini manserunt illo sero; mane segnius surgentes et ad Sithiu propinquantes, audierunt sonum campanarum in Sancto Bertino. Subdentes igitur calcaribus equos, ad monasterium Sancti Bertini celeriter pervenerunt, oblato precio, sancti corpus repetunt, allegantes, fraudulenter a nobis sic tempeste pulsari primam; quibus abbas respondit, horam esse tardam nullamque fraudem intervenisse, et petivit, quisnam primam pulsasset; et cum ad campanulas ventum est, viderunt eas sine humano[b] ministerio Dei nutu ventilari, quasi gaudium nunciantes, sanctumque Silvinum locum sibi perpetue requietionis[c] hic elegisse; quo viso miraculo, tristes Alchiacenses ad propria redierunt inacti.

. . . .

Pars 2.

Quod dominus Hildebrandus factus est abbas Sancti Vedasti.

Postquam dominus Hildebrandus hanc ecclesiam rexerat annis quatuor, ab avunculo suo comite Arnulfo predicto destinatus est reparare Sancti Vedasti monasterium, dolentibus et reclamantibus fratribus nostris, ne tam pius pater ab eis auferretur. Quo perveniens, iniunctum sibi officium excellenter implevit; et quia utrobique simul et commode non potuit intendere, consilio comitis per beatum Gerardum hic subrogatus fuit abbas dominus Regenoldus huius loci monachus anno Domini 954. . . . . (Folc II, 79.) (954.)

Carte huius abbatis seu privilegia nulla sunt.

Capitulum 27.

est de Regenoldo huius loci abbate 27.

Pars 1.

Regenoldus abbas huius loci 27, precibus domini Hildebrandi iam pridem abbatis nostri atque consilio Flandrie comitis Arnulfi est hic in abbatem per beatum Gerardum subrogatus et per Wicfridum Morinorum episcopum consecratus anno Domini 954; qui, quia circa gregem sibi commissum satis erat sollicitus, brevi tempore factus est amabilis omnibus. (Folc. II, 79) (954.)

Hoc eodem anno rex Francorum Ludovicus, filius condam Karoli Simplicis, postquam regnaverat annis . .[d], obiit; cui successit in regno Lotharius, filius eius ex Gerberga, sorore[e] Otthonis imperatoris, adhuc in etate puerili constitutus. (Andr M)

Ipse dominus abbas Regenoldus, statim ut confirmatus fuit, emit consilio comitis antedicti a quodam Hugone, viro illustrissimo, ecclesiam sancti Michaelis in Wasconvillari[f] in pago Boloniensi, denariorum libris quinque; quam ecclesiam, que antea fuerat huius ecclesie, comes abbas effectus infeodaverat eidem Hugoni, et quia dictum feodum empcionis titulo retractum fuerat comitis consilio, dicitur comes huic ecclesie tradidisse[2], qui tamen modus agendi pocius dici debet empcio vel redempcio, quam tradicio vel donacio; hec est qui nunc dicitur prioratus de Wasto[3], qui post in ius Cluniacencium cessit. (Folc. II, 79) Tradidit eciam et villam de Arkes, quam sanctus Walbertus beato Bertino in corpore viventi dederat, supra capitulo sancti Bertini, parte 10[4], que erat unum de principalioribus membris huius ecclesie et abbati deputata; in qua ab inquirenti frequentabatur populo, supra capitulo Odlandi, parte 3[5]. Hanc comes Arnulfus sicut pater suus et frater suis usibus mancipatam tenebant; quam nunc victui fratrum applicavit, utens vocabulo doni[6]; quod factum magis restitucio, immo pocius destitucio, quam donum vocari debuit; nam abbatis statum destituens, conventui dedit, a quo eciam magnam partem, id est nemus et castellum de Ruhout cum iuribus suis et pertinenciis, que pars de Arkes erant, sibi et successoribus Flandrie comitibus retinuit. (ib. II, 78) Similiter tradidit villam Petresse, que Calesium dicitur[7], que tempore beati Bertini et longe post hoc de terris, tenementis et apendiciis erat nostri comitatus Arkensis ex dono sancti Walberti predicti, ut patet capitulo sancti Bertini, parte . . . .[d, 8]. (ib. II, 79) Tradiderat quoque ante hec tempora fiscum Merki, quando uxor eius Athela prima feminarum hoc monasterium fuit ingressa, supra capitulo Arnulfi, parte 2[9], ubi de hoc plenius habetur; que eciam terra Merki fuerat de tenementis comitatus Arkensis ex donacione Walberti. (ib. II, 76)

De hiis omnibus simul comes a rege Francorum Lothario privilegium confirmacionis impetravit, in quo hec iam dicta et quedam alia continentur, quod sic incipit: *In nomine sancte et individue Trinitatis. Lotharius divina ordinante providentia* et cet. *Manu propria eam signavimus et anuli nostri inpressione*[g] *assignari iussimus. Signum Lotharii gloriosissimi regis.* Hoc privilegium Lotharii regis nota bene, monache Sithiensis, quia plura sunt ibi bene notanda. Confert enim nobis quinque. Primo confirmat hec et quedam[h] alia; secundo amortizat nobis omnia; tercio exemptat nos a cuiuscumque alterius laicali iusticia; quarto concedit nobis iusticiam in loca (ib. II, 79) (956.)

a) hic *B* 1. b) humani *B* 1. c) requiestionis *B* 1. d) *spatium vacuum codd.* e) sorrore *B* 1. f) Wastonv. *ut videtur B* 1. g) inpssione *B* 1. h) qudam *B* 1.

1) Sequentia ex Vitae S. Silvini exemplari Bertiniano sumsisse videtur auctor, quae in editis non occurrunt. 2) In charta scilicet Lotharii regis apud Folc. II, 79. 3) Le Waast a Boulogne versus orientem. 4) Ubi haec ex V. Bert. c. 7. ed. Mabill. sumta. 5) p. 766, ex Folc. I, 48. 6) Cf. chartam Lotharii Folc. II, 79. 7) Pars urbis Calais dicitur Pétresse. 8) Intelligit partem 10, p. 762, sed quia ibidem Calesii non mentio fit, librarii lacunam explere non ausi sunt. 9) Ex Folc. II, 76.

nostra; et quinto recipit nos in salva sua gardia. Igitur ex quo fuisti semel in salva gardia regis per stilum regium, semper ad eam redire poteris; et bene nota, quia comes Flandrie hanc salvam gardiam impetravit, ergo nec ignorare nec contradicere debet. Item nec impetravit ut comes, sed ut abbas huius loci; quod bene patet per textum privilegii, quia rex in eo semper nominat Arnulfum abbatem et non comitem. Hoc[a] enim habet stilus regius, quod communiter salvam gardiam non concedit militibus aut laicis, sed solum ecclesiis, viduis, orphanis et personis miserabilibus. Memoreris igitur, cum opus habueris, quia ad requestam comitis Flandrie et Artesii comitis usi sumus salva gardia regis. Item nota, per hunc Arnulfum et duos predecessores eius laicos abbates nostros Balduinum et Adalolfum hanc abbaciam valde fore lesam, qui quasi hereditarie possidere volentes ecclesiam Dei, omnia facta huius ecclesie non sub nomine abbatis, sed sub nomine comitis agebant, intellectus hominum involventes, ut res ecclesie viderentur res comitatus; unde et villa Sancti Audomari, que nostra erat, Flandrie comitem Balduinum Calvum, eo quod huius ville fortalicium perfecit, quod sanctus Fulco inceperat, supra capitulo Balduini, parte prima[1], inter suos nominat fundatores ut comitem.

Adalolfus terram Ghisnas a nobis violenter ablatam tepide et vix repetit a fratre suo comite Arnulfo Flandrie, supra capitulo Adalolfi, parte prima[2], timens forte, ne, si questio coram rege veniret, hec abbacia ab eo tamquam iniusto possessore tolleretur. Arnulfus eciam iste quasi hereditatis succes- [Folc. II, 77.] sione iam noster abbas effectus, nobis Ghisnas nec reddidit nec reddi fecit; sed viso miraculo, quod in eius uxore Dominus est operatus, supra capitulo Arnulfi, parte 2[3], quasi corde compunctus esset, hanc abbaciam iniuste possessam resignavit et in ea beatum Gerardum abbatem canonice confirmari et consecrari fecit, deinde Widonem, post Hildebrandum, et nunc Regenoldum; nichilominus in hoc privilegio abbatem se nominari facit; et sic, quod absurdum est, in eodem corpore videbantur duo capita quasi monstrum. Sed hoc ideo fecit, ne fieret alienus a nostrorum percepcione temporalium, et quidquid ipse vel eius predecessores Balduinus et Adalolfus nobis dedisse dicuntur, totum erat de nostro, ut iam superius expressum est, licet plura sibi retinuerunt vel sic alienaverunt, quod[b] numquam ad nos postea redierint[c].

Item nota, quod fiscum Merki et cetera que nobis dedisse dicitur et a nobis in prestariam recepisse pro censu centum solidorum, supra capitulo Arnulfi, parte 2, et nunc isto privilegio regali confirmatum est, ipse, uxor eius et filius eorum inclitus Balduinus, quamdiu vixerunt, tenuerunt sub predicto censu; sed eis defunctis, Arnulfus, eorum successor, et ecclesie restituere et censum solvere recusavit, ut infra patet, capitulo Hildebrandi, parte 2[4].

Pars 2.

De malis iniciis pravisque successibus comitum Ghisnensium.

Quia de Ghisnensi terra seu comitatu statim est habita mencio, ideo de comitum Ghisnencium pravis iniciis malisque successibus hic dicendum. Supra capitulo Adalolfi, parte 2[2], [Lamb. Ard. c. 9. 10.] Sifridus Dacus Ghisnas nobis abstulit, se Ghisnarum dominum appellavit et sub Flandrensis comitis Arnulfi protectione possedit, et licet abbas noster Adalolfus, eiusdem comitis frater, Ghisnam ablatam repe- [ib. c. 10. 11] cierit, nichil tamen profecit. Arnulfus enim[d] sciens[e] Sifridum militaribus actibus ydoneum[f], ipsum non solum ad Ghisnarum[g] homagium suscepit, sed eciam eum secum hospicio retinuit, et sicut assolet, peccata peccatis accumulantes malo fine concludi, sic Sifridus[h] iste Ghisnarum predo huic sacrilegio plura facinora superaddens, domino suo predicto comiti Arnulfo sic infidelis extitit[i], quod filiam eius pulcerrimam Elstrudem nomine circonveniens, clanculo inpregnavit[k]; qua re scita, comes contra Sifridum fremens inardescit. Sifridus vero comitis indignacionem fugiens, in Ghisnas rediit, ubi laqueo se suspendit[5]. Sic et frequen- [ib. c. 12] tissime visum est, qui hanc ecclesiam sponte leserunt, a Deo[l] fuisse punitos. Elstrudis autem, comitis filia, veniente partus sui tempore, filium peperit, qui vocatus est Ardulfus. Sic Elstrudis cum nota verecondie canos patris doloribus afficiens, reliqum[m] vite sue peregit. Hoc est inicium Ghisnarum comitum, quorum primus fuit iste bastardus Ardulfus.

. . . .

Capitulum 28.
est de Adalolpho huius nominis II, huius vero loci abbate 22.

. . . .

De morte Balduini, filii Arnulfi Flandrie comitis, et fine regiminis domini Adalolphi.

[Folc. II, 80] Post hoc circa natale Domini prefatus Balduinus, filius Arnulfi Flandrie comitis, morbo, quem medici variolas nominant sive poccas, corripitur et in die circoncisionis Domini immediate sequente cursum presentis finivit vite. Erat inde toti populo luctus et planctus multus; gratissimus enim iuvenis in omnibus actibus suis diligebatur a cunctis; et in hoc monasterio sepultus fuit anno Domini 961, regis Lotharii anno 8. Balduinus iste, licet ante patrem obierit, in numero tamen Flandrie comitum nominatur, quia Flandriam tribus annis rexit loco patris sui iam quasi decrepiti. Post cuius obitum Adalolfo ab Anglia reverso, Arnulfus comes Hildebrandum, nepotem suum, de Atrebato huc ad se vocavit, sicque fecit, quod dominus Adalolfus huius loci [962.] regimini cessit et Hildebrandus iterum reassumptus est hic in abbatem anno Domini 962[6]. Quod satis facile

a) H. e. h. *ead. manu in loco raso B* 1. b) que *ed.* c) redierunt *ed.* d) eñm *B* 1. e) *suppl. sec. manu A* 1. f) idon. *A* 1 *semper.* g) h. Gh. *A* 1. h) Frisidus *A* 1. i) exst. *A* 1. k) inpgnavit *B* 1. l) adeo *A* 1. m) *sic B* 1 *saepe.*

1) Supra p. 770. 2) p. 772. 3) Omissa a nobis; cf. part. 3, p. 773. 4) p. 777. 5) Hoc fabellam Bertinianam sapit. Tamen iam Lamb. c. 12. dixit, Sifridum *miserabili morte defunctum.* 6) Annum recte coniecit ex Folc.

erat fieri, nam a fratribus ut plurimum erat dilectus, eisque invitis et reclamantibus hinc ad Atrebatum perrexerat, supra capitulo Hildebrandi, parte secunda[1]. Rexit vero Adalolfus anno vix unico[2]. Carte eius seu privilegia nulla sunt. (cf. ib. c 79.)

Capitulum 29.
est de Hildebrando huic loco reassumpto 29.
Pars 1.

Hildebrandus 29. loco hic abbas reassumptus est factione Flandrie comitis Arnulfi, avunculi sui, modo iam narrato supra capitulo proximo circa finem. (Folc. II, 80.) Rexit autem vir venerabilis et in omni bonitate conspicuus dominus Hildebrandus elegantissime toto suo tempore. Huius secundi regiminis sui anno tercio magnus comes Arnulfus a longevitate dictus Senex et Vetulus, condam hic abbas, terminum quem preterire non poterat subiens, diem clausit extremum et sepultus est in Blandinio Sancti Petri Gandensis monasterio anno Domini 964, Lotharii vero regis undecimo[3], postquam Flandriis imperaverat annis 44[4]. . . . . (Fl gen. B. — cf. Rymkr. v 195. — 964.)

De adventu beati Dunstani ad hoc monasterium Sancti Bertini et exterminatione luporum in Anglia.

. . . . Deinde beatus Dunstanus Cantuariensis prime metropolis Anglorum primas et archiepiscopus instituitur; sicque veniens ab Anglia, ut Romam pergeret, ad hoc monasterium Sythiu declinavit; quem dominus abbas Hildebrandus gratifice ac cum honore magno recepit, et hic aliquanto tempore mansit anno Domini 964.[5] Postea, preparatis in itinere necessariis, hinc Romam proficiscitur, et a papa Iohanne huius nominis XIII.[6] pallium cum plenitudine potestatis accepit, ac negociis suis peractis, per pacis itinera ad Angliam est reversus. . . . . (Flor. Wig. — 964. — ib.)

Pars 2.
De Flandrie comite Arnulfo[a] secundo.

Flandrie comiti Arnulfo successit filius filii sui Balduini Arnulfus secundus, quem, cum puer esset et ad regendum inhabilis, rex Francorum Lotharius graviter infestavit. Atrebatum et Duacum pridem per Arnulfum Flandrie comitem regi Ludovico, patri suo, ablatas recuperavit; terras eciam ecclesiis ablatas restituit et patriam usque ad Lisam fluvium sibi subiecit. (Fl. gen — Sigeb — Andr M)

Quomodo Merk et Petresse a nobis sunt detente.

Flandrie comes Arnulfus II, bello contra regem Lotharium finito, Flandriaque pacata, cum iam ad etatem legitimam pervenisset, uxorem duxit Susannam, filiam Berengarii imperatoris et regis Longobardorum; de qua genuit inclitum Flandrie marchisum Balduinum Barbatum[b]. (Fl. gen.) Hildebrandus autem abbas noster videns eum ad etatem legitimam pervenisse, ad eum accessit, ostendens, quomodo avus eiusdem comitis comes Arnulfus senior huic ecclesie restituerat Merk et Petresse et in prestariam receperat ea condicione, ut ipse, uxor eius et filius eorum Balduinus eas tenerent dum viverent, quibus defunctis, ad nos remearent, supra capitulo Regenoldi, parte 1[1]; ostendens privilegium regis Lotharii ibidem alegatum. Comes ei respondit, parentes suos in earum rerum quieta possessione fuisse et obisse seque verum heredem et bone fidei possessorem; et de condicionibus non curans, abbatem remisit inactum. Sicque ecclesia ista villas illas cum suis territoriis amisit, quas nunquam postea recuperare potuit. Rexit autem vir venerabilis Hildebrandus eleganter toto suo tempore, sed de eius fine vel sepultura scriptum nil penitus invenitur. Post eius nempe decessum cepit hic ordo tepescere passimque[c] dissolvi usque ad tempora Roderici abbatis nostri 36.[7] Quare de gestis huius abbatis et aliorum sex post eum inmediate sequencium pauca[d] reperiuntur memorie commendata. Monachi enim nostri per guerras et alias insolentes ac propriis voluntatibus agitati, scribere non curaverunt. Carte seu privilegia sui temporis nulla sunt.

Pars 3.
Quomodo comitatus[e] Ghisnensis quo ad nos perditus mansit, et de[f] comitum successione.

Dictum est supra capitulo Adalolfi primi, parte [prima[f]], quomodo Sifridus Dacus nobis Ghisnas abstulit, ibi dunionem[g] instituit, se Ghisnarum dominum nominavit. (Lamb. Ard. c 8—10) Item quomodo Sifridus domino suo Arnulfo comiti sic[f] infidelis fuit, quod filiam[h] eius Elstrudem inpregnavit, cuius iram timens, laqueo se suspendit, supra capitulo Regenoldi, parte prima[8]. Nunc autem comes Flandrie Arnulfus iste secundus, eiusdem Elstrudis nepos, eidem et filio suo[i] Ardulfo compaciens, eorum curam egit, ipsum bastardum Ardulfum militem et Ghisnarum comitem (ib. 12.)

a) Arnulpho *h. l.* *B* 1. b) Barbateñ *A* 1. c) *suppl. sec. manu* *A* 1. d) *in loco raso* *B* 1. e) *bis scr.* *A* 1. f) *deest* *A* 1. g) diuionem *A* 1. *B* 1; donionem *ed.* h) e. f. *A* 1. i) eius *A* 1.

1) p. 775. 2) Sic ex Folc. II, 80. recte coniecit. 3) Nono secundum Sigeb. 4) Supra p. 773. rectius scripserat, Arnulfum rexisse a. 46. 5) Cf. Sigeb. Cont. Burburg. a. 1163. — Sed iam a. 960. Dunstanus Romam profectus est. 6) Immo XII. 7) A quo Simon incipit; cf. eius prol. et I, 1. 8) Immo parte 2, p. 776.

ordinavit contra ius et racionem; bastardus enim huiusmodi in hereditate paterna non succedit, quidquid sit de materna[a]. Comes eciam de re ecclesie disponere remque non suam dare non poterat, maxime quam sciebat ab ecclesia violenter et iniuste substractam[b]. Igitur inique possederunt quodquod ab illo tempore Ghisnarum comites exstiterunt, ut patet[c] per omnipotentem manum Dei, que quasi omnes infortunatos reddidit, quorum eciam multi[d] male perierunt[1]. Bastardus iste [Ardulfus[e]], a quo Ghisnenses comites descenderunt, uxorem duxit Mathildem, filiam Erniculi[f] Bolonie comitis, de qua genuit filium Rodulfum, hominem superbum, ferum et in suis predonem[g], qui in terra sua servitutem induxit, que colvokerlia vocabatur, per quam populares astrixit[h], ut arma nullus nisi clavas deferret, et inde colvokerli dicti sunt, quasi rustici cum clava; nam eorum vulgare 'colve' clavam et 'kerel'[i] rusticum sonat. Item[k] servitutem aliam induxit, ut quilibet vir, mulier, senex, puer aut infans ei denarium unum solveret in anno, in nupciis quatuor et in morte quatuor, et quisquis advena per annum ibidem moraretur, eidem servituti subdebatur. Iste Rodulfus uxorem duxit Rosellam, filiam comitis Sancti Pauli. Ipse in torneamento Parisius equo deiectus, a canibus laceratus est; cuius corpus in Secana proiectum nunquam postea potuit inveniri; et sibi successit filius eius[l] Eustacius Ghisnarum comes quartus.

(Lamb. c. 14. 16. 17. — ib. 36. — ib. 17. 18.)

Pars 4.

. . . .

Quomodo corpora sanctorum Walarici et Richarii sunt locis suis restituta, et de morte Arnulfi secundi Flandrie comitis et successione filii eius Balduini Barbati.

(Andr. M. (cf. Rel. Walarici 4. 5).)

In legenda beati Walarici legimus, quod sanctus Walaricus cum sancto Richario apparuerunt in sompnis Hugoni Capet dicentes: 'Vade ad Arnulfum Flandrie comitem, et dic ei, ut corpora nostra, que sunt apud Sanctum Bertinum, remittat ad ecclesias nostras. Respondit Hugo: 'Quis es, domine? et quis est socius tuus?' Et sanctus Walaricus ait: 'Ego sum Walaricus, et socius meus est Pontivensis Richarius. Age que precepit Deus, ne dissimules'. Adiit Hugo Arnulfum et sancti mandatum indicat. Arnulfus renuit. Cui Hugo: 'Tali die in Monasterolo corpora sanctorum honeste mihi deferas; quod si sponte non feceris, postea facies invitus'. Tunc Arnulfus, sumptis de hoc loco sanctorum predictorum corporibus in duabus techis auro et argento preparatis, illa Hugoni reddidit, qui ea suis locis restituit. Nocte sequente sanctus Walaricus iterum Hugoni in sompnis apparens, dixit: 'Quia, quod tibi preceptum est, diligenter corpora nostra locis nostris restituisti, tu in regno Francorum et successores tui regnabitis usque in sempiternam generacionem'. Quod post in brevi accidit, ut iam dictum est parte proxima. O vere 'iudicia Dei abbissus[h] multa', qui dixit: 'Meum est regnum hominum, et cui volo do illud'. Hic Hugo malam causam habuisse videtur, qui sicut predecessores sui contra dominos suos continuo rebellavit, ut patet de Eudone contra Karolum Simplicem, supra capitulo Rodulfi, parte secunda[2]. Sic et[m] Robertus, avus huius Hugonis, in bello Suessionico peremptus, supra capitulo Adalolfi primi, parte secunda. Hugo eciam iste Karolum dominum suum incarceravit, supra parte proxima. Item hec omnia facta sunt contra prohibicionem ecclesie et anathema latum in eos qui genus Pupini in regni possessione turbarent, supra capitulo Nantharii primi, parte 2[3]. Quibus non obstantibus, sanctus Walaricus Hugoni pollicitus est regnum, quod cito post obtinuit, nec tamen honeste, sed proditorie, ut patet ex dictis. Res miranda tanta mutacio regni, quod bene sensit propheta David, qui de ovibus vocatus ad solium regni dixit, quod: *Domini est terra et plenitudo eius.* Comes autem Flandrie Arnulfus secundus molliter et debiliter rexit annis 24[n. 4]; satisque cito postquam[o] corpora sanctorum Walarici et Richarii, ut iam dictum est, locis suis restituit, peracto mortalis vite cursu, migravit ad Dominum anno Domini 988. Cui successit Balduinus, filius eius, vir inclitus[p], prudens et strennuus, audax atque pulcherrimus[q], a proceritate barbe dictus Barbatus. Eodem anno corpora sanctorum Landoaldi, Adriani, Amancii[r] et aliorum de Wenteshove Hasbanie vico ad Gandavum translata sunt cum multa miraculorum gloria. Eodem quoque anno Hugo Capet coronatus est in regem Francorum, et Robertus, filius eius, cum eo.

(Ps 35, 7. — Ps. 23, 1. — Andr. M. Rymkr. 988. Fl. gen. Simon I, 1. Ann. S. Bav. a. 980. Andr. M.)

Capitulum 30.

est[s] de Balduino huius nominis secundo, huius vero loci abbate 30.

Balduinus huius loci abbas 30; de cuius regimine, principio sive fine, de eius gestis seu notabilibus actibus seu privilegiis suo tempore acquisitis nichil nobis reliquit antiquitas nisi nomen eius, et quod in[t] hoc loco statim post Hildebrandum noster abbas extitit et inter abbates nostros intitulatur. Propter guerras enim et temporum varietates monachi nostri vagi et[u] insolentes scribere non curaverunt, sicut dicitur supra proximo, parte secunda.

Capitulum 31.

est[v] de Arnulfo huius nominis secundo, huius vero loci abbate 31.

Arnulfus huius loci abbas 31; de cuius principio, fine, actibus[w], gestis, cartis, privilegiis nichil aliud habemus, quam ut dictum est supra proximo de abbate Balduino.

a) materia *B* 1. b) subtr. *corr.* substr. *A* 1. c) p̄r *A* 1. d) plures *A* 1. e) *deest* *B* 1. f) Ernicli *B* 1. g) *suppl. sec. m. B* 1. h) *sic A* 1. *B* 1. i) kerli *A* 1. k) Itemque *A* 1. l) suus *A* 1. m) *deest B.* n) xxxiv. *A* 1. o) postea quam *A* 1. p) pr. incl. *A* 1. q) pulcerr. *A* 1. r) Amati *A* 1. s) *A haec tantum:* Balduinus huius loci abbas 30. t) *deest A* 1. u) et — secunda *ead. manu in loco raso B* 1. v) *haec des. A* 1. w) actis *A* 1.

1) Ut Iohannes infra cap. 44, parte 3, longius exponit. 2) Quae hic repetuntur locis citatis sumta sunt ex Andr. March. et Folc. 3) Ibi ex Folc. I, 34; Andr. March. p. 771. 4) i. e. a. 964–988, ut didicit ex Fl. gen. B. et 'Rymkr.' v. 235, sed haec v. 239. falso a. 21.

Capitulum 32.
est[a] de Waltero huius nominis primo, huius vero loci abbate 32.

Walterus huius loci abbas 32. sedit tempore Hugonis regis. Suo tempore Milo quidam[b] monachus noster, archidyaconus Morinensis, villam nostram Hubertisin in pago Belvacensi super fluvium Tera, cuius dispensacio sibi fuerat ab abbate commissa, ipso abbate et conventu inconsultis, alienavit et cuidam militi Rainardo de Lanlondi[c] ad vitam tradidit pro ducentis solidis Belvacensium singulis annis solvendis in deposicione sancti Bertini. Rainardus autem cuidam homini suo illos ducentos solidos solvendos inposuit, et sic mutato solutore, velatus mansit[d] contractus primus; post mortem vero Rainardi heredes eius villam sibi usurpaverunt et quasi suam propriam hereditatem tenuerunt. Census eciam 200 solidorum solvi pretermissus est, et per nos negocium male prosequtum, tam villa quam redditus manserunt alienata[e], qui nunquam postea recuperari[f] potuerunt[1]. De gestis, fine seu principio huius abbatis nichil aliud reperimus. (Chart. Sith. I 92)

Capitulum 33.
est[a] de Trudgaudo[g] huius loci abbate 33.

Trudgaudus[g] huius loci abbas 33; de quo nichil habemus nisi nomen, et quod in hoc loco fuit abbas noster. . . . .

Capitulum 34.
est[h] de Odberto huius loci abbate 34.

Odbertus huius loci abbas 34. incepit anno Domini millesimo. . . . . 1000.

De sancto Henrico imperatore, et de electoribus et modo eligendi imperatorem Romanum.

Defuncto imperatore Otthone tercio, filio Otthonis secundi, qui eciam patri suo Otthoni primo successerat in imperio, videbantur imperatores quasi ex genere successisse, et exinde constitutum est imperatores eligi per officiales imperii. Sunt vero electores 7, scilicet tres archiepiscopi, id est: Maguntinensis cancellarius imperii per Germaniam, Coloniensis per Italiam et Trevirensis per Galliam; tres quoque principes seculares, id est: marchio Brandeburgensis camerarius imperii, dux Saxonie coram imperatore portat ensem, comes palatinus de Rheno dapifer imperii. Hii sex eligunt imperatorem, et si discordent, cum eis accedit rex Boemie[2], qui est pincerna imperii. . . . . De fine huius domini abbatis et aliis factis eius nichil habemus. (Mart.)

Capitulum 35.
est[i] de Hemfrido huius loci abbate 35.

Hemfridus huius loci abbas 35. incepit sedere temporibus regis Roberti[k] Francorum ac imperatoris Henrici primi[3]. . . . .
Obiit Hemfridus anno[l] Domini 1021[4]; nec plus de eo aut factis eius reperimus[m]. 1021.

Capitulum 36.
est[n] de Roderico huius loci abbate 36.
Pars 1.

Rodericus huius loci abbas 36, monachus Sancti Vedasti Atrebatensis, quoniam a tempore Hildebrandi religionis hic ordo tepuerat, est a Balduino Flandrie comite[o] hic aductus ordinem reformare et a Balduino Morinorum episcopo hic abbas[d] consecratus[5] anno Domini 1021, licet monachis contradicentibus, quibusdam eciam recedentibus[p] de monasterio. Suscepta cura, id pro quo venerat exequi parat, sed littus arat; nam a longa consuetudine sua monachi non facile poterant avelli; unde fit, ut qui pii patris monita contempnebant, sunt ad viam veritatis Deo vindice redire coacti. Ignis namque de quadam domuncula surgens et plus quam duo milia[6] domatum transgressus, ventorum, ymmo peccatorum flabro in hoc monasterium inpulsus, primo ad claustrum, inde ad dormitorium, totum denique monasterium unica die vorax flamma consumpsit, nichil omnino relinquens[q] inustum. Et hec est quarta huius loci destructio[r], que accidit in anno 10.[7] huius domini Roderici abbatis. . . . . (Simon I, 1; ib. I, 2)

a) *haec des.* A 1. b) quid' A 1. c) Lalondi *post in loco raso suppl.* A 1; Baledin (?) *Chart.* d) est *add.* A 1. e) alienati A 1. f) recuperare B 1. g) Trudgrand. *ed.* h) A 1 *sic:* Odberus abbas 34. i) *rubra deest* A 1. k) Fr. Rob. A 1. l) a. D. *des.* A 1. m) reperi͂(tur) A 1. n) *titulus deest* A 1. o) comitē A 1. p) de m rec. A 1. q) reliquens B 1. r) destruxio B 1.

1) Eadem tamen villa monasterio S. Bertini compluribus bullis paparum confirmatur; Simon I, 8. II, 40. 48. 2) Ita Henricus de Segusio, alii; v. 'Forschungen' XIII, p. 208 sqq. 3) Quod cognovit ex Heinrici II. diplomate a. 1015, Nov. 28, St. 1658; cuius summam excepit. 4) Sic scripsit secundum Simonem I, 1, qui hoc anno Rodericum abbatem constitutum esse narrat. 5) Fortasse ex Lamberti Audom. chronico, SS. V, p. 65, didicit tunc Balduinum ecclesiam Morinensem rexisse, et suo more coniectura probabili haec adiecit. 6) *nonnulla domata* Simon, et sic etiam in eius fonte, Inventione S. Bertini c. 1, apud Mabillon, Acta III, 1, p. 156. 7) Immo a. 12, i. e. 1033; cf. Lamb. Aud. l. l.

1021. Huius abbatis anno primo[1] Fiscannense monasterium dudum inceptum per Anseghisum[a], supra capitulo sancti Bertini*, parte 8[b], ac deinde per Vaningum[c], supra capitulo beati Bertini, parte [9[d]], nunc est emelioratum et possessionibus valde adauctum per Richardum secundum Normannie ducem, patrem Richardi[e] tercii filiumque Richardi primi, filii Willelmi in insula[f] Pikiniaco occisi, supra capitulo Arnulfi*, parte prima, filii Rollonis[g] primi ducis Normannorum, et Argenteacum[h] villa eidem monasterio collata[2].

*c. 1. *c. 23.

Pars 2.

De [secunda[i]] fundatione monasterii Sancti Winnoci in Bergis.

Sanctorum[k] corpora Bertini, Audomari atque Winnoci[l] a beato Folquino sub terra recondita[m] fuerant propter metum Danorum, supra capitulo Adalardi, parte [prima[n]][3]. Post hoc comes Flandrie Balduinus Calvus a nobis corpus beati Winnoci[l] vi ablatum, Berges[o] in ecclesia canonicorum, quam ipse in honore sanctorum Martini et Winnoci[l] fondaverat, collocavit, supra capitulo Balduini primi*, parte prima[p]. Nunc vero huius domini Roderici abbatis anno secundo Flandrie[q] comes Balduinus Barbatus apud Bergas in arce castellum edificare inceperat[r], sed mutato consilio, monasterium ibi prope edificavit in honore beati Winnoci; cuius causa fuit hec. Canonici Sancti Martini Bergensis iam dicti de sua religione minus soliciti[s], divina officia parvi pendebant. Quod comes experiri volens, quadam nocte, dum custos ad pulsandum matutinos ecclesiam aperiret, habitu mutato, quasi oraturus intravit. Custos, pulsatis matutinis, nulloque veniente, claudere voluit ecclesiam et comitem, quem plebeum estimavit[t], compulit exire. Quo dicente se velle audire matutinos, respondit, totum esse completum, nec canonicos ad matutinos surgere solitos. Sicque comes certificatus de illorum irreligiositate, canonicos omnes expulit, et pretermisso castro quod inceperat, monasterium sancto Winnoco edificavit, corpus sancti[u] Winnoci ab inferiori ecclesia, id est canonicorum, ad [hoc[v]] novum suum monasterium transtulit et monachos sumptos de monasterio Sancti Bertini in illo collocavit, dans eis bona canonicorum predictorum cum bonis de Wormoult, addens eciam eis[w] de suo; et istud monasterium novum domino Roderico et ecclesie Sancti Bertini dedit perpetuo possidendum. Hoc est quod nunc dicitur monasterium Sancti Winnoci Bergensis, quod ipse Rodericus[x] septem annis per se rexit, et tandem eis abbatem prefecit Germanum, nostrum Sythiensem[y] monachum, qui vix quadriennio rexit. Post quem abbatem ibidem ordinavit Rumoldum monachum suum Bertinensem[z].

V. Winn. c. 16. *c. 21.

. . . .

Pars 3.

De quibusdam eventibus illius temporis.

Sancto Henrico imperatore huius nominis primo ad patres apposito, supra capitulo Hemfridi, successit ei Conradus primus — —[4] sicque Burgundia iterum redacta est in provinciam. Et hinc nota, quod circa Burgundiam principes sunt qui dalphini vocantur, ut dalphinus Vienne, comes dalphinus Alvernie, sic dicti, quia eorum predecessores fuerunt reges; dalphinus enim est rex depositus, et dalphini sunt reges depositi. . . . .

Mart. Sigeb.

De morte Flandrie comitis Balduini Barbati et successione filii eius Balduini Insulani.

Brevi post hoc tempore nobilis ille marchisus ac comes Flandrie Balduinus Barbatus, postquam Flandrie monarchiam potenter rexerat annis . . [a], viam ingressus est universe carnis et sepultus in Blandinio anno Domini 1 . . .[b], et successit ei filius suus Balduinus, vir magnificus atque probus; qui habuit uxorem Athelam, filiam Francorum regis Roberti nuper defuncti, sororem Henrici pueri[5] heredis regni; de qua genuit filios duos, Balduinum Pium et Robertum Frisonem primum, filiam quoque Mathildem, postea uxorem Willelmi Nothi conquisitoris Anglorum. Iste Balduinus racione uxoris sue iam dicte, consensu et electione omnium baronum Francie tutor iuvenis regis Henrici[6] et tocius regni baiulus est effectus. Qui sibi omnes homagium

Fl. gen. B et Rymkr. v. 271 sqq.

a) Ansegisum *A 1*. b) x. de monasterio Fiscicampi *A 1*. c) Vāmigum *suppl. sec. manu A 1*; Vannigum *B 1*. d) *deest A 1*. e) Richadi *A 1*. f) insuali *A 1*. g) Rolonis *A 1*. h) Argenciacum *A 1*. i) *deest B*. k) Sant. *B 1*. l) Winoci *A 1*. m) recund. *B 1*. n) *deest spatio vacuo rel. A 1; post suppl. B 1*. o) Bergis *A 1*. p) e[adem] *A 1*. q) Flandrē *A 1*. r) ceperat *A 1*. s) sollic. *A 1*. t) extimabat *A 1*. u) beati *A 1*. v) *deest B*. w) *deest A 1*. x) Rodor. *saepius B 1*. y) Sithiensis *A 1*. z) *deest A 1*. a) *vacat codd.*; 47 *ed.* b) M . . . *codd.*; 1032. *ed.*

1) Iam circa a. 1101. coenobium Fiscannense renovatum est. 2) Cf. chartam Richardi apud Monstier, Neustria pia p. 208. 3) Ibi de solo corpore S. Bertini relatum est ex Mirac. S. Bertini I, 11 (Folc. II, 9). 4) Omissa sumta sunt ex Mart. Opp. p. 466. et Sigeb. a. 1035. 5) Iam supra loco ex Andrea March. sumto ideoque omisso falsissime scripsit Iohannes, Roberto defuncto: *successit filius eius Henricus puer parvulus*, male ad eius aetatem, ut videtur, referens Andreae *anno* 6, i. e. Conradi imp. 6) Immo Philippi, filii Henrici, ut Fl. gen. et Andr. March. recte scribunt. Sic forte scripsit propter errorem modo castigatum.

fecerunt, spondentes, quod, si iuvenem regem mori contingeret infra tutele tempora, ipsum Balduinum in regem Francie sublimarent. Iste comes Balduinus dictus est Insulanus, quia villam Insulam condidit et ecclesiam canonicorum edificavit in ea beato Petro magnificeque dotavit. In cuius ecclesie dedicatione comes hoc notabile fecit. Prelatos patrie sue cum sanctorum reliquiis advocavit huic dedicationis interesse sollempnitati; qua peracta, vice graciarum actionis loca in quibus singuli prelati fuerant hospitati eorum ecclesiis contulit, sicut ipse tenuerat, libere perpetuo possidenda[a]. Per hanc viam donacionis eius nobis provenit ea terra quam in illius ville suburbiis habemus, quia ibidem locatus seu hospitatus fuerat dominus Rodericus[b, 1] abbas noster cum corpore beati Bertini et aliis sanctorum nostrorum reliquiis.

Rymkr.
Andr. M. Fl. gen.

De morte domini Roderici abbatis nostri.

Dominus abbas noster Rodericus, postquam excellenter rexerat annis 22, obiit . . . .
Carte seu privilegia huius domini abbatis sunt duo.

Capitulum 37.
est de domino Bovone huius loci abbate 37.

. . . .

Pars 2.
De bello comitis Flandrie Balduini Insulani contra imperatorem, et de novo fossato, quo ipse[c] ab occidente clausit Flandriam.

Anno post elevacionem corporis beati Bertini, supra parte proxima, imperator Henricus secundus contra Balduinum Insulanum Flandrie comitem bellum movit, quia, Hermanno Montensi comite defuncto, viduam eius Balduinus Pius[2], filius Balduini Insulani iam dicti, duxit uxorem, imperatore non consulto, et Hannonie[d] comitatum invasit. Balduinus Insulanus Tudinium, Balduinus, filius eius, Hoium vastarunt et incenderunt. Imperator indignans contra Balduinum venit usque ad fluvium Scaldam, et Balduinus ex altera fluvii parte consedit. Imperator transire non valens, partem excercitus sui per Cameracum et Selusam mittit, ut Balduinum a tergo conprehendat. Sed Balduinus sibi precavens, Lisam fluvium transiens se tutavit; sicque imperator terre partem vastans, per Tornacum rediit anno Domini 1054.

Andr. M.
1054.

Anno post hoc tercio, defuncto imperatore Henrico secundo, successit filius eius Henricus tercius, qui[3] iam cum[e] patre expertus orientalem partem Flandrie fortaliciis, gentibus et fluviis sic munitam[f] et partes occidentales minus validas, exercitum per Tornacum ducens[4], huc accessit, ut per has partes Flandriam intraret. Balduinus comes hoc presenciens, populum suum undique collegit et fossato Flandriam claudi fecit ab illa parte[5]; quod fossatum per novem leucas in longum ducens, id est a castro de Ruhoult[6] usque ad[g] Basseiam, in solis tribus diebus et noctibus consommavit[h] et ibidem imperatori restitit; admirans imperator [novum[i]] fortalicium et multitudinem armatorum, via qua venerat recessit. Comes vero cum suis ipsum per Flandriam insequens usque Neomagum, palacium imperatoris combussit et sic in Flandriam rediit. Postmodum in Tornaco per Henricum Francorum regem[7] pax facta est inter eos sic, quod comiti Flandrie remanerent perpetue et hereditarie pars illa Brabancie, quam ipse Balduinus comes conquisierat ultra Teneram fluvium, et comitatus Alostensis cum terra Quatuor officiorum[8]; insuper in Zelandia quinque insulas[9] imperator ei superaddidit cum condicione, quod eas ab imperatore teneret.

Andr. et Mart.
Fl. gen. c. 10
ib.

. . . .

De fine domini Bovonis abbatis nostri.

Dominus itaque abbas noster Bovo, peracto fidelis administracionis sue anno 24, appositus est ad patres, et sepultus e regione sepulcri domini Roderici predecessoris sui anno Domini 1065. Carte seu privilegia per eum acquisita sunt duo. . . . .

Simon I, 15.
1065.

Capitulum 38.
est de Heriberto huius loci abbate 38.

. . . .

a) possidendas *B* 1. b) Rodor. *B* 1. c) i. ab o. *des.* *A* 1. d) Hāmonie *B* 1. e) cō *A* 1. f) munitas *A* 1. g) *deest* *A* 1. h) consumm. *A* 1. i) *deest* *B* 1.

1) Cum Rodericus iam a. 1043. obierit, ecclesia Insulensis vero demum a. 1065. fundata sit (Fl. gen. B. p. 319), aut Bovo, qui a. 1065, Dec. 10. obiit, aut Heribertus, eius successor, illi consecrationi interesse potuit. Sed fabulam redolent quae hic narrantur. 2) Hoc agnomen Balduino Insulano in Flandria gener. alibique tribuitur; hic Hasnoniensis appellatur. 3) Falsissime noster, praecedente nota Andreae March. seductus, Heinrico IV. (quem cum Martino tertium appellat) hanc expeditionem, quae eadem ac modo narrata a. 1054. esse videtur, tribuit. Vix monendum est, in hac narratione miro modo res gestas esse turbatas, relatione Andreae cum Flandria generosa et quadam fabulosa coniunctis. 4) Cf. Flandr. gen. c. 10. 5) Cf. ib.; Andr. March. p. 794. 6) Prope Arques. 7) Nescio, quonam modo haec sibi fingere potuerit. 8) Eorum mentio fit in 'Rymkr.' v. 378. 942; comitatus Alostensis ib. v. 883. 9) Walcheren solum memoratur in Fl. gen. B. loco ex Sigeb. illic male addito.

Pars 2.

De[a] morte Balduini Insulani et fundatione monasterii Messinensis[b].

Flandrie comes Insulensis Balduinus illustris duos habuit filios, scilicet Balduinum, qui vir mitis et[c] lenis erat, atque Robertum, qui fortis erat et rigidus. Pater ergo timens, ne iunior, scilicet Robertus, seniori vel heredibus eius aliquam molestiam inferret, ipsum Robertum in Aldenarda[d] coram cunctis sue terre proceribus sollempniter abiurare fecit, quod fratri [suo[e]] Balduino nec eius heredibus ullam unquam molestiam inferret de Flandrie comitatu, data[1] propter hoc eidem Roberto magna pecunie somma[f], et nobilissimam sibi coniugem matrimonio copulavit Gertrudem, viduam Florencii Frisie et Holandie comitis, filiam Saxonie ducis; cum qua aliquanto tempore in Frisia in dote sua mansit[2], unde postea Robertus Friso dictus est. Hec domina de primo marito suo[g] predicto filiam habuit nomine Bertam, reginam Francie, uxorem Francorum regis Philippi primi; de qua rex genuit Ludovicum Grossum, qui sibi successit in regno, et filiam Constanciam, uxorem Boiamundi[h] ducis Apulie, qui cum Godefrido conquisivit Anthiochiam et obtinuit[3]. Hoc iuramento firmato ob pacis securitatem, matrimonioque Roberti, ut dictum est, sollempnisato, Balduinus Insulanus inclitus Flandrie marchisus et comes, postquam 32 annis potenter in Flandria regnaverat, plenus honore et[i] gloria, obiit et sepultus est in ecclesia sancti Petri Insulensis anno Domini 1067. Post cuius obitum regalis illa domina vidua eius Athala tanto viro, sed non diviciis orbata, in Messines[k] sanctimonialium construxit cenobium, et devote limina apostolorum visitans, a papa Alexandro secundo vidualem suscepit habitum; sicque reversa, in monasterio suo Messinensi humillime vixit, et plena pietatis operibus obiit, ibique sepulta est. . . . .

De Flandrie comite Balduino Pio et morte eius.

Balduino Insulano Flandrie comiti successit filius suus Balduinus, a puero nutritus in aula imperatoris Henrici ac in eius palacio pre omnibus honoratus. Hic in sue adolescencie tempore decidit in tantam infirmitatem, ut ei pater in manu candelam teneret extremum spiritum expectans. Et ecce, subito resumptis viribus, patri suo dixit: 'Pater, ab hac evádam infirmitate, si mihi dare volueris locum de Anon[4], ut ibi monasterium edificare possim; hec vera sunt, quia statim hoc mihi sancti Marcellinus et Petrus promiserunt'. Pater annuit, et filius sanus effectus est. Subverso igitur Anon castro, raptorum latibulo, edificavit ibidem monasterium Anonense in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sanctorum martirum Marcellini et Petri; et propter hoc vocatus est Balduinus Anonensis: dictus est eciam Balduinus Pius[5], quia totus erat deditus operibus pietatis, viduarum, orphanorum, ecclesiarum, pauperum et oppressorum amator et defensor precipuus. In ecclesia somme intendebat ad ea que dicebantur, nec inter psallendum alicui loquebatur nisi Deo. In missis pauperes, quibus elemosinam tribuit, iuxta se semper habere volebat, ut pro se secum orarent. Tempore caristie monasteria compellebat ad elemosinas uberes faciendas, et ipse de suo largissime tribuebat, totus deditus pietati. Eciam dicebatur Balduinus Cum-niso, et pingi solet a pluribus nisum aviculam supra pugnum tenens in signum pacis[6], quia toto suo tempore Flandria pacifica mansit; nullus arma portabat, non inferebantur molestie, non reducebantur ab agris aratra, et vix de nocte claudebantur hostia. Hic, adhuc vivente patre, duxit uxorem Richildem, viduam Hermanni comitis Montensis; de qua duos habuit filios, Arnuldum scilicet et Balduinum. Regnavit autem solis tribus annis, et obiit anno Domini 1070, et sepultus fuit in Anon, quod ipse fundaverat monasterium. Eodem anno dominus abbas Heribertus privilegium manumissionis altarium de Borbourgh et Loon a Drogone Morinorum episcopo acquisivit, quod sic incipit: *In nomine sancte atque deifice Trinitatis. Drogo eiusdem gracia* et cet. *Actum anno Verbi incarnati* 1070[7], *indictione* 8, *et episcopii mei anno* 46.

Pars 3.

De bello Roberti Frisonis contra regem Francie et nepotes suos Arnulfum et Balduinum.

Post decessum Balduini Pii Flandrie comitis eius vidua Richildis fuit populo et terre gravis, eos servitutibus opprimens; filius nichilominus eius Arnulfus fuit populo durus[8]; quare Flandrenses ad Robertum in Frisiam[l] miserunt, sibi terre dominium pollicentes, si Richildi resisteret. Qui contra iusiurandum, quod in Aldenarda fecerat, supra e[odem], parte 2, venit et terre dominium sumpsit. Richildis igitur et filii sui regem Francie contra Frisonem cum excercitu magno Casletum usque duxerunt; quem Friso pugna conserta fugere compulit. Fertur, quod ante bellum Richildis in curru prope Casletum obviam Frisoni facta, pulverem sortilegum contra Frisonem sparsit talem, ut eo tactus bello succumberet, sed flexo vento pulvis in ipsam Richildem cecidit; nec multo post bellum commissum est, in quo Richildis capta est et incarcerata, Arnuldus, filius eius, interemptus; Balduinus in Hannoniam fugiens[9], ibi se tutavit; qui postea in Flandris non comparuit[10]. Rex

a) *A* 1 *sic:* De Flandrie comite Balduino Insulano, eius obitu et successione filiorum eius Bald. et Roberti. b) Messinensi *B* 1. c) erat et l. *A* 1. d) Aldenardia *A* 1. e) *deest B* 1. f) summa *h. l. A* 1. g) *deest A* 1. h) Boam. *A* 1. i) *deest B* 1. k) Mesines *h. l. B* 1. l) Frisia *B* 1.

1) Haec refert Geneal. com. Flandriae Bertin. cod. Atrebat. (1), SS. IX, p. 306, et ex eo Lambertus Audom., ib. p. 310. Quorum utrum noster exscripserit nescio, cum cetera fere omnia quae isti praebent in Flandr. gener. transierint. 2) Robertum in Frisia degisse, referunt complures nostri fontes, ut Andr. March. p. 797; Fl. gen. c. 17; 'Rymkr.' v. 1441. 3) Haec ex Sigeb. vel Andr. March 4) i. e. Hasnon. 5) Bonus dicitur Fl. gen. c. 12, 'Pius' eius patris est agnomen, ib. c. 7. 6) Cf. Chron. Flandr., apud De Smet, Corp. chron. Flandr. I, p. 53: *Semper per Flandriam equitavit cum falcone vel niso super manum suam,* quod vero additamentum est recentioris codicis. 7) 1075, *ind.* 13. Simon. Nostri numeri cum anno episcopatus 46. non concordant. 8) Haec verba, ut videtur, ex Fl. gen. c. 15.: *per . . . filii eius . . . Arnulfi imprudentiam* male facta. 9) Multo post pugnam. 10) Ita Lamb. c. 28. de Richilde.

Francie victus secessit Monsterolum. Friso Robertus fugientes insequens, prope Sanctum Audomarum captus est et in villa aductus, sed statim pro Richilde commutatus. Unde rex indignans, quod tantus vir pro muliere commutatus esset, presumens Audomarenses Frisoni favere, de Monsterolo rediit et nocte villam Audomarensem intravit, quam cedibus, incendiis et rapina graviter devastavit, non parcens sexui vel etati[1]. Et hec est plaga peior quam Audomarenses sunt perpessi ex quo villa fortaliciata fuit. Friso condolens Audomarencibus, Eustacium Bolonie comitem et fratrem eius Goffridum Parisiensem episcopum, Francie cancellarium[2], sibi confederavit, eis dato nemore de Biaulo, ut regem abire facerent. Tunc predictus episcopus[a] regi secreto scripsit, quod, nisi cito recederet, Frisonem cum comite Bolonie super se inprovise videret. Quo audito, rex nocte recessit, de suo plurima relinquens. Pace reformata, Friso mestos Audomarenses consolans, privilegiis eos et pascuis, que[b] a nobis abstulit, honoravit[3]; nempe pascua et totam circa villam Sancti Audomari terram palustrem cum aquis et piscariis nobis confirmaverat pater eiusdem Balduinus Insulanus, supra capitulo proximo, parte secunda[4], que antea nostra fuerant ex dono Adroaldi, supra capitulo sancti Bertini, parte 6[5], absente namque domino abbate nostro Heriberto[6], dum non esset qui contradicere auderet. Friso illa de paludibus et pascuis nostris abstulit et Audomarensibus in communes pasturas dedit.

De fundatione[c] ecclesie sancti Petri Casletensis et monasterii Watinensis.

Et quoniam predicta victoria iuxta Casletum in die cathedre sancti Petri contigit, in memoriam triumphi Casleti in castello suo ecclesiam canonicorum fundavit in honore beati Petri apostoli anno Domini 1071; in qua sepultus iacet. Anno vero sequenti[7] Robertus Friso fundavit monasterium Watinense[d] canonicorum regularium in honore beate Marie virginis, ubi prius fuerat[e] ecclesiola beati Richarii confessoris.

Quoddam valde mirandum.

Hiis ita gestis, Friso pro confederacione noncios ad imperatorem Henricum misit, quibus elegans domina prope Coloniam obvians, quo tenderent peciit, et cum dicere nollent, ait: 'Scio quod noncii Frisonis estis ad imperatorem pro confederacione, quam libenter suscipiet; sed Friso periurus est, et ideo filius filii sui herede cariturus est, et iuvenis de Dacia terram habebit. Quo eciam sine herede mortuo, duo, unus orientalis et alter occidentalis, pro comitatu disceptabunt, sed orientalis optinebit, cuius posteri usque ad antichristum in terre dominio durabunt'. Hec dixit et disparuit, que nunquam ante vel postea visa fuit ibidem; et licet ignoretur que fuit ipsa, de eius tamen dictis quedam visa sunt, et de futuris novit Altissimus.

Pars 4.

Quomodo ecclesia Bergensis fuit a nobis alienata.

Hac tota Frisonis tempestate domino nostro Heriberto abbate absente et apud Autisiodorense monasterium suum moram trahente[6], regiminis sui[8] anno 5. Rumoldus abbas Sancti Winnoci[f] Bergensis, noster quoque monachus, obiit. Quo defuncto, sicut assolet ablato capite menbra dissolvi, monachi Bergenses, spreta obediencia abbatis nostri Sancti Bertini, elegerunt non de colegio[g] Sancti Bertini, ut tenebantur, sed de suo Bergensi colegio Ermengerum[h], virum probum et religionis amatorem, qui fuit eorum primus abbas de Bergensi colegio sumptus; quod tamen eidem in partem cessit contrariam. Nam propter[i] viciosum[k] hunc ingressum[l], quem forte Deus in eo punivit, dum monachos suos ad religionem compelleret, invide murmurabant, plus eciam dedignabantur eidem obedire, quem dudum habuerant socium, quam extraneo, unde sedicionibus et conspiracionibus eum turbare non cessaverunt. Eciam tota[m] Flandria bellis et inquietudinibus agebatur, quare monachos suos cohercere non poterat, cum pacis auctor nisi cum pace bene colatur. Igitur Bergenses monachi, de quodam iuvene nobili Ingelberto, filio filie comitis Flandrie Balduini Barbati spe concepta, ut illum sibi preficerent, si Ermengerum deponere possent, — putabant enim iuvenem eorum voluntatibus faciliter indulgere. Multis igitur et falsis Ermengerum inculpantes, eum per Hugonem Dyensem pape legatum deponi fecerunt[9]. Cum ergo innotuit Roberto Frisoni[n], qui tunc Flandris preerat, Ermengerum sic depositum, Ingelberto non consensit, sed quendam cognatum[o] suum nomine Manassen[p] de monasterio Virdunensi, eis nolentibus et reclamantibus, quibusdam eciam de monasterio recedentibus, eis prefecit anno

a) *post superscr.* *B* 1. b) quas *B* 1. c) Fundacio *A* 1. d) Vat. *B* 1. e) ec. f. *A* 1. f) Winoci *A* 1 g) *sic B* 1 *const.*; coll. *A* 1. h) Erm. — colegio *des.* *A* 1. i) preter *B*. k) h. v. *A* 1. l) *deest* *A* 1. m) Fl. t. *A* 1. n) Frisonis *A* 1. o) conatum *A* 1. p) Mannasen *B* 1.

1) Cf. Fl. gen. c. 22. 2) Hoc verbum ex Andr. March. 3) Auctor chartam iam non exstantem a Roberto Audomarensibus datam legisse videtur. 4) Ubi haec ex charta apud Simonem I, 14. sumta sunt. 5) Sumta ibidem ex Folc. I, 2. 3. et V. S. Bert. c. 3. 6) Cf. Simon. I, 17. 7) Cf. Chron. Watin. c. 12, apud Martene, Thes. III, p. 805. 8) i. e. Heriberti, qui a. 1065. abbatiae praefectus est. 9) In synodo Pictavensi a. 1078; cf. Chron. Watin. c. 29, p. 812; Simon II, 70, et infra p. 786.

Domini 1078. Qui prudenter res ecclesie sue disponens, a papa Gregorio VII.[a] anulum, mitram et sandalia impetravit, sed ab invidis accusatus et a comite de dilapidacione in causam tractus, respondit, non comitem, sed se esse abbatem, et de suo non comitem, sed se disponere posse et debere. Quo responso comes indignans, ei ecclesiam Bergensem prohibuit. Manasses[b] igitur, assumptis sibi que poterat cum privilegiis et insigniis sue dignitatis, abcessit[1]; et sic usque hodie Bergensis ecclesia pontificalibus caret. Ab hac die Ingelbertus prefatus communi consilio abbas in Bergis constituitur, et sic tumultuantibus Flandrensibus, duobus eciam tante nobilitatis viris successive ibidem abbatibus institutis, Bergenses ab obediencia abbatis Sancti Bertini sunt abalienati, abbate nostro Heriberto absente[2] impellenteque potenti manu principis, nemineque contradicere presumente seu audente.

De reditu domini Heriberti ab Autisiodoro ad hoc suum monasterium et principio abbatie[c] Alchiacensis.

Simon I, 17 — Orta Frisonis hac tempestate, dominus abbas noster Heribertus hinc absens fuit, intendens suo monasterio Autisiodorensi; et videns res huius ecclesie male disponi, Autisiodorensi monasterio resignavit et ad hanc suam ecclesiam rediit anno Domini 1072. [1072.] Eodem anno dominus abbas Heribertus Suelgerum huius loci monachum misit ad Alchiacum locum nostrum et eum ibidem primum abbatem instituit. Sed vix duobus annis abbatisavit; quo defuncto, Heribertus successorem ibi statuit Gervinum, huius loci monachum; quo deposito, Heribertus instituit ibi abbatem Norbertum monachum nostrum anno Domini 1077. [1077.]

Pars 5.

De fundatione ordinis Grandimontensis et monasterii Aquicinti.

Vinc. 25, 46 50 — Circa idem tempus sub patre Stephano incepit ordo Grandimontensis in loco nuncupato[d] Muretum, in dyochesi[e] Limovicensi, non[f] longe a civitate Limovica. Sed patre Stephano defuncto, fratres iussione divina moniti, transtulerunt monasterium ad alium locum propinquum[g] qui Grandimons dicitur, unde ordo Grandimontensis appellatur. Iac. de Vitr II, 15 — Hii fratres per omnia fere Cisterciensis[h] ordinis instituta secuntur, hoc tamen addito, quod nunquam carnes pro quacumque causa comedunt; habitum gerunt brunum sive griseum, tunicam scilicet et scapulare, desuperque non cucullam aut frocum, sed cappam ante fissam[i], et sunt quasi reclusi.

. . . .

De fine domini Heriberti abbatis nostri.

. . . . Carte seu privilegia sui temporis sunt duo, unum Drogonis et aliud ipsius Heriberti[3] de aniversariis antedictis.

Capitulum 39.

est de domino Iohanne huius nominis primo, huius vero loci abbate 39.

. . . .

Pars 2.

. . . .

De fundatione monasteriorum Hamensis et Andrensis et translatione sancte Rictrudis[k].

Will Andr c 4. — Huius abbatis anno 3. Balduinus Ghisnarum comes et Ingelramnus Lilariensis dominus de peregrinacione Sancti Iacobi redeuntes per Pictaviam, hospitati sunt in monasterio Carofensi[l]. [1084.] Videntes ibi religionem bene vigere, de monachis Carofensibus secum ad has partes adduxerunt. Lamb Ard. c 30. 31 — Et quidem Balduinus Andrense, Ingelramnus vero Hamense monasteria in honore sancti Salvatoris fundaverunt anno Domini 1084. Nota igitur Andrense monasterium ab hoc nostro monasterio Sythiensi derivatum atque decisum, quia de Ghisnensi comitatu in baronia[m] Ghisnarum fundatum; nam Ghisnas nostra fuerat, ut in precedentibus est clarissime declaratum. Lamb c.31. — Eodem quoque anno corpus beate Richtrudis de Marchianensi monasterio ad Andrense translatum est.

De peregrinatione Roberti Frisonis Flandrie comitis ad Iherusalem et Terram Sanctam.

[1085.] Anno Domini 1085. Robertus Friso Flandrie comes filio suo Roberto Flandrie comitatum regendum commisit[4]. Rymkr. v. 1981. — Ipse vero ad Terram Sanctam et Iherusalem visitandam perrexit, ubi crebris et magnis victoriis fulsit; per eum tamen non fuit recuperata Terra Sancta, sed per filium eius predictum, ut post patebit. ib v. 2006. et Andr M — Ferturque una dierum, dum Friso sancte civitati Iherusalem propinquaret, porta civitatis semet ipsam clausit et ei ingressum prohibuit; unde stupefactus, quendam religiosum solitarium adiit et eidem sua peccata confessus est; qui sibi penitenciam iniunxit, specialiter autem de comitis Arnoldi, nepotis sui, morte et de periurio in Aldenarda iurato, insinuans ei, ut heredibus fratris sui terram Flandrie redderet, si Dei misericordiam consequi vellet; quod et facere promisit, et Iherusalem ingrediens, portam patentem invenit et intravit. Postquam vero per aliquot[n] tempus in Terra[o]

a) *deest* A 1. b) Manases *h. l.* A 1. c) abbate B 1. d) nocup. A 1. e) dyochisi B 1. f) nec A 1. g) propicum A 1. h) Cirterc. B 1. i) scissam A 1. *ed.* k) *post corr.* Rotr. B 1. l) Carofenū B 1. m) baronia B 1. n) *sic* B 1. o) Terrā Sanctam B 1.

1) Circa a. 1083; Gall. christ. V, p. 334. 2) Cf. Simon. I, 17. 3) Ib. I, 19. 20. 4) Cf. Ann. Bland. a. 1086.

Sancta stetisset, in Flandriam rediit, sed promissa non tenuit; nam fratris heredibus antedictis nichil penitus nisi solam villam Duacensem reddidit.

. . . .

Pars 3.

De austeritate Roberti Frisonis contra ecclesias terre Flandrensis et eius correctione[a].

Postquam Friso Robertus Flandrie comes de Terra Sancta rediit, graviter manum apposuit ad ecclesie et clericorum bona, quare clerus universaliter est conquestus Urbano pape II. Papa vero litteras suas comminatorias comiti destinavit; sed cum emendare nollet, contra eum congregatum est Remis consilium[a*], quo certi nuncii ordinati sunt et missi ex parte consilii ad comitem, qui eum monerent, ut desisteret, et si opus esset, contra eum processus inciperent, producerent et finaliter sentencias fulminarent. Nuncii fuerunt Iohannes Sancti Bertini, Gerardus de Ham abbates, Bernardus Watinensis[b] et Arnoldus Sancti Audomari prepositi. Qui venerunt ad comitem Robertum Frisonem predictum, qui tunc erat in hoc monasterio Sancti Bertini in quadragesima, et eum monuerunt, ut ante ramos palmarum ecclesiis et clericis satisfaceret, sin alias, ex tunc eum excommunicarent[c] et terram eius interdicto subicerent[d]. Quo audito, se comes humiliavit et clericis ac ecclesiis satisfecit anno Domini 1092[e]. 1092.

Anno sequente dominus abbas noster Iohannes a predicto impetravit comite privilegium confirmacionis de libertate Arkas et pascuis porcorum et cet., quod sic incipit: *Prudenter satis antiquorum excogitavit sollercia* et cet. *Actum anno Domini* 1093. Hic Friso Robertus videtur penitencia ductus ad cor rediisse, confirmans nobis paludes nostras per omnia, sicut pater suus Balduinus antea confirmaverat, supra capitulo Bovonis, parte finali[1], nominans eosdem terminos et limites, quos pater suus predictus nominat, quarum tamen partem burgensibus Sancti Audomari in communes pasturas Robertus ipse concesserat, supra capitulo proximo, parte 3[2]. Quomodo pars illa paludum civibus Audomarensibus mansit nec ad nos rediit, neque recompensacio nobis inde facta fuit, mirandum, nisi, quia comes Robertus, qui hoc litteraliter nobis restituit, cito post obiit[3], similiter et dominus abbas noster; quare Robertus comes quod mente conceperat, morte preventus, facto complere non poterat, nec abbas prosequi; et sicut docet experiencia, universitates villarum et civitatum non faciliter sibi data dimittunt, et sepe filii de patrum testamentis parum curant. . . . .

Pars 4.

De morte Roberti Frisonis et successione Roberti, filii eius.

Friso Robertus Flandrensis comes vite terminum faciens, apud Casletum subito et sine viatico obiit, et ibidem in ecclesia canonicorum, quam ipse sancto Petro fundaverat, in cripta sepelitur anno Domini 1093. Cui in comitatu successit Robertus Friso[4] iunior, filius eius. Hic fratrem habebat Philippum, qui de solario corruens allisus obiit et Bergis in monasterio Sancti Winnoci sepultus iacet[5], de quo infra capitulo Lamberti, parte 6. Iste Philippus pater fuit Willelmi de Yppra[6], qui huic ecclesie multa bona fecit, et eius mencionem facimus in omnibus tricenariis nostris. Habuit eciam Robertus iste sorores quatuor, primam solam ex parte matris nomine Bertam, que fuit regina Francorum, uxor Philippi primi et mater Ludovici Grossi Francorum regum. Secundam sororem ex patre et matre germanam, que fuit uxor sancti Kanuti regis Dacie et mater Karoli postea Flandrie comitis. Tercia soror eciam germana fuit uxor ducis Helsacie[f] et mater Theoderici[g] postea Flandrie comitis. Quarta eciam germana nomine Ogieva[7], que fuit abbatissa Messinensis. Duxit autem idem Robertus Friso iunior uxorem Clemenciam, filiam Willelmi Hardi[8] Burgundie comitis cuius Clemencie frater fuit Calixtus postea papa huius nominis secundus; de qua tres filios habuit, primum Balduinum cognomento Hapkin, qui patri successit in Flandrie comitatu; secundum Willelmum, qui iuvenis ante patrem obiit et in hoc monasterio sepultus est circa medium chori[9]; tercium vero[10], cuius mihi nomen nunc non occurrit[11]. De hac domina Clemencia scribitur in cronicis pluribus, quod, postquam predictos tres filios genuerat, qui sibi sufficere videbantur ad Flandrensem successionem, timens, ne, si plures haberet filios, contra se invicem pro terra contenderent, unde bella et discrimina multa venirent, inhabilitatem ultra concipiendi sibimet procuravit, quod licet pia intencione, indiscreta tamen factum sibi Deus in magnam convertit miseriam; nam tribus filiis suis predictis ante se mortuis, extraneos a suo sanguine comites in Flandria regnantes oculis suis vidit; nec propter hoc guerre seu tribulaciones per patriam cessaverunt, sed pocius invaluerunt, ut in sequentibus apparebit.

. . . .

De obitu domini Iohannis abbatis nostri.

Dominus Iohannes abbas noster . . . .

a) correcione *B* 1. a*) *sic plerumque codd. pro* concil. b) Vatin. *B* 1. c) excommunicaverunt *B* 1. d) subiecerunt *e corr. eiusd. manus B* 1. e) *sic Fl. gen.*; 1091. *Rymkr.* f) Hols. *B.* g) Theodericii *B* 1.

1) c. 37. Ibidem sumta sunt ex Simone I, 14. 2) p. 784. 3) V. part. 4. 4) Hoc cognomen ei dat Chron. rhythm. v. 2220. et saepius. 5) Sic Lamb. Aud. gen. c. 8. 6) Cf. Simon. II, 105. 7) Nomen apud nullum priorem scriptorem inveni. Maria nominatur in posteriore recensione Chronicae Fland., apud De Smet, Corp. I, p. 64. 8) Corruptum pro Testahardith, ut habet Fl. gen. c. 24; *Teestehardie* 'Rymkr'. 9) Cf. infra 40, 9. 10) *Hi wan an hare eenen sone . . . hiet Boudin Apkin ende twee andre kindre daer toe.* 'Rymkr.' ex Fl. gen. interpolata ex Herim. Torn c. 18. 11) Etiam nobis ignotum est.

Simon I, 33. 1095. sic pacem relinquens fratribus, Auctori pacis animam devotus reddidit anno Domini 1095. et sepultus fuit in septentrionali cono claustri iuxta introitum capituli, postquam rexerat annis 14[1].

Carte seu privilegia sui temporis fuerunt numero 4.

Capitulum 40.

est de domino Lamberto huius nominis abbate 40.

. . . .

Nunc tam notabilibus factis, que vere silenda non erant, breviter transcursis, ad principium domini Lamberti abbatis nostri revertamur.

Pars 4.

De reparatione ecclesie Morinensis et electione domini Iohannis episcopi.

Lambertus igitur hic abbas effectus, statum ecclesiasticum et religionis valde lapsum emendare cupiens, ut bonitatis exemplum a superioribus influat, sicut unguentum in capite quod descendit in barbam et usque in oram vestimenti (Ps 132, 2), ad matricem ecclesiam primo processit per hunc modum. Ecclesia Morinensi discordiis sic male disposita, ut exemplum reprobum esset universis, nam duobus episcopis suis Hucberto et Alberto confusibiliter eiectis — — dominum Iohannem in suum episcopum receperunt anno Domini 1099 (Simon II, 51–58. 1099.); qui 30 annis episcopatum sanctissime regens — — et alia bona plura huic ecclesie fecit, de quibus suis in locis inferius est mencio facienda; et quamdiu vixit, benefacere huic ecclesie non cessavit vir iustus et sanctus. Et quamquam non sit per Romanam ecclesiam canonisatus, eum tamen in libro vite numero sanctorum pie credimus esse ascriptum; cuius vitam et legendam penes nos habemus conscriptam[2].

De reditu Roberti Flandrie comitis a conquisita Iherusalem.

ib. II, 59. 1101. Huius domini Iohannis episcopi anno 2, Lamberti abbatis nostri 3, id est anno Domini 1101, inclitus Flandrie comes Robertus secundus de Iherusalem et Terra Sancta per multos labores, victorias et triumphos expertus magnalia Dei, completoque sue peregrinacionis voto, cum multa militari laude et gloria reversus, a rege principibusque Francorum honorifice tractatur (Rymkr. v. 2280.), et in Flandriam veniens, cum inmenso gaudiorum iubilo receptatur. In qua sancta expedicione sic incomparabiliter strennue se gessit, quod non solum utilis, verum pocius ut fulgur infidelibus esset terrori, sicque victoriosus et invincibilis, ut eum sancti Georgii filium Turchorum et Arabum appellaret excercitus. Ipse brachium sancti Georgii secum attulit et ecclesie Aquicingensi dedit (ib. v. 2352.). Ipse eciam comes ordinavit et perpetuo constituit prepositum Sancti Donaciani Brugensis suum archicapellanum et Flandrie cancellarium. Anno quo de Terra Sancta reversus est contra Tornacum[3] movit excercitum (Andr. M.); eo ibidem hyemante, Henricus imperator contra eum vadit, sed inactus rediit, hyemis asperitate se coactum excusans. Comes eciam a Balduino Hannoniense, consobrino suo, filio Balduini comitis, in expedicione Iherosolimitana defuncti, Duacum castrum quibusdam pactionibus et convencionibus obtinuit. Unde Henricus imperator ad auxilium Balduini contra Robertum excercitum ducens, Duacum vadit, sed utrimque pacto simulato magis quam composito, inefficax rediit. Duacum vero Roberto Flandrie comiti remansit.

. . . .

Pars 6.

De ordinis reparatione apud Alchiacum.

Simon II, 69. Pater itaque Lambertus, duabus primoribus ecclesiis huius dyochesis, scilicet Morinensi et Sythiensi[a], qualitercumque reformatis, totum se Cluniacensibus indulgens, ad vicinas ecclesias reformandas mentem intendit, opportunitatem nanciscens[b] nunc ex ecclesiarum vacacionibus, nunc ex monachorum dissencionibus. Et eodem anno, scilicet anno 1101, ecclesia Alchiacensis, cui de iure, consuetudine ac privilegio competit et debet ex isto monasterio abbas provideri, — Norberto illius loci abbate defuncto, Odonem Cluniacensem monachum, virum exemplarem, ad ordinem hic reformandum pridem missum diligencia Hugonis tunc Cluniacensis abbatis[5], Alchiacensibus abbatem prefecit; qui multa ibidem per religionis adversarios adversa perpessus, illis fugientibus, ipse cum viris timoratis sibi adherentibus idem cenobium fere viginti annis secundum regulam et exteriorem habundanciam honorifice rexit.

De reparatione ordinis in monasterio Bergensi.

ib. II, 70. 71. Itemque eodem anno Ingelbertus abbas Sancti Winnoci Bergensis, si tamen per ostium intrasset, postquam 31 annis[4] illam ecclesiam rexisset, positus in mortis articulo, palam confessus est dominum Ermengerum abbatem suum a se regnandi cupiditate minus iuste depulsum. Igitur eo defuncto anno Domini 1101, Bergenses Ermengerum resumpserunt abbatem, qui per papam et episcopum approbatus, vix triennio[6] supervixit. Tunc Bergenses de suis electionem fecerunt. Tunc episcopus videns illam ecclesiam indigere correctione, comiti Flandrie notificavit, illam ecclesiam per virum religiosum corrigi fore necesse. Comes hortatu sue coniugis Clemencie per Lambertum abbatem nostrum inducte consensit. Igitur instinctu abbatis nostri Hermetem priorem nostrum, hic a puero nutritum,

a) Sithyensi *h. l.* *B* 1. b) nancissc. *B* 1

1) i. e. 1081—1095. ex Simone. 2) Impressa Acta SS. Ian. II p. 794 sqq. 3) Ita perperam pro Cameracum. 4) *annos fere . . .* numero vacante Simonis codex. Hic numerus non concordat cum sequente anno obitus 1101; nam a. demum 1078. Ermengerus positus est; v. supra cap. 38, parte 4. 5) Coniectura auctoris ex Simon. II, 65. 6) *infra biduum obiit* Simon.

tunc Cluniaci commorantem, abbatem in Bergis ordinavit. Die[a] prefixo comes et proceres, Bruno apostolice sedis legatus, Iohannes episcopus Morinensis cum clero, abbas quoque noster cum abbate novo et monachis nostris, quos illuc ad ordinem introducendum aduxerat, in Bergis assunt. Bergensibus quaquaversum[b] dispersis, abbas Hermes intronisatur anno Domini 1104. Qui diruta pene repperit omnia; sed spem suam in Deo ponens, opus aggreditur 1104.
5 sic, ut in brevi quoad spiritualia sibi multi confluerent ad conversionem, et quoad temporalia in edificiis et possessionibus per eum retractis et acquisitis ecclesia sua magnam sentiret emelioracionem.

Sic pater Lambertus in hac mutacione Bergensi duo magnifica fecit: primo nos ad nostram ecclesiam et que nostra fuerat, supra capitulo Roderici, parte 3[1], restituit; secundo quod locum quasi ex toto lapsum in toto reparavit. Huius mutacionis[c] presagium tale pre-
10 cessit. Comes Flandrie Robertus secundus fratrem habuerat nomine Philippum, qui casu colisus in Bergis obierat et ibi sepultus erat, supra capitulo Iohannis, parte 4[2]. Circa finem regiminis Ermengeri abbatis iam dicti edituo loci predicti surgenti pro matutinis Philippus iste super locum sepulture sue visibiliter apparuit, et ei[d] se manifestans, eum monuit, ut signum pro matutinis pulsaret, asserens fidelium oraciones defunctorum animabus valde
15 profuturas. Edituus hec visa retulit, et vix 8 dierum spacio supervixit. Iste Philippus filium habuit ex concubina nomine Willelmum de Lo, quia ibidem[3] monasterium Sancti Petri fundavit[4], in quo et sepultus postea fuit[5]; dicebatur et Willelmus de Yppra, quia cum Ypprensibus confederatus ad terre dominium aspiravit[6]. Ipse est Willelmus de Yppra, de quo mencionem facimus in omnibus tricenariis nostris, quia multa bona nobis[7] fecit, ut infra patet capitulo Leonis[8], Simon II, 105.
20 parte 5. Similiter et predicte ecclesie de Lo multa bona faciens[9], et specialiter crucem auream unam nobisque consimilem dedit. . . . .

Pars 7.
De fundatione ecclesie beate Marie de Dunis.

Anno post hoc 5, id est 1107, fundari inceptum est monasterium de Dunis per hunc
25 modum[7]. Dominus Ligerius, vir sanctitate famosus, monachus de ordine sancti Benedicti nigrorum monachorum, exemplo priscorum sanctorum patrum relinquens patriam, ut, terrenis curis exutus, liberius Deo Filio virginis inserviret, peregre profectus in Flandriam venit, et in Furnensi territorio nec longe a Furnensi villa locum desertum peciit, ubi inter montosa et arenosa maris littora, que vulgariter ibi 'dunes' appellantur, resedit ibique de
30 bonis a Deo sibi tam largicione Flandrie principis quam aliorum Christi fidelium collatis capellam in honore beate Marie virginis edificavit et conventiculum sui ordinis nigrorum monachorum ibi congregavit. Quem locum et conventum ipse ibi primus abbas 21 annis sic rexit et erexit, ut postea cresceret in monasterium solempnissimum, quod hodie dicitur beate Marie de Dunis. Post Ligerium dominus Fulco eiusdem ordinis niger monachus, de
35 monasterio Saviniacensi[11] secundus ibidem abbas effectus, locum ipsum et numero monachorum et possessionibus augens, decem annis gubernavit, semper in habitu atque statu ordinis nigrorum monachorum. Sed florente tunc novo Cisterciencium ordine advenienteque illo magno luminari ecclesie beato Bernardo, ad arcioris vite frugem aspirans, in manus ipsius beati Bernardi se, monasterium et conventum sponte subiciens, habitu nigrorum
40 monachorum derelicto, ordinem et habitum Cisterciencium assumpserunt[12]. Quibus beatus Bernardus abbatem prefecit dominum sanctum Robertum, de Brugis oriundum[13], qui fuit illius loci a sua fundacione tercius abbas, sed primus de ordine Cisterciensi.
. . . .

Pars 8.
45
De obitu sancti Anselmi Cantuariensis episcopi.

Vir apostolicus dominus sanctus Anselmus Cantuariensis archiepiscopus et venerabilis Hugo Cluniacensis abbas, duo magna ecclesie luminaria, hoc eodem anno, anno scilicet Domini 1109, de hoc seculo nequam celicas migraverunt ad sedes; quorum obitus ante monstratus est Fulgencio Affligensi abbati sic: Vidit in sompnis duos locellos seu strunos pro mortuis ab angelis in celum deferri; ex hoc, cum evigilasset, coniecturans illorum obitum, qui cito ib II, 79 1109.

50 a) die pref. Comes *distinguit* *B* 1. b) quaquaverse *B* 1. c) mutacioni *B* 1. d) fuerit manif. *B* 1.

1) Immo 2, p. 780. 2) p. 785. 3) scilicet in Loo, praef. Furnes. 4) Minime ipse fundavit ecclesiam, quae iam longo tempore ante eum extitit; cf. Gall. christ. V, p. 348; De Smet, 'Recueil de mémoires et
55 de notices historiques' II, p. 40. 5) Cf. Fl. gen. c. 35; infra cap. 43, parte 5. Ossa eius a. 1770. ibi inventa sunt; cf. De Smet l. l. 6) Cf. Walteri V. Caroli com. c. 48. 49. 7) Haec verba iam supra cap. 39, parte 4, leguntur. 8) c. 43. 9) Lambertus praepositus Loensis in charta a. 1158. data, apud De Smet l. l., p. 47, enarrat beneficia ecclesiae a Willelmo collata, crucis vero ibi mentio non fit. 10) Cf. Chron. de Dunis ed. Brug. p. 3 sqq. 11) Savigny, dioec. Avranches. 12) Cf. Cont. Valcell. a. 1137. 13) Cf. ib. a. 1138.

post hoc mundo miraculis innotuit, que multa et magna in eorum legenda reperiuntur. Iste dominus Anselmus, nacione Italicus, scienciis liberalibus et maxime theologia preexcellenter imbutus, multa pulcherrima conscripsit, monachusque Cluniacensis[1] religiosissime conversatus est. Hic post Angliam a Willelmo Normanno conquisitam, supra capitulo Heriberti, parte prima, sublimatur Cantuarie in archiepiscopum[2]; sed predicto Willelmo Conquisitore defuncto, persecucione filii eius Willelmi regis Anglorum pulsus est ab Anglia, qui ad hoc nostrum monasterium divertens, a domino abbate nostro Iohanne et fratribus cum multa reverencia receptus fuit et aliquanto tempore se hic recreavit. Hinc ad Cluniacum et inde Romam ad papam Urbanum II. se transtulit, ubi eum Lambertus abbas noster invenit, ac per eius adiutorium ipse abbas noster confirmacionem electionis domini Iohannis Morinorum episcopi, pro qua venerat, facilius impetravit, ut patet supra e[odem], parte 4; recordatus enim archipresul beatissimus caritatis et amicicie hic sibi dudum exhibite, hoc subsidium abbati nostro Lamberto exhibuit. Ipse est secundus Cantuariensis archiepiscopus, qui de Anglia transfretans, in hoc loco solacium invenit, et primus fuit sanctus Dunstanus[3], supra capitulo secundo Hildebrandi*, parte prima. Migravit hic vir sanctissimus ad Dominum anno Domini 1109, Idus Iulii[4]; cuius sepulture titulus fuit iste:

Hic iacet Anselmus nunc in cinerem resolutus,
Cuius doctrina per climata cuncta Latina
Exponendo sacras scripturas atque docendo
Et Domini nomen pretusum fudit odorem.
Hic cum fulgeret diffuso lumine, sidus
Abstulit ille dies, quo Iulius exuit Idus.

. . . .

De obitu regis Francie Philippi et successione filii sui Ludovici et quibusdam eventibus.

. . . .

1109. Hoc eciam eodem anno dominus Lambertus Atrebatensis[a] episcopus obiit[5]; cui Robertus eiusdem ecclesie archidiaconus successit. Cuius Lamberti tempore fertur, quod beata virgo duobus ioculatoribus apparens candidis amicta, candelam[b] ceream eis tradidit in sui memoriam[6], quam dominus Lambertus episcopus approbavit et populis venerandam exposuit. Et hec est que dicitur candela Atrebatensis, quam ioculatores cum solempni processione deferunt in die sancti sacramenti, multique languentes, et specialiter igne sacro, ad illam peregre veniunt et sanantur; de qua iam multe filie seu candele alie sunt derivate, sicut candela Bergensis[c], Falcobergensis, Duniensis[d], de Neles, de Sinnighem[e], de Arkes, de Blendeca et alie multe. Sepultus fuit episcopus iste in ecclesia sua Atrebatensi ante altare, quod a septemtrionali parte chori pro eadem candela dedicatum est beate virgini; memoriale quoque episcopi predicti candelam tenentis in manibus ante idem altare marmori est insculptum in pariete et super tumbam eius epitaphium istud:

Vedastus proprie fuit huius episcopus urbis;
Post cuius obitum proprio sine presule languens,
Hec sedes flevit subiecta diu Cameraco,
Donec Lambertum, tumulo qui clauditur isto,
Moribus egregium, sapientem, religiosum,
Rome sacravit Urbanus papa secundus
Et proprium sedi pastorem reddidit isti.
Mundo decessit cum Mayus ab[f] Idibus exit[g].
Prestet ei requiem Dominus sine fine manentem!

Pars 9.

De morte Willelmi, filii Roberti Flandrie comitis, et martirio sancti Canuti regis et reparatione ordinis in monasterio Aquicinti.

Item eodem anno, id est anno[h] Domini 1109, Willelmus, iunior filius comitis Flandrie Roberti, apud Ariam moritur, et inde ad hoc monasterium delatus et sepultus est ante

a) Attreb. *B 2 semper.* b) candell. *B 2 semper.* c) Brugensis *A 1.* d) Dŭn. *B 1*; Dunn. *B 2*; Boloniensis *suppl. sec. manu in loco vacuo rel. A 1.* e) Seingheghem *A 1.* f) ad Idus *A 1*; Yd. *B 2.* g) exiit *B 2.* h) a. D. *des. A 1.*

1) Fuit monachus Beccensis. 2) Anno demum 1093. post mortem Wilhelmi I. factus est archiepiscopus. 3) Cf. Cont. Burburg. a. 1163. 4) Anselmus obiit d. Apr. 22, secundum Simonem II, 80. etiam mense Aprili; quare nescio num epitaphium sit huius Anselmi. 5) a. 1115, Mai. 17; Gallia christ. III, p. 323. 6) Cf. epitaphium, Gall. christ. l. l.: *Huic episcopo et duobus ioculatoribus Itherio et Normanno b. Maria in hac ecclesia apparuit, dans eis candelam, per quam sanantur ardentes igne malo.*

locum[1] ubi tunc erat maius altare[2]; cuius sepultura artificiose[a] conposita ex lapillis minutissimis diversorum colorum opere musiaco, quasi depicta foret, armato milite fuit decorata[b]. Circa idem tempus fuit, quod imperator Henricus Pascalem papam et suos cardinales cepit et incarceravit, donec ab eo privilegium[c] extorsit, quod postea pravilegium[d] est dictum, de quo narratum est in gestis paparum, supra e[odem], parte 5. *Simon II, 83.* Waldricus[e] Laudunensis episcopus a sedicioso illius ville populo, quia eos a male iurata communitate revocare volebat[f], occiditur, domus episcopi incenditur, et cum ea ecclesie beate virginis, sancti Iohannis, cum aliis vicinis concremantur. Quam sedicionem rex sic crudeliter vindicavit, ut posteris cedere debeat in exemplum. *Andr. M.* Dani regem suum sanctum Canutum in quadam ecclesia martirisaverunt sabbato Idus Iulii[3]; cuius sanctitatem et martirium multa miracula testata sunt. Hic sanctus Canutus pater fuit Karoli postea Flandrie comitis, qui Brugis eodem modo martirisatus fuit in ecclesia sancti Donaciani[g].

1110. Anno Domini 1110.[h] monasterium[i] Aquicinti ad religionem reparatum est et reductum per dominum Lambertum abbatem nostrum, sic ex monachorum discencionibus nanciscens[k] opportunitatem: monachis Aquicinti inter se tumultuantibus in tantum, ut suum abbatem deponentes expellerent. *Simon II, 78.* Hoc dominus noster Lambertus considerans, per secretos internuncios illos induxit, ut virum venerabilem, moribus egregium ac prudencia facundiaque decoratum sibi sumant in abbatem, quo lapsa eorum ecclesia relevetur; et eis nominari fecit dominum Alvisum monachum nostrum, tunc reformacioni ecclesie Sancti Vedasti intendentem et prioris ibidem officium excercentem. Igitur Aquicingenses monachi dictum [dominum[l]] Alvisum instinctu, ut prefertur, domini Lamberti abbatis nostri in suum abbatem elegerunt[4]; qui consilio et auxilio eiusdem Lamberti eandem ecclesiam reformavit[m] in spiritualibus ac[n] eciam in temporalibus sic exaltavit, ut eius nomen celebre fieret ubique et inde ipse dominus Alvisus eligeretur in episcopum Atrebatensem[5], ut in posteris apparebit.

De obitu Roberti comitis Flandrie et successione filii eius Balduini Hapkin.

Rymkr v. 2321. 1111. Sequenti anno, id est anno[o] Domini 1111, contingit[p], regem Francie Ludovicum contra Dammartin excercitum ducere, vocato secum Flandrie comite Roberto, avunculo suo, qui in eodem excercitu strennuissime laboravit. *Andr. M.* Tandem negocio pro quo venerant ad votum peracto, una dierum cum predictus comes Flandrie per pontem Meldensem cum militum multitudine equitaret, equus fortuito super eum cadens totum conquassavit; *Rymkr v. 2337.* inde deportatus ad lectum, tercia post hoc die vita decessit, postquam Flandrensibus imperasset annis 18. *Simon II, 78 et Rymkr. v. 2347.* Cuius corpus cum multa procerum caterva transtulit[q] Atrebatum et in ecclesia beati Vedasti cum honore maximo sepelivit[r]; cui successit in Flandrie comitatu Balduinus, filius eius, qui postea dictus est Hapkin, vix puericie etatem excedens. Qui statim ut comitatum est adeptus, a rege Francorum suscepit balteum et ordinem militarem; statimque se tante probitati exposuit atque iusticie, quod malis effectus est terribilis, bonis vero atque patrie clipeus et tutela.

Inter cetera facta iusticie militem, qui pauperculam de duabus vaccis predaverat, [captum[s]] duci fecit Brugis; et rogantibus amicis, ne suspenderetur aut excecaretur[t], comes autem annuit, sed cacabum cum aqua ferventi parari fecit militemque, ut erat vestitum et gladio accinctum[u], in eo proici et bulliri fecit ad raptorum terrorem. *Ib. v. 2513.* Item alios decem milites, qui in nundinis Toraltensibus mercatorem predaverant, captos recludi fecit in quadam domo. Cognatis eorum rogantibus pro eis respondit, se velle loqui cum eis; sicque domum cum aliquibus de suis intravit et, ut illos suspenderent, iussit; renuentibus eis pre timore amicorum[v], dixit raptoribus: 'Si quis vestrum socios suos suspenderit, evadere poterit'; quod unus illorum cito complevit. Tunc illum comes cum corda ad collum eius et ad trabem ligata super scamnum stare compulit, ipseque comes scamnum cum pede propulit, et sic ille suspensus mansit. Comes vero exiens et equum ascendens, amicis eorum dixit: 'Intrate et eis consulite, ut amodo se[w] caveant a rapinis'. Qui cum vidissent eos suspensos, confusi recesserunt. Talibus factis pavorem sic omnibus intulit, ut eciam thesauros inventos in via nullus attentare[x] presumeret. *Ib. v. 2483.* Paupercula quedam ante ecclesiam sancti Petri Gandensis ei ad vesperas properanti conquesta est de sue vacce furto; comes eam rogat, ut spacium audiendi vesperas sibi concedat; illa inquit: 'Domine[y], tunc impediret violencia militum'; tunc ipse mantellum suum deponens, paupercule tradidit, dicens: 'Hoc signo scias me ad te post vesperas rediturum'; quod et fecit et paupercule satisfecit. In quo eius devocio, pietas et iusticie promptitudo monstratur. *Ib. v. 2427.* Ipse Karolum, cognatum suum, sancti Canuti regis Dacie filium, de Terra Sancta redeuntem secum retinuit et eum plurimum honoravit, eiusque consilio, quoniam prudens erat et iustus, se et terram suam sic regebat, ut non solum populus, sed eciam ipse rex eum ut plurimum formidaret.

a) artificioce *B* 1; artifice *B* 2. b) decorato *B* 2. c) previl. *B* 2 *semper.* d) privil. *A* 1; previl. *B* 2. e) Walder. *B* 2. f) vollebat *B* 2. g) Donaciaciani *B* 1. h) MCIX. *B* 1 *in textu et in marg.*; MCIX. *post corr.* MCX. *B* 2. i) a. D. 1109. Monast. *distinguit B* 2, *et sic ed.* k) naciscens *B* 1. 2. l) *deest B.* m) renormavit *A* 1. n) ac e. in t. *des. B* 2; et temp. *A* 1. o) a. D. *des. A* 1. p) contigit *e corr. B* 1. q) *sic A* 1. *Simon*; translatum *B.* r) *sic A* 1 *Simon* (*scil.* rex); sepultum est *B.* s) *deest B.* t) execar. *B* 2. u) accintum *B* 2. v) inimicorum *A* 1. w) c. se *A* 1 x) attractare *B* 2. y) mi *add. A* 1.

1) Cf. Fl. gen. c. 24. Nec locum neque annum obitus ceteri scriptores indicant; sed tantum ante patrem (a. 1111. mortuum) eum defunctum dicunt. Sed Willelmum in monasterio S. Bertini sepultum esse, testatur frater eius Balduinus in charta apud Simonem II, 45, p. 256, et ipse Simon II, 92. 2) Cf. Cont. Sim. I, 13. 3) Iam a. 1088, quo anno d. Iul. 15. in sabbatum incidit. 4) Cf. Simon. II, 76. 78; Auct. Aquic. a. 1111, SS. VI, p. 395; Ann. Aquic., SS. XVI, p. 504. 5) Cf. Auct. a. 1131. et Ann. Aquic. a. 1133. l. l.; Simon. III, 1.

Pars 10.

Quomodo Cluniacenses dominium super nos habere voluerunt.

Simon II, 81 85 — 1112. Circa annum Domini 1112. Poncius Cluniacensis abbas, supra e[odem], parte 8, monasteriis suis per Franciam et Hispaniam peragratis, veniens Abbatis-villam cum centum mulis et pompa magna, mandavit abbati nostro Lamberto, se[1] in Sythiu celebraturum pascha et curiam suam hic tenere quasi in propria. Monachi vero Cluniacenses tunc in hoc monasterio quasi principantes, eius adventu exhilarati, dicebant, quod noster abbas in presencia Cluniacensis solita sibi dudum reverencia et potestate privaretur, Cluniacensis abbas institueret et deponeret quos vellet, et in prima sede staret ut abbas abbatum. Lambertus et nostrates turbati, latenter egerunt, quod Clemencia Flandrie comitissa et filius eius comes Balduinus Poncio abbati Cluniacensi mandarent, opportunum sibi non esse venire ad Sanctum Bertinum. Poncius coniciens hoc esse factum consilio Sythiensium, Lambertum abbatem flectere nititur. Lambertus vero timens cum forcioribus inire conflictum, timens econtra, ne per eum hanc ecclesiam a fundamentis liberam servituti subiciendo perpetuum incurreret vituperium, sic perplexus efficitur, ut milies de hac re mutaret animum, sed conventus a sue libertatis defencione flecti nunquam potuit. Turbatur ex hoc Flandrensis curia, et ad Sythiu defendendum comes et eius mater animantur. Poncius metuens, priorem Abbatis-ville ad abbatem nostrum mittit, ut cum eo vadat ad Flandrensem comitissam, rogaturi, ut det conductum Poncio abbati Cluniacensi veniendi ad Sancti Bertini ecclesiam quasi in propria. Comes cum matre et suis proceribus egre ferentes hoc verbum 'in propria', respondere contempserunt; sicque qui missi fuerant redierunt inacti; quorum famuli in Sythiu valde turbantur; nam statim castellanus Sancti Audomari nostris in adiutorium venit, sed totum pondus abbati Lamberto Poncius imposuit[2]. Mandat igitur Lamberto Poncius, ut sibi monachos Cluniacenses, qui in Sythiu morabantur, ad Rumiliacum adducat; quod et fecit. Inde Poncius usque Lyons transiens, duos monachos nostros dudum in Cluniaco professos, sed tum Atrebati commorantes, missis caballis, ad se vocavit; quod ut Lambertus abbas audierat, Atrebatum pergit, et Gelduinum dudum abbatem Aquicingensem, tunc vero apud nos inclusum, cum edituo Morinensi ad Poncium premittens, monet, ut suos reddat, sin autem, appellet eum Rome coram papa; appellacione facta, quamvis sciret esse difficile Cluniacensibus posse resistere, difficilius tamen iudicans Flandrorum superbiam Burgundiorum dominacioni subicere, Romam vadit et in curia causam suam exponit; cui, Deo gracias! fortuna leta sic arrisit, ut, quidquid a papa peteret, iudicio tocius curie impetraret. Invenit enim eos adversus Cluniacenses valde commotos, et causa fuit: Imperator Henricus Rome coronatus, supra e[odem], parte 5 et 9, papam et cardinales incarcerando compulit, ut sibi privilegium daret, nullum episcopum sine consensu regio consecrari. Hoc privilegium Cluniacenses pravilegium nominantes et superbe detestantes, Romanis scripserunt verba iniuriosa; quibus irritati, domino abbati nostro privilegium indulserunt, ut[a] omnia[b] facta per Lambertum abbatem nostrum in Cluniaco, licet per comitem et per episcopum approbata, quia tamen contra libertatem ecclesie ib. II, 41. facta, irrita fierent omnia; maxime quia quod per episcopum factum fuerat sine sui capituli et quod per abbatem sine sui conventus consensu et in preiudicium utriusque ecclesie facta fuerant. Privilegium sic incipit: *Pascalis* 1113. *episcopus servus servorum Dei* et cet. *Ad hoc nos disponente Domino* et cet. Datum anno ib. II, 39. Domini 1113. Quod quidem privilegium ipse dominus abbas Lambertus per eundem Pascalem confirmari fecit 1115. Cuius confirmacionis bulla sic incipit *Pascalis episcopus* et cet. *Que religionis prospectu statuta sunt* et cet. ib. II, 47. 44. Datum anno Domini 1115. Item confirmacionem eiusdem pape de berquaria in parrochia Vulpen, quam Balduinus Hapkin Flandrie comes pro commutacione ville de Ostresela nobis dedit in territorio Furnensi 28 librarum, quas inde Erenboldus Musolf solvit. Privilegium sic incipit: *Pascalis* et cet. *Officii nostri* et cet. Datum anno Domini 1115. Item eodem anno confirmacionem eiusdem ab eodem, cuius principium et finis ut precedentis. ib. II, 42 Item aliud ab eodem Pascali[c], per quod nos ad ecclesie nostre libertatis genium, quod temporibus Victoris et Urbani predecessorum suorum habuit, restituit; et quod per dominum Lambertum abbatem nostrum in Cluniaco factum est, supra e[odem], parte 5, nullum huic ecclesie preiudicium generet. Privilegium incipit: *Pascalis*[c] et cet. *Tam ex frater-* ib. II, 85 *nitatis vestre litteris* et cet. Datum anno Domini 1115. Hiis litteris dominus Lambertus abbas noster munitus a Roma rediens, cum gaudio multo receptus est a suis Sythiensibus, de iterando labore nil ultra suspicantibus, frustra tamen; nam adhuc viridi latuit anguis in herba. Gelduinus autem Aquicingensis[d], de quo supra e[adem] parte, cum efficere non posset, ut abbas Poncius ad Sanctum Bertinum veniret, de reclusione sua egrediens, transfretavit in Angliam[4], ubi non multo post obiit.

De Poncii abbatis Cluniacensis ad tempus pacificatione cum domino Lamberto abbate nostro.

Post hoc Lambertus pater in die bonorum non immemor malorum, considerans temporum varietatem, hominum ib. II, 86. 87 instabilitatem, Romanorum cupiditatem, Cluniacensium potenciam et eorum in re perficienda constanciam, per plures internuncios cum eis pacem querit; quam recusantes, cum suo Poncio Romam vadunt, non nostri causa, sed pro recuperanda gracia apostolica; qua vix obtenta, dum nil ad votum essent consecuti, ne penitus inacti redirent, litteras impetrarunt, ut Lambertus abbas de professione facta Cluniaci responderet aut prefixa die coram papa se presentaret. Pater vero Lambertus per dominum Cononem cardinalem, tunc in Francia legatum et nobis amicum, illas litteras debilitavit; dumque semel in pape palacio Poncius de nobis tractans cum Iohanne Gaytani[5] in quodam cenaculo novo resideret cum suis, subito cenaculum corruit cum eis qui intus erant; ubi Iohannes Gaytani[6] statim mortuus est, Poncius crus suum fregit, et ceteri vix evaserunt; quod plerique beato Bertino pro miraculo ascribunt. Videntes tunc Cluniacenses se[e] in ista causa per omnia nobis inpares et a multis ob hanc causam vituperari, fucata pocius amicicia quam vera Poncius Lamberto abbati nostro se saltem in diebus eius reconciliavit; et per hanc convencionem monachi nostri de Atrebato per Poncium abducti ad nos reducuntur; futurum certe, ut que pacata videbantur in chaos pristinum redirent, abbate Lamberto defuncto.

. . . .

a) *deest B 1.* b) *superscr. B 1.* c) Pasch. *h. l. B 1.* d) Aquicingensē *B 1.* e) *deest B.*

1) Haec — *propria* falso a quibusdam Pontio irrogata esse, dicit Simon. 2) Callide abbreviat auctor relata Simonis. 3) Iisdem fere verbis incipit bulla data a. 1112, Iun. 19, apud Simon. II, 38; dubito, num noster aliam viderit. 4) Cf. Ann. Aquic. a. 1123; SS. XVI, p. 504. 5) Simon hunc non nominat. 6) *et unum morte contrivit, alteriusque coxa ita confracta* etc. Simon.

Pars 12.

De guerra filiorum Willelmi conquisitoris Anglie ad invicem.

Supra capitulo Heriberti, parte 2, Guillelmus Normannus Angliam conquisivit, Matildem, filiam Balduini Insulani Flandrie comitis, uxorem duxit; de qua tres filios genuit, Guillelmum, qui patri successit in regno, Robertum, qui ex dono patris fuit dux Normannie, et Henricum, qui decedente patre mansit sine assignacione terre, unde dictus fuit Henricus Sine-terra; Robertus, secundus filius predictus, in conquisicione Iherusalem fuit cum Roberto Flandrense comite, Godefrido et aliis. Quo ibidem cum aliis militante, Guillelmus rex, frater suus, in venacione casu sagitta percussus interiit. Statim Henricus Sine-terra videns regem fratrem suum mortuum, Robertum fratrem suum absentem, Angliam occupavit et sibi regnum usurpavit, expulso Willelmo nepote suo, filio Roberti Normannie ducis predicti. Robertus vero de Terra Sancta reversus in Angliam[1], obviam pergit fratri suo Henrico predicti regni occupatori; sed Henricus victoria potitus, Robertum in bello cepit et incarceratum usque ad finem vite sue detinuit; puer vero Willelmus, filius Roberti predicti, eciam ab eodem avunculo suo Henrico Anglia et Normannia pulsus, penes regem mansit[2]; de quo postea dicetur.

Fl gen 7 (Rymkr. v. 1073) — Sigeb — Simon II, 59. 60. — Rymkr. — Fl gen. — Rymkr. — Fl gen.

De guerra Balduini Hapkin Flandrie comitis contra Henricum regem Anglie, et de morte predicti comitis.

Hac de causa Flandrie comes Balduinus Hapkin iratus, Henrico regi Anglie valde fuit infestus; unde, cum semel Henricus ei mandaret, quod super eum usque Brugis veniret, comes Balduinus ei magnanimiter[a] respondit, non esse necesse eum sic fatigari; nam ipsemet Balduinus ei Rothomagum civitatem suam, ubi tunc erat, obviam veniret; quod et fecit. Balduinus se usque ad portas Rothomagi cum quingentis militibus transtulit, et hasta sua portam quam clausam repperit[b] feriens, regem ad exitum[c] sive congressum provocavit. Rex autem exire nolens vel [non[d]] audens, respondit, se contra fatuum vel furibundum iuvenem exire nolle. Videns igitur Balduinus, quod ibi nichil proficeret ibi iacendo, in despectum regis nemora, cervos et bestias eius[e] dissipavit; et in Flandriam rediens, Eukers castrum cepit[3], Hugone Campdavanie[f], qui illud occupaverat, vi armorum expulso. Castrum illud Karolo, consobrino suo, filio regis Dacie, tradidit.

Rymkr. v 2642. — Cont Valc 1115

Hiis gestis, cum semel Balduinus comes predictus torneamenta frequentaret[4], contigit, eum a quodam milite casu in fronte vulnerari, de quo nunquam curari potuit. Dicebatur enim, quod Henrico Anglorum rege agente per quendam falsum sirurgicum vulnus fuit intoxicatum. Quo vulnere continue per oculum suum stillante, inhabilis ad arma, languens quasi per annum, videns quod mortem inde non posset evadere, contra matris sue atque baronum voluntatem Karolum, consobrinum suum predictum, filium sancti Canuti regis Dacie sepedictum, sibi successorem et Flandrie comitem assignavit. Et nota, quod Willelmus Normannus pro ista vice in comitatu Flandrie nullum ius[f] [sibi[d]] vindicavit, sed Karolum, quia natu propinquior erat, succedere permisit. Hoc facto, Balduinus Flandrie comitatum dimittens, monachus est effectus in hoc monasterio Sancti Bertini, in quo fere decem mensibus in habitu monachali vivens[5], tandem dies suos devotissime clausit. Hicque, Karolo Flandrie comite, eius successore, astante, electoque flore Flandrensi presente ac procerum multitudine, sepelitur anno Domini 1119, postquam Flandriis imperaverat annis 8. Memoriale vero eius sive tumbam sollempnem statuerunt et altam ex ere fabrefactam et auratam cum cruce desuper posita et affixa, que adhuc hodie sollempnis et honesta durat. Aniversarium[g] autem eius sub duplici sollempnitate singulis annis hic apud nos celebratur. Ante mortem vero suam inclitus iste princeps iam in extremis laborans et quasi legato seu testamento ultimam voluntatem suam ac animam Domino recomendans, huic ecclesie privilegium dedit, per quod nobis confirmat et quasi amortisavit[h] omnia bona nostra tunc presencia, et que iusto titulo in posterum iuste possemus acquirere sive de allodiis seu feodis suis aut hominum suorum. Quod privilegium sic incipit: *In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Balduinus Dei gracia* et cet. *Actum anno Domini* 1119[6]. Dederat eciam antea[i] huic ecclesie berquariam in territorio Furnensi tam pro concambio[k] de Ostresela[l] quam pro anima sua; de qua mencio facta est supra e[odem], parte [10[m]].

Rymkr v. 2733. et Cron de Fl. — Simon II, 92. — Rymkr v. 2782. — Simon II, 92. — Fl gen — 1119. — Simon II, 44.

Pars 13.

. . . .

De fundatione ordinis Premonstratensis.

Anno Domini 1120. incepit ordo Premonstratensis per dominum Norbertum, magne penitencie et abstinencie virum; unde versus[7]:

1120. — Vinc. 26, 28.

a) magnamiter *B* 1. b) reperit *B* 2. c) excitum *B* 1. d) *deest B.* e) *deest A* 1. f) Candevenna *suppl. sec. manu A* 1. g) *ita codd.* h) amortisat *A* 1. i) h. e a. *A* 1. k) cambio *B* 2; altari *A* 1[a]. l) Ostresella *A* 1. m) *deest A* 1.

1) Non in Angliam, sed in Normanniam venit. 2) Hoc scripsisse videtur auctor, quia post mortem Caroli comitis cum Ludovico rege Flandriam intravit et ab eo comes constitutus est. 3) Tribus annis antequam in Normanniam profectus sit. 4) Scriptores omnes referunt, eum in reditu ex Normannia vulneratum esse; de torneamento nemo quidquam tradit. Noster sic forte refert adductus iis quae 'Rymkr.' v. 2599 sqq. ex V. Car. c. 6. narrantur. 5) Herim. Tornac. c. 26. scribit, Balduinum 8 dies ante mortem monachum effectum esse; Simon de tempore nihil. Poeta Flandrensis. ex V. Caroli c. 6, tantum dicit, Balduinum 10 mensibus post vulnus acceptum vixisse. 6) Apud Simonem II, 45. legitur charta a. 1119. data, quae verbis hic laudatis incipit, quae vero alius est argumenti. 7) Sic versus leguntur apud Robert. Alt. et Bald. Ninov. supra p. 587; plerique alii scriptores praebent lectionem *bis duo deno*, i. e. 1124; cf. 'Forschungen' XVIII, p. 25.

Anno milleno centeno bis quoque deno
Sub patre Norberto Premonstrati cepit ordo.

Hic nacione Theutonicus, Coloniensis oriundus, ad verbum vite gentibus predicandum a papa Calixto commendatus domino Bartholomeo Laudunensi episcopo, pluribus peragratis locis sancte religioni congruis, tandem in loco Premonstrati a Deo sibi ostenso solitariam vitam ducere incepit, semper nudis pedibus incedens. Postea ibidem discipulos et collegium congregavit, quibus beati Augustini regulam principaliter observandam instituit cum aliquibus addicionibus regule beati Benedicti. Nam secundum beati Augustini regulam horas cum novem lectionibus observant, tunicis albis induuntur et superpelliciis in officiis ecclesie, alibi vero cappas albas et scapulare pro regulari habitu deferunt; et curas animarum suscipiunt, seque non monachos, sed Premonstratenses canonicos appellant. Secundum vero regulam sancti Benedicti carnes in refectorio nunquam nec alibi nisi in infirmitate commedunt; duobus pulmentariis in refectorio contentantur; vestiti dormiunt et caligati, camisiis non utuntur nec pellibus preterquam ovinis; ad labores manuales certis horis exeunt; et a festo exaltacionis sancte crucis usque ad pascha omni die ieiunare solebant a prima sui ordinis institucione, sed successu temporis devocione tepescente, monachis illa ieiunia male servantibus, statutum est per prelatos et magistros ordinis eorum, ut hoc ieiunium in aliud commutaretur, scilicet ut per totum annum omni feria sexta ieiunent. Sicque omnes clerici, conversi et moniales illius ordinis in omnibus monasteriis suis observant, que licet multa sint, omnes tamen abbates uni, id est Premonstratensi, obediunt velut suo patri atque superiori, et ibi tamquam ad locum suum capitalem ad ordinis capitula conveniunt. Iste dominus Norbertus per Honorium II, Calixti successorem, promotus fuit in archiepiscopum Partenopolis, que vulgaliter Magdenbourg dicitur; cuius vite sanctitatem miracula multa testantur.

. . . .

Pars 14.

Que est recapitulacio factorum domini Lamberti abbatis nostri.

Recolentes egregia facta huius domini abbatis Lamberti, eius vitam quasi quoddam martirium recommendare debemus, pravorum filiorum insolenciam improbare. Videns dominus Lambertus novus abbas effectus, mundo Dei graciam adaperiri, statum laicalem hortatu pape crucem sumere et Christum sequi, statum ecclesie per orbem ad arcioris vite normam devocius[a] informari, ecclesias et monasteria nova construi et vetera reparari, novos ordines oriri et devocionis fervorem in amplius accendi, supra e[odem], parte 2 et 3; videns eciam statum ecclesie in hiis partibus egre dispositum[1], et in eius reformacionem totus accensus: primo Morinensem ecclesiam, que capud et exemplum fuisse debuit, plus ceteris insolentem, per novum episcopum eis missum relevavit, supra e[odem], parte 4; deinde hanc suam ecclesiam per Cluniacenses ad ordinem reduxit, parte[b] 5, Alchiacensem et Bergensem ecclesias, eis abbates ex hoc loco monachos instituens, reparavit, parte 6; ecclesiam Sancti Vedasti Atrebatensem per nostros monachos ibi missos, parte 7, Aquicingensem, Blandiniensem[c], Sancti Bavonis itemque Bergensem successive reparavit, supra suis locis; et si quidem professionem quandoque fecerat in Cluniaco, hoc solum fuit causa ecclesie sue reducende; sed quam cito vidit Cluniacenses hanc suam ecclesiam in servitutem velle reducere, Cluniacensibus se primus opposuit, parte 10, nec eis in faciem resistere non cessavit usque in finem vite sue. In temporalibus hanc ecclesiam magnifice provexit. Molendina intra monasterium fieri fecit, rotam, que fistulis plumbeis aquam de fluvio ministraret, subtili artificio complevit et aqueductum subterraneum in officinis induxit; et ut nullus nisi nos molendina facere posset inter Arkas et Bourbourgh, privilegium et prohibicionem a comite impetravit. . . . .

De fine domini Lamberti abbatis nostri.

Anno Domini 1124. dominus abbas noster subito et ex improviso paralysi percussus . . . . . . animam Deo reddidit anno Domini 1125. . . . .

Carte seu privilegia sui temporis atque per[d] eum acquisita sunt numero . . .[e]

Capitulum 41.

est de domino Iohanne huius nominis II, huius vero loci abbate 41.

. . . .

Pars 2.

De Flandrie comite Karolo[f], regis Canuti[g] filio.

Karolus, regis Dacie sancti Canuti filius ex filia Roberti Frisonis primi[h] sororeque Roberti Frisonis[i] secundi, Balduino Hapkin Flandrie comite sine herede defuncto, comes Flandrie est effectus, supra proximo, parte [12[k]], vir strennuus, honestus, prudens[l], in bello ferox, in pace pius et iustus, ecclesiarum et religionis amator. Huic invidit Clemencia comitissa propter Willelmum Yppreusem, sue cognate[m] maritum, quem terre preficere voluit, sed non potuit; et ideo cum Karolo pacem fecit, ei tradens Ariam, Sanctum Venancium et

a) devotus *B* 1. b) *alio atram. superscr. B* 1. c) Blandineñ. *B* 1. d) p. e. *superscr. B* 1. e) *vacat codd.* f) Karoli *B* 1. g) Kan. *h. l. B* 1. h) primi — Frisonis *des. B* 2. *ed.* i) sec. Fr. *A* 1. k) *deest A* 1. l) et pr. *A* 1. m) cogn. *A* 1. *B* 2.

1) Repetit hic breviter quae iam supra ex Simone II, 50 sqq. longius enarravit.

Dixmudam. Karolus iste Hugonem comitem Sancti Pauli vicit[a] et castrum Sancti Pauli cum aliis municionibus ad terram usque prostravit. Walterum Hesdiniensem comitem sibi subdidit, et eo de terra fugato, comitatum alteri tradidit, sibi tamen necessaria assignavit. Subdidit eciam et potenter comitem Montensem et Thomam de Couchi. Castellum eciam, quod Eustacius advocatus Morinensis in atrio beate Marie Taruanne construxerat, diruit et ecclesiam Morinensem a preiudicio liberavit[1].

Rymkr.

De Karoli comitis pietate.

Rymkr. v. 2935.

In elemosinis largus sepe sua preciosa vestimenta deposuit et pauperibus tradidit, ut alios ad elemosinam provocaret. Tempore caristie sive famis, que tunc valida fuit in patria, largissimas elemosinas fecit, sic quod, preter id quod per suas gentes dispensabatur, ipse ad exemplum tribuendum una die plus quam 6000 et 800 panes sua propria manu pauperibus tradidit, nec pati potuit, quod sua elemosina negaretur alicui; qua fame et inedia durante a Kalendis Novembris usque ad novas fruges, ipse cogebat ecclesias et viros ecclesiasticos de suo solito plus elargiri[2].

Cont. Burburg

De Karoli comitis devotione.

Rymkr v. 2892 ib. v. 3000

Erga Deum et viros ecclesiasticos ac religiosos sic fuit humilis et devotus, ut sepe rogaret eos, quatenus[b] eum tempore et loco de suis defectibus reprehenderent et pro eo Dominum exorarent. In curia sua religiosorum et ecclesiarum causas primo semper expediri fecit, dicens, quod hii qui servicio Dei invigilant non debere in curiis[c] principum detineri. Unde semel contigit hunc Iohannem abbatem ingredi curiam comitis in die sancte[d] epiphanie. Cui[e] comes: 'Domine abba[f], quis pro vobis[g] hodie cantat magnam missam hac sancta sollempnitate in ecclesia vestra'? Abbas inquit: 'Domine, sunt in monasterio centum monachi, bene[h] poterit ab aliquo probo viro celebrari[i]'. Et comes: 'Debebatis in tanto festo in collegio vestro cum psallentibus psallere et cum prandentibus epulari et monachos vestros recreare, qui in Dei servicio[k] laboraverunt. Nam ad hoc patres nostri vobis redditus assignaverunt'. 'Domine', ait abbas, 'necessitas me cogit; nam miles quidam nos opprimit'. Respondit comes: 'Suffecisset[l] hoc michi per cartam vel nuncium intimari. Nam meum est defendere et vestrum pro me Dominum exorare'. Et vocato milite, dixit ei: 'Per fidem qua teneor Balduini predecessoris mei anime, si plus de hoc audiero, faciam te bulliri, sicut ille fecit militem viduam depredantem'. Sic miles destitit, et abbas rediit consolatus. Pro huiusmodi factis fuit bonis amabilis odibilisque malignis[3], sic ut[m] plures ob hoc in eius necem conspirantes machinarentur.

De conspiratione facta in mortem Karoli comitis.

Rymkr

Fuit[4] quidam Bertulphus prepositus Sancti Donaciani Brugensis, stipatus cognatis superbis, quibus quidam miles coram comite servitutem imponebat; quam servitutem comes toti parentele videbatur imponere; unde prepositus invidit domino suo comiti. Habuit eciam ipse prepositus fratrem[5] nomine Botsardum[6], qui quendam vicinum suum nomine Thamar[n] oppressit iniuste; quibus comes treugas imposuit; unde prepositi crevit odium. Comite igitur ad Franciam pergente, Botsardus, infractis treugis, multos contra ipsum Thamar[o] excessus perpetravit. Comes vero rediens et hec sciens, ut maiorum terre iudicio de malefactoribus plenius[p] ordinaret, Brugis accessit. Crastino prepositus Guidonem de Steenfort misit ad comitem intercedere pro fratre[7] suo Botsardo; sed econtra Guido, precibus obmissis, comiti superbe imposuit iniurias Botsardo illatas. Cui[q] comes respondit: 'Botsardus illata dampna restituat et sue parentele libertatem probet[r], et sic poterit[s] venia postulari'. Prepositus propter parentele libertatem indignans, sequenti nocte cum septem[8] de suis, id est Botsardo et Winrico[9], fratribus suis[7], cognatisque[t] Roberto et Winrico[10], fratre eius, Willelmo de Werneke, Ingelramno[u] de Essines et Ysaac, in mortem comitis secrete conspirantes, iuraverunt, ut hoc omnes lateret, donec perpetratum esset; prodicio tamen comitem[v] omnino non latuit, sed vix hoc credere potuit.

Cron de Fl. Rymkr

De occisione ipsius Karoli comitis.

Rymkr. v. 3026. cf. V. Car. c. 25 Herim. c. 28. Rymkr

Crastino surgens comes, ut solitus erat, se et opera sua Deo commendans, pauperibus dans elemosinam, ad ecclesiam sancti[11] Donaciani cum paucis missam auditurus intravit et ante altare beate virginis se in oracione prostravit; et cum septem psalmos penitenciales[12] et quindecim graduales alta voce, ut ei moris erat, perlegisset, unum[13] de tredecim denariis, quos ante se habebat pro elemosina, paupercule tradidit. Ecce Botsardus proditor cum suis conspiratis predictis nudis gladiis comitem impetit[w] et sibi anteriorem partem capitis a vertice usque ad frontem cum dextero[x] brachio amputavit, et cerebro pavimentum aspergens, eum multis et horrendis vulneribus confoderunt. Sicque patri suo sancto Canuto per suos in ecclesia trucidato conformatus martir, pro iusticia spiritum Deo

a) et v. *A* 1. b) quod cum t. *B* 2. c) curia *B* 2. *ed.* d) *deest B* 2. e) Comes ayt *B* 2. f) abbas *B* 2. g) nobis *B* 1. 2. h) unde *B* 2. *ed.* i) cantari *A* 1. k) officio *A* 1. l) H. s. *A* 1. m) et *B* 2. n) Thomas *B* 2. o) Thomam *B* 2. p) pelnius *B* 1. q) Qui *B* 2. r) probet — libertatem *des. B* 2. s) v. pot. *A* 1; veniam *B* 1. t) cogn. *A* 1. *B* 2. u) Ingelramo de Ossines *B* 2. v) o. c. *A* 1. w) impetiit *A* 1. x) dextro *A* 1.

1) Haec etiam in Chron. S. Bavonis, De Smet, Corp. chron. Flandr. I, p. 577, leguntur ideoque sumta sunt ex Sigeb. Cont. Valcell.; cf. SS. VI, p. 280. 458. 2) Similiter supra p. 782. de Balduino Hannon. 3) Similiter p. 789. de Balduino Hapkin. 4) Haec brevia excerpta sunt ex longa narratione Chron. rhythm. v. 3108—3525 (= Walteri V. Car. c. 14—24). 5) Immo nepotem, ut Walterus, V. Car. c. 16, scribit. Fuit filius Lamberti de Straeten, fratris Bertulfi. Nescio num in hunc errorem inciderit male interpretatus Chron. rhythm. v. 3185 sqq.: *Lambrecht hadde eenen sone, Des prooft broeder, ende de gone Hiet Boutsaert.* 6) Burchardus in libris Latinis nominatur; Boutsaert audit nomen in 'Rymkr.' 7) Cf. n. 5. 8) *huit bachelors* 'Cron. de Fl.', scil. cum Bertulfo. 9) Vulfricus verum nomen est (Walter. c. 24: Vufricus). Sed sic etiam *Wynri* 'Rymkr.', *Wimiers* 'Cron. de Flandr.' 10) Haec male et nescio unde inserta sunt. Sed similiter 'Rymkr.' *ende Woerin* corruptum ex *Viroviacensis* Vitae c. 24, quod noster corrupit in *de Werneke* (pro Werwyk). 11) *s. D.* ex Cron. de Fl. 12) Haec vox deest in Chron. rhythm.; sed legitur in Walteri V. Car. c. 25. et 'Ancienne Chronique' apud De Smet II, p. 65. 13) *unum* deest in Chron. rhythm.; sic vero Herim. Torn. c. 28. et ex eo 'Anc. Chron.' l. l.

1127. V Car c. 28. Simon II, 103. Andr. M. Simon. Herim. c. 29. V Car c. 31. Andr. M. Herim. c. 35. V Car. c. 31.

reddidit anno Domini 1127, secunda die Marcii, feria[1] 3. Plures[a. 2] eciam de fidelibus eius, scilicet Tannardum[b] castellanum de Bourbourgh[c] intra ipsam ecclesiam, duos eius filios in villa, Walterum dispensatorem[3] comitis ab altari avulsum trucidarunt. Huius comitis martirium prodigia precesserunt et miracula sunt subsequta[d]. Nam in Flandria multi fluvii sanguinei facti sunt, ac eciam fossata; diuque sic manentes fetorem magnum quasi sanguinis presagium huius murdri pretulerunt, miraculaque sequta[e] sunt. Nam quidam contractus eius recenti sanguine linitus, subito sanus effectus est, corporisque eius capillorum et sanguinis[f] attactu[g] multi sunt infirmi sanati. Simile quoque nefas eodem die in Burgundia presumptum est, quod[h] quidam[i] rei maiestatis dominum suum Willelmum Burgundie comitem gladiis confoderunt in ecclesia ante altare orantem. Corpus vero comitis Karoli fuit translatum de ecclesia violata ad ecclesiam sancti Christophori et [ibi[k]] reconditum feria 6. sequente[4]; et ab illa die iudicium Dei contra proditores pestiferos inchoavit sic.

De punicione[l] ipsorum proditorum sive[m] malefactorum.

Herim. c. 31. Cron de Fl. V Car. c. 33. ib. c. 34. 35. ib. c. 39. ib. c. 40. 42.

Karolo comite sic trucidato, proditores ad castellum quod in Brugis est se contulerunt. Vigesima[5] vero die post mortem comitis venit Gervasius[n] dominus de Praat[o] cum 30 equitibus, et licet esset proditorum illorum cognatus[p. 6], ipsos tamen cum ville burgensibus primus aggreditur[q] et eos vi assultus ad superiora fugere conpulit. Duos ex eis cepit, quos post multa tormenta, sociis eorum ab alto prospicientibus, frustatim[r] inscidit[s] et in cloacas proiecit. Ysaac, unus de septem conspiratoribus predictis, in monasterio Sancti Iohannis iuxta Morinum habitum religionis induit, quem Willelmus de Ippra[t. 7] cum Morinensibus, habitu monachi deposito et tonso capite, usque Morinum trahi fecit et inde usque Ariam duxit, ubi eum Willelmus in patibulo suspendi fecit. Bertulfus prepositus de Brugis fugit usque Warneston, quem Willelmus de Ippra[u] cum Ipprensibus cepit, et de Warneston nudis pedibus peditantem usque Ippram[u] duxit et psalmos legentem; ibi[v] horrendis contumeliis affectus et tormentis saturatus obiit. Guido de Steenfort a quodam Hermanno pro hac prodicione provocatus ad duellum, victus et ad fatendum[w] deductus, ad caudas equorum tractus de Rumighem[8] usque Ippram[u], ibidem iuxta prepositum est suspensus. Cito post hoc eorum corpora fuerunt[x] sepulta in monasterio de Formizele[y. 9]. Botsardus, qui comiti mortis ictum intulit, fugiens ad Lizam[z] fluvium[10], navim intravit, quam nullus unquam a terra movere potuit; quod[a] multi pro miraculo recitant. Sicque captus et Insulam deductus et multis affectus molestiis, pacientissime ferens et crimen palam confitens, peciit, ut ipsemet sibi manum, qua scelus perpetraverat, amputaret, sed non optinuit[b]; tandem ipse membra sua pacienter ad tormenta componens, in rota fractus et flexus interiit.

Pars 3.

De adventu regis in Flandriam et sepultura Karoli comitis.

Rymkr. v. 3556. Simon II, 106. Rymkr. v. 3878. Fl. gen. c. 28 7. Rymkr. v. 4036. ib. v. 4134. 4252.

Hiis gestis, Willelmus Ipprensis[u], postquam sic proditores correxerat[11], manum misit ad terram Flandrie, predones valde compescuit, Ippram[u], Furnis, Casletum, Bergis, Balliolum[c] et Ariam cum illorum confinibus sibi alligavit. Arnoldus Dacus ab Audomarensibus susceptus, in hoc monasterio sibi municionis castrum fecit.

Rex Francie Ludovicus dolens de morte Karoli, ut de malefactoribus iusticie vindictam sumat, in Flandriam venit; et licet diversi Flandriam calumpniarentur, ipse tamen Willelmum Normannum[d], nutricium suum, filium Roberti Normannie ducis ab Henrico Anglorum rege, fratre suo, detenti, filii Willelmi Anglie conquisitoris ex Mathilde, filia Balduini Insulani, sorore primi Frisonis Roberti, que genealogia habetur supra capitulo proximo, parte [12[e]], in Flandriam secum adduxit; qui Willelmus sicut alii prelibati Flandriam sibi quantum potuit confederavit et usurpavit. Rex igitur, vocatis Noviomensi[f] et Tornacensi episcopo[g] et omnibus terre prelatis, ecclesiam sancti Donaciani reconsiliari fecit et defuncti comitis corpus in ea sepeliri. Mirum dictu! Corpus eius, quando detectum fuit, recens et rosidum cum suis lintiis[h] mira odoris fraglancia[i] recreavit omnes astantes, cum tamen illa dies quinquagesima sue deposicionis esset. Post hoc rex proditores qui in turri remanserant, videlicet Winricum, fratrem prepositi predicti, cum suis de turri violenter per[k] cancellos precipitari fecit; et sic breviter omnis cognacio prepositi residua quaquaversum dispergebatur et fugit.

De discordia inter Theodericum de Helsate[l] et Willelmum Normannum pro comitatu Flandrie.

Simon II, 105. Rymkr. v. 4188.

Brugis hiis ita peractis, rex cum Willelmo Normanno Yppram adiit; cui Willelmus Ipprensis[u] predictus in pugnam obviavit, sed a quibusdam Ypp. ensibus proditus, captus est, et villa graviter a Gallicis spoliata; sed cito

a) Cum quo e. pl. *A* 1. b) Temardum *A* 1. c) Borborch *A* 1; Bourborgh *B* 2. d) subsecuta *B* 2. e) secuta *B* 2. f) sanguis *B* 2. g) attacti *B* 1; actacti *B* 2. h) nam *A* 1. i) quidem *B* 2. k) *deest B.* l) punisione *B* 1. m) sine *B* 1. n) Serv. *B* 2. o) Praet *A* 1. p) cogn. *B* 2. q) agred. *B* 2. r) *sic ed.;* frustratim *omnes codd.* s) *sic B* 1. 2. *pro* incidit. t) Yppra *B* 2. u) Yppr. *B* 2. v) et i. *A* 1. w) faciendum *B* 2. x) s. f. *A* 1. y) Formiselles *A* 1; Fornizele *B* 2. z) Lisam *A* 1; Lizan *B* 2. a) Sicque captus q. m. p. m. r. et I. *A* 1. b) obt. *B* 2. c) Belliolum *A* 1; Bailliolum *B* 2. d) Normanum *B* 2 *saepius.* e) *deest spatio vac. rel. A* 1. f) *deest spatio vac. rel. A* 1; Morinensi *ed.* g) episcopis *B* 1. 2. h) lineis *A* 1. i) fragrancia *A* 1. *B* 2. k) pr. per c. *A* 1. l) Holsate *semper B* 1. 2.

1) *feria* 3. ex Andr. March. 2) Hic in Chron. rhythm. codice magna lacuna est, quare fontes Chron. Flandr. antiqui p. 68 sqq., quod poeta Flandrensis in suam linguam vertit, in margine ascripsimus. 3) *dapiferum* Walter.; *porteur de viandes* 'Ancienne Chronique' 4) Male hi loci Herimanni et Walteri coniuncti sunt. Primo enim feria 6. corpus in ecclesia S. Donatiani sepultum est, postea in ecclesiam S. Christophori translatum. 5) *Octavo die* V. Car., et sic 'Cron. de Fl.' Fortasse Iohannes legit 'vingt' pour 'huit'; *le witisme* (8.) *jour* 'Ancienne Chron.' p. 72. 6) *vicinus eorum* Walter.; *voisins d'ichiaux* 'Anc. Chron.' 7) Arnulfus, filius Eustachii advocati Morinensis, eum ex monasterio extrahi, Willelmus Ariam deductum suspendi fecit, ut narrat Walterus; illum brevitatis causa noster silentio obmisisse videtur. 8) *Rinningas* V. Car. c. 39, quod Reningels in territorio Yprensi situm habet Bethmann. Noster de Ruminghem, praef. St. Omer, pagi Audruicq cogitasse videtur. 9) Voormizeele prope Ypern. 10) *ad aquam quandam* V. Car. c. 40. Quia Lys fl. inter Brügge et Lille fluit, hoc sibi finxisse videtur auctor. 11) Haec male inseruit auctor.

post hoc Willelmus liberatus est et reconsiliatus. Sicque rex in Franciam rediit. Post hoc Willelmus Normannus audiens, Arnoldum Dacum in hoc monasterio sibi castrum firmasse, huc accessit, Arnoldum obsedit; cumque vellent[a] ignem apponere, Willelmus ipse[b] prohibuit; unde nullum penitus dampnum incurrimus[c], sed magnam infamiam, quia Iohannis abbatis nostri, de quo presens est capitulum, hoc factum dicebatur esse consilio. Arnoldum tamen Willelmus Normannus coegit exire et tocius Flandrie ius abiurare; et ab hac die inantea Audomarenses cum hoc Willelmo confederati manserunt contra quemcunque usque ad finem vite illius, eciam contra Theodericum de Helsate[d], verum et proximum heredem, de quo statim dicetur; de qua confederacione idem Willelmus Normannus claram mencionem facit in quadam carta, quam eis postea concessit[1], ut postea[e] suo loco patebit. (Simon II, 105 106)

Willelmus iste Normannus sic taliter qualiter Flandrie possessione pro magna parte conquisita, consilio Normannorum suorum[b], qui sibi semper adheserant, se et patriam regens, fuit terre et populo gravis; quare plures de Flandria tedio, aliqui invidia, alii, ut aiunt, Henrici regis[f] Anglorum pecunia ducti, ad Theodericum de Helsate[g], qui cognatus[h] erat[i] germanus Karoli ac eciam Balduini Hapkin nuper defunctorum, ut patet in eorum genealogia, supra[k] capitulo [primi[l] Iohannis], parte [41][2], miserunt rogantes, ut ipse, qui verus heres erat et consanguinitate propinquior, in Flandriam veniret et Flandrie dominium assumeret; quod et fecit. Willelmo in[m] Insulam primo restitit, sibique Flandrenses, qui eum vocaverunt, adheserunt. Sicque Flandria in se divisa, multiplicata sunt mala in terra. Tandem Guillelmus[n] et Theodericus ad prelium in campo de Axpoele conveniunt, ubi Willelmo victoria provenit; Theodericus vero in castro Alost se recepit, quem Guillelmus[n] potenter obsedit; et cum iam[o] quasi imineret[n] castri dedicio, Guillelmus levi[3] vulnere sagitta sub pollice vulneratur; quo morti contiguus, vix quatuor diebus supervivens, monachicum habitum huius monasterii peciit, et in eo sepulturam sibi eligens, obiit; et hic delatus, ad capud[p] cognati sui Balduini Hapkin in habitu monachi sepelitur anno Domini[q] 1127[4]. Regnavitque in Flandria Theodericus de Helsacia[r] pro eo, quem verum Flandrie heredem et comitem rex declarans, eum ad Flandrie homagium recepit et approbavit; a quo Theoderico omnes postea Flandrie comites usque hodie sunt derivati. (Cron. de Fl. — Simon II, 107. — Cron. de Fl. et Rymkr — Simon II, 107. 108 — Cron. de Fl. Simon l. l. — 1127. — Andr. M.)

Patet igitur ex premissis, quod Guillelmus iste Normannus vere comes Flandrie non fuit[5], nec unquam Flandriam totam, ymmo[s] nec partem pacifice possedit; nam eo propinquior et verus heres ei semper restitit et contra eum bellans comitatum optinuit[t]. Vide igitur, si quid aut quantum valere debeant carte vel privilegia collata per eum, maxime illud in quo ipse Willelmus prestitit[u] Audomarensibus, dicens[6], iudicium scabinorum erga unumquemque hominem eis se[v] concessurum, et cetera[w] similia. Specialiter hoc eis fuit promissum, quia cum eodem alligati contra dominum suum et verum heredem bellaverunt[1]. In quo facto Willelmus[x] fecit quod potuit, id est promittere, sed verbum donacionis in eiusdem carte textu non habetur.

Pars 4.

De principio ordinum militarium, et primo[y] de ordine Hospitalariorum[z].

Militares ordines omnes ab ordine nigrorum monachorum beati Benedicti sumpserunt exordium . . . . (Iac. de Vitr. I, 64)

Terra Sancta et Iherusalem conquisita per Godefridum, quidam Gerardus, qui in dicto hospitali Sancti Iohannis diu pauperibus servierat, habitum religionis nigrum ab abbate dicti loci peciit, et eius exemplo plures alii cum eo; abbas autem omnes ad religionis habitum et professionem atque suam obedienciam suscepit, et sub eius obediencia nigrum habitum nigrumque mantellum deferentes, fratres laici pauperibus ministrabant. Successu vero temporis latrunculis per patriam discurrentibus et christianis a patrie defencione torpentibus, de mandato sui abbatis arma sumpserunt ad agros suos et bona tuenda contra latrunculos huiusmodi sic discurrentes, pluresque fratres devote confluentes in idem officium receperunt. Tandem crescente malicia predonum, invalescentibus eciam incursibus Sarracenorum, dominisque delicatis ac ocio torpentibus, necesse habuerunt non solum ad defencionem terrarum et prediorum suorum, immo pocius in patrie defencionem extendere manus. Tum abbas consilio fratrum eis armorum insignia dedit, cruces albas nigris suis mantellis superassuendo, idemque signum in vexillis dedit in patrie defencionem contra inimicos crucis Christi anno Domini 1127; ab hospitali dicti Hospitalarii et a beato Iohanne Elemon fratres Sancti Iohannis (1127.)

a) i. a. v. *A* 1. b) *deest A* 1. c) accurr. *A* 1. d) Holsate *B* 1; Hoslate *h. l. B* 2. e) post *A* 1. f) A. r. *A* 1. g) Holsate *B* 1. 2. h) congn. *h. l. B* 2. i) g. e. *A* 1. k) supra — 4 *in loco raso B* 1. l) *des. spatio vac. rel. A* 1. m) de Insula *A* 1. n) *sic h. l. B* 1. 2. o) *deest A* 1. *B* 2. p) caput *B* 2. q) *deest A* 1. r) Hols. *B* 1. 2. s) imo *A* 1 *semper fere.* t) obt. *B* 2. u) *deest spatio vacuo rel. A* 1. v) se c. *des. spatio vacuo rel. A* 1. w) *deest A* 1. x) Guill. *h. l. B* 2. y) postea *B* 2. *ed.* z) Hospitaliorum *B* 2.

1) V. chartam compluries, postremo apud Giry, 'Hist. de la ville de St. Omer' p. 371 sqq., impressam: *Ego Guilelmus Dei gratia Flandrensium comes, petitioni burgensium Sancti Audomari contraire nolens, pro eo maxime quia meam de consulatu Flandriae petitionem libenti animo receperunt et quia honestius et fidelius caeteris Flandrensibus erga me semper se habuerunt.* 2) Cap. 39, p. 785. 3) *levissimo vulnere* nonnulli codices Anselmi Gembl.; cf. 'Rymkr.' v. 4495. 4) Immo a. 1128. 5) Errat auctor. 6) Verba sunt chartae modo laudatae.

Iac. de Vitr. in Iherusalem; qui quamdiu pauperes fuerunt, abbati de Latinis ut fratres laici sub eo professi devote obediverunt; sed postea ditati in immensum, abbate suo postposito, soli capitaneo militari sui ordinis obediunt tam in bellis quam in pace. Postea vero, cum Deo placuit christianos per infideles expellere de Terra Sancta, fratres isti in insula Rodes infidelibus se opponentes, capud et principale domicilium sui ordinis statuerunt. 5

De initio ordinis Teuthonicorum seu Alemannorum.

Iac. de Vitr. I, 66 Multis christianorum ad Terre Sancte defencionem confluentibus ac inter ceteros multis Alemannorum, patrie linguam ignorantibus atque Latinam, exemplo Hospitalariorum ad pauperes et infirmos Teuthonicos recipiendos quidam Teuthonicus cum uxore sua hospitale construxit et capellam in honore beate Marie virginis gloriose. Vir iste cum viris Alemannis sibi adiunctis caritatis officia sicut Hospitalarii viris Alemannis pauperibus et infirmis devote exhi- 10 buerunt, de suo atque fidelium elemosinis necessaria ministrando. Uxor quoque eius in aliud hospitale seorsum et iuxta illud mulieribus Alemannis pietatis officia ministrabat. Crescente devocione crevit et numerus fratrum ibi Domino serviencium, et se ad ordinem seu regulam sancti Augustini disposuerunt, mantellos albos deferentes. Successu temporis sicut Hospitalarii quasi coacti arma sumpserunt, et in defencionem terrarum suarum et patrie Deo et 15 regule beati Augustini votis se astringentes, cruces nigras albis vestibus superaddentes atque vexillis, anno Domini 1127[1]. Ordo iste est ordo Alemannorum et ordo beate Marie Teuthonicorum, quia vix aliquem in fratrem recipiunt nisi de lingua Teuthonica, et vocant se Dei milites, sed a populo vocantur hodie et vere sunt domini Prucie et domini Livonie. Nam cum Domino placuit christicolas expelli de Terra Sancta, quidam istorum in Prucia[2], 20 quidam vero in Livonia devenerunt et dictas patrias acquisierunt, et earum domini sunt effecti. Ibi quoque se Lectovinis, Carellis, Zamedis[3] aliisque paganis et infidelibus opponentes, capud ordinis sui principaleque domicilium, sicut in Rodes Hospitalarii, statuerunt.

De initio ordinis militum Templi seu Templariorum.

ib. I, 65. Exemplo itidem Hospitalariorum quidam devoti milites in manu patriarche voto se sollempniter astrinxerunt ad vias 25 patrie assecurandas; fuerunt autem numero 9, quorum precipui fuerunt Gaufridus de Sancto Audomaro, miles quidam de genere castellanorum Sancti Audomari, et alius nomine Hugo de Paganis. Hii novem milites in habitu seculari, qualis eis dabatur a fidelibus, novem annis durantibus hoc voti sui officium exercuerunt; quibus elapsis, rex Iherusalem eis habitaculum concessit iuxta porticum templi, unde milites Templi seu Templarii sunt vocati, non quod templum eorum fuerit, nec eis commissum, immo nec in eo manserunt aut eius ministri seu eius 30 custodes, sed quia ante ingressum templi mansionem habuerunt. Postea de mandato Honorii pape patriarcha Stephanus statuit eis regulam beati Augustini canonicorum regularium tenendam et habitum album sine cruce. Postea vero tempore Eugenii pape III. cruces rubeas albis mantellis et vexillis suis superinduxerunt. Et successu temporis multiplicati sunt numero, personis, possessionibus atque diviciis in immensum; duravitque hic ordo 180 annis, donec per papam Clementem V, regem Fran- 35 corum et principes ex toto deletus est ordo ille et ad nichilum redactus anno Domini 1307, et eorum bona data Hospitalariis. Fratres Hospitales in illis commorantes adhuc apud vulgus Templarii nominantur, sicut Yppris domus Hospitalis domus Templi nominatur, que fuerat hereditas Gaufridi de Sancto Audomaro primi Templariorum, qui eam et se ipsum optulit ordini Templi; et sic in multis aliis locis que domus Templi vocantur. 40

De initio ordinis de Caletravia.

ib II, 16. In partibus Hispanie quidam devoti laici ordinem Cisterciensium, regulam et observanciam sibi assumentes et in manus abbatis Cisterciensis vel eius commissi professionem facientes, auctoritate pape et tocius ordinis se sollempni voto strinxerunt ad defencionem christianitatis contra Sarracenos et pravos homines, et adhuc abbati Cisterciensi tamquam patri et superiori suo obediunt eumque in visitacione 45 suscipiunt. Ipsi dicuntur fratres de Caletravia, quod forte nomen est eorum principalis domicilii. Ipsi, ut magis ad pugnam sint expediti, de licencia superiorum suorum ac pape privilegio femoralibus utuntur; et quoniam in desertis et nemorosis locis habitant, de sua venacione comedendo, suam eis licet penuriam ac indigenciam relevare.

De initio ordinis Sancti Iacobi de Spata. 50

ib. II, 26. Sunt et alii in Hispania milites regulares voto sollempni ad conservandam ecclesiam contra Sarracenos astricti, professi regulam sancti Augustini, pariter in communi viventes, proprium non habentes, semel in ebdomada simul in refectorio et ter[a] in ebdomada carnes manducant; omnes horas canonicas singulis diebus audiunt; licitis matrimoniis iam contractis utuntur; eorum uxores seorsum in eodem ordine sub habitu regulari commorantur; eorum filii, postquam annos discrecionis attigerunt, si maluerint in seculo remanere, libere recedere possunt; si vero maluerint in ordine 55 manere, statim voto obligantur nec ultra recedere possunt. Fratres isti mantellis albis, vexillis suis et armis spatas rubeas superassuunt in martirii signum, cui cottidie se exponunt, et in medio

a) eciam *B 2. ed.*

1) Demum a. 1190. auctore Friderico duce Sueviae Acconem obsidente ordo initium sumsit. 2) Satis notum est, iam multo antea Prussiam a fratribus Theutonicis, Livoniam a fratribus de Gladio expugnatam, qui ordines a. 1237. uniti sunt. 3) i. e. 60 Samaitae.

crucis dicte spate conchas sive cochleas argenteas superaddunt in honore sancti Iacobi apostoli; unde et fratres Sancti Iacobi de Spata vocantur.

Isti sunt ordines militares principaliores et magis autentici, sed post istos pullularunt quidam alii, de quibus non est tantus sermo, sicut sunt milites Sancti Sepulcri, qui cruces vestibus suis laicalibus apponunt, et fratres de Teuthonica domo, quorum domus est in dyochesi Treverensi, et non sunt de ordine illorum de Prucia, de quibus dictum est, quod ferunt mantellos albos cum cruce nigra et vocantur beate Marie Teuthonicorum; isti vero fratres dicuntur de Teuthonica domo et deferunt mantellos nigros cum alba cruce plana, et non in extremitatibus suis diffusa, sicut Hospitalariorum et alii plures. Hii omnes ordines militares talia habuerunt inicia, humiles erant in obsequio pauperum, acres et audaces in bellis, terribiles Sarracenis, quorum gesta velud Machabeorum[a] lingua fidelium personabat. Postea vero diviciis ampliati et deliciis affluentes, in quibus eciam ipse Salomon periclitatus et plures alii perierunt, positi sunt quasi in superbiam seculorum; de quibus et pluribus aliis religiosis dici potest illud dictum Moysaicum: *Incrassatus est dilectus et recalcitravit* et cet.

Mar. San III, 7, 3 — Deut 32, 15

Pars 5.

De gravi scismate in ecclesia Dei per Petrum Leonis.

Anno quo defunctus est Karolus Flandrie comes, Odo abbas Alchiacensis, de quo supra capitulo[b] proximo, parte 6, postquam illud monasterium rexisset fere 27 annis, obiit; cui successit dominus Simon monachus huius loci, ille scilicet cui cura temporalium huius ecclesie fuerat commissa, domino Lamberto abbate nostro languente, supra capitulo Lamberti, parte finali; et post hunc Iohannem, de quo presens est capitulum, effectus est abbas noster, infra capitulo proximo

1127. — Simon II, 118. 94

. . . .

De fundatione monasterii monialium de Ghisnis.

Hoc tempore Ghisnensis comes Robertus, alias dictus Manasses, cum uxore sua Emma[c] comitissa prope castrum de Ghisnis ecclesiolam in honore sancti Leonardi[1] et monasterium construere proponentes, dominum Iohannem Morinorum episcopum, loci dyochesanum, Iohannem abbatem Sancti Bertini, illius loci patronum atque personam, ymmo verius dominum, si sibi fuisset sua iusticia conservata [supra[d] capitulo Adalolphi primi, parte prima[2]], super[e] hoc negocio consuluerunt[f]. Qui, vocatis secum Matheo apostolice sedis legato et duobus archidiaconibus Morinensibus, consensu utriusque capituli, Morinensis[g] scilicet et Sancti Bertini, hanc convencionis formam concordaverunt[h]; et sic statuerunt hanc abbaciam fieri, ut in ea perpetuo sint moniales secundum ordinem et consuetudines monialium de Marchiliaco[3] viventes, et prout bona eis multiplicabuntur exterius, moniales eciam multiplicabuntur numero personarum. Et quod ecclesia Sancti Bertini providebit eis monachos maturos et religiosos, qui provideant monialibus omnia necessaria corporum et animarum; qui monachi ultra[i] senarium numerum nullatenus extendantur, quia tantum ad tutelam et custodiam tam monialium quam rerum suarum deputantur. Quam ordinacionem atque convencionem comes et comitissa predicti privilegio suo firmaverunt, quod sic incipit[4]: *Ego Manasses Ghisnensis comes et Emma*[c] *comitissa ecclesiam sancti Leonardi* et cet. *Actum anno Verbi incarnati*[k] 1129. Episcopus vero, presentibus omnibus prenominatis, excommunicavit huius convencionis infractores et eis consilium et auxilium prestantes, et suo privilegio confirmavit, quod sic incipit: *In nomine Patris [et*[d] *Filii et Spiritus sancti. Amen]. Ego Iohannes Dei gracia Morinorum episcopus tam futuris quam presentibus sancte matris ecclesie filiis* et cet. *Actum anno Verbi incarnati* 1129. Comes vero morte preventus hoc ad presens non conplevit, sed cito post hoc Emma comitissa perfecit, infra capitulo proximo, parte prima.

1129.

De Iohannis abbatis nostri adhesione cum Petro Leonis in hoc scismate.

. . . .

Innocencius papa in Franciam veniens, a rege Francorum fuit honorifice receptus. Ipse rege presente ecclesiam Cluniacensem dedicavit, postea in Claromonte Alvernie consilio convocato, ac deinde tota sibi Latinitate favente, Remis consilium trecentorum episcoporum et abbatum celebravit; cui consilio Iohannes abbas interesse seu mittere

Simon II, 113 et Mart. Andr M

a) Machaberum *B* 1. b) *deest A* 1. c) Emina *A* 1. d) *des. A* 1. e) et s. *A* 1. f) consulerunt *A* 1. g) Morinensi *B* 1. h) cordaverunt *A* 1. i) utra *A* 1. k) a. Domini *A* 1

1) Cf. Lamb. Ard. c. 37, quem noster hic etiam sequitur. 2) p. 771 sq. 3) Marcilly in Burgundia. 4) Duchesne, 'Hist. généalogique des maisons de Guines' etc., 'Preuves' p. 38. 39, alias duas chartas iam annorum 1117. et 1120. ad hanc fundationem spectantes publici iuris fecit. Noster ex his quas laudat chartis certe excepit quae tradit.

Andr. M. recusavit, unde iterum eius indignacionem incurrit. Rex vero filium suum Philippum[1] per papam Innocencium coronari fecit.

De turpi exitu Iohannis abbatis nostri.

Simon II, 114–116. Rediens de Roma Iohannes noster abbas, dominum pie memorie Iohannem Morinensem episcopum defunctum repperit, qui postquam 31 annis episcopatum strennuissime rexisset, suis omnibus perfecte dispositis, non tam obiit, 5 quam ad Deum abiit; quem plures pie credunt adauctum numero sanctorum confessorum; cuius legendam penes nos habemus. . . . .

ib. II, 117. Iohannes vero abbas noster Balduino[2] priori electo inherens obstinate sicut et Petro Leonis, dum arundineo baculo innititur, perforata manu, cum cadentibus cecidit — — et huius ecclesie redditus unius anni sibi usurpans, Romam ad Petrum Leonis vadit; nec de eo postea apud nos aliqua nova venerunt. Et quidem iuste, ut 10 qui dominum suum Lambertum abbatem subplantans indecenter expulerat, a tam digno statu sic nequiter usurpato digne quidem et ignominiose depellitur. Carte seu privilegia sui temporis sunt numero . . . .[a]

Capitulum[b] 42.

est de domino Symone huius nominis primo, huius vero loci abbate 42. 15

Pars 1.

ib. II, 118. Symon[c] huius loci abbas 42, Gandensis oriundus, vir religiosus et litteratus, sed inpedicioris lingue, a puero monachus hic effectus et regulariter educatus, ita profecit, ut iussu domini Lamberti abbatis missus fuit ad aliqua monasteria per Flandriam reformanda; quod sufficienter explevit. Domino quoque Lamberto abbate iam dicto circa finem sui regiminis infirmante, vicarius est substitutus, supra capitulo Lamberti, parte finali. Postea 20 Alchiacensis abbas effectus est, supra capitulo[d] proximo, parte 5.[e] Qui postquam dictam ecclesiam quatuor ferme annis egregie gubernasset, eiecto per papam Iohanne dudum abbate nostro, omnium huius loci monachorum voto concordi est hic abbas assumptus et per Milonem episcopum consecratus anno Domini 1131. In Alchiaco vero subrogatus est abbas dominus Godescalcus, patruus domini[f] Godescalci postmodum abbatis nostri[g]. Huius Symonis anno primo dominus Alvisus huius loci monachus, qui ad ordinem refor- 25 mandum prior in monasterio Sancti Vedasti fuerat effectus, supra capitulo Lamberti, parte 7[3], ac deinde abbas Aquicingensis electus, supra capitulo Lamberti, parte [9[h]][4], nunc est in episcopum Atrebatensem sublimatus, vir probus et prudens et industrius[i] valde, ut predictum est.

1131.

Auct. Aquic. Simon II, 78.

. . . .

De complecione fundationis monasterii de[k] Ghisnis. 30

Supra, capitulo proximo, parte finali, particula secunda, dictum est, quomodo Robertus, qui et Manasses, comes de Ghisnis et Emma[l], eius uxor, ecclesiam sancti Leonardi et monasterium monialium iuxta castrum Ghisnense disposuerant edificare, et ordinacionem suam super hoc consensu episcopi et patroni amborumque capitulorum roboraverant[m] suisque litteris vallaverant; sed comite predicto defuncto, Emma, eius[n] vidua, iuxta tenorem pre- 35 fate ordinacionis et convencionis omnia devote et prompte nunc hoc anno ad conpletum esse deduxit et moniales introduxit[5], addens et donans dicto[o] monasterio magnam hereditatis sue partem, quam in Anglia obtinebat[6]; Anglica enim erat nacione[7]. Monasterium istud cum suis ordinacionibus ad conpletum esse deductum est et monachis Sancti Bertini ad regendum commissum anno Domini 1132. Sed successu temporis sunt quasi omnia 40 immutata: moniales autem clausuram[p] et mores earum[q] de Marchiliaco[r] reiecerunt, malentes evagari; quare monachi earum curam plus gerere noluerunt; et sic episcopi sibi curam assumpserunt.

1132.

. . . .

De fundatione domus de Santinvelt[s, 8]. 45

Lamb. Ard. c. 41. Illo eciam tempore quidam devotus miles Oylardus de Wimilio, sciens quendam locum nemorosum inter Ghisnas et Wissant[t] latronibus et siccariis occupatum et ideo Zondenvelt a peccatis apellatum, — nam in eorum vulgari 'zonden' peccata, et 'velt' campum sonat, — illum locum purgare et assecurare desiderans et in eo pauperibus deservire, ipsum campum emit et, predonibus atque siccariis inde pulsis, capellam in eo et hospitale edificavit; et fratribus laicis secum asumptis[u], cum eis in eodem loco Deo, pauperibus et peregrinis 50 devote serviendo atque de suo proprio ministrando, relicum[u] vite sue tempus humiliter et devote peregit. Ipse est quem in eodem loco inter sanctos venerantur et sanctum Oylardum[v] vocant. Videntes vero indigene, quomodo Deo sedulum exibebat officium[w], de suis possessionibus eidem loco

a) *vacat* *A* 1. *B* 1; quatuor *ed.* b) *rubra deest* *A* 1. c) Simon *saepius* *A* 1. d) *deest* *A* 1. e) IIII. *falso* *A* 1. f) et d. *A* 1. g) Huius loci — sancti Vedasti *iam hic scripta, post del.* *A* 1. h) *deest* *A* 1. i) est *add.* *A* 1. k) de G. 55 *des.* *A* 1. l) Emina *A* 1. m) roboraverunt *B* 1. n) vid. sua *A* 1. o) hoc *A* 1. p) *suppl. sec. manu* *A* 1. q) illarum *A* 1. r) Marcil. *h. l.* *B* 1. s) Santiwelt *A* 1. t) Wisant *A* 1. u) *sic* *A* 1. *B* 1. v) Oil. *A* 1. w) obsequium *ed., Lamb.*

1) Non Philippum, sed secundum filium Ludovicum. 2) Morinensi; de Petro Leonis dicit Simon. 3) Ibi ex Sim. II, 76. 78. 4) p. 789. 5) Cf. Lamb. Ard. c. 51, quem noster hucusque sequitur. Reliqua certe ex charta sumsit. 6) Cf. chartam apud Duchesne l. l. p. 39. 7) Lamb. Ard. c. 35. 8) St. Inglevert. 60

liberales elemosinas contulerunt. Sic locus ille, qui prius a sontibus et sanguine fuso nomen habuerat, nunc propter Dei servicium et pietatis officium, mutato nomine Zantenvelt, id est Sanctorum campus, ab incolis nominatur. Locus iste postea fuit canonicis Aroasie commendatus; sed prevalescentibus fratribus laicis, canonici regressi sunt Aroasiam, et domus in pristinum hospitalitatis statum est restituta. Fratres isti laici in Santinvelt hospitalitati [a] inservientes, proprie nullam [b] regulam vel habitum habent; sed solum in eo loco pauperibus servire professi, propter aliqua que se a sede apostolica dicuntur habere privilegia, in memoriam beati Petri apostoli ac apostolice sedis suis simplicibus et non partitis vestibus aut radiatis, secularibus tamen, clavem rubeam in pectore exteriori vesti superassutam deferunt pro signo domus illius.

Lamb. Ard. c 41.

Pars 2.

De Theoderici comitis pacifica adeptione Flandrie.

Theodericus de Helsat [c] Flandrie comitatum adeptus et inde ad homagium a rege receptus, supra capitulo proximo, parte 3, Flandriam bellis et sedicionibus valde tribulatam invenit, ipsorum duris motibus non assuetus; nam preter mala, que a diversis hostibus imminebant, Willelmus de Ippra comiti Theoderico infestus, et sibi de castro Sclusa resistens, homicidiis, incendiis et rapinis contra eum debachabatur. Swanilde [1], uxore Theoderici comitis, defuncta anno [d] Domini 1133 [e,2], pro qua idem Willelmus Ipprensis causa consanguinitatis erat oculte, Theodericus, castro de Sclusa capto, ipsum Willelmum Ipprensem inde expulit; qui Flandria pulsus, in Angliam transiit anno [d] Domini 1133 [3]; quod magnum pacis incrementum comiti dedit et patrie. Accessit et [f] alius Theoderico [comiti [g]] bonus eventus; nam comitissa Clemencia, vidua Roberti secundi, mater Balduini Hapkin, que terciam partem Flandrie dotis loco tenuerat, et duas sanctimonialium ecclesias, Borbourgh scilicet et Avesnis, iuxta Bpapalmis [h], edificaverat, in illo tempore obiit. Sic quoque Flandrie pacifica possessione adepta, Theodericus comes secundam uxorem [i] duxit Sibillam, filiam Fulconis quarti regis Iherusalem anno Domini 1134 [2], de qua genuit Philippum, suum Flandrie successorem, Matheum comitem [k] Bolonie et Margaretam comitissam Hannonie [l].

Simon II, 109 — 1133. — Simon II, 110 — Cron. de Fl. c. 7. — 1134. — Rymkr v. 4532

De quibusdam eventibus illius temporis.

Eodem anno 14. Kal. Iulii facta sunt per Flandriam et Angliam tonitrua, fulgura et tempestates tanta [m], ut quidam crederent mundi consummacionem [n] adesse. Quorum impulsu murus huius ville Sancti Audomari a fundamentis evulsus, 60 pedum longitudine evolavit. Prope Furnis illa nocte tres equitabant, quorum medius fulminis ictu periit, aliis intactis. In Anglia puella in altum elevata, ut oculis videri non posset, ibique per horam inmorata, tandem nuda [o] cecidit et expiravit [2].

Cont. Burburg.

Anno sequente Leo Lobiensis abbas in terra [nostra [p]] Sancti Bertini Furnensis territorii sine nostro consensu ecclesiam edificavit [q]; quam ventus vehemens sic a terra excussit, ut nec iunctura lignorum alteri [r] remaneret. Excessus maris magnam partem Flandrensis [s] maritime vastavit [2]. Eodem anno Henricus rex Anglie obiit; cui successit Stephanus, nepos eius. Multa quoque mirabilia evenerunt.

Mir. Bert. II, 27. — Cont Burburg.

De quibusdam miraculis beati Folquini in Ghimmeke.

Accidit in Arkas [4] miraculum de reliquiis [t] beati Folquini, quas in philacterio noster decanus de Arkas habebat in capella sancti [u] Folquini in Ghimmeka [v,5]; qua penitus conbusta, dum decanus reliquias inter prunas ardentes quereret, argentum quidem et lignum et cetera philacterii [w] conbustibilia vastata repperit, reliquias autem et pannum [x] sericum, quo fuerant involute, repperit ab igne penitus intacta. Multa eciam in eadem capella diversis temporibus evenere miracula. Nam per merita beati Folquini diversis ibidem infirmis subvenitur. Ibi due mulieres furiose sanate sunt. Ibi homo infernali igne succensus in refrigerio fuit. Lites eciam et discordias provincialium, que nusquam alibi pacificari poterant, ibi semper pacificatas non sine miraculo sapiencium admiratur oppinio.

De morte regis Francorum Ludovici Grossi et successione filii eius Ludovici.

Rex Francie Ludovicus Grossus quinque filios habuit et filiam unam; primus Philippus, quem pater coronari fecit a papa Innocencio, supra capitulo secundi Iohannis, parte 5 [6]; hunc in Parisius equitantem in medio vico Sancti Iacobi [7] porcus anticipavit, per quem equus eius cespitans cecidit, ipse

Audr M

a) hospitalitatis *B* 1. b) ullam *A* 1. c) Holsat *B* 1. d) a. D. *des.* *A* 1. e) MCXXX. *B.* f) *deest* *A* 1 g) *deest* *B.* h) Bpapalins *A* 1; Bpapalms *B* 1. i) d. u. *A* 1. k) B. c. *A* 1. l) *deest* *A* 1. m) tante *A* 1. n) consomm. *A* 1. o) ūda *A* 1. p) *deest* *B.* q) fundavit *A* 1. r) rem. alt. *A* 1. s) Flandrie *A* 1 t) reliquis *A* 1. u) beati *A* 1. v) Ghimeca *h. l.* *A* 1. w) *superscr.* *B* 1. x) *suppl. sec. manu* *A* 1.

1) Nomen ex Fl. gen. c. 32. 2) Haec omnia ex Cont. Valcell. sumta sunt, cum in Chron. S. Bavonis, Corp. chron. Flandr. I, p. 581 sq., exstent. 3) Annus hic notatus a nemine alio indicatur. 4) Arques, praef. St. Omer. 5) Guemy prope Tournehem. 6) Supra p. 798, et ibi n. 1. 7) Coaevi scriptores locum facti non indicant, sed tantum dicunt eum in quadam platea suburbii Parisiensis collisum; quaedam 'Chronique de France' s. XIII. ex., SS. rer. Franc. XII, p. 228, hoc factum refert *en l'aitre St. Gervais* (in atrio S. Gervasii).

vero sub equo collisus expiravit. Secundus filius Robertus fuit[1] purus ydiota et regno totus inhabilis, et ideo per regem et proceres a regni solio refutatus et armis, et sibi datus est comitatus Drocarum[2], ac pro armorum insigniis scutum auro et lasuro distinctum, non cum liliis, sed per modum scacarii ambitum zona rubea quasi ligatura in signum fatuitatis. Genuit iste Robertus filios et filias, qui cum suis sequacibus postea regi graves extiterunt et regno, a Roberto dicti Robertenses, sicut nostris temporibus quidam contra regem Francie aligati cum rege Navarie dicti sunt Navarenses. Ab hoc Roberto Drocarum comites descenderunt, semper sensu molles, arma predicta deferentes. Duces eciam Britannie ab eo descendentes per medium cuiusdam Petri Malclerc eadem arma cum quadra Britannie longo tempore detulerunt; domini quoque de Couchiaco; unde unus illorum[3], ille scilicet qui castellum de Couchi[4] construxit, se regem coronari voluit, allegans se de antiquiori filio descendisse. Tercius filius fuit Ludovicus, vir satis sensatus, pius tamen et mollis, unde Ludovicus Iuvenis et Pius[a] nominatus est, quem rex assensu procerum in regem coronari fecit.

Andr M

Quartus fuit Henricus archiepiscopus Remensis. Quintus Petrus de Cortenai. Filia Constancia nupta fuit Raimundo comiti Tholose.

Vinc 27, 13. 1136. Andr M

Rex vero Ludovicus Grossus 27. anno regni sui obiit et in ecclesia Sancti Dyonisii sepelitur anno Domini 1136; cui successit filius eius Ludovicus, qui duxit uxorem Aanordem, filiam Willelmi[b] Aquitanie ducis.

Pars 3.

De deiectione domini Symonis abbatis nostri de prelatura.

Cum iam pridem Iohannem abbatem nostrum papa Innocencius a prelatura deiecisset, supra proximo, parte finali[5], fratres nostri minus consulte et contra Cluniacenses lite pendente, non consulta curia, ad electionem[c] procedentes, dominum Symonem abbatem[d] nostrum elegerunt[6], supra e[odem], parte prima. Quod videntes Cluniacenses, papam Innocencium, qui de Roma fugiens apud eos fuerat hospitatus[7] et eorum ecclesiam dedicaverat, supra capitulo secundi Iohannis, parte [5[e]], contra nos animaverunt; eoque amplius, quia Iohannes abbas noster predictus consilio suo, quod Remis celebraverat, nec interfuerat cum aliis, nec eciam pro se miserat[8], supra capitulo[f] [secundi Iohannis], parte [5]:

Simon II, 118. III, prol.

quare Innocencius[g] papa ad Cluniacensium supplicacionem facilius acclinis[h], litteras conventui nostro direxit, quibus electionem[i] domini Symonis abbatis nostri non ob defectum persone, quia bonus et sufficiens erat, sed ob defectum electionis, que lite pendente fuerat attemptata, cassavit, precipiens, ut, domino Symone deposito, alium sibi abbatem eligerent Cluniacensium[k] consilio. Quibus litteris dominus Symon reverenter obtemperans, oneri cum dignitate cessit anno Domini 1136, et in Gandavum[l] locum sibi nativum[m] secessit, ubi fere duodecim annis religiosissime vixit[9]. . . . .

De conversione ecclesie de Dunis ad ordinem Cisterciencium[n].

Andr M

Temporibus istis dominus sanctus Bernardus quasi stella matutina vitam monasticam illustrans, nova monasteria construens et vetera reformans, venit in has Flandrie partes, ubi ecclesiam beate Marie de Dunis, de qua supra capitulo Lamberti, parte [7[o]][10], ad arcioris vite normam instauravit, de ordine Nigrorum monachorum ad Cisterciensem inmutans. Dominus enim Fulco tunc abbas illius loci se, conventum suum et monasterium in manus beati Bernardi resignavit et ei obedienciam fecit anno Domini 1138.[11]

1138.

Ordinavit beatus Bernardus illi[p] ecclesie abbatem sanctum Robertum, de Brugis oriundum, virum devotissimum[12], qui fuit Dunencium primus abbas de Cisterciensi professione. Hic dominus sanctus Robertus, postquam ecclesiam Dunensem rexerat annis 15, assensu et electione beati Bernardi subrogatus est abbas in Claravalle, domino sancto[q] Bernardo ad patres apposito[13] . . . .

Carte seu privilegia domini Simonis nulla.

Capitulum 43.

est[r] de domino Leone huius loci abbate 43.

Pars 1.

Prov 30, 30

Leo fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum.

a) piu[9] *B* 1. b) Vitti *B* 1. c) elecicionem *B* 1. d) in a. *A* 1. e) *deest* *A* 1. f) supra e[odem] cap. p. finali *A* 1 g) p. I. *A* 1. h) acclunis *A* 1. i) elecionem *B* 1. k) Cluniacencium *A* 1. l) Gandavo loco *A* 1. m) nativo *suppl. sec. manu* *A* 1. n) Cisterciensium *A* 1. o) *suppl. sec. manu* *A* 1. p) ilius *e corr. post. man.* *A* 1. q) beato *A* 1. r) *A* 1 *haec tantum:* Leo abbas 43.

1) Sequentia nusquam alibi leguntur nisi in 'Abrégé de l'hist. des rois de France' s. XIV. med., l. l. p. 429, ubi sic: *lequel Robert estoit aisné [filz] du dit Loys; mais pour ce que ycelui Robert estoit sot, il fut fait conte de Dreux et eut armes de eschaquier de or et de azur en lieu de fleurs de lis,* ubi certe liber a nostro lectus exscriptus est. 2) Dreux. 3) Ingelrammus III, qui contra Blancam, matrem Ludovici IX, rebellavit; cf. infra cap. 46, parte 22; 'Cron. de Fl.' p. 138: *qu'il avoient ordené faire monseigneur Enguerran de Couchi roi de France.* 4) Coucy-le-Château, praef. Laon. 5) p. 798. ex Simone II, 117. 6) Ib. ex eod. II, 118. 7) Ex eod. II, 113. 8) Supra p. 797 sq. 9) Haec omnia coniecit ex Sim. III, prol. et Additam. apud Morand p. 72. 10) p. 787. 11) Cf. Sigeb. Cont. Valcell. a. 1137, p. 459. 12) Cf. ib. a. 1138. 13) Cf. ib. a. 1153. 1158.

Leo sive Leonius huius loci abbas 43, nacione Flandrensis de nobilioribus terre Furnensis, in curia Flandrie comitis urbania moribus instructus, patris sui ac patrui officio[a] fungebatur elemosinamque comitis ministrabat. Deinde vicesimum secundum etatis annum excedens, curialium officiis seculoque relictis, in monasterio Aquicinti monachus est effectus sub domino Alviso tunc ibidem abbate, dudum hic monacho nostro. . . . .

Simon III, 1.

De finali victoria domini Leonis abbatis nostri contra Cluniacenses.

. . . .

Leo vero noster indultum sibi privilegium a papa super hac sentensia[1] secum afferens, prospere gaudensque repatriavit. Quod privilegium sic incipit: *Innocencius episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Leoni abbati Sancti Bertini eiusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Que ad perpetuam ecclesiarum* et cet. *Datum Laterani anno Domini* 1139. Item attulit litteras, quibus papa mandat Theoderico comiti Flandrie, Sibille eius comitisse et baronibus per Flandriam constitutis iudicium predictum, mandans, ut hoc monasterium et abbatem eius in hac sua iusticia manutenere[b] defendereque[c] curent. Itemque consimiles Willelmo castellano et tam maioribus quam minoribus ville Sancti Audomari; similes quoque Miloni[2] episcopo, Philippo et Miloni archidiachonis et toti capitulo Morinorum. Et hec tria sunt eiusdem date cum originali sentencia predicta. Datum Laterani anno Domini 1139.

ib. III, 6. ib. 7. 1139. ib 8. 1139.

Eodem[d] anno ecclesia de Ardea, que nunc dicitur prioratus de Ardea[3], data est Theoderico abbati de Capella. Et eodem anno obiit Iohannes de Temporibus, qui fuerat armiger regis et imperatoris Karoli Magni, et ab eiusdem Karoli Magni tempore vixerat usque nunc, id est annis 361, hoc anno defunctus est, id est anno Domini 1139, imperante Conrardo secundo necdum coronato.

Lamb. Ard. c. 137 Mart.

Pars 2.

De fundatione monasterii de Claromarisco.

Anno sequente Theodericus comes Flandrie et Sibilla[e], eius uxor, in hereditate sua propria iuxta villam Sancti Audomari inter paludes et nemora monasterium edificaverunt in honore beate virginis Marie et beato Bernardo tradiderunt; qui locum in marisco situm monachis Cisterciensibus instituit, et propter religionis puritatem Claromariscum[4] nominavit, abbatem eis preficiens dompnum[f] Gonfridum[g] monachum Clarevallis anno Domini 1140. Postquam vero rexerat annis fere 8, subrogatus est abbas Guillelmus, qui 20 annis prefuit. Iste Guillelmus ecclesiam, claustrum et ceteras religionis officinas transtulit de loco illo, qui adhuc propter hoc vocatur Vetus-curia, ad locum ubi nunc est[5]. Beatus Bernardus tunc patriam Flandrie et Bracbancie[h] peragrans, hanc et alias plures abbacias construxit. Que omnes, quia per eum qui abbas erat Clarevallis fundate sunt, filie sunt Clarevallis. Circa hec tempora defunctus est ille venerabilis Hugo de Sancto Victore.

Cont Valcell.

. . . .

De morte[i] Innocentii pape et impetratione quorundam privilegiorum nostrorum[k].

. . . .

Dominus autem Leo noster abbas[l] hostem, quem iam vicerat, non timescens sciensque, quod funiculus triplex difficile rumpitur, ne qua spes[m] recuperandi Cluniacensibus aspiraret[n], tercio Romam tendit et ab Eugenio papa iudicium ac privilegia[o] predicta iterum confirmari et renovari impetravit; in quo nobis nominatim multa confirmat, sicut de electione nostra et de electione Alchiacensi[p], de sacerdotibus in parochialibus ecclesiis nostris instituendis, et ne episcopus in hoc monasterio stacionem faciat et cet. Quod sic incipit: *Eugenius* et cet. *Iusticie et racionis* et cet. Datum anno[q] Domini 1145. Item aliud privilegium confirmans concambium inter nos et comitem Flandrie Theodericum de Heuchin[6] ad berquariam, quod sic incipit: *Eugenius* et[r] cet. *Apostolice sedis* et cet. Datum[7] ut supra. Item aliud de electione Alchiacensi[p], quod incipit: *Eugenius* et cet. *Apostolice sedis cui* et cet. Datum ut supra. Hunc dominum Eugenium, cum ante papatum simplex fuerit, Deus mirabili gracia profudit et eloquencia. Ipse est cui beatus Bernardus scripsit epistolam 'De consideracione ad Eugenium papam'. Eius tempore floruit in Alemannia Hildegardis monialis formosa magnaque prophetissa, cuius corpus in Pigna[s] super Rhenum requiescit; cuius virginis prophecias[t] in hoc monasterio penes nos habemus.

Eccl 4, 12. Simon III, 13. 14. 1145. Mart Vinc. 27, 83 Mart

a) offico *B* 1. b) manuteneant *B*. c) deff. *A* 1. d) *iam hic ponit rubram partis* 2. *A* 1. e) Sibila *A* 1. f) dūm *A* 1. g) Goufr. *B* 1. h) *sic B* 1 *semper fere;* Brab. *A* 1. i) p. l. fine *A* 1. k) ab Eugenio papa *add. A* 1. l) *deest A* 1. m) spem *B* 1. n) aspraret *A* 1. o) plegia *B* 1. p) Alciac. *A* 1 *semper*. q) a. D. *des. A* 1. r) et cet. *des. A* 1. s) *sic A* 1. *B* 1. t) prophesias *A* 1.

1) Videlicet qua monasterium S. Bertini a subiectione Cluniacensium liberatur. 2) Epistola Theoderico comiti data etiam his directa est, Simon III, 8; Iaffé nr. 5719. 3) Ardre. 4) Clairmarais a St. Omer inter septentrionem et orientem. Cf. Hugonis Cont. Claromarisc., SS XXIV, p. 100; Sigeb. Cont. Valcell. a. 1137, p. 459. Sed iam anno 1128. a Fulcone inchoatum dicitur; cf. Gallia christ. III, p. 525; Laplane in 'Mém. de la société des antiquaires de la Morinie' t. XI, p. 4 sqq. et p. 303. 5) Cf. Cont. Claromarisc. a. 1166. 6) Heuchin, praef. St. Pol. 7) Signiae a. 1150—1152, Sept. 25. LOEW.

Pars 3.

. . . .

De expeditione atque progressu regis et imperatoris in obsequium crucis.

1146. Andr. M. Mart. Mar. San. III, 6, 19. Mart. Cont. Sim. I, 2. Mar. San.

Anno Domini 1146. Conradus imperator, necdum tamen imperiali diademate consecratus, cum innumerabili multitudine transmarinum iter aggressus, transito Brachio sancti Georgii, Yconium et Pamphiliam transiens, pravitate viarum, periculis, victualium penuria constrictus, Yconium rediit[1]. Rex vero Francie cum multa milicia, inter quos erant comes Flandrie Theodericus cum uxore sua Sibilla[2], et cum eis et in eorum obsequio Alvisus episcopus Atrebatensis noster monachus et Leo noster abbas Sythiensis, per Hungariam, Constantinopolim et Brachium sancti Georgii venit Yconium. . . . .

Pars 4.

De reditu comitis Flandrie, et[a] de sanguine Domini qui est in Brugis.

Rediit et comes Flandrie Theodericus, sed [comitissa[b]] Sibilla, eius uxor, ibi Deo perpetuo servitura permansit[3]. Cron. de Fl. Erat enim filia Fulconis regis Iherusalem nuper defuncti sororque Balduini regis Iherusalem tunc regnantis. Que postquam cum marito Iherusalem venerat, infirmis et pauperibus in ecclesia monialium sancti Lazari[c] hospitalis sancti Iohannis Elemon[d] ministrare cepit[4] cum humilitate tanta, quod scabiosos[e] et ulserosos[f] propriis manibus abluebat, et si quando sibi subreperet abhominacio, ponebat de aqua balnei ipsorum ad os suum, semet ipsam reprehendens et cordi suo dicens: 'In hiis Deo servi, quia, si scindi deberes, amodo in talibus occupaberis'. Ipsaque regis fratris sui et amicorum suorum instancia permaxima, licet cum difficultate, obtinuit tamen a marito, quod in tali opere posset ibidem usque ad vite terminum permanere.

[Unde[b]] pro tam sancto pioque divorcio[g] rex gracias agens comiti[5], cum repatriare vellet, ipsum comitem multis et magnis enseniis honorans, inter cetera cara iocalia data fuit ipsi Theoderico comiti a rege predicto consensu prelatorum et principum magna pars sanguinis domini nostri Ihesu Christi, quam comes per manus domini Leonis abbatis nostri predicti in Flandriam detulit et Brugis in ecclesia sancti Basilii collocavit anno Domini 1148.[6] (1148.) Hec pars est illius preciosi sanguinis, qui collectus et servatus fuit, quando Ioseph ab Arimathia et Nichodemus dominum nostrum Ihesum Christum sanguinolentum de cruce depositum super vas mundum abluerunt et sanguinem[h] circa vulnera congelatum abraserunt et abluerunt; aqua[i] igitur supernatante, sanguis in fundo[k] resedit et, aqua deposita, servatus fuit. De hoc sanguine longo[l] tempore miraculum visum est in Brugis, quod positus in phiala cristallina[m] per totam ebdomadam durus quasi massa sanguinis congelati permansit preterquam in feria sexta, et semper in feria sexta usque ad horam nonam, scilicet passionis et mortis dominice, a fine usque ad finem eiusdem[n] phiale liquidissime fluxit. In huius preciosi sanguinis honorem in Brugis tercia die Maii, que est dies invencionis sancte crucis, processio sollempnis agitur, ad quam confluentibus pluribus, quoque certis diebus in anno a papa magne sunt indulgencie concesse. Huius preciosi sanguinis porcio consimilis habetur et monstratur in Ficicampo[7] Normannie monasterio, sed ante hec tempora per alium modum translata, quem modum vide supra primo [huius[b]] libri capitulo sancti Bertini abbatis, parte 8, particula *Vir inclitus*[8]; reliqua pars mansit in Iherusalem, nec alibi legimus observari sanguinem de Christi vulneribus in cruce morientis effusum. Sicubi autem[o] alibi preterquam in sacramento altaris adoratur sanguis Christi, sicut in Berutho, in Parisius, in Lilario[9] et alibi, res est miraculose proveniens, et non de Christi corpore fluxa. Hoc vero dico sine preiudicio illius partis que in Iherusalem hac vice remansit, quia

a) *deest A* 1. b) *deest B.* c) Lasari *A* 1. d) elemosinas *A* 1. e) scabrosos *A* 1. f) ulcer. *A* 1. g) devocio *post superscr.* r *A* 1. h) sanginem *B* 1. i) aquarg *superscr. A* 1, *ubi* igitur *deest.* k) fondo *A* 1. l) longuo *A* 1. m) cristalina *A* 1. n) dicte *A* 1. o) aut *A* 1.

1) Ex Martini narratione, qui scribit, Iconii duos reges convenisse, hoc falsum finxit. 2) Iam in hac expeditione Sibillam cum marito transfretasse, nusquam legitur. Ex chartis apparet, Sibillam a. 1149. absentis comitis vicem egisse. 3) Demum a. 1157. Sibilla maritum in itinere transmarino comitata est et, illo a. 1159. redeunte, remansit; cf. Auct. Aquic. a. 1157. 1165, p. 397 sq. 4) Cf. Chron. Flandr. apud De Smet I, p. 99. 5) Falsa sunt, si verum est, quod infra narratur, Leonium abbatem a. 1148. sanguinem reportasse. Chron. Flandr. l. l. quidem tradit, sanguinem ex Terra Sancta a Sibilla demum transmissum. Sed nostro magis assentitur Fl. gen. Cont. Gislen., SS. IX, p. 326. 6) A. 1150. demum reversus est Theodericus; Cont. Aquic. p. 406. 7) Fécamp. 8) p. 760. 9) Lillers super fl. Lys.

possibile est, quod, sancta civitate per Sarracenos conquisita, pars illa preciosissima fuit ad aliquem alium locum translata, qui ad nostram noticiam nondum venit.

De reditu domini[a] Leonis abbatis ab[b] Iherusalem et aliis eventibus post reditum.

Rediit ab[c] hoc hostico Leo noster abbas in comitiva Flandrie comitis, de eius precepto hanc preciosam sanguinis sarcinam ad pectus suum deferens a collo pendentem cum cotidianis missarum sollempniis[d] usque Brugis, in[e] capella beati Basilii ibidem thesaurum [sibi creditum] ipsi comiti resignavit. Inde hic ad monasterium rediens, secum attulit pallia et pannos sericos, quorum magna pars adhuc hodie durat, et alia ornamenta ecclesie non minoris precii quam fuerat pecunia, quam pergens Iherusalem secum detulerat. Sed cum iam in iter predictum profectus esset, facta est hic inter fratres magna discordia pro solucione pecunie, quam secum detulerat. Et primo verbis, dein[f] pugnis et fustibus congrediendo facti sunt in derisum omni populo. Ad hoc cedandum[g] concurrunt burgenses cum feodatis ecclesie. Prior et fratrum pars sanior vi sediciosos expellunt, aliquos non reversuros, aliquos[h] vero, etsi redierunt, non tamen sine nota manserunt. Sedata[h] quodammodo sedicione[i], ecclesie thesauri distrahuntur, ciboria, feretra ceteraque iocalia auro et argento decrustantur, sed parum profecit; nam absente capite, quisque sibi placita faciebat. Sed postquam Leo abbas rediit, omnem[k] odii fomitem extinxit, et si quid de temporalibus exterius aut de spiritualibus interius ordinisque rigore perierat, toto conamine pius[l] pater emendavit. Hoc anno, id est anno Domini 1148, dominus Symon condam abbas huius loci, supra capitulo proximo, et qui cronica[m] huius ecclesie a tempore Roderici huc usque descripsit, hic de Gandavo regressus obiit, et sepultus fuit in cimiterio iuxta capellam beate Marie; sed nunc tumba eius est intra capellam predictam a domino Leone abbate reparatam; cuius superscripcio est hec:

Cont. Sim. I, 3–5.

S mon III, 16

1148.

Abbas sacratus, virtute vigens monachatus,
Celo translatus, Symon iacet hic tumulatus,
Quarta dies Februi quem pace fovet requies.

. . . .

Pars 5.

. . . .

De domino Willelmo de Yppra, de bonis per eum nobis collatis tam in hac reparatione quam alias, et de eius obitu.

Willelmus de Ippra, de quo supra pluries est habita mencio, domino abbati Leonio in huius sui monasterii reparacione iam dicta precipuus adiutor et quasi cooperator extitit in magnis muneribus, auro, argento et plumbo, quibus fere totum edificatum est monasterium istud. Insuper nobis duas ecclesias in Anglia, Trulegam et Chillam cum suis appendiciis nobis contulit ad hospitum suscepcionem, ex hoc maxime inspiratus, quia in hoc incendio domus nostra hospitum mansit illesa, allegans exinde Deum ostendisse sibi, per hospitum suscepcionem in eadem domo sibi gratum exhibitum obsequium. Huius donacionis carte seu privilegia quedam servantur[n] apud nos, quedam vero causa custodie sunt in monasterio Cantuariensi.

Cont. Sim. I, 5 7.

Anno Domini 1154. Stephanus rex Anglie moritur; cui successit Henricus, iunior filius filie maioris Henrici, qui Flamingos[o] odio persequens, Willelmum[p] de Ippra cum eis expulit ab Anglia. Willelmus vero in Flandriam rediens, apud Lo castrum suum territorii Furnensis monasterium canonicorum regularium fundavit in honore sancti Petri[1], ubi septem[2] annis vixit. Sicque dans requiem temporibus suis, plenus dierum hominem exuens, in eodem Sancti Petri monasterio sepelitur.

Andr. M

1154.

Fl. gen. 35.

Rymkr v. 4707

Fl. gen.

. . . .

Pars 6.

De transitu beati Bernardi et obitu Eugenii pape.

Anno Domini 1154. Deo et[q] specialiter beate virgini devotissimus dominus[r] sanctus Bernardus abbas Clarevallis ab hac valle miserie superas[s] migravit ad sedes. Eugenius eciam papa tercius cito post[3] obiit, et sepultus est in ecclesia sancti Petri iuxta maius altare. Sedit Eugenius annis 8, men. 4, di. 20; cui successit Anastacius[t] IV; a quo dominus Leo noster abbas duo privilegia impetravit, scilicet confirmacionem ecclesiarum de Chillam et Trulega[4] cum appendiciis, quas Theobaldus Cantuariensis archiepiscopus, Willelmo de Ippra illarum villarum domino postulante, nobis concessit[5], quod sic incipit: *Anastacius*[t] et cet. *Ea que venerabilibus* et cet. Datum anno Domini 1154[6]. Itemque aliud, per quod increpat episcopum Tornacensem[7] pro eo, quod contra tenorem privilegiorum nostrorum de nostris ecclesiis disponere volebat, precipiens, ne hoc amodo presumat; quod sic incipit: *Anastacius*[t] et cet.

Paparum.

Mart.

a) *deest* A 1. b) a A 1. c) etiam in A 1. d) sollempnia A 1. e) ibi th. ip. com. res. in cap. sancti Bas. A 1. f) deiñ (deinde) A 1. g) sed., *sed s alia manu in loco raso* A 1. h) *sic codd.* i) cedicione B 1. k) *suppl. sec. manu* A 1. l) pm⁹ B 1. m) coronica B 1. n) servatur A 1. o) Flammingos B 1. p) Vitlm. A 1. q) sp. et B 1. r) beatus Bern. A 1. s) supras B 1. t) *sic* B 1 *constanter*, Anastas. A 1 *semper*.

1) Cf. quae p. 781. notavimus. 2) Sic Chron. rhythm.; *decem annos* Fl. gen. 3) Uterque iam a. 1153. obiit, Eugenius papa (Iul. 8.) ante Bernhardum (Aug. 20). 4) In Anglia, dioec. Cantuar. sitarum. 5) Supra parte 5. 6) Laterani, Nov. 17. LOEW. 7) Geraldum.

Cont. Sim. I, 13. Mart. *Dilecte*[a] *fili* et cet. Datum anno[b] Domini 1154. Sedit Anastacius[c] anno uno, men. 4, di. 24, et vacavit di. 24. Successit ei Adrianus III.[d] nacione Anglicus. Hic primum episcopus Albanensis, legatus in Wormanciam[e] missus, gentem illam in[f] lege divina diligenter instruxit, et post reditum[g] suum, defuncto Anastacio, in papam electus[h]. Hic propter vulneracionem unius cardinalis totam Urbem usque ad dignam satisfacionem interdicto supposuit, et primus papa in Urbe-Veteri cum curia sua moram traxit.

Ab hoc papa dominus Leo abbas noster privilegium impetravit exempcionis nostre a Cluniacensibus et confirmacionis plurium bonorum nostrorum et libertatum; quod sic incipit: *Adrianus* et cet. *Iusticie et racionis ordo* et cet. Datum anno[b] Domini 1155.[1] Item confirmacionis[i] de Chillam[k] et Trulega, quod sic[l] incipit: *Adrianus* et cet. *Ea que venerabilibus* et cet. Datum[m] ut supra[2]. Item aliud, ut, quicumque sanus aut infirmus et[n] eciam[o] in mortis articulo constitutus, sue tamen mentis compos, religionis hic velit assumere [habitum[p]], eum recipere possimus[q], si velimus, et si sit uxoratus, eius uxor continenciam voveat; quod[r] sic incipit: *Adrianus* et cet. *Ad apostolice* et cet. Datum ut supra. Item aliud, in quo nobis confirmat institucionem[s] seu presentacionem presbiterorum in dyochesi[t] Tornacensi, et quas nominatim in eo exprimit[u]; confirmat eciam, ut, qui[l] voluerint hic habitum religionis assumere et vulnerati[s], illos possimus[q], si volumus, recipere; quod[r] sic incipit: *Adrianus* et cet. *Ecclesiarum utilitatibus* et cet. Datum ut supra, 3. Nonas Augusti. 1156.

. . . .

Pars 7.

De translatione trium magorum et quibusdam eventibus illius temporis.

1158. Cont. Sim. I, 14. Anno Domini 1158. dominus Milo Morinensis episcopus, de quo supra capitulo Symonis, parte prima, vir vite venerabilis et religionis amator, postquam sedem Morinensem rexerat annis 27[3], migravit ad Dominum. Cui successit Milo, eius archidiaconus, monachus beate Marie de Bosco. 1162. Cont. Aquic. Mart. Anno Domini 1162. Federicus imperator civitatem Mediolanensem quinque annis obsessam vicit per assultum et armorum potenciam; muri siquidem eius altissimi funditus suffossi sunt, cetera in cinerem redacta. Corpora trium magorum, qui in Bethleem Christo nato munera obtulerunt, aurum, thus et mirram, olim de Perside Constantinopolim per imperatorem, qui tunc erat, translata, ac deinde a sancto Georgio[4] Mediolanum miraculose translata, nunc de Mediolano per hunc Federicum imperatorem destructo sunt per Radulfum[5] seu Rainaldum, tunc Coloniensem archiepiscopum, ad urbem Coloniam Agrippinam translata et in maiori illius civitatis ecclesia sancti Petri cathedrali venerabiliter collocata; ubi adhuc hodie visuntur[v] a fidelibus, et adhuc et propter hoc apud ignarum vulgus nominantur Tres Reges Colonie, non quod inde reges extiterint aut domini vel inde fuerint oriundi, sed fuerunt de regno Tarse vel Tarsis, quod est ultra Persidem et sub dominio Tartarorum, quod regnum semper habuit et adhuc habet reges tres. Illorum trium regum seu magorum, qui domino Ihesu Christo munera, sicut dictum est, obtulerunt, adhuc ibi genus durat, et sunt christiani, reliqus illius terre populus ydolatre[w] sunt et subiecte Tartaris. . . . .

Mart. Floruit eciam ille excellens magister Petrus Lumbardus, qui composuit librum Senteciarum, quem in scolis legunt Parisius theologi.

De[x] Iocione[y] monacho nostro cum rosis.

Floruit itidem hoc tempore venerabilis Iocio monachus huius monasterii Sancti Bertini, beate virgini Marie devotissimus, de quo accidit in hoc monasterio grande miraculum, quod inter miracula beate virginis sollempne per orbem habetur. Narrat eciam hoc Vincencius[z] Belvacensis in suo Speculo historiali[6]. Miraculum fuit hoc: Quidam Cantuariensis archiepiscopus de Roma rediens, in hoc monasterio fuit hospitatus. Crastino sermonem conventui fecit in capitulo et inter cetera dixit, quod in partibus Iherosolimitanis multi psallere consueverunt quinque psalmos incipientes a singulis litteris nominis beate virginis Marie et in beate virginis memoriam[a] frequentare[b], scilicet *Magnificat, Ad Dominum cum tribularer, Retribue [servo*[c] *tuo], In convertendo, Ad te levavi [oculos*[c] *meos]*, et singulis psalmis premittere[d] *Ave Maria*. Erat[e] ibi presens hic frater Iocio monachus noster, qui hoc[f] pio cordi commendans, cotidie post matutinos hos quinque

a) Dilecti filii *A* 1. b) a. D. *des. A* 1. c) *sic B* 1 *constanter;* Anastas. *A* 1 *semper.* d) *sic codd.* e) Wormaciam *A* 1; Norvegiam *Mart.* f) *deest A* 1. g) redditum *A* 1. h) elegerunt *A* 1. i) confirmacionem *A* 1. k) Chilla *h. l A* 1. l) *deest A* 1. m) *deest B* 1. n) aut *ed.* o) c^a (cetera) *A* 1. p) *deest codd.; sic ed.* q) possumus *B* 1. r) q. s. *des. A* 1. s) *suppl. sec. manu A* 1. t) diocesi *A* 1. u) expiavit *A* 1. v) visentur *B* 1. w) *sic B* 1, *quasi* gentes *pro* populus *scriptum esset.* x) *ante hoc caput in B* 1 *f.* 117'. *depicta est imago, repraesentans b. Mariam cum infante sedentem, quam monachus S. Benedicti in genibus positus adorat; tenens fasciam cui inscriptum:* Ave Maria. Psalmus: Magnificat. Ave. Psalmus: Ad Dominum. Ave. Psalmus: Retribue. Ave. Psalmus: In convertendo. Ave Maria. Psalmus: Ad te levavi. *In sequenti f.* 118. *depictus est monachus mortuus, ex cuius vultu* 5 *rosae creverunt, quem circumstant tres episcopi et abbas cum monachis.* y) Iosione monaco *A* 1. z) Vincensius *A* 1. a) mom. *B* 1. b) frequenter *A* 1. c) *des. B.* d) pretermittere *B* 1. e) Et *B* 1. f) *deest B* 1.

1) 1156, Ian. 27. Huius privilegii regestum longius dat Tassart, Chart. III, 10, p. 331; Iaffé nr. 6919. 2) 1156, Ian. 27; 'Archeol. or miscell. tracts' XXV, p. 158. 3) Simon II, 116. dicit, eum a. 1131. electum esse, ex quo haec noster. 4) Falso pro Eustorgio; *Storgio* Mart. 5) Sic Martinus. 6) Vinc. VII, 116.

psalmos decantare cepit et continuavit. Quadam tandem nocte circa festum sancti Andree, dum supprior noster chorum circuiret, locio cum aliis non interfuit, sed ad lectum eius in dormitorium[a] supprior veniens, eum defunctum repperit. Vocati fratres accurrunt, et de eius vultu discooperto quinque flores rosarum, unum ex ore et lingua, duos ab[b] oculis[b] et duos ex auribus exeuntes aspiciunt. Letantes eum detulerunt in chorum, et mane diligencius intuentes, in rosa que de ore exibat invenerunt scriptum *Maria*. Tenuerunt igitur eum per dies septem, donec tres episcopi convenirent, quorum unus fuit dominus Andreas[1] Atrebatensis episcopus iam statim hic memoratus, qui fuerat abbas Cisterciensis, et alii quam plurimi laudantes Deum.

De morte Balduini regis Iherusalem et transfretatione Theoderici[c] Flandrie comitis.

Cont. Aquic.

Balduinus rex Iherusalem, filius Fulconis regis, circa idem tempus sine liberis obiit; cui successit frater eius Almaricus comes de Ioppen. Theodericus igitur comes Flandrie, qui sororem eiusdem regis uxorem habuerat, supra e[odem], parte [4[d]], ad Iherusalem et Terram Sanctam iam quarta vice transfretavit, Philippum filium suum ad custodiam terre sue Flandrensis dimittens, omnipotentem ei tribuens plenam et liberam facultatem de omnibus. Qui Philippus, probus et prudens, omnia prudenter et excellenter est exsequtus[e].

Pars 8.

De ultimis actibus domini abbatis nostri Leonii[f].

Leo dominus noster abbas legem Poperingensibus[g] dedit, conscripsit et sigillavit; et quia Furnensis erat nacione[2], et Poperinges[h.3] intra[i] Furnense territorium est inclavatum, leges quodammodo Furnensium[k] consimiles eis dedit[4], precipiens, ut, quia de omnibus eventibus inscribi non poterat[l], si quod dubium emergeret, ad sapientes chore[m.5] Furnensis esset recurrendum[6], consilio[m] tamen et licencia abbatis vel eius prepositi. Hanc legem postea renovavit dominus abbas Iohannes de Ippra, infra capitulo tercii Iohannis, parte [22[m]], ac deinde eam renovavit dominus abbas Iacobus, qui eciam fuit nacione Furnensis, infra capitulo primi Iacobi, parte [secunda[n]].

Cont. Sim. III, 12.

In Iherusalem existente Theoderico Flandrie comite, Philippo quoque, filio eius, Flandriam[o] disponente, Leo noster abbas a Philippo predicto receperat in elemosinam quandam terram 32 mensurarum in territorio Furnensi, que de feodo comitis extiterat, Lambertum, cuius erat illa terra, monachum faciens[7]. Sed regresso Theoderico de Iherusalem, abbas noster in causam tractus est ab amicis dicti Lamberti, et eidem abbati nostro dicta terra abiudicata, eo quod filius patrem viventem exhereditare[p] non poterat; et sic dicebant, quod hoc feodum Philippus vivente patre suo Theoderico non poterat alienare. Postea vero defuncto comite Theoderico[8], hec[q] terra recuperata fuit, iudicante curia Philippi comitis, quod, quia privilegium eius inde habebamus, comes suum privilegium sigillatum cassare[r] non poterat, et sicut pater factum filii quamdiu vixit potuit infirmare, sic filius iam comes effectus id quod per se factum fuerat conservare[s] debebat. [Littere[t] super hoc confecte sic incipiunt. . . . .[t*]]. Terram istam aliquanto tempore tenuimus, nunquam tamen sine querela, sed multas inde tribulaciones perpessi summus. Sepe caruce[u] nostro sunt inde violenter eiecte[v], horrea furtive conbusta et alia dampna quam plurima nobis illata et in tantum, quod, nisi remedium fuisset adhibitum, plus illa nobis abiudicacio[v*] nocuisset. Quomodo[w] res postea fuit[x] ad pacem deducta, infra capitulo [Symonis[y] secundi], parte [6[x]].

De berquaria in parochia Sancti Willebrordi[z], et de morte domini Leonii[a] abbatis[b] nostri.

Cont. Sim. I, 13

Dominus Leo noster abbas iam senio confectus, secundo ante obitum suum anno corporalium lumen oculorum amisit, quod infra annum medicinis[c] adiutus recuperavit, licet non ita clare; et quia ob defectum corporalem nec intus nec extra, sicut consueverat, intendere potuit, cepit hic more solito intus tepescere rigor discipline et exterius possessionum gubernacio periclitari. Theodericus tunc Flandrie comes de Iherusalem iam quarto[9] reversus, cum filio suo Philippo in parrochia Sancti Willebrordi[d] villam novam et portum novum fecerunt, quem nominaverunt Neoportum, et nunc dicitur Gravaringas, et ad hoc faciendum magnam partem berquarie, quam Robertus Flandrie comes pro anima Willelmi filii sui huic ecclesie donaverat, sibi usurpaverunt. Ast contra senex Leonius semper

a) dormitorio *A* 1. b) a naribus *A* 1. c) Fl. c. Th. *A* 1. d) *suppl. sec. manu A* 1. e) executus *A* 1. f) Leonis *A* 1. g) Popring. *A* 1. h) Popringhes *A* 1. i) inter *A* 1. k) Furnencium *A* 1. l) poterāt *A* 1. m) *suppl. sec. manu A* 1. n) *deest spatio vacuo rel. A* 1. o) Fladr. *A* 1. p) exheredare *A* 1. q) Leo noster abbas hanc terram recuperavit *A* 1. r) quassare *A* 1. s) *superscr. B* 1. t) *des. B.* t*) *spatium vacuum A* 1. u) carruce *A* 1. v) egecte *A* 1. v*) *sic codd.* w) quare *A* 1. x) *deest A* 1. y) Godescalci *A* 1. z) Willebordi *B* 1. a) Leonis *A* 1. b) a. n. *des. A* 1. c) medicamentis *ed.* d) Willebordi *B* 1.

1) Ex Andr. March. p. 853. 2) V. supra parte 1. ex Simone III, 1. 3) Poperingue, praef. Ypern. 4) Impressas (Keure de Poperinghe) apud Warnkönig, 'Flandr. Staats- und Rechtsgeschichte' II, 2, 'Urk.' p. 111. 5) i. e. 'cyr', 'keure' Vlamingice, nostrum 'kür'. 6) Verba sunt legis laudatae. 7) Haec donatio iam a. 1157—1159, Theoderico comite in tertia expeditione absente, acta esse debet, cum, illo a. 1164. de quarto itinere transmarino revertente, Leo abbas iam a. 1163. mortuus esset. 8) A. 1168. 9) Immo tertio, cum charta infra laudata iam a. 1159. data sit.

Cont. Sim. I, 13. fortis et constans, non laboribus, non senio nec infirmitati parcens, comitem adiit, eum constanter arguens et sua requirens; quem comes tam pro etatis reverencia quam pro antique familiaritatis amicicia benigne suscipiens, cum spe bona domum reverti suasit, sibi reddita berquaria, et litteras sibi tradidit suo et filii sui sigillo sigillatas, que sic incipiunt: *[Ego*[a] *Theodericus Dei gracia* et cet. Datas anno incarnati Verbi 1159][1]. Sed parum hodie proficiunt, quia dicta berquaria ad manus comitis rediit, infra capitulo proximo, parte [prima[b]]. ib. Dum itaque Leo de comite revertitur, in itinere gravi corripitur infirmitate, et in lectica ad monasterium est delatus, ubi per aliquod tempus elanguit. Tandem cum tempus advenit solvendi mortalitatis debitum, ecclesiasticis munitus sacramentis, in fide firma sancte matris ecclesie migravit ad Dominum anno Domini 1163. (1163.) Cuius memoriam Sythienses habere debent in secula, sibi reddentes oracionum pia suffragia. Nam multa in libertatibus et possessionibus acquirendis, ampliandis et defensandis, libris, ornamentis et aliis modis pluribus eis multa tribuit beneficia. Sepultus autem est ante altare capelle beate Marie[c] virginis, quam ipse post incendium amplians, de novo fundaverat. Cuius epigrama fuit hoc:

Virtus Samsonis mel sumpsit in ore leonis,
Quod non misterio[d] *posse carere scio.*
Sic quoque, dum moritur noster Leo, mel repperitur
Eius in ore iacens atque sapore placens.
Nam si perpendas mores patris atque sequendas
Eius virtutes verbaque, mella putes.
O clarum stemma, de quo te[e]*, splendida gemma*
Et decus abbatum, contigit esse satum.
Qui dum templa, domos regales, horrea, promos[f]
Multaque mira struis, proch[g] *dolor! ecce ruis*[h].
Ante diem Februi sexta suprema tui. (Ian. 26.)

Carte seu privilegia sui temporis sunt . . . .[i]

Capitulum 44.
est[k] de domino Godescalco abbate nostro 44.
Pars 1.

Godescalcus huius loci abbas 44. patruum habuit Godescalcum Alchiacensem[l] abbatem, de quo supra capitulo Simonis, parte prima[2]. Cuius precibus hic monachus effectus, deinde, iuvenilibus licet in annis, senilibus tamen moribus, apud Alchiacum[m] prior est effectus sub patruo suo Godescalco; (Cont. Sim. II, 1. 2.) inde ad nos reversus et officium hospitarii administrans, abbas Hamensis electus fuit, ubique[n] caste et humiliter conversatus. Postmodum domino abbate nostro Leonio defuncto, Arnoldus Affligensis abbas[o] hic concorditer eligitur, sed ab episcopo Cameracensi[p] ad quod electus fuerat pervenire non permittitur. Reditur ergo[q] ad electionem, et vota nostrorum in diversa sparguntur, sed sanior[r] pars in dominum Godescalcum Hamensem abbatem consensit. Fuitque consecratus per dominum Milonem Morinorum episcopum anno Domini 1163.[3] (1163.)

(ib. c. 4. Herb. III, 20. Paparum. Cont. Sim. II, 4.) Hic primo sui regiminis anno interfuit consilio[s] Turonensi a domino Alexandro papa celebrato. Cui eciam consilio[s] beatus Thomas Cantuariensis interfuit, a papa et ab omnibus ibidem[t] existentibus loco maxime veneracionis est habitus. Abbas vero Godescalcus toto tempore illius consilii[s] honeste et religiosissime conversatus et circa ea que agere intendebat valde sollicitus, impetravit a papa privilegium confirmacionis sentencie nostre contra Cluniacenses et omnium bonorum ac privilegiorum nostrorum; quod sic incipit[4]: *Alexander* et cet. *Iusticie et racionis ordo* et cet. *Datum anno*[u] *Domini* 1163, *pontificatus nostri*[v] *anno* 4. Item aliud, in quo papa abbatisse et monialibus de Borbourgh[w] mandat, ne amodo presumant parrochianos nostros sine nostra licencia recipere ad sepulturam. Quod sic incipit: *Alexander* et cet. *Ex*[x] *relacione* et cet. *Datum Turonis*. Item aliud, in quo nobis concedit, ut ecclesie de Liswega[y, 5], Snelghemkerke[z], Hettelinghem[a], Westkerke[b], Heringhem[c], Cokelare, Ruslete, Rombeke[d] et Roxhem[e] ad collacionem nostram presentacionem[f] pertineant[g], clericum quem episcopus ad eas promoverat amovens[h]; confirmat eciam relevamina 5 solidorum in villa Sancti Audomari, et ut quosque vulneratos et

a) *des.* *A* 1. b) *deest* *A* 1. c) v. M. *A* 1. d) mistio *A* 1. e) dequore *A* 1; decore *ed.* f) promotos *A* 1. g) proc *B* 1. h) tuis *A* 1. i) *vacat codd.* k) *des.* *A* 1; *A* 2 *sic:* Godescalcus huius loci abbas 44. l) Achiac. *A* 1. m) Alciac. *A* 1. n) ubi *A* 2. o) hic a. *A* 2. p) Cameracense *B* 1. q) igitur *B.* r) maior *B.* s) conc. *A* 2. t) ibi *A* 2. u) a. D. *des.* *A* 1. v) sui *A* 2. w) Borborch *A* 1; Borbourch *A* 2; Borbgħ *B* 1. x) Datum ex *A* 2. y) Liswegha *A* 2. z) Snelghiskerke *A* 1; Snelghemquerque *A* 2. a) Hettelingem *B* 1. b) Westqurke *A* 2. c) Heuringhem *A* 2; Heringem *B* 1. d) Romkerka *A* 1; Rombeka *A* 2. e) Roxem *A* 2. f) *ita codd.* g) pertineat *A* 1. h) ammonens *A* 1.

1) Charta impressa est apud Malbrancq, De Morinis III, p. 252. 2) p. 798. 3) Hoc sibi coniecit. 4) Huius privilegii excerptum dedit Tassart, Chart. III, 12, p. 333; Iaffé nr. 7283. 5) Lisseweghe, Westkerke, Heuringhem, Coukelaere, Rumbeke, Roxem. — Datum a. 1163, Mai 26. LOEW.

infirmos recipere valeamus et cet. Datum Turonis. Et cum hiis litteris est reversus[a]. Et ut sepe contingit, quod amici[b] Dei non placent mundo, dominus abbas noster Godescalcus, licet vir vere honestus, religiosus et prudens esset, non tamen erat in oculis hominum bene gratus; erat enim aliqualiter rigidus et[c] ad favores hominum sibi consiliandos[d] flecti nescius; propter quod[e] comiti Theoderico et secularibus displicebat; fratrum eciam murmur contra eum in amplius crescebat, et licet comiti Theoderico parum gratus esset, tamen Philippo filio suo adhuc minus. Ipsum Philippum instigante Roberto Ariensi et Sancti Audomari preposito, Flandrensi cancellario, qui eum singulari odio persequebatur, ipsum Philippum in odium viri simplicis exasperabat. [Cont. Sim. II, 4. c. 3; c. 10]

De rebellione monachorum nostrorum contra dominum Godescalcum[f], et de berquaria.

Nondum adversus patrem fermentum expurgatum erat — — quibusdam eciam[g] per monasteria relegatis. Hoc exemplo disce, Bertiniensis[h] monache, quicumque[i] sis; nam [Cont. Sim. II, 5–8]

Alterius penis fit castigacio lenis[k].

Hoc tempore in huius ville Sancti Audomari parrochia Sancte Margarete natus est infans habens duo capita, 4[l] brachia cum 4 manibus, geminam naturam maris et femine[m], posterius unicam egestionem; unde plures plura auspicantur[n], quid hoc portendere[o] posset; nam ubi signa et prodigia veniunt, frequenter nova mirabilia solent evenire. [Cont. Burburg]

Pars 2.

De exilio sancti Thome Cantuariensis archiepiscopi.

Rex Anglorum Henricus efferatus[p] in superbiam, assensu Rogeri Eboracensis archiepiscopi, Gilleberti Londoniensis, Hilarii[q] Cisastrensis et quorundam aliorum episcoporum omniumque baronum suorum, impellente Richardo Pictavensi archidiachono, consiliario suo, contra ius fasque pro[r] suis gratibus omnem dignitatem et ecclesiastice discipline censuram sibi violenter usurpavit anno Domini 1164[s.1]. Quam ob rem beatum Thomam Cantuariensem archiepiscopum, virum gloria et honore dignum, huic apostacie[t] se constanter opponentem, ab Anglia eliminavit anno Domini 1165[2]. Qui latenter[u] ad Galliam transfretans, aplicuit Gravalingas, sed timens prodi apud regis Anglie noncios ad papam et ad[v] regem Francie missos, et qui eadem quasi die in propinquo[w] portu applicuerunt[x], ut melius occultaretur, peditando venit[y] Claromariscum; sed quia iam divulgatum sensit, quod archiepiscopus Cantuariensis[z] ibidem venire debebat, statim de nocte scapham ascendit et per stangnum[a] Mera[3] dictum venit ad Vetus-monasterium, heremitorium condam gloriosi confessoris Bertini, ubi per tres dies latuit; die autem quarto ad peticionem domini Godescalci abbatis nostri in hanc[b] abbaciam venit, ubi cum gaudio susceptus est. [ib.; 1164.; 1165.; Herbert. IV, 5. 7.]

Miraculum[c] sancti Thome[d] in Sancto Bertino.

Erat archiepiscopo[e] ad[f] Sanctum Bertinum venienti de Veteri-monasterio iter per fluvium. Sicque venienti dixit ei quidam de suis: 'Domine, venturi sumus hodie ad magne[g] caritatis viros, qui tibi congratulantur, quia[h] illesus evasisti; fac igitur[i] eis pietatem, ut in adventu tuo commedant[k] pinguia'. Sanctus archiepiscopus respondit: 'Quarta feria est, oportet a talibus abstineri'. Subintulit ille: 'Domine, forsan non habundant piscibus'. 'Domini', inquit[l], 'est[l] hoc providere'. Vix pater verbum emiserat, et ecce nutu Dei exiliens de aqua piscis grandis, quem bremam vocant, cum impetu se proiecit in gremium viri Dei. Quem cum laude Omnipotentis hic eadem die conventui propinavit; mansit [hic[m]] sanctus[n] archipresul cum abbate nostro expectans quosdam familiares suos. Die crastina nuncios[o] suos ad regem Francie in Compendio et inde Senonis ad papam Alexandrum misit[4], ut graciam utriusque captarent[p] et contra regis Anglie nuncios providerent[q]; et ubique[r] grate recepti sunt, regis Anglie nunciis minime exauditis. Archiepiscopus cum in hoc monasterio paucis stetisset diebus, in equis et comitatu[s] multo recessit; Milo quidem Morinensis episcopus et abbas noster Godescalcus pro viri sancti reverencia vieque securitate eum usque Suessionem perduxerunt. Ad quam crastino rex[t] Ludovicus advenit et alacri vultu sanctum archiepiscopum recepit, pacem ei et securitatem per regnum suum et sumptus de fisco suo[u] quamdiu exularet concessit, locum[v] ei mansionis assignans in Pontiniaco Burgundie monasterio[5]. Inde cum graciarum actionibus a rege licenciatus, Alexandrum papam Senonis adiit, et benigne receptus, in manus pape resignavit archiepiscopatum. Sed in eodem consistorio sibi papa de novo predictum contulit archiepiscopatum, et sic ad Pontiniacum rediens[6], ibi monachus efficitur, archiepiscopatu non obstante. Rex Anglie, cum a nunciis suis audisset requestam suam[w] a rege et a papa repulsam, ultra modum exardescens in iram, omnes res archiepiscopi et suorum confiscari precepit totamque cognacionem eius et omnes qui sibi servicio vel titulo quovis attinebant proscriptos[x] addixit exilio, non parcens ordini, condicioni, sexui vel etati. Ordo, sexus, etas, condicio nullo gaudet hic privilegio. Tota simul exit cognacio, et [Alan. c. 17.; Herbert. IV, 7–9.; Alan. c. 27–30; Ioh. Sal. c. 19.]

a) abbas *add.* *A* 2. b) amicti *A* 1. c) *deest* *A* 2. d) conciliandos *recenti manu in spatio vacuo suppl.* *A* 2. e) *rec. manu suppl.* *A* 2. f) abbatem *add.* *A* 2. g) *deest* *A* 2. h) Bertinensis *A* 2. i) q̄cumq; *A* 2. k) leuis *B* 1. l) et 4 *A* 2. m) ferē *A* 1. n) auspicabantur *B* 1. o) ꝑtendere *A* 2. *B* 1. p) efferaratus *B* 1. q) H. C. *des.* *A* 2. *B*. r) q *A* 1. s) MCLXV. *A* 2; *in textu* IIII. *in loco raso* *B* 1. t) apostasie *A* 1. u) uatenter *A* 1. v) *deest* *A* 2. w) proximo *A* 2. x) *locus vacuus, post in marg. suppl.* *A* 2. y) provenit *A* 1. z) non *add.* *A* 1. a) stannum *A* 1; stagnum *A* 2. b) *deest* *B* 1. c) *rubra deest* *A* 1. d) archiepiscopi *add.* *A* 2. e) archiep̄e *A* 1. f) ven. ad S. Bert. *A* 2. g) magnos *A* 2. *ed.* h) quod *A* 2. i) ergo *A* 1. *ed.* k) comed. *A* 1. l) est inq. *A* 2. m) *deest* *A* 2. *B*. n) *superscr.* *A* 1. o) nonc. *A* 1. p) captaret *A* 2. q) provideret *A* 2; mitterent *A* 1. r) utrobique *A* 1. s) equitatu *A* 2. *ed.* t) *bis scr.* *A* 2. u) *deest* *A* 2. v) ei l. *A* 2. w) sua *A* 2. x) ꝑ scriptos adduxit *A* 2.

1) Cont. Burburg. ad a. 1163. 2) Cont. Burburg ad a. 1163; Cont. Aquic. recte ad a. 1164. 3) Nomen noster ex propria cognitione supplevit. Mere lacus est per Agnionam (Aa) fluvium factus, super quem Clairmarais et Vetus-monasterium (St. Mommelin) sita sunt. 4) Herbertus c. 7. scribit, nuncios regis Angliae sequente die a S. Audomaro profectos, sed legatos archiepiscopi eos e vestigio secutos esse. 5) Vitae scriptores dicunt, Pontiniacense monasterium a Thoma ipso electum vel a papa ei destinatum esse. 6) A civitate Senonis primo Pontiniacum profectus est.

navigio[a] in Franciam transierunt. Quibus rex Ludovicus cum suis Francis valde compaciens eosque recipiens, per diversa loca distribuit; et quidem ab archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus[b], baronibus et castellanis, a singulis aliqui recipiuntur; mulieres vero et parvulos cum cunabulis monasteria monialium susceperunt[c]. In hoc autem monasterio Sancti[d] Bertini recepti fuerunt plures monachi Cantuarienses cum priore et famulis eorum. Illud enim Cantuariense cathedrale monasterium a longis retro temporibus fuit semper et est de specialibus societatibus nostris. (Herbert. IV, 6.) Exilium huius beati viri et suorum duravit annis 6[e]. Eo vero cum papa Senonis, ut predictum est, existente, procurator noster, qui cum eodem abbatis nostri mandato a Suessione usque ad Senonis perrexerat, auxilio beati Thome privilegium a papa impetravit, quod abbas Sancti Bertini pro causa ecclesiarum suarum in diversis diochesibus[f] constitutarum non teneatur[g] ad illorum episcoporum sinodos, quamvis eciam vocatus[h], accedere; quod sic incipit: *Alexander* et cet. *Suggestum nobis est* et cet. 1165. *Datum Senonis*[i] *Idus Marcii.*

De obitu Theoderici Flandrie comitis et Sibille, eius uxoris.

(Cont. Aquic.) Sequenti anno, id est 1166[k.1], Sibilla[l] comitissa[m] Flandrie, uxor Theoderici comitis, postquam decem[n] annis Deo servierat in hospitali sancti Lazari, supra proximo, parte [4.[o]][2], obdormivit in Domino. Et tercio post hoc 1169. anno, id est 1169[3], obiit maritus eius et Theodericus Flandrie comes, postquam Flandriam rexerat annis 32. Cui successit Philippus, filius eius, vir prudens et strennuus[p.4], qui filiam Radulfi Viromandie comitis uxorem habuit[5]. Quo Radulfo[q] defuncto, Philippus Viromandie comitatum racione uxoris [sue[r]] obtinuit. Eodem anno Balduinus, filius Balduini comitis Montensis, uxorem duxit Margaretam, sororem Philippi Flandrie comitis, de qua (ib 1195) genuit Balduinum inclitum, postea Flandrie comitem et Constantinopolitanum imperatorem. Et nota, quod (cf. ib. 1194.) per hanc viam successio Flandrie rediit ad verum heredem et rectam lineam; nam, ut in precedentibus patet, Friso Robertus fuit iniustus possessor, nam Arnulfum, nepotem suum, in bello iuxta Casletum occidit et fratrem ac heredem eius Balduinum de terra fugavit, supra capitulo Heriberti, parte [3[s]][6], solum ei Duacum restituens, supra capitulo primi Iohannis, parte 2.[7] A quo Balduinus iste, qui Margaretam, Philippi sororem, uxorem duxit, directa nativitatis linea descendit[8]; unde filii ex hoc matrimonio nati ex utraque linea Flandrensi sunt exorti, ex parte scilicet patris de linea directa, ex parte vero matris de linea usurpantis. (Andr. M.) Eodem eciam anno Milo huius nominis secundus episcopus Morinensis obiit; cui[t] successit Desiderius archidiachonus Tornacensis.

De reditu beati[u] Thome ad Angliam et eius martyrio.

(Cont. Aquic. (Andr. M.)) Ludovici Francorum regis anno 35. atque Philippi Flandrie comitis anno secundo Henricus rex Anglie Henricum filium suum in regem coronari fecit per Rogerum Eboracensem archiepiscopum in preiudicium Cantuariensis ecclesie; nam iuxta consuetudinem et privilegia Cantuariensis ecclesie coronacio regum Anglie spectat ad archiepiscopum Cantuariensem. Eodemque anno Ludovicus rex Francorum et Henricus senior rex Anglorum ad mutuum convenere colloquium, ubi per Francorum regem, presente beato Thoma Cantuariense, pax ipsius beati Thome fuit concordata, sed ex parte regis Anglorum magis ficta quam facta. Nam anno sequente, qui fuit septimus annus exilii (Andr. M.) sui, in adventu parum ante natalem Domini beatus Thomas ad sedem suam Cantuariensem revertitur, Philippo Flandrie comite per Flandriam usque in Angliam conducente et concomitante; in quo transitu ipse (Cont. Aquic.) beatus archipresul capellam in Male[9] hospicio Flandrie comitis consecravit. (Will. Andr. c. 60.) Et cito post, id est quinta die natalis Domini, ipse beatus Thomas Cantuarie archiepiscopus et tocius Anglie primas a militibus regis (Cont. Aquic.) Anglie, qui eum simulata pace revocaverat, circa horam vesperarum in sua cathedrali ecclesia ante altare sancti Benedicti, capite mutilato, excusso[v] sparsoque cerebro, in congregacione preciosorum martirum coronatur a Domino. Nomina autem illorum, qui hoc murdri[e] facinus perpetrarunt, continentur in hiis versibus:

Richardus[10] *Britto necnon Morellius Hugo,*
Willelmus Trachi[w], *Renaldus, filius Ursi,*
1170. *[Anno*[x] *milleno centeno septuageno]*
Thomam martirium subire fecere beatum. —
Anno[11] *milleno centeno septuageno*
Anglorum primas corruit ense Thomas.

a) navigacio *A 2.* b) prioribus *B. ed.* c) receperunt *A 2.* d) S. B. r. f. *in loco raso ead. manu A 2.* e) *suppl. sec. manu A 1.* f) dyoces. *A 1.* g) teneantur *corr.* teneatur *B 1.* h) vocati *A 1. B 1, quod mendum videtur auctoris putantis supra se scripsisse* abbates. i) Senonas *A 2.* k) MCLXVII. *B 1; in marg. recte* MCLXV. *A 2.* l) Sibila *A 1.* m) Fl. c. *A 1.* n) 12 *A 2.* o) *deest A 1.* p) strenuus *h. l. B 1.* q) Rodulpho *A 2*; Rodulfo *B 1.* r) *deest A.* s) *superscr. A 1.* t) eū *A 1.* u) *A sic:* et martyrio sancti Th. Cantuariensis archiepiscopi. v) excussuo *B 1.* w) Traci *A 1.* x) *versus hic deest A 1.*

1) A. 1165, ut habet Cont. Aquic. 2) p. 802. 3) A. 1168, recte Cont. Aquic. 4) Cf. 'Rymkr.' v. 4733: *Die grave Philips was .... wys ende vroet.* 5) V. Cont. Aquic. a. 1156. 6) p. 782. 7) p. 785. 8) Cf. Cont. Aquic. a. 1195. 9) Villa prope Brügge. 10) Hos duos priores versus inverso ordine exhibet Iohannes Bromton, Hist. Angl. SS. decem I, p. 1064. 11) Hos duos versus invenis apud plures auctores; cf. 'Forsch.' XVIII, p. 25; paullo diversos ib. p. 29.

Quod[a] Alchiacenses elegerunt de collegio suo proprio.

Circa hoc idem tempus[1] dominus Godescalcus abbas Alchiacensis, avunculus domini Godescalci abbatis nostri, diem clausit extremum, et Alchiacenses monachi abbatem sibi elegerunt[b] de collegio suo proprio dominum Warinum; sed nobis reclamantibus, noluit eum episcopus confirmare, donec ipse Warinus hic monachus est[c] effectus et sollempniter hic professionem fecit in manibus domini abbatis nostri[d]. Quo facto, Alchiacenses eum elegerunt iam monachum nostrum Bertiniensem[e]; sed eodem anno depositus fuit[2], et eius loco electus[f] dominus Willelmus[g] hospitalarius noster huius ecclesie[h].

Pars 3.

De Roberto Ariensi preposito et aliis qui hanc ecclesiam molestarunt.

Dictum est supra e[odem], parte prima[3], quomodo Robertus Ariensis et Sancti Audomari prepositus dominum Godescalcum abbatem nostrum oppido molestabat,

A.	B.
possessiones et libertates nostras auferendo et eis quantum poterat derogando, false commentans, quod, quia in aliquibus locis ecclesia nostra et ecclesia sancti Audomari redditus communes habent, consuetum a tempore Fridogisi canonicos nobiscum nostras antiquas possessiones debere dividere. Sicque de terris nostris plures invasit.	Accepta enim idem Robertus occasione, quod, quia in multis locis ecclesia nostra et ecclesia sancti Audomari redditus communes habent, dicebat iustum et ex antiqua consuetudine a tempore Fridogisi abbatis institutum esse, canonicos nobiscum antiquas nostras possessiones debere dividere. Hec et huiusmodi falsa et perversa machinacione Robertus commentans, graves et iuges abbati inferebat molestias, nunc possessiones et libertates ecclesie auferendo et eis quam poterat derogando.

Cont. Sim. II, 11. 12.

Inde fuit, quod quandam terram in Wiserna, partim[i] iure elemosine, partim iure vendicionis a nobis longo tempore possessam, calumpniari fecit per quendam militem Nicholaum nomine, cui filiam suam dederat uxorem, et per vim comitis auferri, datis eidem[k] militi 60 marcis, quibus dictam terram ab antecessoribus suis non venditam sed[l] invadiatam diceret. Et[m] licet abbas noster pro posse resisteret[n], coactus tamen[o] est urgente preposito pecuniam illam recipere, melius iudicans[p] de re penitus perdenda aliquid retinere quam totum emittere.

A.	B.
De hac terra finaliter ordinatum est infra capitulo secundi Symonis, parte [6[q]].	Pro hac terra recuperanda predictus Nicholaus miles in causam tractus est a domino Symone abbate huius nominis secundo, infra capitulo proximo, parte 6, et finaliter inde ordinatum infra capitulo tercii Iohannis[r], parte prima.

ib. III, 13

Item[s] anno Domini 1171. David, pater eiusdem[s] Nicholai militis, tunc nuper in Claromarisco[t] abbas effectus, dicto preposito instigante, conatus[u] est per mediam terram nostram de Arkas[v] aqueductus et fossata facere; abbate nostro fratribusque[w] contradicentibus, arroganter est comminatus, ab incepto opere se non desistere, donec illud pro suo velle compleret. Sed virga celestis ire de superbo vindictam sumpsit. Crastino enim in predictum opus aggressus, in medio suorum operariorum cum equo calcitrante cecidit, et fracto crure domum in lectica reportatur, iuxta illud:

Desine grande loqui! Frangit Deus omne superbum.

ib II, 15. 16. 1171.

Idem[x] sepedictus prepositus infra parrochiam nostram de Bourborgh[y] quandam paludem reduxit ad terram arabilem[z] et in nostri preiudicium edificavit ibi basilicam et colonis mansiones distribuit, decimis nostris sibi violenter retentis. Sed benignus Deus nos post eius mortem ad ius nostrum plene restituit; nam[a] in eadem parrochia ius parrochiale[b] cum decimis et personatu pacifice possidemus. Idem tandem prepositus finivit sic[c]:

Anno Domini 1173. obiit dominus Andreas episcopus Atrebatensis, et loco eius eligitur Robertus iste prepositus Ariensis, sed non consecratur. Annoque sequenti Robertus iste Atrebatensis electus industria Philippi Flandrie comitis in Cameracensem episcopum eligitur, nec ad dignitatem consecracionis eum venire permisit Deus. Nam cito post hoc ipse, qui ecclesiam istam et plures alias per Flandriam et Viromandiam tam ecclesias quam nobiles tantis oppressionibus fatigaverat, iussu nobilis viri Iacobi de Avesnis in Condato[d] a lenonibus[e] et vilibus garcionibus[e] ignominiose perimitur[e] anno[e] Domini[f] 1174. Et vere credimus, hoc iusto Dei iudicio sanctique Bertini meritis accidisse, cum ab antiquo semper visi fuerint a Deo puniti[g], qui hanc ecclesiam ex intento ledere sponte presumpserunt, ut hic consequenter apparet[5].

Cont. Aquic. 1173. Andr M. — Cont. Aquic. et Wilh. Andr c. 6. 1174.

a) *rubra deest A* 1. b) elegegerunt *A* 1. c) esset *A* 2. d) *deest A* 2. e) Bertinensem *A* 2. f) *deest A* 1. g) Vitts *B* 1. h) monachus *add. A* 2. i) puo *A* 1. k) d. tamen ab eodem *ead. m. in loco raso, et* militi *corr.* milite *B* 1. l) non *A*. m) Sed *A* 1. n) restiterat *A* 1. o) e. t. *A* 2. p) indicans *A* 2. q) *deest A* 1. r) *in loco raso ead. m. B* 1. s) *deest A* 2. t) Clarem. *A* 2. u) cogn. *A* 1. v) Archas *A* 1. w) et fratribus *A* 2. x) Item *A* 1. y) Borbourch *A*; Bourborgh *B* 1. z) harab. *A* 2. a) et iam *A* 1. b) et p. *A* 1. c) per hunc modum *A* 1. d) *sec. m. corr. A* 1. e) *suppl. sec. m. A* 1. f) *deest A* 1. g) puniri *A* 2.

1) Wilhelmus, successor Warini, iam a. 1155. occurrit, qui a. 1153. electus videtur; Gallia christ. X, p. 1599. 2) 'Cui alii 4 annos regiminis tribuunt' ib. p. 1600. 3) p. 807. 4) Hoc etiam narratur in Mirac. S. Bert. II, 28. 5) Sequentia fere omnia iam supra narravit auctor ex diversis fontibus sumta, quos singulis locis indicamus. Hic ea brevius et plerumque aliis verbis repetit.

Sic[1] abbas noster Hugo primus hanc ecclesiam spoliare volens corpore sancti Audomari episcopi, in obsidione Tholose[2] dolo Pupini[a] iunioris fuit interfectus, supra capitulo Hugonis primi[b], parte [finali[c]]. Morus, canonicorum Sancti Audomari edituus, huius furti[d] minister, a Deo punitur, ibidem.

Sic[3] abbas noster Hugo secundus ambicione huius ecclesie dominum nostrum abbatem Adalardum[e] expellens, eam obtinuit[f], sed nutu Dei infra biennium expellitur, et Adalardo redditur, supra [primo[c]] capitulo Adalardi, [parte[g] finali] et [capitulo[g] secundi] Hugonis.

Karolus[4] Calvus rex Francorum[h] hanc abbaciam a beato Hunfrido cum dedecore abstulit, supra capitulo Hunfridi, parte finali, sed[5] a Sedechia Iudeo pocionatus[i] inter Alpes interiit[k], supra capitulo [primo[l]] Fulconis, parte [prima[c]].

Dani[m, 6] bis assultum dederunt, ut hunc locum predarentur, sed plures a paucis fugati sunt; quod factum a Deo patet per eorum excecacionem[n] et vexillorum suorum decoloracionem[o], supra capitulo Rodulfi[p], parte [3[c]].

Karolus[7] Simplex rex Francorum hunc locum religiosum sub laicali potestate redegit, supra capitulo Balduini primi, parte [prima[c]], sed[8] postea ab Heriberto Viromandie[q] comite captus in Parona et incarceratus interiit, [supra[r] capitulo Adalolphi, parte secunda].

Monachi[9] nostri[s] huius ecclesie, sub tribus laicis[t] abbatibus religione neglecta, locum istum suis pravis moribus infamantes[u], cum beato Gerardo eos reducere volente nollent optemperare, quotquot[v] rebelles inventi sunt, in Angliam exilio perpetuo sunt eiecti, supra capitulo Gerardi, [parte[w] . . .].

Wido[10] abbas noster religionem[x] hic nuper a beato Gerardo reductam[x] suis iuvenilibus[y] actibus depravans, a beato Gerardo hinc est eiectus, alio subrogato, supra capitulo Widonis[z].

Sifridus[11] Dacus vi[a] armorum nobis Ghisnas abstulit, ibi castellum edificans, supra[b] capitulo Adalolphi primi, parte [prima[c]], sed postea in eodem castello laqueo se suspendens, misera morte periit, [supra[d] capitulo Regenoldi, parte 2]

Arnulfus[e, 12] Senex Flandrie comes dictum Sifridum[f] in rapina sua comitatus Ghisnarum sustinens, ab eodem Sifrido[f] filie sue[g] stupro turpatur, supra capitulo [primo[h]] Hildebrandi[13], parte 2.

Ardulphus[i], ex eodem comitis filie stupro natus[k] et primus Ghisnarum comes, a quo omnes Ghisnarum comites descenderunt, sine honore periit, nec scitur quo devenit[14].

Rodulfus[l, 15] secundus[c] Ghisnarum comes, licet iniustus possessor, homo perversus, Parisius in torneamento a gladiatoribus interceptus et equo deiectus, a canibus laceratus est et in Secanam proiectus, nunquam postea potuit inveniri[m]. Supra capitulo primo[n, 16] Hildebrandi, parte [3[c]].

De successoribus Ghisnarum comitibus quotquot[o] fuerunt iniusti possessores extiterunt, quod bene patet per omnipotentem Dei manum, que quasi omnes tetigit et miseros et infortunatos reddidit; et plures eorum male perierunt. Quod ego qui scribo oculata fide sum expertus. Vidi enim pro quorundam ipsorum forefactis castra Montorie[p, 17], Tournehem[q] et Mongardin confiscata[r], item domum eorum iuxta Sanctum Audomarum confiscatam, in qua comitissa Artesii edificavit monasterium fratrum Predicatorum. Vidi et presens fui ubi Rodulfus[l] Ghisnarum comes [et de . . . . . .[s, 18]] et Francie conestabulus[t] in hastiludio lancea percussus interiit[19]. Filius[20] eius post hoc comes Ghisnarum, eciam conestabulus[u], pluribus a rege sibi inpositis, decollatus[v] fuit[21], et comitatus Ghisnarum regi confiscatus. Rex Francie Iohannes, qui hanc terram confiscatam tenebat, primo per Anglicos idem castrum perdidit, et ab hac die infortunatus usque ad obitum[w], captus in[x] bello fuit[22] iuxta

a) Puppini *B* 1. b) prima *A* 2. c) *deest A* 1. d) fuit *A* 1. e) Adall. *h. l. B* 1. f) opt. *A* 1. g) *des. A.* h) Francie *A* 1. i) patronatus *A* 1. k) intrantis *A* 1. l) *deest A* 1; pr. cap. F. *B* 1, *ubi* cap. *superscr.*; primi *A* 2. m) Nā *A* 1. n) exec. *A* 2. o) decoler. *B* 1. p) Rodulphi *A.* q) Viromannie *A* 2. r) *des. A* 1. s) nr̄ *A* 2. t) laichis *A* 1. u) infamentes *B* 1. v) quodquod *B* 1. w) *deest B* 1; 3. *add. A* 2, *sed unam tantum partem habet illud cap.* x) religione — — reducta *B* 1. y) iuvenibus *A* 2. z) Guid. *A* 1. a) vir *A* 1; sex (*ex* vi) *A* 2. b) *haec post* morte periit *A* 1. c) *deest A* 1. d) *des. A* 1; *v. n.* b. e) Arnulphus *A* 2. f) Frisid. *A* 1. g) suo *A* 2. h) *deest A.* i) Ardulf. *A* 1. k) est *add. A.* l) Rodulphus *A* 2. m) inveri *B* 1. n) i (primi) *A* 1; *deest A* 2. o) quodquod *B* 1. p) Montoire *A* 1. q) Tornehem *A* 2. r) confic. *A* 1. s) *spatium vacuum A* 2; *uncis incl. des. A* 1. *B.* t) comest. *A* 1. u) cōnest. *A* 1. v) f. dec. *A* 1. w) hobitum *A* 1. x) f. in b. *A* 1.

1) Ex Folc. II, 8; cf. Mir. S. Bert. I, 8. 2) *in obs. Th.* ex Ann. Bert. a. 844. 3) Ex Folc. II, 36. 38. 4) Ex eodem II, 41. 5) Ex Andrea March. p. 734. 6) Ex Mir. S. Bert. II, 6. 8—11; Folc. II, 66. 7) Ex Folc. II, 68; v. supra p. 770. 8) Ex Folc. II, 71. 72. et Andrea March. 9) Ex Folc. II, 77; supra p. 774. 10) Ex eodem l. 1; supra p. 774. 11) Cf. Lamb. Ard. c. 7—10; supra p. 771. 776. 12) Lamb. Ard. c. 10—12. 13) Potius Regenoldi, parte 2, p. 776, vel secundo Hildebrandi, parte 3, p. 777 sq. 14) Haec supra non scripsit, nec de de morte Ardulphi Lambertus quidquam tradit; ideo forte haec noster sibi finxit. 15) Ex Lamb. Ard. c. 14. 16—18. 16) Immo secundo; supra p. 778. 17) La Montoire, Tournehem, Montgardin. 18) Supplendum est 'Augo' (d'Eu). 19) In crastino nuptiarum Philippi ducis Aurelianensis a. 1345, Ian. 18. Parisiis celebratarum. Vide Duchesne, 'Hist. généalogique de la maison de Guines' p. 181; 'Chron. de St. Denis' V, p. 437. 20) Item Radulfus dictus. 21) Parisiis a. 1350; Guill. de Nang. chron. cont. ed. Giraud II, p. 223; Duchesne l. l. 22) A. 1356.

Pictavum[a], et finaliter in captivitate illa[b] mortuus est. Et ab hac regis Iohannis capcione nunquam Anglici Ghisnas possiderunt[c] nec adhuc possident quiete sive pacifice. 1364.

Huius[1] loci conventus a tempore Hildebrandi [abbatis[d]] usque ad Rodericum sub sex abbatibus sic irreligiose se[e] gessit, quod extra possessiones et intus ordo perierat; et cum nec verbis nec monitis converti vellent, eos Dominus prius huius loci incendio, dein peste mortalitatis castigans, eos reduxit, capitulo[f] Roderici, [parte[g] prima].

In[2] villa nostra Calmont[h] vir quidam Bodera nomine homines[i] [subditos[k] nostros] et animalia[l] servitutibus opprimens et correptus emendare nolens[m], a Deo percussus, misera morte desipuit[n], capitulo Heriberti, parte prima.

Comes Flandrie Robertus Friso primus terras nostras et paludes auferens, huius ville burgensibus in communes pasturas dedit[3], postmodum de hoc et aliis in Iherusalem divino miraculo castigatus est[o]; sed non plane emendatus, sine viatico mortuus est[4], supra capitulo primi Iohannis, parte [secunda[g] et quarta].

Poncius Cluniacensis abbas ad hunc locum sibi subiciendum cum 100 mulis et pompa magna veniens, laboribus nos et multis expensis diu affligens, Rome contra nos agens et cum cenaculo cadens, crus fregit[5], [supra[d]] capitulo Lamberti, parte [10[e]], et post in carcere pape dies clausit[6], capitulo Iohannis[p] secundi, parte [prima[e]].

Lambertus[7] abbas noster Cluniacensibus contra ius huius ecclesie se subiecit, et licet zelo bono, tamen indiscrete; sed filii, quos ipse nutrierat, eum ab honore suo deiecerunt, capitulo Lamberti, parte finali.

Iohannes[8] secundus noster abbas cum suis conplicibus adversus dominum suum Lambertum abbatem nostrum, qui ipsum nutrierat, magnificavit supplantacionem, sed postea per papam hec abbacia ab eo cum dedecore est ablata, supra capitulo eiusdem Iohannis [II[e]], parte [finali[d]].

Leo[9] Lobiensis abbas, qui postea[q] fuit abbas noster, in terra nostra Furnensis territorii ecclesiam sine nostro consensu fundavit, sed eam ventus a fundamentis excussit, supra capitulo Simonis[q], parte [2[e]].

A.

Sic[10] David abbas de Claromarisco fracto crure, supra e[odem] capitulo atque parte.

B.

Sic[10] David abbas de Claromarisco conatus[r] est per mediam terram nostram de Arkas aqueductus et fossatus facere, abbate nostro fratribusque contradicentibus, sed virga ire celestis de superbo vindictam sumpsit, supra e[odem] capitulo atque parte.

Sic[11] Robertus prepositus Ariensis[q] et Cameracensis electus a lenonibus et vilibus garcionibus interfectus, Dei vindictam et sancti Bertini offensam super se senciit[c], supra e[odem] capitulo et parte.

Caveant[s] igitur[t], videant et intelligant huiusmodi presumptores aliique eorum[u] exemplo et huius specialiter ecclesie ac ceterarum[v] spontanei invasores, quicumque sint[w] illi, quam sit horrendum incidere in manus Dei viventis[x] manusque sacrilegas immittere in lesionem ecclesie; ve servitorum eius, cum[y] et reges et principes, religiosi vel seculares hic sint[z] puniti, nec sit qui se abscondat a calore eius! Hebr. 10,31 — Ps 18,7

Pars 4.

. . . .

De quibusdam factis domini Godescalci abbatis[a] nostri[a] et de[a] eius morte.

Questio mota fuerat, Roberto Ariensi preposito adhuc vivente, inter dominum Godescalcum abbatem nostrum et abbatissam de Borbourgh[b] — — Post tot labores et luctas continuas lecto decubans, sacramentis ut decuit rite perceptis, appositus est ad patres anno Domini 1176, regiminis sui 13[12], et sepultus[c] in medio capituli. Cuius epigrama fuit hoc[a]: Cont. Sim. II, 16–24. ib. 26. — 1176.

Hic recubat cui[d] gloria nominis est Godescalcus,
Cuius vita aperit tituli quod littera claudit.
Mundus obit iuveni, iuvenileque quodque senescit;
Mox secli studio transcurso flamine sancto,

a) Pictavium *A 2.* b) ille *A 1.* c) *sic codd.* d) *deest A.* e) *deest A 1.* f) supra cap. *A 2.* g) *des. A 1.* h) Caumont *A 1.* i) hominis *B 1 in loco raso.* k) *des. A; in loco raso B 1.* l) aliqua *A 1.* m) nollens *B 1.* n) designit *A 1.* o) *deest B 1.* p) sec. Ioh. *B 1.* q) *deest A 2.* r) c. e. p. m. *in loco raso B 1.* s) Paveant *rubra littera initiali magna B 1.* t) ergo *A 1.* u) illorum *A 1.* v) ceterorum *A.* w) fuit *A 1.* x) *suppl. sec. m. A 1.* y) et cum *A 2.* z) sunt *A 2.* a) *deest A 1.* b) Borborch *A 1*; Bourborgh *A 2*; Bourbourgh *h. l. B 1.* c) est *add. A 1.* d) dns *A 1*; oi (omni) *A 2*; dominus *ed.*

1) Ex Simone I, 1—5. 2) Ex Mirac. S. Bert. II, 17; cf. Simon. I, 18. 3) Cf. supra p. 783. 4) Ex Andr. March.; cf. supra p. 784 sq. 5) Ex Simone II, 81—87; cf. supra p. 790. 6) Ex Cont. Burburg. a. 1125. 7) Ex Simone II, 62—66. 95. 8) Ex Simone II, 95. 117. 9) Ex Mirac. S. Bert. II, 27; supra p. 799. 10) Ex Simonis Cont. II, 14. 15; v. supra p. 809. 11) Ex Cont. Aquic. et Will. Andr. c. 65; supra p. 809. 12) 14. Cont. Sim.; sic vero infra epitaphium.

Hic Sythiu[a] *votum tenet*[b] *et*[c] *monachus fit, et inde*
Migrat in officium patris, huncque locum tenet[b], *Idus*
Quarte Septembris, tribus atque decem pater annis,
Spe sancta comite decedit virgo senexque.

Carta seu privilegia sui temporis sunt . . .[d]

Capitulum[e] 45.

est de domino Symone huius nominis secundo, huius vero loci abbate 45.

Cont. Sim. III, 1. 2. Symon secundus huius loci abbas 45 in diebus adolescencie sue a domino Leonio abbate monachus est hic effectus, sed semper in ordine remissius conversatus; cum ad electionem ventum est, duodecim personis provectioribus de collegio potestatem unanimiter concesserunt abbatem hic eligendi. Elegerunt igitur[f] dominum Simonem, virum venerabilem vultu et elegantis stature, anno Domini 1176. [1176.] Qui statim mutatus est in[g] virum alterum; preterita cepit corrigere et ad melioris vite frugem se preparare. Dicebatur tamen eius electionem[h] calide[i] fuisse procuratam, quia sperabant eum suis negligenciis fore consentaneum. Aliquos*) enim, de quibus erat ista suspicio, frequenter audivi conqueri, quod[k] a domino abbate non diligebantur sicut ante electionem; nam ab eo elongati, a suis erant[l] beneficiis alieni. Priorem quoque, qui pre ceteris hanc procuraverat electionem, quia vir carnalis erat, in inicio sue promocionis amovit et alium vita et sciencia meliorem instituit; pluresque alios spes sua fefellit, re eis in contrarium versa. Itaque ultra quam[m] sperabatur ordini ac honestati domus[n] Dei providens, eam in edificiis et ornamentis decorare, possessiones ampliare, lites dirimere et omnia in melius deducere toto conatu festinavit. [ib. 3.] Statim enim ut abbas effectus est, ante portam monasterii super fluvium pontem a fundamentis erexit et quasi perpetuo opere consummavit, veteri iam ruinoso deiecto. Lavatorium eneum, quod Godescalcus [abbas[m]] fecerat, supra proximo, parte finali[1], [hic[p] Simon] erexit ante ingressum refectorii. [ib. 4.] Cameram abbatis ad australem partem templi penitus destructam reedificavit et in latere eius ad meridiem cenaculum de lignis. quod tocius curie speculum plus continet pulcritudinis quam utilitatis. [ib. 10.] Fecit et piscinam seu vivarium in australi parte monasterii iuxta viam molendini nobis bene conveniens. Et cum[q] iuxta consuetudinem antiquam semel in anno nuncius noster Coloniam iret pro redditibus nostris nichilque secum nisi pecuniam afferret, abbas noster Symon, sanctarum reliquiarum avidus[r], missis nunciis diversis temporibus, quatuor corpora[2] de collegio 11000 virginum cum multis aliorum sanctorum reliquiis hic afferri et feretrum, in quo ea recondidit, fieri fecit. Retulit eciam hic de Veteri[s]-monasterio ossa sanctorum Nerei et Achillei cum capillis et duobus ossibus beate Marie Magdalene et in feretro eburneo supra maius altare ad dextram cum minoribus feretris collocavit[3]. [ib. 5. 6.] Frontale feretri beati Bertini de auro et argento lapidibusque preciosis honeste fieri fecit. Crucem quoque ligneam pulcerrimam fieri fecit cum ymagine Salvatoris, beate Marie, beati Iohannis et Cherubin aliisque ad representacionem dominice passionis arte sculptoria et pictoria mire splendentibus ad decorem domus Dei; et de reliquiis, quas dominus Bovo abbas noster de monasterio Sancti Dionisii [secum[t]] attulerat et cum corpore beati Bertini collocaverat, supra capitulo Bovonis, parte [secunda[u]][4], dominus Symon nunc de feretro sancti Bertini reparato tulit [inde[t]] punctam unius clavorum Domini, quo cruci fuerat affixus, et in corona huius ymaginis Crucifixi sub cruce cristalina collocavit cum porcione notabili ligni[v] dominici.

Pars 2.

. . . .

De reditu pape Alexandri ad sedem suam et privilegiis ab[w] eo nobis datis.

[Paparum. 1176.] Interea dum hec sic aguntur, Alexander papa per Franciam quandoque de loco[x] ad locum se transferens, in Monte-pessulano nobis privilegium dedit, ut terram nostram quam G. de Bouchens[y] invaserat, in ea castrum extruens[z], nobis restituat. Datum apud Montem-pessulanum 7. Kal. Iulii[a. 5]. Tandem pace, ut premittitur, reformata, ad sedem suam Alexandro per Venecias[b] redeunte[6] et ibidem aliquantisper immorante, procurator noster contra

*) *B sic:* Aliqui anim, de q. i. e. s., solebant conqueri.

a) Sithiu *A* 1. b) tez *A* 2. c) *deest A* 2. d) *vacat codd.* e) *A* 1 *sic:* Simon abb. II, ab. 45, ca. 45. f) ergo *A* 1. g) *deest A* 1. h) elecionem *B* 1. i) *sic codd. pro* callide. k) quot *A* 1. l) *superscr. B* 1. m) *deest A* 1. n) domui *B*. o) in fi. *A* 1. p) *des. B.* q) 9 *A* 1. r) *post suppl. A* 1. s) Vetri *B* 1. t) *deest B.* u) *deest A* 1. v) lingni *B* 1. w) ab — datis *des. A* 1. x) locum *B* 1. y) *alia manu post suppl. A* 1. z) exstr. *A* 1, *ubi* struens *in loco raso alia m.* a) Iulias *A* 2. b) Venes. *A* 1.

1) Ubi haec ex Cont. Sim. II, 23. exscripta sunt. Ibi legitur: (Godescalcus) *moriens tamen reliquit sumptus ad hoc perficiendum sufficienter necessarios;* ex quo haec noster certe effecit. 2) Cf. Sim. Cont. II, 6: *due vel amplius de societate* 11000 *virginum a Colonia ad nos sunt delate;* et Alardi Tassart Cont. c. 22, qui hoc loco non nostrum vel praeterea eius fontem sequi videtur. 3) Cf. Cont. Sim. II, 7; Alard. Tassart c. 23. 4) Ubi illa ex Simone I, 15. sumta sunt. 5) Hoc privilegium a. 1162. datum videtur, quo mense Iunio Alexander Monte-pessulano degit; cf. Iaffé, Reg. p. 686. 6) Iam a. 1165. papa e Francia Romam reversus est; a. 1177. Benevento Venetias venit. Iohannes suo more res coniungens quas legerat hoc male effinxit.

abbatissam de Bourborgh[a] causam de decima nove paludis ab abbate Godescalco motam, supra capitulo Godescalci, parte finali[1], sed ab abbatissa neglectam, prosequens[b], litteras ad iudices impetravit datas Venecie in Rivo-alto 4. Kal. Iunii[2]. Item alias confirmatorias[c] ordinacionis inter nos et episcopum super id quod sibi debemus in Bourborgh[d]. Datum Venecie[d*] in Rivo-alto 3. Idus Augusti. Item alias de palude Salprewic[e, 3]. Datum Venecie in Rivo-alto 7. Kal. Septembris. [Item[f] alias, quibus confirmat composicionem inter nos et ministrales nostros factam[g], supra capitulo Lamberti, parte [6[h]][4]. Datum Venecie in Rivo-alto 3. Idus Maii]. Quibus litteris apostolicis hic delatis, dominus abbas noster Symon, requirente abbatissa de Bourborgh[i], que negligens in causa sua fuerat, litem predictam per arbitros terminari consensit[5]. Terminaverunt autem sic: Parochiam autem[k] nostram ab adiacentibus diviserunt et decimam communiter partiti sunt, ita tamen, quod pro salvandis privilegiis nostris, que abbatisse privilegiis antiquiora[l] erant, abbatissa partem sibi assignatam[m] sub censu[n] duorum[o] solidorum[p] a nobis teneret. Carta super hoc facta: [*In*[q] *nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Frequenter compertum est* et cet.]. Data[r] anno Domini 1178[6]. Causa movens abbatem nostrum ad compromittendum fuit, quia causam vidit intricatam tam contra prepositum Watinensem quam eciam contra abbatissam predictam fortiter adiutam comitis favore et sui sanguinis nobilitate, et ideo ut melius potuit litem unius contra duos uno favore terminavit[s]. Post hoc[t] Alexander papa Romam peciit et anno[u] Domini 1179. Romam ingressus, ab omni clero et populo cum ingenti gaudio recipitur et in sede sua collocatur[v, 7]; et residens in Laterano generale consilium de cunctis mundi partibus convocavit. Cui consilio[w] dominus noster abbas Symon honorabiliter[x] interfuit et a papa plura privilegia impetravit. Primum, ut terram, quam Nicholaus[y] miles, instigante Roberto Ariensi preposito, nobis abstulerat, supra capitulo Godescalci, parte [3[z]][8], Nicholaus restituat et dampna refundat[a]. Datum Laterani 11. Kal. Marcii. Item aliud[b] ad Philippum Flandrie comitem, ut paludem, quam[c] Audomarenses nobis abstulerant et domus[d] nostras in[e] ea infregerant, nobis reddant et de dampnis et domorum infractione satisfaciant. Datum Laterani 11.[f] Kal. Marcii. Item aliud, ut paludem et piscariam, quam Audomarenses occupaverant et detinebant, nobis indilate restituant, sin alias, excommunicentur. Datum Laterani Nonas Aprilis. Item aliud confirmans duas partes decime de Lulinghem[g, 9] et paludem a G. de Watenis[h, 10] datam[i]. Datum Laterani 11. Kal. Marcii[11]. Item aliud confirmans nobis decimas de Waranciis[12]. Datum Laterani 3. Kal. Marcii[13]. Item aliud episcopo Morinensi super decimis[k] allecum in parochiis nostris. Datum Laterani[l] 2. Kal. Marcii. Item aliud, ut prebendam[m] in monasterio nostro laicis[n] non conferamus. Datum Laterani 5. Nonas Marcii[14]. Item aliud de decima nobis a curatis de Bourborgh[o] persolvenda[p]. Datum Laterani Nonas Aprilis. Item aliud confirmans compromissum inter nos et abbatissam de Bourborgh[o] super[q] decima nove paludis et limitacione parrochie nostre. Datum Laterani 8. Idus Aprilis. Item aliud ad idem, datum Laterani Nonas Iunii. [Item[r] idem abbas impetravit a comite Philippo confirmacionem convencionis inter nos et Lambertum, filium Odonis ministralis de Poperinghis, facte per dominum Lambertum abbatem[15], supra capitulo Lamberti, parte 6[4]]. Hoc eodem anno defunctus est dominus Willelmus, huius loci monachus et abbas Alchiacensis, de quo supra capitulo Godescalci, parte [2[s]][8]. Cui successit Walterus, huius loci monachus. Anno Domini 1180. papa[t] Alexander residens Anagnie[u] dedit nobis privilegia plura, et primo nobis confirmat molituram in

Cont. Sim III, 7. — 1178. — 1179. Paparum. — Cont. Sim III, 8. — 1179. — 1180.

a) Borborch *A* 1; Borborgh *A* 2. b) persequens *A* 2. c) confir | torias *B* 1. d) Borborch *A* 1; Brouborg *A* 2; Borbgh *B* 1. d*) Venes. *A* 1. e) Salperwiic *A* 2; Salpruwic *B* 1. f) *des. B.* g) facta *A* 2. h) *post suppl. A* 1. i) Borbourch *A* 1; Borbourgh *A* 2. k) *deest A* 1. l) e. a. *A* 1. m) assin. *A* 1. n) sensu *A* 2. o) v. *B* 1. *Tassart.* p) sollid. *A* 2. q) *des. A.* r) et data *A* 1. s) *A* 1 *iam hic ponit rubram:* Pars III. De reditu Simonis abbatis a consilio huius ecclesie; *sed etiam infra repetita est.* t) hec *A* 2. u) a. D. *des. A* 1. v) colloquatur *A* 2. w) conc. *A* 2. x) honorabit *B* 1; honorabilis *A* 2. y) nobis N. m. abst. inst. R. A. pr. *A* 1; nobis N. m. i. R. A. pr. abst. *A* 2. z) III. *post suppl. A* 1. a) refondat *A* 2. b) *deest A* 1. c) quem *A* 2. d) domos *A* 1. e) in ea *des. A* 2. f) x. *B* 1. g) Lullighem *A* 2. h) Wac̊is *A* 1; Vatinis *B* 1. i) *deest B* 1. k) decimas alecum *A* 2. l) Laterarii *B* 1. m) nostram *add. A* 1. n) laycis *A* 2; laxis *A* 1. o) Borborch *A* 1. p) persolvendam *B* 1. q) de *A* 1. r) *des. A.* s) *deest A* 1. t) Al. p. An. res. *A* 2. u) Ananie *A* 1.

1) Ibi ex Cont. Sim. II, 16. 2) Chartae Venetiis datae sunt a. 1177. 3) Salperwick, praef. St. Omer. 4) Ibi ex charta apud Sim. II, 37. 5) Haec ex charta mox laudata. 6) Hanc chartam Alardus Tassart continuationi Chartularii c. 26, p. 347, inseruit. Cont. Sim. dicit haec tantum: *carta ... penes nos habetur.* 7) Haec etiam pure effinxit, quia a. 1179. papam Romae resedisse ex chartis et Cont. Sim. didicit. 8) p. 809. 9) Leulinghem, praef. St. Omer. 10) Watten, praef. Dunkerque. 11) Hanc et nonnullas sequentium chartarum Alardus Tassart continuationi Simonis inseruit, Chart. Sith. p. 353, nr. 32; Iaffé nr. 8667. 12) Warrans, praef. St. Omer, suspicatur Guérard in Indice Chart. Sith. 13) Chart. Sith. p. 351, nr. 29; Iaffé nr. 8670. 14) Ib. p. 351, nr. 28; Iaffé nr. 8672. 15) Ib. p. 366, nr. 51.

basso ministerio. Datum Anagnie[a] 8. Idus[b] Marcii[1]. Item[c] aliud, in quo commendat ecclesias nostras episcopis pro nobis protegendas[d]. Datum 5. Idus Decembris. Item aliud, in quo confirmat nobis capellam[e] in Lievelande[f]. Datum Anagnie[g] 5.[h] Kal. Augusti. Item alias[i] litteras amicabiles, quibus rogat hic monachum indui. Datum Anagnie 11.[k] Kal. Iulii.

Pars 3.

De reditu domini Symonis abbatis nostri[l] a Roma[l*] et quibusdam huius ecclesie negociis.

Cont. Sim. III, 8.

Reversus de Roma dominus abbas noster Symon, litteras apostolicas presentavit tam comiti Flandrie Philippo quam[m] episcopo Morinensi. Quibus visis, comes illos de Borborgh[n], Graveninghe[o], Petresse et omnes maritimos convocavit, precipiens, ut mandato pape parerent. Audiens hec[p] turba, cum turbacione respondit, nunquam auditum, quod alecum decime solverentur, et plus velle mori quam huic servituti subici, priusque trucidando monachos decimarent quam eis alecum decimas solverent. Sicque abbas illa die nichil egit; propter hoc tamen non destitit, sed per Gerardum de Messinis comitis consiliarium litteras obtinuit[q] ad illos de Calesio[r], qui pertinaciores erant in hoc facto, ut cum ecclesia Sancti Bertini pacem faciant; quas cum duo monachi Calesium attulissent, populus non expectans mandatum domini sui, preceps in arma ruit[s], ut monachos occiderent[t]. Qui fugientes ad templum, unus ante altare prosternitur, alter super altare ascendens, ymaginem sancti Nicholai inter brachia tenens, nil aliud quam mortem prestolabantur. Dei tamen nutu eos nobili viro protegente Balduino domino de Ermelinghem[u], Boloniensi conestabulo, pertransierunt illesi. Comes vero[v] pro tam gravi excessu turbatus, in eos omnes[w] culpam deflexit, et pena mille librarum eos puniens, pacem inter nos et illos[x] fecit in hunc modum. Unam partem unde lis erat nobis, aliam[y] reparacioni ecclesie, terciam vero pauperibus erogandam assignavit. In cuius rei firmitatem[z] comes ipse[g] ac eius neptis Yda Bolonie comitissa, cuius ipse tutor erat, obsides se utrimque statuerunt, decernentes, quod, sicut terciam partem decime perciperemus, ita et marinarios de tercia parte in[a] solucione dictarum mille librarum iuvaremus. Carte super hoc confecte ipsius comitis Philippi neptisque[b] sue[c] Bolonie comitisse itemque Willelmi Remensis archiepiscopi: data prime [anno[d] Domini 1180], data secunde [anno[d] Domini 1192], data tercie [anno[d] Domini 1185].

ib. III, 9.

Eodem tempore comes Philippus — — Comes vero nobis in perpetuum dedit pro concambio 20 libras in territorio Furnensi de brevi Leonii notarii, quas et privilegio suo confirmavit [datum[e] anno[f] Domini 1180[g.2]].

Rymkr. v. 4739

Hoc tempore maxima maris inundacio villam Brugis involvit; quam ob rem comes stancam contra mare fecit et super illa villam nomine Dam, que[h] in sui principio vocata fuit Hondsdam propter caniculum in stanca[i] defossum[3]. Unde [et[k] adhuc] pro signo suo bellico deferunt vexillum rubeum cum alba fassia[l], in qua depinctus[m] seu formatus est caniculus rubeus quasi per stancam decurrens.

ib. v. 4748.

Huic ville privilegium dedit, ut liberi[n] sint per Flandriam ab omni exactione; datum anno[f] Domini 1180. Iste comes quasi omnes Flandrie leges dedit.

1180. Cont. Aquic.

Anno Domini 1180. Ludovicus rex Francorum, sumpto secum Philippo Flandrie comite, peregrinus Cantuariam pergit ad sanctum Thomam, et quem[o] viventem dilexerat, iam in celis sublimatum diversis muneribus et oblacionibus veneratur. Henricus quoque senex rex Anglorum eum honorifice suscepit. Eodem anno Ludovicus rex Philippum, filium suum, in regem Francie sublimavit et Remis per Willelmum Remorum archiepiscopum coronari fecit. Qui Philippus uxorem duxit Elizabet[p], filiam Balduini[q] comitis Montensis ex Margareta, sorore Philippi Flandrie comitis, progenie patris assenciente[r], sed matris [progenie[s]] pro totis viribus contradicente.

Will. Andr. Cont. Aquic.

Pars 4.

De tribus translacionibus beati Folquini et quibusdam miraculis eius[t].

Folquini[4] gloriosi[q] Christi confessoris corpus, quod multis cotidie miraculis fulgens hic requiescit, per dominos Desiderium Morinorum[u] ac Petrum Tholonensem[5] episcopos transfertur et de veteri scrinio in novum feretrum honorifice devoteque locatur. Fecerat enim hoc dominus [noster[s]] abbas Symon fieri novum, supra e[odem], parte prima[6]. Et hec est beati Folquini tercia translacio. Nam prima facta fuit a cognatis eiusdem, supra capitulo Adalolfi[v] primi, parte 2[7], et huius prime translacionis festum fit Idus Novembris. Secunda facta fuit a domino abbate[w] Lamberto, supra capitulo eius[x], parte ...[y.8], et hec translacio festum non habet.

Cont. Sim. III, 6

a) Ananie *A 1.* b) *sic A 2. B 1. charta*, Kal. *A 1.* c) Item — Decembris *post* Kal. Augusti *ponit A 1.* d) protegendis *B 1.* e) capp. *A 2.* f) Lienelande *A 1*; Livelande *A 2.* g) *deest A 2.* h) VI. *A 1.* i) *deest B 1.* k) XII. *A 2.* l) *deest A.* l*) a supradicto consilio h. e. *ceteris omissis A.* m) eciam *add. A 1.* n) Brounborgh *A 2.* o) Gravelinguas *A 2.* p) hoc *A 1.* q) continuit *A 1.* r) Caslesio *A 2.* s) fuit *A 1. ed.* t) occideret *A 2.* u) Ermelinghs *A 1.* v) ergo *A 1. ed.* w) omnem *A 2.* x) eos *A 2. ed.* y) alteram *A 2.* z) firmitate *A 2.* a) in soll. d. m. *alio atram. in loco raso B 1.* b) neptique *A 2.* c) Yde *add. A 1.* d) *des., spatio vacuo rel. A.* e) *des. B.* f) a. D. *des. A 1.* g) MCLXX. *A 1*; MCLXXXI. *ed.* h) q̇ *A 2.* i) stancam *B 1.* k) et a. *des. B.* l) fasscia *A 1.* m) *sic codd.* n) libri *B 1.* o) quam *A 1.* p) Elisabet *A 1.* q) *deest A 1.* r) assensiente *A 1.* s) *deest B.* t) e. m. *B 1.* u) Mory *A 1*; Morinensem *A 2.* v) Adalolphi *A 2.* w) L. a. *A 2.* x) eiusdem *B 1.* y) *vacat codd.*

1) Chart. Sith. p. 353, nr. 33; Iaffé nr. 8381. Anno 1180. chartae nullae Anagniae datae sunt, cum hoc anno papa ibi non versatus sit. 2) V. chartam ibid. c. 40, p. 356. 3) Fabulam hic tactam longius narrat Chron. Flandr. apud De Smet I, p. 105, ubi et de signo Damensibus tradito refertur. 4) Sequentia etiam narrat Tassart, Cont. Sim. c. 24, p. 345, nostri fontem, ut videtur, exscribens. 5) Toulon; a. 1183—1201. 6) Ibi p. 812. haec omissa sunt. 7) Ibidem descripta est ex Folc. II, 74. 8) Nihil de hac re in capitulo Lamberti legitur; sed Tassart l. l. eius mentionem facit.

Tercia translacio est ista per dominum Symonem abbatem promota, facta anno[a] Domini 1181, 7. Idus Iunii, anno[b] a transitu eiusdem sancti 431, anno vero huius Symonis abbatis nostri 5, astantibus reverendis viris duobus episcopis prenominatis, domino Symone[c] abbate nostro cum priore Philippo et toto huius loci conventu, duobus Morinensibus archidiaconis[1], abbatibus quoque Bergensi[2], Alchiacensi[3], Sancti Iohannis Morinensis[4], Andrensi[d. 5], Hamensi[6], Aldenburgensi[e. 7], de Claromarisco[8] et de Capella[f 9] et aliis tam clericis quam laicis innumeris. In hac translacione Dominus multa dignatus est ostendere miracula. Quidam enim frater omnino surdus ad tactum aque ablucionis eius officium[g] audiendi recepit[10]. Frater alius illius aque potu de febre sanatus est. Puer gibbo, fere privatus oculo, ibidem sanatus est. Dum sancti novum feretrum ad Ekelsbeke[h. 11] per Broxelle transiret, reclusus quidam penitens a vinculis ferreis solvitur. In Ekelsbeke[h] quadriennes demoniachi sanantur. Puer quartana[i] febre plus quam biennio vexatus confestim ibi sanatus est. Et ut de corpore vel reliquiis predicti sancti sileamus, stola eiusdem sancti cotidie parturientibus subvenit[12]. Miracula in eius capella de Ghimmeke[k] perpetrata vide supra capitulo Symonis[l] primi, parte [2[m]][13].

De cyrotheca beate virginis atque[n] capillis [eius[o]] et[p] quibusdam miraculis.

Eodem tempore dominus abbas noster Symon gloriosas reliquias, cyrothecam[q] beate Marie[r] virginis cum capillis eiusdem, reliquias[s] sanctorum apostolorum[t] Petri et Pauli cum multis aliis dudum repositas et nunc inventas, miraculis atestantibus, toti populo venerandas exposuit[14]. Puella submersa super altare sancte Crucis coram predictis reliquiis posita, astante toto[t] populo, revixit. Quidam civis Audomarensis mortifera inflacione turgidus cyrotheca[u] beate Marie prefatisque reliquiis signatus, mox sanus effectus est.

De obitu domini pape Alexandri et quibusdam privilegiis nostris.

Dominus Alexander, postquam superato scismate Rome generale consilium celebravit[v], vixit circiter tribus annis, quibus Emanuelem[w] Constantinopolitanum imperatorem, Guillarinum[x] Cicilie regem et Lombardos ad concordiam convocavit[y]. Ecclesie pace reddita, migravit ad Dominum, postquam in papatu sederat annis 21, men. 11, di. 16. Quorum trium annorum ultimo residens Tusculane, nobis privilegia plura dedit parum ante suum[z] obitum, ut patet ex datis eorum. Et[a] primo confirmat nobis omnia bona et privilegia nostra precedencia. Datum[b] Tusculane anno[c] Domini 1181, Idus Iunii, pontificatus sui anno 22. Item aliud, in quo curatum nostri patronatus aliud beneficium assequtum et exire nolentem expellit. Datum Tusculane 11. Kal. Iunii. Item aliud, in quo restitui mandat numerum monachorum in cura[d] de Neoportu, id[e] est Gravalingas. Datum Tusculane 5. Kal. Iunii. Item aliud[f], quo punit decanum de Borborgh[g] de iniuriis nobis illatis; et punit eciam presbiterum eiusdem loci, quia dominum abbatem nostrum irreverenter et per violenciam removit. Datum[h] Tusculane 11. Kal. Iunii. Item aliud, quo precipit, in ecclesia de Borborgh[g] duos esse curatos. Datum Tusculane 2. Idus Ianuarii. Item aliud, quo[i] precipit, ut ecclesiam, quam abbas in Nova-palude[k] construxerat, in curam episcopus consecret. Datum Tusculane[f] 11. Kal. Iunii. Item aliud, in quo terminari mandat questionem de quadam aqua inter nos et illos de Claromarisco. Datum Tusculane Nonas Ianuarii. Item aliud, ut episcopi et archiepiscopi sine racionabili et manifesta causa in nos interdicti sentenciam[l] non promulgent. Datum Signie 14. Kal. Marcii[15].

Paparum. Mart — 1181.

De domino sancto Bernardo Penitente et eius obitu.

Alexandro papa defuncto, successit Lucius[m] III; cuius anno secundo, imperante Federico II, Francorum rege Philippo II, comite Flandrie Philippo, Morinensi episcopo Desiderio, domini quoque Symonis abbatis nostri anno 7, id est anno Domini 1183, sanctitatis speculum et exemplar dompnus

Mart — Cont Sim III, 11.

a) a. D. *des.* *A* 1. b) annos *A* 1. c) Sim. *B* 1. d) Andreas *A* 2. e) Aldemb. *A* 1. f) Cappella *A* 2. g) ossium auditum *A* 2. h) Eikelsbeke, *mox* Eikelsbequa *A* 1; Ekelsbeque *A* 2. i) quartane *B* 1. k) Ghimeke *A* 1; Gimmeke *A* 2. l) pr. S. *B* 1. m) *deest* *A* 1. n) adque *A* 2. o) *deest* *B*. p) et q. m. *des.* *A* 1. q) cyrotec. *h. l.* *B* 1. r) v. M. *A* 1. s) et rel. *A* 2. t) *deest* *A* 2. u) cyroteca *h. l.* *A* 1; cyrotheci *A* 2. v) celebraverat *A* 1. w) Emmanuel *A* 2. x) *sic* *A* 1. *B* 1; Guillermum *A* 2. y) revocavit *A* 1. z) *deest* *A* 2. a) Et pr. *des.* *A* 1. b) Datu *A* 2. c) a. D. *des.* *A* 1. d) curia *A* 2. e) ꝯ Gr. *A* 1. f) *deest* *A* 1. g) Borborch *A* 1; Bourborgh *A* 2. h) *haec — curatos des* *A* 1. i) in quo *A* 1. k) palu *A* 2. l) s. n. pr. *post suppl.* *A* 1. m) papa *add.* *A* 1.

1) *Lamberto et Waltero* Tassart. 2) *Alexi* idem. 3) *Waltero* idem. 4) *Nicolao* idem. 5) *Petro* idem. 6) *Willelmo* idem. 7) *Hermanno* idem. 8) *Everardo* idem. 9) *Algero* idem. 10) Miracula in 'diversis voluminibus cenobii Sithiensis' scripta esse, monet idem. 11) Villa super fl. Yser, a Bergues versus meridiem. 12) Cf. p. 768. 13) p. 799. 14) Cf. Al. Tassart c. 43, p. 359 sqq., qui inscriptionem thecae reliquiarum praebet. 15) Hoc alius anni videtur, cum Alexander a. 1181. per totum Febr. mensem Tusculi moratus sit; Iaffé p. 825.

Bernardus vere penitens, de confinio Montis-pessulani civis Magalonensis[a] oriundus, post dignos fructus penitencie[1], quam tam publice quam private fecerat, post peregrinaciones et itinera, que sanctorum patrocinia querens exegerat[b], finaliter in hoc monasterio diu conversatus, tandem hic sub domino Symone abbate[c] in monachum assumptus, de hoc seculo nequam ereptus, celicas migravit ad sedes, et in hoc[d] monasterio a[e] latere sinistro ecclesie iuxta altare sancti Laurencii[f], ubi ipse corpore vivens oracionibus incombere solitus erat, cum multa reverencia sepelitur; quem propter multa que tam in vita[g] quam ad tumbam eius evenerunt miracula collegio sanctorum aggregatum[h] pietas credit ecclesie. Cuius penitencia[i], actus et miracula in libello, qui de his conscriptus penes nos [est[k]], per ordinem continentur[l].

Huius pape Lucii tempore floruit in Francia Petrus Comestor, magnus theologus, qui Scolasticam historiam compilavit. Ab hoc papa Lucio dominus noster Symon abbas privilegium impetravit confirmacionis[m] omnium bonorum nostrorum. Datum anno[n] Domini 1184, pontificatus sui anno 4[2]. Item aliud, ut curati nostri in[o] parochiis resideant. Item aliud, ut ecclesiis nostris et capellis collata permaneant[p]. Item aliud amovens curatum de Olfortum[q.3], qui contra voluntatem nostram intraverat. Item aliud de institucione scolarum in ecclesiis nostris[4]. Item aliud, quo[r] detentores decimarum nostrarum compelli precepit[s] ad nobis restituendum. Item aliud super[t] decimis alecum[5]. Item aliud ad idem. Item[u] ad idem. Item aliud de terra Nicholai militis in Wiserna[6], ut eam nobis reddat. Item aliud ad idem. Item aliud, quo omnino[v] prohibet, ne laici a nobis decimas extorquere presumant, cum laicis non sit proprie[w] licitum decimas hereditarie possidere. Item aliud declarans altare de Poperinghis[x] cum suis pertinenciis ad ius ecclesie nostre pertinere, expellens Lambertum, licet clericum, tamen uxoratum, qui minutas decimas et oblaciones ipsius altaris sibi iure hereditario[y] vendicare volebat. Sedit autem Lucius annis tribus et mensibus totidem[z]; cui successit Urbanus tercius, de quo infra capitulo proximo, parte [2[a]].

Pars 5.

De guerra Philippi Flandrie comitis contra regem Francie [Philippum[b]].

Stante quinquenni discordia inter regem Francie Philippum et[c] Philippum Flandrie ac Viromandie comitem, instigantibus ad hoc regem[d] comite Claromontense et Radulpho[e] de Chouchiaco, qui prosperitati [predicti[c]] Flandrie comitis invidebant[f] quique regem iuvenem ad nutum suum velud[g] arundinem agitabant, Elizabeth[h.7] Flandrie comitissa sine liberis obiit; sed Philippus comes Flandrie comitatum Viromandie, quem ex parte uxoris sue possiderat[i], dimittere noluit; unde tantum discordia crevit, ut in odium predicti comitis suaderent regi suam[k] repudiare reginam, que neptis erat ipsius Philippi comitis[8], licet bonam et religiosam et cui nil[l] canonicum obstabat; sed propicia Dei genitrix Maria, cui se totam regina dederat in eius ecclesia Silvanecti, elemosinis, ieiuniis et oracionibus insistendo, rex non consensit divorcio, sed reginam valde dilexit; de qua genuit filium et heredem Ludovicum. Itaque rex Philippus anno Domini 1185. Viromandiam hostiliter[m] ingreditur; cui Philippus comes cum potenti exercitu usque Ambianis occurrit, sed comes non minus regie maiestati quam honori[n] proprio deferens et hominum cedem[o] a Deo sibi imputari formidans, comitatu Ambianensi cum quibusdam villis et Viromandie regi concessis, reliquis a rege sibi pace media concordatis, a Francie et Anglie regibus multum honoratus abscessit[p]. Post hoc Flandrie[q] comes Philippus nuncios ad Hispanias misit, et Mathildem, filiam regis Portugalie, — sic enim apud nos, sed apud suos Portugallienses[r] Terasia vocabatur — sibi matrimonio copulavit anno Domini 1186[9].

. . . .

Pars 6.

De quibusdam actibus domini Symonis abbatis nostri.

Theoderico Flandrie comite in Ierusalem existente, Philippus, filius eius, qui iura comitatus exercebat, quandam terram 32 mensurarum terre in Furnensi territorio, que de feodo suo exstiterat[s], nobis in elemosinam dederat, supra capitulo Leonis, parte [8[t]][10], et quoniam exinde nobis multa sunt incommoda subsecuta et graviora subsequenda, nisi remedium apponeretur, dominus Symon abbas noster, ne malum in deterius eat[u], fratrum et hominum ecclesie consilio[v] fecit pacem cum propinquis Lamberti monachi predicti, accepto[u] ab eis quantum potuit pecunie; quibus, ut pax firmior esset, eandem terram in feodum dedit; terram eciam, quam in Wiserna Nicholaus, filius David[11] abbatis

a) Magoleñ *A 2*. b) exigerat *A 1*. c) nostro *add. A 1*. d) huius monasterii *A 1. ed.* e) *deest A 2*; altare s. *B 1*. f) Sebastiani *ed.* g) vita *A 2*. h) congr. *A 1*. i) penitanciá *A 1*. k) *deest A 2. B*. l) continetur *A 1*. m) confirmatorium *A 1*. n) a. D. *des. A 1*. o) res. in p. nostris *A 1*. p) remaneant *A 1. ed.* q) Alfortum *post suppl. A 1*. r) *deest A 2*. s) precipit *A 1*. t) desuper *A 2*. u) I. ad i. *des. A 1. ed.* v) pr. o. *A 1*. w) *post suppl. A 1*. x) Popringhe *A 1*. y) hereditarie *A 2*. z) 2 *Mart.* a) *deest A 1*. b) *deest B*. c) et Ph. *des. B 1*. d) *deest A 1*. e) Radulfo de Chociaco *A 1*. f) invidebat, quibus r. *A 1*. g) *spatium vacuum B 1, in quo post suppl.* tamquam. h) Elis. *A 1*. i) possed. *A 1*. k) *post suppl. A 1*. l) *deest, spatio vacuo rel. A 1, rec. m. suppl.* ius. m) viriliter *B 1*. n) honor *A 1*. o) eodem *B 1*. p) abcessit *A 1*. q) Ph. Fl. c. *A 1*. r) Portugalenses *A 1*. s) extit. *A 1*. t) *deest A 1*. u) *in loco vacuo suppl. sec. m. A 1*. v) concilio *B 1*.

1) Cf. Will. Andr. c. 84. 2) Intelligere videtur id quod dat Tassart c. 50, p. 365; Iaffé nr. 9650. 3) Audenfort, praef. St. Omer? 4) Hoc, ut videtur, praebet Tassart c. 35, p. 354; Iaffé nr. 9692. 5) Datum est Verulis 1184, Apr. 22. LOEW. 6) Wizernes, praef. St. Omer. 7) Cf. Cont. Aquic. a. 1182, ubi nomen legitur. 8) Cf. Cont. Aquic. a. 1180. 9) a. 1184. Will. Andr. 10) p. 805. 11) Verba *D. a. de Cl.* in codice Cont. Sim. exciderunt; sic vero legitur ibidem c. 14, p. 100, ubi falso *abbatis* pro *abbas* in codice scriptum est.

de Claromarisco, per violenciam Roberti [predicti[a]] prepositi Ariensis nobis abstulerat[b], supra capitulo Godescalci, parte [3[c]][1], iste dominus abbas recuperare volens, eundem Nicholaum per litteras apostolicas, datas supra e[odem], parte 2[d].[2], in causam traxit, quam tamen causam successori suo finiendam reliquit[e]. Cyborium, quod supra capitulo Leonis, parte . .[f] memoravimus[3], decrustatum dum esset in procinctu Iherusalem, dominus Symon abbas noster nunc cupreis[g] et auratis ymaginibus, parum tamen minoris pulchritudinis, licet minoris precii quam antea, reparavit; partem tamen sumptuum infirmitate preventus successori [suo[a]] solvendam reliquit. Ante portam monasterii in terra, quam a Luca burgense[h] centum marcis emerat, fundamenta magne domus lapidee[i] iecit; quam eciam sicut cyborium infirmitate gravatus successori suo perficiendam dimisit, computato pro sumptibus plus quam ducentis[k] et sexaginta marcis. Casulam rubeam aurifigio[l] optime circomligatam[m] et aliam albi coloris satis bonam et tres vel amplius cappas sericas et pallium bonum in ornatum ecclesie dedit. Ut autem de gestis huius abbatis breviter concludam, semper, quamdiu compos[n] sui extitit, studium eius in edificando, fabricando vel acquirendo fuit.

Cont. Sim. III, 13 — ib. 7. — ib. 14.

Quomodo dominus[c] Symon abbas prelaturam dimisit, et de[c] eius obitu.

Quatuor vel[o] parum plus ante suum obitum annis in quartanam febrem incidit, et licet in[c] omnibus diebus suis in[p] religione esset [satis[a]] remissus, tamen ex quartena sumens[q] occasionem, potibus et epulis deliciosis, medicinis quoque et electuariis sumptuosis nimis indulsit; et cotidie cum medicis deliciose vivendo multa expendebat. Prior eciam frequenter infirmabatur et eadem faciebat; exemplo quoque prelatorum omnes potacionibus et commessacionibus iusto plus intendebant; unde officia monasterii, maxime cellararii et vinitarii, in profundum debitorum sunt demersa. Insurgit ergo more solito murmur et tumultus in collegio et in[r] tantum crevit, ut iam in curiis Remensi et Flandrensi sepe tractaretur de novo abbate mittendo. Nam per mediatores et munerum promissiones quidam de nostris a comite et archiepiscopo ac eorum gentibus hanc abbaciam irreligiose petebant. Hoc dum conspicerent quidam de senioribus et qui iniquas machinaciones abhorrebant, tractaverunt cum domino abbate Symone, ut, attentis longa[s] sue infirmitatis fatigacione ac egro statu ecclesie, cui pro sui corporis debilitate succurrere non poterat, consideratis[t] eciam conspiracionibus que iam contra eum fiebant in dominorum curiis, iudicantes honestius esse, eum quoque rogaverunt, ut cure pastorali resignet, quam quod ei[u] auferretur invito, sibique[v] de successore provideret, per quem conspiratores et machinatores antedicti a suis iniquis desideriis arcerentur; ipse vero dominus abbas cum decenti porcione in bona quiete et iuxta negociorum tumultum reliquum[w] vite sue peragere posset. Dominus abbas hoc audiens, eis eligendum proposuit virum venerabilem dominum Iohannem de Yppra[x] monachum Lobiensem; consenserunt monachi, consensit et abbas, et sic, accersito domino Desiderio Morinorum episcopo, pastorali cure resignavit anno Domini 1187.[4] in translacione sancti Benedicti, assignatis eidem quamdiu viveret in Poperinghis[y] sexaginta marcis et domo de Oxelare cum omnibus appendiciis suis. Vixit autem dominus Symon post hoc usque ad octavas sancti Vincencii, et obiens apud Oxelare, inde est huc delatus et sepultus ab aquilonari parte altaris, ubi collocata fuerat illa decora crux, quam ipse opere sumptuoso fieri fecerat[z], supra e[odem], parte prima[5]. Cuius anima per Dei misericordiam requiescat in pace! Amen. Rexit autem solis 10 annis. Carte seu privilegia sui temporis sunt [multa[a]].

ib. 1187.

Capitulum 46.

est[a] de domino Iohanne huius nominis tercio, huius vero loci abbate 46.

Pars 1.

Iohannes huius nominis III, cognomento de Yppra[b] secundus, in numero vero abbatum huius loci 46, nacione Flandrensis de villa Yppra[b] satis prope portam principalem ecclesie sancti Martini, vir venerabilis, intellectu vigens, mente devotus, vultu placidus, statura procerus, quem Deus perfuderat gracia, diligebatur a cunctis. Hic ab adolescencia Deo donatus, in monasterio Lobiensi[6] monasticis[c] disciplinis sufficienter inbutus, ad studia litterarum mittitur et hinc ad sacerdocium promovetur[d]. Deinde corpore ac etate robustior, mentis puritate de virtute in virtutem accrescens[e], coaluit[f] in virum perfectum, in tantum, ut bonitatis sue merito fieret aliis doctrina pariter et exemplum. Que omnia sonant versus tituli sui in eius tumba descripti, ubi sic habetur[7]:

Omnibus annis vita Iohannis laude nitescit
Et meritorum mole suorum nocte diescit.
Iam[g] tener evo fit sine nevo flos Lobiensis,
Quem prope portum duxit ad ortum burgus Ypprensis[h].
Ut foret heres, utque foveres pignus herile,
Primo scolaris fit[i], datur aris, hinc ad ovile.

a) *deest B.* b) abstulit *B.* c) *deest A 1.* d) IIII. *falso A 1.* e) relinquit *A 2.* f) *vacat codd.* g) cupis *B 1.* h) burgence *B 1.* i) lapide *A 1.* k) trecentis *Cont. Sim.* l) *sic codd.* m) circomligata *B 1.* n) s. c. *A 1.* o) aut p. amplius an. ante s. ob. *B. ed.* p) esset satis in rel. rem. *A 1.* q) nactus *in loco vacuo suppl. sec. m. A 1.* r) *deest A 1.* s) longua *A 1.* t) consideratum *A 1.* u) ea *A 1.* v) seque *A 1.* w) relicum *A 1.* x) Ippra *A 1.* y) Poprīgħ *A 1.* z) curaverat *B. ed.* a) *A haec tantum:* Iohannes III. abbas 46. b) Ippra *A 1.* c) monaticisque *A 1. ed.* d) promovitur *A 1.* e) accressens *B 1.* f) *suppl. sec. m. A 1.* g) *versus deest A 2.* h) Ippr. *A 1.* i) sic *hoc loco A 2. B 1; infra B 2*

1) p. 809. 2) p. 813. 3) Minime. 4) *a.* 1186. Cont. Sim. 5) p. 812. 6) Cf. Will. Andr. c. 97, p. 718, et epitaphium infra insertum. 7) Est pars epitaphii infra parte 23. integri inserti.

Cuius fame flagrans odor multos ad sui amorem attraxit. Specialiter autem dominus abbas noster Symon familiariter eum secum frequenter assumpsit[a], sciens eum virum iustum, industrium atque constantem, eiusque consilio sepius utebatur. Cum[1] autem Deo complacuit dominum nostrum Symonem abbatem longa[b] infirmitate lacessi, videns ipse dominus Symon res ecclesie sue per suos, utpote hominis iam consumpti, labores in melius non posse deduci, sed more solito monachorum suorum murmur contra[c] eum inforciari, ut eorum cervicem[d] frangat, consilio[e] seniorum et saniorum de collegio dominum istum Iohannem de Yppra[f] de Lobis huc advocavit[2], et ut eum abbatem assumerent, modis omnibus consuluit et rogavit. Consencientibus eis, mandatur Desiderius[g] Morinorum episcopus, et in eius manibus dominus Symon abbas noster[h] prelaturam sub pencione[i] resignavit. Quo facto, Iohannes hic abbas noster eligitur et per dominum Desiderium episcopum confir-

1187. matur et consecratur anno Domini 1187, sicut hec clare sonant versus tituli sui qui sunt hii[3]:

Tu Symon isti, non nisi Christi motus amore,
Das tua gratis, dum probitatis fulges honore.

De pluribus factis domini Iohannis abbatis[k] nostri circa suum principium.

Abbas noster novus intronisatus[l] ea que per predecessores sunt inconpleta relicta perficere et conplere curavit. Et primo terram in[m] Wiserna, quam Nicholaus miles per vim Ariensis prepositi nobis abstulerat, supra capitulo Godescalci, parte 3[4], ad quam recuperandam dominus Symon abbas predictum Nicholaum per litteras apostolicas in causam traxerat, supra capitulo[n] proximo, parte finali[5], hic dominus Iohannes noster abbas in eodem statu coram iudicibus relevavit[o] et viriliter in finem usque deduxit, eadem terra libere perpetuo nobis adiudicata; quam sentenciam per litteras apostolicas confirmari fecit, datas

1187. anno Domini 1187. Ciborium quoque[p], quod, supra capitulo Leonii, decrustatum [fuerat[q]], dominus Symon

Cont. Sim. III, 7. reparavit, supra proximo, parte finali[6], sed sumptus[r], quos custiterat[7], hic dominus Iohannes abbas persolvit. Item quoque ante portam monasterii exeuntibus a parte sinistra pontis domum magnam lapideam, quam abbas Symon inceperat et inperfectam reliquerat[6], dominus[s] iste Iohannes abbas perfecit et domum potentem[u] opere sumptuoso consommavit[t].

Pars 2.

De captione regis Iherusalem.

Huius abbatis anno primo Salahadinus Turchus, sed de matre Gallica Pontiva, postquam

Mar. San. III, 9, 3. dominium Egypti[v], calipha trucidato, ceperat, Turchie regnum, mortuo Norandino[w], occupaverat, ab eiusdem Norandini filio Saleph regnum Damassenum abstulerat, Cathebudinum ab Alapia et Mussule dominio pulerat et terram totam usque in Mesopotamiam usurpaverat, vir astutus et in re militari multum expertus[x], videns discordiam in regno Iherusalem[y], de qua supra proximo, parte [5y][8], ad ipsum acquirendum totis anisibus[z] aspirabat; et quia sciebat nuncios ad partes occiduas pro succursu iam missos, ideo, antequam succursus adventaret[a], tractis undique copiis, cum ingenti excercitu venit a Damasco Tyberiadem obsidere, que prima regni Iherusalem civitas erat ab illa parte. Videntes christiani tam principes quam prelati Salahadinum cum suis Sarracenis irruere super se in multitudine gravi bellumque cruentissimum imminere, eam partem sancte crucis dominice, que erat in Iherusalem, secari fecerunt in duas partes[b, 9], quarum unam in bellis pro vexillis ferentes, aliam in tuta

Mar. San. III, 9, 4. et Cont. Aquic. custodia reposuerunt. Itaque contra Salahadinum Guido rex Iherusalem totis viribus occurrens iuxta Nazareth[c], ad fontem Sephoritanum venit, et cum eo comes Tripolitanus, eius emulus. Qui cum iam publice regis ac regni proditor vulgaretur, ad hoc palliandum ficte ruptis quas cum Sarracenis inierat treugis, consilium regi dedit, ut in montanis tutaretur, intendens ad malum regis et suorum, sciens illa loca arida et inaquosa. Quod senciens Salahadinus, antequam ad aquas venire possent christiani, preclusit eis aditum; et sic siti arentibus christianis, cum

1187. tamen ferveret dies secunda Iulii, anno Domini 1187. prelium commissum est utrimque dirissimum, in quo comes Tri-

a) asumpsit *B* 1. b) longua *A* 1. c) c. e. *des.* *A* 2. d) serv. *A* 2. e) conc. *A* 2. f) Ippra *A* 1. g) M. ep. Des. *A* 1. h) *deest* *A* 1. i) pensione *A* 2; peticione *A* 1. k) Ioh. de Ypra abb. c. *A* 1; dom. abb. n. domini Ioh. de Yppra c. *A* 2. l) introniz. *A* 2. m) de *A* 1; *deest* *A* 2. n) *deest* *A* 1. o) revelavit *A* 1. p) *deest* *B* 1. q) *deest* *A*. r) sump tuo *A* 2. s) i. d. *A* 1. t) consumm. *A* 1. u) dñm *A* 1; dñi *B* 1. v) Egipti *A* 1. w) Narand. *h. l.* *B* 1. x) epertus *A* 1. y) *deest loco vacuo rel.* *A* 1. z) annisibus *A* 1. a) adveniret *A* 1. b) *deest* *A* 1. c) Nas. *A* 1.

1) Sequentia ex Cont. Sim. III, c. 14. sumta sunt, quae vero auctor ad arbitrium, adhibitis quibusdam ex epitaphio, ampliavit. 2) Falsum videtur, cum Will. Andr. l. l. de eo dicat: *primo Lobiensis, deinde Sithiensis monachus.* 3) Est pars epitaphii infra parte 23. integri inserti. 4) p. 809. 5) p. 817; cf. p. 813. 6) p. 817. 7) i. e. *constiterat*, eodem modo ac 'custare' (Gall. coûter) a 'constare' effectum. 8) Ibi ex Mar. San. III, 6, 24. 9) Haec fluxerunt ex Oliveri hist. Damiat. c. 1.

politanus, proditor excercitus Christi, fugit armis depositis et in castro Saphet se recepit. Presul Aconensis, qui crucem Domini ferebat, letaliter vulneratus, crucem sanctam Domini regi tradidit; et sic christianis terga dantibus, fere omnes trucidantur aut capiuntur. Princeps Montis regalis propria manu Salahadini capite truncatur; rex vero Iherusalem Guido cum cruce Domini et magister Templi pro triumpho minantur in captivitatem; et verificatum est verbum, quod sub Heracleo crux Domini perderetur, sicut dudum sub Heracleo fuerat recuperata. Comes vero Tripolitanus, pacto perperam inito cum Salahadino de reddenda civitate sua Tripoli iuramentoque firmato, recessit et in Tripolim perrexit. (Mar. San)

. . . .

Hoc anno vise sunt tres lune in celo tresque soles. Sol eciam eclipsatus est eclipsi permaxima 9. Kal. Iulii, hora tercia usque ad horam nonam; visa quoque fuit luna 4. Idus Februarii serenissima nocte usque ad terram in momento descendere et post morulam paulatim, quasi resumptis viribus, reascendere (Mar San)

Pars 3.

. . . .

De morte Elizabeth regine Francorum et quibusdam privilegiis nostris.

Anno Domini 1189, dum rex Francorum ad transmarinum iter se parat, Elizabeth[a] eius regina, Philippi comitis[b] Flandrie neptis[1], obiit et in ecclesia beate Marie virginis Parisius sepelitur. Dominus abbas[c] noster Iohannes a papa Clemente III. privilegia plura impetravit. Primum confirmacionis omnium bonorum, datum anno[d] Domini 1188[2]. Item aliud, quod nullus nos aut clericos nostros sine manifesta causa excommunicare presumat. Item aliud, quod nos possumus[e] excommunicare publicos malefactores nostros in casu ubi hoc episcopi[f] facere nolint[g]. Item aliud, quo[h] confirmat nobis nemus[i] de[k] Vulverdinghe[l.3], et quedam alia data pontificatus sui anno quarto. Sedit autem Clemens annis tribus, di. 16. Cui successit Celestinus III; qui in vigilia pasche[m] sacerdos ordinatus, in die pasche[m] in papam consecratur; crastino Henricum sextum, filium Federici imperatoris, in imperatorem coronavit[n]. Hic fecit palacium apud Sanctum Petrum. Sedit annis 7, [men.[o] 7], di. 11. Cuius[p] anno sexto dominus abbas noster privilegium impetravit confirmacionis omnium privilegiorum nostrorum et[q] bonorum. Datum anno Domini 1196[r.4]. Quo eciam anno idem papa obiit. Cui successit Innocencius papa III, antea dictus Lotharius, de quo infra e[odem], parte 8.

(Cont. Aquic. 1189. — Mart. Will Andr — Mart — Cont. Aquic)

Pars 4.

De transfretatione regum Francie et Anglie.

. . . .

In hac obsidione[5] mortui sunt comites Claromontensis et Perticensis, comes eciam Flandrie Philippus ibidem languens obiit, postquam Flandriis imperaverat annis 21, et in ecclesia beati Nicholai foris murum causa custodie subterratur; inde postea fuit translatus et in Claravalle Burgundie monasterio sepultus[6] anno Domini 1192[7]. . . . .

(Mar. San III, 10, 4. Cont. Aquic. Rymkr v. 5004. 1192.)

Pars 5.

Quomodo rex Francie invasit partem Flandrie.

Quidam asserunt, quod rex Francie de Terra Sancta rediit non solum pro conspiracione in mortem eius facta, sed eciam cupidine ductus Flandriarum; neque mirum, si ius in Flandria rex petebat. Flandrie namque comite Philippo defuncto, successit[s] soror sua Margareta Hannonie comitissa, racione cuius maritus eius Balduinus Hannoniensis Flandrie comitatum est adeptus; qui de Margareta, consorte sua predicta, tres habuit filios, Balduinum, qui sibi successit in Flandrie et Hannonie comitatu et post imperator Constantinopolis[t] est electus, Philippum comitem Namurcensem et Henricum Andegavensem; tres quoque filias, Elizabeth[a] reginam Francie, uxorem regis Philippi, de qua nunc nobis dicendum, Yolensam comitissam[u] de Sansora[8], et Sibillam, que nupta fuit Gerardo de Lingni[v]. Rex Francorum de hac sua regina Elizabeth[w] filium et heredem habuit Ludovicum, pro qua racione materne successionis rex Flandriam peciit[9]; et primo Atrebatum cepit et Lensensum, deinde ad Ariam et Sanctum Audomarum venit, qui[x] se confestim regi tradiderunt[y]. Regina Mathildis, vidua Philippi Flandrie comitis, dotem suam, id est villam Insulensem, Furnensem, Dunkerkam[z] et Borbourgh[a] cum apendice[b] terra[10], peciit et in ea se collocavit. Rebus sic stantibus, obiit Margareta Flandrie et Hannonie comitissa, ac eciam Balduinus, maritus eius predictus; quibus successit filius eorum Balduinus, qui terras quas rex

(Mar San III, 10, 5. Cont. Aquic. — Cron. de Fl. c 9 — Cont Aquic — Cron de Fl c 8. 9 — ib — Cont. Aquic)

a) Elis. *A* 1. b) Fl. c. *A* 1. c) *deest B* 1. d) a. D. *des. A* 1. e) possimus *A* 1. f) episcopus *A* 2. g) nolunt *post suppl. A* 1; noluit *A* 2. h) quod *A* 2. i) *suppl. sec. m. A* 1. k) *deest A* 2. l) Wlverdinghem *A* 2. m) pasce *A* 1. n) consecravit *A* 1. o) *des. A* 2. *B* 1; a. 6, m. 8. *Mart.* p) Eius *A* 2. q) atque *B* 1. r) MXCVIII. *A* 1; M . . . . *loco vac. rel. B* 1. s) ei *add. A* 1. t) Constantinopolī *A* 1. u) comitisam *A* 1. v) Lingy *A* 1. w) Elis. *h. l. B* 1. x) que *B* 1. y) tradidit *B* 1. z) Dumkerquam *A* 2. — Diximundam *add. ed.* a) Borbourch *A* 1. b) c. ap. *suppl. sec. m. A* 1; appendiciis *A* 2.

1) Cf. supra cap. 45, part. 5. 2) Dec. 20. LOEW. 3) a. 1191, Ian. 5. LOEW. 4) Apr. 16. LOEW. 5) scil. Acconis urbis. 6) Cf. etiam Will. Andr. c. 205. et 'Cron. de Fl.' p. 54. 7) a. 1191. Cont. Aquic. 8) Hoc corruptum est ex *d'Aussoire*, i. e. Autisiodorensis. Noster Sancerre in mente habuisse videtur. 9) Cf. Fl. gen. Cont. Claromarisc. c. 9, SS. IX, p. 329. 10) Cf. Cont. Claromarisc. l. l., ubi pro Dunkirchen et Furnes alia oppida enumerantur.

Cron. de Fl. c. 10. Lamb. Ard. c. 105. Will. Andr. c. 121 et Cron. de Fl. c. 10.

occupaverat recuperare intendens, villam Sancti Audomari per aliquod[a] tempus obsedit et quoddam eius suburbium seu[b] fortalicium quod Colof dicitur cepit. Balduinus[1] eciam Ghisnarum comes, qui portam Boloniensem obsederat, in adiutorium Balduini Flandrie comitis de hospicio suo, ubi nunc est domus fratrum Predicatorum, facta turri permaxima, potenter dedit assultum. Audomarenses videntes se non posse resistere, regi mandant, quod, nisi celerius[c] succurrat, se diucius tenere non posse[d]. Rex se tantis occupatum succurrere non posse respondit, et ut sibi prout melius possint consulant. Sicque Audomarenses se Flandrie comiti Balduino reddiderunt. Tandem intervenientibus sapientibus atque probis, tractatu lis finem habuit, infra e[odem], parte [9[e]]. Interea rex[f] Philippus secundam uxorem[g] duxit Ingelburgem, filiam regis Dacie, et sollempniter coronari fecit, sed inter eos consanguinitate false iurata, divorcium per Willelmum Remensem archiepiscopum celebratum est. Cui rex aliam superduxit, [filiam[h] ducis Mirane], de qua genuit Philippum et Mariam; et de hoc divorcio dicetur infra e[odem], parte 8. Rex autem Francorum non immemor iniuriarum sibi a Richardo rege illatarum, terras[i] eius per Franciam potenter invasit.

Cont. Aquic. Cron. de Fl. c. 9. Cont. Aquic. et Cron. de Fl. c. 8.

Pars 6.

. . . .

De facto quod dicitur passus Salahadini.

Cron. de Fl. Cont. Aquic. ampl.[2] Cron. de Fl.

Estante sequente Salahadinus cum maximo excercitu Ioppen obsedit; rex vero Anglie, cuius erat Ioppe[k], videns ducem Burgundie mortuum, a principibus milicie Christi petit auxilium et obtinet. Excercitus igitur per terram illo pergit, Anglorum vero rex, ut Ioppensibus celerius succurrat, sine equis galeam intrat, secum assumens viros probatissimos Gualtherum[l] Blesensem[3], Guidonem Montis-fortis comites, Andream de Savigny[m], Drogonem de Mello, Guillelmum de Barris et Hugonem de Florinis[4], Franciscos, ducem Limburgensem, comites[n] de Hoste et de Cleve, Teuthonicos[o], Guillelmum de Longa[p]-spata et baronem de Stangno[q]-forti, Anglicos; et quo cicius potuit Ioppen adveniens, invenit iam Sarracenos intrasse et ligandis atque captivandis christianis intentos. Confestim rex Anglie cum suis predictis in Sarracenos irruunt et eos a civitate depellunt, cedendoque sequentes usque in collem qui imminebat excercitui Salahadini, ibique sistunt aciemque coniectant. Salahadinus, qui credebat civitatem sibi acquisitam, videns suos sic vulneratos affugere, peciit, quid hoc esset, et audito, quod rex Anglie et viri probatissimi prenominati contra eum pedites exissent et in predicto[r] colle stabant eum bello prestolantes, obstupuit, insolitoque usus consilio equum pulcerrimum ad hoc edoctum quasi per modum honorificencie regi Anglie misit, indecorum esse dicens, tantum regem in bello peditem incedere. Rex se Sarraceni consilio non credens, scutiferum ascendere iubet, qui subdens calcaribus[s] equm[t], nulla vi eum girare potuit, quin inmo[u] equs, ut erat edoctus, scutiferum cursu veloci detulit in excercitum Salahadini. Salahadinus a capcione persone regis se defecisse quasi verecondatus, acsi maliciose non factum fuisset[5], scutiferum dimisit liberum[v], et alium equm meliorem regi misit, quem rex refutavit. Considerans igitur Salahadinus magnum christianorum excercitum per terram sibi apropinquare, obsidione soluta, recessit inactus anno Domini 1192.

De principio regni et regum Cypri.

Mar. San. III, 10, 7.

Dum sic in Terra Sancta variat[w] fortuna vices, Greci Cyprenses contra Anglicos et illos qui insulam pro rege Anglorum observabant conspirantes, animantur, sed auxiliante Deo Latinis victoria cessit. Quo facto, magister Templi resignat in manus regis Anglie custodiam Cyprensis insule, quam sibi commiserat, supra e[odem], parte 4[6]; ipsiusque magistri consilio Guido de Luzingano, condam rex Iherusalem — terram nullam habebat — Cypri insulam a rege Anglie sibi donari popossit[x], et rex eam sibi dedit ipsumque in ea regem instituit anno Domini 1192. Tunc rex Guido omnes Terre Sancte milites suos exheredatos secum trahens in Cyprum, eis terram divisit possidendam. Ex huius igitur donacionis titulo rex Anglie super regem Cypri prerogativa petit, ut patet infra capitulo Allelmi abbatis[7], parte . . .

Pars 7.

De reditu regis Anglie a Terra Sancta, de eius capcione et liberatione et quibusdam eventibus illius temporis.

Mar. San.

Circa idem tempus Conrardus marchio Montis-ferrati et dominus Tyri ab assasidis[x] perimitur, et rex Anglie nepotem suum Henricum Campanie comitem relicte marchionis matrimonio copulavit et ei Terre Sancte regimen commisit; unde rex ipse valde notatus est et a pluribus de morte marchionis predicti. Tunc eciam alati sunt rumores in Francia, quod Vetulus de Montibus consilio regis Anglie 4 assasinos, qui in antiquis hi-

a) aliquot *A* 2. b) ſʒ (sed) fortaliciatum *A* 1. c) selerius *A* 1. d) poterunt *A* 1. e) *deest, spatio vacuo rel.* *A* 1. f) Francie *add.* *A* 1. g) *superscr.* *B* 1. h) *des.* *B.* i) *bis scr.* *A* 1. k) Ioppen *B* 1. l) Galterum *A* 1; Gualcherum *B* 1. m) Savigni *A* 1. n) comitesque *A* 1. o) Teuton. *A* 1. p) Longua *A* 1. q) Stagno *A* 1. r) predcio *B* 1. s) *deest* *A* 1. t) *sic* *A* 1. *B* 1. u) ymo *A* 1. v) librum *B* 1. w) *e corr.* *B* 1. x) *ita codd.*

1) Non ipse Balduinus comes, sed filius eius Arnoldus secundum Lambertum. 2) Locum in Bethmanni editione omissum v. SS. rer. Gall. XVIII, p. 542. Cf. praef. p. 738, n. 3. Eadem fere nomina affert 'Cron. de Fl.' p. 72. 3) *de Chastillon.* 'Cron. de Fl.' 4) Pro hoc nominatur *Wallerans de Luxembourg* ib. 5) Salahadinum dolose egisse, Chron. Flandr. non narrat. Nescio, num praeter hanc noster aliam narrationem secutus sit, vel de suo narrationem auxerit. Primus narrat haec Gaufridus de Vino-Salvo VI, 21 sqq., apud Gale, SS. rerum Angl. II, p. 419. 6) Ibi ex Mar. San. III, 10, 4. 7) Fuit praedecessor auctoris, ad cuius tempora opus non perductum est

storiis Assidei vocantur, in Galliam misisset ad regem Francie perimendum. Unde rex Francie prodiciosam mortem sibi timens, servientibus cum clavis ferratis se per aliquod tempus custodiri fecit[1], nec nisi clavam ferratam in manu tenens et clavatis satellitibus stipatus exivit in publicum. Et inde ortum habuerunt servientes armorum. Rex autem Anglorum Richardus totus in virum alterum mutatus, repatriare disponens, Henricum, nepotem suum predictum, ad Terre Sancte conservacionem informans, eum in tuto statu dimittens[a], thesaurum quoque et auxilium sibi promittens, treugas a Salahadino petit et optinet. Tunc rex Anglie reginam suam atque suos naves ascendere et recedere iubet, ipse vero secrete cum aliquibus fratribus Templi in eorum habitu quasi unus ex eis cum galea in Aquileam[b] transit. Inde relicto mutatoque habitu, ne cognosceretur, per Austriam[c] iter assumpsit, ibique recognitus et captus fuit. Causa vero capcionis eius fuit: tam propter assasidas in Franciam missos[2], quam propter mortem marchionis domini Tyri, ac propter iniurias multas regi Francie per eum illatas regi Francorum et amicis ac alligatis suis seu confederatis erat suspectus, et ideo ab imperatore Henrico per annum et dimidium est detentus. Quo tempore et causis rex Francie terras regis Anglie depopulatur et vastat, per Normanniam et Turoniam plures villas et castella sibi subdens. Tandem rex Anglorum multo auri et argenti precio ab imperatore solutus, in Angliam transfretavit, et dispositis rebus suis et regno, cum forti manu venit in Franciam, regi Philippo quantum potuit rependere vices, et facta est inter eos utrimque guerra durissima[4].

Mar. San. ib III, 10, 8

Cron de Fr. Cont Aquic.

Mar. San. Cont Aquic.

. . . .

De morte Salahadini.

Anno Domini 1196. Salahadinus ad mortem languens in Damasco tria fecit digna relatu. Primo de melioribus militibus christianis, quos habebat captos, ante se duci fecit; inter quos domino de Anglura Francigene de comitatu Campanie, magne probitatis viro, suorum armorum insignia signumque suum vocale 'Damasc'[d] presentavit, quatinus ipse et posteri sui domini de Anglura ea perpetuo deferant eiusque signum vocale proclament; quod si sibi promittere velit, ipsum et hos omnes captivos[e] libertati donabit. Dominus de Anglura videns, quod hoc fidei christiane non preiudicat nec eciam honori militari, pro sui et valencium virorum liberacione consensit; sicque Salahadinus eos omnes a captivitate liberos absolvit; et abhinc[f] domini de Anglura insignia Salahadini deferunt eiusque signum 'Damasc' in bello vociferant usque in hodiernum diem[4]. Hoc facto, vocat primipilarium suum et ait: 'Arma que vivens detuli iam resignavi, et quoniam mors[g] mihi instat, fer mortis mee vexillum, et[h] inposito linteo super lancea, per omnes Damasci vicos incede sollempniter inclamans: "Ecce rex orientis moritur et nichil nisi[i] pannum[k] hunc secum defert de omni gloria sua"[5]. Deinde pelvim cum aqua iussit afferri et aquam manu super capud suum sparsit, deinde super pectus, super pedes et ad utrumque latus quasi per modum crucis. Quid in hoc sibi voluerit et utrum[l] baptismo flaminis eum Deus susceperit, novit ipse qui corda scrutatur. Postremo 12 filiis suis terram suam divisit, fratri vero Salphandino, qui consors bellorum ei[m] semper extiterat, nichil omnino relinquens; et sic obiit anno Domini 1196. Post cuius mortem inter filios eius invicem ac eciam Salfandinum contra filios orte sunt discordie multe et magne, que christianis in Terra Sancta multum commodum attulerunt.

1196. Mar. San III, 10, 8

Mar San. III, 10, 8. 9.

. . . .

Pars 8.

De quibusdam factis[n] domini Innocencii pape tercii.

Eodem anno dominus Iohannes abbas[o] noster videns se a nobilibus et vicinis oppressum, qui pro suis servitoribus et familiaribus prebendas monachales inportune petebant, ab hoc domino papa Innocencio privilegium inpetravit, ut illas et consimiles possit auctoritate apostolica revocare et fratrum usibus applicare. Itemque privilegium confirmacionis omnium bonorum et privilegiorum nostrorum. Utrumque datum anno Domini 1198[6]. Hic[p] est Innocencius papa III, qui Celestino III. successit, supra e[odem], parte 3, vir gloriosus et iurista permaximus; multas decretales sollempnissimas ipse composuit, que quasi per omnes titulos postea collocate sunt in antiquis, specialiter autem illas que in capite eiusdem libri scribuntur *De somma Trinitate et fide catholica: Firmiter*[7], capitulumque *Dampna-*

Paparum.

a) dimittere *B* 1. b) Aquilieam *B* 1. c) Astriam *B* 1. d) *num* Damasc *vel* Damast *in codd. scriptum sit, discerni non potest.* e) captivo *A* 1. f) ad hinc *A* 1. g) mihi mors *A* 1. h) *deest B.* i) *deest A* 1. k) h. p. *A* 1. l) ut ĩ *A* 1. m) eius *A* 1. n) q. privilegiis nostris *hoc loco A.* o) *deest A* 2. p) *in codd. A hic incipit nova particula:* De quibusdam factis pape Innocencii.

1) Cf. Rigord., SS. rerum Gall. XVII, p. 37. 2) Cf. Cont. Aquic. a. 1193. 3) Cf. ibid. a. 1194. 4) De alia fabula de domino de Anglura et Salahadino v. Marin, 'Hist. de Saladin' II, p. 332. 5) Haec narrant multi auctores, ut Bernard. Thesaur. c. 180, apud Muratori, SS. VII, p. 815, et inter eos quos noster legit Mar. San. III, 10, 8; sed verba ab omnibus differunt. 6) Posterius a. 1199, Apr. 9; Potthast nr. 662. 7) Decr. Greg. I, 1, c. 1.

mus[1], in quo condempnat aliquos articulos quos scripserat abbas Ioachim, de quo fit mencio supra e[odem], parte [4[a]], non tamen condempnavit[b] personam nec alia facta eius. Mart. Condempnavit eciam Almaricum Carnotensem cum doctrina sua perversa, qui postea fuit conbustus Parisius. Scripsit eciam librum de missarum misteriis aliumque de vilitate condicionis humane et alia multa[c] pulcerrima[d]. Dedit eciam singulis ecclesiis in Roma libram unam argenti ad singulos calices, sic tamen ut eos vendere vel alienare non possint. 5 Coronavit eciam imperatorem Otthonem quartum, Philippo Swavorum[e] duce reprobato; unde mencionem facit in illa decretali: *Venerabilem*[2]. *De electione,* in antiquis. Et postea deposuit Otthonem, qui fidelitatem ecclesie iuratam non servavit. Suo eciam tempore fratres Alemanni ordinis beate Marie Teuthonicorum conquisiverunt Livoniam, cuius hodie sunt domini, et eam ad fidem Christi converterunt. Cont. Aquic. Anno Domini 1199.[f] Innocencius papa Petrum tituli beate Marie de Via-lata dyachonum cardinalem misit in Galliam ad regem Francie cum litteris monito- 10 riis, ut ipse rex Ingelburgem reginam falso consanguinitatis iuramento disiunctam, supra e[odem], parte [5[g]], legitime resumat; sin autem, et rex et regnum anathematis vinculo subiaceret. Qui cardinalis negocium sibi iniunctum decem mensibus tepide nimis exsequens, apud Divionem Burgundie castrum cum viris ecclesiasticis consilio celebrato, transalpinavit, et sentenciam, quam in Francia dare debuerat, ibi dedit et regem et regnum cum magna severitate interdixit. Will. Andr. c. 130. Deinde dominus Octovianus Hostiensis episcopus cardinalis ab Innocencio papa legatus in Francia[h] mittitur, quem rex 15 honorifice suscepit; et dum Suessioni[i] in presencia dicti[k] domini Octoviani et college sui domini[k] Iohannis cardinalium rex Francie, multitudine stipatus advocatorum, causam suam pro divorcio ad suum libitum perorasset[l], regina vero[m] sola nullum preter Deum advocatum haberet. quidam clericus e medio surgens, licencia regis et cardinalium regine causam sic dilucide peroravit, ut regi et cardinalibus ac omnibus qui aderant fieret admiracioni. Rex igitur ipse pape obediens et ecclesie, Ingelburgem reginam sibi resociavit, superinductam abiuravit, et sic ipsum et regnum Francie ab interdicto car- 20 dinalis[n] absolvit et Romam rediit. Cron. de Fl. c. 9. Superinducte vero filium Philippum et filiam Mariam papa legitimavit, sicut ipsemet testificavit[o] in decretali: *Per venerabilem*[3], quam ipse composuit. Extra.: *Qui filii sunt legitimi.* Hic dominus Octovianus cardinalis est ille iurista magnus, qui sommam copiosam edidit que[p] dicitur Hostiensis.

Pars 9. 25

De confederacione comitis Bolonie cum comite Ghisnarum, et quod ambo fecerunt homagium comiti Flandrie.

ib. c. 10. Regina Francie Elizabeth[q], dum vivebat, nepotem habuerat Reginaldum comitem de Dompno-Martino, quem rex amore regine multum honoraverat et ei comitissam Bolonie potentissimam dederat uxorem[r]. Una dierum orta dissencione verborum in regis presencia, comes Sancti Pauli predictum Reginaldum in facie percussit ad sanguinis 30 effusionem[s]. Qui percussus exivit ira plenus, regique rem pacificare volenti non acquievit; et inde regis indignacionem[t] timens, comitem Ghisnarum Balduinum sibi confederavit; qui simul ad Balduinum Flandrie comitem, qui guerram contra regem habebat, se transtulerunt, uterque de suo comitatu, iste scilicet de Ghisnensi, alter de Boloniensi, sibi facientes homagium. Quo rex audito, cum excercitu venit in Flandriam et Will. Andr. c. 120. usque Balliolum[u], ubi quedam pax conficta fuit, que parum duravit. [Et[v]] eodem anno, id est 1199, post guerram 35 Cron. de Fl. et Cont. Aquic. 1199. diutinam reges Francie et Anglie treugas inierunt[w]; quibus firmatis, rex Anglie Richardus a quodam milite suo subdito Limovicensi[x] peciit thesaurum in suo castello repertum; milite rennuente, rex Anglie castellum obsedit; unaque dierum rex Anglie castellum circuiens, ut locum eligeret aptum assultui, sagitta percussus obiit, et iuxta patrem suum apud Fontem-Ebraldi sepultus est; cui successit frater suus Iohannes.

Quomodo comitatus Artesii incepit et separatus fuit a Flandria. 40

Cont. Aquic. Balduinus Flandrie comes terras regis iterum infestat. Maria vero, uxor eius, neptis regis Francie[4], filia[y] Theobaldi[5] comitis Campanie[z], Parisius ad regem pro pace inter regem et comitem Flandrie, maritum suum, facienda pergit[a]. Quam rex honorifice suscipiens, de pace securam ad Flandriam remisit. Intervenientibus vero prudentibus atque probis, ut dicitur supra e[odem], parte [5[b]], lis tractatu[c] finem sumpsit anno Domini 1199. Sicque comes et heredes sui perpetuo totam Flandriam ultra novum 45 fossatum ad oriens, rex[e] vero totam terram citra[f] fossatum cum suis heredibus perpetuo possiderent. Sic rex Atrebatum, Lensensum[6], Bpapalmas[h], Aridam-Gamanciam atque villas Audomarensem, Ariensem et Hesdiniensem[7] cum tota terra appendice conflavit in comitatum unum et inde filium suum Ludovicum comitem fecit Artesiensem. Et ita comitatus

a) *deest, spatio vacuo rel.* *A* 1. b) condempnat *A* 1. c) plura *A* 1. d) *deest* *A* 1. e) *suppl. sec. manu* *A* 1. 50 f) 1198. *B* 1, *ubi haec ad praecedentia tracta sunt.* g) *deest, spatio vacuo rel.* *A* 1. h) Franciam *A* 1. i) successioni *A* 1. k) *deest* *A* 1. l) perorrasset *B* 1. m) quoque *A* 1. n) cardinali *A* 1. o) testificatur *B* 1. p) q̇ *A* 1. q) Elis. *B* 1. r) in ux. *A* 1. s) effucionem *B* 1. t) indignacinem *B* 1. u) Belliolum *A* 1; Ballioum *B* 1. v) *deest* *B.* w) innierunt *B* 1. x) Limoncensi *A* 1. y) filiā *A* 2. z) Campagnie *A* 1. a) *deest* *A* 2. b) *deest, spatio vacuo rel.* *A* 1. c) tractatus *A* 1. d) a. D. *des.* *A* 1. e) *deest* *A* 2. f) circa *A* 1. 55 g) possideret *B.* h) *sic* *B* 1 *compluries*: Lipas, *suppl. sec. m.* palmas *A* 1; Lipa palmas *A* 2.

1) Decr. Greg. I, 1, c. 2. 2) Ib. I, 6, c. 34. 3) Ib. IV, 17, c. 13. 4) Sic Will. Andr. c. 132. 5) Immo Heinrici, ut recte scribit Cont. Aquic. a. 1195. 6) Lens, Bapaume, Aroaise. 7) Aire, Hesdin. — Cf. Cont. Aquic. a. 1192, ubi pleraque horum oppidorum enumerata sunt ut ad hereditatem Isabellae, uxoris Philippi regis, pertinentia. Cf etiam 'Cron. de Fl.' p. 78, ubi vero p. 139. rectius narratur a Ludowico IX. comitatum Artesiensem constitutum; quod a. 1237. factum est, et primus comes Robertus, 60 filius Ludovici VIII. regis, institutus.

Artesii separatus a Flandria mansit. Pax ista toti patrie presenti magnum attulit sollacium[1] post tantarum[a] guerrarum molestias et pressuras, dampna quoque innumera, et specialiter per terram huius ecclesie iam per 8 annos continuos agitate.

De guerra[b] Blavotinorum et Ingrekinorum.

Insurrexerat[c] eciam guerra Blavotinorum[d] et Ingrekinorum, que pluribus annis terras Furnensem, Bergensem[e, 2] et Borburgensem[f], in quibus bona huius ecclesie pro magna parte consistunt, quam plurimum afflixit[g]. Ad quos constringendos Mathildis comitissa, ad quam dotis nomine predicta territoria pertinebant[3], excercitum movit; contra quam Blavotini cum suo[h] ductore quodam[i] milite Heriberto insurgentes, eam in fugam propulerunt, pluribus interfectis; domina cum paucis fugit in castrum Furnis, nec ibi confidens, ad Dunkerkam[k] secessit. Blavotini sequentes castrum principis in Furnis incendunt[l]. Balduinus autem Ghisnarum comes et castellanus Borburgensis[m] dominam suam predictam de Dunkerka[m*] in suam securitatem reduxerunt[n]. Ob huius conspiracionis audaciam Heribertus miles ille predictus cum suis per litteram[o] comitis de patria sunt eiecti, eorumque bona confiscata. [Wilh. Andr. c. 130. Lamb. Ard. c. 153.] Quibus omnibus tribulacionibus dominus Iohannes [noster[p]] abbas licet pertesus et multipliciter angustiatus, pacienter tamen atque viriliter fratrum animos[q] confortans, constans et fortis sicut tetragonus[r] sine vituperio stetit[s]; sicut sonant[t] versus tituli[4]:

Sepe rapinas, crebro ruinas vimque rogorum
Passus ovabat, spe reparabat cor timidorum.

. . . .

Pars 10.

De uxoratione Ludovici comitis Artesii et quibusdam privilegiis nostris.

[Cont. Aquic. 1200.] [1201.] Anno Domini 1201. rex Francorum Philippus, rex Anglie Iohannes, comes Flandrie Balduinus et alii plures utriusque regni proceres ad mutuum convenere[u] colloquium, ubi Ludovicus, regis Francie primogenitus et comes Artesiensis, uxorem duxit Blancam[v], filiam regis Hispanie ex sorore regis Anglie iam dicti. Ibi fuit inter reges predictos firmata pax, et rex Anglie guerpivit ibidem castella Vilcassini[w], Gisorcium et alia, que fuerunt causa guerre sic diutine inter reges antedictos.

Circa idem tempus dominus Iohannes[x] abbas noster a papa Innocencio impetravit, ut, cum terre ecclesie nostre, que a laicis detinentur, nobis fuerint in pignus obligate, fructus inde perceptos non teneamur in sortem computare. Itemque conservatoriam privilegiorum nostrorum. Utrumque privilegium datum Innocencii pape anno 5. Item anno post hoc secundo idem dominus abbas Iohannes[y] a papa Innocencio privilegium impetravit benedicendi[z] pallas altaris et sacerdotalia indumenta. Item confirmacionem aliquarum terrarum in Wiserna, de qua supra e[odem], parte prima, et aliarum in predicto privilegio allegatarum. Utrumque datum Innocencii pape tercii[a] anno 7[5]. [Item[b] aliud in quo prohibet . . . .[c]].

. . . .

De crucesignatione Balduini Flandrie comitis et aliorum plurium[d].

[Cron. de Fl.] Balduinus Flandrie et Hannonie comes cum rege pacificatus, ut supra dictum est, torneamentum[e] convocat, ad quod dum plures convenirent[f], multi, omissis[g] torneamento[h] et seculi vanitate, crucem Domini assumpserunt, comites scilicet Theobaldus Campaniensis, Ludovicus Blesensis, Stephanus Perticensis, Hugo Sancti Pauli, Reginaldus Boloniensis, Symon[i] Montis-fortis et Guido, frater eius, Iohannes de Neele castellanus Brugensis[k], Ingelramnus de Boves[l] et tres fratres eius, alii quoque nobiles plurimi ultra numerum mille militum[m]. [Mar San 1 1. et Cron. de Fl.] Dum sic comes Flandrie Balduinus crucem assumpserat, fratres de Claromarisco ab eo litteras impetrarunt[n], ut molendina quedam facere[o] possent aquatica; quod cernens dominus Iohannes[p] abbas noster, comitem adiit[q], privilegia sua[6] ostendit, quod inter Arkas et Borbourgh[r] et Loodic nullus molendina nisi nos construere poterat. Qui comes, litteris de Claromarisco cassatis[s], ius nobis adiudicavit, inde litteras suas[t] nobis concessit datas anno[u] Domini 1202[7].

Pars 11.

De progressu crucesignatorum, et de imperio et morte Alexii pueri.

[1203.] Estate sequenti, anno Domini 1203[8], mense Aprili Balduinus comes Flandrie, iam supra cruce signatus, peram et baculum Brugis assumpsit in Terre Sancte subsidium. Habuerat

a) tantas mol. *B*, *ubi* gu. *deest.* b) inter Blavotinos (Blovot. *A* 1) et Ingrequinos *A*. c) Insurrexerant *B* 1; I. igitur *A* 1; I. enim *A* 2. d) Blanctin. *A* 1. e) *deest A* 2. f) Bourbourgensem *A* 2. g) affixit *A* 1. h) d. s., *sed* suo *superscr. B* 1. i) quondam *A* 2. k) Dūkerka *A* 1; Dumkerquam *A* 2. l) succendunt *A* 2. m) Bourburg. *A* 2. m*) Dunkerqua *A* 2. n) reduxit *A*. o) *suppl. sec. m. A* 1. p) *deest A*; a. Ioh. *A* 2. q) amicos *A* 1. r) thetrag. *suppl. sec. m. A* 1. s) setit *A* 1. t) *deest A* 1. u) convenire *A* 2. v) Blancham *A* 1; Blanquam *A* 2. w) Wilc. *A* 2. x) n. I. a. *A* 1. y) *deest A* 2; Ioh. a. *A* 1. z) benedicē *A* 2. a) *deest A* 2; tercio *A* 1. b) *haec solum habet A* 1. c) *spatium vacuum A* 1. d) quam pl. *A*; plurimum *A* 2. e) tornem. *B* 1. f) conveniunt *A* 1. g) omisso *A* 1. h) torniam. *A*. k) Burgensis *A* 2. *B* 1. l) Bones *A* 2. *B* 1. m) milium *A* 2. n) impetraverunt *A* 1. o) construere *A* 1. p) a. n. I. *A* 1. q) et *add. A* 2. r) Bourborgh *A* 2. s) quassatis *A* 1. t) *deest A* 1. u) a. D. *des. A* 1.

1) Cf. Cont. Aquic. a. 1200. 2) Cf. Cont. Berg. a. 1204. 3) Cf. supra p. 819, part. 5. 4) V. infra partem 23, v. 27. 28. 5) a. 1204, Oct. 5. 10; Potthast nr. 2293. 2298. 6) Cf. Simon. II, 11. 69. 88. 7) V. chartam apud Baluze, Epist. Innoc. III. II, p. 93. 8) a. 1202.

de uxore sua Maria filiam Iohannam, et nunc post peram assumptam nata est ei de eadem uxore secunda filia Margareta[1]. Quas et terram suam regendas commisit cuidam cognato[a] suo Bochardo de Avesnis[b] in dyachonatus[c] ordine constituto[2]. Sicque, licenciatis omnibus, abcessit. Illi de predicatione Fulconis[3] cum comitibus Perticensi[d.4] et de[e] Dompno-Petra[5] per Massiliam iter assumunt; Iohannes de Neele castellanus Brugensis cum trecentis militibus Mariam Flandrie comitissam post maritum suum per occeanum et strictum Marochii usque Massiliam et inde in[f] Terram Sanctam ad Ptholomaidam deduxit[6]; ubi expectato marito, quem credebat ibidem adventurum, diu languens, obiit anno Domini 1203[7]. Balduinus et qui cum eo erant capitaneum sibi statuerunt Theobaldum Campanie comitem, et eo mortuo, Bonifacium marchionem Montis-ferrati; et sic Venecias applicuerunt, ubi cum Henrico Dandulo tunc duce Veneciarum conveniunt, ut ipsi cum Veneciis ac Venetorum expensis Iadriam Sclavorum[g] civitatem Venetis inimicam capiant et Venetis restituant, ac deinde, sicut placet, in iter inceptum procedant. Iadria capta, dum ibidem hyemare coguntur, puer Alexius imperator Constantinopolis de carceribus avunculi sui elapsus, ad eos venit, petens eorum[h] auxilio imperio suo[h] restitui, promittens expensas et munera atque subiectionem sacrosancte Romane ecclesie Accesserunt et preces Philippi regis Alemannie, qui sororem eius habebat uxorem, precesque regis Hungarie. Peregrini cum Venetis innuunt[i]; eorumque virtute Constantinopolis capitur, et puer Alexius in imperatorem coronatur; quam civitatem eius incole per hominem posse capi non credebant propter eius fortitudinem, et quia propheciam[k] se habere dicebant, quod per angelum caperetur. Latinis itaque intrantibus per locum ubi pictus erat angelus, se deceptos per equivocacionem angeli congnoverunt. Post coronacionem pueri Alexii, Latinis adhuc ibidem[l] in patria existentibus, Greci in eorum exicium machinantur. Tutor eciam pueri Alexii eum nocte suffocavit, quare Latini iterato contra civitatem venerunt et eam ceperunt, omnibus fere maioribus eorum et conspiracionis[m] auctoribus interfectis[n]. Hoc facto, imperium diviserunt, media pars obvenit Francis mediaque pars Venetis.

De electione Balduini Flandrie comitis in imperatorem Constantinopolitanum.

Deinde a toto excercitu Balduinus Flandrie comes in imperatorem Constantinopolis eligitur et coronatur anno Domini 1204, et communi consensu Franci partis sue mediam, id est quartam tocius imperii, imperatori[o] novo dederunt. Similiter et Veneti partis sue mediam imperatori resignarunt. Marchioni Montis-ferrati, qui capitaneus fuerat excercitus, regnum obvenit Tessale; superioritas vero tocius Grecie imperatori cessit; et aliquanto tempore pacifice simul has terras sic possederunt.

De fine ipsius imperatoris et coronatione Henrici, fratris eius, in imperatorem.

Post hec civitas Andronopolis cum adiacente patria[p], que in sortem obvenerat Venetorum, contra eos rebellant[q] et a Iohanne domino Blactorum auxilium querunt. Veneti[r] vero ad imperatorem querimoniam deponunt. Imperator ad requestam Venetorum, excercitu congregato, pergit illac; Andronopolim obsidione vallant et continuis assultibus urgent; dumque una dierum suffossis[s] muris ignem apponere usque post prandium differunt, ecce inter prandendum Iohannes prefatus cum Blactis suis et Comanis advenit in multitudine gravi[o]. Quibus imperator inmoderate nimis occurrens, involvitur, et inter inimicorum multitudinem perditus, ac de suis militibus plus quam trecentis interemptis[8], simpliciter ignoratur quo devenit. Reliqus[t] autem excercitus confusus ab obsidione recedens, Constantinopolim rediit anno Domini 1205[9]. Tandem imperatore diligenter perquisito nec invento, Henricum, fratrem eius, in imperatorem Constantinopolis[u] coronaverunt anno Domini 1206[9]. In Flandrie vero comitatu et aliis eius terris istarum parcium successit Iohanna, filia eius primogenita, de qua nunc supra dictum est.

Pars 12.

De heresi Albigensium et interfectione Petri cardinalis et legati.

Anno Domini 1207. in partibus Auxitanis detectus est error[v] Albigencium, ad quos convertendos et eorum errores confondendos[w] missi sunt ab Innocencio papa 12 abbates ordinis Cisterciensis, quibus adiunctus est Dydacus[x] Oxonensis episcopus ex Hispania, secum habens fratrem Dominicum, qui ordinem Predicatorum inceperat, supra[10] e[odem] parte [10?], necdum confirmatum. Huius erroris auctores et professores erant Rogerus vicecomes Biterensis dominusque de Carcasona[z] et Albigencium, Raymondus quoque comes Tholosanus. Dumque Albigenses a suis erroribus converti nollent, virum venerabilem et in omni sanctitate ac religione approbatum dominum Petrum cardinalem, apostolice sedis legatum, ad hoc missum[a] a papa, qui crucis signacionem

a) cōgn. *A* 1. b) Anesnis *A* 1. *B* 1. c) diach. *A* 1. d) pisiensi *A* 1; Perticensis *A* 2. e) *deest B* 1. f) ad *A* 1. g) Sclavonem *B* 1. h) *superscr. B* 1. i) inniunt *B* 1. k) prophesiam *A* 1. l) *deest A* 1. m) conspiracionibus *A* 1. n) interfecerunt *A* 1. o) *superscr. B* 1. p) provincia *A* 1? q) rebellat *B* 1. r) Venati *A* 1. s) subf. *A* 1. t) relicus *A* 1. u) Constantinopoli *A* 1. v) herror *B* 1. w) confund. *A* 1. x) Did. *A* 1. y) *deest A* 1. z) Carcassona *A* 1. a) missus *A* 1. *B* 1.

1) Sic refert Geoffroi de Villebardouin c. 169, SS. rer. Gall. XVIII, p. 470; Chron. Hanon. c. 203, supra p. 448. 2) Cf. 'Cron. de Fl.' p. 133. 3) De quo supra loco omisso ex Mar. San. III, 11, 1. retulerat. 4) Gaufrido. 5) Reinaldo. 6) A Iohanne de Nesle comitissam conductam esse, nusquam legi. Sed Geoffroi l. l. et alii referunt, eam Massiliam indeque in Syriam transiisse, sicut et Iohannes de Nesle fecit. 7) Sic Will. Andr. c. 132. 8) In 'Cron. de Fl.' p. 84. ducenti milites cum imperatore in pugnam exiisse et omnes fere interempti esse dicuntur. 9) Annus ex Will. Andr. c. 138. 140. 10) Ille locus ex Mart. Opp. p. 439. sumtus est.

contra eos predicare monuit[a], ne eorum errores ad vicinas regiones, sicut iam inceperant, creperent[b], specialiter factitante Tholosano comite, ipsius erroris professore[c], nequiter interemerunt, ipso lancea in inguine[d] transfosso propter confessionem domini nostri[e] Ihesu Christi.

Circa idem tempus Lambertus episcopus[f] Morinensis obiit; cui successit Iohannes archidiaconus, nepos eiusdem. Will. Andr c 160

De crudelitate Iohannis Anglorum regis in monachos Cantuarienses, et[g] quod predicti monachi in hoc monasterio recepti fuerunt.

Eodem eciam tempore, mortuo archiepiscopo Cantuariense, rex Anglie Iohannes contra ius et libertatem[h] ecclesie voluit ad suum libitum in archiepiscopatum intrudere quendam[i] Symonem[1] de[k] Greye Norwicensem episcopum; et quia monachi Cantuarienses, quibus electio de iure competebat, iam in alium sua[l] vota direxerant, rex ipse maiestatis[m] sue tyrannidem obtato[n] carere videns effectu, acrior intumuit[o] et horridum sue mentis conceptum inaudita[p] complevit exequcione[q], et Christi monachos Cantuarienses de suis finibus expellens, Flandriam adire coegit, cunctis eorum possessionibus confiscatis. Qua de causa tota Anglia ecclesiastico supposita est interdicto, nullis ibi divina celebrantibus preter solos Cistercienses. Statimque ut hos sanctos exules dominus noster Iohannes abbas apud Wissantum[r] applicasse cognovit, statim litteras suas consolatorias per duos de monachis nostris ad illos misit, in eorum refrigerium[s] offerens se et sua. Illi[t] vero pro caritatis officio sic oblato consolaciores[u] effecti, Deo omnipotenti[v], qui non derelinquit[w] sperantes in se, gracias[x] dominoque abbati nostroque[y] collegio gracias innumeras referentes, huc venire disponunt. Quibus adventantibus, dominus noster abbas et conventus in obviam eis cum cruce, candelis et thimiamateriis[z] processionaliter incesserunt usque ad ecclesiam sancti Dyonisii et eos hic in monasterium aduxerunt. Erant enim[a] monachi numero 70, familiares autem eorum[b] usque centum. Qui omnes insimul per dies 12 hic apud nos manserunt, donec per abbacias circumquaque bini vel terni[c] a suo priore missi sunt, ipso priore cum 16[d] monachis[2] plus quam per annum[e] nobiscum remanentibus. Quem numerum magister Stephanus de Langhetonne Sancti Grisogoni cardinalis, ab Innocencio papa in archiepiscopum Cantuarie concessus, diminuit et ad alias abbacias per Galliam destinavit. Propter hanc humanitatis exhibicionem rex Anglie indignatus, omnia bona nostra[f] huius ecclesie per Angliam constituta confiscavit, sed ad preces domini Philippi comitis Namurcensis nobis omnia restitui fecit. Propter hanc nichilominus caritatis exhibicionem monachis Cantuariensibus a nobis factam papa Innocencius domino abbati et conventui nostro litteras suas misit, regracians et collaudans huiusmodi caritatis officium[3]. Item eodem tempore confirmavit nobis divisionem cantuariatus a personatu in Calais et Petresse factas[g] per iudicem delegatum[h], supra[i] capitulo . . . . .[k,4] Item confirmavit privilegia nostra et maxime B[alduini[l]] Flandrie [et[m] Hannonie] comitis, quod nullus possit molendina construere preter nos inter Arkas et Bourborgh[n] et Loodic[5], specialiter autem privilegium Balduini comitis Flandrie, de quo supra e[odem], parte [10[o]]. Et hec tria[p] privilegia sunt eiusdem date, scilicet Innocencii pape anno 10, qui fuit annus Domini 1207. 1207.

De[p] sentencia lata contra regem Anglie propter excessus predictos.

Anno Domini 1209. sentencia excommunicacionis in Iohannem regem Anglie et interdicti in eius regnum diu suspensa, nunc autem ab episcopo Atrebatense[6] et abbate Sancti Vedasti[7], iudicibus a papa delegatis, ulterius eam differre non valentibus, Atrebati data est, presentibus Willelmo Londoniensi[q], Eustacio Helyensi[r] episcopis, astante cleri[s] et populi multitudine. 1209.

Pars 13.

De lite nostra et victoria contra Alchiacenses.

Abbate Sancti Silvini Alchiacensis[t] domino Symone, monacho nostro Sancti Bertini, in abbatem de Marchienis[u] assumpto[8], subrogatus fuit in Alchiaco dominus Iohannes de Bethu- 1199.

a) mouit *A 1.* b) *suppl. sec. m. A 1.* c) professores *A 1.* d) ingine *suppl. sec. m. A 1.* e) nostre *A 1.* f) M. e. *B 1.* g) et — recepti *des. A 1.* h) libertate *A 2.* i) ɔdam *A 1.* k) *deest B 1.* l) *deest A 2.* m) mag. *A 1.* n) opt. *B 1.* o) *suppl. sec. m. A 1.* p) inādita *A 1.* q) exsecucione *A 1.* r) Wisantum *A 1.* s) refig. *B 1.* t) Illo *B 1.* u) consolatores *A 2.* v) Deo *iterum add. A 1.* w) delinquit *A 1*; dereliquit *B 1.* x) gratiasque domino *A 1.* y) nostraque *A 1.* z) thimiateriis *A 1.* a) *deest A 2.* b) *deest A 1.* c) trini *A 2.* d) XII *A 2.* e) hic *add. A 2.* f) *deest A 2.* g) *sic A 1. B 1*; factam *A 2.* h) delegatos *A 1.* i) s. c. *des. B.* k) *vacat codd.*; parte . . . *add. A 1.* l) *deest B*; B. *A 1.* m) et H. *des. B.* n) Borborch *A 1.* o) *deest A 1.* p) *deest B 1.* q) Londoniensis et *A 1.* r) Heliensi *A 1.* s) olī *A 1.* t) Alciac. *hoc loco et saepius A 1.* u) Marchianis *h. l. A 2.*

1) Immo Iohannem. 2) Cf. Will. Andr. c. 164, ubi *cum octo fratribus.* 3) A. 1207, Sept. 15; Potthast nr. 3177. 4) Nusquam de eo dictum est. 5) Posteriora duo data Nov. 20; Potthast nr. 3228. 3227. 6) Radulpho. 7) Odone. 8) Cf. Ann. March., SS. XVI, p. 615.

nia[a] monachus noster, vir honestus et sancte vite, supra capitulo Symonis secundi, parte 4[1]. Quo renunciante, Symon predictus de Marchienis ad Alchiacum iterum reassumitur. Hoc quoque Symone abbate[b] viam universe carnis ingresso, monachi[2] Alchiacenses de suo collegio abbatem sibi elegerunt. Quibus per dominum Iohannem abbatem nostrum in causam tractis et ab episcopo Morinensi excommunicatis et publice denunciatis, causa ad sedem apostolicam est delata et domino[c] G.[3] Sancte Marie in Porticu dyachono cardinali commissa. Ad veritatem inquirendam in partibus delegati sunt abbates Sancti Iohannis in Monte Morinorum, de Blangiaco[d,4] et de Longo-villari[e,5]; ubi per[f] nos probatum extitit, quod a 60 annis semper abbates Alchiacenses de gremio collegii Sancti Bertini et specialiter infra idem tempus septem abbates Alchiacenses successive sunt assumpti. Item probatum, quod hec consuetudo medio tempore fuit[g] quasi contradictorio iudicio obtenta in persona[h] cuiusdam Warini, supra capitulo Godescalci, parte 2[6]. Item eciam exhibita[i] privilegia: Pascalis pape, in quo[k] dicitur[7]: *Subrogacionem abbatis apud Alchiacum iuxta preteriti temporis [morem[l]]* in vestra concedimus semper disposicione[m] persistere;* iuxta privilegium[n] eciam Calixti pape, ubi sic habetur[8]: *Iuxta predecessoris nostri Pascalis[o] pape decretum abbatis subrogacionem penes Alchiacum non aliunde[p] quam de vestro monasterio fieri auctoritate apostolica prohibemus.*

Hac inquisicione ad curiam transmissa, dominus abbas noster Romam adiit, causam ecclesie pro viribus defensurus[9]. Inquisicione et atestacionibus[q] publicatis, propositum fuit pro parte Alchiacensium, predicta non valere. Primo, quia, licet plures abbates in Alchiaco fuerint electi de gremio Sancti Bertini, hoc libera[r] voluntate et non ex necessitate factum fuit; secundo, quod, licet consuetudinis ususque longevi non sit vilis[s] auctoritas, non tamen est[t] adeo valitura, ut racionem vincat aut legem; lex vero, id est ius, vult, ut de proprio et non de alieno collegio abbas eligatur, si tamen ydoneus[u] inveniatur in eo, sicut ista vice fecerunt Alchiacenses. Tercio, quod dici non potest ista consuetudo in contrario iudicio obtenta[v]; nam quod de[w] Warini predicti electione[x] factum fuit, pro bono pacis et extra iudicium factum fuit. Quarto, quod non obstat eis privilegium Pascalis[y] pape, scilicet ut abbas in Alchiaco sumatur de gremio Sancti Bertini secundum preteriti temporis morem, quia mos preteriti[z] temporis probandus fuisset, quem tamen Bertinienses non probaverunt. Quibus pro parte nostra responsum est: primo ad primum, quod abbates Alchiacenses de gremio Sancti Bertini electi ex necessitate electi fuerint, patet per electionem Warini iam allegati, qui de Alchiacensi collegio electus promoveri[a] non potuit, sed postea monachus Sancti Bertini professus iterum electus est et profecit; quod igitur primo[b] noluerunt[c], postea fecerunt inviti. Ad secundum, quod ecclesia Sancti Bertini est mater Alchiacensis ecclesie, in qua abbas Sancti Bertini visitat quasi in speciali filia, fratres Alchiacenses non presumuntur extraneum elegisse, cum elegerint[d] de gremio sue matris. Ad tercium, quod[e] ex predictis clare colligitur, quod in electione predicti[f] Warini non pro bono pacis, sed ex debito fuerit processum, quia plures alios postea de gremio Sancti Bertini monachi Alchiacenses elegerunt. Ad quartum, quod privilegium[g] Pascalis pape scilicet *iuxta preteriti temporis morem*[h], interpretari debet non condicionaliter, id est, 'si mos preteriti temporis ita fuit', sed causaliter, id est 'quia mos preteriti temporis ita fuit'. Et hoc patet, quia privilegium est lex privata[i], lex autem non debet esse obscura neque capciosa, sed certa et manifesta, nec esset lex privata, nisi aliquid indulgeret[k]. Cum igitur res interpretari debeat, ut valeat,

*) *A 1 hic addit perverse:* qui fuit annus Domini 1208. innovavit legem ......[l] concesserat eis dominus Leonius abbas supra capitulo ......[l]

a) Betunia *A* 1. b) *deest A* 2. c) a dom. *B* 1. d) Blanginiaco *B* 1. e) Longav. *A* 2. f) p. n. *des. A* 2. g) *deest A* 2. *B* 1. h) personā *A* 1. i) exib. *A* 2. k) *sic A* 2. *B* 1; q̃ *post corr.* q̃ *A* 1. l) *deest h. l. codd.; sic ed., charta et infra l.* 40. m) dispocione *B* 1. n) e. p. *B* 1; privilegii *A* 2. o) Papchalis *A* 1. p) *suppl. sec. m. A* 1. q) attest. *A* 1. r) libra *B* 1. s) *deest A* 2; *post superscr. B* 1. t) *deest A* 2. u) id. *A* 1 *saepius.* v) obtento *A* 2. w) in *A* 1. x) elecione *B* 1. y) p. P. *A* 1. z) pr. t. m. *B* 1. a) promovi *A* 1. b) prius *A* 2. c) vol. *A* 1. *ed.* d) elegerit *A* 1. e) ob q. *A* 1. f) W. pr. *A* 1. g) privilegia *A* 1, *ubi a e corr.* h) mortem *A* 1. i) *iam hic semel add. A* 2 *quae infra repetuntur:* nisi aliquid — pereat privilegium. k) indulgerit *A* 2. l) *spatium unius verbi vacat*

1) Intelligere videtur auctorem Vitae S. Bernardi, quem l. l. p. 816. non nominavit. 2) Abhinc quae traduntur de lite Alchiacensi plerumque ad verbum exscripta sunt ex bulla Innocentii III, quam Iohannes infra laudat, apud Baluze, Epist. Inn. II, p. 317. sqq. (Potthast, Reg. nr. 3717). 3) Gualae. 4) Richardus? 5) Walterus. 6) p. 809. 7) Apud Simonem II, 9, p. 219. Sed haec quoque ex bulla Innocentii exscripta sunt. 8) Ib. II, 49, p. 262. 9) Abbatis Romae praesentis in epist. papali non mentio fit. Ex epitaphio infra edito v. 35. hoc coniecisse videtur auctor.

quam ut pereat, privilegium Pascalis predictum intelligi debet causaliter et clare; et hoc eciam patet per privilegium Calixti[a] preallegatum, quod plene declarat pro ecclesia Sancti Bertini, cum dicit, non aliunde quam de monasterio Sancti Bertini electionem in Alchiaco faciendam. Quibus auditis, papa iudicavit pro ecclesia Sancti Bertini, sic quod, quociens[b] in Alchiaco abbatis[c] electio inminet facienda, Alchiacenses monachi de cenobio Sancti Bertini personam ydoneam sibi eligant in abbatem; ita videlicet, ut tamdiu monasterium Sancti Bertini debeat hac[d] honoris prerogativa gaudere, donec in eo viguerit observancia regularis et ydonee persone inveniantur in eo qui possint in abbates[e] assumi. De hac sentencia bullas nobis papa concessit[1], que postea[f] per Gregorium papam nonum[g] redacte sunt in libro decretalium, titulo *De verborum significacionibus*, capitulo *Abbate Sancti Silvini* et[h] cet. Datum anno Domini 1209. Item dominus abbas noster tunc privilegium impetravit, quo papa prohibet prebendas monachales et beneficia non vacancia conferre [nec[i] pensiones[k] pro eisdem alicui assignare]. Datum anno[l] Domini 1209. Item privilegium, ne pro benedictione abbatis nostri episcopo, archidiacono seu capitulo cappam sericam, palefridum[m], pastum et hiis similia seu aliam consuetudinem persolvere teneamur, alias possimus[o] ad alium quemcunque[p] catholicum antistitem nos transferre. Item aliud, in quo confirmat nobis terragium de Flechinel[q, 2] et terras quas ab[r] R. de Alneto et G. de Clusa habemus, que 4 [privilegia[s]] sunt eiusdem date[3] pontificatus domini[t] Innocencii pape anno 13, qui fuit annus Domini 1209. Que privilegia dominus abbas noster de Roma rediens exsequcioni[u] demandavit. 1209. Hoc facto, Alchiacenses elegerunt de gremio huius ecclesie virum prudentem dominum Iohannem Allardi[v], qui eos[w] strennue rexit annis 44, et pre senectute visum amisit et resignavit. Post quem elegerunt dominum Willelmum de Niles[x], monachum nostrum, virum valde religiosum[y].

De imperio Otthonis quarti et eius expulsione ab imperio.

Mortuo imperatore Henrico VI, principes elegerunt una pars Otthonem, filium Henrici ducis Saxonum, nepotem regis Anglie, alia pars Philippum Swavorum[z] ducem. Cui Philippo Innocencius papa fortiter adversabatur propter fratrem eius Henricum imperatorem predictum[a], quem papa excommunicaverat, quia contra ecclesiam multam exercuerat tyrannidem[b], et Otthoni fortiter adhesit. [Mart. Cont. Aquic. Mart] De hac adhesione et Philippi Swavorum[c] ducis reprobacione mencionem facit illa[d] decretalis: *Venerabilem*, Extra. *De electione* in antiquis, ibi[e] vide, si vis. Tandem pace[f] reformata inter Philippum et Otthonem, Philippus predictus a landgravio[g] Thuringie[4] dolose perimitur, et sic optinuit Ottho, et Aquisgrani in regem Alemannie ac postea Rome in imperatorem per Innocencium papam coronatur anno Domini 1209. Qui statim accepta corona contra ecclesiam rebellavit; propter quod illum papa excommunicavit. Quarto anno sui imperii principes elegerunt Federicum regem Apulie in imperatorem, qui in Alemanniam[h] transiens, contra Otthonem mirifice triumphavit. [ib] Sub hoc Otthone quidam miles Anglicus nomine Gervasius[i] Tholesberiensis[k] marescallus[l] eius fuit in regno Arelatensi, qui ad ipsum Otthonem libellum satis gratum composuit de mirabilibus mundi[5]. Iste est Ottho[m] IIII, qui postea cum Ferrando[n] Flandrie comite contra regem Francie Philippum in Bovinis[o] pugnavit, infra e[odem], parte [16[p]].

Pars 14[q].

De tribulacione[r] huius patrie et huius ecclesie per[s] Reginaldum de Dompno-Martino et Arnoldum[t] comitem Ghisnarum.

Reginaldus[u] de Dompno-Martino comes[v] Boloniensis, post regis contra eum indignacionem reconciliatus[w], Ghisnarum[x] comiti invidens propter aliqua castra seu[y] fortalicia, que ipse Ghisnensis comes edificare ceperat, regem Francie contra eum incitavit. Rex vero cum excer- [Will Andr c 179.]

a) Calixsti *A* 1. — prealeg. *A* 1. b) cociens *A* 1. c) inm. abb. el. *B* 1. d) hoc *B* 1. e) abbatem *A* 2. f) posta *B* 1. g) novum *A* 1 *(post suppl.)*. 2. h) et c. *des. B* 1. i) *des. B* 1. k) *suppl. sec. m. A* 1. l) a. D. *des. A* 1. m) peralefridum *B* 1; p̄alefridum *A* 1. n) *erasum B* 1. o) possumus *B* 1. p) quemlibet *A* 2. q) Flechines *A* 1. r) b *erasum B* 1. s) *deest A* 2. *B* 1. t) *deest A* 1. u) exsecuc. *A* 1. v) Alardi *A* 1. w) eam *A* 1. x) Nieles *A* 1. y) reliliosum *A* 1. z) Swanorum *suppl. sec. m. A* 1. a) *alia m. in loco raso B* 1. b) tir. *A* 1. c) Swāorum *suppl. sec. m. A* 1. d) 1a (prima) d. *suppl. sec. m. A* 1. e) ubi *A* 1. f) sub p. *A* 1. g) langravio *suppl. sec. m. A* 1. h) Alemannia *B* 1. i) *suppl. sec. m. A* 1. k) Thelesb. *A* 1. l) marescalinus *A* 1. m) Othonus *A* 1, *ubi* IIII. *deest.* n) Ferando *h. l. B* 1. o) Bonis *suppl. sec. m. A* 1. p) *deest A* 1. q) XIII. *male codd., eundem errorem v. iam supra in Indice cap. p.* 754. r) turbatione *A* 2. s) per — Ghisn. *des. A* 1. t) *deest A* 2. u) Rein. *A* 1. v) Bol. c. *A* 2. w) reconsiliatur *B* 1. x) Gisn. *suppl. sec. m. A* 1; Ghysn. *saepe A* 2. y) se *A* 2.

1) Potthast, Reg. nr. 3717. 3718. 2) Flechinelle, praef. St. Omer. 3) Posteriora tria a. 1211 (non 1209), Ian. 31; Potthast nr. 4175—4177. 4) Hoc nomen male inseruit auctor seductus falso titulo apud Mart. 5) Liber etiam Otia imperialia vel Solatium imperatoris inscribitur; editus a Leibnitio, SS. rer. Brunsv. I, p. 881 sqq., II, p. 751. sqq. Quae de Gervasio tradit ex praefatione libri sumsit.

Will Andr. citu potentissimo ad partes Ghisnarum accessit, castellum apud Bonham[a], quod idem comes pecuniis regis Anglie construxerat, funditus evertit. In aliis castellis[b] Sangate[c], Collewide et ......[d, 1] custodiam tutam posuit, et sic in Franciam rediit anno Domini 1209. Tunc illi, qui in dictis castellis a rege positi fuerant, patriam graviter infestant, predas agentes[e] et multa[f] mala patrantes, dicentes eciam[g] publice, quod non ad bonum, sed ad nocendum ibi positi fuerant. Quod hanc ecclesiam nostram in terra illa bene dotatam dampnificavit in inmensum. Eo tempore Arnoldus comes Ghisnarum in sua Ghisnensi terra sic molestatus, ad bona nostra territorii de Bourborgh[h], cuius ipse tunc castellanus erat, voluit apponere manus, et domino abbate nostro Iohanne[i] pro posse resistente[k], Balduinus, eiusdem comitis[l] patruus, preconum vocibus palam per castellaniam proclamari fecit, ut, si quis sibi vellet amicicia[m] iungi, nullatenus presumeret colligere decimas Sancti Bertini; unde contigit[n], ut conversi nostri et eorum familiares per curtes nostras et nichilominus[o] claustrales monachi nostri plures cum necessariis ad decimam colligendam de precepto domini abbatis illuc irent. Ipse quoque abbas per 12 dies apud magnam grangiam[p] moram faciens, continue aurigare et fructus ad grangiam[p] deducere non cessavit, quia patriote[q] prohibiti[r] hoc facere non audebant.

1209.

De quadam pace inter nos et illos de Claromarisco.

Altercacio gravis inter nos et illos de Claromarisco pro quarundam terrarum decimis, quas ipsi excollebant[s] apud Enna[t] et Heuchin[u], et aliis rebus pluribus post multos labores et expensas nunc Deo propicio ad bonum pacis et concordie est reducta, prout plenius habetur in litteris super hoc confectis, quas hic[v] ab eis sigillatas penes nos habemus, que sic incipiunt: *Ego Lambertus dictus abbas* et cet. *Datum anno*[w] *Domini* 1210[2].

1210.

De expulcione[x] Reginaldi comitis Bolonie[y] et crucis signatione contra Albigenses et Sarracenos.

Will. Andr. c. 181. Reginaldus[y] de Dompno-Martino comes Bolonie per regem iterum de terra fugatur pro[z] multiplici prodicione sibi imposita, unde nec se purgavit, nec forte purgare potuit, et quinque comitatibus privatur. Qui ad Otthonem imperatorem et deinde ad regem Anglie transiens, cum eis contra regem Francie fedus iniit et utrumque contra regem Francie aduxit[a] anno Domini 1211. (1211. Cron. de Fl. c. 11.) In[3] festo pentecostes Philippus rex Francie, curia Compendio congregata, filium suum Ludovicum militari baltheo decoravit; qui[4] miles ordinatus, Robertum et Petrum comitis Drocarum filios milites fecit. Quo festo peracto, plures nobilium contra Albigenses[b] perrexerunt. (1212. Cont. Berg.) Anno sequenti ad Christi nomen, si fieri posset, extinguendum[c] Miramol de Affrica, id est eorum summus[d] princeps, cum innumerabili Sarracenorum multitudine per mare quod Strictum Marchii vocatur in Hyspaniam transiit; quod mare trium leugarum[e] latitudinis[f] propter sui excercitus multitudinem vix transire potuerunt in 15 diebus. (ib.) Et statim iussu regis sui omnes naves suas destruxerunt, tam secure de sua victoria sperantes. (Will. Andr. c. 188.) Eo tempore crux Domini predicatur, et magna multitudo de Francia, Flandria et Alemannia[g] cruce signantur. Quorum aliqui ad Terram Sanctam transfretarunt[h], alii contra Albigenses cruces ferentes in pectore perrexerunt, (Cron. de Fl.) civitatem Bitteris vi armorum, civibus omnibus interfectis, et Carcasonam[i] per dedicionem acceperunt. Alii vero ad Hyspanias profecti et Hyspanis iuncti contra Sarracenos mirabilia sunt operati; nam eorum Miramol cum paucis, qui sibi de tanta[k] multitudine remanserant, in patriam suam confusus est recedere[l] coactus. Et dum ad Dei graciam impetrandam contra infideles tunc processiones per Franciam fierent, cuidam pastorello in dyochesi Carnotensi venit in mentem, ut iret ad processionem, et ivit. Rediens invenit oves suas segetes prope depascantes[m], que sibi eas abigere volenti genua flexerunt quasi veniam petentes. Quod cum in vulgus delatum esset, nimio eum affectu venerati sunt. Ad quem in brevi tempore (Will. Andr. c. 189.) de omni parte regni infinita milia confluxere parvulorum, nullo penitus dictante[n] vel inpellente[o]. Qui requisiti, quo vellent ire, quasi uno spiritu omnes edocti responderunt: 'Ad Deum'.

Eodem anno ad laudem et gloriam Ihesu Christi et sue gloriosissime matris in Bolonia supra[p] mare plurima fiunt miracula, magnusque populi confluxus ex omni parte regni. Et inde ortum habuit peregrinacio ad beatam Mariam in Bolonia, que adhuc est.

a) Boloniam *suppl. sec. m.* *A* 1. b) castris *A* 2. c) Santghaete *A* 2. d) *vacat A;* et *deest B* 1. e) ad gentes *A* 1. f) mala multa *A* 1. g) et *add.* *A* 1. h) Borborch *A* 1. i) *deest A* 2. k) *in marg. post suppl. B* 1. l) *deest A* 1. m) aiusticia *A* 1; amicia *B* 1. n) contingit *A* 2. o) nichillom. *A* 2. p) grandiam *A* 1. q) *suppl. sec. m.* *A* 1. r) *deest A* 2. s) excoleb. *A* 1. t) lēna *A* 1. u) Heucin *A* 1. v) *deest A* 1. w) a. D. *des.* *A* 1. x) expuls. *A* 1. y) Rein. *A* 1. z) p *A* 1. a) adduxit. Anno *distinguit A* 1. b) Abbig. *B* 1. c) *suppl. sec. m.* *A* 1. d) sommus *A* 1. e) levigarum *A* 1. f) latitudo *B* 1. g) Alam. *A* 1. h) transfretantur *B* 1. i) Carcass. *A* 1. k) s. deteuta *A* 1. l) redere *A* 1. m) depascentes *A* 1; devastantes *A* 2; depastantes *B* 1. n) ductante *A* 2. o) impellēt *A* 1. p) apud *A* 2.

1) *Rolinhove* addit Will. Andr., quod Iohanni ut et nobis ignotum fuisse videtur; v. SS. XXIV, p. 748. n. 5. 2) V. quae de hac re Laplane in 'Mémoires de la société des ant. de la Morinie' XI, p. 365. nr. 43. affert ex Bertini de Wissery hist. Claromarisc.; et cf. ib. chartam nr. 41. 3) 'Cron. de Flandres' recte in a. 1209. haec collocat. 4) *et furent chevalier nouviel li doy enfant du conte de Dreux Robert et Pierre* tantum dicit 'Cron. de Flandr.'

Pars 15.

De matrimonio Ferrandi et Iohanne heredis Flandrie.

1212.

Anno Domini 1212. Mathildis regina, Philippi Flandrie comitis vidua, Ferrando, regis Portugalie filio, nepoti suo, Iohannam heredem Flandrie, Balduini Flandrie et Hannonie comitis et Constantinopolitani imperatoris dudum filiam, matrimonio copulari procuravit. Qui statim Flandriam nactus, propter villas Audomarensem et[a] Ariensem contra Francorum regem guerram movit permaximam. (Will. Andr c. 190. et Cron de Fl)

1213.

Anno sequenti, id est 1213, controversia diu agitata inter hanc ecclesiam et cives Audomarenses super quibusdam paludibus per inclusionem Mere sopita est et ad bonum pacis reducta, sic ut annis[b] singulis nobis a villa Sancti Audomari solventur[c] 10 libre; unde litteras ville sigillatas penes nos habemus datas anno[d] Domini 1213. Que postea correcte[e] sunt per alias tempore Roberti comitis Artesiensis[f], infra capitulo Eustacii[1], parte. . .

De revocacione exilii monachorum Cantuariensium.

Eodem itidem tempore monachi Cantuarienses anno fere sexto sui exilii completo, propiciante Domino, per dominum cardinalem Pandulphum[g] apostolice sedis legatum pacificati sunt, et concordia inter regem Anglie et eos firmata est, et rex Anglie eos ad pacem et concordiam recepit et in sua restituit; causa vero, forma sive modus, quare et quomodo restituti fuerunt, hic statim subsequitur.

De commotione[h] regis Francie contra regem Anglie, et[i] quod sua arma convertit contra Ferrandum comitem Flandrie, et quomodo monachi Cantuarienses fuerunt ab exilio revocati.

Iohanne Anglorum rege in sua duricia perseverante[k], rex Francorum Philippus Innocencii pape connivencia nactus occasionem[l] pro multis iniuriis sibi per hunc regem[m] Anglie et predecessores eius Richardum et Iohannem[2] illatis, coram regni sui proceribus declaravit suum esse propositum Angliam conquirendi, precipiens, ut omnes in armis secum eant, solo Ferrando Flandrie comite dicente, quod non iret, nisi sibi[n] reddantur ville Ariensis et Audomarensis, quas Ludovicus, regis filius, abstulerat ab eo. Rex respondit, quod filius suus[3] villas istas hereditario iure de parte matris sue provenientes[o.4] tenebat; sed quia Balduino comiti eas obsidione destringenti reddite fuerant, rex sibi obtulit recompensacionem per concambium fieri iudicio proborum; et quia Ferrandus recompensari noluit, rex indignans Ferrandum odio magno collegit et dietam super hoc eidem assignavit in Arkas villa nostra prope Sanctum Audomarum. Rex igitur potentem excercitum per terram Ghisnarum, navigium quoque permaximum in hanc nostram maritimam deduci fecit, ipseque in Arkas venit, ubi die statuta Ferrandus coram rege comparuit; sed rex dietam prorogans, eam in Gravelingas[p] reposuit, addens, ut in armis omnino paratus ibidem adesset cum eo in Angliam transiturus; quod si non fecerit, ipsum ab illa die inantea diffidiavit[q]. (Cron. de Fl. c 11. — Will Andr. c 191. Cron. de Fl.) Dum sic res aguntur, timens rex Anglie, cardinalem Pandulphum tunc apostolice sedis in Anglia legatum ad se vocans, consilium ab eo requirit. Qui regem ipsum fortiter arguens, dixit, eum hec iuste pati, regem scilicet arrogantem, contra ius et racionis ordinem, voluntatis sue passionibus agitatum, omnia pro libito quasi licita perpetrantem; ostendens eciam[r], quomodo ecclesias iuribus suis et possessionibus exheredabat, Cantuariense collegium, archiepiscopum, suffraganeos et plures de clero pulsos exilio per Franciam mendicare cogebat; et propter hoc iam fere sex annis excommunicacionis et interdicti sentenciis involutus, nec Deum verebatur nec hominem; quin eciam, quod amplius et a malo est, dominum suum papam, sedem apostolicam eiusque mandata atque sentencias contempnens, nichili[s] pendebat, cui tamen rex ipse et Anglia sua tota nedum in spiritualibus, sed eciam in temporalibus subest et subesse tenetur ex dono Constantini, qui omnes insulas domino pape subiecit, qui nichilominus dominus erat Britannie et rex ex parte matris, qui se et regnum suum subicere poterat, eciamsi imperator non fuisset; tum ex submissione Alvredi regis Anglorum, qui se et regnum suum pape censualem dedit, supra capitulo Adalardi, parte 2[t.5]; quare non mirum esse dicebat, si totus in eum mondus[u] insurgat; sed convertatur et se corrigat, Cantuarienses exules revocans in sua reponat, curie Romane debitum recongnoscat[v] et arriragia solvat, ut mereatur absolvi; quod si fecerit, cardinalis ipse regem Francorum adibit[w] et ei Angliam intrare prohibebit.

Igitur Iohannes rex Anglie non tam devocione motus quam timore Francorum, Cantuarienses exules, Stephanum scilicet archiepiscopum cum suis suffraganeis[x] et venerabili

a) *deest* *A* 1. b) s. a. *A* 2. c) *sic* *A* 2. *B* 1; solverentur *A* 1. d) a. D. *des* *A* 1. e) corecte *B* 1. f) Arthes. *A* 1. g) Phandulfum *B* 1. h) convacatione *A* 1. i) et — revocati *des.* *A* 1. k) perseveirante *A* 1. l) occasione *B* 1. m) A. r. *A* 1. n) *superscr.* *B* 1. o) proveniente *A* 1. p) Gravelinghes *A* 1. q) diffidavit *A* 1. r) *deest* *A* 1. s) n. p. *des., spatio vacuo rel.* *A* 1. t) *erasum* *A* 1. u) mundus *A* 1. v) recogn. *A* 1. w) adhibit *A* 1. x) suffraneis *A* 1.

1) i. e. 54. abbatis, in cuius initio hic liber desinit. 2) De hoc sermo est. 3) Sic editio a. 1581. p. 28: *que Loys, son fils,* et postea: *que son fils les tiendroit comme son héritage;* aliter editio Kervyni: *que li roys Loys, ses pères, ly avoit tollis. Li roys lui respondi qu'il le tenroit comme son héritage.* 4) V. supra. p. 819. 5) Ibi ex Mart. p. 428.

conventu, honorifice revocavit et ecclesie Romane cuncta, prout superius enarata[a] sunt, repromittit. Tunc cardinalis ad regem Francie transfretans ad Gravelingas, auctoritate domini pape prohibuit, ne regnum Anglie ecclesie subiectum invaderet. Rex autem Francorum, qui ad Angliam invadendam auctoritate curie Romane fuerat animatus, audita curie prohibicione, mutatoque consilio, in Ferrandum et Flamingos sua[b] arma convertit. Redeunte cardinale, Iohannes rex Anglorum se et regnum suum cum regno Ybernie domino pape perpetuo tributarium obligavit, et inde a se et suis heredibus annuatim ecclesie Romane persolvi constituit mille marchas argenti; quod multis Anglorum displicuit, quia regnum suum, quod liberum[c] invenerat, ancillavit[d].

Erat illo tempore in[e] Anglia homo quidam[f] simplex et fidelis, qui prophetaverat, hunc regem Iohannem ultra annum minime regnaturum; quem propter hoc rex per vias et semitas equis indomitis trahi fecit et postea suspendi; quod multis videbatur iniustum, cum rex veraciter et proprie regnare non censeatur, qui servit alteri sub tributo.

Eodem eciam anno Adam Parisiensis archidiachonus in episcopum Morinensem eligitur et consecratur; ducemque Brachancie[1] in occisione 4000 hominum vel eo amplius episcopus Leodiensis[2] confecit.

Pars 16.[g]

De guerra regis Francorum contra Ferrandum[h] et Flamingos.

Francorum rex ab ingressu Anglie prohibitus, contra Ferrandum Flandrie comitem, qui ad eius mandatum venire contempserat et ad eius terram Flandrensem totum pondus belli convertens, navigium suum misit ad villam Dam, ipse vero per terram accessit Yppram, ubi Ferrandus comes advenit, ut regis animum mitigaret; sed rex indignans, eum a se reiecit[i] et Flandriam exire precepit. Ferrandus recedens[k], ad regem Anglie pro confederacione misit, quam[l] libenter suscepit[3]. Statimque villa Yppensis[m] se regi reddidit. Inde rex Brugis adiit et per dedicionem accepit, similiter et Gandavum, et obsides utrobique recepit. Ibi Henricus dux Lovanii[n], qui filiam regis habebat uxorem, ad eum venit et a rege honorifice recipitur. Interim Ferrandus comes Flandrie et Reginaldus[o] comes Bolonie cum gente regis Anglorum navigium regis, quod fuit apud Dam, combusserunt, et magnis thesauris spoliatis[p], et inde ad Walkaram[q] Zelandie insulam cum preda se receperunt; sicque rex filio suo Ludovico cum multo comitatu in Insula[r] dimisso, rediit in Franciam. Ludovicus autem post patris abcessum de Insula Curtracum petit, contra[4] quem Curtracenses ad pugnam exierunt; sed Ludovicus victoria potitus, vi armorum Curtracum intravit, et eam totam incendens[s], festinanter ad Insulam rediit; quia Ferrandus, qui iam post regis abcessum[t] Brugis et Gandavum acceperat, super eum cum[u] magna potencia venit; sed non invento Ludovico, Yppram adiit, que sibi statim reddita fuit. Ludovicus autem post patrem in Franciam rediit. Post[v] hoc paucis diebus Ferrandus comes Tornacum cepit, muris eius in parte dirutis, et[w] confestim Insula sibi reddita fuit; sed satis cito post rege Francorum propter hoc in[5] Flandriam redeunte, Insulam totam combussit; filius tamen eius ultra procedens Balliolum incendit; ubi ignis sic acriter invaluit, quod ipsemet regis filius et eius obtimates, gentibus, curribus et ignibus intercepti, vix evaserunt; incensa tandem Steenford[x], Hazebrouc et valle Casleti[6], in Franciam redierunt. Deinde Ferrandus, iuncto[y] sibi Reginaldo comite Bolonie, terram Ghisnensem rapinis[d], cedibus et incendio graviter infestant. Castella de Sangate et Collewide[z] prosternunt; Beatricem comitissam Ghisnensem in castello Ghisnarum inclusam cognati[a] sui Flandrenses secum abduxerunt in Flandriam; sed Anglici illius exercitus castellum Ghisnense combusserunt in ulcionem, quia ibidem longo[b] tempore pedagium solvere cogebantur. Villa vero de Ardea abbates Andrensis et Capellensis ne combureretur[c] precio ducentarum quinquaginta librarum redimi procuraverunt.

1214.

De victoria regis[d] in Pictavia.

Anno Domini 1214. Iohannes rex Anglie cum magno excercitu Pictaviam intrat[e], et ante civitatem Namnetensem[e*] contra Robertum, filium comitis Drocarum, bello congressus, eum cepit; inde castrum quod Rupis-monachi nominatur obsedit; contra quem rex Francie filium suum primogenitum Ludovicum misit cum marescallo et milicia multa. Qui in regem Anglie potenter et subito, licet cum paucioribus, irruit et[f] regem Anglie cum suis omnibus in fugam agens, spolia eius diripuit.

De bello regis Francorum contra Ferrandum Flandrie comitem et victoria dicti regis.

Interim Ferrandus Flandrie comes et Reginaldus comes Bolonie Otthonem[g] imperatorem contra regem Francie in Flandriam attrahunt[h]. Iste est Ottho quartus, quem Innocencius papa promoverat, supra[i] e[odem], parte [13[i]], sed nunc, quia fidelitatem ecclesie non servaverat, ab eodem papa excommunicatus et reprobatus fuit, et in[i] eius loco Federicus rex Apulie subrogatus. Erant cum Otthone et excercitu suo Henricus Lovanii[e*] et Galaramnus[k] de Lembourgh[l] duces comitesque Ferrandus Flandrie, Reginaldus Bolonie, palatinus de Rheno[m.7], comes Regemburgensis[e*.8], custos corporis imperatoris, Bernardus de Costinale[n.9] et Conradus Cremonensis[10], Guillelmus Longa-spata locum tenens regis

a) enarrat[9] *A* 1. b) suos *A* 1. c) librum *B* 1. d) *deest, spatio vacuo relicto A* 1. e) *post superscr. A* 1. f) *deest A* 1. g) xv. *B* 1. h) Flandrie comitem *add. A* 1. i) regecit *A* 1. k) *deest A* 1. l) quem *A* 1. m) Yppr. *h. l. A* 1. n) *deest, spatio vacuo relicto A* 1. o) Rein. *A* 1. p) spoliaverunt *A* 1. q) Walcram *A* 1. r) sua *A* 1. s) incendit *A* 1. t) absessum *h. l. B* 1. u) *deest B*. v) Paucis post h. *A* 1. w) et c *bis scr., alt. del. B* 1. x) Steenfort *A* 1. — Haseborc *A* 1. y) ioncto *A* 1. z) Cellewide *A* 1. a) cōgn. *A* 1. b) logo *B* 1. c) combureretur *B* 1. d) Francie *add. A* 1. e) intravit *A* 1. e*) *deest, spatio vacuo relicto A* 1. f) in *A* 1. g) Othon. *saepius A* 1. h) atrahunt *A* 1. i) *deest A* 1. k) Galeranus *A* 1. l) Lemborch *A* 1; Lōbōgh *B* 1. m) Rehno *B* 1; *deest spatio vac. rel. A* 1. n) Costivale *A* 1.

1) Heinricum I. 2) Hugo. — In proelio Steppensi. 3) Cf. 'Cron. de Fl.' p. 109. 4) *Mais il y trouva encontre* ib. 5) *in Fl. red.* ex 'Cron. de Fl.' p. 109: *puis s'en revint en Flandre et vint à Lille.* 6) Ex eadem. 7) *uns contes d'Alemaigne que on apeloit le contes Pelu du Rin* 'Cron. de Fl.' p. 116. 8) *de Requeborc* 'Cron. de Fl.' corrupte pro Teklenburg. 9) *d'Ostemale* 'Cron. de Fl.' 10) *de Cremoingne* 'Cron. de Fl.' corrupte pro Tremonia (Dortmund).

Cron de Fl Will. Andr c. 195

Anglie, fratris sui, Iohannes, filius Hugonis[1], Hugoque de Bovis[a] et alii plures, Flamingi quoque cum comitatibus[b] suis, et iuxta castrum quod dicitur Mortaigne[c] suum locavit excercitum. Rex Francorum, audito de hac eorum conspiracione, filio suo Ludovico, ut [iam[d]] premittitur, in Pictavia contra regem Anglie viriliter agente, sumpto[e] excercitu de Francia, Picardia, Campania atque Burgundia, quasi extra regni sui terminos venit ad pontem de Bovinis[f], fueruntque[g] cum eo Eudo Burgundie et Henricus Barensis[h] duces comitesque[i] de Sancto Paulo, de Grandi-prato, de Bello-monte, Pontivensis, Ghisnensis[k], Suessionensis, Guillelmus de Meleduno[f], Ingelramnus de Couchi et duo fratres eius, Guillelmus de Barris, Matheus de Monte-morencio et alii plures. Rex igitur videns prope imperatorem et numerositate excercitus imparem[2], caute se[l] versus Insulam retraxit; iam pars excercitus sui rivum[m] transierat Bovini pontis[3], et tentoria figere[f] ceperant[n,4], et ecce[o] imperator ex hac retractione spe vana concepta, regem festinans sed male cautus insequitur, ducem Burgundie, qui postremo custodiam observabat, fortiter urgens. Quod cum dux regi mandasset et inimicos [dissolute[p] et] male cautos incedere, rex, ordinato excercitu, densatis turmis strictisque lanceis et ensibus in imperatorem acer invehitur, et aciebus interscalantibus[q], utrimque dirissima pugna, sed non longa[r] conseritur; nam statim imperator terga dedit, et invictissimo regi victoria cessit. Capti fuerunt in hoc prelio comes Flandrie Ferrandus et positus in turri de Lupara Parisius, comes Bolonie Reginaldus[s] de Dompno-Martino et positus in turri de[t] Parona; de gente imperatoris capti comes palatinus de Rheno[u], Bernardus de Costinale et Conradus Cremonensis; de Anglicis Guillelmus de Longa-spata, frater regis Anglie et comes Salisberiensis; de gente vero Ferrandi senescallus[v] eius Herlinus de Wavrino[w] eadem die miles effectus et tres filii sui, Arnoldus[5] de Aldenarda, Willelmus[6] de Bethunia, Gualterus[x] de Gistella[y], Philippus et Petrus de Maldinghem[7] et alii quasi innumerabiles de minori milicia cuiusque nacionis. Hugo autem[z] de Avesnis[8] fuga lapsus, dum cum regis Anglie thesauro ad Angliam tendit, extra portum Sandwici submersus fuit; unde rex Anglie graviter indoluit, quia idem Hugo amore regis Anglie de Francia banitus[a] fuit. Post hoc datis treugis inter reges Francie et Anglie, datum est nobis in hac patria spacium respirandi post tot dampna, molestias et labores; unde non inmerito scribitur in titulo huius domini Iohannis abbatis nostri[9]:

(Cron de Fl. — Will Andr c 195 — Cron de Fl)

Flandria bellis, regna procellis huic[b] nocuerunt.
Bella, procelle cedere stelle non timuerunt.

. . . . [10]

Pars 17[c].

De consilio[d] per Innocencium papam tercium[z] Rome celebrato.

Will. Andr. 1215.

Anno Domini 1215. Federicus rex[e] Apulie Aquisgrani coronatur et cruce signatur. Multi eciam de Francia, Flandria, Saxonia, Frisia, visis quibusdam, cruce signantur. In Frisia namque predicante quodam magistro Olivero[11], cum ibidem fuissent utriusque sexus innumeri, vise sunt tres cruces in celo, una ad oriens, alia[f] ad occidens, quas quidem omnes clare viderunt; tercia vero ad meridiem cum ymagine Crucifixi, quam pauci viderunt.

Mart Paparum. Will Andr c. 200

Hoc[g] anno Rome in ecclesia Lateranensi generale consilium celebratum fuit[h] ab Innocencio papa III, ubi pro subsidio Terre Sancte atque statu universalis ecclesie multa sunt utilia constituta. In hoc consilio fuerunt patriarche duo, Constantinopolitanus et Ierosolimitanus; Antiochenus[i] infirmus pro se misit episcopum Anteradensem, Alexandrinus sub iugo Sarracenorum oppressus fecit quod potuit et misit dyachonum germanum suum; primates et archiepiscopi 70, episcopi 412, aliorum prelatorum, abbatum et[k] priorum ultra 730; somma prelatorum [in[l] hoc consilio] presencium 1215. Nonciorum imperatorum Romani et Constantinopolis, regum quoque [et[l] aliorum] principum, civitatum et locorum ingens affuit multitudo, de procuratoribus[m] capitulorum et collegiorum non fuit certus numerus conprehensus. In hoc consilio lecte fuerunt epistole Otthonis imperatoris[z] quarti, sed excommunicati, ad sanctum consilium destinate, quibus humiliter petebat absolvi; sed multis ibi racionibus ostensum est tam a domino papa quam a marchione Montis-ferrati[12], quod absolvi non deberet[13]. In hoc eciam consilio dampnati sunt libri abbatis Ioachim, sed non persona, de quo habetur supra e[odem], parte [4[!]][14]. Primo die huius consilii in ingressu ecclesie Lateranensis[n] con-

(Mart. Will Andr)

a) Bonis *B* 1; *deest spatio vac. rel. A* 1. b) communitatibus *A* 1. c) Mortage *B* 1. d) *deest B.* e) sompto *A* 1. f) *deest spatio vacuo relicto A* 1. g) que *deest A* 1. h) Barrensis *A* 1. i) c. quoque *A* 1. k) Gisn. *hoc loco B* 1. l) c. reversus *A* 1. m) rinum *A* 1. n) ceperat *A* 1. o) Otho *A* 1. p) d. et *des. B.* q) *sic. codd.* r) longua *A* 1. s) Rein. *A* 1. t) da *A* 1. u) heno *A* 1. v) senescalus *A* 1. w) Wanrino *A* 1. x) Galt. *A* 1. y) Ghistela *A* 1. z) *deest A* 1. a) bannitus *A* 1. b) hinc *B* 1 *h. l.* c) XVI. *B* 1; *A* 1 *hic ponit rubram:* De coronatione Federici regis Apulie; *alia inscriptione infra posita.* d) conc. *h. l. A* 1. e) res *A* 1. f) et al. *A* 1. g) *ante haec ponit A* 1 *rubram suprascriptam.* h) est *A* 1. i) Anthioc. *A* 1. k) *deest B.* l) *des. B.* m) procuracionibus *B* 1. n) Lateranensi *A* 1.

1) scil. de Bovis, ut addit 'Cron. de Flandres', quem statim ex Willelmo Andr. supplevit auctor. 2) *multo plures erant numero* dicit Will. Andr. c. 195. 3) Sic Willelmus Britto p. 94. 95. Iohannes hic Guillelmi de Nang. 'Chron. abr.' et 'Cron. de Fl.' concinnasse videtur. 4) Haec dicit 'Cron. de Fl.' de exercitu imperatoris. 5) Hunc tribuit 'Cron. de Flandres' exercitui imperatoris, sed noster inter Flandrenses eum ponit, quia illa addit, *qui Flamens estoit.* 6) *Robers* 'Cron. de Fl.' 7) *Philippes de Maldeghem, Pierre de Maisnil* 'Cron. de Fl.' 8) *de Bove* Will. 9) V. infra epitaphium v. 30. 31. 10) Omissa sumta ex Mirac. S. Bert. II, 29. 11) Cf. Oliveri Hist. Damiat. c. 6, quem exscripsit Mar. San. III, 11, 6. 12) Bonifacio II. 13) Cf. Ryccard. a S. Germ., SS. XIX, p. 338. 14) Melius parte 8, p. 822.

culcatus fuit pedibus episcopus Amalfitanus[1], secunda die archiepiscopus unus, tercia die lecte fuerunt constituciones[a] ibidem edite; et sic apostolica benedictione[b] percepta, solutum est sanctum consilium.

Quomodo Ludovicus, filius regis Francie, regnum Anglie sibi acquirere voluit.

Post hec duo bella permaxima per regem in Bovinis et per Ludovicum [filium[c] eius] in Pictavia, supra e[odem], parte proxima, rex Anglie Iohannes in Angliam rediens, a baronibus suis tollere voluit libertates eis a predecessoribus suis concessas; unde magna est orta discordia inter ipsos. Et primo quidem baronibus prevalentibus, rex ad tempus est cedere coactus. Vocatis igitur rex auxiliis de Flandria et Brachancia[d], barones suos subegit et multa pro suo libito super eos exercuit anno Domini 1215[2]. Quare barones sic afflicti duos comites Harfordensem et[e] Vintoniensem ad regem Francie miserunt, rogantes, ut in Angliam veniat et illud sibi regnum assumat, promittentes illud se sibi tradituros. Quibus rex Francie respondit, se regnum habere bonum et terram satis, nec plus acquirere velle. Quod audiens, filius eius Ludovicus comes Artesii obtulit[f] se iturum. Cui pater ait, se de hoc nunquam venturum ad finem optatum, nec Anglicos promissa servaturos. Nil obstante, Ludovicus cum Anglicis[g] fedus iniit, prius tamen nobilium Anglicorum filiis in obsides sibi datis. Quo facto, Ludovicus premisit Anglicis in auxilium castellanos Audomarensem, Atrebatensem et de Baumes[h] Hugonemque[i] Tachon, viros strennuissimos cum 160 militibus et[k] sex milibus pugnatorum, qui Londoniam ab Anglicis sunt honestissime[l] suscepti.

Anno sequente Yda[m] Bolonie comitissa, uxor Reginaldi de Dompno-Martino, qui Bovinis captus in carcere Parone finem vite pocius[n] expectabat quam liberacionem, in Flandriis obiit et in Bolonia sepulta fuit[o], filiam unicam et heredem, quam ex Reginaldo predicto susceperat, post se relinquens, nomine Mathildem, quam rex Francie dedit uxorem filio suo Philippo per papam legitimato[p], supra e[odem], parte [8[q]]. Qui comes effectus Boloniensis, castrum Calesii fieri fecit. Hunc Bolonienses vocant[r] Philippum Hirsutum, vulgaliter[s] le Hyrechiet[t.3].

Henricus imperator Constantinopolitanus, qui fratri suo Balduino Flandrie comiti successit in eodem imperio, supra e[odem], parte [11[q]], ab uxore propria intoxicatus obiit; cui successit soror sua et maritus eius Petrus Autisiodorensis[u] comes

Eademque[v] estate dominus Ludovicus, Francorum regis filius sepedictus[w], Calesium venit cum manu valida, et in Tanathos insulam applicuit[x] crastino ascencionis Domini anno[o] 1216. Rex Anglie Iohannes tunc in Zanwico[y] cum suo residebat excercitu, et videns tantam sibi supervenisse potenciam, garnito castello de Dovera, recessit. Ludovicus vero Zanwicum[y] et regis Anglie navigium cepit et spoliavit. Inde remittens navigium suum ad Franciam, accessit ad Cantuariam[z], que statim sibi reddita fuit. Ibi barones Anglie sibi fecerunt homagium et fidelitatem iuraverunt et sic eum Londoniam deduxerunt. Et cum processionibus et sollempnitate receptus, ibidem immorari noluit, sed emulum suum regem Anglie insequtus est usque Vintoniam et inde Linconiam. Legatum papa miserat in regis Anglie succursum Gallam cardinalem, qui ad dominum Ludovicum accessit et eum ac principes suos monuit, ut ab incepto desistentes a terra ecclesie recedant, sin alias, eos omnes excommunicacioni et eorum terras interdicto supposuit. Hac de causa Willelmus[a] comes Hollandie[b], qui cum Ludovico ibidem advenerat, cum sua gente repatriavit. Sic eciam comes de Roussi, vicecomes Turonensis et plures alii in Franciam redierunt. Ludovicus autem in suo perseverans intento, ad regem Francie, patrem suum, pro pecunia misit, quia multas expenderat; quod pater rennuit, dicens se non fauturum[c] excommunicato; uxor tamen ipsius[d] Ludovici domina Blanqua[e] sibi de pecunia, prout potuit, destinavit. Rex Anglie videns se in tanto discrimine, tractare cepit de pace cum baronibus suis, promittens errata corrigere. Per hunc tractatum barones cum suo[f] rege pacificati[g], domino Ludovico, filio regis Francie, cui fidelitatem supra promiserant, mandant se cum suo rege pacificatos, quare sibi consulunt[h], quod ab Anglia recedat, quia ibi[i] diu stare non esset ei[k] bene tutum. Quibus dominus Ludovicus respondit[4]: 'Nemo non obediens salvus fuit unquam; bene predixerat mihi pater meus, vobiscum[l] me nunquam finem bonum habiturum nec vos pacta servaturos. Vos estis proditores et periuri, et in talium consorcium non plus[m] veniat anima mea'. Sicque recessit et repatriavit, credens eos per eorum obsides[n] constringere, sed absolucionem a papa nunquam habere potuit, donec Anglicis suos[o] omnes restituit obsides.

Pars 18.

De obitu Innocencii pape tercii et quibusdam eventibus illius temporis

Innocencius papa tercius post hoc generale consilium, cum propter Terre Sancte subsidium pacem facere intenderet inter Pisanos, Ianuenses[p] et Lombardos, constitutus in itinere propter hoc, Perusii obiit et in ecclesia sancti Laurencii tumulatus est. Sedit autem Innocencius annis 21, men. 7, di. 16; et vacavit sedes die unica, Perusinis causa electionis strictissime artantibus cardinales et conclavem. Successit Innocencio Honorius III, antea dictus Chicius, anno Domini 1217[n]. Hic primo anno sui pontificatus confirmavit ordinem fratrum Predicatorum, procurante beato Dominico eiusdem ordinis inventore. Nam Innocencius eius precessor visione habita confirmare voluit, sed morte

a) cost. *B* 1. b) benedicione *B* 1. c) *des. B.* d) *sic B* 1 *constanter;* Brab. *A* 1 *plerumque.* e) *deest B* 1. f) opt. *A* 1. g) Anglis *A* 1. h) *suppl. sec. m. A* 1. i) que *deest B* 1. k) et s. m. *des. B.* l) honeste *A* 1. m) Ida *A* 1. n) potus *A* 1. o) *deest A* 1. p) legitimatum *B* 1. q) *deest, spatio vacuo relicto A* 1. r) nominant *A* 1. s) vulgar. *A* 1. t) Hiretheet *A* 1. u) Antisiod. *A* 1; Autisid. *B* 1. v) E. quoque *A* 1. w) spedictus *B* 1; expeditus *A* 1. x) applicavit *A* 1. y) Zandw. *A* 1. z) Cantuaria *A* 1. a) Willinus *A* 1. b) Holandie *A* 1. c) fāturum *A* 1. d) ipsis *B* 1. e) Blanca *A* 1. f) r. s. *A* 1. g) pacificatos *A* 1. *B* 1, *in A* 1 *vero des.:* dom. — pacificatos. h) consilium *A* 1. i) d. i. *A* 1. k) ei b. *des. A* 1. l) me v. *A* 1. m) plu9 *B* 1. n) *deest A* 1. o) obs. s. omnes rest. *A* 1. p) Iānenses *A* 1.

1) Matthaeus. 2) Annum ex Will. Andr. sumsit. 3) *Hyrepel* audit cognomen in 'Cron. ed Fl.' p. 136. et alibi. 4) Haec ex iis quae in 'Cron. de Fl.' p. 125. traduntur effecisse videtur.

[Mart Vinc Cont. Berg] preventus non conplevit. Hic eciam Honorius ecclesiam beati Laurencii extra muros renovavit in basilicam que dicitur Sancta sanctorum, in qua ecclesia ipse Petrum comitem Autisiodorensem[a] et eius uxorem coronavit in imperatorem Constantinopolitanum; qui Petrus dum post suam coronacionem Constantinopolim properat, a quodam homine suo per prodicionem captus est et detentus in quadam turre, in qua eum[b] duxerat quasi ad videndum. Imperatrix tamen eius uxor evasit, licet multi de suis ibi fuerint interfecti. [Mart] Hic eciam papa Federicum regem Cicilie[c] coronavit in imperatorem Romanorum. Qui Federicus ab infancia per ecclesiam tanquam per matrem educatus et ad imperii[d] fastigium, Otthone dampnato, promotus, ecclesiam non fovit tanquam matrem, sed laceravit velut novercam in quantum potuit; propter quod ipsum Honorius velut hostem ecclesie anathematisavit et omnes barones ab eius fidelitate absolvit.

Ab hoc Honorio papa dominus Iohannes abbas[e] noster privilegium impetravit confirmacionis omnium bonorum[f] nostrorum. Datum anno[g] Domini 1217, pontificatus sui anno [1217.] primo. Item aliud salvegardie[h] plurium et singulorum[i] bonorum nostrorum[k]. Datum pontificatus sui anno 2. De hoc papa Honorio vide infra e[odem][l], parte [21[m]]. Hoc eciam anno, scilicet[l] 1217, canonici Sancti[n] Martini Ypprensis[o] propter ecclesie sue tuendam libertatem, grassante in eos crudelitate burgencium eiusdem ville, compulsi sunt exire de monasterio et diversa loca ad refocillandum querere.

[Will. Andr. c. 205.] Anno sequenti Ottho, qui brevi tempore Romanorum extiterat imperator, apud Bruswic obiit; qui, licet fuerit excommunicatus, tamen ante mortem absolvi meruit, data caucione[p], quod mandatis staret [1218.] ecclesie[1].

Eodem anno pie memorie domina Mathildis regina, relicta comitis Flandrie Philippi, in Furnis obiit, et apud Claram-vallem delata, iuxta maritum suum sepelitur; pro cuius anima magna pecunie somma a domino Adam Morinorum[q] episcopo, eius testamenti exsequtore[r], per ecclesias, per egenos et pauperes est liberaliter distributa

[ib. 208] Apud Albigenses Simon comes Montis-fortis, magnus athleta Christi, obiit; post quem filius eius Albericus, vir catholicus, Dei populum contra Albigenses infideles et incredulos gubernavit.

Eodem anno 15. Kal. Februarii inter coruscos et tonitrua subito factum est tantum[k] tonitruum, ut universi mortem sibi imminere timerent. In villa Sancti Audomari turris lignea[s] ecclesie[t] sancti Iohannis[u] in ipso fragore tonitrui[v] elevata est a structura lapidea, et cum astantes crederent ipsius ruinam, resedit ut prius. In Frisia 15 parrochie cum universis inhabitantibus per maris ebulicionem[w] sunt submerse.

. . . .[2]

Pars 19.

. . . .

De translatione sancti Thome Cantuariensis.

[Will. Andr. c. 215.] Gloriosi martiris Christi beati Thome Cantuariensis facta est[x] elevacio a venerabilibus patribus Stephano de Langetonne Cantuariensi et Willelmo Remensi archiepiscopis, astante domino Henrico Anglorum rege adhuc puero, in presencia 23[y] episcoporum et abbatum quam plurimorum, quasi ex omni nacione christianitatis, quos preciosi martiris pius amor attraxit, anno Domini 1220. [1220.]

[id. c. 216.] Hoc[z] anno[x] Federicus in imperatorem Romanorum[1] coronatur. Et eodem anno Arnoldus comes Ghisnensis obiit.

. . . .

Pars 20.

De obitu Philippi Francorum[a] regis, et de regno filii eius[b] Ludovici.

[Cron. de Fl. et Will. Andr. c. 226] Anno Domini 1223, circa festum Magdalene Philippus Francorum rex magnanimis[c] apud Mantos castrum infirmatus[d], consilium convocans[e], testamentum conficiens, thesaurum suum in tres partes divisit, primam in subsidium Terre Sancte, secundam in pauperes regni sui, terciam vero ad sui[f] regni defencionem[g] delegavit. Sicque appositus ad patres, [1223.] delatus est ad Sancti Dionisii monasterium ibique sepultus. Cui successit Ludovicus, filius eius, et Remis consecratus est cum regina sua Blanca in octavis assumpcionis beate virginis[3] per dominum Willelmum Remorum archiepiscopum, presente Iohanne rege Iherusalem. [Cron. de Fl.] Habuit iste rex filios Philippum, qui obiit ante patrem, Ludovicum, qui patri successit in regno, Robertum comitem Artesii, Alfonsum, cui dedit comitatum Pictavensem, et Karolum, cui dedit comitatum Andegavensem, utrumque comitatum conquisitum super regem Anglie Iohannem.

[Will. Andr. c. 226 227.] Eodem tempore terra sanguinea more pluvie a sommo ad terram decidens videntibus[h] et audientibus stupori fuit et admiracioni. Anno sequenti domina Beatrix[i] comitissa Ghisnarum et castellana de Bourborgh[k], annuente filio suo [1224.] Balduino, monasterium edificaverat albarum dominarum[l] in Bonhem, in quo sibi nunc obiens sepulturam elegit. Sed ea defuncta, filius eius noluit eam ibidem, sed in Bourborgh[m] eam[n] sepeliri fecit.

De quodam qui se finxit[o] esse comitem Flandrie.

[1225.] Anno Domini 1225. quidam nove fraudis inventor in Hannonia se Balduinum Flandrie et Hannonie comitem ac imperatorem Constantinopolitanum ac Tessalonice regem quibusdam signis simulatis asserens, multos de plebe, quosdam [Will. Andr. c. 232.]

a) Ant. *A* 1. b) *superscr.* *B* 1. c) Cecilie *B* 1 *h. l.* d) imperium *B* 1. e) n. a. *A* 2. f) *deest* *B* 1; n. b. *A* 2. g) a. D. *des.* *A* 1. h) salvegardis *A* 2. i) singularium *A* 1. k) *deest* *A* 2. l) *deest* *A* 1. m) *suppl. sec. m.* *A* 1. n) S. M. *superscr.* *B* 1. o) Yppreuses *B* 1. p) causione *A* 1. q) Morineñ *A* 1. r) executure *A* 1. s) linea *A* 1. t) s. I. eccl. *A* 1. u) baptiste *add.* *A* 2. v) et t. *A* 1. w) ebullicionem *A*. x) *deest* *B* 1. y) *post corr.* 24 *B* 1. z) ab h. *A* 1. a) Frac. *B* 1. b) sui *A* 1. c) magnani *A* 1. d) infirmatur *A* 1. e) infirmatus *iterum add.* *A* 1. f) r. s. *A* 1. g) deff. *B* 1. h) et aud. st. f. et ad. vid. *B*. i) *deest* *A* 2. k) Borbourgh *A* 1; Bourbourgh *A* 2; Bourborg *h. l.* *B* 1 l) monialium *B*. m) Borbourgh *A* 1. n) sep. eam *A* 2. o) c. Fl. f. *A* 1, *ubi* esse *deest*

1) Sic fere Chron. reg. Colon. cont. p. 246. 2) Omissa sumta ex Mir. S. Bert. II, 30. 3) *as octaves de la mi-aoust* 'Cron. de Fl.' Assumptio b. virginis nempe incidit in d. Aug. 15.

eciam de nobilibus et aliquos de religiosis ad hoc credendum induxit, in tantumque processit, ut quasi tota Flandria et Hannonia suum dominum ipsum credentes, sue se dicioni subicerent[a]; qui eciam in tantam presumpcionem elatus est, ut, vexillis preeuntibus[b], se trine[c] dominacionis predicte dominum mentiretur. Quod cum rex ex querimonia Iohanne comitisse Flandrie didicisset, eum ad se vocavit, volens quid hoc esset cercius edoceri. Quo cum pervenisset et super quibusdam questionibus satis facilibus et bene[d] notis regi, utpote quis eum militem fecit[e] et in quo loco uxorem desponsaverat, obmutuisset, per regem et totum consilium a tota terra, quam impudenter invaserat, eliminandus condempnatur; absedere[f] tamen est permissus. Sic per Valenchienas[g] in Burgundiam secedens, a quodam milite captus, in Flandriam comitisse Iohanne est missus. Qui questionatus[h] et interrogatus quis esset, fassus est se[i] esse Gallicum de comitatu Campanie vocatumque Bertrandum de Remis. Quem comitissa seminudum et ferris onustum per villas Flandrie et Hannonie circumduci fecit[1], et postquam frequenter et patenter[k] dolum suum confessus est, apud villam Insulensem, in qua coronam imperii portaverat, iudicio baronum Flandrie et Hannonie in patibulo suspensum, dignum sue malignitatis premium consequi fecit.

De adventu Romani cardinalis in Franciam et exclusione monialium ex hoc monasterio.

Dominus Romanus Sancti Angeli dyachonus[l] cardinalis, apostolice sedis legatus, in Gallias venit, et inter cetera que in partibus istis egit, in dyochesi[m] Morinensi quam plures sacerdotes ob incontinencie vicium gravi[n] punicione corripuit.

Erant tunc in hoc[o] monasterio moniales[p], que dicebantur converse, sub habitu religionis, non tamen sub professione regulari, inter duas portas monasterii iuxta ecclesiam sancti Martini commorantes, de elemosina monasterii viventes, in hospitali pauperibus servientes; vestes sacras et ornamenta ecclesie, cum opus esset, consuebant et abluebant. Et quia non licebat mulieribus ingressus intra monachorum monasterium, matres, sorores et propinquas nostras, cum ad nos veniebant, receptabant et eis hospitalitatis officium exibebant[q]. Expertus dominus abbas noster multas per easdem moniales[r] ecclesie molestias et religioni non conveniencia provenire, consilio et auxilio huius domini [Romani[s] Sancti Angeli diaconi] cardinalis legati eas de monasterio eiciens, ad nichilum reduxit[t]. Quod factum postea confirmari fecit per papam Gregorium IX, infra parte [proxima[u]]. Et loco earum[v] sunt tredecim institute prebende, que per elemosinarium pauperibus mulieribus dantur in anno, de tribus raseriis bladi et 30 solidis, et eciam mulier una antiqua et honesta, que de elemosina vivens, in hospitali ecclesie cotidie pauperibus inserviret. Hoc anno dominus abbas noster a papa impetravit confirmacionem omnium bonorum nostrorum et privilegiorum.

1226. Datum anno Domini 1226[w], pontificatus Honorii pape[w*] tercii anno 11[x]. Item aliud[w*], quod[y] possit[z] absolvere monachos suos qui in aliquo casu excommunicati ordines susceperunt. Datum ut supra. Item aliud[a], quo prohibet, ne recipiamus in monachos pueros vel tales per quos regularis disciplina[b] possit dissolvi. Datum ut supra. Item confirmat[c] capellanias in ecclesiis nostris de Heuchin[d] et Haveskerke[e, 2]. Datum ut supra. Item aliud, ut ad causarum cognicionem non cogamur inviti. Datum ut supra.

Ferdinandus comes Flandrie et Hannonie, qui in bello de Bovinis captus extiterat, supra e[odem], parte 16, et iam 12 annis in vinculis domini regis de contumacia[f] penituerat, procurante uxore sua comitissa Iohanna, eam adiuvante domina Blanca[g] regina, eiusdem Ferrandi conpatriota[3], dato sue redempcionis precio, de captivitate predicta [liber[h]] absolvitur.

Pars 21.

De crucesignatione et profectione contra Albigenses et obitu regis Ludovici.

1226. Romanus cardinalis, apostolice sedis legatus, [hoc[i] eodem] anno Domini 1226. grande consilium tam baronum quam prelatorum convocavit in civitate Bituricensi, in quo de Albigencium heresi confutanda fuit ordinatum. In hoc consilio rex Francie et multi nobiles cum ipsomet legato cruce signati sunt, et anno sequente cum manu valida ad Albigenses proficiscuntur et Avinionem civitatem per tres menses obsident et impugnant, et licet insultando nil proficerent, insistendo tamen, mediante legati consilio, qui ad cives liberum[k] habebat ingressum et egressum, recepti sunt in regis graciam, sic tamen, ut muros et turres a fundamentis deicerent, fossata planarent et deiecta sine regis licencia non repararent armaque sua regi traderent. Sicque recipitur civitas, et non solum ipsa, sed et omnes ville finitime sine congressu se regi tradiderunt.

a) subiciunt *A* 1. b) *suppl. sec. m. A* 1. c) terne *B* 1. d) r. b. n. *A* 1. e) fecerit *A* 1. f) *i. e.* abscedere. g) Valencienas *A* 1. h) questian. *A* 1. i) se e. *des. A* 1. k) pacienter *B*. l) diaconus *A* 1. m) dioces. *A* 1. n) gram promittere corr. *A* 1. o) *deest B* 1. p) *deest A* 2. q) exhib. *B* 1. r) monachales *A* 1. s) *des. B*. t) deduxit *B* 1. u) *deest spatio vac. rel. A* 1; 21. *A* 2. v) eorum *A* 2. w) 1227. *ed.* w*) *deest A* 1. x) XII. *A* 2. y) quo *B* 1. z) posset *A* 1. a) aliut *A* 1. b) dissipl. *A* 1. c) confirmans *A* 1; confirmavit *A* 2. d) Heucin *A* 1. e) de H. *A* 1; Haveskerque *A* 2. f) *suppl. sec. m. A* 1. g) Blancha *A* 2. h) *deest B*. i) *des. B*. k) librum *B* 1.

1) Cf. 'Cron. de Fl.', ubi vero tantum: *et (le fist) mener par toute la ville de Lille.* 2) Haverskerque, praef. Hazebrouck. 3) Haec ex Will. Andr. c. 248.

Hiis ita gestis, rex ad sua reverti deliberans[a], in Alvernia in loco vocato Montpensier[b] letali[c] correptus[d] incommodo, sompno mortis opprimitur[e] et ad ecclesiam sancti Dyonisii delatus, regie sepulture, sicut decens erat, traditur Hic quidam dicunt esse completam Merlini propheciam, qua dicit. quod in Monte-veteris[1] morietur leo probus[f.2], — probus[f] enim erat et audax, leoni merito comparandus. Romanus apostolice sedis legatus supra[g] in Bituricensi[h] consilio in auxilio[i] regis Francie bona ecclesiarum ad 4 annos decimari preceperat, invitis et reclamantibus, immo eciam apellantibus[k] fere omnibus Galliarum prelatis et specialiter 4 provinciarum Remensis, Senonensis, Bituricensis et Turonensis; sed Senonensis ab appellacione sua cito recessit; et mortuo rege, rediens ad curiam, secum ducens Senonensem[l] archiepiscopum, qui ab appellacione sua recesserat, ac abbates Cisterciensem et Clarevallensem[m], quos ipse creaverat, et quosdam alios, omnibus Gallicane ecclesie sibi contrariis minas fortes inferens; sed nil ob hoc desistunt[n] alii. Sequti sunt itaque eum e vestigio ad curiam nuncii trium provinciarum cum appellacione sua; qui multas perpessi iniurias et expensas, nichil omnino profecerunt, nisi quod dicte decime quadriennes ad sommam centum milium librarum Turonencium taxari impetrarunt; sicque redierunt

Will. Andr. — Guill de Nang — Will. Andr c. 240

Reginaldus de Dompno-Martino comes Bolonie captus in bello de Bovinis, supra [eodem[o] parte 16], et a rege per 13 annos in captivitate Parone detentus, ab ipsis vinculis pariter et a[p] vita absolvitur.

Honorius papa III, de quo supra e[odem], parte [18[q]], Rome moritur et in ecclesia sancte Marie Maioris sepelitur. Sedit Honorius annis 10, men. 7, di. 23. Cui successit Gregorius papa IX, antea dictus Hugelinus Hostiensis episcopus. Hic sanctam Elisabeth, filiam regis Hungarie, relictam lantgravii[r] Turingie canonisavit et beatum Dominicum inventorem ordinis fratrum Predicatorum. Gregorius iste per fratrem Raimundum ordinis fratrum Predicatorum ex pluribus decretalium voluminibus unum volumen compilavit, mandans eo uti ubique in iudiciis et in scolis. Ipse eciam papa Gregorius sentenciam, quam Honorius predecessor eius contra Federicum imperatorem ecclesie Romane rebellem fulminaverat, roboravit; et quia cruce signacionem et suum passagium contra suum promissum et obligacionem factam, supra e[odem], parte 19, prorogabat in enormem Terre Sancte lesionem, excommunicavit et excommunicatum denunciavit. De hoc papa Gregorio vide infra[s] capitulo Symonis tercii, parte [3[q]].

Mart. Paparum — Will Andr c. 243.

Ab hoc papa Gregorio dominus abbas noster privilegium impetravit generalis confirmacionis omnium bonorum et privilegiorum nostrorum. Datum anno Domini 1227, pontificatus sui anno primo. Item aliud, ut, cum feoda vel census nostri nobis pingnori[t] obligantur, non[u] teneamur fructus illorum perceptos in sortem computare. Datum ut supra. Item aliud, quo[v] papa nos recipit in sua salvagardia, personas, monasterium et omnia nostra presencia et futura. Datum ut supra [anno[w] primo]. Item aliud, in quo nobis dat[x] licenciam, ut, cum parrochie nostre sic[y] fuerint diffuse, ut propter defectum sacerdotum non possint populo competenter administrari divina, nos possimus[z] duos vel plures sacerdotes ad eas episcopo presentare. Datum [ut[a] supra] anno 4. Item aliud[b], quo confirmat factum Romani cardinalis, qui conversas moniales de hoc monasterio eiecit, prohibens, ne amodo recipiantur. Datum ut supra. Item[c] aliud, ne pueros infra annos pubertatis recipere teneamur, aut per quos regularis disciplina dissolvi possit. Datum ut supra. Item aliud, in quo nobis confirmat ecclesias et cellas de Egfridi-capella, Oxlare[d] et Baswarneston. Datum [ut[a] supra] anno 5[3]. Item aliud, in quo confirmat sentenciam[e] delegatorum suorum super scabinis instituendis in Wiserna. Datum [ut[a] supra] anno sexto. Item[f] aliud, per quod prohibet conventui nostro cessum[4] imponere et organa suspendere divine laudi[g] sine abbatis licencia. Datum [ut[a] supra] anno 7. Item aliud, ut non compellamur clericis secularibus dare pensiones sine pape licencia speciali. Datum [ut[a] supra] anno 11.

1227.

Pars 22.

De principio regni sancti Ludovici Francorum regis.

Ludovico Francorum rege mortuo, successit filius eius Ludovicus anno Domini 1227, vix tercium decimum[5] annum etatis habens, Suessionis promotus in militem et Remis a domino Iacobo Suessionensi episcopo consecratus in regem. Willelmo enim Remensi archiepiscopo in reditu ab Albigensibus defuncto, Remensis sedes vacabat; ad quam[h] promotus est Henricus thesaurarius Belvacensis. Gubernabatur rex iste iuvenis consilio prudentissime regine matris sue Blanche, que baiulatum regis filii sui tenebat. Hec videns se Hyspanam et a suorum propinquorum[i] auxilio elongatam et regem invalidum[k], sibi de Francorum proceribus quos poterat attrahebat. Multi enim contra regem machinabantur[l], maxime Robertenses, id est qui de Roberto descenderant Drocarum comite pro sensus inopia de regno deposito, supra capitulo Symonis primi, parte 2[6], Petrus scilicet Malclerc[k],

Will Andr c. 239. — 1227. — Guill Chr abr Chr de Fl

a) deverberans *A* 1. b) Montpausier *A* 1; Mōntpensier *B* 1. c) locali *A* 1. d) coreptus *B* 1. e) opꝑmiritur *B* 1. f) probꝫ *B* 1. *A* 1, *ubi alterum* pr. *deest.* g) *deest B* 1. h) Bituriensi *A* 1; Biturencensi *B* 1. i) auxilium *A* 1. k) appell. *A* 1. l) Senenonensem *B* 1. m) Clarevalen. *A* 1. n) *B distinguit:* desistunt. Alii. o) e. p. 16. *des. A* 1. p) *deest A* 1. q) *deest spatio vacuo rel. A* 1. r) lantgarini *B* 1. s) I *A* 1. t) pign. *A* 1. *B* 2. u) et n. *B* 2 v) quod *A* 2. w) *des. B.* x) datur licencia *A* 2. y) si *B* 2. z) possumus *B* 1. a) ut s. *recte des. B.* b) in *add. A* 2. c) *haec* — ut supra *ponuntur infra post* anno sexto *A* 1. d) Oxelare *A.* e) sentencias *suppl. sec. m. A* 1. f) *haec* — anno 7 *iam superius post* ammodo recipiantur. Dat. ut supra *posita A* 1. g) laudis *A* 1. h) quem *A* 1. i) aux. prop. *A* 1. k) *suppl. sec. m. A* 1. l) macin. *A* 1.

1) *ventris* Guill. de Nang. 2) *pacificus* Guill. de Nang. 3) Huius et sequentium annorum privilegia Gregorii IX. iam non ab Iohanne impetrata sunt, qui a. 1230. defunctus est. 4) i. e. *censum*; v. Ducange II, p. 298. 5) Sic scripsit coniungens Will. *(duodennis)* et 'Cron. de Fl.' *(qui n'avoit que treze ans).* 6) p. 800.

[Cron. de Fl.] comes Britannie[1] ex parte uxoris[2], Ingelramnus de Chouci[a], comes de Marchia[1] cum quibusdam aliis, et Philippum, regis avunculum, Bolonie comitem ad se traxerunt, promittentes sibi regnum Francorum. Qui verbis eorum frivolis minus prudens assensit, et simul in comitem Campanie Theobaldum insurgunt. Ymaginabantur enim, illo devicto, se regnum posse faciliter optinere, quia ipse potencior erat tocius regni, qui non consencerat[b] eis, et imponentes ei mortem Ludovici regis nuper defuncti, in eum et in terram eius irruunt, ferro et igne cuncta vastantes; [Will. Andr. c. 243 et c. 248.] de spoliis vero[c] ditatus Philippus Bolonie comes predictus Calesium burgum maritimum forti castro munivit et muro fortissimo cinxit[d]. Interim comes Flandrie Ferrandus, connivente regina Blancha[e], cuius erat cognatus[f] et compatriota, quia ipsa invita comes Bolonie comitem Campanie guerrabat, in comitatum Bolonie impegit, castrum, villam et patriam de Merc et Hoya, que tunc ad Bolonie spectabant comitatum, predis et igne devastans; castrum eciam de Calais cum recenti municione destruxisset, nisi fuisset redemptum precio mille quingentarum librarum et viginti doliorum vini. Abbacia eciam de Capella graviter lesa fuit; deinde transito amne de Niewena[g], terram comitis Ghisnarum intrare et demoliri disposuit, sed mutato consilio[h] repatriavit, accepto prius a burgo de Wissant 400 libris[i], ne combureretur, domino [quoque[k] Iohanne] abbate nostro de hoc fideiubente[l]; unde postea pressuras et dampna multas sustinuit. Tandem Theobaldus Campanie comes contra tantam inimicorum suorum potenciam resistere non valens, ad regem et eius matrem confugit, sicut vassallus ad dominum, petens eorum auxilio defensari. [Cron. de Fl.] Confestim in civitate Trecensi cum rege regina mater advenit, mandans omnibus et singulis, qui contra comitem Campanie guerrabant, ut a guerra desisterent, et si quis eorum contra Theobaldum Campanie comitem vellet deponere querelam, ipsum Theobaldum paratum per omnia stare iudicio. Rex quoque se paratum offerebat facere de suo vassallo iusticie complementum. Philippus Bolonie comes videns, quod, si contra regis iusticiam et mandatum plus guerram duceret, non esset ei bene tutum, nec esset[m] ei bene honestum contra dominum suum regem, cuius eciam erat avunculus, calcitrare[3], videns eciam terram suam iam per Ferrandum Flandrie comitem valde lesam[4], percipiensque se a Robertensibus circumventum atque deceptum, penituit, et a rege veniam petens, in graciam est receptus; reliqui vero Robertenses dispersi quilibet in sua redierunt.

De domino Adam Morinorum episcopo effecto monacho et electione successoris eius[n].

1229. [Will. Andr. c. 245] Anno Domini 1229. dominus Adam Morinensis episcopus, vir probus, pius et iustus, elemosinis totus deditus, nulli unquam onerosus, iam senio confectus, rebus ecclesie sue ampliatis et bene dispositis, in crastino pasce clero suo et populo valedicens, episcopatui resignavit et in Claravalle monachus est effectus.

Hoc eciam anno dominus abbas [noster[o]] Iohannes statuit et ordinavit gentibus suis de Poperinghes[p] scabinis et chorariis communem[t] semel [in[q] anno] tenere veritatem[5], ad abbatis tamen arbitrium et ordinacionem, et hoc de certis casibus in suis litteris expressatis, id est de latrociniis, rapinis, nocturnis[r] incendiis[s] et falsis nommis. Itemque concessit eis eciam in anno tacitam seu secretam tenere veritatem; sed illam communem[t] veritatem, quam illi de Poperinghes[u] francam veritatem nominant, non debet dici[v] proprie franca veritas, quia franca veritas per francos homines teneri deberet, sicut tenetur hic et in omnibus iusticiis circumvicinis; item quia[w] ista communis veritas solum[x] iudicat de casibus in predictis litteris expressatis, non vero de illis quatuor maioribus, qui solum spectant ad homines francos. Et de hac veritate communi dominus abbas concessit litteras, que sic incipiunt: *Ego Iohannes Dei paciencia abbas Sancti Bertini* et cet. *Datum anno Domini* 1229, *mense Maii*[y]. . . . .

Pars 23.

De transfretatione Federici imperatoris ad Terram Sanctam.

[Mar San. III, 11, 10.] Post Damiatam a[z] christianis captam et perditam Federicus imperator coram Honorio papa filiam Iohannis regis Iherusalem et heredem regni desponsavit, et infra certos annos Terre Sancte succurrere sub excommunicacionis pena promisit, supra e[odem], parte [19[l]]; et licet dictam filiam uxorem duxerit[a], — nam ex ea filium habuit Conradum, patrem Corradini, de quo postea dicetur capitulo [Gilleberti[b]], parte [prima[b] et quarta], et Terram Sanctam regnumque Iherusalem sibi assumpserat, inde regem Iohannem iniuriose expellens, — infra tamen statutum tempus Terram Sanctam, ut promiserat, non visitavit, nec eidem succursum[l] prebuit; [Will. Andr. c. 243 Mar San. III, 11, 11.] unde propter[c] hoc et[d] alias causas excommunicatus est et denunciatus, supra e[odem], parte 21. Nunc autem hoc anno[h], licet excommunicatus, transfretare tamen parat, modice tamen secundum decenciam et[e] status et negocii, id est cum solis 20 galeis et centum militibus solum. . . . .

a) Couchi *A* 1. b) consens. *A* 1. c) autem *A* 1. d) cincsit *A* 1. e) Blanca *A* 1. f) cogn. *A* 1. g) Mewena *B.* h) *superscr. B* 1. i) lib *B* 1. k) q. I. *des. B.* l) *suppl. sec. m. A* 1. m) eciam sibi foret hon. *A* 1. n) ipsius *A.* o) *deest B.* p) Poperingnis *A* 1; Poperinghis *A* 2. q) *des. B.* r) noncturnis *B* 1. s) et inc. *B* 2. t) coīem *suppl. sec. m. A* 1. u) Poprī. *A* 1; Poperinghis *A* 2; Poperinghe *B* 1. v) pr. dici *A* 1. w) Itemque *B* 2. *ed.* x) non s. *B* 2. y) Mayo *A* 1; Mai *B* 1. z) *deest A* 1. a) usque *add. A* 1. b) *desunt spatio vacuo rel. A* 1. c) pp[a] *A* 1. d) propter *iterum add. A* 1. e) *deest B* 1.

1) Petrum ducem et Hugonem comitem Marchiae ex Guill. 'Chron. abr.' inserit. 2) Cf. Will. Arm., SS. rer. Gall. XVII, p. 91. 3) Haec auctor ex 'Cron. de Fl.' p. 138. libere verba et sententias mutans effecisse videtur. 4) Haec ex Will. Andr. c. 248. loco modo supra exscripto. 5) i. e. iudicium, assisam.

De morte[a] domini Iohannis abbatis nostri.

Will. Andr. c. 249. 1230.

Anno Domini 1230, circa finem quadragesime[1] religiosissimus[b] et pius dominus noster Iohannes abbas, postquam fere 44[2] annis[c] hanc ecclesiam suam[d] rexisset excellentissime terque Romam laborasset[3] pro defencione ecclesie, pressuras multiplices, persequciones et dampna[e] sustinens et semper in melius proficiens, ecclesiam suam[f] in bono statu et somma tranquilitate[g] dimittens, antiqus[d] dierum[h], senio et infirmitate gravatus, divinis sacramentis devote munitus, dilectis in Christo filiis valedicens, efflatum[i], ut[k] pie credimus, Deo transmisit spiritum. Quem fratres ut patrem dilectissimum cum lamentis et luctu sepelierunt in australi parte templi, in capella quam ipse beato Dionisio edificaverat, cui eciam somme devotus extiterat[4], super eo construentes sepulture memoriam sollempnissimam, quam ipsi vidimus[l]. Cuius epigrama[m] sollempni metro compositum fuit istud[5]:

Omnibus annis[n] vita Iohannis laude nitescit
Et meritorum mole suorum nocte diescit.
Pastor herilis, corde senilis, ore pudicus,
Ore[o] benignus, culmine dignus, pacis amicus,
5 *Iuris amator, fit mediator sediciosis,*
Iurgia calcans, scismata falcans[p] ex animosis.
Iam tener evo fit sine nevo[q] flos Lobiensis[r];
Quem prope portum duxit ad ortum burgus Ypprensis[s].
In grege claustri, filius austri, non aquilonis,
10 *Fit bene parens et vice clarens[t] Hylarionis[6].*
Gramata discit, dogmata[u] gliscit, et ipse futurus
Pastor honestus, non ita festus, sed Palinurus[v, 7].
Inde parentis sponte ruentis famina lingit,
Ordinis ensi se Sythiensi flumine[w] tingit.
15 *Tu, Symon, isti, nonnisi Christi motus[x] amore,*
Das tua gratis, dum probitatis vivis honore,
Ut foret heres, utque foveres[y] pignus[z] herile.
Primo scolaris fit[a], datur aris, hinc ad ovile.
Linquit onus Symon pronus, id subit iste pusillus
20 *Spe[b] studioque patenter, utroque parente pupillus.*
Culmen[c] adeptus, dogmate ceptus[d], vera docebat,
Que tamen ymo pectore primo promptus agebat.
Iurgia pellit, noxia vellit[e], plantat honesta.
Ita[e] recedit, cetus obedit mente modesta.*
25 *Prosperitatis vel gravitatis tempore fortis,*
Non titubavit[f], sed solidavit corda cohortis.
Sepe rapinas crebro ruinas vimque rogorum,
Passus ovabat[g], spe reparabat cor timidorum[h].
Nec vaga tangunt, nec probra frangunt mentis acumen.
30 *Sic stabilitur sicque potitur numine[i] lumen.*
Flandria bellis, regna procellis huic[k] nocuerunt,
Bella, procelle cedere stelle[l] non timuerunt.
Stella Iohannes littus et amnes irradiavit.
Bos, ovis, agnus sub patre magnus se sibi stravit.

a) fine *A*. b) *deest B 2*. c) annos *A 1*. d) *deest A 2*. e) dapna *A 2*. f) *superscr. B 1*. g) transquilitate *A 2. B 1. 2*. h) dierum — divinis *des. B 2*. i) efflagitatum *A*; eflatum *B 2*. k) et *A 1*. l) videmus *A 2*. m) epygr. *A 2*; eprigrama *B 1*. n) laude *rec. m. superscr.* annis *A 1*. o) *versus deest B 2*. p) fulcans *W*. q) ueno *A 1*. r) Laub. *W*. s) Ippr. *A 1*. t) parens *W*. u) dogmate *B 2*. v) Palimurus *A 1. B 1*. w) fulmine *A 2*. x) notus *W*. y) faveres *W*. z) pignus *B 1*. a) sic *h. l. B 2, supra p.* 817. *A 2. B 1*. b) Ipē *A 1*; Ope *A 2. W. ed*. c) Culmine *A 2*. d) captus *W. ed*. e) bellit *A 1*. e*) *sic codd.*; Ira? f) titulavit *A 1*. g) ovanabat *A 1*. h) tumid. *A 2*. i) minime *A 2. ed.*; nomine *W*. k) hic *A 2*. l) et st. *W*.

1) *in initio quadragesime* Will. Andr. c. 249. 2) Quod convenit cum epitaphio v. 45. 46. 3) Ex epitaphio infra v. 35. 36. 4) Ex eodem v. 43. 5) Hanc inscriptionem affert Laplane, 'Les abbés de St. Bertin' I, p. 260, ex chartulario magno bibliothecarii Bertiniensis C. de Witte, cuius varias lectiones, licet omnino respuendas, maioris momenti signo W. apposito attulimus. 6) De S. Hilarione, cuius Vitam S. Hieronymus scripsit, cogitari videtur. 7) i. e. gubernator cautus; Virg. Aen. V.

35 *Menia*[a] *Remi, nil sibi demi posse cupiscens,*
Fortis adivit terque redivit vincere gliscens[b].
Calle sub isto victima Christo cotidiana
Rite sacratur, nec reputatur spes sua vana.
Hac duce fortes arma cohortes[c] *vicit et hostes* 5
40 *Spebus*[d] *ineptos, undique ceptos*[e] *limite*[e*] *postes.*
O probe victor, mors quasi[f] *lictor te sibi tandem*
Victa[g] *subegit, primus id egit passus eandem.*
O Dyonisi, flos paradisi, pro tibi prono
Esto precator et auxiliator ubique[h] *colono!* 10
45 *Annorum numerum, quis rexit vir gravitatis,*
Si vis nosce[i], *scias*[k] *ex versibus annumeratis*[1].
Innumeris annis fuit inclita vita Iohannis.
Grande per hoc nomen Deus illi prebuit[l] *omen.*
Floruit in Christo domus hec abbate sub isto, 15
50 *Floruit ipsa bonis et fructu religionis,*
Floruit et floret; sic ergo iugiter oret:
Floreat, o Christe, cum sanctis omnibus iste[m]*!*
[Amen[n]. *Amen. Amen].*

Carte seu privilegia tempore huius domini abbatis fuerunt paparum numero . . .[o] et[p] aliorum[q] . . .[o]. 20

Capitulum 47[r].

est[s] de domino Iacobo huius nominis primo, huius vero loci abbate 47[r].

Pars 1.

Iacobus[t] huius nominis primus, huius autem loci abbas 47, nacione Furnensis, vir religiosus, prudens et industrius, consilio[u] domini abbatis sui domini Iohannis, predecessoris sui, fuit, eo defuncto, per conventum concorditer electus et a domino Petro tunc Morinorum[v] episcopo consecratus anno Domini 1230. Pridem enim episcopo[w] Morinorum Adam effecto monacho, canonici Morinenses[x] hunc dominum Petrum in episcopum elegerant[y]. Cuius confirmacio dilata fuit per annum noviciatus domini Ade predicti[2]. Sed eo professo, dominus Petrus confirmatus [fuit[z]] et consecratus, et hunc dominum Iacobum electum nostrum in abbatem confirmavit, et dominica in ramis palmarum dominus Petrus episcopus est in sede sua Morinensi cum magna gloria cleri et populi receptus[a], et die sequente dominus Iacobus electus noster ab eo benedicitur et consecratur. Cuius benedictione[b] peracta, episcopus et omnes[c] prelati qui aderant invitati, eundem abbatem ad suam deducunt ecclesiam, ubi per biduum continuum[d] festivatum[e] est, sed per presumpcionem pontificalis familie secunda die[c] sollempnitas[f] in nubilum vertitur; et in sequenti synodo per dominum Petrum de Colle-medio Sancti Audomari prepositum et per[g] alios discretos viros discordia pacificatur. 25 30 35

(Will. Andr. c. 249. id. 245. id. 249.)

De guerra sancti Ludovici contra suos rebelles[h] et regem Anglie, eorum[i] confederatum.

(Gall. Chr. abr.)

Eodem tempore Philippo Hirsuto, regis avunculo, Bolonie comite cum rege pacificato, supra capitulo proximo, parte 22, rex misit ad partes Albigencium quosdam principes et prelatos cum excercitu, qui civitatem Tholosanam et[k] adiacentem patriam receperunt in manus regis. Ipse vero rex contra Petrum Malclerc[l] Britannie comitem pergens, castrum de Belesme[m] accepit, quod idem [Petrus[n]] a rege Ludovico, huius regis patre, custodiendum acceperat et regi reddere nolebat, sed pocius contra regem munierat gentibus, victualibus[3] et armis. Inde rex excercitum duxit contra Hugonem comitem de la Marche[o], qui comiti Pictavensi, regis fratri, domino suo, de terris, quas ab eo tenebat, homagium facere recusabat, et dicti Hugonis auxiliatorumque suorum terras et fortalicia cepit usque Santonas[p]; ubi idem comes Marchie cum magno excercitu adduxit Henricum regem Anglie, cuius matrem ipse comes uxorem[q] habebat[4]; ibique coram Santonis[r] bellum durum commissum est, sed auxiliante Deo Francorum regi victoria cessit, et rex Anglie cum paucissimis qui sibi remanserant in fugam versus, in Vasconiam secessit[s]. Civitas autem Santonas Francorum regi se statim reddidit. Ipse eciam[c] [Hugo[t]] comes Marchie cum uxore et filiis se regi 40 45

a) Media *A* 2. b) glissens *A* 2. c) auctores *B* 2. d) Spe . . ., *spatio vacuo rel. A* 1. e) captos *W.* e*) limine *B. W. ed.* f) ꝗ *A* 2. g) Vita *A* 1. h) ůtoque *A* 1. i) *sic codd. pro* nosse. k) scies *A* 1. l) ponit *A* 1. m) ipse *A* 2. *ed. W.* n) *des. A; semel tantum B* 2. o) *spatium vacuum in codd.* p) *deest A* 2. q) vero *add. A.* r) XLVIII. *B* 2. s) *A sic:* Iacobus primus abbas 47. t) vero *add. B* 2. u) conc. *A* 2. v) Morinensi *B* 2. w) Mor. ep. *A* 2. x) Morinorum *A* 2. y) elegerunt *B* 2. z) *deest B.* a) est rec. *B* 2. b) benedicione *B* 1. c) *deest A* 1. d) *deest, spatio vacuo relicto A* 1. e) festinatum *A* 1. *ed.* f) sollempnitatis *A* 2. *B* 2. g) *deest A* 2. h) rebellos *B* 1. i) e. c. *des. A.* k) *bis scr. B* 1. l) Maleberc *A* 2. m) Belefine *A* 1; Volesme *A* 2; Bolesme *B* 1. n) *deest A.* o) Marce *A* 1. p) Saconas *A* 2. q) h. ux. *A* 1. r) Santenis *A* 2. s) cecessit *A* 2. t) *deest B.* 50 55

1) Praecedunt videlicet 44 versus. 2) Hoc certe ex coniectura addidit auctor. 3) Hoc verbum deest in 'Chron. abrégée', sed legitur in Guillelmi Vita S. Ludovici, SS. rer. Gall. XX, p. 312 *(et victualibus muniebat)*; cf. ibid. p. 316. 4) *cuius — habebat* leguntur in V. Ludov. l. l. p. 334, desunt in 'Chron. abr.' 60

supplex[a] subdidit[b]. Sicque potenter hostibus devictis, non fuit post hoc qui auderet huic regi resistere, videntes quoniam Deus eum regebat in omnibus actibus suis. Guill. Chr. abr.

Eo tempore Iohannes Brenensis dudum in regem Iherusalem coronatus et ibidem multipliciter in[b*] armis excercitatus et commendatus, et qui in hoc excercitu regi Francorum viriliter et fideliter pre cunctis Francis adheserat, ad imperium Constantinopolis est electus et a domino Gregorio papa IX. consecratus, et Grecis et Latinis desiderabilis 5 extitit. Will. Andr. c. 249

Eodem quoque[c] anno 5. Kal. Februarii, conventu Watinensi matutinas decantante, de turri super chorum posita lapis inpulsu[d] venti validi cecidit in choro. Quare conventus in quandam capellam prope chorum secessit; vixque recesserat, cum tota turris in medio 10 chori ad irruenciam[e] venti funditus concussa cecidit, nec alicui, Deo protegente, ullam intulit lesionem.

Pars 2.
De conspiratione illorum de Arkes[f] contra [dominum[g] suum] abbatem Sancti Bertini.

15 Vir venerabilis dominus Iacobus noster abbas homines suos de Arkas[h] in causam traxit super quodam marisco, quem sibi appropriaverant[i] abbate non[k] consulto, volentes inde sibi facere pasturam communem[1]. Die ergo[m] statuta, qua ad locum convenirent, ut ostensio[n] fieret[o] super loco factoque[p] contencioso, astu subtili dominus abbas deductus est cum priore et paucis eum concomitantibus[q], immo[r] pocius seductus, ad paludem litigiosam anno Domini 1231. Quo cum pervenissent, scabini qui pociores videbantur, ne de prodicione notarentur, ab 20 abbate se paululum subtrahentes eumque plebee[s] multitudini sexus utriusque relinquentes exposuerunt. Et vix de rastris, flagellis, furcis[t], colis et baculis effugientes, non tamen sine contumelia, tandem per Dei graciam evaserunt. Iniuria sic facta, licet civibus Sancti Audomari eos in quantum poterant defensantibus[u], in recepcione proditorum et conspiratorum, in corrupcione[v] baillivorum[w] et aliis modis, tamen per nobiles ad feodum[x] Sancti Bertini pertinentes et per curiam abbatis, per omnia iuris ordine servato, vindicta de eis sumpta est, et lex Arkensis eorum- ib. 250. 25 que communitas est confiscata. Ac deinde per dominum regem Ludovicum, tunc cum domina matre sua et optimatibus suis in hoc monasterio moram trahentem[y], sentencia curie nostre fuit approbata, et hoc cum tanta severitate, ut ecclesie nostre subditis prophanum perpetuo videri debeat dominis suis nolle parere et contra stimulum calcitrare. Successu temporis dominus abbas noster, ne ob defectum iusticie valeat reprehendi, visitata lege scripta de Arkes, plura capitula[z] in eo[a] reprehensibilia reiecit[b], quedam nova, 30 prout[c] sibi et suo[d] consilio videbatur, adiecit[1], quedam eciam in melius commutavit; specialiter autem, ne Arkenses in posterum aliquid contra ecclesiam machinentur legemque ad suum retorquentes[e] libitum interpretentur, statuit in eadem, ut, quociens abbati placuerit legem eorum scriptam videre, illam sibi ostendere teneantur[2]. Sicque legem eis reddidit innovatam. Arkenses super innovata lege sua murmurantes, eam recipere recusaverunt. 35 Unde quidam eorum dedignanter eam in arbore concava posuerunt, ubi stetit plus quam per mensem, credentes per hoc animum abbatis[f] aliqualiter alterare. Sed finaliter videntes immobilem timentesque sicut alias reprehendi, eam assumpserunt, et ea[g] postmodum usi sunt et utuntur usque in hodiernum[h] diem. Carta inde confecta sic incipit: . . . . [i] Datum . . . . . .[i] Correxit eciam eo[k] tunc legem de[k] Poperinghes[l], cuius carta sic inci- 1232. 40 pit: *In nomine Patris et Filii*[m] *et Spiritus sancti.* Datum anno Domini 1232. Hoc eciam eodem anno ipse terminari fecit questionem diu[n] ventilatam inter dominos episcopum et archidiaconum ex una parte et dominum Iohannem abbatem[f], predecessorem suum, ex altera super procuracionibus et pastu habendo in[o] domibus nostris ubique[p] constitutis. Questio vero seu altercacio terminata fuit per compromissum factum in dominum Petrum 45 de Colle-medio prepositum Sancti Audomari. Littere super hoc confecte incipiunt: *Omnibus Christi fidelibus* et cet. Datum anno[q] Domini 1232.

Circa idem tempus dominus papa Gregorius IX. multas constituciones edidit super ordine[r] nostro[r] sancti Benedicti nigrorum monachorum ac eciam super aliis ordinibus multum graves, ordinemque nostrum per multiplices visitatores infestando, incipiens a Cluniacensibus, graves observancias impo- Will. Andr. c. 251. 50 nens cum multis et magnis penis adiectis, ordinem nostrum et ordinem Premonstracensem multum privilegiatos

a) sup. regi *A* 2. b) reddidit *A* 1; subditi *A* 2. b*) *deest A* 1. c) Eodemque *A* 2. d) pulsu *A* 1; inpulsi *A* 2. e) irruencia *A* 2. f) Arkas *A*. g) d. s. *des. A*. h) Arkes *A* 2. i) appropiav. *A* 1. k) nostro *A* 2. *B* 2. l) cumm. *B* 1. m) igitur *A* 1. n) ostencio *A*. o) *deest A* 1. p) *superscr. B* 1. q) comit. *A* 1. r) ymo *A* 1. s) plebei *B* 2. t) furtis *B* 2. u) deff. *A* 1. v) corup. *A* 2. w) bailliarum *A* 1; ballivorum *A* 2; balivorum *B* 2. x) fedum *A* 1. 55 y) trahente *A* 1. *B* 1. 2. z) capit. . . *spatio vacuo rel. A* 1. a) *sic codd.* b) egecit *A* 1. c) ut *A* 2. d) c. s. *A* 1. e) lib. ret. *A* 1. f) *deest A* 1. g) *superscr. B* 1. h) od. *A* 1. i) *spatium vacuum in codd.* k) *deest A* 2. l) Poppringh' *A* 1; Poperinghen *B* 2. m) cet. (Filii - Sancti *omissis*) *A* 1. n) dyu *A* 1. o) in dom. — — Collemedio *in inf. marg. ead. m. suppl. B* 1. p) ubicumque *B* 2. q) a. D. *des. A* 1. r) s. regulam s. Ben. *A* 2.

1) Lex Arkensis a Iacobo abbate data impressa est 60 apud D'Achery, Spicil. XII, p. 169 sqq. Data a. 1231, mense Febr. 2) Haec ex verbis chartae: *Unde volumus . . . . ut, quoties a nobis requisiti fuerint infra triduum eam proferant et ostendant.*

Will Andr. per abbates Cistercienses visitari fecit. Qui capitulis generalibus et provincialibus presiderunt et multos offenderunt. Abbates ordinis Aroasie Parisius coram fratribus Predicatorum super ordinis transgressione sepius in causam tracti, multas et magnas expensas facere sunt coacti. Regalia et exempta monasteria per totam Galliam et Angliam visitata per Cistercienses et per Predicatores, remedio appellacionis sibi providentes et Romanis multam pecuniam transmittentes, evaserunt. 5

id. 252. Eodem[a] anno comes[b] Flandrie Ferrandus apud Noviomum[c] morbo calculi obiit, et in Flandriam delatus, in Merketa[d.1] monialium monasterio[e], nuper ab uxore sua comitissa Iohanna fundato prope Insulam, presentibus Flandrie proceribus[f], 4 episcopis multisque religiosis, clericis atque populo, cum honore sepelitur[g].

id. 251. Eodem eciam anno ecclesia sancti Iudoci cum dormitorio et aliis[h] officinis adherentibus ab igne de villa surgente combusta tota fuit. 10

Pars 3.

De quibusdam victoriis contra Statingos infideles.

1233. Circa annum Domini 1233. in archiepiscopatu Bremensi Statingi, gens quedam a sua patria Stactin[i] sic dicti, non recte de fide catholica[k] senciebant; super quo archiepiscopus Bremensis papam consuluit. Qui missis[l] Predicatoribus precepit cruce signari. Ad eos itaque debellandos multi crucem assumentes, contra Statingos[m] processerunt, ductores suos habentes Henricum, filium ducis Brabancie cum Brabantinis, Florencium comitem Hollandie[n] cum navibus trecentis, de Flandria Willelmum de Bethunia, Arnoldum dominum de Aldenarda cum aliis innumeris. Venientes ad locum quadam feria 6. ante pentecosten[2], (1234. Iun. 9) predicacione facta, omnes ad prelium preparantur. Quod videntes Statingi, pedites suos numero[o] quasi 7000 iunctim et seriatim premiserunt, et equites sequebantur. In eorum excercitu quidam erat album equum insidens, quem canis niger sequebatur quocumque ibat. Congressus igitur utrobique audacter incipitur, sed pro[p] parte ecclesie comes de Wilthuse[3] in fronte prelii occiditur; quare Statingi audacius institerunt. Sed finaliter eis stulte separatis, Willelmus dominus Bethunie eos victos proclamans et disconfitos[q], in eos irruit et cum eo omnes cruce signati in impetu tanto, quod[r] Statingorum ibi maxima pars interiit, reliquis ad mariscos aufugientibus. Mirabile dictu! nullus Statingorum qui ibidem interfecti fuerunt emisit sanguinem, nec ab eis clamor factus neque vox audita. Comes autem Hollandie[s] cum aliis a Statingis[m] rediens, Frisiam aggressus, bellando viriliter Frisones acquisivit. 30

Quomodo Tartari Hungariam aggressi per ducem Austrie fugati et debellati fuerunt.

. . . .

Will Andr. c. 252. Anno sequenti hyemps[t] asperrima tam famis miseria quam frigoris angustia plurimos affecit[u], multique potentes in Francia mortui sunt, specialiter autem Philippus Hirsutus Bolonie comes, sancti Ludovici regis avunculus, obiit, Mathildi[v], uxori sue, filiam relinquens unicam. Ipse edificavit castrum Bolonie, Calesii[4], Ardrelo[w.5] et alia quedam; sepultus autem fuit in Sancto Dyonisio iuxta patrem suum.

De translatione corporis sancti[x] Bertini.

Gloriosa translacio beatissimi patris nostri Bertini abbatis a domino Petro episcopo Morinensi ad requestam domini abbatis[y] nostri Iacobi facta est[z] sollempniter, astantibus episcopo Atrebatensi[6], dominis[a] Iacobo Sancti Bertini, Willelmo Sancti Winnoci[b], Iohanne Alchiacensi[c] abbatibus, Ghisnarum[d] quoque comite[7] aliisque [quam[e]] plurimis anno Domini 1234[8]. Hoc eciam anno[9] rex Francie sanctus Ludovicus Iohannam Flandrie[f] et Hannonie comitissam, Ferrandi comitis relictam, uxorem dedit egregio militi Thome[g], filio comitis Sabaudie[h.10]. 45

De fine sive recessu domini Iacobi abbatis nostri[i].

Dominus abbas noster Iacobus post diutinos active vite labores ad arcioris religionis statum ac melioris vite frugem sancteque contemplacionis requiem anelare desiderans,

a) *hic inserit A 1 rubram:* De morte Ferrandi comitis. b) Ferr. Fl. c. *A 1*; Fl. c. Ferr. *A 2*. c) Novionum *A 2*. d) Merketta *A 2*; Marketa *B 2*. e) monasterium *A 1*. f) principibus *A 1*. g) sepultus *A 1*. h) *deest A 2* 50
i) Stattin *A 1*. k) chathol. *A 1*. l) missus *A 1*. m) Statting. *B 2*. n) Holand. *A 2*. o) q. 7000 num. *B 2*. p) ex *A 2* q) desconf. *A 1*. r) q *A 2*. s) Holandie *A 1. 2*. t) hyems *B 1*. u) efficitur *A 1*. v) Matildi *A 2*. w) Arderlo *B 1*. x) beati patris nostri Bert. *A*. y) Iac. ab. n. *A 2*. z) et *A 1*. a) domino *A*. b) Winoci *A*. c) Alciac. *A 1*. d) Gisn. *h. l. B*. e) *deest B* f) Flandriam *A 1*. g) Tome *A 1*. h) Salandie *A 1*. i) et cetera *add. B 2*

1) Nomen legitur apud Bernard. Ypr. c. 27, Martene, Thes. III, p. 402, et in 'Rymkr.' v. 5739. 2) Proelium commissum est d. 27. Mai; cf. Schumacher, 'Stedinger' p. 241. 3) i. e. Heinricus comes de Oldenburg et Wildeshusen. 4) Will. Andr. c. 243; supra p. 836. 5) Hardelo, a Boulogne versus meridiem. 6) Assone. 7) Balduino III. 8) Cf. chartam Petri et Assonis episcoporum apud Mabillon, Acta III, 1, p. 152, qui testantur, se corpus S. Bertini a. 1237, Iul. 16. in aliud scrinium transtulisse. Falsus est igitur hic annus. 9) A. 1237. 10) Thomae. — Cf. 'Cron. de Fl.' p. 140. 60

recessit ad Claromariscum in die[a] purificacionis beate[b] virginis[c] anno[d] Domini 1234[1], et abbacie sue moderamine derelicto, monachus ibidem effectus est, conventu suo penitus ignorante. Ibique reliquum[e] vite sue peregit. Carte seu privilegia sui temporis sunt numero[f]....[g] Febr. 2.

Capitulum 48.

est[h] de domino Symone huius nominis III, huius vero loci abbate 48.

Pars 1.

Symon huius nominis tercius, huius vero loci abbas 48, nacione de Gandavo, iuvenis bene religiosus, ab abbate Iacobo, predecessore [suo[i]], regulariter educatus, eodem domino Iacobo factitante est hic in abbatem promotus per hunc modum: Domino Iacobo abbate[k] nostro apud Claromariscum effecto monacho, fratres Sancti Bertini super eligendo pastore solliciti[l], de communi consilio[m] dominum Bartholomeum Wasselin, religiosum satis virum et benignum, in abbatem nostrum concorditer elegerunt; quem, quia monoculus erat, dominus Petrus episcopus Morinensis[n], habito saniori consilio[m], recusavit, et dominum Symonem de Gandavo, bone conversacionis iuvenem religiosissimum[o], eiusdem monasterii sacerdotem et monachum, instinctu domini Iacobi abbatis nostri predicti hic abbatem pro alio[p] consecravit. Quare conventus Sancti Bertini Romanam curiam appellavit. Dissencione[q] huiusmodi coram sommo pontifice ventilata, papa quidquid[r] ex utraque parte factum fuerat, episcopi videlicet et conventus nostri, totum in irritum revocavit, et auditis hinc inde partibus, electionem domini Symonis ab episcopo factam confirmavit, alio recusato. Sentencia igitur pape ad nos delata, dominus Symon reverenter est a conventu in abbatem receptus et cum gaudio intronisatus anno Domini 1238. 1238.

Eodem eciam anno facta est contencio inter Leodiensem episcopum[2] et Waleramnum[s], fratrem ducis de Lembourc[t, 3]. In adiutorium episcopi Thomas Flandrie[u] comes cum tanta supervenit[v] multitudine, ut adversarii timentes dicerent, quod, si omnis excercitus comitis manibus et pedibus ligatus esset, ipse Waleramnus[s] cum omnibus sequacibus[w] suis non occideret[x] eos infra 15 dies.

Hoc tempore fundatum[4] est monasterium de Foresta[y] monialium ordinis sancti Benedicti iuxta Brucsellam[z]. Et anno sequente consecrata est eius prima abbatissa[5], soror castellani Gandensis[6], anno Domini 1239, 3. Kal. Octobris[7]. 1239.

Circa idem tempus sic[a] est orta discencio[b] inter comitem Artesii[8], fratrem regis, et abbatem Sancti Vedasti Atrebatensis[9], ut dictus comes muros domus de Monflames[c] ad ecclesiam sancti Vedasti pertinentis destruxit. Tandem discordia cedata est propter medietatem thelonei eidem comiti ab abbate concessam, licet contra voluntatem tocius sui conventus.

Eodem anno 3. Nonas Iunii circa meridiem passus est sol eclipsem permaximam, et maxime in partibus regni Navarie et circa Pampelunam[d], et in tantum, ut dies, qui prius clare luxerat, in ipsa hora[e] eclipsis ita sit redditus tenebrosus, ut nox obscura videretur[f]. Aliudque mirandum ibi tunc accidit; nam fluvius ibi lambens[g], qui ante solis eclipsim propter habundanciam aquarum vix a peregrinis precedentibus poterat[h] pertransiri, in ipsa hora eclipsis, aquis eius contra rerum ordinem versus montes recedentibus, ita factus est aridus, ut peregrini subsequentes siccis pedibus pertransirent. Propter illas eclipsis magnas tenebrositates ac eciam terremotus, qui tunc accidebant per universam christianitatem, omnes timore maximo[i] sunt concussi. Miraretur aliquis, quod in illa parte mundi[k] plus eclipsaretur[l] sol quam in alia; non tamen[m] est mirandum. Eclipsis enim solis, que nichil

a) die *deest* A 1. b) Marie B 2. c) Marie *add.* A 1. d) a. D. 1234. *des.* A 2. e) relicum A 1. f) *deest* B. g) *spatium vacuum in codd.* h) *A haec tantum:* Symon tercius abbas 48. i) *deest* A. k) a. n. *des.* A 2. l) solic. B 1. m) concil. A 2. n) Morinensi A 2. o) religiosum B 2. p) pro *iterum add.* B 2. q) Discenc. A 1. r) quidquit A 2. s) Wall. A 1. B 2. t) Lenbourchg A 2. u) c. Fl. A 2. v) m. s. A. w) sequentibus B 2. x) occiderent A 2. y) Forresta B 2. z) Brusellam A 1; Brucellam A 2. a) *deest* B 2. b) discensio A 1. c) Mofl̄ames A 1. d) Pampolunam A 2; Pampelanam B 2. e) *deest* A 1. f) redderetur B 2. *ed.* g) labens A 1. h) poterat A 1. i) magno A 2. k) mondi A 1. l) eclipsabatur A. m) *deest* B 2.

1) Demum a. 1238. Iacobus abbatiam abdicavit, ut etiam cap. sequente eius successor recte a. 1238. electus dicitur. 2) Wilhelmum electum, fratrem Thomae comitis. 3) Heinrici IV. 4) Fundatum est iam saec. XI. ex. a Fulgentio abbate Affligemensi; cf. Bald. Ninov. supra p. 526; chartam apud Miraeum, Op. dipl. I, p. 675; sed nunc ab obedientia abbatis Affligemensis liberatum est et abbatissa eidem praefecta. 5) Petronilla. 6) Sigeri II. 7) Petronilla testatur, se electam esse a. 1239, Aug. 13, consecratam a Guidone episc. Camerac. d. Oct. 2 (non 3), in charta ap. Miraeum l. l. I, p. 757. 8) Robertum. 9) Martinum II.

aliud est quam interposicio corporis lune inter nos et solem, nunquam[a] est ubique consimilis. Nam corpus lune, quod minus est corpore solis et[b] longo spacii intersticio distat a corpore ipsius solis, solem ipsum non tegit equaliter ad omnes regiones. Secus autem est de eclipsi lune, que lumen non habet nisi a sole; fit[c] autem eclipsis eius per interposicionem terre inter solem et lunam. Et quia terra maior est corpore lunari, ideo possibile[d] est quandoque terram sic interponi, ut totam cooperiat[e] lunam, et luna nullum omnino lumen a[f] sole accipiat. Et ideo eclipsis lune, quando nullum omnino lumen a sole recipere potest, oportet[g], ut sit universalis; non autem sic de eclipsi solis, que nunquam universalis esse potest.

Pars 2.

De transfretatione plurium magnatum ad Terram Sanctam.

. . . .

1240. Mar San III, 11, 16

De transfretatione comitis Cornubie.

Anno sequente[h], id est 1240, Richardus comes Cornubie, frater Henrici regis Anglorum, cum magna milicia magnisque diviciis transfretavit, et per Franciam iter faciens, a rege fuit honorifice receptus . . . . . .

Quomodo corona Domini spinea per sanctum Ludovicum Parisius est allata.

Will Andr

Iohannes Brenensis dudum rex Iherusalem per Federicum imperatorem nequiter expulsus, postea in imperatorem Constantinopolis[i] per papam promotus, supra capitulo proximo, parte 1, in possessionem imperii sui veniens, pauca inde recepit emolumenta[k]. Habuit autem de uxore sua, filia regis Castelle[1], filios duos, Iohannem et Ludovicum[2]; et cum parum aut nichil haberet unde milites suos stipendarios[l] sustentare posset, magna compulsus egestate, duos filios suos predictos pro 10000 librarum Pisanis pignori obligavit, et post hoc spineam coronam, qua[m] dominus noster Ihesus Christus a Iudeis in passione sua fuerat coronatus, similiter Pisanis obligavit[3]. Quam coronam sanctus Ludovicus rex Francie consilio matris sue 20000 librarum[4] redemit a Pisanis et in Franciam afferri fecit. Cumque[5] Parisius appropinquarent qui coronam afferrent, episcopus Parisiensis[6] cum toto clero, cappis sericis induti, processionaliter illi obviam exierunt; nobiles eciam et omne vulgus cum gaudio simul omnes occurrunt; rex eciam ipse et frater eius Robertus comes Artesii nudis pedibus et laneis[n] tunicis ad carnem induti, in eodem loco extra villam susceperunt sanctam Domini coronam predictam et in suis eam humeris usque in ecclesiam beate Marie virginis portaverunt; et inde oracione completa, ad regis palacium in nova capella, quam rex propter hoc miro opere construi fecerat, reposuerunt die sancti Laurencii[7], mense Augusti; et prebendas canonicales eis qui ibidem perpetuo servirent assignavit. Miracula in hac sancta delacione corone tot evenerunt, quod non esset leve narrari[o]. Brevi post hoc[p] tempore allata est regi[q] Francie Parisius magna pars crucis dominice in die exaltacionis eiusdem anno[r] Domini 1241.

1239 Aug. 10.

1241. Sept. 14.

Pars 3.

De condempnacione et deposicione Federici imperatoris ab[s] imperio.

Will. Andr. c. 247.

Supra capitulo Iohannis tercii, parte finali, pax ecclesie cum imperatore Federico facta fuerat, sed ficta pocius quam facta. Nam Federicus ipse non cessavit Romanam ecclesiam inquietare; quare papa Gregorius iterum in[t] ipsum[u] invehitur. Hinc Federicus cardinalibus litteras querimoniales super facto pape misit, per quas videbatur eos a papa velle divertere vel pocius[v] contra ipsum papam pervertere et contra papam et ecclesiam sedicionem in Urbe facere[p], et alia multa mala fieri procuravit et terras ecclesie invasit contra pacem ab eo iuratam. Quare et propter negocium Terre Sancte et[w] eciam contra Albigenses Iaco-

a) nomq. *A* 1. b) et — solis *des. B* 2. *ed.* c) sic *A* 1. d) impos(s)ibile *A* 2. *B* 1. 2 (*corr.* possibile). e) coopereat *A* 2. f) axipiat a sole *A*; acc. — a sole *in loco raso B* 1. g) *sic A* 1. *B* 1. h) sequente *corr.* sequenti *B* 2. i) Constantinopolī *A* 1. k) emolimenta *B* 1; emolumento *B* 2, *ubi nulla hic dist.* l) stipendiar. *A* 1. m) quam *A* 1; qua *B* 2. n) lineis *A* 1. o) narri *A* 1. p) *deest A* 1. q) P. r. Fr. *B* 2. r) a. D. *des. A* 1. s) ab i. *des. A* 2. t) *deest B* 2. u) eum *B*. v) *deest A* 2. w) et — legatus *des. B* 2.

1) Berengaria, filia Alfonsi IX. regis Legionensis. 2) Nescio, unde haec sibi congesserit auctor. Nusquam alibi, quantum scio, traduntur. 3) Venetis obligata fuit corona spinea 'pro ingenti summa pecuniae'; cf. Galteri Cornuti libellum 'De susceptione coronae spineae', SS. rerum Gall. XXII, p. 29 sq. 4) 10000 libr. regem Balduino imperatori pro hac solvisse, tradit Albericus, SS. XXIII, p. 947. 5) Quae sequuntur bene conveniunt cum iis quae Guill. de Nang., V. Ludov. IX, SS. rer. Gall. XX, p. 326, ex Ann. S. Dionysii, SS. XXIII, p. 143, narrat. 6) Guillelmus. 7) Aug. 17. demum Parisios intraverunt; v. locos laudatos. Festum coronae crastino S. Laurentii celebrandum constitutum est.

bus Penestrinus episcopus cardinalis apostolice sedis legatus in Galliam mittitur, et congregato consilio apud Silvanectum[a], ab omnibus prelatis et ecclesiis provincie Remensis[b] vicesimam[c] partem omnium reddituum ad auxilium summi[d] pontificis obtinuit; similiter et per alias Gallie provincias.

Circa idem tempus dominus papa Gregorius consilium Rome celebrare nititur. Ad quod dum[e] cardinalis Penestrinus[f], peracto in[e] Galliis negocio, properaret, et cum eo cardinalis Ottho, episcopi et abbates plures, a galeotis imperatoris, qui vias artari fecerat, capti sunt et rebus omnibus spoliati anno Domini 1241. et in castro Sancti Minianis[1] iuxta Pisam, quod castrum camera dicitur imperatoris, in vinculis sunt detenti, et quidam eorum carceri mancipati.

Huius eciam imperatoris filius Henricus rex Alemannie legato pape in Daciam[g] misso transitum per suos districtus inhibuit. Quem filium Federicus pater postea de rebellione accusatum cepit et ductum in Apuliam[h] squalore carceris suffocavit. Consilio generali, ad quod Federicus imperator neminem venire permittebat, sic impedito, cardinalibusque[i] et aliis captis, papa commotus[k], in imperatorem acrior inpellitur, processus proferens et sentencias fulminans[l], 18 articulos contra eum[m] probatos opponens[n], ipsum iterum excommunicavit et excommunicatum[o] denunciavit, protestans ad ulteriores[p] sentencias se processurum, maxime quia iam per orbem a plurimis infamatus esset, quod de fide catholica non bene senciebat[2]. Hinc imperator nimium exasperatus, occupato toto ecclesie patrimonio, Urbem obsidione vallavit. Quod videns papa et omnes fere Romanos Federici pecunia[r] corruptos attendens, acceptis capitibus sanctorum apostolorum Petri et Pauli, processionem a Laterano ad Sanctum Petrum faciens, Romanorum animos sic revocavit, ut pene omnes contra imperatorem cruce signarentur. Hoc audiens imperator, quia iam se credebat Urbem intraturum, timens longe recessit ab Urbe. Deinde papa Gregorius IX. tantis tribulacionibus concussus, Rome anno pontificatus[s] sui 14, mense Augusti migravit ad Dominum. Sedit autem annis 14. Post quem electus fuit Celestinus IIII, nacione Mediolanensis; sedit solum diebus 18, et vacavit sedes men. 12, di. 14. Hic episcopus Sabinensis vita et sciencia laudabilis, senex et infirmus electus, cito moritur et in ecclesia sancti Petri sepelitur.

Cui successit Innocencius IIII, nacione Ianuensis, anno Domini 1243[t], qui tempore cardinalatus sui specialior amicus extiterat, quem in cardinalium collegio Federicus imperator[u] habebat, et eius causas, quantum cum Deo et honore suo poterat, in melius promovebat. Nunc autem effectus papa, veteris amicicie non oblitus, cum imperatore magnum[v] tractatum habuit de pace. Sed cum omnino sensisset[w] animum eius contumacem et contra ecclesiam firmiter obduratum, cum auxilio Ianuensium venit in Galliis et consilium celebravit in Lugduno. In quo consilio ipsum imperatorem tanquam hostem ecclesie condempnavit et eum imperio privavit; et ut firmior et stabilior hec privacio permaneret[x], procuravit in imperatorem eligi lantgravium[y] Thuringie, et eo defuncto, comitem Hollandie[z] Willelmum, filium Florencii. In hoc consilio[a] inter ceteros prelatos dominus abbas noster Symon[b] interfuit et multum religiose [et[c] honeste] se gessit. Attendens igitur, statuta Gregorii IX, supra capitulo proximo, parte 2, super ordine nostro cum penis adiectis esse valde gravia, impetravit a papa Innocencio privilegium, per quod papa committit abbati Sancti Vulmari in Nemore, ut abbatem Sancti Bertini possit absolvere, quociens contra dicta statuta peccaverit vel in penas eis[d] adiectas inciderit, et generaliter a statutis papalibus et penis in eis contentis et eas in alias commutare. Privilegium datum Lugduni 19. Kal. Aprilis, pontificatus domini Innocencii pape quarti anno primo[3]. Itemque aliud privilegium, ut per litteras[a] apostolicas non cogamur aliquos[e] recipere in monachos, nisi de hoc privilegio faciat mencionem. Datum anno tercio. Item aliud, quod in[f] monasterio nostro possimus habere clericum, qui pro monachis nostris scolas teneat et eos doceat, et quod ad hoc possimus[g] cum monachis nostris adicere[h] certum[i] numerum aliorum monachorum seu clericorum. Datum ut supra. Iste dominus Innocencius papa IIII. canonisavit sanctum Emundum confessorem Cantuariensem archiepiscopum sanctumque[k] Stanislaum[l] Cracoviensem[m] episcopum et martirem, qui ab iniquo principe fuerat interfectus, sanctum quoque[n] Petrum ordinis fratrum Predicatorum, quem heretici propter suam predicacionem contra eos factam et eorum heresim[o] inter Cunas[p] et Mediolanum interfecerunt. De hoc Innocencio[q] papa vide infra capitulo Gilleberti, parte 3

a) Silvanecum *A* 1. b) Remensi *A* 1. c) vinc. *B*. d) sommi *A* 1. e) *post superscr.* *A* 1. f) Penstr. *B* 1. g) Dacia *B* 2. h) Amp. *A* 2. i) que *deest* *A* 1. k) convictus *A* 1. l) fulminas *A* 2. m) ipsum *A* 2. n) opp. — protestans ad *des.* *B* 2. o) comm. *A* 1. p) uter *A* 1. q) *superscr.* *B* 1. r) peccunia *B* 2. s) papatus *A*. t) MCCXLVIII. *A* 2. u) *deest* *A* 1. v) tr. m. *A* 1. w) senc. *B* 2. x) remaneret *B* 2. y) lantgarium *B*. z) Holandie *A* 1. a) *post superscr.* *B* 1. b) Iacobus *male* *A*. c) et h. *des.* *B*. d) eius *B* 2. e) aliquas *A* 1. f) possumus h. c. in m. n. *B*. g) possumus *B*. h) adiscere *A* 1. i) centum *B* 2. k) sanctum quoque *B* 2. *ed.* l) *deest spatio vacuo rel.* *A* 1; Stanislanum *B* 2. m) Carcoviensem *A* 1; Cantuariensem *A* 2; Tracomensem *B* 2. n) sanctumque *B*. o) heresem *B* 2. p) *sic pro* Cumas *A* 2. *B*; *deest spatio vacuo relicto* *A* 1; Cumas *Mart.* q) p. I. *A* 2

1) Nomen corruptum est pro castro Sancti Miniati. Cf. Ann. Placent. Gib., SS. XVIII, p. 489. 2) Cf. Potthast, Reg. I, p. 908. 3) Annus et dies falsi sunt.

Pars 4.

De crucesignatione sancti Ludovici Francorum regis.

. . . .

De successione Margarete ad comitatum Flandrensem.

1244. Wil. Andr. c. 252. Post hoc anno Domini 1244. domina Iohanna Flandrie et Hannonie comitissa morti quod debuit exsolvit et in Marketa[a.1] monialium monasterio, quod ipsa[b] prope Insulam nuperrime fundaverat[c], iuxta Ferrandum primum maritum suum[d] sepelitur[2], postquam Flandrensibus imperaverat annis 39. Successit illi Margareta, soror eius germana, que dudum a patre Balduino Flandrie et Hannonie comite, dum se in iter Iherosolimitanum preparat et in Cron. de Fl. Brugis peram et baculum assumpsisset, supra capitulo Iohannis III, parte [11[e]][3], custodienda tradita fuit cuidam militi cognato[f] suo, sed dyachono, nomine Iohanne[g], alias Botsardo[h.4] de Avesnis, qui minus in commisso fidelis, dictam iuvenculam tunc simplicem impregnavit et in ea duos filios genuit Balduinum et Iohannem, quos pater postmodum a papa legitimari fecit. Satis cito post hoc, adhuc vivente Iohanna, sorore[i] sua, que[k] Flandrie gubernacula tenebat, cum pauca vel nulla spes esset de successione Margarete ad Flandriam, ipsa Margareta nupsit cuidam nobili viro Willelmo de Dompno-Petra, de quo duos[5] filios habuit, Willelmum videlicet[l] et Guidonem, filiamque Mariam, in Flinis postea monialem humilem et devotam[6].

Nunc vero hac domina Margareta Flandrie comitatum adepta, postquam terram aliquamdiu per se rexerat, filio suo Willelmo ius primogeniture[m] declaravit et eum de Flandrie comitatu et armis investivit[n]; ipsa tamen in vita sua per se Flandriam possedit. Ex hac investitura Flandrie[o] indignati filii priores a Botsardo[p] suscepti, causam coram rege ventilarunt, et multis hinc inde racionibus allegatis, finaliter per regem et proceres terminatum fuit et[q] concordatum[7], quod investitura Willelmi de Flandrie comitatu et armis firma permaneret et stabilis, filiique vere legitimi et de legitimo[r] matrimonio nati Flandriam perpetuo possiderent, et eorum heredes post eos; filii autem de Botsardo[s] suscepti haberent[t] Hannoniam et successores eorum perpetuo; nec alter eorum in alterum aliter[u] quereret vel haberet, matre[v] semper utramque terram in vita sua pacifice[w] possidente. Willelmus igitur, primus filiorum de matrimonio, arma Flandrie plena[x] sibi assumpsit, aurea[y] scilicet cum leone[z] nigro. Ipse cum rege Francorum Ludovico[a] crucem ultramarinam assumpsit, cum eo transfretavit[b] et cum eo captus et redemptus fuit. Antiquior autem filius a Botsardo[c] susceptus[d] nominatus Iohannes de Avesnis sororem[8] Willelmi comitis Hollandie[e] accepit uxorem, et racione tam nobilis uxoris arma Flandrie predicta quadravit cum armis Hollandie, que sunt auri cum leone rubeo; que[f] armorum insignia sic exquadrata[g] Iohannes, filius eius, et[h] comites Hannonie, qui ab eis descenderunt, deferunt usque in hodiernum diem.

Pars 5.

De transfretatione sancti Ludovici regis et Damiete[i] regisque predicti captione.

Mar. San. III, 12, 2. Rex Francorum sanctus Ludovicus post crucem assumptam, in quadriennio dispositis pro se et pro regno negociis, premisit in Cyprum qui victualia prepararent et cetera oportuna[k]. 1248. Ipse[9] vero anno Domini 1248. circa finem Augusti in iter se transmarinum preparans[l], venit ad Aquas-mortuas, et circa festum beati Mathie[10] navigium intrans, Ib. in Cyprum[m] applicuit, et cum eo fratres eius Robertus, Karolus et Alfonsus[n], Ib. comes quoque Flandrie Willelmus, nuperrime de Flandria investitus, multi quoque principes et prelati, matre sua regina Blanca[o] dimissa ad regni custodiam. Erat enim domina prudentissima. Rex illam hyemem in Cypro peregit. 1249. Anno Domini 1249, mense Mayo rex Francorum cum toto navigio et excercitu de Limisso

a) Marketano *B 2. ed.* b) ipse *B 2.* c) fond. *A 1.* d) *post superscr. B 2.* e) *deest spatio vacuo rel. A 1* f) 9gn. *A 1*; cogn. *A 2.* g) Iohanni *A 2.* h) Boscardo *B 2.* i) sorrore *A 2.* k) q̄ *A 2.* l) scilicet *A 2* m) geniture *A 1.* n) infest. *A 2.* o) Flandreñ *A 1.* p) Lotsardi *h. l. A 1.* q) 9 *A 1.* r) legitt. *semper B 2* s) Boscardo *B 2.* t) *deest spatio vacuo rel. A 1; superscr. B 1.* u) aliquit *A 1.* v) mater *A 2.* w) *deest B 2*, pace *A 1.* x) sibi pl. *A 1.* y) aureas *A 1. B 1. 2, ubi* scilicet *deest.* z) leo *A.* a) *deest A 2.* b) trasfr. *A 2.* c) Lotsardo *h. l. A 1.* d) receptus *A 2.* e) Holandie *h. l. A; et ita mox A 1.* f) q̄ *A 2.* g) equadr. *A 1.* h) *deest B 2* i) pr. regis Dam. *A 1.* k) *deest spatio vacuo rel. A 1.* l) properans *A 1.* m) Ciprum *A 1.* n) Alfondus *A 1.* o) Blancha *A.*

1) Marquette. 2) Sic Bernard. Ypr. c. 30. et Chron. rhythm. v. 5761 sqq.; cf. 'Cron. de Fl.' p. 160. 3) p. 823 sq. 4) Hoc (Burchardus) est verum nomen. 5) Tres; omisit Iohannem et postea filiam Iohannam. Noster omnino hic recedit a 'Cron. de Fl.' p. 134. 6) Cf. Bernard. Ypr. c. 32. 7) Cf. ib. c. 30. 8) Adelheidem. 9) Haec ex Vinc. Spec. hist. XXXI, 89. per alium fontem iam corrupta ad nostrum pervenisse videntur. Vinc. dicit, regem in crastino S. Bartholomaei (Aug. 25) navem intrasse. 10) Vinc. l. l. scribit, classem die Iovis ante festum S. Mathaei (Sept. 16) in Cypro applicuisse. Festum S. Mathiae d. 24. Febr. celebratur.

Damiatam[a] venit, et quarta die Iunii ante Damiatam[a] excercitus Christi in anchoris[b] stetit; crastino sommo mane vexillo crucis erecto Christique nomine invocato, cum naves propter aque parvitatem ad terram applicari non possent, plurimi, et specialiter rex ipse, armati, ut erant, scutis ad colla pendentibus, lanceasque tenentes in manibus, statim in aquam prosiliunt[c] regisque exemplo omnes inanimantur; p o t e n t e r r e s i s t e b a n t S a r r a c e n i, q u i s t a b a n t i n l i t t o r e q u a s i a r e n a m a r i s i n n u m e r a b i l i s, n e c r e g i s nec christianorum animositas p r o p t e r S a r r a c e n o r u m m u l t i t u d i n e m s e u f o r t e m r e s i s t e n c i a m in aliquo minuebatur[d], sed a c r i o r i n t u m u i t et augebatur, gravissimaque[e] pugna conseritur. Sarraceni v i d e n t e s c h r i s t i a n o r u m p o t e n c i a m e t a n i m o s i t a t e m a c r e m e t a c c r e s c e n t e m[f], territi ad civitatem refugerunt[g], et nocte sequente igne posito, civitatem h o m i n i b u s v a c u a m christianis occupandam dimittunt. Quos rex et excercitus insequentes et ignes extinguentes[h], civitatem omnibus bonis et diviciis plenam reppererunt. Audiens et videns rex tantum miraculum, in quadam musqueta — sic enim templa vocantur Sarracenorum —, que erat ceteris excellencior, eliminata Sarracenorum spurcicia, celebrari fecit missam de beata virgine[1]. In hac[i] civitate rex immoratus est per totam estatem propter excrescenciam[k] Nili[c], et 27. die Novembris castra movit, ut procederet[l] ultra contra Sarracenos qui erant in Lamassora. Et in via audierunt, defunctum esse soldanum, cuius filius expectabatur, qui in partibus fuerat orientis. In hoc itinere comes Artesii, frater regis, et Templarii, qui faciebant anteriorem custodiam, invenerunt lysac[m], id est primam custodiam Sarracenorum, et in ipsos irruentes, straverunt ex Sarracenis 35, et crastino de Sarracenis, qui flumen transierant, mille fuerunt tam occisi quam capti. Christiani vero non valentes propter fluminis[n] Taphneos intersticium ad Sarracenos transire, pontem super[o] flumen edificare temptant. Quod Sarraceni armis et machinis impediunt. Tandem invento per quendam Bedoinum[p] vado licet difficili, nostri, natantibus equis, in maximo numero, non tamen sine periculo transito flumine, castra vertere Sarracenorum, pluribus eorum admiratis occisis; sicque Sarraceni Lamassoram christianis dimiserunt. Dumque more solito christiani[q] lucris intenti hac illacque discurrunt, Sarraceni in illos irruerunt[r], et duravit impetus a m a n e usque in[s] horam nonam, christiani tamen campum obtinuerunt, l i c e t c u m e o r u m d a m p n o p e r m a x i m o. Nam ibi mortui sunt R o b e r t u s comes Artesii, f r a t e r r e g i s, et alii comites duo. Et post hoc christiani pontem quem inceperant perfecerunt, ut ad se christiani[t] ceteri pertransire possent. Postera die Sarraceni in maximo numero congregati, in christianos undique plus quam unquam fecerant insiliunt. Sed christiani, ordinato excercitu, multos Sarracenorum interficiunt et finaliter repellunt. Post aliquos dies venit soldanus novus, et personuit terra[u] instrumentis et novis clamoribus, et[v] extunc venerunt christianis omnia contra votum, fames et pestilencia, infirmitas in hominibus et in iumentis; nam pene quilibet lugebat mortuum[w] suum aut infirmum. Sarraceni eciam[x] prohibebant transitum victualium; proinde 5. die Aprilis rex et sui, victualium inopia constricti, versus Damiatam redierunt, et cum venissent ad casale dictum Sarmasach, tanta se Sarracenorum multitudo circa[y] christianos infudit, ut eorum impetum plus sustinere non possent. Ibique captus est rex Francie sanctus Ludovicus cum duobus fratribus suis et Willelmus comes Flandrie, qui in illo conflictu et aliis precedentibus tanta[v] probitatis opera gessit, ut non solum regis, sed eciam omnium qui aderant graciam obtineret. Totus preterea excercitus Christi tam[z] per terram quam per fluvium capitur, occiditur et Sarracenis subicitur[a].

De morte[b] domini[c] Symonis abbatis nostri.

Eodem anno dominus abbas noster Symon, postquam hanc suam ecclesiam rexisset annis ferme[d] 12, diem clausit extremum, et sepultus fuit in claustri cornu sinistro inter capitulum et ecclesiam anno Domini 1250[2]. Carte seu privilegia sui temporis sunt . . .[e]

Capitulum 49.
est[f] de domino Gilleberto abbate[g] 49. nostro.
[Pars[h] 1].

Gillebertus huius loci abbas 49, nacione de villa Sancti Audomari, parentibus pauperibus Scotis[i] natus, ab infancia in hoc monasterio educatus, puer docilis, gratissimus et ob hoc domino abbati Iohanni tercio et fratribus valde carus[k], propter sui subtilitatem ingenii scolis ab abbate predicto datus et hic inter pauperes clericulos[l] enutritus, plusque ceteris proficiens, plus aliis est dilectus; quare per dominum Iohannem abbatem nostrum predictum[m] est hic in monachum receptus. Inde ad litterarum studia missus sic profecit, quod tandem, domino Symone abbate nostro defuncto, fuit hic in abbatem nostrum electus anno Domini 1250.[n] et a domino Petro tunc Morinorum[o] episcopo confirmatus et consecratus. Qui eciam dominus Petrus episcopus eodem anno obiit; cui successit in episcopatu dominus Radulphus[p]

a) Damaticam *B 2. ed.* b) anquoris *A 2.* c) *deest spatio vacuo rel. A 1.* d) minuebantur *B 2.* e) gravissima Que *A 2.* f) accressentem *A 2*; acr. *B 1.* g) fugerunt *B 2.* h) extingentes *A 2.* i) civ. hac *A 2.* k) excress. *A 2. B 2.* l) procedent *B 2.* m) lisach *B 1.* n) fluvii *A 2.* o) supra *B 2.* p) ledoinum *A 2.* q) christianis l. intentis *B 2.* r) irruunt *A 2*, *corr.* irruerunt *B 2.* s) ad *B 2. ed.* t) cet. chr. *A 2. B 2.* u) terram *A 2.* v) *deest A 2.* w) s. m. *A 2.* x) autem *A.* y) contra *A 2. ed.* z) *deest B 1 (loco raso).* 2. a) *deest A 1.* b) fine *A 1.* c) *deest B 2.* d) ferre *B 1*; fere *B 2.* e) *vacat codd.* f) *haec des. A 1*; *A 2 sic:* Gillebertus abbas 49. g) huius loci abb. 49. *B 2, ubi* nostro *deest.* h) *des. codd.* i) Scottis *A 1.* k) gratus *corr.* carus *B 2.* l) clericos *A. ed.* m) *deest A 2.* n) MCC . . *spatio vacuo rel. A 1.* o) Morinen *A 1.* p) *deest spatio vacuo rel. A 1, rec. m. suppl.* Rudolphus.

1) Cf. Vinc. XXXI, 97. 2) In magno chartulario S. Bertini iam a. 1246. Gillebertus Simoni successisse dicitur, teste Laplane I, p. 277. Et iam in chartis a. 1247, Mart. occurrit apud Giry, 'Hist. de St. Omer' p. 418 sqq.; nr. 48. 49.

episcopus. Obiit eciam Remensis archiepiscopus Iohelus; cui successit dominus Thomas de Bello-manse[a].

Mar San Mart

Eodem[b] eciam anno mortuus est Federicus imperator nequissimus et ab ecclesia condempnatus, et anno sequente Conrardus[c], filius eius, ut regnum Cicilie[d] susciperet, per mare in Apuliam venit, et capta Neapoli, muros eius funditus[e] destruxit; et cum anno sequenti infirmaretur, audito quod a medicis iudicabatur ad salutem, veneno sibi[f] mortem acceleravit.

De redemptione et liberatione sancti Ludovici [regis[g]] a captivitate et factis eius post liberationem.

Mar San III, 12, 3

Francorum rege beato Ludovico a Sarracenis capto, supra capitulo proximo, parte finali, statim de concordia tractatur, et finaliter sic convenitur, ut soldanus regem dimittat liberum[h] et fratres eius omnesque captivos, qui capti fuerant, postquam in Egiptum rex venerat, necnon captivos a tempore avi sui, supra capitulo Iohannis III[i], parte 4. Itemque quod[k] terras, quas in adventu regis Ludovici christiani tenebant in regno Iherusalem cum earum pertinenciis, christiani adhuc in pace tenerent. Itemque quecumque in Damiata manerent, que christiani secum deferre non possent, redderentur nunciis eorum, cum pro eis mitterent. Rex vero debebat soldano reddere Damiatam et Sarracenos omnes captivos tam in Egipto quam in regno Iherusalem, et pro redempcione captivorum ac[l] eorum expensis rex solveret centum milia marchas argenti; alii dicunt 8000 bisantiorum[m] auri Sarracenorum. Item quod[n] rex ipse[o] usque in decennium bellum non inferat Sarracenis.

Cron de Fl Mar San

Item dicunt alii[p] aliam condicionem appositam, scilicet quod in signum[q] et memoriam captivitatis huius rex Francorum et sui posteri ad certum tempus in omni moneta, quam cuderent, argentea insculperent turrim in signum inclusionis et compedes in signum captivitatis. Ideoque aliquanto tempore per regnum Francie intermissum est fabricare monetam, et maxime quamdiu rex erat absens; sed loco monete fecerunt currere frusta[r] de corio cum infixo clavo aureo vel argenteo, maiori vel minori, et secundum hoc erat maioris precii[s] vel minoris. Postquam[t] vero rex de Terra Sancta Iherusalem[u] rediit, ad honestiorem excusacionem predicte condicionis fuit ordinatum, quod moneta regis argentea in hoc principio Turonis cuderetur, et in ea circa turrem et compedes[2] inscriberetur: 'Turonis civitas'; que civitas, quia[v] Gallice Tours vocatur, nomen monete dedit, ut vocarentur grossi Turonenses, qui pocius vocari debuissent grossi turrenses. Postea vero, cum hec moneta iam cursum suum est sortita, rex hanc monetam fecit[w] fabricari eciam in aliis locis, sed semper ubicumque fieret, semper[x] inscriptum erat: 'Turonis[y] civitas'.

ib.

Hac convencione facta soldani cum rege, non placuit omnibus Sarracenis, et maxime, quia maioribus eorum insciis facta fuit. Igitur connivencia[z] maioris partis excercitus Sarraceni in soldanum irruentes, cum furore venerunt regis Ludovici tentorium, volentes in eum et christianos pariter desevire; sed finaliter convenciones ille, que cum soldano facte fuerant, per omnes admiraldos sunt firmate. Tunc rex, fratres sui, comes Flandrie, legatus, patriarcha, omnes barones et milites totusque christianorum cuneus[a] Ptholomaidam pervenerunt 8. die Maii, et inde pro captivis et harnesiis suis transmittentes, vix de 12000 trecentos rehabere potuerunt, ymmo Sarraceni christianos nolentes ad suam legem converti[b] trucidabant. Tunc considerans rex Terram Sanctam sub periculo, privatam omni spe auxilii in casu[c] quo ipse discederet, fratres suos mittens in Franciam anno Domini 1251. ad matris sue consolacionem, ipse mansit in Syria, maxime pro redempcione captivorum; et reparavit Ptholomaide burgum.

1251.

Willelmus eciam[d] comes[e] Flandrie cum fratribus regis rediit, et in Flandriam veniens, ut nobilium animos ad transfretandum excitaret, torneamentum in[f] Trasingies provocavit; in quo presentis vite finem accepit; et sepultus est in ecclesia monialium de Marketa anno Domini 1251[1]; cui successit Guido, frater eius.

Bern. Guid. 1252. Mar San III, 12, 4.

Hoc eciam anno [1251[f*]] institutus est ordo de penitencia Ihesu Christi in Massilia, et hoc[g] de speciali mandato domini pape Innocencii quarti. Eodemque anno ipse Innocencius papa recessit a Lugduno[h], ubi per septem annos moram fecerat. Anno sequente sanctus rex Ludovicus firmavit Iaffam. Quo eciam anno domina[i] regina Blancha, regis mater, obiit. Eodemque anno pastorelli in magna multitudine per Flandriam et Franciam discurrentes, multa mala fecerunt, et usque ad Aquas-mortuas et Belliquadrum[k2]; ubi eorum percepta malicia, quidam suspenduntur, alii mare transierunt et alii ad propria redierunt.

Mar San

Post reparatam[l] Iaffam rex Sydonem reparavit. Et hoc facto, id est anno Domini 1254[m], rex in Franciam reversus est.

Pars 2.

De progressu regis Armenie ad Tartaros et eius confederatione cum eis, de[n] septem peticionibus eius.

. . . .

a) manso *A* 1. b) Et eod. a. *A* 2. c) Conradus *A*. d) Cec. *B* 2 *saepe*. e) d. f. *B* 2. f) m. s. *B* 2. g) *deest B*, et *add. sed del. B* 2. h) librum *B* 1. i) in *A* 2. k) per *add. B* 2. l) et *A* 2. m) bisanciorum *A* 1. n) Itemque *A* 2. o) in de *del. B* 2. p) *deest A* 1. q) signo et memoria *A* 2. r) *sic ed.*; frustra *A* 1. 2. *B* 1; folia *B* 2. s) vel min. pr. *A* 2. t) Postea v. quam *A* 1; Postea v. quod *A* 2. u) *deest B* 2. v) *deest A*. w) fabr. fec. *A*. x) *superscr. B* 1. y) Turronis *B* 2. z) conuinencia *A* 1; conveinencia *B* 2. a) cunes *A* 2. b) coverti *B* 1. c) causa *A* 2. d) *deest A* 1. e) Fl. c. *A* 1. f) in Tr. *des. B*. f*) *deest B*. g) est *add. B* 2. h) Lugdunio *B* 2. i) r. d. *A* 1. k) Belliquardum *A* 2. l) vero *add. A* 1. m) MCCLII. *A* 2. n) de s. p. e. *des. A* 1.

1) Cf. Bald. Ninov. supra p. 543; Ann. Bland. p. 31; 'Rymkr.' v. 5844. 2) Non turrem, sed templum Turonense Ludovici grossi Turonenses praeferunt; cetera omnia fabulosa. 3) Beaucaire, praef. Nîmes.

Pars 3.

De guerra Margarete Flandrie comitisse contra comitem Hollandie.

Hoc eciam anno Domini 1253.[a] domina[b] Margareta Flandrie et Hannonie comitissa guerram movit contra[c] comitem Hollandie[d] Guillelmum, contra eum[e] in Zelandiam mittens filium suum Guidonem, nuperrime de Flandrie comitatu investitum, comitesque Barensem[f,1] et Ghisnensem[g,2] cum navibus et excercitu[h] copioso. Quibus Guillelmus comes iam in imperatorem electus potenter occurrit, et versa contra Flandrenses victoria, perditis eorum navibus, armis et ceteris que habebant, comes ipse Guido ad claudicacionem vulneratus et captus [est[i]], Barensis[k] comes, amisso uno oculo, captus est[l], comes eciam[m] Ghisnarum captus, pluribusque aliis baronibus atque nobilibus captis, totus excercitus positus est in direpcionem, captivitatem et mortem, paucis et cum difficultate fuga liberatis. Hiis ita gestis, timens Margareta Flandrie comitissa, ne Guillelmus comes Hollandie[d] in terram suam insiliret[3], deliberavit ad dominum suum mittere pro succursu. Rege igitur adhuc absente, ad fratrem eius dominum Carolum comitem Andegavensem et consilium[n], per quod curia[o] in regis absencia tunc regebatur, accessit. Qui dominus Karolus, oblata sibi prius et concessa tota terra Hannonie[p] predicta ab ipsa comitissa Margareta, cum maximo excercitu venit et burgum de Valenchienis et omnia fortalicia circumvicina, que prius comes Hollandie invaserat, cepit; et positis[q] baillivis[r] suis, acceptis eciam homagiis et obsidibus, in Franciam rediit. — 1253.

Anno sequente[s] Iohannes de Avesnis, qui sororem[t] Willelmi[u] comitis Hollandie et regis Alemannorum[v] habuit uxorem, supra capitulo Symonis tercii, parte 4[4], ad ipsum Willelmum[w] accessit, ostendens, quomodo in sui exheredacionem[x] et filie[5] eius comitatum Hannonie, in quem ipse[y] iam fuerat investitus, comes Andegavie invaserat et occupaverat in preiudicium ipsius imperatoris electi, cum Hannonia sit de feudis[z] imperii, et inde fidelitatem facere recusabat; eumque sic animavit, quod ad Hannoniam venit ipse comes Hollandie Guillelmus cum armorum potencia maxima et obsedit burgum de[a] Valenchienis. Sed audito, quod Karolus antedictus et Margareta Flandrie comitissa cum sui utriusque potencia proponeret inire[b] bellum contra ipsum, recessit ab obsidione, et[a] cum excercitu suo contra Frisones, qui domino[c] tunc carebant[d], processit; ubi fuit a Frisonibus interfectus. Eodem anno, scilicet[e] 1253[6], rex sanctus Ludovicus de Terra Sancta redierat, et audito, quod frater eius Karolus comes Andegavensis Hannoniam tenebat occupatam, nec tamen fidelitatem prestiterat[f] domino a quo tenebatur, mandavit ei, ut ad se veniret; quod, licet invitus, fecit[g] tamen, quia[a] regis mandatum pretergredi non audebat. Sequenti anno[7] Iohannes de Avesnis, filius Margarete Flandrie comitisse, videns se a suo proposito defecisse omneque adiutorium suum, regem scilicet Alemannie, cuius filiam[5] habebat [uxorem[h]], iam defunctum, corde defectus, in langorem[i] magnum decidit, filiisque suis in bona gardia commendatis, obiit. Tunc frater suus Balduinus penitens, quod contra matrem male[k] gesserat una cum fratre suo iam defuncto, ad cor rediit, obnixius[l] a matre veniam petit et emendacionem per omnia repromittit. Quem mater increpans pro tardacione nimia, materna tamen inducta[m] pietate sibi veniam indulsit. Ad[8] pacem componendam inter dominum Karolum Andegavensem, fratrem regis, et[a] dominam Margaretam Flandrie comitissam filiosque suos de domino[n] Botsardo susceptos et filios eorum et captivos nichilominus ex Hollandia redimendos rex venit Gandavum[9]; ubi de hoc habito tractatu, liberati sunt a captivitate dominus Guido comes, filius Margarete comitisse predicte, comitesque Barensis[o] et Ghisnensis[p] et alii barones et nobiles plures. Hannonia quoque restituta fuit comitisse Margarete, et assignate fuerunt magne pecuniarum somme[q] tam pro redempcione captivorum predictorum[r], quam eciam pro misiis et expensis, quas fecerat dominus Karolus, frater regis, in succurrendo et adiuvando comitissam — Cron. de Fl. — ib

a) MCCLII. *A* 2. b) d. M. F. *in loco raso m. sec. B* 1. c) c. c. H. *m. sec. in loco raso B* 1. d) Holand. *A* 1 *constanter.* e) *deest B* 2. f) Barrensem *A* 1. g) Ghysn. *A* 2 *constanter.* h) excercito *B* 2. i) *deest A.* k) Barrensis *A.* l) *deest A* 1. m) et *A* 1. n) concil. *B* 1. o) in r. abs. t. curia *A* 1. p) Hanonie *B* 2. q) positi *A* 1. r) *deest spatio vacuo rel. A* 1; balivis *A* 2. s) sequente *corr.* sequenti *B* 2. t) sorrorem *A* 2. u) c. H. W. *A* 1 v) Alemannie *A* 1; Alemanorum *A* 2. w) Willinum *A* 1. x) exhereditacionem *A* 2. *B* 2. y) iam ipse *A* 1. z) fondis *A* 1; feodis *A* 2. a) *deest A* 2. b) mirre *B* 2. c) t. d. *B* 2; dominus *A* 1. d) carebat *A* 1; carrebant *B* 2. e) *deest B* 2; Domini *add. A* 2; s. anno 1253. *post* redierat *ponit A* 1. f) d. p. *A* 2. g) t. f. *A* 2. h) *deest A.* i) languorem *A* 2. k) malle *B* 2. l) obnixus *A.* m) induta *A* 1. n) *deest B* 2. *ed.* o) Barr *A* 1. p) Ghysn. *A* 2; Gisn. *h. l. B* 1. q) *sic h. l. A* 1; *alibi etiam codd. A* 2. *B.* r) *deest A* 1.

1) Theobaldum. 2) Arnoldum III. 3) Tacet de filiis Margarethae Iohanne et Burchardo de Avesnis, quibus Willelmus rex foederatus erat. 4) p. 844. 5) Immo sororis, ut ipse modo et supra recte scripserat. 6) Immo a. 1254, ut Iohannes recte supra parte 1. scripsit. Et quae praecedunt ipse in a. 1254. collocat. 7) Iohannes de Avesnis demum a. 1257. obiit. 8) Sequentia gesta sunt a. 1256. 9) De pace tractatum et pactum est Peronae mense Sept.; v. chartas quinque, quas sub die Sept. 26. affert Wauters, 'Table chronol. des chartes' V, p. 132. 686.

Margaretam in hac guerra contra Willelmum Hollandie comitem antedictum[1]; que[a] pecuniarum somme alterminate fuerunt ad quinquennium; unde populus terre murmurans conquerebatur, se posse per hoc[b] in perpetuam redigi servitutem. Quam ob rem rex aliqualiter confusus a Gandavo recessit ceterique probi qui cum[c] eo venerant.

Cron. de Fl.

Pars 4[d].

De obitu domini Innocencii pape IIII, et de successione Alexandri[e] quarti et impetracione pontificalium et plurium privilegiorum nostrorum.

Mart. Paparum. Temporibus istis floruit magister Hugo ordinis fratrum Predicatorum, doctor eximius, qui totam Bibliam postillavit[f] et concordanciarum Biblie primus auctor[g], qui propter vitam[h] honestam et sciencie famam fuit per papam Innocencium institutus cardinalis tituli Sancte Sabine. Ipse eciam Innocencius papa sedes cardinalium a multo tempore vacuas de valentibus personis ex diversis mundi partibus ad suum beneplacitum electis restauravit[i]. Et mortuo Federico imperatore nequissimo, contra Conrardum[k], filium eius, qui in preiudicium ecclesie violenter Apuliam intraverat, supra eodem, parte prima, Apuliam ipsemet papa cum maximo excercitu potenter ingreditur. Sed non diu post hoc in Neapoli languens, moritur. Sedit autem annis 11, mens. 6, di 12. Cui successit Alexander papa IIII. Hic erat vir placidus, sanguineus[l], carnosus, humilis, iocundus, risibilis, affabilis[m] et benignus. Cuius specialis capellanus et commensalis[n] valde dilectus fuit dominus abbas[o] noster Gillebertus[p], vir utique multum industrius, quem in curia Romana propter suam liberalitatem et munificenciam communiter[q] vocabant abbatem aureum.

Hic abbas noster ab Alexandro[r] papa multa[s] pulcra et honorifica impetravit. Obtinuit[t] enim ab eo mitram et cetera[u] pontificalia cuncta[v]; sed successive. Primo quidem obtinuit mitram tantum et anulum solum. Unde privilegium confectum est, datum pontificatus Alexandri quarti anno primo. Item statim post hoc impetravit omnia pontificalia simul, et ea in privilegio nominantur. Datum[w] ut supra. In quorum insigniorum[x] concessione papa dedit abbati nostro anulum cum rubino pulcerrimo balacsio[y, 2], qui adhuc penes abbatem nostrum cum magna reverencia et diligencia conservatur. Itemque aliud privilegium de consecrando corporalia et cetera ornamenta sacerdotalia conferendique generaliter primam tonsuram. Datum 8. Idus Februarii. Item aliud, ut abbas noster, si sit sacerdos et ab episcopo benedictionem[z] acceperit, possit conferre minores ordines. Datum 5. Kal. Marcii. Item aliud super visitacionibus et procuracionibus archiepiscoporum, episcoporum[a], archidiaconorum et cet. Datum 6. Idus Februarii. Hoc privilegium postea moderatum est per papam Benedictum XII, infra capitulo Alelmi[b], parte . . . Item aliud, ut non cogamur ad causarum cognicionem inviti[c]. Datum 5. Kal. Marcii. Item aliud, in quo dat potestatem abbati Sancti Bertini suisque successoribus absolvendi monachos suos super transgressionibus[d] statutorum editorum a papa Gregorio IX, supra capitulo Iacobi, parte 2. Et eandem potestatem papa concedit suppriori[e] huius loci, ut de eisdem possit absolvere abbatem [nostrum[f]]. Datum 6. Kal. Ianuarii. Similem quoque et ampliorem potestatem dedit papa Innocencius III.[g] abbati[h] Sancti Vulmari in Nemore[3], ut possit absolvere abbatem Sancti Bertini a transgressione statutorum pape et statuta in alios pios usus commutare, si et quomodo opus sibi videbitur, in hiis solum que non sunt de substancia regule, vel dispensacio non sit[i] in regula beati Benedicti prohibita.

Mart. Hic papa Alexander IIII. canonisavit sanctam Claram, que[k] fuit de ordine sancti Damiani et beati[l] Francisci. Huius tempore Manfredus, filius naturalis, id est bastardus, condam Federici imperatoris, pro pedagogo se gerens Conrardini[m], filii Conrardi, filii Federici imperatoris predicti, ipso Conrardino[n] mendaciter publicato mortuo, sibimet coronam accepit. Quod factum quia[o] in preiudicium domini pape fuit, primo Manfredus a domino papa excommunicatur, deinde contra ipsum magnus excercitus mittitur, sed parum profecit. Huius eciam tempore, mortuo Willelmo Hollandie comite in imperatorem electo et nunc nuper a Frisonibus interfecto, supra parte proxima, principes Alemannie electores[p] in duo divisi, quidam illorum Alfonsum regem Castelle, alii vero Richardum comitem Cornubie ad imperium elegerunt. Quod scisma imperatorum diu duravit. Adam. Sed in absencia regis Alfonsi Richardus in Aquisgrani[q] se coronari fecit in Alemannie regem . . . .

a) q̇ *A2.* b) sic *A1.* c) com *A1.* d) *in A2 hic erronee posita est rubra partis* 9 *sic:* P. IX. De morte Alexandri pape IV. et de quibusdam successoribus eius; *quod, eodem errore commisso, in A1 sic correctum est:* P. IX. De morte Innocencii p. IV. et q. s. e. e) pape *add. B2.* f) postilavit *B2.* g) actor *B.* h) v. h. et *in loco raso ead. m. A2.* i) reformavit *A1.* k) Conradum *A.* l) sanguinosus *A1.* m) et a. b. *A1.* n) commessalis *B1*; commens. *corr.* commess. *B2.* o) n. a. *A2.* p) Gilb. *B2.* q) *suppl. sec. m. A1.* r) Allex *saepius A2.* s) bona *add. A2.* t) Obti *in fine lineae A1.* u) cetra *B1.* v) multa *A1.* w) Data *A2.* x) insiginorum *A2.* y) balasio *A2.* z) benedicion. *B1.* a) *superscr. B1.* b) Allelmi *A2.* c) inuti *A2*; inmitti *B2.* d) transgressione *A1*; transgressionem *A2.* e) superiori *A2.* f) *deest A superscr. B1.* g) *sic codd. pro* IIII. h) abbatem *A1.* i) fit *A2.* k) q̇ *A2.* l) sancti *A.* m) Conrad. *A.* n) Conrad. *B2.* o) *deest B2.* p) et *(del.)* el. *B2.* q) Aquisgrano *B2*

1) Cf. chartam in 'Bulletins de l'Acad. de Belgique' ser. 2, t. XXXIX, p. 172, qua Margaretha 160000 libr. solvere se obligat. 2) Gallice hodie 'balais'. 3) Samer-au-Bois prope Boulogne; cf. supra p. 843.

Pars 5.

De[a*] perturbatione Terre Sancte per guerras Ianuensium, Venetorum et Pisanorum in[a] Ptholomaida[b].

. . . .

Hiis temporibus Balduinus miles dominus[c] de Comines[d] post plures altercaciones inter ipsum et nos habitas super iuribus nostris in domo, terris et aquis seu eciam pratis domus nostre de Baswarnaston[e] finaliter nobis ius nostrum recognoscens, et quasi per modum testamenti pro remedio anime sue, presente et consenciente Balduino, filio suo primogenito et herede proximiore, recognovit[f], quod in domo nostra predicta ac eius toto ambitu sive clausura omnimoda iusticia, alta, media sive bassa, ac eius exsequcio, forefacta et emende nobis et ecclesie nostre solis et in solidum competebant; sed extra clausuram predictam, licet omnimoda iusticia nobis competat in omnibus terris nostris, pratis et aquis, non tamen exsequcio sit[g] ad plenum, quia ipsemet dominus Cominensis per suos officiarios debet esse exsequtor iusticie nostre, et ideo medietatem habere debet in emendis [solum[a]], et non forefactis et confiscacione; et inde suas litteras patentes nobis concessit cum pluribus articulis[h] aliis de piscaria et cet. Littere date anno Domini 1257. 1257.

Circa idem tempus quidam magister Balduinus, rector ecclesie beate Marie de Calesio, dominum abbatem nostrum coram episcopo traxit in causam super medietate fructuum, decimarum, oblacionum dicte parrochie, que nobis competit contra curatum, dicens, integraliter et de iure communi tanquam curato competere terciamque partem decime piscarie maris; domino abbate nostro se defendente titulo primeve fundacionis parrochie predicte ac eciam per divisionem iuris parrochialis dudum factam per iudices apostolicos super hoc datos, supra capitulo . . .[i, 1], parte . . .[i], ac eciam per longam, quietam et pacificam possessionem. Tandem post multas altercaciones tam in curia Remensi quam eciam Morinensi compromissum est in magistrum Iohannem de Laudunio canonicum Morinensem sub pena centum marcharum sterlingorum[k]. Qui magister Iohannes, causa bene discussa, predicto magistro Balduino silencium imposuit et in 41 libris Parisiensibus, quas de oblacionibus levaverat, nobis solvendis condempnavit. Quam eciam sentenciam suis litteris patentibus sigillatam, litteris eciam curie Morinensis confirmari fecit. Quarum litterarum date sunt eodem anno Domini[l] 1258.

Pars 6.

De perturbatione Terre Sancte pro defectu succursus Tartarorum, et de facto ipsorum Tartarorum contra calipham et civitatem Baldacensem[m] et eorum conquisitione Syrie et Damassi[n].

Mar. San. III, 13, 7. et Haith. c. 24

Baptisato Mangone[o] chaan cum omni domo sua multisque proceribus eius, Alahonem[p] fratrem suum miliciam assignavit, ut Sarracenos destruat et Terram Sanctam restituat christianis, supra e[odem], parte 2. Alahon igitur cum rege Armenie, Phison[q] amne transito, infra 6 menses totam subiciens Persiam, venit in terram Assassidarum et specialiter ad quoddam castrum[r] fortissimum nomine Sydago[2]. Quod cum inexpugnabile[s] videret, ad eius obsidionem dimisit capitaneum unum cum 10000 Tartarorum, precipiens, ne[t] ab obsidione discederent, [quousque[u] haberent]. Quibus post 17 annos obsidionis non propter ciborum, sed propter[t] vestimentorum penuriam castrum redditum est ab Assassidis. Interim rex Armenie ab Alahone licenciam impetravit repatriandi, ut gentem suam et regnum, a quo iam 4 annis fuerat absens, ordinet in succursum Tartarorum, ad ipsum Alahonem rediturus, cum pro eo mitteret[v], grateque recessit. Alahon[w], disposito regno Persarum vocatisque 30000 Tartarorum de regno Turchie, ad Baldach civitatem potentissimam processit et eam obsidione vallavit anno Domini 1258. Et quia gens illa Balcensis cum suo calipha omnium Sarracenorum domino tanquam papa[t] gens mollis erat et delicata nec armis ydonea, Tartari civitatem facillime conquisierunt. Post civitatem conquisitam, immensos[x] quoque thesauros inventos in ea, Alahon, adducto[y] coram se calipha, petivit ab eo, quare, cum tantis afflueret thesauris, eos pro salute sua et sue gentis non expendit[z], gentes armigeras advocando[a] in defencionem sue civitatis. 'Credebam', inquit, 'solas mulieres hanc posse defendere civitatem[3]'. Cui Alahon: 'Tali domino non competit cibus communis qualis aliis, gemmis igitur, auro[b] et argento, in quibus tantum delicatus es, vescaris amodo'. Tunc reclusit eum in camera inter aurum et argentum, prohibens, ne cibus alius illi detur. Sic inter divicias suas calipha fame periit. Alii dicunt, quod gutturi[c] suo iussit infundi liquatum aurum; alii dicunt, quod fecit caput abscindi; sed quidquid sit, calipha male periit.

Haith c 26.

Mar San III, 13, 7 id III, 12, 6

a*) *haec des. A1, folio exciso.* a) *deest B.* b) Thol. *A2;* Ptol. *B2.* c) *superscr. B1.* d) Cominis *A2.* e) Baswarneston *A2.* f) recōgn *B2.* g) sic *B1.* h) al. art. *B, sed* art. *superscr. B1.* i) *spatium vacuum codd.* k) sterlinguorum *A2.* l) scilicet *B1.* m) Baldec. *A2;* Bladac. *B1.* n) Damasci *A2.* o) magno *A2.* p) Allah. *A2;* Allahoni fratri suo *ed.* q) Physon *A2.* r) castellum *A2.* s) inexpun. *B1.* t) *deest A2.* u) q. h. *des. B.* v) mandaret *A2.* w) Alaho *A2.* x) ianuenses *codd., ed.* y) adductos *A2.* z) expedit *A2.* a) pro adv. *A2.* b) arg. et auro *B.* c) guturi *A2.*

1) Cf. c. 46, part. 12, p. 825. 2) *Tigado* Haith.; nomen omisit Mar. San. 3) *Que ma nation suffisoit pour la (puissance des Tartares) repousser.* Haith.; Marcus Paulus c. 24. dicit, calipham confusum tacuisse. Auctor hanc responsionem in alio tractatu de Tartaris forte legit; v. supra p. 747.

Sequenti anno in Rages civitate, que est in confinio Armenie, Medie et Mesopotamie, occurrit Alahon rex Armenie cum magna comitiva gencium, armorum; poterat enim tunc regnum Armenie facere 12000 equitum et 60000 peditum in armis, et simul iuncti ceperunt Cesaream magnam, Ychonium et totam Turchiam usque ad mare; inde Anthiochiam[a], ubi Alahon a christianis cum[b] reverencia susceptus est. Quos amicabiliter videns, pertransiit usque Alapiam, quam in 40 diebus obtinuit; deinde Calamelam, Hamam et Damascum obtinuit anno Domini 1260. Hinc christianis in Terra Sancta nova lux oriri[c] visa est, cum viderent inimicos crucis Christi Sarracenos sic undique destruere tantumque Tartarorum succursum sibi in adiutorium adventare; sed vana spes, que non confidit in Domino et ponit carnem brachium suum. Nempe dum, hiis peractis, Alahon cum rege Armenie vellet ad regnum Iherusalem liberandum procedere, venerunt ei nova, quod Mango[d] cahan, frater eius et summus imperator Tartarorum, obierat[e], et quod Tartari ipsum Alahonem expectabant, ut ipsum in suum dominum coronarent. Tunc Alahon, dimisso quodam capitaneo nomine Guitloga[f] [1] cum 10000 Tartarorum pro custodia regni Syrie, recessit ad partes suas orientales, ut dominium[g] oblatum suscipiat. Sed in itinere audito, quod principes Tartarorum iam fratrem suum Cobilam in imperio statuerant, reversus est in Taurisium, multisque intersecantibus[h] bellis atque negociis, Alahon in adiutorium Terre Sancte reverti non potuit; et sic extrema gaudii christianorum in Terra Sancta per regem Armenie procurati luctus occupavit per absenciam Alahonis; nam licet Guitloga[i] substitutus eius predictus in adiutorium christianorum fecerit quod potuit, parum tamen profecit, nec diu duravit. Terra quoque Sancta sicut prius in direpcionem mansit et amplius. Nam Tartaris contra Sarracenos et econtra multis et magnis preliis preliantibus, christianis quoque Terre Sancte modicum et quasi nichil agentibus, magna pars Tartarorum, ritu christianitatis derelicto, legem Sarracenorum sunt sequti.

Pars 7.

De Guidone[k] Flandrie comite et[l] utroque eius matrimonio et filiis eius ex[m] utroque matrimonio susceptis.

Constantinopolitana civitas et eius imperium dudum per Gallicos et Venetos obtenta, supra capitulo Iohannis III, parte 11[2], et ab eis eorumque[n] successoribus fere per sexaginta annos et hucusque detenta, nunc circa annum Domini 1260. per Palealogum Grecorum imperatorem recuperatur, fugatis inde dominis Gallicanis. Specialiter autem imperatrix Gallica comitissa Namurgi in has partes suas a Constantinopoli revertitur, et veniens Namurgum[o], cives eius calumpniatur omnia forefecisse, quia baillivum[p] suum interfecerant. Et cum cives se vellent excusare super calumpnia[q] antedicta, non solum eos a se reiecit[r], verum eciam excercitum[s] congregans, et ut sibi succurrat, adiutorium petit[t] a cognata sua domina Margareta Flandrie et[u] Hannonie comitissa; que sibi[v] libenter assensit et ei excercitum[w] potentem misit. Timentes cives iudicium sine misericordia haberi, Lucemburgensem[x] comitem rogant, ut eos in suos recipiat eosque defendat[y]. Ipse vero Namurgum habere desiderans, letanter et[z] cum potencia qua poterat in Namurgum confestim advenit, et in manu forti fecit observari introitus et exitus castelli, ne gentes imperatricis[a], que erant[b] intro[c], sibi in aliquo possint obesse. Cito post hoc venit imperatrix obsidere Namurgum[d]. In hac obsidione segniter[a] et remisse se habuerunt Hannonienses[e] cum suo ductore Balduino de Avesnis, filio Margarete Flandrie comitisse, qui favebat Henrico Lucemburgensi[f], qui eciam treugas 15[g] dierum impetravit. Quod videntes Campanienses, qui erant cum imperatrice, treugis concordatis, recesserunt. Quos eiusdem excercitus Teuthonici[h] insequentes, predati sunt. Imperatrix videns sic gentes suas a se deficere, soluta obsidione, recessit. Tunc Henricus castellum assultibus urgens, tandem tractatu ipsum castellum in dedicionem accepit, castellani et obsessorum vitis salvis. Et sic dominus Namurgi[i] mansit per aliquod[k] tempus. Sed finaliter habito tractatu inter ipsum et[l] imperatricem ac Flandrie comitissam, sic concordatum est, quod Guido Flandrie comes, filius Margarete predicte, filiam predicti Henrici Lucemburgensis uxorem habeat et comitatum Namurcensem[3]; et sic omnium[m] communi consensu Guido comes Namurcensis est effectus.

Guido iste dudum, vivente fratre suo Willelmo Flandrie comite, habuerat uxorem aliam[4] filiam domini Bethuniensis[n] et advocati Atrebatensis[5], unde sibi provenit terra[o] Bethuniensis; et ex ista genuit filios quinque[p] [6] pluribus graciis preditos et famosos. Primus filius fuit Robertus, suus Flandrensis heres et successor[q], qui, matre sua predicta defuncta, est effectus dominus Bethuniensis[r], et ideo communiter, patre suo vivente, et donec ipse Robertus est comes effectus, vocabant eum Robertum de Bethunia.

a) Anthiociam *A 2*. b) honorifice susc. *A 2*. c) orriri *A 2*. d) magno *A 2*. e) obierāt *A 2*. f) Gmdloga *h. l. B 1* g) dñm *A 1*, *qui hinc iterum pergit*. h) intersequantibus *A 1*. i) Guidloga *A 1*; Gnitloga *B 1*. k) Guyd. *B 2 saepius*. l) de *A*. m) ex — susc. *des. A*. n) que *deest B*. o) Namurgium *A 2*. p) ballivum *A 2*. q) ant. cal. *A 1*. r) reiesit *B 1*. s) eҙca *A 1*, *ubi sec. m. suppl.* exercitum. t) peciit *A 1*. u) et H. *des. A 1*. v) l. s. *B 2*. w) pot. ex. *A 1*. x) Luceb. *A 2*; Lucinb. *B 2*. y) deff. *A 1*. z) *deest B 2*. a) *suppl. sec. m. A 1*. b) *superscr. B 1*. c) ne *post superscr. B 1*. d) Namurgium *A 2*. e) Hannonenses *A 1*. f) Lucemburgenci *B 2*. g) imp. 15 d. *B 2*. h) Teuton. *A 1. B 2*; Theuton. *A 2* i) Namurgii *A 2*. k) aliquot *A*. l) *deest B 2*. m) om; *B 2*. n) Betun. *A 1*, *et ita mox;* Bethunensis *h. l. B 2*. o) et t. *A 1*. p) 5 — suus *in marg. ead. m. suppl. B 2*. q) successos *A 1*. r) Betun. *h. l. B 1*.

1) Nomen corruptum est pro Guiboga. 2) p. 824. 3) Sic Bern. Ypr. c. 32. apud Martene, Thes. III, p. 403. 4) Mathildem. 5) Roberti. 6) Quinque filios nominat Bern. Ypr. et ex eo Chron. rhythm. v. 5912; *quatre fils* 'Cron. de Fl.' p. 175.

Iste Robertus uxorem duxit filiam Karoli[a] comitis Andegavensis, fratris regis Francie; qui Karolus postea fuit rex Cicilie; de qua filium habuit Karolum[1] et filias duas. Eaque uxore defuncta, duxit uxorem secundam sororem ducis Burgundie[2]; unde sibi et suis successoribus provenerunt comitatus Nivernensis et Retestensis[b, 3]; de qua habuit filios duos, primum Ludovicum Nivernensem et secundum Robertum Casletensem, de quibus postea dicetur; filias quoque quatuor, quarum prima nupta fuit comiti Blesensi[c], secunda domino de Couchiaco, tercia domino de Ainghem[d] et quarta Matheo de Lothoringia. Fuit iste Robertus de Bethunia vir mire probitatis, bellicosus et audax.

Guido predictus secundum habuit filium ex uxore prima Iohannem, qui[4] fuit Brugensis[e] prepositus et post episcopus[f] Leodiensis; tercium filium Guillelmum, qui nupsit domine de Neele in Viromandesio[g]; a quo descenderunt illi de Neele, de Alfei-monte[h] comitesque[i] Bolonienses[k] et Gebenenses; quartum filium Philippum, qui uxorem habuit comitissam de Tyeta[l]; quintum filium habuit[m] Balduinum[5]. Habuit[n] eciam[m] ex[o] eadem tres filias, ducissam Brabancie, comitissam Hollandie[p] et comitissam Iuliacensem[q]. Hii sunt octo liberi[r] quos habuit Guido de uxore sua prima; de hac autem uxore sua filia comitis Lucemburgensis, unde sibi provenit comitatus Namurcensis, filios habuit: Iohannem, suum in comitatu[s] Namurcensi successorem, et[s] a quo processerunt comites Namurcenses, secundum filium Guidonem et tercium Henricum[6]; filias quoque tres, scilicet comitissam Guelrie[7], comitissam Blesensem[t, 8] et dominam de Fienles[u, 9].

Pars 8.

De quadam pace inter reges Francie et Anglie et discordia baronum Anglie cum[v] rege suo.

Anno Domini 1260 rex Francie[w] Ludovicus ad cor rediens et penitens, quod rex Anglie[x] pro sola contumasia[y] totum suum perdiderat Aquitanie ducatum, convocato consilio[z], sibi recompensavit comitatus Caturcensem[a], Petragoricensem et Agenensem[b]; sic tamen, quod bis in anno venire[c] teneretur ad regis curiam deservire homagium suum. Sicque fuit inter eos pax et[d] concordia facta. Mansit igitur rex Anglie penes regem Francie usque post mediam quadragesimam, et inde rex Francie cum eo venit ad Sanctum Audomarum, ubi simul celebraverunt pascha. Post pascha vero rex Francie in Franciam, rex autem[e] Anglie in Angliam[f] rediit. Cumque rex Anglie venisset in Angliam[f], barones regni sui contra eum rebellantes, sibi obedienciam debitam exhibere[g] denegarunt, dicentes, se nolle parere regi servo, qualis ipse erat, qui se tali[h] servituti obligaverat, ut in regis Francie curia bis in anno serviret. Tunc Anglie[i] barones miserunt in Franciam ad comitem Montis-fortis, ut ipse veniat et regnum Anglie sibi accipiat et teneat. Venit ergo cum potencia qua potuit, et iunctis sibi baronibus patrie, qui sibi paruerunt ut[k] regi, non tamen coronato, prelia plura fecit, regem Anglie in Walliam[l] fugavit, Richardum comitem Cornubie, fratrem regis et Alemannie[m] regem, Edoardum, regis Anglie primogenitum, Eadmondum quoque, secundum[10] filium regis, et plures alios cepit. Edoardus vero captans[n] a captivitate liberari, audaci vel temerario sic usus est ingenio. Una dierum in quodam prato iuxta Tamisiam[o] fluvium magnum, validum, latum et profundum, gracia solacii convenerunt milites ad hastiludium seu torneamentum; inter quos eciam et[p] Edoardus predictus affuit, sedens in equo valido et potenti, quem quasi temptando, girando[q] et regirando plurie[r] aduxit ad fluvium, et cum sensisset equum bene affrenum et securum, videntibus custodibus suis cunctisque qui aderant[s] stupentibus, flumen intrans, super equo[t] natante flumen transiit et se salvavit, nec fuit aliquis qui eum[u] esset ausus insequi[v]; et inventa navi quam pro se parari fecerat, Burdegalam transfretavit; ibique congregato excercitu, in Angliam rediens[11], inimicos suos superavit, patrem suum, avunculum, fratres et alios amicos[w] suos captivos liberans. Comitem Leicestrie Symonem de Monte-forti cum filio, cognato[x] et multis[y] aliis interfecit. Pro hac discordia cedanda et pacificanda Urbanus papa IIII. dominum Guidonem Sabinensem[z] episcopum

a) *deest B 2.* b) Restensis *B.* c) Blecensi *A 2.* d) Ainghien *A 1.* e) Burg. *A 2. B.* f) L. e. *B 2.* g) Viromandioso *A 1.* h) Alscimonte *B 2. ed.* i) comites quoque *A.* k) Boloniensis et Gebenensis *A 2*; et Gibenenses *suppl. sec. m. A 1.* l) Tieta *A 2*; Tyeca *A 1.* m) *superscr. B 1.* n) Qui e. h. *B 2.* o) ex e. *des. B 2, ubi* t. f. *ead. m. in marg. suppl.* p) Holand. *A 1.* q) Viliac. *B 2.* r) libri *B 1. 2.* s) N. c. *A 1.* t) Blecensem *A 2.* u) Fieules *B 2.* v) c. r. s. *des. A 1.* w) Francorum *A 1.* x) *post hanc vocem spatium vacuum unius verbi A 1.* y) contumatia *A 1.* z) conc. *A 2.* a) Cantuariensem *A 2.* b) Agon. *B 2.* c) t. v. *B 2.* d) p. concordata et *A 2.* e) *deest A 1.* f) Anglam *B 1.* g) exib. *A 1.* h) talli *B 2.* i) b. A. *B.* k) ut r. *des. A 2.* l) Valliam *A 2*; Balliam *B 2.* m) Allem. *h. l. B 1.* n) captus *A 2*; captivus *ed.* o) Tamisam *A 1.* p) et *deest A 1.* q) gyr. et regyr. *A 2* r) plures *A 1.* s) adherant *A 1.* t) *post corr.* equum natantem *A 2* u) es. aus. eum *A 1.* v) sequi *A 1.* w) inimicos *B. ed.* x) cogn. *B 1.* y) a. m. *A 2*; aliis *superscr. B 1.* z) Sapinensem *A 1.*

1) Filium Karolum nominat Bern. Ypr. c. 32, l. l. et ex eo 'Rymkr.' v. 5945 sqq.; 'Cron. de Fl.' haec solum: *et en ot deux filles.* 2) Isabellam. — Sic Bern. Ypr. l. l. 3) Comitatum Retestensem accepit Ludovicus Nivernensis, filius Roberti, cum uxore herede filia Iacobi de Rethel, ut 'Rymkr.' v. 5965. recte narrat. 4) *q. f. pr. Br.* Bern. Ypr. l. l. et ex eo 'Rymkr.' v. 6017. 5) Balduinum omittit 'Cron. de Fl.'; nominat Bern. Ypr. et 'Rymkr.' v. 5997. Noster, ut et 'Cron. de Fl.' et Bern., omittit Guidonem sextum filium. 6) Haec ad Bern. prope accedunt; sequentia vero prolinus ab eo recedunt. 7) Margaretham, quae nupsit primo Alexandro, filio regis Scotiae, tunc Reinaldo comiti Geldriae. 8) Beatricem. 9) Isabellam. — Omissae sunt Philippa, de qua infra agitur, et Iohanna monialis. 10) Haec ex 'Cron. de Fl.' *(Li rois... laissa.. Edouard et Aymon ses enfans... Simons de Montfort prinst Edouard, l'aisné fils du roy)* et Adamo *(Edwardus ceterique filii regis Anglie capiuntur)* composuit auctor. 11) Haec sibi finxit auctor coniungens quae in 'Cron. de Fl.' p. 191. et apud Adamum Clarom. p. 79. legit.

cardinalem, suum in papatu inmediatum[a] successorem, quater[1] in Angliam misit; in hac etiam pacificanda multum laboravit et profuit dominus Otthobonus dyachonus cardinalis. . . . .[2]

Pars 9.

De morte Alexandri[a*] IIII, et de[b] quibusdam successoribus eius.

Paparum. Mart. Temporibus istis viam universe carnis ingressus est dominus Alexander papa IIII, de[c] quo supra capitulo[d] e[odem], parte 4. Qui sedit precise annis 7. Cui successit Urbanus IIII, antea dictus Iacobus patriarcha Iherosolimitanus, nacione[e] Gallicus de civitate Trecensi, vir excellencie[f] magne, largissimus in dandis, in ira pacificus, inter iniurias mansuetus, in prosperis timidus, securissimus in adversis, prepollens ingenio naturali. Tredecim[g] fecit cardinales, inter quos primum dominum Guidonem archiepiscopum Narbonensem, suum in papatu[h] inmediatum[i] successorem. Adam Clar. Huius Urbani pape anno primo Philippus, filius Ludovici Francorum regis, duxit uxorem Ysabelam[k], filiam regis Aragonum[l], que ex beata Elizabeth[m] Teuthonica traxit[3] originem, et celebrate sunt nupcie in Claro-monte civitate Alvernie. Mart. Hic papa, licet parum duraverit in papatu, id est solum tribus annis, preter[n] hos cardinales duo tamen magnifica fecit. Nam excercitum Sarracenorum, quem Manfredus miserat in patrimonium ecclesie, per cruce[o] signatos effugavit. Secundum, quod comiti Provincie et Andegavensi domino Karolo, fratri regis Francie, regnum Cicilie, ut illud a Manfredo detentore recuperaret[p], contulit anno Domini 1264. 1264

Eodemque[q] anno cometes clarissima, qualem nullus tunc vivens[r] antea viderat, apparuit; ab oriente enim cum maximo fulgore surgens, usque ad medium emisperii versus occidens comam perlucidam traxit; sed quidquid signaverit, hoc tamen compertum est, quod, cum per tres menses duraverit, ipsa primum apparente papa Urbanus cepit infirmari[s], et eadem nocte qua papa expiravit, cometes disparuit. Obiit autem circa finem Septembris[4] in Perusio ibique sepultus est. Hunc Urbanum papam Trecenses sanctum Urbanum nominant, et in eius honore[t] ecclesiam edificaverunt[u.5] in medio civitatis illius, in eodem scilicet[v] loco, ut asserunt, ubi fuerat domicilium suum seu locus sue nativitatis. Mart. et Adam. Sedit Urbanus annis 3, men. 1, d. 4, et cessavit a fine Septembris usque ad quintam[w] diem Februarii[6]. Successitque illi Clemens papa IIII, nacione Provincialis de villa Sancti Egidii. Mart. Hic ante papatum vocabatur[x] Guido, advocatus [fuit[y]] famosus et regis Francie consiliarius; qui, mortua uxore sua, propter bonam vitam et scienciam laudabilem primo Podiensis episcopus, deinde Narbonensis archiepiscopus, tandem Sabinensis episcopus cardinalis efficitur. Sed cum postea in Angliam pro pacis reformacione a papa Urbano quater[7] legatus missus fuisset, ipso Urbano defuncto Perusii, a cardinalibus absens in papam eligitur. Electus autem vigiliis, oracionibus [et[y]] ieiuniis et aliis bonis operibus intentus, multas ecclesias sustinebat. Erat enim vir devotissimus, in iudiciis rectus, in consiliis[z] circonspectus[a], in cibo parcus, in elemosinis totus effusus. Cuius conversacio scola erat honestatis, morum edificacio, structura salutis.

De bello Karoli, regis Francie[b] fratris, contra Manfredum.

Mart. Cron. de Fl. Karolus, frater regis Francie, pro recuperacione regni Cicilie[c] pridem vocatus ab Urbano papa nuper defuncto, consilio regis Francie fratris sui et baronum regni Francie hoc onus assumpsit. Itemque vocatus ab hoc novo[d] papa Clemente, ut gressum acceleret et festinet, per mare Romam veniens, cum gaudio magno receptus est; assensu quoque pape, cleri et populi Romani in senatorem Urbis electus est et cruce signatus contra Manfredum. Karolus ipse Roberto de Bethunia, filio Guidonis comitis Flandrie[e.8], qui filiam suam habebat uxorem, mandaverat, ut cum toto posse suo sequeretur eum; quod et fecit, et cum apparatu maximo venit ad Alpes[f]. Cumque transisset montem Sancti Bernardi, insonantibus undique tubis erectisque vexillis, cum omni apparatu et gestu bellico Lombardiam intravit et pertransivit atque[g] Tusciam, et sic pervenit Romam, ubi a papa et rege Karolo receptus est cum magna iocunditate. Inde Karolus, apparatu suo disposito, de Roma movens excercitum, dimisso ad Rome custodiam Henrico de Hispania, cognato[h] suo germano, Apuliam intravit et obsedit castrum Sancti Germani. Contra quem Manfredus cum innumerabili venit excercitu, et conserto prelio, veritus[i] est Manfredus a facie Karoli et fugit. Quem duo scutiferi de comitatu Boloniensi, qui erant de gente Roberti de Bethunia[9], insequti usque ad quendam passum, equo deiectum interfecerunt et equum suum armis coopertum in excercitum aduxerunt anno Domini 1266[k.10]. 1266. Tunc Karolus, missis duobus fratribus Minoribus, fecit ad se afferri[l] corpus Manfredi, quod illis[m] de castello ostendit, precipiens, ut se reddant, cum eorum dominus sit devictus et mortuus[11]. Cumque rennuerent[f], dato assultu fortissimo captoque castello, omnes quodquod[n] intro sunt inventi interfecit in ore gladii. Indeque secessit Beneventanam expugnare civitatem et provinciam.

a) inmeditatum *A* 1. a*) pape *add. A.* b) de q. *des. A* 1. c) de — p. 4. *des. B* 2. d) *deest A* 1. e) nacionē *A* 2 f) exell. *A* 1. g) Tresdecim *A* 2. h) papatum *B.* i) inmediate *A* 2. k) Ysabellam *B* 2. l) *post corr.* Arog. *B* 1. m) Elis. Teuton. *A* 1. n) preces *A* 1. o) crucē *A* 2. p) recuperaverat *B* 2. *ed.* q) Eodem *B;* que *post corr.* quoque *A* 1. r) videns *B* 2. s) conf. *B* 2. t) honorem *A.* u) fundaverunt *A* 1. v) *deest A* 2. w) quintum *A* 2. x) G. v. *A.* y) *deest A.* z) conc. *A* 2. a) circumsp. *B* 2. b) r. F. f. *des. A;* frat. Franc. *B* 2. c) Cec. *B* 2 *saepe.* d) nove *A* 1. e) Flandren *A* 1. f) *suppl. sec. m. A* 1. g) usque *ed.* h) congn. *A* 1. i) vocatus *B* 2. k) MCCLXV. *in textu et marg. A* 2, *in marg. solum B* 1. l) afferre *A* 1. m) illos *B* 2. n) quotquot *A* 1

1) Sic falso scripsit ex Mart. Opp. p. 441: *a papa Urbano IV. legatus missus*, legens *quater* pro *quarto;* v. infra n. 7. 2) Sequens particula ex Mart. Opp., Imp. p. 473. descripta est. 3) *neptem beate Helizabeth* Adam p. 79. 4) *in festo b. Hieronymi* (Sept. 30.) Adam p. 78. 5) Immo in honorem S. Urbani papae et martyris non a Trecensibus, sed ab ipso Urbano IV. fundata est; v. huius et Clementis bullas Martene, Thes. II, 3. 28. 204. MART. 6) Haec Iohannes ex Adamo effecisse videtur, qui dicit, Clementem electum esse in festo b. Agathae, i. e. Febr. 5; cf. n. 4. 7) Cf. supra parte 8, n. 1. 8) Cf. part. 7, p. 851. 9) Coniectura auctoris. 10) Ad a. 1265. Mart. 11) Hoc certe auctor sibi finxit, cum 'Cron. de Flandre' addat: *Après ce firent traitier chil du chastel au conte Charle.*

Pars 10.

De factis domini Gilleberti abbatis nostri[a].

Facta gestaque domini nostri Gilleberti abbatis satis honesta magnificaque fuerunt, et quidquid[b] dicatur de eius origine sive[c] fine, fuit tamen in omni morum honestate generosus, largus quoque et munificus[d]. Unde et propter suam munificenciam vocatus est abbas aureus non solum in curia Romana[1], verum eciam in terra ista. Tria enim magnifica suo tempore fecit. Ipse namque pape familiaris hoc monasterium pontificalibus insignivit. Quibus tamen in persona sua[e] nunquam usus est nec unquam mitram detulit. Magnusque edificator, hoc nobile refectorium nostrum, quo pulcrius non habetur[f] in toto regno, incepit, fundavit, fecit et complevit. Incepit eciam ecclesiam novam, et quoad chorum[g] in capellis, columpnis et parietibus usque ad testudines sive voltas[2] inaltavit, sed ultra quam nos deceat[h] magnam, et que sufficere debuisset maiori metropoli; quam propter sui amplitudinem et sumptuositatem successores non fuerunt ausi perficere.

Vidi, qui scribo, de capellis illis, parietibus et columpnis adhuc stantes, sed postea fuerunt deiecte, et de lapidibus eius incepta fuit alia nova ecclesia[a] per dominum Henricum abbatem[3], infra capitulo eiusdem, continuata per dominum Alelmum[i,4] abbatem et per me, que[k] adhuc durat et adhuc est in fieri. Et quidem bene potuit hic abbas edificare; nam applaudebant et arridebant ei tunc omnia; suo enim tempore pax erat in patria, et si domini guerrebant[l], hoc erat in terris alienis. Pace[m] igitur existente in patria, durante in[n] suo vigore iusticia, minores obediebant maioribus, servi cum omni promptitudine serviebant et modico contenti fuerunt. Repperimus enim in compotis huius domini abbatis, quod in edificacione refectorii iam dicti latomus[o] unus uno pane, una scutella fabarum et uno sterlingo pro salario diurno contentabatur, et quamquam essent tunc expense minores et nichilominus affluerent omnia, dicitur tamen cum hoc, ipsum magnum fuisse[p] alkimicum[q]. Quod quantam vim habeat, relinquo scienti. Vidi tamen qui[r] scribo in repositoriis nostris vasa quedam illius artis, que dicebantur de[s] vasis Gilleberti abbatis fuisse, — posuitque idem abbas in ecclesia nostra candelabra 4, duo [scilicet[t]] maiora et duo minora, bene pulcra et honesta, sollempni opere triphonico fabrefacta, duoque[u] folia textus euvangeliorum, qui textus hic defertur[v] osculandus[w] in duplicibus, — certissimum et me presente compertum, quod sunt ex argento alkimico[x]. Nam tempore domini Alelmi[y] abbatis primi unus 4 angelorum, qui sunt in cornu textus predicti, pesque unius minorum candelabrorum fracti traditi sunt aurifabro reparandi; sed[z] me presente in igne positi non duraverunt, sed instantissime et cicius stangno[a] vel plumbo[b] liquati sunt, liquati formam argenti non retinuerunt[c]; sed fere totaliter in cineres evanuerunt. Quare opportuit fieri novos[d], et facti sunt de argento vero et in suis locis repositi, omnibus aliis ymaginibus eiusdem textus candelabrisque et candelabrorum partibus in sua pristina forma manentibus, quod adhuc hodie posset experiri qui vellet.

Et quoniam de alkimia[e] sermo versatur, rogo cunctos et singulos, ne in hanc artem mentem suam infigant. Hec enim ars pulcra[f] promittit et pauca donat, fortiter attrahit et allicit homines, et plurimi decipiuntur in ea. Experto crede! nam et ego qui scribo in ea deceptus fui et plurimos[g] vidi eodem[h] modo deceptos, nec unquam vidi qui attigerit ad opus verum; quod satis est probabile; nam huius artis principia non proprie concordant cum[i] principiis naturalibus, eciam eius[k] finis est plane defectuosus, nec per eam[l] fit metallum verum[m], teste Alberto in libro suo qui intitulatur 'Semita recta', quem ipse de[n] hac arte composuit, ubi dicit sic[5]: *Et fit[o] per hunc modum[p] aurum melius omni eo quod extrahitur a terre mina in pondere, in colore, in[q] fusibilitate, ductibilitate et malleacione, excepto[r] quod*

a) *deest A.* b) quitquid *A 2*; quidquam *B 2*. c) sine *B*. — fuit fine *B 2. ed.* d) magnif. *B 2*. e) *deest B 2*. f) habens *B 2*. g) corum *A 1*. h) doceat *B 2*. i) Allelmum *A 2*. k) *deest A 2*; q̇ (qui) *A 1*. l) guerrabant *A 1*. m) Pax *B 1*. n) a *A 1*. o) latonius *A 1*. p) esse *A 2*. q) alkinicum *A 2*. r) ꝗ *A 2*. s) fuisse de v. G. a. *A 1*. t) *deest B*. u) duo quoque *A 1*. v) differtur *B 2*. w) in d. osc. *A 2*; duppl. *B 2*. x) albrimico *suppl. sec. m. A 1*, alkinico *B 2*. y) Allelmi *h. l. A 2. B 1*. z) *deest A 2*. a) stāno *A 1*; staguo *A 2*. b) plombo *A 1*; plubo *A 2* c) detin. *B 2*. d) *deest B 2*. e) alkemia *B*. f) pulchr. *saepe A 2*. g) plurimis *A 2*. h) d. e. m. *B 2*. i) c. pr. *post. m. in loco raso A 2*. k) huius *B 2. ed.* l) ea *A 2*. m) bonum *A 2. ed.* n) *deest A 1*. o) sic *A 2* p) domum *A 2*. q) *deest A 2*. — susib. *A 2*. r) exepto *A 1. B 2*.

1) Cf. part. 4, p. 848. 2) Gallice hodie 'voûte'. 3) Sedit a. 1311—1334. 4) A. 1334—1365. 5) Alberti Magni opera t. XXI (Lugduni 1651. fol.), De alchimia p. 4, ubi vero quaedam verba non plane cum hoc loco concordant.

ferrum alkimicum[a] *non trahitur ab adamante, et aurum alkimicum*[a] *non curat lepram nec per*[b] *se letificat cor hominis, et vulnus ex eo factum tumescit, quod non fit ex auro Dei.* Hec sunt verba Alberti ibidem[c]. Ubi bene notandum, quod multa est differencia inter aurum alkimicum[a] et aurum Dei, cum opus alkimicum[a] deficiat a vero esse naturali et principio radicali. Quare papa Iohannes XXII. in quadam extravaganti[1] excommunicat omnes monetam ex auro alkimico[a] cudentes[d] seu fabricantes. 5

De presumptione cuiusdam curati Sancte Margarete contra[e] Gillebertum abbatem[f].

Et sicut assolet in deliciis periclitari castitas ac in negociis pietas, sic[g] eciam et[h] in diviciis pietas; ideoque dominus Gillebertus a suis emulis arrogans esse dicebatur, quia in defendendis[i] suis et ecclesie negociis constans erat, fortis et pertinax, et maxime contra rebelles et induratos. Nam preter causas in precedentibus enarratas erat quidam[k] presbiter rector parrochialis ecclesie sancte Margarete in Sancto Audomaro, homo presumptuosus valde, et cui dominus abbas ipse Gillebertus[l] curam illam donaverat. Hic dominum[m] predictum minus iusto veneratus, in multis molestabat ubique[n]. Unde semel contra[o] dominum suum atque patronum duris verbis altercando, eciam in contumelias iniuriasque[p] prorupit; quem dominus abbas Gillebertus pro vicio ingratitudinis arguens, in causam traxit eumque convicit[q], curam[r] predictam ab eo abstulit et alteri concessit. 10 15

De Godescalco[s] priore, et[t] de recessu domini Gilleberti ad Claromariscum. 20

Habebat eciam priorem in monasterio nomine Godescalcum, virum utique superbum et arrogantem, extollentem cornua et fimbrias dilatantem[u]. Quem abbas pro sua insolencia sepissime reprehendit, et tandem videns incorrigibilem, eum[v] a prioratu deposuit. Ille recalcitrans, in faciem restitit nec statum prioris aut nomen dimittere voluit, dicens, prioratum Sancti Bertini dignitatem esse seu beneficium tenendum ad vitam, nec ab abbate posse vel debere deponi; et plures secum de conventu attraxit[w], qui sibi in hoc proposito fortiter adheserunt. Sed cum causa ad audienciam pape fuisset[x] deducta, partibus diligenter auditis, papa iudicavit, prioratum Sancti Bertini non esse beneficium seu dignitatem nec in vita concedendum, sed solam et[y] puram obedienciam, ad abbatis arbitrium ponendum vel deponendum. Ipsum vero Godescalcum, quia contra dominum suum et obediencie votum publice rebellarat[z] et, quod amplius et a malo est, quos reprehendere debuerat, ipse corruperat et attraxerat ad peiora, a prioratu deiectum[a], eum[b] ad omne beneficium seu officium ecclesie Sancti Bertini pertinens inhabilem[c] perpetuo iudicavit. Monachos vero qui sibi adheserant gravi et longa penitencia correxit, et super[d] hac sentencia litteras suas bullatas abbati Gilleberto concessit [datas[e] . . . .[f]]. Hinc Godescalcus suique sequaces contra dominum suum abbatem[g] Gillebertum continuo malignantes, nunquam cessaverunt eum verbis mordacibus acuere et nunc ad episcopum nunc ad archiepiscopum accusando molestare, vocantes eum alkimistam, monetarium seu falsarium, et si que peiora poterant excogitare. Tandem adversariis superatis, dominus Gillebertus[h], senio confectus et tedio, relicto hoc monasterio, secessit ad Claromariscum, et ibi monachus est effectus anno Domini 1265. De peculio[i] autem suo domum ibidem pulcerrimam[k] edificavit, que adhuc durat et dicitur domus domini Gilleberti abbatis Sancti Bertini[2]. Carte eius seu privilegia sunt numero[l]. . .[m] 25 30 35 1265. 40

Capitulum 50.

est[n] de domino Iacobo huius nominis secundo, huius vero loci abbate 50.

Iacobus huius nominis II, huius vero loci abbas 50, quis aut qualis fuerit, et que aut[o] qualia fuerint facta eius, de eius[p] principio, progressu sive fine vel eciam quantum rexerit[q] hanc ecclesiam, nichil nobis refert antiquitas; nisi quod hoc loco noster abbas extitit primus 45

a) alkinic. *B2*. b) de per *A*. c) quidem *A1*. d) eciam *add. A2*. e) dominum *add. A2*. f) nostrum *add. B2*. g) sic — pietas *des. B2*. h) et *deest B1*. i) deff. *saepe A1*. k) quidem *A2*. l) Ghilleb. *h. l. A1*. m) suum *add. A1*. n) ibique *A1*. o) ipsum *ins. A1*. p) *deest A2*. q) convincit *B*. r) curiam *A2*. s) pr. God. *A*. t) et — Clarom. *des. A1*. u) dilatante *A1*. v) a pr. eum *A1*. w) atraxit *A1*. x) d. f. *A*. y) appam ob. *A1*. z) rebellavit *A2* a) eum d. eum *A2*. b) cum *B2*. c) in abibē *A2*. d) sic *B2. ed.* e) *deest B*. f) *spatium vacuum A1. 2; sec. m. suppl. A1*: an̄ginel (*lege* Anagnie) *et in marg.* XVI. k. No. g) G. a. *A*. h) Ghill. *h. l. A1*. i) peculo *B2*. k) ed. pulc. *A1*. l) *deest A1*. m) *vacat codd.* n) *A sic:* Iacobus II. abbas 50. o) vel *A1*; et *A2*. p) quoque *add. A1*. q) rexerat *B2*. 50 55

1) Extravag. Commun. l. V, tit. VI. *De crimine falsi. Spondent.* Excommunicat vero non alchimistas, sed falsarios; Extravag. Ioh. XXII. tit. X. *De crimine falsi. Prodiens.* 2) De qua v. Laplane I, p. 283 n. 3.

post Gillebertum et quod pauco tempore rexit[1] et nunquam[a] in vita sua mitram detulit. Dicunt tamen aliqui, ipsum cito post suam promocionem ad Claromariscum abisse[b] et ibi in monachum receptum fuisse; sed hoc non assero, quia nec scriptum invenio. Carte seu privilegia sui temporis nulla[c] sunt[2].

Capitulum 51.

est[d] de domino Willelmo huius loci abbate 51.

Pars 1.

Willelmus huius loci abbas 51[e], nacione Merkensis de Oya[3] prope Gravelingas[f], a iuventute monachus huius loci, processu temporis de gradu in gradum ascendens, prepositus seu receptor noster in Rochashemo[g,4] est effectus et[h] inde in abbatem hic est assumptus. Sed de eius principio[i], duracione seu factis eius nullam[k] nobis mencionem priscorum nostrorum scripta rememorant; de fine autem eius postea suo loco dicetur.

Anno Domini 1266. plurima multitudo Sarracenorum ex Affrica per Strictum Marochii[l] transiit, intendens[m], quam[n] olim perdiderant, Hispaniam[o] recuperare, et magnam plagam in christianos exercuerunt: sed illarum parcium christiani cum sibi iunctis ex diversis mundi partibus cruce signatis, licet multo christianorum sanguine fuso, de Sarracenis omnino triumpharunt. Anthiociam eciam regiam civitatem Bendochdar[5] soldanus Babilonie cepit, et omnibus tam viris quam mulieribus interfectis, quasi in solitudinem redegit. (1266. Mart.)

De[p] pugna Karoli[q] regis Cicilie[s] contra Conrardinum[r].

Karolus, frater regis Francie, devicto Manfredo, Beneventanam aggressus est expugnare provinciam, (Cron. de Fl.) supra [capitulo[s] Gilleberti], parte 9. Quod senciens Conrardinus[r], filius Conrardi[t], filii Federici imperatoris pridem[u] condempnati, supra capitulo Symonis III, parte 3[6], de pape sentenciis et excommunicacionibus (Mart) parum curans, contra predictum Karolum, quem ecclesia regem Cicilie fecerat, in Apuliam venit, ut regnum, quod avus suus possederat, obtineret. Veniens[v] igitur imperiali more cum infinita multitudine Alemannorum[w], (Cron. de Fl et Mart) Lombardorum, Tuscorum[x] et Sarracenorum[7], tractavit cum Henrico de Hispania, quem Karolus ad Rome custodiam dimiserat, supra [capitulo[s] Gilleberti], parte [9[y]]. Qui Conrardino[z] consenciens, cum Romanis plurimis se transtulit ad Conrardinum[z]. Cumque multi factum Karoli pro[a] desperato haberent, tum propter exercitus Conrardini[b] (Mart) multitudinem, tum propter tocius regni[c] Cicilie rebellionem[d], tum eciam propter ipsius Henrici Hispani cum suis Romanis a Karolo dissessionem[e], papa Clemens in publico sermone predixit, factum Conrardini[b] tanquam fumum transiturum, et ipsum Conrardinum[b] ad victimam Apuliam intraturum, ut rei postea probavit eventus. Intravit (Cron de Fl.) igitur, et cum appropinquasset Beneventum, se disponens ad prelium, tres acies ordinavit. Primam duxit Henricus Hispanus, cum quo erant[f,8] Ytalici de parte Gibelina; secundam, que maxima erat, ducebat ipse Conrardinus[b], cum quo erant duces Austrie et Brunswici cum Alemanorum[g] infinita multitudine; terciam vero ducebat soldanus Nocherie[h] cum suis Sarracenis. Karolus econtra tres[i] fecit acies, primam duxit marescallus de [Milepois[k]][9] cum suis Auxitanis et gentibus ecclesie, secundam ipse Karolus et comes Vindesmensis[l] cum Provincialibus et Gallicis, et[m] terciam Robertus de Bethunia[n], filius comitis Flandrie, cum gentibus quas secum adduxerat. Marescallus igitur in Henricum Hispanum, Karolus in Conrardinum[o], Robertus quoque Bethuniensis[n] in Sarracenos impegerunt. Sarracenis statim et vigorose prostratis, totus in fugam vertitur exercitus Conrardini[b]; fugientem Conrardinum[b] Karolus insequitur, et captum cum duce Austrie, avunculo suo, duce[10] de[p] Brunswic et aliis principibus Alemannorum et Ytalicorum Henricumque Hispanie de monasterio Montis-Cassini extractum omnes ad se fecit aduci et ibidem omnes [primumque[q] omnium Conradinum] decolari fecit[r], exceptis[s] Henrico Hispano[t], quem tunc occidere noluit, (Adam Clar.) et Conrardino[b] Anthiocheno[u], cui pepercit propter fratres Iohannis Gaytani cardinalis, quos idem Conrardinus[b] captos detinebat. Hec gloriosa victoria patrata fuit anno Domini 1268[v]. Qua peracta omnibusque dispositis, (Cron de Fl) Karolus Romam rediens, a papa, clero et populo cum ingenti gaudio et triumphi gloria receptus fuit et[w] a (1268.) domino papa Clemente in regem Cicilie coronatus

Pars 2.

De legatis Tartarorum ad papam missis.

. . . .

De iterata[p] guerra Guidonis Flandrie[x] comitis contra Hollandiam[y].

Guido comes Flandrie magnas quasdam redibencias in terra Hollandie[y] petens, ad illas conquirendas cum excercitu (Cron de Fl) in Hollandiam[y] pergit Quem Florencius[z] comes bene ultra transire permisit, sed postmodum sibi regressu[a] pre-

a) unquam *A 1*. b) abbisse *B 1*. c) s. n. *A*. d) *haec des. A 1; A 2 haec tantum*· Willelmus abbas 51 e) huius *iterum add. B 2*. f) Gravelingnas *A 1*. g) Vocasheino *B 2*. h) *deest A 1*. i) *deest B 2*. k) nulla *A 2*. l) Matochii *A 1*; Mathecii *A 2*. m) intens *A 1*; itendens *A 2*. n) q, *A 1*; q *A 2*. o) Hysp. *A 2 semper*. p) *haec in loco raso A 2*. q) r. K. *B 2*. r) Conrad. *A 1 semper, A 2 saepe*. s) e[odem] *A*. t) Conradi *h. l. A 1. B 1*. u) *superscr. B 1*. v) Videns *B 2*. w) Alam. *A 1*. x) Turcorum *A 2. ed.* y) *spatium vacuum A*. z) Conrad. *h. l. etiam B 1*. a) p *B 2*. b) Conrad. *h. l. etiam B 1*. c) regi *A 1*. d) rebellacionem *A 2*. e) decessionem *A 2*; dissencionem *B*. f) ierant *B*. g) Allamannorum *h. l. B*; Alam. *A 1*. h) Nochorite *A 2*. i) f. tr. *A 1*. k) *deest spatio vacuo rel. B*; Milepois *suppl sec. m. A 1 in spatio vacuo rel.*; Dylepoys *A 2*. l) Vindocinensis *A 1*. m) *deest A 1. B 2*. n) Betun. *A 1*. o) Corrad *h. l. B 1*. p) *deest A 1*. q) *haec habet solus cod. A 1*. r) iussit *B 2. ed.* s) exeptis *A 1*; excepto *A 2*; exepto *B 2*. t) Hispanie *B 2*. u) Antheoceno *B 2*. v) MCCLVIII. *B 1, sed in marg. recte*. w) *deest A 2* x) c. Fl. *A 1*. y) Holand. *A 1, semel A 2*. z) Holandie *add. A 1*. a) regressum *A 2*.

1) A. 1265—1268, ut dicitur; v. Laplane I, p. 288. 2) 15 chartas eiusdem in chartulario magno Bertiniano contineri, testatur Laplane l. l. 3) Oye. 4) Roxem, praef. Brügge. 5) Hoc nomen ex Mar. San. III, 12, 9. 6) p. 842. 7) Sarracenorum ex descriptione sequente mentionem fecit auctor. 8) Iohannes aliter distribuit aciei ordines ac Cron. Flandrensis, quia in descriptione proelii hae tres partes exercitus occurrunt. 9) *Mirepois* 'Cron. de Fl.' 10) *li marchis de Brunswic* 'Cron. de Fl.'

Cron. de Fl.

cluso[a], in eum cum potencia irruit eumque devicit et cepit. Hollandenses[b] autem volentes parcere Flamingis, eos nudatos expulerunt, paucissimis preterquam in[c] hora congressus interfectis. Sed satis cito pax inter eos concordata fuit, et solutis[d] magnis pecuniarum somnis pro sua redempcione, Guido filiam suam Florencio comiti[e] Hollandie dedit uxorem; et sic finis guerre.

Pars 3.

De transfretatione sancti Ludovici[f] ad regnum Thunici[g], et[h] de fine sanctissimo.

. . . .

De[i] sepultura sancti Ludovici regis et coronatione Philippi, filii eius.

Mart. — Cron. de Fl. — 1271. — Guill. Cron. abr.

Post decessum igitur gloriosi regis adveniens frater eius rex Cicilie, magnum Sarracenis incussit timorem — — excercitus in Franciam per terram rediit[1]. Philippus eciam, regis Francie primogenitus, in Franciam corpus defuncti patris[k] secum deferens, Parisius [regis[l]] exequias[m], ut moris est, celebravit. Indeque cum sollempnitate[n] regia, processionibus et comitiva permaxima corpus regis ad Sanctum Dyonisium est deportatum ibique sepultum. Inde Philippus cum baronibus et milicia multa Remis vadit, ubi in regem Francie coronatus fuit anno Domini 1271.[2] cum sua consorte regina, sorore regis Aragonum[o]; de qua duos filios habuit, Philippum Pulcrum, qui sibi successit in regno, et Karolum comitem de Valesio. Cito post hoc obiit [et[p]] regina, rexque viduatus ad secundas nupcias transiens[q], dominam Mariam, sororem Iohannis ducis Brabancie, uxorem accepit; de qua filium unum tulit[r] Ludovicum comitem Ebroicensem et filiam unam, que postea nupta fuit Edoardo Anglorum regi. In principio regnacionis huius regis comes Fuxi[s] rebellare cepit contra regem et officiarios eius; et cum per regem sepe monitus desistere nollet, contra eum potentem movit excercitum. Comes vero Fuxi[s] videns regem in persona propria cum apparatu tanto iam[t] terram suam intrasse, timens se et terram suam supplex regi reddidit[u]. Rex autem ipsum cum uxore sua misit in Franciam, ubi eos aliquamdiu ut prisonarios detinuit; et exinde rex ipse toti regno suo timori et terrori fuit.

Pars 4[v].

De transfretatione Edoardi, filii regis Anglie.

Mar. San. III, 12, 10.

Ante Thunicium ad sanctum regem Ludovicum accesserat Edoardus, regis Anglie primogenitus[3], cum multitudine Frisonum et aliorum peregrinorum. . . . .[1]

Mar. San. III, 12, 12.

Edoardus iste valens et probus multos habuit emulos, quod clare patuit per assassium[w]. Habebat enim quendam Sarracenum sibi sic familiarem, ut ad ipsum ingredi posset quando vellet. Et cum semel Edoardus a sompno surrexisset[x] meridiano, Sarracenus ille videns[y] se solum cum eo in camera, in eum irruens[z], gladio venenato pluries eum percussit. Sed Edoardus imperterritus Sarracenum apprehendens, eum potenter ad terram allisit[a] cultrumque venenatum ei abstulit. Ad hunc strepitum accurrentes familiares et milites assassium[b] gladiaverunt. Edoardus autem de vulneribus cum difficultate curatus fuit.

Et audivi qui scribo, narrantibus [michi[c]] quibusdam Sabaudinis viris honestis et fide dignis, sed narrata non visa narrantibus; dicebant enim, quod in Sabaudia dudum erat quidam dominus de Gransone, cui[d] natus est filius. Vocati astronomi[e] ad pueri nativitatem inspiciendam, calculandam seu iudicandam; qui dixerunt, puer[f] natus, si viveret, magnus esset, potens et victoriosus. Interfuit unus supersticiosus seu forte divinus, qui, sumpta ex igne facula, dixit, quod 'hic puer tantum durabit quantum facula presens'. Pater assumptam faculam clausit in pariete[g], ut diucius duraret. Vixit iste puer, crevit et ad etatem senectam et senium duravit, semper in honore accrescens, donec nimio senio et vivendi[h] tedio pertesus, faculam predictam parieti inclusam extrahi fecit et in igne proici; qua[i] penitus in igne consumpta[i], miles cito post[k] expiravit. Dixerunt ultra narrantes, quod iste fatalis dominus de Gransone tunc cum aliis ultra mare existens[4], cum audiret filium regis Anglie, tam valentem virum, sic invenenatum, solus ausus fuit suggere[l] vulnera eius sic invenenata, forte confidens in fato[m] suo predicto de facula; suxit igitur, et sic Edoardus sanatus est. Et exhinc dominus iste de Gransone et sui penes reges Anglie[n] elevati sunt et honorati, et adhuc hodie per Angliam magni reputantur et potentes. Hec non assero nisi, ut dictum est, ex[o] relatu.

Mar San

Cum igitur multi de baronibus a Terra Sancta recederent et iam plures recessissent, Edoardus post illos repatriandi iter assumpsit [de[p] mense Septembri].

a) percluso *B* 1. b) Holand. *A* 2. c) in h. p. *B* 2. d) solluta *A* 2; solitis *B* 2. e) Holladie com. *A* 1. f) regis *add. A* 2. g) Thunicii *A* 2. h) et — sanct. *des. A* 1. i) *rubra deest A* 1. k) sui *add. A* 2. l) *deest B.* m) *suppl. sec. m. A* 1. n) solemp. *B* 1. o) Arog. *B* 1. p) *deest A.* q) transsiens *B* 1. r) detulit *A* 2. s) Suxi *A* 1. t) in *A* 2. u) tradidit *A* 2. v) III. *A* 1. w) assasiū *A* 2. x) surex. mered. *B* 1. y) se v. *A* 2. z) irruit *A* 2. a) alisit *B* 1. b) assasiu *A* 2. c) *deest B.* d) cuius *A* 2. e) astronomii *A* 2. f) qui *add. A* 2. g) *suppl. sec. m. A* 1. h) t. viv. *A* 2. i) ꝫ (contra *pro* q̄) *A* 1; quam — consumptam *corr.* qua — consumpta *A* 2; quā — consumpta *B* 1. k) hoc *add. A* 1. l) *sic A* 1. 2; suggere *B* 1. m) facto *A.* n) Anglorum *A.* o) *superscr. B* 1. p) *haec solus habet A* 1; 22. Septembris *Mar. San.*

1) Omissa ex Mart. Opp. p. 474 sq. et Mar. San. III, 12, 10. 11. 2) Annus ex Guill. de Nang. 'Chronique abrégée'. 3) Hoc verbum ex 'Cron. de Fl.' 4) Otto de Gransone remansit praefectus praesidiorum Accone ab Eduardo relictorum, cum hic in patriam reverteretur.

De morte[a] domini Wilhelmi abbatis nostri.

Eodem anno et mense[1] dominus abbas noster Willelmus, vir honestus et qui competenter rexerat, nature debitum solvens, obiit, primus omnium abbatum nostrorum mitratus; et sepultus fuit[b] intra principalem ingressum templi a parte meridionali intrantibus a claustro. Carte seu privilegia sui temporis . . . .[c]

Capitulum 52.
est[d] de domino Iohanne abbate nostro huius nominis quarto.
Pars[e] 1.

Iohannes huius nominis quartus, huius vero monasterii abbas 52, nacione Audomarensis, cognomento de Bosco, a iuventute in hoc monasterio monachus effectus[f], vir[g] bonus et honestus religionisque zelator[h], nunc abbas effectus circa festum omnium sanctorum, multas ab emulis religionis perpessus molestias, duravit ut potuit. . . . .

1271 Nov 1.

De consilio[i] generali celebrato Lugduni pro subsidio Terre Sancte.

Gregorius papa X existens in Terra Sancta legatus[2], fuerat in papam electus, supra capitulo proximo, parte secunda, et cum de Terra Sancta recederet et pro papatu adipiscendo[k] Romam pergeret, promisit Terre Sancte prebere succursum, sepe dicens: *Si oblitus fuero tui Iherusalem* et cet. Nunc vero papatui presidens[l], papatus[m] sui anno 4. pro subsidio Terre Sancte, monstrans, quod eam oblitus non fuerat, magnum et generale consilium congregavit[n] in Lugduno[o], quia ibi plus quam in Roma prelatorum et baronum maxime copiam habere poterat. Congregati fuerant ad hoc consilium[p] episcopi quingenti[q] sexaginta, abbates vero et alii prelati circa mille. Interfuit et inter ceteros dominus abbas noster Iohannes semper honestissime conversatus.

Mar. San. III, 12, 13. Mart. Mar. San. Mart.

Prevenit hoc consilium[r] Philippus rex Francorum et domino pape reddidit comitatum Venesii, quem ab ecclesia sui[s] tenuerant predecessores, et crucem Domini devotus assumpsit. In hoc consilio fuerunt sollempnes nuncii de Alemannia, nunciantes sue terre statum pessimum et maxime ecclesiarum pro defectu regis et[t] imperatoris. Rege enim[u] et imperatore carebant, duobus in discordia in imperatorem electis, Richardo scilicet et Alfonso[v], supra capitulo Gilleberti, parte 4[3]. Nuncii isti fuerunt celeriter expediti. Itaque redeuntes in terram suam, elegerunt in imperatorem[w] Adulphum[x][4] comitem de Asbourgh[y]; quam electionem papa confirmavit in favorem Terre Sancte promissionis. Illic eciam venit Alfonsus rex Castelle pro corona Alemanie[z]; fuerat enim simul electus cum Richardo Cornubie, allegans, quod pro obtinendo imperio multas expensas fecerat, et nunc eciam promittebat magna pro Terre Sancte subsidio, sed tandem[a] ad preces pape cessit Adulfo[b], renuncians iuri quod in[c] imperio videretur habere. Sic Adulfus[d] pacifice adeptus imperium, crucem ultramarinam devotus assumpsit. . . . . . .

Mar. San. Mart. Mar. San.

. . . .

Pars 4.
De[a] reformatione huius ecclesie tali quali.

Dominus abbas noster Iohannes de Bosco, vir honorabilis religionisque zelator, homo mitis et simpliciter ambulans, a contrariis sancte religionis adversa multa perpessus est; nam sicut ab antiquo fuerunt hic aliqui de monachis, qui sua insolencia turbabant gregem Domini suosque prelatos, — necdum enim in hoc abbatis inicio fex exinanita fuerat[f] a Godescalco priore dudum exitata[g], supra capitulo Gilleberti, parte finali[5], temporibusque Iacobi et Willelmi abbatum in deterius adaucta —: timens abbas hoc malum per se non posse cedari, Lugduni in consilio generali, ubi cum aliis interfuit, supra e[odem], parte prima, impetravit a papa Gregorio, reformatores hic mitti, qui ecclesiam religionemque intus et extra reforment. Missi sunt igitur archidiaconus de Bria in ecclesia Parisiensi priorque domus fratrum Predicatorum de Puino cum tercio collega, cuius nomen ad presens non occurrit. Qui venientes ad Sanctum Bertinum, omnia male disposita reppererunt et maxime que ad religionem et obediensiam[h] pertinebant; omnibus tandem[i] consideratis, auctoritate apostolica omnes officiarios deposuerunt ab officiis suis. Tunc omnia bona monasterii in 5 partes dividentes, primam partem, scilicet Poperinghes[k] cum omnibus appendiciis suis, abbati pro sua cella deputaverunt recipiendam, levandam et distribuendam per ipsum abbatem, reliqua bona per quatuor officia[l] diviserunt. Primum officium fuit officium custodis, cui addiderunt officium procuratoris ad causas ecclesie defendendas, prosequendas[m] cum

a) fine *A.* b) *superscr. B* 1. c) *vacat codd.* d) *A sic:* Iohannes quartus abbas 52. e) P. I. *des. codd.* f) est *add. A* 1. g) vir - effectus *des. B* 2. *ed.* h) sel. *A* 1. i) concil. *h. l. A* 1. 2. k) addip. *A* 2. l) *alia m. in loco raso B* 1. m) a. p. s. *A.* n) celebravit *B* 2. *ed.* o) Lugdunio *B* 2. p) concil. *h. l. A* 1. 2. q) 660 *B* 2; et sexag. *A* 1. r) concilio *A* 2. s) t. s. *B* 2. t) vel *A.* u) autem ac *A.* v) Alfond. *A* 1. w) imperatore *A* 2. x) Andulphum *A* 2. y) Asbourch *A.* z) Almannie *B* 2. a) tamen *A* 2. b) Ardulpho *A* 2. c) *deest A* 2. d) Adulpho *B* 1; Adulfo *B* 2. e) *initium huius capitis et quae praecedunt des. A* 1, *uno folio excisso, A* 2, *duobus foliis excisis, ubi manus s. XVII. in foliis chartaceis quinque illigatis deficientia supplevit. Aperte a quodam monacho S. Bertini in utroque codice haec sunt exsecata, quia minus laudabilia de hoc monasterio referebantur.* f) fuerat *B* 1. 2. g) *sic B* 1. h) obedienciam *B* 2. i) tamen *B* 2. k) Popringhes *B* 1. l) distribuerunt et *ms. B* 2. m) et pros. *ed.*

1) A. 1271, Sept. 26. 2) Sic Marcus Pauli c. 9. 3) p. 848. 4) Mar. San. recte Rodulphum nominat. 5) p. 854.

bonis custodie ab antiquo deputatis; et pro causis ecclesie addiderunt ei Rusletum, Cokelare[1], Baswarnaston[2] et aliqua in partibus Merc et[a] Calesii. Secundum officium fuit granitarii: omnia monasterii edificia sustentare, vestes et salaria serviencium monasterio ac nunciorum, panem, cerviciam, ligna, turbones[3], minora luminaria[b] per hospicium et cameras, ollas, patellas, potos, scutellas[c] ac omnia utensilia per omne monasterium providere debebat; et ad hoc faciendum deputaverunt ei territorium de Bourbourgh, Kelmes[4], Acquin et cetera plura. Tercium officium fuit cellararii, qui providere debebat de coquina; et ad hoc deputata sunt ei Arkes cum omnibus appendiciis suis. Quartum officium fuit vinitarii et hospitarii simul, qui provideat de vinis, fenis, lectis, lectisterniis et omnia necessaria hospitum. Statueruntque predicti reformatores, ut hec ordinacio solis sex annis duraret, quibus finitis, ecclesia redeat ad statum debitum, ordinacionem quoque et mandatum abbatis. Correxerunt nichilominus illos, per quos inordinacio tanta processerat, penas seu penitenciam aliquibus ad annum, aliis ad biennium vel triennium, quibusdam[d] eciam ad sex annos auctoritate pape et secundum uniuscuiusque delicti quantitatem imposuerunt. Quibus peractis, domini reformatores in sua redierunt.

De fine[e] seu resignacione domini Iohannis abbatis nostri.

Incidit in Cillam cupiens[f] evitare Caribdim[5]. Cum enim dominus papa per hos dominos reformatores cuperet eruginem[g] eradere, ruptum est vas, et sequta sunt peiora prioribus. Ex hac enim ordinacione crevit hic inobediencia religionis inimica, contemptus et obduracio contra prelatum, arogancia atque[h] despectus suspicioque officiariorum contra se invicem, murmur et impaciencia fratrum et subditorum et alia mala quam plurima. Officiarii predicti dominum abbatem parvi pendebant, dicentes, se ad obedienciam eius in suis officiis non teneri, cum ab eodem a quo et ipse abbas fuerint in suis officiis instituti, id est a papa. In quo dominus abbas noster videbatur esse nimis remissus, nam eos de iure punire et corrigere poterat et debebat, cum ipsi ab obediencia sua non fuerint absoluti, et maxime in deordinacionibus suis. Nam per papam promoti, eciam ad[i] vitam in beneficiis instituti, sicut alii debent esse subiecti; sed forte vir simplex et iuris ignarus abbas hoc non advertebat nec eorum rihotis fuerat assuetus. Idem[i*] eciam quatuor officiarii invicem mordebant, invicem invidebant, quia sibi invicem subalternati non fuerant, et neuter[k] alteri prepositus erat; ideo nec alter alterum appreciabatur, nec alter ab altero doceri volebat aut reprehendi; sed propriis voluntatibus, ymmo[l] pocius voluptatibus, utentes, vix aliquid secundum Deum et racionem agebant, sed quod pro suis gratibus plus elegissent. Unus enim illorum, id est cellararius, contra votum, contra beati patris Bertini prohibicionem, supra capitulo sancti Bertini, parte [14[k]][6], et contra consuetudinem laudabilem hactenus[m] hic observatam, ut mulier hoc monasterium non subintret, pelicem[n] suam clausam tenebat in porta australi, que respicit ad viam molendini; alter uxorem pistoris nostri ad se deferri faciebat in canistro magno, quo panis hic afferri solebat a pistrino, collo duorum famulorum a fuste pendente[o]; unde notabiliter semel accidit quasi miraculum in media curia monasterii, astantibus et videntibus multis. Dum enim sic deferretur, rupto canistri fundo[p], mulier ad terram cecidit, et menbris collisis, cum derisionibus et cachinis[q] a terra levatur et manibus famulorum cum multa verecondia domum defertur[r], et adhuc hodiernis temporibus hec hystoria vertitur in proverbium apud multos. Et sic isti substanciam[s] ecclesie non dispensantes, sed pocius dissipantes, pascebant semet ipsos in obsenitatibus[t] suis totis [istis[u]] 6 annis huius[v] ordinacionis antedicte. Finitis vero sex annis predictis, dominus abbas, [ecclesie[u]] collato consilio, voluit res et statum ecclesie ad pristinum et[w] debitum statum reducere. Vocato igitur coram se collegio, alloqutus[x] est fratres, ostendens, ordinacionem pape iam esse finitam, et quod esset necesse reducere[y] cuncta ad statum bonum et pristinum. Sed illi obdurati noluerunt intelligere, ut bene agerent, sed in deterius commutati, eciam in contumelias et iniurias proruperunt; mala enim iam quatuor abbatum temporibus assidue frequentata et quasi irradicata non poterant sic faciliter

a) *deest B 2.* b) lignaria *B 2.* c) scultellas *B 2.* d) quibus diebus *B 2.* e) fratre se r. *B 2.* f) *bis scr. B 2.* g) condinem *B 2.* h) et *B 2.* i) *iterum pergit A 1.* i*) *sic codd.* k) *suppl. sec. m. A 1.* l) ymo *A 1.* m) act. *A 1.* n) policem *A 1.* o) pendenti *A 1.* p) fondo *A 1.* q) caclinis *A 1*; chachinis *B 1.* r) differtur *B 2.* s) *suppl. sec. m. A 1.* t) *sic codd. pro* obscen. u) *deest B.* v) *deest B 2.* w) et d. *des. B 2.* x) alloc. *A 1.* y) c. r. *B 2.*

1) Couckelaere, praef. Brügge. 2) Warneton, praef. Ypern. 3) i. e. Germ. 'torf'. 4) Quelmes, Acquin, praef. St. Omer. 5) Walteri Alexandr. V, 301. 6) Locus ibi ex Vita Bert. c. 10. sumtus.

avelli. Quod videns dominus abbas, tedio affectus, episcopum[1] adiit et in manibus eius resignavit prelature cum onere et honore anno Domini 1278, ordinata sibi pro pencione 1278.[a] domo nostra de Monekebure[2] cum pertinenciis suis; ubi post hoc cum pencione[b] sua[c] vixit circiter tribus annis.

Carte sui[d] temporis seu privilegia . . . . .[e]

Capitulum 53.
est[f] de domino Waltero abbate nostro huius nominis secundo[g].
Pars 1.

Walterus huius nominis secundus, huius loci abbas 53, cognomento Bloc, nacione de villa Gandensi, vir subtilis, calidus[h] et astutus, a iuventute hic monachus effectus et inter tumultuosos educatus, eorum mores et actus ad plenum edoctus, domino Iohanne abbate resignante, est hic ab eis abbas assumptus anno Domini 1278. Sperabant enim et supervacue hunc dominum Walterum abbatem factis eorum bene velle favere, sed econtra dominus abbas Walterus, vir industrius, [nolens[i] ab eis subpeditari, sicut tribulaverant[k] dominum predecessorem suum, paulatim et subtiliter] eos sibi subegit sic. Ipse in hoc suo principio se quiete et pacienter habuit, et bene triennio vel quadriennio dissimulavit, et donec in solio suo bene firmatus esset et de misiis[l] et adiutoriis sibi benivolis sufficienter provisus. Conquerebantur officiarii, receptam esse modicam, expensas magnas dandaque deficere. Ipse[m] tamen sciens bona ecclesie bene sufficere, si bene dispensarentur, simulavit se pro eorum gratibus aliqua velle vendere, ut ecclesie debita persolvantur, et de eorum[n] consensu vendidit in Poperinghes[o] ius et emolumenta[p] calcerie[q], vendidit et vivarios duos, vendidit et bastardum, sic quod, si bastardus moreretur chore frater[r] in Poperinghes[o], abbas illi non succederet, nec[s] eius bona confiscarentur, sicut succederet bastardo extraneo, qui non esset chore frater. Et pro hiis tribus vendicionibus recepit de villa de Poperinghes[o] magnam pecunie sommam, quam sibi reservavit. Item et adduxit[t] pueros de Gandavo de melioribus electis tam de sua cognacione quam aliis, et eos hic[u] vestivit [in[v]] monachos, et post hoc adhuc[u] alios successive, donec hic haberet fere viginti monachos, omnes[c] de Gandavo natos. Qui omnes simul iuncti cum aliquibus abbati benivolis, bene constituere possent maiorem seu saniorem partem conventus. Hoc facto, vocavit officiarios[w] et conventum ad computandum[x], et cum sufficienter examinatis compotis comperisset, eos egre rexisse[y] et computasse, omnes officiarios deposuit ab officiis suis et sibimet receptas omnes assumpsit et per se rexit et multum ecclesie profecit. Illi vero ab officiis suis amoti, cum nil amplius reciperent, vacuis bursis minus posse habebant, et sic abbatem suum in pace dimittentes, prompcius ei obediebant[z].

Quomodo Guido de[a] comitatu dudum investitus[b], nunc est vere comes effectus[c].

Sequenti anno, id est 1279, domina Margareta Flandrie et Hannonie comitissa, post- 1279. quam a transitu domine sororis sue Iohanne Flandrie[d] comitisse, supra capitulo Simonis III, parte 4[3], iam Flandriam per se rexisset annis 35, nobilis domina, iam senio confecta, filio suo Guidoni, qui ab obitu fratris sui Willelmi, supra capitulo Gilleberti, parte prima[4], investituram Flandrie tenuerat annis 28, nunc de consilio et assensu regis et baronum patrie comitatum suum Flandrie pure et libere resignavit, et sic effectus est[d] Flandrie comes, et coram terre proceribus in comitem receptus est apud villam Dam cum gaudio et sollempnitate magna[e] anno Domini 1279[f]. Erat illo tempore tunc verbum commune in Flandria, 1279. quod post domine comitisse Margarete, matris huius comitis, mortem multa bella et tedia[g] deberent Flandrensibus evenire, quod bene rei probavit eventus. Hec autem nobilis domina Margareta Flandrie et Hannonie comitissa specialiter in se quatuor excellencias habuit: primo, quia ipsa erat generosior genereque nobilior domina tocius regni; secundo, quod[h] sapiencior et prudencior ea nec melius regens domina non inveniebatur in toto tempore suo; tercio, quia ditissima erat non solum hereditatibus, sed eciam mobilibus (Cron. de Fl.)

a) MCCLVIII. *h. l. B* 1. b) pencione *A* 1; pens. *h. l. B* 1. c) *deest A* 1. d) seu pr. sui t. *A* 1. e) *vacat codd.* f) *A* 1 *haec tantum:* Walterus II. 53. abbas. g) huius vero loci abbate 53. *add. B* 2. h) *sic codd. pro* callidus. i) nolens — subtiliter *des. A* 1. *ed.* k) tribulaverunt *B* 2. l) miseriis *suppl. sec. m. A* 1; m. et *des. A* 1[a]. m) Item *A* 1; Idem *A* 1[a]. n) illorum *A* 1. *ed.* o) Popringhes *A* 1. p) emolim. *A* 1. q) calceie *A* 1. r) frm *A* 1. s) nec — extraneo *in loco raso eadem manu, sed minoribus characteribus B* 1. t) aduxit *A* 1. u) *deest B* 2. v) *deest B.* w) et o. *B* 2. x) compot. *A* 1. y) exisse *A* 1; egisse *A* 1[a]. *ed.* z) obedienciam *A* 1. 1[a], *qui* exhibebant *addit.* a) dud. de c. Flandrie *B* 2. b) institutus *B* 2. c) et de obitu comitisse, matris eius *add. A* 1. d) *deest B* 2. e) multa *B* 2. f) MCCLXXXX *A* 1. g) *in loco raso B* 1; odia *B* 2. *ed.* h) quod — tercio *male exciderunt B. ed.*

1) Morinensem Henricum. 2) Mennequebeure prope Bourbourg. 3) p. 844. 4) p. 846.

Cron. de Fl. et[a] iocalibus[b] et pecuniis; quarto[c], quod proprie mulierum non est, largissima erat et affluentissima tam in donis quam in edulitate ac omni honestate et statum plus regine quam comitisse tenebat. Et postquam cum[d] tanto honore diu vixisset, in habundanciori tamen honore consenuit et dies suos consommavit. ib. Sepultaque est in monasterio monialium nomine Flinis, quod ipsa nuperrime fundaverat. Citoque[e] post eam obiit Balduinus, filius eius, et sepultus est[f] in Valenchienis.

Pars 2.

De duce Bracbancie[g], quomodo sibi acquisivit ducatum de Lembourgh[h] et arma sua mutavit.

ib. Henricus comes Lucemburgensis, qui contra imperatricem[i] Constantinopolis Namurgum acquisivit, supra capitulo Gilleberti, parte 7[1], moriens tres filios post se reliquit, quorum primus patri successit. Ipse de uxore sua, filia Iohannis de Avesnis, genuit illum inclitum Henricum Lucemburgensem, qui postea fuit in imperatorem coronatus et Pisis intoxicatus, habuitque filias duas, comitissam Flandrensem et comitissam Hannoniensem[k]. Duo fratres iuniores[l] consilio duarum sororum suarum predictarum comitem Gueldrie, avunculum suum, instanter[m] requisierunt, ut eis esset auxilio contra Iohannem ducem Bracbancie, qui ab eis tollere volebat ducatum Lenburgensem[n], ut dicebant. Comes Guelrie nepotum suorum precibus[o] gratanter annuens, cum eis magno congregato excercitu contra ducem Bracbancie[g] venit. Cui dux [Brabancie[p]] potenter occurrit[q] prope Lemburgum in loco vocato Ouromme[r, 2]. Guido comes Flandrie, ut hoc discrimen imminentis belli cedare posset, loqutus[s] est cum duabus sororibus antedictis, comitissa videlicet Flandrie, uxore sua, et comitissa Hannonie, que toto posse fratribus suis assistebant, et quarum consilio fratres earum supradicti cuncta faciebant, offerens se, si vellent, tractaturum de pace; sorores omnino rennuerunt, et sic Guido cessavit. Itaque pugna dura committitur, sed duci Bracbancie victoria[t] cessit. In hoc prelio mortui sunt tres[u] fratres Lucemburgenses, capti archiepiscopus Coloniensis et comes Guelrie cum aliis magnatibus multis. Commissum fuit hoc prelium anno Domini 1280[v, 3]. 1280. Dux Bracbancie sic victoria potitus, mutato signo suo bellico vocali, proclamavit[w]: 'Lembourgh[x] a cheli[y] qui l'a conquis', qui antea proclamare solebat: 'Louvain au riche[z] duc'[4]. Arma quoque de Lembourgh[x], que sunt argentea cum leone rubeo, cauda bifida[a] cruciata nodata, quadravit cum armis suis, que primitus deferebat[b] nigra cum aureo leone, que suis predecessoribus dominis Lowani[c] provenerant de[d] directa linea a regibus Lotharingorum et Austrasiorum, de quorum genere et armis dudum processerunt[e] beati patres nostri Audomarus atque Bertinus.

ib. Guido comes Flandrie, auditis hiis novis, accessit ad comitissam uxorem suam, et ei cuncta narravit, et quomodo omnes tres fratres eius in illo bello perierant, et quod melius fuisset acquievisse a principio; illa dolens et tristis rogat, ut nepoti provideatur. Igitur intervenientibus amicis[f] pax concordata fuit per sic, quod ille nobilis iuvenis Henricus Lucemburgensis, qui postea fuit imperator electus, ut supradictum est, accipiat[g] uxorem filiam ducis Bracbancie antedicti; de qua[h] filium habuit nobilissimum nomine ...[i, 5], qui reginam Bohemie habuit uxorem, unde rex Bohemie[k] nominatus est. Archiepiscopus vero Colonie, comes quoque[l] Guelrie et alii pecunia sunt redempti. Iste Iohannes dux Bracbancie cito post [hoc[m]] in quodam hastiludio, quod comes Barrensis proclamaverat, apud Barrum[n] per quendam militem nomine Petrum de Baufremes[o, 6] brachii[p] musculum[q] lancea transfossus, ruptis[r] venis et nervis, domum delatus, solis septem diebus supervixit.

De[s] Nicholao papa III. et quibusdam eventibus illius temporis.

Mart. cont. Nicholaus papa III, de quo supra [capitulo[d]] proximo, parte [3[t]], ordinacionem Gregorii X. de 5 cardinalibus episcopis continuavit, palacium Sancti Petri in edificiis multum ampliavit et decoravit. Ipse eciam Karolum regem Cicilie, nobilem ecclesie pugilem, a vicaria Tussie[u] amovit et se ipsum in senatorem Urbis ad vitam suam eligi procuravit; et [plures[m]] constituciones fecit tam de electione prelatorum quam de electione senatoris Urbis. Ipse eciam[d] senatum Urbis per duos annos regi faciens, celeri successu mortis hora preventus, mortuus est anno Domini 1280, sedit autem annis 2, men. 8, diebus 28, et cessavit men. 5, d. 22. Huius[v] vacacionis tempore Hanibaldenses, convocata parte sua capitolii et sua parte Urbis exsistencium[w] sub custodia vicariorum, quos Nicholaus papa constituerat, partem[x] dominii[y], invitis Ursinis, habuerunt. Tandem pacto habito inter eos, unus pro parte Ursinorum[z] et unus pro parte Hanibaldencium constituti in capitolio[a], senatoris officium exercuerunt; sub quorum dominio seu regimine multe dissenciones[b], homicidia et alia mala provenerunt tam in Urbe quam in eius districtu. Et in hoc turbine parabat Petrus de Aragonia navigium, ut infra dicetur. Successit Nicholao pape[c] Martinus papa IIII, nacione Gallicus, vir sapiens atque probus, electus anno Domini 1281, in die cathedre sancti Petri. Hic ante papatum vocabatur Symon tituli Sancte Cecilie presbiter cardinalis, qui nolens in[d] Viterbio, in Urbe-veteri coronatus est. Ipse in senatorem Urbis ad

a) *deest A 1.* b) notalibus *A 1*; notabilibus *A 1a.* c) tercio *B*; *v. p.* 859 *n.* h. d) in *B 2.* e) Cito p. hoc eciam ob. *B 2.* f) fuit *A 1.* g) *sic B 1 semper fere*; Brab. *celeri codd. plerumque.* h) Lembouch *A 1.* i) *sic e corr.* (tricem *in loco raso*) *A 1*; imperatorem *celeri codd.* k) Hannonen. *A 1.* l) minores *A 1.* m) constanter *B.* n) Lenburgengensem *B 2.* o) constanter pr. et *B 2. ed.* p) *deest B.* q) *deest B 2.* r) *deest spatio vacuo rel. A 1. 1a.* s) loc. *A 1.* t) c. v. *A 1.* u) *superscr. B 1.* v) MCCLXXXX. *A 1.* w) proclavit *B 2.* x) Lembourc *A 1.* y) *sic B 1*; celi *A 1*; cely *A 1a*; celluy *B 2.* z) rice *A 1.* a) bifeda *A 1.* b) differ. *A 1.* c) Lovanii *A 1.* d) *deest A 1.* e) processerant *A 1.* f) *deest B 2. ed.* g) accepit in ux. *A 1.* h) *post superscr. A 1.* i) *locus vacuus in codd.* k) Boemie *A 1.* l) c. et dux G. *A 1a.* m) *deest B.* n) Barium *B 2.* o) Baufrenes *A 1a*; Baufmes *B 1*; Bausmes *B 2.* p) bracii *A 1.* q) *sic codd.* r) reptis *A 1.* s) *des. A 1.* t) *deest spatio vacuo rel. A 1.* u) *sic codd.* v) Cuius *A 1.* w) *iterum incipit A 2.* x) tpe *A 2*; pte *B 2*; contra p. Ursinorum guerram habuerunt. Tandem *A 1a.* y) d. i. U. *des. spatio vacuo rel. A 1.* z) Han. et u. pro p. Urs. *A 1.* a) capitolo *B 1*; capitulo *A 2. B 2.* b) dissens. *A 1.* c) *deest A 2.* d) in V. *des. spatio vacuo rel. A 1.*

1) p. 850. 2) Sic etiam Cron. Flandr. corrupte pro Worringen. 3) Sic etiam falso Cron. Flandr. — Proelium a. 1288. commissum est. 4) Cron. Flandr. tantum: *laissa son cry de Louvain.* 5) *Jehans* recte habet Cron. Flandr. 6) *Baufremont* Cron Flandr.

vitam suam electus, loco sui instituit Karolum regem Cicilie in senatorem, et Gallicos ubique per patrimonium ecclesie ponebat, qui[a] illud contra inimicos[b] defensarent, quia tunc multi sunt[c] inventi rebelles. Anno papatus sui revoluto, captus fuit in illa plaga Maritime piscis marinus in effigie leonis, pelle pilosa, pedibus brevibus, caudam, capud, aures, os, dentes et linguam habens[d] quasi leo, et in sui capcione planctus[e] horribiles emisit, et pape delatus fuit in Urbe-veteri, ubi multi convenientes ad videndum, prenostica futurorum asserebant. Et ecce parum post hoc in regno Cicilie Pannormitani[f] succensa rabie Gallicos omnes, mares et feminas, senes et iuvenes, in despectum Karoli regis occiderunt, et quod horribilius est, feminarum Latinarum, que a Gallicis concepisse dicebantur, latera aperientes, partus occidebant, antequam nascerentur. Dein[g] tota Cicilia[h] rebellans predictum Petrum Aragonie[i] regem tanquam dominum suum ad se vocaverunt. Hoc inicium belli Aragonici[i]. *Mart. cont.*

Ab hoc papa dominus Walterus abbas noster privilegium impetravit, ut privilegiis nostris nobis ab apostolica sede concessis, quibus nos aut predecessores nostri per simplicitatem vel iuris ignoranciam usi non fuerimus, illis amodo possimus uti libere, dum tamen eis per prescripcionem vel alias legitime non fuerit derogatum. Datum pontificatus sui anno primo. Item dominus[k] abbas, cum frequenter lis moveretur inter nos et curatos patronatus nostri in Sancto Audomaro pro sepulturis, oblacionibus et iuribus nostris atque suis, cum frater aut[l] soror de caritate Sancti Bertini obirent[m], cum curatis composicionem iniit, ut continetur in litteris super hoc confectis[n], sigillatis sigillis abbatis et conventus et[o] 4 curatorum predictorum, datis anno Domini 1282. 1282.

Pars 3.

De initio[p] guerre[q] contra Petrum de Aragonia.

Mortuo Conradino[r], filio Conradi[r], filii[s] Federici[t], supra capitulo Willelmi, parte prima[1], Petrus Aragonie[u] rex racione[v] uxoris sue[2] et filiorum suorum totis viribus[w] hanelabat[x] ad regnum Cicilie sibi acquirendum, mandatum ecclesie et processus pape[u] parvipendens, nunc commociones, nunc sediciones exitans, nunc amicos sibi secrete consilians, semper in quantum poterat laborans ad finem intentum; per suam enim astuciam barbaros de regno Thunicii commovit in christianos ibidem existentes desevire[y, 3], et occiderunt ex christianis plus quam tria milia, et hoc contra pactum et convenciones per Karolum regem Cicilie dudum factas, ut in cunctis civitatibus et urbibus regni Thunicii[z] predicaretur fides Christi, et[a] ecclesie edificarentur in eis[b], supra capitulo Willelmi, parte 3[4]. *Mart. cont.* *Mart.* Per suam eciam astuciam commocionem exitavit[c] in regno Cicilie[d], de qua iam statim supra e[odem][e], parte proxima. Mandatus tandem ab eis, in Ciciliam[d] venit, dominium sibi usurpavit et se in regem Cicilie[d] coronari fecit. Quare papa contra eum processus formavit, sentencias[f] fulminavit ipsumque et omnes fautores[g] suos excommunicavit et eum omni[h] honore et dignitate regia eciam et nomine regio privans. Petrus igitur sic in regem Cicilie[d] a Siculis receptus, regi Karolo litteras scripsit in hunc modum[5]:

Epistola Petri de Aragonia ad Karolum[i] regem Cicilie missa. 1282.

Magnifico principi domino Karolo regi Iherusalem illustri Petrus Dei gracia Aragonum[k] et Cicilie rex. Cum venissemus ad partes Barbarie ad impugnandum Sarracenos, misimus nuncios nostros ad Romanam curiam[l] cum quibusdam nostris[m] peticionibus; quarum nullam[n] potuimus obtinere. Et postea [cum[o]] venissemus in Ciciliam, audientes gentes querelantes[p], quod vos eas gravatis et hostiliter impugnatis, unde nostrum auxilium imploraverunt. Et quia nolumus eis[q] deficere nec possumus propter uxorem et filios, ad quos[r] regnum ipsum iure hereditario noscitur pertinere, vos rogamus, quatinus ab iniuriis et molestiis huiusmodi desistatis et talibus latoribus presencium credatis in hiis que vobis dicent[i] ex parte nostra.

Rescriptio Karoli regis Iherusalem et Cicilie Petro de Aragonia missa. 1282.

Petro solo nomine regi Aragonum atque Cicilie[a], ut dicit, Karolus Dei gracia Iherusalem et Cicilie[d] rex[m], ducatus[s] Apulie, principatus Capue[t], Andagavie[u], Provincie, Folkalcorie[v], Antemodani[w] comes, alme Urbis senator. Si nomen tibi acquisitum conservare[x] volueris, de

a) qm, *sed* q *adraso fere* im *legitur* B 1; in B 2. b) ecclesie *add.* B 2. c) s. i. *des.* A 2. d) *deest* B. e) plantus *e corr.* B 1. f) Pannormitā A 1; Panormitā A 2. g) Deiñ A 1; Deinde B 2. h) Cec. *h. l.* B 2. i) Arrag. *h. l.* A 1. B 1. k) d. a. *des.* A 1. l) et *del. et superscr.* vel B 2. m) dominus abbas noster Walterus *hic add.* A 1. n) *deest* B 2. o) atque A 1. p) belli sive *add.* A. q) guerra A 1. r) Conrard. B 2. s) filio A 2. t) imperatoris *add.* B 2. u) rex Aragonum A. v) racionis B 2. w) suis *add.* B 1. x) hanalabat A 2. y) deservire A 2. z) Tun. A 1; Thunici B 2. a) ut B 2. b) eas A 1. c) excit. A; exitant B 2. d) Sic. *h. l.* A 1. e) *deest* A. f) sentensias B 1. g) factores A 2. h) in A 2. i) *deest* A 2. k) Arrag. A 1; Araganum A 2. l) ecclesiam A. m) *deest* B 2. n) ullam A 1. o) *deest* A 1. B 1. p) gentesque rebellantes A 1. q) eas A 2. r) q̧ B 2. s) d. A. p. C. *des.* B 2, *pro quibus iterum* ut dicit. t) *deest spatio vacuo rel.* A 1. u) Andeg. A 1. v) Folcalkorie A 2. w) Antemedani A 2; ante modam B 2. x) observare A 2.

1) p. 855. 2) Constantiae, filiae Manfredi. 3) Inepte interpretatus est Iohannes sententiam Cont. Rom. 4) Ibi locus ex Mart. p. 474. 5) Multo differentes et ampliores epistolas eiusdem argumenti v. in Chron. Siciliae, Muratori, SS. X, p. 834.

spelunca, quam nunc inhabitas, capud te deceret emittere[a]. *Igitur tua iuventus sumat audaciam, quanta strennuitas in nostris solet militibus inveniri; qui licet avidissime te duxerint expetendum*[b], *ne tamen mora virium tuarum, quod absit, impediat experienciam, cito locum quem nunc inhabitas auctore Domino*[c] *visitabunt*[d].

Mart. cont. Ultra predictas litteras Karolus cum nunciis Petri de Aragonia predictis pactum belli taliter iniit, ut certa die nominata, id est prima die[e] Iunii tunc proxime ventura anno Domini 1283, ipsi duo domini Karolus et Petrus, quilibet eorum cum centum[f] militibus, quos et quales quilibet pro se elegisset, inter quos tamen ipsimet[g] Karolus et Petrus computari[h] debebant, convenirent ad pugnandum[i] contra se invicem, centum contra centum, in planis Burdegale, et qui ibi victus esset, perpetuo infamis, omni honore et nomine regio privatus esset et de cetero unico serviente contentus incederet et remaneret, et non veniens ad illam diem penas easdem et cum hoc periurium incurrat. Cum hoc tractatu nuncii[k] Petri de Aragonia[l] ad dominum suum redierunt. Hac de causa papa Martinus Karolum regem per suas litteras graviter increpavit[1], eo quod ipse rex tam honoratus se contra virum infamem et omni honore privatum se equali fortune et consimili iudicio submiserit[m], et specialiter, quia honorem ecclesie, cuius erat specialis pugil et defensor honoratus et iuramentatus, nimis[n] oppresserat, inconsulto papa se tam vili fortune obligaverat, ut, si victus esset, omni perpetuo honore privaretur, et sic, quantum in se erat, ecclesia sine sui culpa tanto defensore[o] careret. Tunc papa legatum misit in Franciam cardinalem Choleti[p][2], qui crucesignacionem contra Petrum de Aragonia predicaret, denuncians ipsum Petrum excommunicatum, degradatum et omni honore ac regno, immo[q] eciam et regio nomine depositum et exutum[3], (Cron de Fl.) prohibens sub excommunicacione, ut nullus eum regem, sed solum Petrum de Aragonia nominare presumat. Rex vero Francie ad hanc predicacionem legati crucem assumpsit[2], et excercitum in Tholosa convocans[4], se in iter Aragonie parat. (Mart. cont.) Interea Karolus rex Cicilie cum apparatu[r], ut eum decebat, venit Tholosam[s] et inde processit ad plana Burdegale ad dietam[t] sibi prefixam, prima die Iunii tenendam et perficiendam iuxta condictum statim supra e[odem] capitulo et parte; sed Petrus de Aragonia[u] dietam[t] non tenuit nec venit neque comparuit. Quidam tamen eum[v] excusare nituntur, dicentes, ipsum Petrum de Aragonia cum solis duobus sociis in loco privato et remoto fuisse locutum cum senescallo[w] Burdegalensi nocte precedente statutam dietam[x] et dixisse, quod propter timorem regis Francie ibi presentis pactum[y] servare non audebat. Que excusacio, eciamsi vera fuisset[z], non erat sufficiens in tam arduo negocio. Karolus itaque rex Cicilie, dieta sua pro se sollempniter observata, accepta a rege Francorum licencia, ad Ytaliam per mare revertitur anno Domini 1283 (1283.), et rex Francie, rebus suis omnibus preparatis[a], in Aragoniam[b] cum stolo[c] maximo progreditur

Pars 4.

De morte Karoli regis Iherusalem[d] et Cicilie.

Mart. cont. Parum antequam rex Karolus de Francia in Ytaliam[e] reverteretur, filius eius primogenitus Karolus Claudus, (Cron. de Fl.) sic dictus quoniam uno pede claudicabat, qui principissam[f] Salerni uxorem[g] habebat et ideo princeps Salernitanus (Mart. cont.) vocabatur, de Francia venerat in Apuliam cum magna comitiva armorum, in qua erat ille nobilis et strennuus Artesii[h] comes Robertus, filius illius qui mortuus fuit in Lamassora, supra capitulo [tercii[i] Symonis], parte [5[k]][5], cum aliis principibus et nobilibus multis, qui ibidem pro ecclesia Dei magnas probitates excercebant. Siculi vero et Hyspani, qui in partibus Massanensibus[f] tunc forciam maris habebant, scientes Karolum regem de Francie partibus venire ad Apuliam, cum 22 galeis[l] armatis venerunt prope Neapolim, ut, si possent, aliquos offenderent ante regis adventum, et multis clamoribus excitabant Gallicos ad pugnandum. Parum ante hoc venerat ibi princeps Salerni[m] predictus Roberto comite Artesii[n] dimisso in Calabria; qui eorum promotus[o] clamoribus, eos viriliter aggressus est, cum paucis tamen galeis[l], que sibi remanserant; nam 17 de galeis[l] suis, in quibus erant strennui bellatores, nautarum fraude Neapolim redierunt; finaliter multis inimicorum interfectis, ipse captus fuit et adductus Massanam[p]. Quarta post hoc die rex Karolus Neapolim veniens, cum iam invenisset post principis filii sui capcionem Neapolitanos spiritum assumpsisse[q] rebellionis, spoliasse Gallicos et fugasse, vindictam sumens, eos castigavit et a suis sequacibus cruciari permisit. Deinde rex, preparato excercitu, se transtulit versus Regiam[r] in Calabria, ubi se comes Artesii viriliter excercebat, cupiens obsidere Massanam[p], ubi princeps filius suus captus detinebatur. Quod cum complere non posset, plures de suis navibus in portu Brondisii[s], ne per flatus hyemales[t] vastarentur aut ab inimicis caperentur, inclusit, reliquos ad custodiam maris[u] et passagiorum[v] ordinavit. Ista hyeme[w] famosissimus iste Iherusalem et Cicilie rex gravi infirmitate concussus, licet[x] quantum poterat palliaret, in crastino epyphanie[y] Domini sacramentis ecclesiasticis, ut verum decebat christianum, devote munitus, debitum humane condicionis exsolvens obiit.

a) remitt. *B* 2. b) expectandum *A* 1. c) dominio *A* 1. d) et cet. *add.* *B* 2. e) dies *A* 2. f) centis *A* 2 g) ipsemet *A*. h) compugnari *A* 1. i) plaguandam *A* 1. k) nuncio *A* 2. l) Arogania *A* 2. m) dimis. *A* 1 n) minis *B* 2. o) diffen. *B* 1. p) Cholete *A* 1; Tholeti *ut videtur ceteri codd.* q) ymo *A* 1; ymmo *A* 2. r) apparate *A* 1. s) Tholozam *B* 2. t) dictam *A* 2. u) Arrag. *h. l.* *A* 1; Arogana *A* 2; Aragonea *B* 2. v) exc. eum *A* 1. w) senescalo *A* 1. x) diem *A* 1. *Mart.* y) *post superscr.* *A* 2. z) esset *A* 2. a) paratis *A* 1. b) Arrag *h. l.* *B* 1. c) stolio *A* 2. *B* 2. d) I. et *des.* *A*. e) It. *A* 1. f) *sic omnes codd.* g) h. u. *B* 2. h) Arthesie *A* 2. i) Sym. III. *B* 2; *spatium vacuum A.* k) *spatium vacuum A.* l) galleis *A* 2. m) Sallerni *B* 1. n) Arth. *A* 1; *deest* *B* 2. o) permotus *B* 1; cl. p. *A* 2. p) *sic codd.* q) assumpsisce *B* 1. r) reginam *A* 2. s) Brondisime *B* 2. t) hyemalis *A* 2. *B*. u) marꝭ *B* 1; marum *B* 2. v) pasag. *B* 1. w) *deest* *B* 2. x) lis *B* 2, hoc *add.* *A* 1. y) ephanie *B* 1.

1) V. Potthast nr. 21955. 21981. 2) Cf. Guill. de Nang. G. Phil. III, p. 522. 526. 3) Cf. Mart. Cont. Rom. p. 479. 4) Cf. 'Cron. de Fl.' p. 194. 5) p. 845. Cf. 'Cron. de Fl.' p. 160.

De morte Martini pape, et de quibusdam successoribus eius.

Paparum. Mart. cont.

Martinus papa cum cardinalibus, audito de morte prefati regis sic dampnosa ecclesie, lugubres exequias[b] agens, ad celerem[c] succursum principis Salernitani[d] iam dicti necnon Atrebatensi comiti, strennuo[e] ecclesie pugili[f], centum milia librarum Turonencium destinavit. Nec multo post in die annunciacionis dominice, que tunc fuit dies sancti pasche, post missarum sollempnia a se celebrata corporisque refectionem arripuit eum infirmitas, et die[g] Mercurii proxime sequenti sanctam, ut pie credimus, animam Deo dedit. Ad cuius feretrum ac postea ad eius tumbam multa Deo propicio miracula provenerunt. Sedit Martinus circiter annis tribus, et vacavit sedes solis diebus 4. Cui successit papa Honorius IIII, ante papatum vocatus Iacobus de Sabellis[h], a cardinalibus in Perusio[i] prima die qua convenerunt in conclavi concorditer electus anno Domini 1284. et prima die mensis Aprilis, licet impotens ad hoc crederetur, est in sacerdotem promotus et die[k] crastina coronatus in papam, misse tamen officio per eum primitus celebrato. Hic statim ut electus et coronatus est, comiti[l] Artesii ceterisque[m] stipendiariis ecclesie stipendia sufficienter misit, ipsos animose confortando et confovendo ad ecclesie negocia viriliter peragenda. Sedit annis parum plus quam duobus, et[n] obiit paresceue[o] Domini; et vacavit sedes abhinc usque ad cathedram sancti[p] Petri. Successit[q] Nicholaus papa IIII, antea vocatus Ieronimus generalis magister [ordinis[r]] fratrum Minorum, electus anno Domini 1287. [De[s] hoc infra e[odem][t] capitulo, parte 7]. 1287.

De progressu regis Francorum in Aragonia, de bellis ibidem gestis, de reditu et morte dicti[u] regis.

Rex Francorum Philippus, ut dictum est supra parte proxima in[v] fine, rebus omnibus[w] suis preparatis, cum legato sedis apostolice prenotato, cum duobus filiis suis Philippo Pulcro, suo herede et regni successore, et Karolo de Valesio[x], cui iam papa Martinus dederat regnum Aragonie, quod ab ecclesia tenebatur in feodum, cum multa milicia et stolo permaximo de Tholosa[y] movens excercitum, venit Carcasonam, indeque intravit terram de Rossilione[z], que a rege Aragonum tenebatur; que[a] se statim atque omnes Cathalonici regi reddiderunt. Inde accessit ad[b] Petram-latam, in qua tunc erat ipse Petrus de Aragonia, qui non ausus expectare, ignem in villa posuit, villam incendit et nocte recessit. Inde rex venit ad quandam civitatem que vocabatur Ianne; quam rex de precepto legati omnino[c] destruxit, trucidans omnes qui intus erant[d], iuvenes[e], senes[1], clericos, mulieres et parvulos. Inde, transito passu Scluse et montibus Aragonie, venit ad castrum fortissimum nomine Gyronda. Ibi Petrus de Aragonia venit cum potencia qua[f] potuit, ut ville succurrat. Et habito prelio forti, regi Francorum victoria cessit, Petro, sicut aliqui dicunt, interfecto[2], alii dicunt et verius, quod graviter vulneratus evasit cum filiis suis. In hac obsidione fuit Francorum excercitus graviter[g] molestatus fame, inedia, calore, pestilencia, mortalitate et maxime muscis magnis, que tot erant in illo excercitu, quod multi tam homines quam equi eorum venenatis morsibus perierunt.

Guill. Nang. Chr. abr. Cron. de Fl. — Guill. Nang. Cron. de Fl. — Guill. Nang. Cron. d. Fl.

Venit ibi[h] tunc ad regem Francie archiepiscopus Cesauraugustanus, offerens pro parte Petri de Aragonia, Petrum predictum dediturum se, gentem suam et civitatem in manu regis, tantum ut eum lege[h*] deducat. Rex peciit a[e] legato, quid [esset[i]] super hoc agendum; qui respondit, quod nulla fiat eis misericordia. Indignans Philippus Pulcer, regis Francie primogenitus et Petri de Aragonia ex[k] sorore nepos, peciit a[l] legato, quid fieret de duabus[m] pueris et puellis. Respondit legatus, quod omnes trucidentur. 'Periant[n] igitur', ait Philippus, 'nisi se defendant. Honestius est enim mori pugnando quam veniam deprecando'. Tunc Philippus, secrete ad partem tracto archiepiscopo predicto[o], dixit ei: 'Dic avunculo meo, ut se bene teneat, quia non possumus hic diucius immorari'. Sic archiepiscopus a rege licenciatus cum hiis novis letus abcessit. Inde submurmurant aliqui, Philippum Pulcrum[o] prodidisse[p] patrem suum in Aragonia. Interim regi Francorum supervenit infirmitas, propter quam, stolo soluto, ad Franciam redire paravit. Sed in itinere Perpinganum veniens, finem vite fecit. Corpusque eius delatum est in Franciam et sepultum in monasterio[q] Sancti Dyonisii iuxta patrem suum, postquam Francis imperaverat annis 14. Et successit ei filius suus Philippus Pulcer, Remis coronatus anno Domini 1286, in die [sancto[i]] epyphanie Domini. 1286.

Guill. Chr. abr. Cron. de Fl.

Pars 5.

De initio guerre[r] inter regem Philippum Pulcrum et Guidonem comitem Flandrie.

Circa hec tempora principii regnacionis Philippi Pulcri Francorum regis accidit in Brugis ignis infortunium[3], quo quedam turris lignea, que stabat in foro illius ville quasi

a) et — eius *des.* *A* 1. b) exseq. *A*. c) scelerem *A* 1. 2. d) Sallern. *A* 2. e) *e corr.* *B* 1; strennue *A* 2. *B* 2. f) pugil *A* 2. g) in d. *A* 2. h) Scab. *A* 1. i) Par. *B* 2. k) in d. *A* 2. *B* 2. l) *in loco raso* *B* 1. m) ceteriisque *B* 1. n) et o. p. D. *post suppl. in spatio vacuo rel.* *A* 1. o) in p. *A* 2. p) *deest* *B* 2. q) illi *add.* *A* 2. r) *hoc in solo cod.* *A* 1. s) *des.* *A* 1. t) dicetur *reliquis omissis* *A* 2. u) eius *A*. v) in f. *post suppl.* *A* 1; in finali *A* 2. w) s. o *A*. x) Bolesio *B* 2. y) Thel. *A* 1. z) *post suppl.* *A* 1. a) qui *A* 2. b) a *A* 1. c) non *A* 2. d) erat *A* 1. e) *deest* *B* 2. f) qua *A* 2. g) *superscr.* *B* 1; vulneratus et *male add.* *B* 2. *ed. ex linea praecedente.* h) t. i. *B* 2. h*) *sic codd.* i) *deest* *A*. k) n. ex s. *A* 1. l) a l. *des.* *A* 2. m) dñabus *A* 1; duobus *A* 2. n) Pereant *A* 1. *B* 2. o) *deest* *A* 2. p) prodisse *B* 2; pat. s. prod. *A* 2. q) ecclesia *A* 1. r) Flandrensis *add.* *A* 1.

1) *senes et parvulos* Guill. de Nang. G. Philippi III. p. 530. 2) Iohannes male interpretatus est sententiam Chronici abrev.: *e occidrent en bataille la gent le roy Pierres*, i. e. 'occiderunt gentem regis Petri', cum Iohannes intellexisse videatur 'occiderunt gentes Petrum regem'. 3) Iam a. 1280, Aug.

capitolium, in qua iudicia excercebant et ville privilegia custodiebantur, fuit combusta. Guido Flandrie[a] comes suspicans privilegia ville fore cum turre combusta[b], calumpniatus est illa quasi penitus adnullata, et voluit Brugenses[c] in pristinam servitutem redigere. Unde populus terre turbatus, in gravem est[d] sedicionem commotus contra comitem, et hanc commocionem vocabant 'moerlemay'[e.1], cuius exemplo multe postea commociones populares 5 evenerunt in Flandria; sed omnium hec[f] prima fuit. Tandem intercedentibus multis bonis et probis, tantum factum est, quod populus Brugensis in dicto comitis se ligaverunt. Qui comes, magna sibi adiudicata pecunie somma loco emende, multos obsides de Brugensibus[g] accepit; quorum quinque, viros magne reverencie, ut[h] dicebatur, occidi fecit, qui sepulti fuerunt in monasterio Sancti Andree iuxta Brugis; nomina vero illorum fuerunt Iohannes 10 Coopman[i], Balduinus Priem, Lambertus Lam, Iohannes Danwilt et Lambertus Danwilt[2]. Quod factum fuit a multis comiti reprobatum; nam ex hoc avertit[k] a se corda Brugencium, et ex hoc multa mala evenere per Flandriam, sicut satis dictum fuit proverbium, supra e[odem], parte prima, quod matre eius defuncta plura inconveniencia in[l] Flandria[l] provenirent. Statim eciam maiores Gandenses[m] contra comitem maximum placitum coram rege moverunt, 15 et per hoc et[n] per multa donaria regem et regales ad Flandriam sibi [immediate[o]] subdendam commoverunt. Quorum suggestionibus ac propter mercacionum et omnium bonorum habundanciam rex[p] Flandriam sibi acquirere concupivit.

De[q] causa seu principio[r] guerre inter reges Francie et Anglie.

Accidit tunc[s] controversia inter regem Francie et regem Anglie, que inchoata fuit in 20 Britannia apud Sanctum Matheum[3] a[t] duobus garcionibus in mari rixantibus invicem in navibus, ubi multi Hyspani[u], Normanni, Anglici et[v] Flamingi fuerunt. De quibus plures in hac turbacione fuerunt occisi; unde[a] inter ipsos mortalis guerra fere tribus annis duravit. Cuius tante duracionis occasionem rex Francie imposuit Edoardo Anglorum regi. Quare guerra Cron de Fl. plena[w] pro hac et pluribus aliis occasionibus inter ipsos reges est commota. In qua guerra 25 rex Anglie videns, quod factum suum contra regem Francie sustinere non posset sine auxilio aliquorum dominorum, baronum vel principum de citra[x] mare, quorum consilia[y] et auxilia dum quesivisset, invenire non potuit; preoccupaverat[z] enim eos rex Francorum tam in Alemannia quam citra.

De desponsatione filie comitis Flandrie[a] et captione[b] patris[c] et filie[d].

Habuit illo[e] tunc Guido comes Flandrie filiam nubilem, iuvenem atque pulcerrimam, 30 nomine Philippam, quam Edoardus rex Anglie in uxorem pro se vel filio suo peciit, forte volens allegam inire cum eo. Comes, antequam respondere vellet, regem Francie super hoc consuluit. Qui respondit, quod tanquam liber homo faceret de filia sua quod placeret, et super hoc litteras suas patentes dedit; et interim sponciones[f] aliquas iniit cum rege Anglie pro matrimonio futuro. Forte Guido comes nondum[g] plane perpendebat, qualis lateret 35 anguis in herba, vel quomodo male invicem contentabantur ambo reges. Tandem Guido perpendens regem non bene contentari de matrimonio predicto, habito super hoc consilio[h], ib. ut regem pacaret[i], cum filia sua et apparatu venit ad regem Francie; filiam suam coram eo adducens, dixit: 'Domine, ecce cognata vestra, que Edoardum de Anglia desponsavit, nec vult de regno vestro recedere non licenciata a vobis'. Cui rex Francie respondit: 'Comes Flandrie, res non[k] ita ibunt; iam vos fecistis allegam cum inimico nostro'. 40 Et fecit eum duci in Lupara captum[l] et filiam suam cum eo. Comes se sepius ad purgacionem obtulit eorum que sibi imponebantur; sed rex eum recipere noluit, et de captivitate laxari non potuit sine magnis obligacionibus sub penis excommunicacionis et[m] interdicti in patriam cf. ib. p. 204 [suam[n]], ut contra regem non esset, et de hoc filiam suam prenominatam Philippam in obsidem[o] recepit. Que cum [magna[p]] displicencia remansit, et pre dolore in infirmitatem[q] inci- 45 dens, ibi post annos aliquot[r] mortua est.

De guerra aperta inter reges[s] Francie et Anglie.

ib. Rex Anglie pro detencione sponse sue turbatus, navigia sua parari iussit, et precepit, ut contra regem et regnum facerent[t] de peiori quo possent. Similiter eciam mandavit baronibus suis in Gasconia, et specialiter dominis[u]

a) c. Fl. *B*2. b) cumb. *A*2. c) Burg. *B*2. d) sed. c. e. *B*2. e) moerlemai *A*1; noerlemay *B*2. *ed.* f) hec — f. est *des.* *B*2. 50 g) Burg. *B*2. *ed.* h) ut d. *des.* *B*2. i) Coapmā *A*2. k) a se av. *A*1. l) per Flandriam *A*1; Flandriā *A*2. m) Gandensis *A*2. n) *deest* *A*2. o) *deest* *A*2. *B*. p) *deest* *A*2; Francie *add.* *B*2. q) *deest* *B*. r) principium *B*. s) nunc *A*2 t) et *B*2. u) Hisp. *A*1; Hyspāni *A*2. v) *deest* *A*1. w) plana *A*1. x) circa *A*1. y) concilia *A*2. z) preocup. *A*2. a) Guidonis *add.* *A*. b) comitis *add.* *B*2. c) cap. amborum *A*. d) eius *add.* *B*2. e) ille *A*2; *deest* *B*2. f) spons. *A*2; sponc. *post corr.* spons. *B*1. g) nundum *A*2. h) concilio *A*2. i) paccaret *A*2. k) i. n. *A*. 55 l) *deest* *A*2. *ed.* m) *deest* *A*1. n) *deest* *A*. o) *sic* *A*1; obsidione *A*2. *B*. p) *deest* *A*2. *B*. q) infirmitate *B*2. r) aliquod *B*1; aliquos *A*2. *B*2. s) regem *B*2; ap. regum *A*1. t) facere *A*1. u) domino *A*.

1) i. e. commotiones mense Maio factae; cf. Kervyn de Lettenhove, 'Hist. de Flandre' II, p. 344 n. 1. 2) Cf. de his rebus Gheldolf, 'Hist. de Bruges' p. 107 sqq. 3) St. Mahé. — Cf. Flor. Wigorn. Cont. ad a. 1292. ed. Thorpe II, p. 242.

Iohanni de Labreto et Iohanni de Sancto Iohanne, qui maiores erant ibi in partibus illis. Tunc rex Francie iudicio parium Francie misit duos ex paribus, episcopos Belvacensem et Noviomensem, qui regem Anglie tanquam parem Francie racione Aquitanie[a] citaverunt sub pena perdicionis Aquitanie[a] et Pontivi, ut in conspectu regis et parium Parisius compareret infra 40 dies. Sed rex Anglie superbe respondit, quod in Franciam ipse veniret cicius quam regi placeret; et in Gasconiam pro maiori defencione misit dominum Emundum, fratrem suum, Lancastrie[b] ducem, comitemque Linconiensem et dominum de Mortuo-mari, ut cum dominis Iohanne de Labreto et Iohanne de Sancto Iohanne predictis facerent facta sua. Contra quos rex Francie misit dominum Robertum comitem Artesiensem cum manu potenti; qui multis contra eos preliis confligens, omnes domuit, dominos Iohannem de Sancto Iohanne, Willelmum de Mortuo-mari iuniorem et plures Anglicos et Vascones cepit et regi captos misit. Emundus[c] autem ante bellum ad[d] Angliam recesserat. Sicque tota Vasconia se comiti Artesii reddidit sub nomine regis, Burdegalam eciam per dedicionem accepit. Inter hec tempora tempestuosa christiani de ultra mare non minus inter se turbati, totam Terram Sanctam finaliter amiserunt et inde penitus sunt expulsi. *Cron de Fl*

Pars 6.

De finali[e] amissione Terre Sancte promissionis.

Legimus Deum peccatis nostris semper offensum penitenciaque pacatum[f]. *Si volueritis,* inquit, *et*[g] *audieritis me, bona terre commedetis*[h]*; sin autem, gladius meus devorabit vos.* Quo exemplo probi Christi milites Godefridus et ceteri per fidem vicerunt regna, operando iusticiam adepti sunt promissionis Terram Sanctam, quam Domino cooperante suis laboribus acquisierunt, nec solum illam[i], verum[k] ad alia regna remota christiane fidei funiculos extenderunt, supra capitulo Lamberti, parte 2. et 3. cum quibusdam sequentibus. Sed post hoc longo tempore defunctis patribus, successit prava iuventus; populus enim christianus quasi radicatus et fundatus in Terra Sancta[l], lacte[m] et melle manante, deliciis affluens, cepit a fidei ardore tepescere, et successu temporis incrassatus, inpinguatus, dilatatus, dereliquit[n] Deum factorem suum, ideoque venerunt super eos mala in extremo tempore, et successive fugaverunt[o] eos inimici crucis Christi a civitatibus et possessionibus suis, Salahadinus a Iherusalem et a Palestina[p], supra capitulo Iohannis III, parte 2, 6. et 7[1], ac deinde Bendochdar a[q] Phenicea, supra capitulo Iohannis IIII, parte 3. Sed miserator, qui Amoreos inde expellere noluit, nisi complete forent iniquitates eorum, pacienter sustinuit; si forte populus suus[r] audiat et quiescat. Sed cum[s] carnalia ceteraque peccata, emulaciones, ire, rixe, contenciones et discordie non cessarent, sed cotidie crescerent mruptores federis baptismalis, nunc finaliter a Terra Sancta penitus eliminavit populum christianum, qui inde dudum expulerat Iebuseum. *Es 1, 19, 20* *Mar San. III, 12.*

. . . .

Pars 7.

De divisione parrochiarum de Poperinghes.

Hoc tempore ad requestam domini Walteri[t] abbatis nostri et conventus, scabinorum quoque, chorariorum[u] et communitatis de Poperinghes[v], curam seu parrochiam Sancti Bertini, que sola et unica erat in Poperinghes[w], quia in tantum ibi populus excreverat et multiplicatus erat, quod illa ecclesia unica nec totum populum recipere, nec solus sacerdos regere sufficeret, dominus Iacobus tunc[x] Morinorum episcopus in tres parrochias divisit, abbate[y] Sancti Bertini cum suo monasterio in omnibus suis iuribus[z] ut[a] antea conservato. Loca[b] vero, in quibus ille due nove ecclesie situarentur[c], cum suis cimiteriis abbas ut dominus secularis sequestravit, ut de[d] prophanis fierent consecrata. Sed de hoc legiferi et[d] populus Poperingensis abbati satisfecit. Acta sunt hec anno Domini 1290, ecclesie sancte presidente papa Nicholao[e] IIII. Sedit autem ipse Nicholaus IIII.[f] annis 4, et obiit anno Domini 1291; et vacavit sedes annis 2 et mensibus tribus. *1290.* *1291.*

De morte Philippe, filie Flandrie[f*] comitis, unde est[g] orta guerra inter ipsum comitem et regem Francie.

Tempore istius vacacionis, id est anno Domini 1292, illa nobilis et excellens[h] regalisque[i] iuvencula domicella[k] Philippa, Guidonis comitis[l] Flandrie filia et[d] Edoardi regis Anglie desponsata, in regis Francorum Philippi captivitate detenta, innocens virgo et martir, obiit et in choro ecclesie fratrum Minorum Parisius honorifice sepulta fuit. Quod pater eius Guido[m] audiens pristinaque commemorans et corde tabescens, quia filiam suam sic perdiderat, et quod sibi iusticiam petenti iudicium parium suorum ex ore regis fuerat denegatum, supra e[odem], parte [5[n]], dignitates, consuetudines, privilegia, promissa, scripta, iuramenta, sigilla seu sponciones[o] quaslibet[p] non valere, ymmo pocius rex ipse[d] volebat eum et successionem[q] suam exheredare et patriam[r] Flandrie *Cron de Fl*

a) Acquit. *B* 2. b) Lenclastre *A* 2. c) Eamundus *h. l. A* 1. d) in *A* 1. e) atque totali *add. A.* f) paccatum *A* 2. g) ut *B* 2. h) comed. *A* 2. *B* 2. i) illum *B* 2. k) eciam *add. B* 2. l) terra *repetit A* 2. m) latte *B* 2. n) derelinq. *B.* o) fig. *A* 2. p) pestilencia *A* 2. q) a — expellere *des. A* 2. r) *deest B* 2. s) tū *B.* t) Walterii *B* 2. u) cor. *A* 1. — et legiferi *add. ed.* v) Popringħs *A* 1; Poperinges *h. l. B* 1; Poperingis *B* 2. w) Poperingħ *B* 1. x) tū *B* 2. y) abbati *B.* z) iuris *B* 2. a) ut a. *des. A* 2. b) Loco *A* 2; *deest B.* c) cit. *A* 2. d) *deest A* 2. e) Nych. *h. l. B* 1. f) *deest A* 1. f*) Guidonis com. Fl. *A.* g) o. e. *A* 1. *B* 2. h) exell. *A* 1. i) que *deest B.* k) domicilla *A* 2. l) Fl. c. *B* 2. m) Flandrie comes *add. A* 1. n) *suppl. sec. m. A* 1. o) spons. *sed* s *e corr. B* 1. p) quoslibet *A* 2. q) successorem suum *A* 2. r) Fl p. *B* 2

1) p. 818. 820 sq. Reliqua hic tacta ex Mar. San. maximam partem exscripta omisimus.

sibimet ipsi tam subditorum rebellionibus quam pravorum suggestionibus vendicare, omni[a] Cron. de Fl. iuris ordine pretermisso, magno super hoc habito consilio[a*], cum Anglorum rege Edoardo fecit, iuravit et firmavit[b] allegam[c], et per sollempnes nuncios duos abbates[1] regi[d] Francie homagium contradixit, ut infra patebit.

De papatu Celestini V. et Bonefacii[e] VIII. et morte[f] domini Walteri abbatis nostri. 5

Paparum. Mortuo Nicholao IIII.[g] papa, successit illi Celestinus V, antea dictus Petrus de Morona, vir simplex et heremiticam vitam ducens[2]. Cum enim in tam longa vacacione, Cron. de Fl. utpote duorum annorum et trium mensium, cardinales concordare non possent, ut unum de se ipsis eligerent, finaliter compromiserunt in duos, id est dominum Petrum de Columpna et dominum Benedictum Guaytani car- 10 dinales, sic tamen, ut nullum de cardinalibus, ymmo nec de se ipsis eligerent. Elegerunt igitur hunc fratrem Petrum de Morona heremitam, qui in nemore prope Romam degebat, homo simplex et devotus; et im- 1294. ponentes eum albe mule, duxerunt in Romam; et vocatus fuit Celestinus V, coronatus anno Domini 1294. Qui statim electus, hunc dominum cardinalem Benedictum Guaytani, virum subtilem et industrium et unum de maioribus clericis iuristis tocius orbis, secum retinuit[2], ut ab eo in 15 suis factis papalibus, in quibus ipse[h] parum instructus erat, informaretur[i]. Celestinus iste[k] pluribus noctibus vocem audivit sibi dicentem: 'Celestine, resigna papatui'! Qui credebat Ib. angelum sibi locutum fuisse. Et dicunt aliqui, forte invidi, hunc Benedictum Guaytani per tubam ad capud Celestini per foramen parietis introductam hec verba sonasse; sed quidquid[l] sit, Celestinus finaliter resignavit, et sedit solum anno dimidio; et vacavit sedes di. 11. Cui successit Bonefacius VIII, 20 antea dictus Benedictus Guaytani, electus anno Domini 1294, vivente predecessore Celestino. Hic papa factus, plenam omnium peccatorum indulgenciam concessit omnibus apostolorum Petri et Pauli limina visitantibus in anno centesimo, sicut patet in privilegio suo[3]. Bonefacius[m] iste iurista permaximus fertur aliquando dixisse, quod duo sibi erant super omnia cordi, scilicet[n] reformare iura et reprimere superbiam Gallicorum. Quoad primum, 25 composuit sextum decretalium, quo scolares utuntur in iudiciis et scolis. Quoad secundum contra se fortiter animavit regem Francie Philippum Pulcrum et Robertum comitem Artesii; Ib. et incepit regis indignacio pro canonisacione sancti Ludovici, quam rex a papa peciit, allegans cum quibusdam cardinalibus multa miracula et bonitatis eius opera. Econtra papa allegavit, non esse sanctitatis opera, quod idem rex Ludovicus multos exheredaverat, ballivias[o] suas, preposituras et officia iusticie tradendo ad firmam. 30 Unde rex indignatus est, quod tantam in eo difficultatem invenit. Papa, ut regem mitiget, negocium commisit conscienciis[p] cardinalium; quibus iudicantibus pro canonisacione, papa consensit[p], et sic canonisatus est. Nec propter hoc regis indignacio cessavit, sed plures cardinales et specialiter Colompnenses[p*] sibi consilians, cum eis causas suas contra Bonifacium[q] egit. Circa principium papatus huius Bonifacii, dominus Walterus abbas noster[r] obiit anno Domini 1294, postquam rexerat annis . . . . . .[s] 35 Carte seu privilegia sui temporis sunt . . . . .[t]

Capitulum 54.

est[u] de domino Eustacio huius loci abbate 54.

Eustacius huius loci abbas 54, cognomento Gommer[v], nacione Flandrensis de villa Insulensi, a iuventute hic monachus, domino Waltero[w] abbate sublato[r] de medio, est hic 40 electus in abbatem et per dominum Iacobum Morinorum episcopum confirmatus[x] et consecratus[4].

a) omnis *A* 2; vi *B* 2. a*) conc. *A* 2. b) *post suppl. A* 1. c) alegam *B* 1. d) hom. r. Fr. *A* 2. e) Bonif. *semper B* 2. f) fine *A*. g) p. IIII. *A*. h) p ı. *A*. i) informaret *A* 2. k) ille *B* 2. l) quidquit *A* 2. m) Bonif. *h. l. etiam B* 1. n) sil. *A* 2. o) baillivas *B*. p) conc. *A* 2. p*) Colump. *sed* u *in loco raso B* 1. q) Bonef. *h. l. B* 2. r) *deest A* 1. 45 s) *vacat A* 1. *B*; fere 16 *A* 2. t) *vacat codd.* u) *A haec tantum*. Eustacius abbas 54. v) Gomer *A* 1. *B*; Gomer *A* 2. w) a. W. *A*. x) c. et *des. A* 2, *sed locus rasus duorum verborum.*

1) *de Gemblois . . . . et de Seneffles* 'Cron. de Fl.' p. 208 sq. — Haec demum a. 1295. 1296. gesta sunt. 2) Cf. 'Cron. de Fl.' p. 199. 3) Potthast nr. 24917. 4) A. 1294 ex.; obiit a. 1297, Mart. 7.

SUPPLEMENTUM.

EX CHRONICO EBERSPERGENSI POSTERIORE.

Ne quidquam desit huic chronicorum saec. XIII. monasticorum collectioni, ex chronico Eberspergensi, quod Oefele perperam antiquius dixit, b. m. S. Hirsch[1] *vero recte post pugnam ad Leitham a.* 1246. *commissam scriptum esse docuit, saltim excerpta exhibere debuimus, quae aptius quidem chronico antiquiori tomo XX. edito subiecta essent. Nam auctor id ampliavit, saepe nonnisi uberiore oratione ibi relata reddidit, quae repetere noluimus. Sed etiam non pauca adiecit, partim ex necrologio vel codice traditionum monasterii hausta, partim quidem ex fama incerta recepta; quo pertinent quae de loco pugnae Ungaricae prope Augustam ab Ottone I. commissae tradit.*

Haec selegimus, codicem nacti, cuius apographa tantum Oefelio in editione sua curanda (Rer. Boic. SS. II, p. 4) *ad manus fuerunt. Hic olim monasterii Eberspergensis, post collegii societatis Iesu Monacensis, nunc inter codices societatis historicae Bavariae superioris nr.* 104. *inscriptus asservatur, a V. D. de Hofstetten dono datus*[2]. *In membranis saec. XV. ex. satis nitide exaratus, duabus constat partibus, quarum altera indulgentiae monasterio concessae recensentur et reliquiarum delineationes exhibentur. Altera post tabulam genealogicam familiarum a fundatore Sighardo descendentium*[3] *fol.* 1—40. *hoc chronicon continetur, ita quidem dispositum, ut singulis capitibus picturae praemittantur, versio vero Germanica mox subdatur*[4]. *Ipsum chronicon ex antiquiore libro esse descriptum, tam calami errores quam glosae in orationem perperam intrusae ostendunt. Translatio vero non ante saec. XV. facta esse videtur. Sequitur f.* 41—46. *catalogus abbatum Germanica lingua exaratus, itidem picturis illustratus, usque ad Eckhardum abbatem, qui obiit a.* 1473, *f.* 47. *brevi continuatione — a.* 1500. *et septem abbatum imaginibus post additis; f.* 49'—61. *monasterii privilegia Germanice versa vel scripta leguntur. — Codicis apographum Iohannis Baptistae Fickhler, quo etiam Oefele usus est, nunc exstat in bibliotheca publica Monacensi, cod. Bavar. Germ. nr.* 3085. *p.* 74—90.

Adieci notam Eberspergensem ex codice Monacensi Lat. 5969 *(Ebersb.* 169*), chart. s. XV, quae f.* 64. *legitur; aliae ad novam monasterii et altarium consecrationem a.* 1450. *pertinent.* *G. W.*

1) 'Jahrb. Heinrich II.' p. 152 n. Quocum facit V. Cl. Arndt, SS. XX, p. 9. 2) V. 'Dritter Jahresbericht' p. 64. 3) Cui hi subduntur versus:

Hi fundatores de terra nobiliores
Cesaris Hainrici Karoli quoque regis amici.

4) Haec inscribitur: *in vulgari*, vel: *in Thewsch*, vel simpliciter: *Tewtsch (Teutsch; Tewsch).*

Incipit prohemium gestorum, quomodo cepit huius loci institutio, et a quibus fundatoribus primitus hec ecclesia sit fundata.

Scire enim desiderantibus scribere studeo de longe retroactis temporibus et sub breviloquio enarrare, quemadmodum huius preparate mansionis habitaculum a principio inceperit a suis conditoribus exerceri; qualiter eciam postmodum divina dispensante gracia ad divini 5 cultus gloriam et honorem castrum primitus inchoatum in monasteriale edificium sit mutatum: voluntati, inquam, legentium placere volens, ut ad eorundem conditorum imitationem et exemplum vos instituere valeatis, quorum recta fuit intentio et qui post se beatitudinis exemplaria sequacibus fideliter reliquerunt. Profectus siquidem est ad virtutum graciam, qui noscere querunt, de quibus referre cupio, quod tam de generoso claroque sanguine sue 10 stirpis et propaginis processerunt. Eorum enim qui fecere virtutes, ut dicit philosophus, tanta habetur laus, quantum ipsos preclara doctorum ingenia verbis et preconio decenter extollere potuerunt ad eorum gesta salubriter imitanda. Licet quam plurimi non solum in ornatu verborum delectentur, sed etiam rei scire appetant veritatem; unde veritati pocius cupiens insistere quam palliate falsitati. 15

1. Temporibus Karolomanni regis, filii Ludwici regis, fuit in Norica regione, que nunc Bavaria dicitur, quidam comes prepotentissimus, genere spectabilis morumque honestate preclarus et nomine, nulli in actu militari secundus; in rebus bellicis, prout eventuum qualitas se optulit, vir valde strennuus et famosus, nomen habens Sighardus. Hic secus fluvium naturalem qui vulgari voce dicitur Sempta quoddam forum fiscale habuit, negociorum mercimoniis utpote aptissimum, per aliquot anni 20 temporis spacium ibi manere cepit.

2. Qui comes Sighardus de genere regum supradictorum tempore quodam autumpnali silvam sibi contiguam arborum densitate nemorosa repletam[a] causa venandi quadam vice petiit, ubi nunc mutacione dextere Excelsi, radicitus explantata totaliter eadem silva, hoc monasterium est constructum. Cum vero eiusdem nemoris arta peteret — — spacium ibi manere cepit. 25

3. Qui comes Sighardus de genere regum supradictorum — — pro miraculo narrarent.

4. Annose religionis et admirande sanctitatis — — mentis alacritate suscipientem.

5. Quidam alii de Argentina, que Straspurck dicitur, urbe venientes — — et profundam.

6. Hiis auditis comes Sighardus — — ex silva munitur.

7. Arnolfus igitur cesar — — testamento regale sigillum habente. 30

8. Anno itaque dominice incarnacionis 906. Sighardus comes, miles invictus, moritur et Frisingis cum honore debito sepelitur; Gottina eciam sua uxor paucis diebus postea evolutis obiit et cum suo marito tumulatur. Ratoldus igitur, Sighardi filius, de patris sui voluntate, dum adhuc viveret, Eberspergensis castri locum possedit; qui in divinis secularibusque rebus nimis erat strennuus, acer ingenio, in bello sevissimus; propter quod cesar Arnolfus Karentinos ei terminos ab hostium insultu defensandos recon- 35 misit. Obiit Sighardus comes sequenti die post Dyonisii martyris, hoc est 9. die mensis Octobris. Gottinna, eius uxor, obiit in vigilia sancti Thome apostoli.

Oct. 10. Dec 20.

9. Hic Ratoldus prophetie Chunradi de Hewach, viri bone conversationis et vite merito commendati, non inmemor, ac eciam Gebhardi inclusi de urbe Argentina, gracia sanctitatis pleni[b], castri Eberspergensis suburbana ampliare disponit omnibusque sumptibus locum mirabiliter dilatavit. Uxor autem 40 eius nomine Engelmut genuit sibi duos filios Eberhardum et Adalperonem et unam filiam Willibirgam.

10. Cum igitur Ratoldus comes sub habitu vite militaris velut agonista fortis tempora sui cursus transivisset absque metu, cum iam ad obitum propinquaret, filio suo seniori Eberhardo tradidit castrum in Ebersperg, et ipse Iuvavio in urbe, que nunc dicta est Saltzpurga, honorifice cum uxore sepelitur in ecclesia sancti Amandi episcopi et confessoris ad occidentem anguli, qui crebro madescit ex sacris cor- 45 poribus sanctorum, qui inibi beate requiescunt. Obiit autem anno dominice incarnacionis 919.

11. In illis diebus effera gens Hunorum, quorum sedes Ungari modo tenent — Huni enim sunt Hungari —, a propriis suis sedibus castra moventes, potenter flumina et terminos orientales transeunt, terris et nacionibus intermediis crudeliter devastatis. De quorum ferocitate hoc solum referre cupio. Aput poetas quidam serpens latuisse describitur in palude, cuius uno preciso capite nasce- 50 bantur triginta pro uno; de cuius origine Ungaros dico processisse, utpote qui sunt venenati per intimam maliciam, callidi per dolosam astuciam et de manibus capientium velud anguis lubricus elabuntur, quique cum a nobis semel contriti fuerint, post contricionem in maiori denuo numero reviviscunt. Nam de locis quasi palustribus ebulliunt tanquam rane.

12. Eberhardus vero huius gentis furorem intelligens, alieno[c] consilio potitus, castrum suum 55 Ebersperguense muro circumdare, promuralia cum propugnaculis erigere valliumque fossas iussit ampliare. Interea dum quadam nocte — — evigilavit.

13. Sollicitabatur anxie, ne somnium — — ad servicium eius dabo'.

14. Et sequenti die ipse primus — — ydolatrie consecratum.

15. Quibus secundum dicta eius ablatis, fundamentum ponitur, et ecclesia in crucis modum edificatur anno 60 Domini 928. Ad missarum itaque solemnia cottidie peragenda tabula quadrangula, id est qua-

a) repletum *c.* b) pleno *c.* c) aliene *c.*

drata, et lapidea de marmore ac consecrata super altare ponitur, quod nondum ab antistite fuit dedicatum. Hec tabula sanctissimi Sebastiani reliquias venerandas continens. In cuius nomine dedit ad divinum servicium aream Ratispone in loco qui vulgariter dicitur Lederpanck[1], que est sita in platea sive foro rerum venalium, ad thus ecclesie in Ebersperg perpetuo comparandum et unam vineam quatuor iugerorum in Aschachs, Wincel, Chapfs, curiam et locum qui dicitur ad Semptha et Clethaim, ecclesias duas dotatas cum decimis ad Tegerenpach et Otheringa[a] et decimacionem venacionum et cedendarum arborum in nemore. Insuper quoque Ahaym dare voluit, sed consensum Adalperonis sui fratris ad hoc minime habere potuit. Clericisque regularibus de ordine sancti Augustini inibi coadunatis, Hunfridum, virum prudentem multeque elegancie, in prepositum ipsis prefecit. Item[2] iste ordo sancti Augustini duravit in hoc loco usque ad annum incarnationis Ihesu Christi 990[b]. Ab illo tempore comes Udalricus introduxit ordinem sancti Benedicti, videlicet anno dominice incarnacionis 990.

16. Nunc ad ordinem redeamus. Eodem tempore Huni, qui et Ungari, in multitudine sui exercitus nimium confidentes, per Noricam regionem, id est per omnes terminos orientales Alemannie et Bavarie, transeuntes, dire vastant incendiis et rapinis per octo annos. Nono vero anno numerum excedentes, gloriantur in fortitudine sua et per Noricum disperguntur[c], id est per Alemanniam. Trans flumen etiam Lici fluvii, qui dicitur Lech, et Danubii intrare presumunt, civitates cum municionibus in confinibus eorum expugnare conantur et omnia castra demoliri[d]. Quorum legio adunata[e] ad orientem castri Eberspergensis prepeti[f] cursu in equis accurrens suasque sagittas pro omine[g] contra castrum emittens, et id nimis esse tutum per omne senciens, indignanter cum fremitu ac gemitu abscedere compelluntur. Ex qua re comitem Eberhardum experiencia certa docuit, quantum vigilancia custodis necessaria sibi ibi fuit; quoniam per visionem sompnii canente gallo exceperat, sicut paulo ante est prescriptum. Res igitur mira et novitate plena.

Licet enim regnum Ungarie extensione sue latitudinis alia regna transcendens raro credatur posse conteri, quamvis forte valeat in extremitate aliqua superari. Eiusdem enim gentis ferocitatem[g*] nostri quondam principes infortunatos sensere successus[h], illos ad prelia provocantes. Bela enim rex Ungarorum ante quedam pauca tempora victoriam belli obtinuit adversus ducem Austrie, quem interfecit. Constat enim, maximam partem Austrensium simul et Stirensium gladio corruisse. Unde quidam ait: 1246

Bela triumphalis belli victricibus alis
Enecat Austrenses, strato duce, vel Stirienses.

Res modo talis priori fato dissimilis mutatur in contrarium, divino suffragio suffragante.

17. Sevientibus itaque Hungaris, nullis quodammodo parcentibus, serenissimus Heinricus rex Alemannie et Francorum, mentis et animi constancia semper inpavidus, robore fortis ut leo frendensque dentibus sicut aper, qui Arnolfo cesari, Karolomanni regis filio, successit in regno, una cum filio suo Ottone, multis magnisque principibus ducum ac comitum nobilium insimul coadunatis, omnes simul quasi unus ad conflictum belli procedere non differunt et patrie[i] terminos presumunt viriliter defensare. Exercitu autem Hunorum inestimabili in ipso itinere prope fluvium Lech, ubi condita est civitas Augustensis, congregato, Heinricus cesar invictus cum suis acie bellatorum instaurata, contra hostes tanquam leo rugiens vehementer insiliit; ibique clipeus clipeo in prelio opponitur, umbo per umbonem retunditur; fit fragor[k] armorum a fortibus, spicula[l] ceu fulmina in hostes sevissime iaciuntur; fit ludus ibi militaris, non in alea, sed in hasta[m] et gladio; ferox[n] mucro gentis aliene nimis avide devoravit carnes; fortis dextra cesaris Ungaros terre prostravit; campus vernans fit cruentus, et rore sanguineo tellus ubique madescit; cedunt hostes et vincuntur, victores tropheo accinguntur; omnes Huni sicut unus mortis exicium perferunt, nec fuit qui evaderet. Gloriose enim gens Alemannica de suis hostibus eo tempore victoriosissime triumphavit anno Domini 937[3]. Locus autem certaminis usque in hodiernum diem super fluvium Licum, id est Lech, Latino eloquio nominatur Concio-legis, vulgares vero vocant Guntzenlen; ibique regalis magnificencia iure perpetuo thronum iudicialem habere debet cum aliis terrarum principibus ad faciendum iudicium et iusticiam sive ad reipublice negocia, prout iura sunt condita, provide gubernanda.

18. Exercitu vero Hunorum crudeli strage damnato, milites Eberhardi sororisque eius Williburgis, que tunc in sepe dicto castro morabatur, Sur regem et Leli ducem cum aliis quam plurimis Ungaris ad Ebersperg

a) Ongoltingun *Chron. vet.* b) octing. *post corr.* nong. *c.* c) dispergunt *c.* d) id est destruere *add. c.* e) id est collecta *add. c.* f) id est celeri *add. c.* g) id est fortuna *add. c.* g*) *fort.* ferocitate? h) id est eventus *add. c.* i) sive regionis *add. c.* k) id est sonitus *add. c.* l) id est tela *add. c.* m) haste *c.* n) id est durus *add. c.*

1) Cf. Libell. concamb. Ebersperg. c. 32, Oefele, SS. II, p. 47: *area quaedam Ratisponae sita quae nomine vulgari Lederstain vocatur;* cf. Hirsch l. l. I, p. 30 n. 8. 2) Haec ex chron. vet. infra exponuntur. 3) Iam chron. antiquius pugnam ad Lech fluvium perperam ab Heinrico commissam dicit. De loco Gunzenlen cf. quae annotarunt Dümmler, 'Jahrb. Otto I.' p. 258 n., et Riezler, 'Gesch Baierns' I, p. 353 n.

castrum captos detulerunt. Sed regem et ducem Ratisponam regibus et cesari, omni auro et argento ablato, remittens occidendos, reliquos Ungaros iaculatos dire cruciant et in foveam profundissimam precipitant et detrudunt terraque cooperiunt ac suffossant. Cesar autem septem reges Ungrorum crucis patibulo iussit appendi ceterosque vivos fossatis subhumari. Quo viso, Willibirgis ait: — — argentum ad ecclesiastica ornamenta dedit.

19. Post hec comes Eberhardus, genere clarus et nomine, decidit in lectum, passionum multas molestias graviter sustinens, se moriturum esse presensit, fratrem suum Adalperonem ad se vocari fecit; uxorem non habuit et gracia caruit filiorum. Qui Adalpero moras faciens aliquamdiu, tempus veniendi ad ipsum protractim et prolixe differret; veniens tamen tarde, dixit: 'Frater meus, liberis carens, cum sua predia clericis vult dare, petit me ad se festinare, non cogitans, esse melius prediis, que michi hereditario iure contingunt, filios meos ditari, quam alios iniuste predari'. Et Eberhardus agonizans dixit: 'Deus, miserere michi et erga locum istum voluntatem tuam operare'. Et fratre suo tarde veniente, mortuus est et in ecclesia Frisingensi honore debito sepelitur anno Domini 949.

20. Mortuo Eberhardo, frater eius Adalpero succedit. Adalpero autem Eberspergensis castri menia consummavit. Qui septem filios habuit elegantes ex uxore sua dicta Leuckart[a] et insuper octavum, quem sanctus Udalricus Augustensis episcopus de sacro baptismatis fonte levavit, equivocum sibi fecit — — invulnerabilis semper extitit.

21. Post hec, fratribus suis omnibus successive decedentibus, solus ipse Udalricus superstes remansit, [Nov. 16.] Willibirga, amita sua, iam defuncta in die Othmari abbatis. Deinde paucis diebus evolutis, patrem Adalperonem ac matrem Leuckardem mortuos Frisingis sepelit ac pro animarum eorum requie sempiterna sancto Sebastiano predium nomine Kisen[b] dedit. [Sept. 11.] Adalpero obiit, pater Udalrici, in die Prothi et Iacincti martyrum; [Oct. 29.] Leuckardis autem, mater Udalrici, obiit sequenti die post Symonis et Iude apostolorum[1].

22. Nunc de comite Udalrico dicendum est. Igitur comes Udalricus post hec duxit uxorem Richardem — — in dotem ecclesie Eberspergensi donatur.

23. Post hec Udalricus genuit Adalperonem et Eberhardum et Willibirgam et alias tres filias, qui fuerunt de regio semine Hainrici cesaris et Karoli Magni regis invictissimi. Adalpero duxit uxorem Richlindem, filiam Rudolfi Suevi, sororem Welfhardi comitis, qui rebellavit Heinrico regi secundo. Hec sterilis fuit et infecunda. Eberhardus vero duxit Adalhaidem de Saxonia, que tres genuit filios.

24. In eodem biennio, vix anno post basilice Eberspergensis consecracionem, dominice incarnacionis 972. Hunfridus primus prepositus, qui 29 annis prefuerat, moritur, et Dietgerus eidem ecclesie in prepositum subrogatur; 21 annos[c] rexit, et post in Domino requievit. Eidem Meginpoldus in prepositura successit et 16 annis prefuit. Quo tempore Guntherus prepositus eligitur, Grecis ac Latinis litteris eruditus, qui erat conscolasticus Gerberti pape[d], prefuitque annos 11.

25. Deinde Udalricus, virtute preclarus, sollicita mente ad hoc omnia sua consilia convertebat necnon cogitaciones et opera dirigebat, videns ecclesiam suam rebus dotari ac eciam honoribus, quomodo ad laudem sui Creatoris ad tam venerabilem et securum statum pertingere posset et qualiter monasticam vitam sanctamque conversacionem pertingere posset, monachos[e] ordinis sancti Benedicti in sua basilica instituere cogitaret, eorundem religiositate Deo placita delectatus et odorifera suavitate illectus et attractus, de magnorum consilio suique pontificis regularium ordinem transmutavit ibidem, Eberspergense claustrum monachis nigris de aliis monasteriis adunatis dotavit, qui per vite contemplative dulcedinem et munditiam inpollutam religiosis quibuslibet prelucere solent universis.

26. De abbatibus. Anno igitur dominice incarnacionis 990. Reginoldus Augustensis abbas — — Udalricus animum suum revocavit.

27. Qui cum sequenti tempore in Inchoven[f] castro suo moraretur, coniunx eius Richardis — — indicavit.

28. Que statim infirmata et die obiit nonas Kalendas Maii et in eodem castro sepulta est anno dominice incarnacionis 1013. a filiis suis. Nullis ergo dubium in animo residere debet, quin eam credere debeamus ex puritate consciencie, quam semper illesam habuit, et beatitudine sue vite quorumdam sanctorum meritis, qui ante nos fuerunt et in Christo beate requiescunt, non esse inequalem. Hec enim ex duplici casu cognovit et predixit dissolucionem sui corporis inminere: tum quia, quasi preconscia futurorum, suum maritum secum ab Inchoven[g] ad monasterium venire rogavit et huius rei causam sibi pocius facto quam verbis monstraturam, tum quia per visionem pulcerrime virginis, que mox coram ea disparuit, prenunciavit familiaribus se in proximo esse morituram; quod realiter multis presentibus est monstratum.

29. Pater ergo post hec vocatis filiis, ait eis: — — disperdere.

30. De luctu Udalrici Igitur a tempore pasce postquam Richardis[h] defuncta est, Udalricus — — que dixerat affirmabat.

31. Idem venerabilis comes oculum — — et digno cum honore sepultus est iuxta coniugem suam in Ebersperg.

32. De salubri proposito amborum fratrum. Anno iterum Domini 1037. Adalbero cum Eberhardo fratre suo, accepto suorum familiarium consilio, sicut eciam a patre eorum adhuc vivente premoniti fuerant et instructi, ambo sibi vicissim consentire videntur et conveniunt in eodem, ut ad promerendam vitam eternam vigilanti industria efficerent, quomodo sibi in terris Christum lucrifacerent et heredem eorum que post se

a) Lewkart *c. hoc loco.* b) Reisen *c.* c) anno *c.* d) prepositi *c.* e) monachorum *c.* f) Tinchove *Chron. ant.* g) Inchovem *c.* h) Richardt *c.*

1) Cf. locos necrologii SS. XX, p. 12 n. allatos.

relinquerent constituerent; diligenter advertentes, quod hec vita brevis brevitatis est semper amica et perpetuitatis inimica, indeficientis devocionis ad ecclesias construendas animum gerentes, commoda et honores earum desiderant salubriter dilatare.

33. De destructione castri et ampliacione claustri. Anno eodem Adalpero, diviso cum fratre suo Eberhardo equali sorte patrimonio, Ebersspergensis castri edificia queque destruens, ipsum monasterium, quod ad idem castrum suus patruus Eberhardus cum fratre eius Adalberone et post pater eius Udalricus bone in Christo memorie extruxerant, ampliare disposuit; solummodo ibi claustrum novum edificans ad austrum basilice, tempore Altmanni abbatis.

34. De edificacione claustri in Geyssenveldt. Eodem tempore et anno Eberhardus, frater Adalperonis, de bona voluntate sue coniugis Alhaydis ad laudem et gloriam nominis Dei et sancte Dei genitricis Marie et aliorum sanctorum incepit de novo fundare monasterium sanctimonialium super Ilmam[1] fluvium dictum Geyssenveldt ordinis sancti Benedicti in dyocesi Ratisponensi et laudabiliter, Domino concedente, consumavit, ditans illud claustrum multis diviciis et honore[2].

35. De libertate ecclesiarum in Ebersperg et in Geyssenveldt. Tunc temporis gloriosissimus imperator Heinricus tercius rex Francorum et Alemannie benignissimus amborum fratrum Adalberonis et Eberhardi peticione, quia multum sibi familiares erant et cari, utrumque claustrum tam in Ebersperg quam in Geysenveldt[a] privilegio libertatis libere sublimavit. Insuper electionem liberrimam abbatis in Ebersperg fratribus in perpetuum ibidem cartha sua et anulo confirmatam contradidit et concessit. Similiter et sanctimoniales in Geyssenveldt libere sue electionis auctoritatem, dum abbatissas eligere necesse est, ab eodem Heinrico cesare sunt liberaliter consecute; quam eciam imperiali sigillo eisdem confirmavit iure perpetuo conservandam. In eadem coherencia unionis et fidei permanentes, unum velle et unum nolle tenebant utrobique supradicti fratres.

36. De conversacione Willibirgis, sororis Adalperonis et Eberhardi. In eodem eciam monasterio sanctimonialium Willibirgis, soror eorum, pro eterna vita terrena despiciens, monastice religioni sancteque conversacioni se ibidem in amore Christi subdidit, ac beatissimam vitam ducens, usque quo de laborioso certamine presentis seculi ad emerite remuneracionis mercedem a Domino fuisset evocata.

37. De concordia amborum fratrum. Quanquam vero uterque fratrum sui claustri structure perseveranter instaret, tamen ipsi Adalpero et frater eius Eberhardus nimio dilectionis affectu sic se mutuo diligendo consentiebant, ut neutrum ab altero crederes in cunctis actibus, votis et voluntatibus aliqualiter dissentire. Nam alter eorum vicaria reddicione alterius claustrum, quod extruxit, prediorum suorum largicione dotavit; et sic in coherencia unionis et fidei permanentes, unum velle, unum nolle tenebant utrobique. Et licet ex utrisque partibus in Ebersperg et in Geyssenveldt ordinis sancti Benedicti fuerit una professio et ex libera donacione regie maiestatis utraque structura gaudere iure perpetuo debeat honore sui principatus, tamen ob reverenciam sexus, ut ita dicam, debilioris arbitrati sunt pium esse ambo fratres, et concordi caritate, ymmo papali auctoritate de magnorum consilio statuerunt firmiter observandum, ut eisdem sanctimonialibus non liceat aliquando in Geyssenveldt eligere abbatissam, nisi primum super hiis abbas monasterii Eberspergensis sit consulendus. Quod si temporis oportunitas expostulat, nisi causa racionabilis et legittima obsistat, abbas earum electioni canonice debet interesse; et hoc ideo, quia maior perspicacitas intellectus predominari cognoscitur magis aput fortes quam aput inbecilles.

38. Aliud impedimentum. Si ardua negocia ipsis aliquando, vel spiritualia sive temporalia, fortuitu emerserint, propter que finaliter decidenda necesse sit sublimium personarum consilia invocare, abbas, nisi legittime[b] impeditus, ipsis sua consilia communicet, prout viderit expedire. Exequialibus eciam officiis abbatissarum ob reverenciam fraterne caritatis, si vocatus fuerit et potuerit, abbas debet interesse. Si rei necessitas expostulat, discretum confessorem pro confessionibus earum audiendis vel aliis sacramentalibus ipsis porrigendis requirere habent ab abbate; quem si petierint, ipsum abbas procuret transmittendum.

39. De contrahendo matrimonio. De hoc eciam liberaliter habere videntur tam abbas in Ebersperg quam et claustrum sanctimonialium in Geyssenveldt licencie facultatem, quatenus, salvis utriusque monasterii dumtaxat militibus et personis militaribus, quas

a) *ita h. l. c.; auctorem* Geysenveld *scripsisse putarim.* b) legiptime *c.*

1) Ilm. 2) Cf. Cod. trad. Geisenf. nr. 2, Mon. Boica XIV, p. 180.

habent, ceterisque hominibus suis, hoc est civibus, rusticis et colonis, licenter liceat cum familia alterius claustri unius ad alterum contractum matrimonium et eciam legittima coniugia celebrare; eiusdem pacti condicio quibuslibet eorum hominibus alterutrim debet inviolabiliter observari, ita quod nullus penam offense vel exactionis proinde incidant, ut diximus, contrahentes; proviso tamen, quod proles ex huiusmodi matrimoniorum contractibus proveniens dividatur equaliter inter ipsa monasteria, et quod neutra partium studiose connubia huiusmodi satagat in preiudicium partis alterius procurare.

40. De testamento Adalperonis. Anno igitur incarnacionis dominice 1045. obiit Adalpero in castro Porsenpeuge[a], omnia committens Richlindi sue coniugi recte tractanda, et quod omnia sua predia post eiusdem sue uxoris obitum, que in terminis haberet circa Inchoven sita, pro sue remedio anime Deo et sancto Sebastiano donaret, ut eius interventu Christum haberet propiciabilem et placatum. Que omnia, sicut dixit, adimplevit.

41. Insuper comiciam in Porsenpeug[b] cum omnibus suis adherenciis, quam Adalpero adhuc vivens de consilio sui fratris Eberhardi sancto Sebastiano legaverat, Richlind sua coniunx liberaliter et absolute ecclesie Eberspergensi resignavit. Abbas autem Altmannus, ut hanc comiciam susciperet, ivit cum Richlinde. Que, spreto consilio quondam Udalrici, invitat cesarem in castrum Porsenpeug[b], ut beneficia cum comicia Adalperonis committeret[c] abbas Altmannus presente cesare Welfhardo duci, filio fratris sui. Quod ad explendum, consenciente cesare, in eodem castro, dum abbas ferulam[d], quam in manu gestabat et pro signo conferendi beneficia tunc tenebat, duci Welfhardo eandem comiciam cum omnibus attinenciis conferendo porrexisset, confestim tam abbas Altmannus quam Richlindis, nutu quasi divino flagellati, de loco in quo pariter consederant, quadam columna cadente in eodem ligneo cenaculo, ceciderunt desubter in locum hominum balnearem, ubi vulgares soliti fuerant balneari. Id ipsum balneum aqua ibidem effluens complevit pro necessitate hominum tempore sibi congruo et oportuno, quam eciam iumentis et populo quantum suppetebat super montem deducebant ad potandum. Ex qua ruina Richlindis deinceps et Altmannus graviter egrotantes, in brevi tempore ambo moriuntur.

a) Posenpewge *c. h. l.*; Persenpeug *Chron. ant.* b) Pōsenpewg *c.* c) conferret *add. c.* d) id est virgam *add. c*

NOTA EBERSPERGENSIS.

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen. Quia peccatis exigentibus permittente Deo hoc presens monasterium in Ebersperg in honore sancti Sebastiani martyris constructum anno Domini millesimo tricentesimo quinto in secundis vigiliis beati Floriani martyris, hoc est quarto Nonas May, noscitur flammarum incendio intus forisque miserabiliter in omnibus generibus quorumcumque edificiorum pariter et cunctarum officinarum consumptum, tandem Deo propicio per venerabilem patrem et dominum Ottonem abbatem ipsius loci in brevi competenter instauratum et ipsa ecclesia altaribus constructis decenter est ornata et per reverentissimum dominum Gotfridum Frisingensis ecclesie episcopum consecrata in dominica qua cantatur Misericordia Domini anno Domini millesimo tricentesimo 12. (1312. Apr 9)

ADDENDA ET EMENDANDA.

p. 5, *l.* 42. *n.* 7. *lege:* 'Neues Archiv' VII. et SS. XIV. — *p.* 16, *l.* 3. *pro* epistola *lege:* persecutio; *ibid. pro* Atheniensium *lege.* Corinthiorum. — *p* 278, *n.* 1. *ad p.* 279, *l.* 11. Adelbero *pertinet.* — *p.* 349. *Chronicon hoc rhythmicum edituros latuit, quod B. Pez, Thes. Anecd. tomo VI. parte* 2, *p.* 29, *initium eius usque ad v.* 111. *edidit e folio membranaceo saec. XIII. cod. Claustroneob. nr.* 79 *(Arch. III,* 521. *VI,* 186*), quod olim Pertzius descripsit. In v.* 10. *et* 11. *cod. cum reliquis conspirat; v. (28) habet* Clarevallensi, *(29) in fine* ammodo sat; *v.* 27. *supra verbum* discrepante *scriptum est* titubante; *v.* 28. palancium *ut* 1 *et* 2; *v.* 31. queritas *bene; v.* 34. Quid; *v.* 50. credatis *bene; v.* 54. *et* 66. Bowarie; *v.* 62. Nurenberch; *v.* 68. Si *cum reliquis; v.* 94. vel *recte omittit.* — *p.* 370, *v.* 21 *sqq. lege:*

sentenția spreta, relicta
Eius erat, fletum per fictum flectere cetum
Alter maiorum potuit

v. 25: facis hoc discrimine mire. — *p.* 372, *v.* 13 *sqq:*

vix tanta poterant glutire gulosi,
Ventre Deo sancta fedabant luxuriosi,
Vertice cum planta vix sunt sani viciosi.

p 377 *v.* 37 *sq.:*

Nec modus aut finis erit hanc predam rapiendi
Velle prius dominis, nisi desit res cupiendi.

p. 378, *v.* 15 *sq.:*

Mandat papa volens, magnos vetat atque pusillos
Vectigale, dolens magis excommunicat illos.

p. 384. *n.* 3. *lege:* Godefridi Barbati. — *p.* 415, *l.* 36. *dele notam* 1, *cuius loco verba ponas:* Hausit noster continuationem Heraclii ex codice familiae C, D, G et addidit excerpta ex Vincentio Bellov.; cf. 'Neues Archiv' VI, p. 134. — *p.* 422, *l.* 18: fut cil Gossuins *procul dubio legendum est.* — *Ibid. l.* 33. *ad vocem* Si *adde notam:* scilicet Reniers, ut ex sequentibus patet. *Notam* c *corrigas velim:* sed nomen mulieris et alia omissa esse, patet. — *p.* 431, *l.* 49. *n.* a *adde:* cf. supra p. 421, l. 22, ubi 'Gillon' legitur. — *p.* 433, *l.* 9. *ad vocem* serour *adde notam:* Haec infra p. 437, l. 51. 'Yolens' dicitur. — *p.* 437, *l.* 51. *ad voces* monseignour de Harnes *adde notam:* Hugoni; cf. supra p. 433, l. 9. — *Ibid. l.* 52. *ad vocem* Hues *adde notam:* Supra p. 433, l. 9. 'Jehans' dicitur. — *p* 446, *l.* 55. *verba:* et avoit — — pour iaus garder *litteris minoribus exprimenda erant; in margine adde:* ib. 545, l. 52. — *p.* 451, *l.* 57. *n.* 7; Theoderici IV. *corrige* Theobaldi IV. — *p.* 528, *l.* 56. 57. *verba:* 1128. Willelmus — — Alost, *et l.* 58. 59. *verba:* levissimo .... in manu — — repente moritur, *et p.* 532, *l.* 33. *verba:* et precipue Bernardi Clarevallensis abbatis *minutis litteris exprimi debuerunt ut ex Continuationum Gemblacensium codice Affligemensi (B* 3. 3*) *sumta; cf. SS. VI, p.* 381. *n.* f, *p.* 389. *n.* d. — *p.* 622, *l.* 13. *lege:* Chymensis; *etiam Chimseensis episcopus erat Rugerus.* — *p.* 632, *l.* 48. 49. *dele:* Huius etiam tempore — — cens. 12 den., *quae p.* 633, *l.* 1. 2. *recepimus.* — *p.* 738, *l.* 33. *dele verba:* Quamvis haud — — *p.* 739, *l.* 1. credere possis. *Pro quibus adde:* Et hanc pleniorem legit, quam SS. VI, p. 458 sqq. ex Miraei excerptis codicis B 2 deperditi impressa est, eodem codice B 2 vel eius simillimo usus. Nam compluria communia habet cum Chronico S. Bavonis, apud De Smet, Corp. chron. Flandriae t. I, edito, in quo permulta ex eadem continuatione exscripta sunt. — *p.* 741, *l.* 46, *n.* 2. *lege:* Mabillon, Acta ord. S. Bened. III, 1, p. 104. *Nam Iohannes non ipsa Vita S. Bertini auctore Folcardo, sed quarta ab anonymo quodam retractata, quae l. l. edita est, usus est. Et hanc in notis citavimus.* — *p.* 742, *l.* 13. *dele verba:* Uno loco — — exscripsit. — *De codicibus Parisiensibus Iohannis Longi p.* 746. *enumeratis retulit nobis benevole et quosdam locos exscripsit V. Cl. S. Löwenfeld. Qui statuit, codicem Paris. nr.* 9929. *esse apographum codicis nr.* 5348 *(B* 4*), quare B* 4[a] *signandus est. Etiam cod.* 11844. *recensioni B ascribendus ideoque B* 5 *nominandus est.* — *p.* 778, *l.* 43. *in marg. pro* Ann. S. Bav. *lege:* Sigeb.

INDEX.

SCRIPSIT BR. KRUSCH.*

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

A.

*) *Nomina Chronici Hanoniensis Gallice compositi exscripsit I. Heller.*

B *cf.* P.

D.

E *cf.* Ae.

F. *Cf.* Ph. V.

G.

H.

I.

K *cf.* C.

L.

M.

O.

P. *cf.* B.

Q.

R.

T.

U.

V. *Cf.* F. W.

W. *Cf.* V.

X.

Y *v.* I. Hi. Hy.

Z.

GLOSSARIUM.

SCRIPSIT BR. KRUSCH.

abe, *abbas* 204, 50.

abocellis, *Gall. aveugle* 760, 50

accentuare 212, 5.

aderantator, acrantator (?) 318, 10. 337, 5.

admiraldus, amiraldus, amiradus 255, 45. 281, 10. 303, 10. 305. 846, 30.

(a)estuarium, *Gall. étuve* 507, 50.

agape, *amor* 97, 1.

agonizare 870, 10.

alba, *vestis sacerdotalis* 669, 15. 675, 5

albae dominae, *moniales* 833, 50.

alex, allex, allec, halec, *Germ. haering* 213, 20. 731. 813, 30. 814, 10. 816, 15.

aliqualiter 807, 1

alkemia 853, 35. — alkimista 854, 35; alkimikus 853, 20; alkimikum argentum 853, 30; aurum 854.

allega, *foedus* 866, 1; allegam inire, facere 864.

alleviare 201, 20. 633, 40. — alleviatio 201, 20.

allodium, alodium 80. 104. 105. 130, 35. 133, 45. 172, 35—174, 1. 187. 188, 25. 196. 224, 15. 256, 10. 277. 35. 318. 334. 387, 50. 392, 35. 509, 35. 510, 40. 531, 5. 589, 35 721, 10. 726, 35. 730. 791, 40.

amasia 705, 35.

ambasiata 602, 15. 608. 1.

amiraldus, amiradus *v.* admiraldus.

amortisare, amortizare 775, 50. 791, 40.

ancillare (regnum) 830, 5

angaria 214, 45. — angariare 729, 25.

angustiare 823, 10.

antemurale 608. 45.

antistare — *antistes esse* 29.

apocopare 371, 25.

apostare 722, 25.

apothecharius 600, 35.

appodiare, *fulcire* 538, 10.

aquaticum molendinum 823, 40.

archidux 393. 395, 25. 404, 25. — archiducissa 404. 40.

argentifodiarum mons 717, 5.

arrestari 215, 20.

arriragium, *Gall. arrerages* 829, 45.

assassinus, assassida, assasida, assassium 703, 10. 820, 45. 821, 10. 856.

assecuratus 773, 5.

assisia 377. 25. 378, 15

assub 364, 40

auctorisabiliter 768, 35. 769, 10.

aufsleg 678 20.

aurifaber 853, 30.

auriflamma *v* Karoli M. vexillum.

aurifrigiare 239.

aurifrigium, aurifigium, *Gall. orfroy* 239. 240, 45 275, 10

avantagium, *Gall avantage* 208, 35.

baccalaureus, baccalarius, bacularius 212, 20. 213, 5. 217, 5. 218, 25. 677, 50.

baco, *Gall. bacon* 563, 35. 576, 30. 581, 15.

baillivus *v.* ballivus.

baiulus, *tutor* 780, 45. — baiulatus 835, 45.

balacsius, *Gall. balais* 848, 20.

balistare 371, 15.

ballivus, balivus, baillivus 127, 20. 286, 1. 288, 40—290. 319, 1. 334, 30. 337—339, 15. 344, 30. 541, 35. 561, 25. 585, 45. 839, 20. 847, 15. 850, 25. — ballivia 866, 25.

balt(h)eum militare 789, 30. 828, 25.

bancum, *Germ. bank* 696, 40.

baneria 175, 5.

banire 831, 20.

bannus 271. 277. 278. 285. 40; banni campana 182, 5; banno ligare 525, 10, in banno ponere 111, 40; banno supponere 116, 25

baro, waro 103, 45. 114, 5. 131, 30. 207, 25. 275, 45 280, 45. 281. 20. 292. 294. 353, 1 359, 10. 374, 30 381, 25. 412, 30. 478. 481. 498, 35. 525, 40. 540, 45. 541, 10. 549, 5. 560, 50. 586, 20. 604, 10. 606. 608, 20. 609, 15. 626, 50. 677, 15. 703, 20. 716 717 729, 20 755, 15. 780. 45. 791, 25. 801, 10. 807, 20. 808, 1. 833, 5. 834. 846, 30. 847 851. 852. 35. 856. 857, 15. 859, 40. 864. — baronia 784, 40.

barth, barba 693, 35.

bassa iustitia 849, 10; bassum ministerium 814, 1.

bastardus 776, 45. 777, 50. 778. 859, 20 848, 40.

belefroit, turris 541, 10.

benedictionale 669.

beneficium, *lehen* 80, 25. 81, 10. 92, 5. 409, 15. — beneficiare 59, 10. 68, 45; beneficiati 92, 15.

beneplacitum 848, 10.

perchrecht 634, 5. 672.

berquaria, *ager pascuus* 753. 790, 35. 791, 40. 801, 40. 805, 40—807, 10.

bisantus *(= Byzantius) nummus Sarrac.* 544, 5; bisanti auri 846, 10.

bitalassus, *peninsula* 538, 40.

bitancia *v.* pitancia.

bladum, *Gall. blé* 44, 15. 119, 30. 215. 217. 218. 231, 5. 273, 40. 597, 15. 605, 50. 606, 50. 609, 30. 834, 30.

bombarda, *Ital. bombarda* 608, 30.

bonarium 530, 40. 553, 35. 554, 5.

boveragium — biberagium, *Gall. breuvage (Germ. weinkauf)* 289, 25. 290, 20.

bravium, *praemium triumphale* 358, 30. 691, 45, bravium caelestis regni 594, 30.

braxare, *Germ brauen* 730, 35. braxator 727, 40. braxatorium 726, 35.

brazium, *cerevisia* 721, 45.

brema, *piscis quidam* 807, 35.

brunus, *Germ. braun* 784, 25.

bufa, *Ital. buffa* 620, 20.

bullatae litterae 506, 45. 854, 30.

burcgravius, burkgravius, burgravius, burgrafius 591, 30. 595, 20—597, 1. 599, 20.

burchhûta, burkhuta, purckhuta 597, 35. 601, 30. 604, 15.

burgum, burgus, burcus 105, 25. 274, 45. 318, 25. 364, 10. 768, 40. 817, 50. 836. 837, 15. 846, 35. 847. — burgensis 29, 10. 79, 10. 114, 35. 214, 40. 302, 40. 345, 5. 371, 40. 538, 40. 541, 30. 721, 40. 723, 30. 724. 726. 732, 25. 785, 20. 794, 10. 803, 10. 811, 10. 817, 5. 833, 10.

bursa 245, 10 696, 40. 859, 30. — bursarius 214, 1. 215 1. 219, 10.

calceria, *Gall chaussée* 760, 1. 859, 20.

calcitrare, *offendere* 836, 20.

caldarium, *Ital. caldaja* 578, 10.

calefactorium, *Gall. chauffoir* 212, 15.

calipha 755, 15. 818, 30. 849.

cambire 567, 35.

cambucus 346, 20.

cameraria 275, 35.

kaminata 731, 45. 733, 25.

campanarii, *ministri claustrales infimae conditionis* 233, 15.

campanile 589, 40.

cancellare, *delere* 489, 50; cancellatae manus 479, 1.

cantoria, *dignitas eccles.* 488, 40. — cantuariatus, *cantoris munus* 825, 30.

cantrum, *vas* 262.

capellania 834, 35.

capitaneus 583, 10. 586, 10 796, 1. 849, 35.

cappa 842, 25, c coccinea 669, 15. 675, 5.

capuceus 358, 30. — capucium, caputium 265, 45. 307, 5. 309, 30.

karena, *quadragesimale ieiunium* 503, 35. 728, 30. 735, 5.

caristia, *Ital. carestia* 119, 30. 638, 1. 677, 20. 782, 30. 793, 5.

carpinales *dicuntur* cardinales 243, 1.

carrata, carata, vini (*vel* cerevisiae) 213, 30. 635, 50. 636, 5. 674; c. lignorum 532, 20.

carruca. caruca Mediolan. (quam standarium vocamus 303, 15. 805, 35.

casale 845, 30.

caseta i. e. swaiga 667, 15.

castellania 564, 1. 828, 5.

casula 609, 30. 666, 35. 669, 15. 675, 5.

cathedrare 366, 1.

cauda vini, *Gall. queue de vin* 217, 25.

celare, *keller* 603, 35; auf dem cheler, *domus quaedam* 634, 25.

celleraria, *dignitas eccles.* 491, 15. — cellararius, cellerarius 206, 35. 211, 25. 217, 45 222, 1. 224, 1. 230, 1. 233, 5. 336, 40. 628, 40. 858. — cellarium 504, 5. 608, 50 609, 5. 705. 730, 20. 735, 1.

censualia 676, 5.

certificatus 780, 20.

cessus = *census* 835, 35.

chaan, cahan 849, 35. 850, 5.

cheler *v.* celare.

chora, *keure, lex* 805, 20; chore frater 859, 20. — chorarii, *chorae socii* 836, 30. 865, 30.

chorus (*[illegible] corus), mensura annonaria* 730, 35 731.

cibarium 582, 5.

ciborium, *tegimen altaris* 712, 15.

cifus = scyphus 320,10. — cyphus *saepius.*

circumvicinus 836, 35. 847, 15.

cyrographon bullatum 121, 10.

cyrotheca, cyroteca 232, 1. 239, 30. 695, 30. 753, 40. 768, 1. 815.

cituciones (?) 598, 50.

claudicacio 847, 5.

claustrales 828, 10.

clausura (monialium) 798, 40.

clavati satellites 821, 1.

clenodia 503, 1. 504, 30. 505, 25. 510, 10. 511, 25. 598. 603, 5. 606, 50. 677, 1. 678, 1. 726, 25.

clusa 272.

coclearia, *vas ecclesiasticum* 598, 25.

coherentia 870.

colicia porta 341, 45.

collegiare 505, 35.

colve = clava 778, 5.

colvokerlia 778, 5; colvokerlus 778, 5.

comitia, comicia = *comitatus* 473, 35. 499,25. 500. 506,35. — comecia 728,10.

comitiva, *obsequium* 803, 5. 850, 1. 856,10. 862, 35.

commensalis 608, 40. 848, 15.

communitas 865, 20; *cf.* Gandavum.

comodum, *hospitium* 676, 45.

concambium 748, 15. 791, 45. 801, 40. 814, 25. 829, 25.

concomitari 808, 35.

conestabulus 810, 35.

confortare 823, 10.

conpassivi 651, 15.

conquisitio, conquisita, conquesta, *Gall. conquête* 752. 849, 30.

consistorium 650, 15.

constabularius 530, 15.

constangia, *expensa* 264, 40.

contradictorium iudicium 826, 10.

convicaneus 298, 35.

corporale 503, 5.

creantare, *promittere* 289, 20.

credencia 759, 1.

croada, *operarum praebitio* 338,15. 339, 10.

crucesignatio, crucis signacio 823, 35 824, 50. 834, 40 *et saepius.*

crusula, *lucerna* 598, 30.

cuculla 200, 15. 230, 10. 666, 35. — cucullare 275, 25. 285, 30; cucullatus praesul, *episcopus qui prius monachus fuit* 198, 10.

cura, *parochiatus* 865, 30. — curatus 755, 20. 813, 30. 815, 30. 816, 10. 849. 861.

curtis 634, 15. 828, 10 *et saepius.*

custare (constare), *Gall. coûter* 818, 25

cy– *v.* ci–.

dalphinus 780, 35.

dammo, *Germ. damm* 726, 30.

deargentare 503, 1 *et saepius.*

decapitare 301, 10. 302, 5. 379.

decimalis domus 674. — decimatio 489, 15. — decimator 730, 5.

decollatio capitalis 506, 1.

decucullare 266, 35.

defalcare, *subtrahere* 228, 20.

dementare, *dementem facere* 154, 45.

denigrare, *Germ. anschwärzen* 701, 5.

deobligatio 489, 5.

depauperare 247, 45.

dextrarius 511, 35.

diescere (nocte) 817, 45. 837, 10.

dieta 258, 30. 326, 1. 608, 15. 714, 25. 829. 862. — dietarium 601, 5. 604, 40.

diglutire 344, 25

dimenbrare 624, 25.

dyogenizare 361, 15.

disconfitus, *Gall. deconfire* 840, 25.

displicencia 864, 45.

dragunculi morbus 528, 30.

ducati seu floreni 608, 10.

duellum 351, 20. 499, 20. 751, 20. 794, 20.

dunes, *dünen* 787, 30.

dunio, *munitio* 771, 50. 777, 50.

duplicia, *diptycha* 853, 20.

duxissa 387, 45.

dy– *v.* di–.

ebdomadarius *scil. sacerdos* 503, 45.

eclipsari, ecclipsari 819, 5. 841, 40.

electuarium laxativum 190, 5

elemosinarius 834, 25.

elongare 489, 20.

emeliorare 780, 1. — emelioracio 787, 5.

emenda 271. 493, 20 645, 40. 849, 10. 864, 5; emendas iudicare 278, 30.

emporium, ἐμπόριον 97, 30.

ensenium, *xenium* 772, 20. 802, 20. — enseniare 768, 35.

epatica passio 576, 10.

epyscopare 605, 50.

eplumes pulli 54, 10.

equitatura 582, 5.

exactionare, *tributum imponere* 493, 10. 511,10. 677, 10. — exaccionacio 678,20.

excrescentia 488, 40. 762, 30. 845, 10.

excrustare, *crustam auferre* 94, 20. 96, 10.

exfestucare 92, 15.

exiliare 524, 1

expeditivus 602, 40.

expressare 820, 35.

exquadrare 844, 30.

fabrefacere 791, 35. 853, 25.

falcare 228, 50. 837, 15.

famelica cura 676, 40.

fano, *pars stolae sacerdotalis* 503, 1.

velt, campus 798, 45.

feodum, feoda, feudum, pheodum 80 131, 30. 312, 20. 318 334, 25. 475, 25 489, 20. 493, 25. 499, 30. 509, 20. 511, 30. 604, 20. 609, 20. 619, 35. 645, 40. 650. 677, 40. 678 775, 30. 791, 40. 805. 816. 835, 25 839, 20 847, 20; f. ligium 80, 30; in f accipere 647, 35. 662, 10, conferre 278, 50, dare 135, 1, habere 665, 40, recipere 173, 10, tenere 121,20. 725. 729, 45. 730, 25. 863, 20. — feodale, pheodale ius 509 n. 6. 724. 725. 727, 5. 729, 1; pheodalia bona 511, 30. — feodare 351, 30; feodatus 187, 10. 771, 5. 803, 10; *cf.* infeodare — feodatarium 676, 1.

ferramentum 608, 30.

ferri igniti examen 508, 45.

ferto, *nummus* 508, 5. 730, 45.

festivare 838, 30.

fidelitatem accipere 117, 15, exhibere 126, 35, extorquere 187, 5, facere 116, 20. 126, 35. 179, 1. 186, 25. 302, 25 847, 20, praestare 847, 30, servare 722; ab fidelitate absolvere 833, 5

finae perlae 598, 15.

finaliter 811, 1. 839, 35. 840, 20. 844, 20. 845, 25. 846, 5. 849, 5. 862, 45.

ad firmam tradere, *mettre à ferme* 866, 25

fiscalinum 676, 5.

fischwasser 604, 30.

flagicium = *flagellum (?)* 288, 45.

florenus 119, 30. 218, 1. 493. 608. 609; floreni auri 597. 598. 600—602, 25. *Cf.* Rhenani, Ungarici f.

forcia, *Gall. force* 862, 40.

forefacere 850, 25. — forefactum 183, 5. 549, 5. 810, 30. 849.

foresta 412, 1. 765, 45; forestia 81, 10. — forestarius 231, 1. 271, 50. 278, 30. 318, 45. 319, 5. 566, 45. 567, 1. 574, 15. 765, 45.

fortalicium, *munitio* 608, 45. 750, 5 768, 40. 770. 771, 1. 776, 10. 781. 820, 1. 827, 40. 838, 45. 847, 15; f. seu pallium castri 609, 1. — fortaliciata villa 783, 5.

fossorium, *Germ. spaten* 507, 40.

fotrum, *Germ. futter* 503, 5.

franca veritas 836, 35; franci homines 836, 35.

francus, *nummus* 217, 35. 302, 40.

frocus, *vestis monach.* 784, 25.

fudes 265, 20.

fullo 586.

fusibilitas 853, 45.

galea, *navis* 578, 40. 820, 15. 821, 5. 836, 50. 862. — galeotus 843, 5.

gallus pulcher *v.* perelmûter.

garba, *Germ. garbe* 530, 35. 554, 5 730, 1.

garcio, gartio, garso, *Gall. garçon* 159. 164, 50. 165. 180, 50. 299, 30. 304, 40. 317, 15. 577, 15. 809, 45. 811, 30. 864, 20.

gardia salva, salvagardia 776. 833, 10. 835, 25; gardia bona 847, 30.

garnire, *Gall. garnir* 832, 25.

gastria 568, 25.

gatergelt 604, 40.

geltae vini 213, 30.

genimen, *generatio* 685, 20.

gheweren, *piscatoriae tendiculae* 531, 5.

gibbo 815, 5

gii, *homo stultus* 199, 50.

giro *(= lacinia)* loricae 295, 30.

gladiare 856, 30.

goliardus, *ioculator* 577, 15.

goth, deus 693, 35.

granarium, *Gall. grenier* 601, 35. 605, 50 606, 50. 609. 676, 50. 677, 40. 724, 20. — granitarius, *praefectus granario* 858, 1.

grangia, *horreum* 197. 200, 40. 210, 10. 211, 5. 213, 25. 217, 35. 218, 25. 219. 223, 15. 224, 15. 231, 10. 233. 234. 336. 543, 10. 550, 20. 551, 25. 828, 10.

grevenscat 488, 20.

grifo, *greif* 240, 10.

griseus 223, 5. 666, 50. 784, 25, grisei, *Cistercienses* 674, 50.

grossiores cibi 66, 25.

grossus, *nummus* 152, 5. 215, 25. 222, 45. 260, 10. 277, 40. 846, 20; grossi antiqui 215, 15; grossus denarius 713, 45. *Cf.* Bohemicalis g.

gu–, gw– *v.* w–.

haches Danaises, *asciae a Francis dictae* 342, 45.

halec *v.* alec.

halla 177, 20.

harnesius, *Germ. harnisch* 846, 30

hastiludium 207, 20. 397. 546, 40. 810, 35. 851, 35. 860, 35.

herodius, ἐρωδιός, *ardea* 531, 45.

hofmairlehen 609, 20.

homagium 133, 45. 866, 1; h. accipere 847, 15, capere 482, 30, deservire 851, 20, facere 318, 15. 754, 10. 780, 45. 822. 838, 45, iurare 832, 30, praestare 493, 25; ad h. recipere 772, 5. 795, 20. 799, 10; ad h. suscipere 776, 35; homagium ligium 133, 45, h. l. facere 173, 10.

hominium 96, 10. 119, 35; h. facere 149, 30. 151, 1. 625. 660, praestare 150, 35, promittere 80, 5, recipere 118, 5; h. ligium 80.

hospitarius 858, 5.
hostagiare, *vadimonium dare* 338, 5. — in ostagiis *(obsidiatu)* detineri 318, 40.
hosticum, *expeditio* 803, 5.
huba, hûba 604, 30. 627, 45 633, 5. 634, 15. 636. 648. 668, 1. 671, 35 674.
hulda 678, 15.
idolatriei templa 16, 20.
immarcessibilis 202 45.
impignorare, inpignorare 602, 30. 607, 1. — impignoracio 607, 25.
incarcerare 752, 10. 778, 30. 782, 50. 789, 1. 790, 25. 791, 10; incarceratus 810, 15.
incidentaliter 645, 10
inclavare 805, 15.
incorrigibilitas 266, 15.
indebitatus 597, 15.
indilate 813, 25.
ineximius 84, 20.
infeodare, infeudare 624, 25. 770, 15. 775, 30. — inpheodatio 499, 30.
infirmitorium 203, 15. 229, 5.
inforciare 818, 5.
int(a)ediabiliter 263, 45.
integraliter 849, 20.
interexistere 501, 35.
intoxicatus, *venenatus* 860, 10.
invadiare 315, 1 809, 25.
invenenatus 856, 45.
iostator, *Gall. ioûteur (Germ. lanzenbrecher)* 577, 10.
irradicare 858, 50.
irruencia 839, 10.
iuramentatus 862, 15.
kerel, rusticus 778, 10.
laicari 476, 5.
landgravius, lantgravius, langravius 303, 30. 600, 35. 690. 697, 35. 698 699, 40. 700. 703—707. 713, 5. 716, 5 *et saepius.*
lasurum 800, 1.
latomus, *lapicida* 853, 20.
laudamentum 80, 40
lavandarius 318, 10.
lectisternium, *lectus* 604, 50. 609, 5.
legiferi 865, 40.
legitimare 844, 10.
leuga, leuca 34, 50. 522, 15. 647, 50. 781, 30. 828, 30.
levigare, *relevare* 359, 40.
liberaria, *bibliotheca* 588, 40.
liga 601, 35.
lilia, *munitionis species* 583, 45. 584.
lito 500, 5. 722. 723. 726, 25. — litonicum ius 722, 45. 723, 1; litonica fidelitas 723, 30.
lodia, *tugurium* 563. 564, 5.
ludifactor 310, 45
lysac 'prima custodia Sarracenorum' 845, 15
machobertus, *superstitio, Gall. momerie* 181, 10.
magnalia 393, 40. 757, 5. 786, 25.
magnates 842, 10.
malleacio 853, 45.
mamburnus, m. legitimus, *tutor* 173, 20, 30.
managium, *mansio* 569, 40.
maneries, *Gall. manière* 289, 5.
mangonelli, *machinae bellicae* 281, 50.
mansioniles 564, 35.
mansiuncula 261, 35.
mansus 100, 1. 253, 40. 264, 50. 285, 1. 316, 25. 472, 30. 488. 490. 507 10 588. 589, 35. 627, 45. 631, 5. 636. 671, 45. 672, 5 674 720, 10. 722 - 731 733—735, 5
mantellus, *vestis ecclesiastica* 789, 45. 795—797, 5
mantum 87, 15.
manuterium, manutorium 503, 5. 734, 30.
marca, marcha, marck, *nummus* 224, 20. 239—241. 248, 35. 298, 10. 313, 15. 366, 20. 374, 1. 377, 25. 479 40. 482, 20. 488. 490, 20—494. 510 511 537, 15. 593, 1. 598 601, 30. 602, 40 603, 5. 606, 50. 676, 30. 704, 45. 721, 45 731. 733 734 809, 25. 817. 846, 10
marchia, marcha 59, 35 81, 5 91, 15. 100, 35. 131, 30; marchia = *fines* 60, 30.
marchio, marcio, margio 72, 50 *et saepissime.* — marchionatus 624, 45. 626, 45. 627, 40 633. 645, 10. 661, 30. 662. 664, 40. 665, 5. 670, 5. 671, 30. — marchisus 524, 5. 526, 25. 564. 565, 1. 567 35. 571, 15. 572, 1. 777, 30 780, 40. 782, 10. — margravius 665, 45; magravius *pro lantgravio* 255, 40
marescalcus, marescallus, marscalcus 135, 1 224, 25. 608, 35. 827, 35. 855.
marstabulum 724, 15.
marinarius, *nauta* 814, 20.
mariscus, *palus, Gall. marais* 801, 20. 839, 15. 840, 25.
massa (allecium) 731, 35; mesa (siliginis 488, 40. 490. 492, 40.
matare, *Germ. matt setzen* 293, 40.
materiatum 535, 5.
matricularius 271, 50. 278, 35.
matrimonialiter 412, 45.
membrifragium 535, 15.
mercemannus = *mercator* 768, 45.
mesa *v.* massa.
milleartifex infestus, *diabolus* 354, 30.
mina, *fodina* 853, 45.
ministerialis, ministralis 80, 30. 100, 10. 121, 20. 272, 1. 277, 45. 278 319, 5 478, 1. 486, 15. 499, 25 500, 5. 505, 5. 507, 15. 511, 30. 596, 15 645, 40. 650. 722, 30. 729, 20. 813. — ministeriale ius 725, 1; ministerialia 676, 5.
minorennitas 602, 25
misia, *impensae, Gall. mise* 847, 40. 859, 15.
molitura 813, 40.
moltium 510, 35.
monachari 229, 15. 232, 30. 266, 35. monachatus 748, 45. 803, 20.
monetare 152, 35. 371, 25.
monoculus 841, 10.
monstrancia 602. 677, 40.
morosus *(= bene moratus)* in factis 591, 5.
mortariolum, *machina igniaria* 714, 45.
motura, *i. e. molitura, molta* 315, 40.
multigamus 577, 10.
murdrum, *Germ. mord* 808, 40.
murare 591, 40. 592, 1. 593, 15; aedificium muratum 676, 45.
musiacum opus, *mosaik* 789, 1.
musqueta, *moschee* 845, 10.
mutta, *mensurae species* 609, 30.
nauclerus, *gubernator* 18, 15.
nervus, *carcer* 288, 45.
niger ordo *S. Benedicti* 389, 35; nigri monachi 227 1. 473, 5. 500, 45. 787. 795, 35. 800, 35 839, 45.
nigromanticus 522, 40.
nigrum argentum 730, 10.
nobilista 605, 25.
nonnus *saepe in Gestis Villar.*; nonnus prior 196, 30. 197, 5. 211, 25; nonna 125, 15.
novitius 223. 233, 30 — noviciatus 838, 25.
nux magna, *Germ. schale aus kokusnuss* 598, 30.
oblaicus 592, 20.
oculata fides 412, 25. 810, 30.
officiare horas 589, 10. — officiarius 849, 10. 856, 15. 857, 45—859.
organum 725, 15. 731, 45. 732, 10.
palatinare 351, 30.
palefridus 158, 20. 162, 1. 224. 827, 10.
palliare 818, 45. 862, 50.
papare 568, 15. — papatus 712. 756, 1. 851, 40. 852. 861, 1
parentatus 597, 20.
pares, *Gall. pairs* 865.
parrochianus 806, 45.
passagium 542. 578, 40. 702, 45. 835, 20. 862, 50.
pastorellus 828, 40. 846, 40
pastura 811, 10.
patriota 828, 10.
patrixare, *patrem imitari* 292, 35.
pectoralia 678, 1.
pecuniaria poena 490, 10.
pedagium 830, 35.
pellicium 666, 40.
pensio, pencio 210, 15. 212, 35. 215. 217. 218 818, 10. 827, 10. 835, 40. 859, 1.
perelmûter = gallus pulcher 598, 30.
perlae finae 598, 15.
pernum 731, 10.
personatus, *parrochia* 825, 30; in personatu (altaria) 568, 30.
personatus (homo) 213, 5.
peticio, *Germ. bede* 731, 5.
phasallus *v.* vasallus.
pheodum *v.* feodum.
picarium, pycarium, *Gall. pichier, Germ becher* 598, 25.
pinta, *mensura, Gall. pinte* 213, 35.
pirale, *hypocaustum conventuale* 724, 35.
piscaria, piscarium 488, 25. 609, 20. 813, 25. 849.
pistare, *Germ. backen* 730, 35.
pitantia, pitancia, pietancia, bitancia, *cibus* 212, 30. 213, 40. 214, 20. 315. 589, 35. 636, 10. 673, 25 — pitanciarius 315, 40
platza, *forum* 597, 40.
plaustrata, *onus plaustri* 224, 20. 507, 10. 722, 1.
plebanus 271, 25. 331, 20. 338. 489, 5. 492, 5. 507, 15. 672, 50. 675. 676, 1. 677, 45. 678, 35.
plenarium, *arca* 507, 45. 603, 1. 674, 5.
poccae sive variolae 776, 50.
pocionatus, *venenatus* 810, 5.
pontificare 583, 20.
posterna, *Gall. poterne* 162, 40.
postillare 848, 5.
potentatus 409, 10.
pottum, *Gall. pot* 213. 214
preallegatus 827, 1.
prebendales panes 491, 15.
precaria, precarium 591, 40. 604, 15. 609, 15.
precordialissimus 685, 10.
preparamentum 483, 5. 674, 1.
prepositus, *Gall. prevôt* 317, 30. 323, 40. — prepositura 866, 25.
prestaria 772, 10. 776, 25; in prestariam recipere 777, 30.
preudhome 199, 50.
primitiare 79, 5.
principari 393, 1. 407, 1 413, 40. 698, 10. 768, 10

priorissa 526, 20.
prisio, *captivitas* 549, 5. — prisonarius, *Gall. prisonnier* 586, 10. 856, 20.
privata lex 826, 40.
privilegiare 478, 5. 565, 5. 839, 50.
processionalis cappa 768, 1: processionaliter 842, 25.
procrastinare, *in crastinum diem differre* 147, 40. 162, 25.
prodiciosus 821, 1.
promurale 868, 20.
prothoflamen 618, 40.
pulsabulum, *campana* 55, 55.
purckhuta *v.* burkhuta.
quadriviales litterae 200, 5.
querelare 861, 35.
querimoniales litterae 842, 40.
questionare 834, 5.
rainardus, *vulpes* 185, 25.
raserium, *mensura annonaria* 834, 30.
ratihabicio 511, 30
raucinus, *Gall. roncin* 371, 40.
ravia 281, 50.
realiter 870, 1.
recenare, recinare se 253, 45 265, 35.
rechchorn 636, 5. 674, 25.
redibencia 855, 45.
regnacio 750, 10. 762, 35. 863, 50.
repausare 540, 30.
requesta, *Gall. requête* 219, 30. 278, 45. 776, 5. 807, 45. 824, 30. 840, 40. 865, 30.
resaxire 298, 25.
residencia 727, 10.
residuatus 603, 25. 604, 1.
resistencia 845, 1.
rihota, *Gall riote* 858, 25.
rubinus, robinus 239, 30. 848, 20.
ruhęrin *(reuerin?) in Germania Beguinae appellantur* 329, 30.
rurenses 508, 45.
sacrastia 677, 40. 678, 1.
saisire, saixire, saxire, xaxire, *Gall saisir* 118, 5. 187, 25. 302, 20. 312, 20. 336, 15.
sala 377, 40.
salarium 853, 20. 858, 1.
salive fons *v.* Getere.
salvagardia *v.* gardia.
samitus, *Germ. sammet* 239; samitae cappae 675, 5.
sandale 768, 1. 784, 1.
saumarius, saumaria 261, 25. 287, 50. 345, 1.
saxire *v.* saisire.
scabinus 94, 40. 100, 15. 271. 278, 30. 376, 5. 378, 25. 795, 25. 835, 35. 836, 30. 839, 15. 865, 30. — scabinatus 768, 40.
scacarium 800, 1; scacorum ludus 293, 40.
scapulare 666, 40. 784, 25. 792, 5.
scarlata tunica 134, 10.
scelerator 505, 20.
scriptorium 208, 30. 210, 1. 212, 15. 213, 5.
sculptetus *(i. e. scultetus)* 255, 25. 302, 30.
scutella 853, 20. 858, 5.
senescalcus, senescallus 367, 5. 831, 15. 862, 25.
senioritas 765, 45
sententiare 121, 20.
sequencionarium 669, 35.
servientes 821, 1.
sigillare 805. 806, 5.
sile *Germ. = aquaeductus* 507, 45.
sincopare 371, 25.
sintenere, *Germ. centner* 509, 40.
situare 865, 35.
sodaria *vocatur meretrix* 300, 10.
solarium, *Germ. söller* 785, 30.
soldarius 607, 10.
sorcocium, *vestis genus, Gall. surcot* 242, 15.
stainpfenning 636, 5. 674, 25.
stallum habere in choro 55, 50.
stanca 814.
standarium, standarre 99, 1. 303, 20.
sterlingus, sterlinga 358, 35. 853, 20; sterlingorum marcha 849, 25.
steura 622, 10. 634, 10. 645, 30. 658, 20. 672, 25. 677, 45. 678, 20.
stipa 500, 15.
stola 669, 15. 675, 5.
stolus 862, 30. 863.
stoterzungen (?) 598, 30.
strucense ovum, *Germ. straussenei* 598, 30.
strunus, locellus 787, 45.
stuba, stupa, *Germ. stube* 322. 325, 15. 333, 40. 608, 50. 609, 5. 677, 40; stuba balnearis 604, 25.
subalternare 858, 25.
subarrare, *dotem dare* 56, 60.
substernare 510, 25.
subterrare 819, 30.
subtile, *vestis sacerdotalis* 503, 5. 636, 35.
succinericius panis 38.
suffossare 870, 1.
sumptuositas 607, 1.
superhumerale 88, 1.
superpellicium 588, 20. 792, 5.
supprior 201. 206.
swaige, swagia *i. q. viehhof* 636, 25. 674, 30; *cf* caseta.
synderesis, *superior pars rationis* 361, 10.
talares 669, 15. 675, 5.
tallia, tallium, talio, *Gall. taille* 212, 45. 311. 316, 20. 317, 25. 318, 40. 678, 20. 693, 20.
tassia seu phyala 598, 25.
tenementum 775.
terciare 79, 5.
terragium 827, 15.
thimiamaterium 825, 20.
timoratus 537, 45.
tonsorare 703, 25; tonsoratus 307, 5; tonsorati fr. 306, 10.
tormentatus 156, 35.
torneamentum, torniamentum 221. 233, 1. 480, 10. 482, 30. 504, 30. 543, 45. 546, 30. 778, 10. 791, 25. 810, 25. 823, 35. 846, 35. 851, 35.
transalpinare 822, 10.
transsubstanciare 209, 10.
treuga 118, 10. 225, 10. 230, 25. 265, 25. 373, 1. 489. 548, 45. 581, 40. 754, 5. 773. 793, 30. 818, 45. 821, 5. 822, 35. 831, 20. 850, 35.
trinomius, *tribus nominibus praeditus* 29, 35.
triphonicum opus 853, 25.
trizeae vas 598, 25.
truffa, trufa 356, 1. 620, 20.
turbo, *Germ. torf* 858, 1.
turrenses grossi (*pro* Turonenses) 846, 25.
ultramarina crux 844, 25. 857, 30.
urbarium 678, 5.
uxoratus 804, 10. 816, 20. — uxoratio 754, 10. 823, 20.
vadium recipere 774, 50; v. redimere 775, 1; in vadio possidere 510, 15. — vadiare 723. 726, 30.
variscapium, *aquaeductus* 100, 5.
vasallus, vassallus, phasallus 336, 40. 489, 15. 499, 25. 500, 5. 505, 5. 511, 30. 608, 35. 701, 5. 836, 15. — vassi ministeriales 373, 1.
veltres 510, 10.
verificare 819, 1.
veritas *(iudicium)* tacita seu secreta, communis seu franca 820
vicedominus 594, 15.
villatenses 771, 10.
villicalis curia 597, 45. 600, 50. — villicatio 488, 25. 723, 10.
winagium, *Germ. weinzins* 34, 50.
vinitarius 858, 5.
visiologus = *physiologus* 503, 10.
vivarium, vivarius, *piscina* 591, 35. 812, 20. 859, 20.
volta, wouta, *Gall. voûte* 569, 35 853, 10.
wach 577, 20.
wantum 272, 50.
warandia, *vadimonium* 726, 45. 727, 1.
waro *v.* baro.
weyer, *piscina* 603, 45. 604, 35.
werchart, werhhart 636, 5. 674, 25.
guerpire 823, 20.
werra, guerra, gwerra, gerra, gherra, garra 72, 40. 101, 5. 111, 35. 214, 45. 219, 15. 225, 25. 257, 5. 286, 25. 293, 35. 339, 10. 340 342, 40. 343, 40 354, 20. 370, 35. 372, 45. 486, 25. 547, 1. 581, 40. 583. 586, 25. 598, 1. 605. 607. 677, 10. 708, 25. 723, 50. 728, 1. 729, 15—731, 30. 752, 25. 753, 45 — 756, 1. 766, 25. 777, 40. 778, 50. 785, 50. 791. 816, 25. 821, 25 823. 829, 5. 836. 838, 35. 847, 1. 848, 1. 849, 1. 856, 1. 861, 20. 863, 45. 864. — werrare, guerrare, guerrere 474, 5. 539, 35. 836. 853, 15.
wich = Mars 663.
wochendinst 636, 5. 674, 30.
wouta *v.* volta.
xaxire *v.* saisire.
zelotopia 363, 10.
zonden, peccata 798, 45.
zwinger 603.

ADDENDA.

p. 540, *l.* 46. *ad* Thome de Beverne *adde notam:* In Chron. Hannon. supra p. 438. rectius, ut videtur, Theodericus vocatur. — *p.* 788. *n.* 4. *pro* quare — Anselmi *lege:* Hoc die obiit Anselmus magister Laudunensis. Huius est igitur epitaphium, et simile praebet Robertus Altis. inter inedita. — *Volumine iam impresso demum librum nacti sumus editum a D'Hoop, 'Recueil des chartes du prieuré de St.-Bertin a Poperinghe'. Quare addas, quaesumus, p.* 839, *l.* 40. *ad* anno Domini 1232: Immo a. 1233, Sept. Impressa apud D'Hoop p. 277, nr. 182; *p.* 849, *l.* 16. *ad* anno Domini 1257: Impressae apud D'Hoop p. 109, nr. 100; *p.* 865, *l.* 37. *ad* divisit: V. chartam datam a. 1290, Mai. 17. apud D'Hoop p. 141, nr. 125. — *p.* 874, *col.* 1. *sub* Accaron *adde:* Tholomais *et numerum* 526, 15. — *p.* 874, *col.* 2. *adde suo loco:* S. Adalberti eccl. Trigonii 69, 40. — *p.* 881, *col.* 1, *l.* 59. *post* Gaufridus *adde:* Willelmus II. — *p.* 883, *col.* 3: Bellomanse *est* Beaumetz *et cum* Biaumes *coniungendum.* — *p.* 893, *col.* 3. *ad* Dasporch comes *adde numerum* 286, 15. — *p.* 915, *col.* 2: de Lislers: Pieres *supra ad* Lilarium *referendum est.* — *p.* 931, *col.* 2. *articulus* Peruwes *etc. sic distribuendus est:* de Peruwes *(Peruwelz in Hannonia)* dom.: Bauduin. de Perweis, Pierewes, Pieruwes *(Perwez in Brabantia)* domini 426, 35; dom.: Willelmus, Godefroi, Enjourrant.

CORRIGENDA.

p. 2, *l.* 50. *lege:* Aureavalli. — *p.* 45, *l.* 32. *lege:* Tyberio Absimaro. — *p.* 51. *dele n.* 1. — *p.* 75, *l.* 3. *lege:* Sub. — *p.* 91, *l.* 3. *lege:* alterna-. — *p.* 101, *l.* 15 Narnie *legendum esse videtur.* — *p.* 260, *n.* 2. *lege:* Ebersmunster. — *p.* 264. *n.* 4. *lege:* Ducange. — *p.* 275, *l.* 2. *lege:* suscipiens. — *p.* 288, *l.* 13. *lege:* inde recedens. — *p.* 297, *l.* 51. *lege:* sub-. — *p.* 367. *in marg. lege:* 1268. — *p.* 409, *l.* 25. *lege:* Sancti. — *p.* 426, *l.* 61. *dele n.* 8. — *p.* 429, *l.* 50. *n.* 14. *lege: p.* 428 *(pro* 423*)*. — *p.* 476, *l.* 2. *lege:* filiam. *(pro* ;*)*. — *p.* 525, *l.* 19. *lege:* 1090. — *p.* 537, *l.* 45. *lege:* et usque in. — *p.* 574. *n.* 7. *lege:* Theobaldo II. — *p.* 577, *n.* 2, *l.* 54. *lege:* Henricus III. — *p.* 579, *l.* 9. *lege:* incertis. — *p.* 604, *l.* 41. *legendum videtur:* zu Dengeren gelegen. — *p.* 635, *l.* 50. *lege:* fuit[18]. — *p.* 684, *l.* 26. 27. *dele alterum* enim. — *p.* 703, *n.* 9. *lege:* VI. — *p.* 813. *n.* 9. *lege:* Wavrans.
